7
8-E
39

7
2 M
35

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

7-8.E.39

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CONRADI A LIECHTENAW

VRSPERGENSIS COENOBII, ORDINIS PRÆMONSTRATENS.

AD MINDULAM, IN AUGUSTANA Diœcesi Abbatis, qui circa annum Christi MCCXXX. floruit,

CHRONICON:

QUO OMNES FERE VETERES, POTISSIMUM VERO rerum Germanicarum & Gallicarum Historici succinctè continentur: & à Nino Assyriorum rege, usq; ad Friderici II. Imperatoris German. tempora præcipuæ historiæ ac res gestæ enarrantur.

Cui annexa sunt

PARALEIPOMENA RERUM MEMORABILIUM, A FRIDERICO II. usq; ad Carolum V. Augustum, hoc est ab Anno Domini 1230. usq; ad annum 1537. ex Probatioribus Scriptoribus, per Historiarum Studiosum magnâ diligentiâ & accuratione collecta.

Accesserunt huic Editioni duorum antiquissimorum Historicorum

ANNALES,

RHEGINONIS ABBATIS BRUMIENSIS:

&

LAMBERTI SCHAFFNABURGENSIS MONACHI.

Quibus non tam Augustorum quàm aliorum Germanorum præclarè olim, at rarò res gestæ sigillatim annotatæ, fideliter ac jucundè recensentur.

Editio novissima, cum INDICE in omnes tres Authores accuratè ac locupletissimè concinnato.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGENTORATI

Sumptibus Lazari Zetzneri Bibliopol.

ANNO M. DC. IX.

Digitized by Google



Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO D. PHILIPPO COMITI PALATO RHENI, ET DUCI BAVARIÆ,

Principi clementissimo, Philippus Melanchton S. D.

MEmini Capnem libenter cum cæteras eximias & heroicas virtutes laudatissimi avi tui, principis Palatini Philippi prædicare, tum verò narrare, quanta in eo aviditas, quantum studium non solùm domestræ antiquitatis inquirendæ, sed etiam Græcæ & Latinæ historiæ cognoscendæ fuerit, de qua sæpe differentes audiebat viros eximia doctrina & prudentia præditos, Iohannem Dalburgium Episcopum Wormatiensem, & Rodolphum Agricolam, ac paucos quosdam alios. Cùmque eum solum magnitudine & veritate rerum Persicarum & Græcarum delectare, sed etiam juvaret eũ, seriem, initia, incremẽta, inclinationesq; imperiorum considerare, curavit sibi multa à Dalburgio, Rodolpho, & Capnione, ex præcipuis historicis Græcis, quædam etiam ex poetis in nostrum sermonem transferri, & si quandam epitomen confici, res maximè illustres, & vitæ ac moribus utiles, notato imperiorum ac temporum ordine, continentem, qua in re Capnio cotum & prudentiam avi tui magnopere laudabat, non modo quod ipsam rerum earum atq; exemplorum memoriã, viro principi, & ad gubernacula Reipublicæ vocãti, prodesse intellexisset, sed etiã acutè vidisset, quãtum referat, temporum ac imperiorum seriem tenere. Etsi enim exempla ipsa per sese multùm valent utcunque electa, tamen ordo imperiorum & rerũ gestarũ de multis maximis rebus homines ingeniosos admonet. Prodest ad pietatem, initia, incrementa, depravationes, correctiones religionum videre, considerare etiã quomodo nõ humano consilio, aut viribus, sed divinitus imperia constituta sint, deinde propter justitiã defensa, postremò propter tyrannidẽ, impietatem, libidines, ambitionem corruerint. Illud etiam utile est, occasiones observare, quibus ab aliis gentibus ad alias imperia trãslata sint, quæ interdum cũ per sese essent levissimæ, tamen momẽta fuerunt rerum maximarũ. Postremò jucundissimum est in conspectu habere eius humani generis ortum, propagationem & omnes insignes mutationes, quod ipsum etiam multa monet ad pietatem utilia. Iure igitur avi tui prudentia admiranda est, qui aquiescere animo in cognoscendis historiis non potuit, donec contextum haberet, perpetuum opus, universæ antiquitatis. Sed hujus generis Epitomas conficere, non est mediocrium artificum. Magnum enim & difficile opus est integram historiam rectè scribere, & haud scio an inter eloquentiæ opera, omnia longè difficillimũ. Facilius est tales commentarios excerpere, sed tamẽ eligere ea quæ plurimum habẽant ponderis, intelligere consilia atque occasiones negotium, hominis est, non solum non hebetis, sed etiam usu periti, & versati in republica: & aptè distribuere, & dulcidè recitare, nemo nisi liberali doctrina exactus potest. Itaque cum lego Germanicorum scriptorum χρονικὰ seu historias, non tantùm deploro hanc infœlicitatem nostræ nationis, quòd cum optimos principes genuerit, cum res gesserit pulcherrimas, & utiles universo Christiano nomini, tot rerum lumine res nostrorum hominum careant. Quanquam enim non prorsus ingenia nostris scriptoribus defuerunt, tamen scientia reipublicæ defuit, & ratio dicendi. Scribebant enim historias monachi plærunque imperiti reipublicæ, veteres historicos ne viderant quidem, sine exemplo, sine arte infantes. Itaque Stabium audivi narrantem Imperatoris Maximiliani consilium, quem consilisse ajebat, certis hominibus doctis mandata dare, ut collectis undiq; Germanicis chronicis, quia alius alia annotasset, ex fragmentis illis, Germanicam historiam integram, quantum fieri posset, componerent. Sed vel occupationibus impeditus, vel quia non satis idoneos homines rei tantæ, qui quidem vacui fuissent periebat, inceptum omisit. Quanquam igitur

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

jure in noſtris ſcriptoribus deſiderari multa poſſ, tamen faciendum eſt ſcilicet, id quod res fert. Non ſunt negligenda hæc, quaiam rudia monumenta majorum noſtrorum, quæ multas pulcherrimas virtis noſtrorum regum & ducum ſi non ſatis illuſtrant, vivis, ut ita dicam coloribus dumbrant tamen, & homines prudentes hæc ipſa adumbratio multa monere eſt. Itaque fui hortator Cratoni typographo viro optimo, ut recuderet nob oc Chronicon abbatis Urſpergenſis. Nullum enim in hoc genere ſcriptum nitis Germani & de rebus noſtratibus aliud reliquum eſt locupletius atque tus. Nemo de rebus Germanicis plura collegit, deinde induſtriam ejus in temibus annotandis, in quibus fuit multo cæteris diligentior, admodum probo. inam Epitome veterum rerum Perſicarum, Græcarum, & Romanarum elegan er eſſet. Sed tamen quia ſtudium habuit contexendæ propemodum perpetuæ briæ, cum veniſſet mihi in mentem judicium avi tui, de ſerie imperiorum coſcenda, præcipuè tibi princeps nobiliſſime dedicandum hoc opus eſſe cenſui eque enim dubitabam quin ut cæteras Avi tui virtutes, ita etiam diligentiam nquirenda antiquitate, effingeres atque imitarere, cum quidem ſcias quantum tilitatis cognitio hiſtoriæ, præcipuè principibus afferat. Ad hæc audiote noſlùm amare, ſed etiam præclare intelligere literas, ac multa non ſolùm in otio, etiam in ipſis negotiis, in caſtris, inter turbarum atque armorum ſtrepitum, leg ſolere, ac præcipuè colere illam philoſophiæ partem de rebus cœleſtibus, di imam ſummis viris. Sperabam igitur te, ſiquando ut ſoles, legis hiſtorias, liber etiam hunc ſcriptorem deguſtaturum eſſe. Nemo plura complexus eſt de F cis & Carolorum poſteritate, ex qua vetus familia fuit Palatinorum principum emo plura dixit de Guelfis, à quibus orta eſt nobiliſſima Ducũ familia, qui nunavariam tenent. Poſtremò nullis majorum voluptatem afferunt hiſtoriæ, quàm i res memoria dignas gerunt, qui ſuas etiam laudes in hiſtoria legunt. Extat aut tuum beneficiũ erga patriam, & univerſam Germaniam maximum. Tua enifide, virtute, ac fœlicitate anno milleſimo quingenteſimo nono defenſa eſt Vina Auſtriaca, cum eam Turcorum ingens multitudo cinxiſſet obſidione, & pugnaret accerrimè. Siquis expendet quantum terrorem intulerint Turc quanta trepidatio totius Europæ tunc fuerit, quò barbaries & crudelitas Turc on progreſſura fuerit amiſſa Vienna, intelligit vix ullum Ducem multis ſeculis ius de patria meritum eſſe, quàm te. Virtus apud Xenophontem ait ἥδιστον ἀκρόα eſſe, audire laudes rerum à nobis præclarè geſtarum. Quare cum laudes etiam tiin hac hiſtoria lecturus ſis, gratius hoc munus tibi fore confido.

Excipe igitur hunc ſcriptorem & hæc ſtudi quorum ſcientia aliquid ad cæteras tuas laudes ornamenti tibi addit, nignè defendito, quæ præſertim his miſerrimis temporibus ais qui reipublicæ præſunt omni op e, mnibus viribus pro publicam utilitatem tuenda ſunt. Bene vale Illuſtriſſime Princeps.

(:)

CRATO IVLIVS SELESTA-
DIENSIS PHILIPP. MELANCHTHONI PRAECEPTORI charissimo S. D



Im beneficio is typographica hac tempestate in lucem prodeunt opti- mi quique auctores, nulli verò avidius leguntur, quam Historici, nimi- rum quòd hista est testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ tu Charissime præceptor, superioribus Francofurdianis nundinis Chronicum Abbatis Urspergensis, ex singulari amore, quo discipulum complecteris, officinæ meæ novæ dares, dedi operam, ut quoniam hoc exemplar anno millesimo quingentesimo decimoquinto excusum, esset in multis locis depravatum, per studiosum cuiusdam Historiarum, virum candidum, recognosceretur, & excusum per me legeret expeditius. Is quoniam Urspergensis ὁ ραψῳδος sua collegit ex Josepho, Eusebio, Orosio, Historia Tripartita, Eutropio, Procopio, Beda, Iornande, Historia rerum Geticarum, Vuitichindo, Eginhardo, & plerisque alijs, ordine quicquid in Urspergensi legitur ad exemplar authorum contulit. Et, Deus bone, quas hic mendas expunxit, restituta in melius lectione? Qui volet gustum facere, tantùm conferat hanc nostram editionem cum priore in Historia Gothorum, & pro carbonibus (meo saltem judicio) thesaurum habebit.

Græca quæ deerant, adjecit, quæ perperam erant posita, emendavit. Ad hoc institutum bene merendi de lectoribus historiarum non parum juverunt duo vetusta exemplaria scripta, quorum unum communicavit doctissimus & humanissimus vir Johannes Huttichus, Antiquitatis & historiarum studiosissimus, quod ille habet ex Bibliotheca clarissimi Wormatiensis episcopi Johannis Albergii: Alterum Gaspar Hedio doctor Argent. vir tui amantissimus dedit, quod ex cœnio Augustinianorum Argen. illi contigit: utrunque exemplar titulum habuit Eusebii, id erat ipsissimus Urspergensis, nisi quod hic impostor quidam coccycis in morem, suas naias immiscuit, prodigiosa quadam libidine conspurcans utilem historiam, non aliter, quàm si quis generosum vinum lotio vitiet aut aceto. Nam ubi Urspergensis exemplar Augustæ impressum anno decimo quinto, pollicebatur Alexandri Magni historiam alibi sed tamen non præstitit: In duobus scriptis exemplaribus habebatur excerptum de vita Alexandri magni, Idem de mirabilibus Alexandri, planè tale, ut nemo sine risu legisset. Deminit enim inter alia anilia testamenti Alexandri per notarium ordinati, his verbis Statim fecit venire notarium, & ordinavit testamentum, &c. Hic ne quid lectori deesset, ex Raphaele Volaterrano, Epitome Alexandri Magni in vicē posita est. Nihil diffido, quin diligentiā hanc candidi viri, quem nosti, historiarū admodum studiosi, in recognoscenda hac historiarum Rapsodia sis commendaturus tu quoq;, quæ ornatissimo ac mirè perspicaci viro D. Beato Rhenano gentili meo admodū probatur: ea ipsa ex adiectis in margem scholijs & annotatiunculis facilè apparet, quæ ceu indices sunt, & amnes comites, ad mare historiarum (si lector velit) venire queat. Nolo hic multa verba profundere, (ut in proverbio est) Opus artificem. Qui hunc nostrum Urspergensem contulerit ad exemplaria ante hac excusum, repurgatum à mendis plusquā sexcentis, non poterit non bene precari recognitori. Et quoniam nostrates Augusti sæpe infamantur de hæresi à monachis scriptoribus, quoties videlicet jura sua tueri conati sunt de investitura Episcoporum, Abbatum, & cæterorum Prælatorum, ac infringere tyrannidem Romani Pontificis tentarunt; antidotum in margine aut præfatiunculam parvam adjectam habet lector, Monachos, tum historiarum scriptores, magno Episcopo Romano addictissimos fuisse. Ea verò quæ pro defensione Cæsarum scripta fuerunt, malitia temporum & hominum suppressa & abolita satis constat.

Hic idem recognitor mihi novo typographo, imò historiarum amatoribus operam suā collocavit, ut, quoniam Chronicum Abbatis Urspergensis, in Friderico secundo, hoc est, anno millesimo CCXXX, desinit: hic historiarum studiosus, ab eo tempore usque ad annum præsentum, ex probatioribus qui habentur scriptoribus, Paralipomena in arctum cogeret & annecteret, quod fecit sanè non indiligenter & candidè, nescio quàm fœliciter. Certè quicquid hic peccatū est, non authori imputetur, sed meæ, hoc est, typographi im-

portunitati, qui ſpacio duorum menſium à bono virctorſi, quod biennium poſciſſet, non tam meũ, quàm emptoris commodum ſpectans, cogerer Urſpergenſem ſine his Paralipomenis extrudere. In quibus ſi non omnia cohnt, pleraque hiant, ac parum plenè tradita ſunt, omiſſa multa; tamen cordatus lector facile deprehendet in his circunciſis quo ſpectarit author innominatus, nimirum ut leone hiſtoriarum in dies magis formaretur & juvaretur judiciũ pietatis, libertatis Gmaniæ pro qua tanta deſignarunt Principes fortiſſimi, magnanimi Cæſares, Frideric ſecundus, Conradus, Rudolphus, Heinricus ſeptimus, Ludovicus Bavarus, Sigiſmuus rex, & poſt hunc Sigiſmundus Auſtriæ dux contra Nicolaum Cuſanum Cardinale, & Reſp. quædam (ut taceam de iis qui hodie vivunt, ne adulationis notam mihi quis trat) qua de re extant libri non contemnendi, & aliquot principum electorum Palatici & Brandenburgenſis acres epiſtolæ & pungentes contra Papam iniqua petentem. Qua indignè verò à Romanenſibus tractati illi, nec illi ſolùm prophani (ſi dijs placet) primes, ſed Eccleſiaſtici quoque, hoc eſt, Archiepiſcopi Rheni, apud quos olim ferè ſummarum patriæ fuit, qui quoties Germaniæ conſultum cuperent, malè audierunt & peior ſuſtinuerunt, ut qui vellent ſedem Rom. humiliare (hoc enim exprobrabat papa) & Imperialem evehere: quibus jam olim objicibatur, quod etiam vera in papam dicere, cera juramentum eſſet Epiſcoporum. O ſervitutem Germanico & principe pectore indigſimam.

Preterea docebunt hac paraleipomena, ut res peiorum conciliorum habuerint deploratè: Et tamen Veritas, temporis filia, ſemper ſi non nihil exeruerit. Perpulchra ſunt exempla in Conſtantienſi Concilio, ubi veritas no ſolùm odium ſed incendium peperit. In Baſilienſi Concilio, quale pectus erat in Ludovi Cardinale Arelatenſi? ex cuius ore veritas loquebatur, qui minas Principum non tiuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæſivit. Qui voluit pauperes etiam preſbyteros concilio audiendos, nec diſſimile exemplum in Johanne Segovio theologo piiſſimo. Et habebit lector, nec novum eſſe, appellare contra papam. Exemplum in Sigiſmundo Auſtriæ duce, contra Commendas Romanas. In D. Gregorio, Heymburg dicto, contra Rm ſecundum papam, qui Germaniã ditiorem exhaurire volebat, & ſudoram Germanorum in ſuas delitias vertere. In Carolo quarto Cæſare liberrimam obiurgationem ea legatum Romani Pont. ſicis & Archiepiſcopum Moguntinum, præcipiente ſub eſidelitate qua ſibi aſtringeretur Mogontinus, ut clerum reformaret, tolleretq; abuſ: in veſtibus, calceis, capillis, & toto vitæ habitu. Quod ſi non fecerit, mandatum eſſe imperatorium, ut fructus beneficiorum occuparentur, Fiſco Cæſaris præſentandi, & in hæctiores uſus convertendi.

Preterea bella aliqua regum & principum inter ſe, Rerumpublicarum cum principibus & epiſcopis. Hic referuntur brevibus forti. facta Germanorum Imperatorum in Italia. De origine Turcarum & ſucceſſu, & quoambitio & diſcordia ducum Chriſtianorum, victoriam Turcæ ſæpenumero tradideri. De primis Anglicis: de ſecundis. De Delphino & Armeniacis. De Suitenſibus. De ſctis Flagellantium. De Bohemiæ ſectis. De ſeditionibus. De Carolo Burgundione, & bell Burgundiaco. De comitiis horum temporum. De ſucceſſu doctrinæ, pietatis, ſtudiorum & pleraque alia Miſcellanea, quæ in præſentiarum enumerare nihil opus eſt.

Epitomẽ hiſtoriæ Scanderbegi, quæ eſt in duodcim libris, volebat author τῶν παραλειπομένων adiicere: at quia brevitate temporis fiernequivit, & hiſtoriæ Latinæ Scanderbegi exemplar certò expectem à clariſſimo doctor Jacobo Spiegelio, qui Carolo Auguſto & Ferdinando Cæſari à conſiliis eſt, modò tãtùm primi & ſecundi libri compendiũ damus.

Jam cum qualibet ætas ſuos aliquot habuit ſuiori judicio præditos (ut bonitas Dei nulli tempori alligata eſt) qui teſtes eſſent veritatis, patroni linguarum, & meliorũ diſciplinarũ, quig, effectu miſericordiæ tangerentur erga Eccleſiæ Catholicæ res iam multis annis afflictiſſimas, habebit hic lector quæ cum fructu legat, de Nicolao Clemange, Johãne Vueſſelo, Johanne Vueſſalia, D. Johanne Keyſerſpergio concionatore Argentoratenſi, ſuæ ætatis oraculo, incomparabili heroe cognato meo Johanne Reichlino Pfortzenſi, Jacobo Vuimphelingo Seleſtadino concivi meo, quprofua menſura certè non parum adjuvit herbeſcentia per Germaniam ſtudia: De D. Martino Luthero, D. Eraſmo Roterodamo, Johanne OEcolampadio, & alijs abſolutiſſimis viris, Author ita affectibus temperavit, ut tamen veritati non potuerit non ferre teſtimonium, ut qui, quacunque

ratione fieri posset, optat & ex animo desiderat Christi gloriam, publicam utilitatem, non solùm Germaniæ, sed totius Christiani orbis, cum omni pietate & honestate promota. Et quotquot lecturi sunt quæ modò damus, aut posthac, favente Deo, daturi sumus, ut omnes hi cogitatione communis boni tangantur: ac gratiam horum temporum nullus ad lasciviam transferat, ac Deum qui solus est heros, ac Dominum nostrum Iesum Christum neget. Qui testes fuerunt resurrectionis Christi pro Euangelio his temporibus, qui visi sunt oculis insipientium mori, quorum nomina in cælo scripta, & horum catalogus apud pietatis & historiarum studiosos habetur. Unde horum temporum historia Ecclesiastica possit componi, & magno posteritatis fructu legi: horum omnium hic in præsentiarum ferè nulla fit mentio, idq; non sine causa. Si quid subinde dederit Dominus, ex nostra officina, bona spes me habet, à candido, lectores accepturi sunt candidè. Bene valeto Præceptor charissime, & Cranem tuum, quod facis commendatum habe. Argentorati, Anno Domini M. D. XXXVII. mense Martio.

Digitized by Google

IVSTVS LIPSIVS IN POLITICORVM SVORVM NOTIS.

INter mediæ ætatis Scriptores (proh dedecus!) non est quem pro mediocri historico laudem: adeò labente Imperio barbaries statim & squallor omnia occuparunt. Lambertum tamen Schaffnaburgensem haud planè contemno in rebus Germanicis: uti nec Rodericum Toletanum in Hispanicis: uterq; bonus, quantum potuit in tali ævo.

Digitized by Google

CONRADI ABBATIS URSPERGENSIS CHRONICUM.

Præfatio.

DE REGNIS ET REGIBVS ET GESTIS TEMPORVM, MULti scripserunt, varia hæc descriptione prosequentes. Nam Moyses ab Adam usq; ad Noe, & à Noe usque ad Abraham, duarum ætatum tempora secundum successiones generationum in populo Dei describit, nullam usquam de Regnis aut Regibus faciens mentionem. Tum quia reges fortè non erant, tum quia non de regibus scribere intendebat, sed mirabilia & leges Dei, quæ gessit in populo suo, enarrare studebat. Hujus itaque & aliorum sacræ historiæ scriptorum tractatus merito præferunt, qui à Deo inspirati, magnalia Dei mirificè inter homines eloquuntur. Cæterum licet hæc quæ in Lege & Prophetis & Psalmis scripta sunt, ad corroborandam fidem sufficere possint, multi tamen adjecerunt hæc quæ à sanctis dicta sunt, principaliter prosequendo, ex libris etiam Gentilium, de Regnorum & Regum successionibus aliqua satis eleganter interserendo. Ex quibus Orosius & Eusebius & alii quam plures libros Annales ediderunt. Ex quibus præfatus Eusebius collationes temporum facere conatus est: singulos annos in numetis disponens, in singulis lineis & columnis. A principio disponens quatuor Principatus, scilicet Hebræorum, in quibus non Reges, sed Patriarchæ extiterunt. In secunda columna Regnum & Reges Assyriorum per singulos annos disponit. In tertia columna Regnum & Reges Sicyoniorum per singulos annos ordinat. In quarta columna, quoniam Ægyptii Reges non habuerunt, sed quasi in regno potestates illorum, quas illi dynastias appellabant, disponit singulos annos in singulis lineis usq; ad centum nonaginta annos, per quos à Thebæis per sedecim dynastias regebantur. His regnis postmodum accessit in Europa primum regnum Argivorũ, secundum Ægyptiorum, tertium Athenienſium. Hæc ideo dictus Eusebius sic disponit, ut ostendat quotus annus cujuslibet regni sive regis, quotus sit ad quemlibet annum alterius regni, sive alterius regis. Verùm quia præfata scriptura vitio scriptorum omnino est corrupta, & multa difficultas, & modica videtur inesse utilitas, nos eam omittimus, prosequentes & ponentes tantummodo Reges secundum successiones suas, à principio tantummodo in duobus regnis, scilicet Assyriorum & Sicyoniorum, quorum utrosque in singulis columnis post alios ponemus, secundum quod simul extitisse videntur, alterinsecus eos ponendo, contemporaneos quoq; patriarchas, & præfata Ægypti sive alia regna in circulis aliis ponemus, in eisdem spatiis, secundum quod contemporanei fuerunt, singulis annos suos breviter adscribendo. Ex quibus prudens lector dinumeret progressum regnorum & annorum eorundẽ. De regibus ad reges lineas protrahimus in singulis regnis, quousque ad regnum Romanum in Europa perveniamus. A latere autem sine protractione linearum ponimus Patriarchas sive Reges vel Sacerdotes Judæorum, aut etiam alia quædam quæ in libris divinis evidenter descripta sunt, & explanata à multis expositoribus.

Scriptura præferendi omnibus.

Orosius. Eusebius.

Ægyptiorũ dynastia potestas. 16 sub Thebæis, vide Eusebiũ.

Corrupta scriptura Eusebii.

Ex linea & circulo omissio præsentia habes.

Incipit Chronicum.

NARRAT Philo in libro quæstionum super Genesim, quòd ex tribus filiis Noe adhuc ipso vivente, nati sunt viginti quatuor & tres duces, filii Cham, Nemrot; filii Sem, Jetram: filii Japhet, Sophone: à quibus præfata tria regna processisse creduntur. Primum igitur fuit in Oriente regnum Assyriorum. In Assyria enim prævaluerat dominatus impiæ civitatis. Hujus caput erat illa Babylon, quam ædificavit Nemrot gigas contemptor Dei, principium regni sui. Cujus terrigenæ civitatis nomen aptissimum est, id est confusio. In qua civitate rex primus appellatus est Belus, pater Nini, regnavitque annis sexaginta quinque.

Philo.

Reges Assyriorum. *Patriarchæ.* *Reges Sicyoniorum.*

I. *Belus, 65.*

ANno regni Beli 52. natus est Thare pater Abrahæ. Fuit ergo Thare vicesimũ septimum annum agens quando mortuus est Belus. Thare verò anno vitæ suæ 70. genuit Abraham, anno Nini regis Assyriorum 43. qui est annus circiter 1228. ante conditam Romam, vel alteram in Occidente Babyloniam, & annus regni Europis, secundi regis Sicyoniorũ 22.

Thare.

Abraham.

QUadragesimo quinto anno Beli regis, cœpit regnum Sicyoniorum, in quo regnavit primus Ægialeus annis 52. & ab ejus nomine dicta est terra illa Ægialea, quæ hactenus Peloponesus nuncupatur. Huic succedit Europs qui regnavit annos quadraginta quinque.

I. *Ægialeus, 52.*

Eusebius Europen facit primum.

Europs, 45.

Anno nativitatis Abrahæ cœperunt Thebæi Ægyptiis imperare, annis 190. per dynastias 16.

Ninus

Digitized by Google

Assyr. *Aegypt.* *Patr.* *Argiv.* *Sicyon.*

Armami tres Euſebius.

gentos à diluvio, & hunc quidam putant eſſe Melchiſedech, traduntq; Hebræi ab hoc uſque ad ſacerdotium Aaron, omnes primogenitos fuiſſe ſacerdotes, & Deo victimas immolaſſe, & hæc eſſe primogenita quæ vendiderit Eſau fratri ſuo Jacob.

IX. *Belochus 35. Belenus habet Euſebius.*

Belochus rex Aſſyriorum nonus regnavit annis 35.

Sub Belocho cœpit multiplicari genus hominum.

Hoc tempore cœpit multiplicari genus hominum. Tunc Theſſalus filius Græci regnavit in Theſſalia, ſed à Græco Græcia, à Theſſalo Theſſalia dicta eſt. Tunc Ogyges condidit Eleuſinam in Attica provincia, quæ antiquitus vocabatur Acta, & alias civitates plurimas. Cuius temporibus apud lacũ Tritonidẽ virgo apparuit, quam Græci Minervã vocaverunt. Hoc tempore Iacob Liam duxit & Rachel in Meſopotamia.

X. *Baleus, 52.*

Baleus Rex Aſſyriorum 10. regnavit annos 52. His temporibus diluvium in Achaja factũ eſt ſub Ogyge: in Ægypto quoq; diluvium fuit. Iſaac annorũ 180. mortuus eſt. Iacob genuit Ioſeph, 10. filiis antea natis, Hic Ioſeph cum 16. eſſet annorum, à fratribus in Ægyptũ venditur: ſed dominus terrę à Pharaone conſtituitur, cum eſſet 30. annorum, ad quem pater fame cogente cum omni domo ſua deſcendit, ibiq; habitavit.

REGES AEGYPTI.

Hic poſt 17. dynaſtiam apud Ægyptum primus Diapolitanorum Amaſis regnavit annos 25. Ab hinc ergo præter Patriarchas, & alia regna incidentia, proſequemur quatuor regna cũ regibus ſuis, ſcilicet, Aſſyriorum, Ægyptorum, Argivorum. Sicyoniorum. Tunc Sparta condita eſt. Tunc Iacob deſcendit in Ægyptum cũ familia ſua.

I. *Amaſis 25.*

Sparta condita.

XI. *Altadas 32.*

Altadas Rex Aſſyriorum 11. regnavit annis 32.

Tunc Iacob cum eſſet annorum 147. mortuus eſt in Ægypto, relinquens Ioſeph filiũ ſuum ducem Ægypti, annotum 57. agentẽ in principatu 27. annos. Ioſeph autem corpus patris ſui cũ magno honore reduxit in terrã Chanaan.

II. *Chebron. 13.*

Chebron Rex Ægypti ſecundus, regnavit annos 13.

III. *Amenoſis 21.*

Amenoſis Rex Ægyptiorũ tertius, regnavit annos 21.

Trimetheus.

His temporibus dicitur Prometheꝰ fuiſſe, à quo homines factos eſſe de luto fingũt Poetę: quia cũ eſſet ſapiẽs, feritatem

I. *Inachus. 50.*

II. *Phorochenus. 60.*

Ioſeph.

III. *Apis. 3.*

I. *Argus, 70.*

REGNVM ARGIVORVM.

De hoc regno ſcripſit Caſſior Argivorum Chronographus.

SUb Aegidio cœpit regnũ Argivorũ, in quo primus regnavit Inachꝰ annis 50.

Inachus Græcis leges conſcripſit.

Eo quoque tempore Phorochenus ſive Phoroneus, Inachi & Niobæ filius, ſecundus regnavit Argis annis 60. Hic primus leges & judicia Græcis conſcripſit. Cujus ſoror Io in Ægypto regina eſt facta, & Iſis dicta. Et quia latè juſteque imperaverat, multaque commoda Ægyptiis fecerat, & literas eis inſtituerat, divinum poſt mortem meruit honorem, in tantum, ut ſi quis diceret eam hominem fuiſſe, plecteretur capite. Hæc Oſiridis regis, Ægypti cũ eſſet uxor, parentibus regis qui omnes fuiſſe reges dicebantur, ſacrificaſſet, hordei ſegetem invenit, atque inde ſpicas marito regi & ejus conſiliario Mercurio demonſtravit. Unde & eandem Ceretem eſſe quidam volunt. Io verò poſtea nupta Thelegono, genuit Epaphum.

Io Aegyptiis literas inſtituit.

IX. *Meſſapus. 47.*

Meſſapus rex Sicyoniorũ 9. regnavit annos 47.

III. *Apis. 3.*

Eo tempore Apis tertiꝰ regnavit Argis annis 25. quem dicunt eſſe Serapim. Hic fratrem ſuũ Aegialeũ præficiens Achajæ, ipſe cũ populo ad Ægyptũ navigavit. Ubi cũ mortuus eſſet, factꝰ eſt Serapis maximꝰ omniũ Aegyptiorũ deus. Quẽ cum ſepultũ venerarentur in ſarcophago, priuſquam ei templum conſtrueretur, ab eo quod ſarcophagum dicunt ſoros, primum dictus eſt Sorapis, poſtea mutato, o in e, eſt Serapis dictus. Conſtitutum eſt etiam de eo, ut quiſquis eum hominem fuiſſe dixiſſet, capitalem ſubiret ſententiam. Et quoniam ferè in omnibus templis ubi colebatur Iſis, colebatur & Serapis, erat ibi ſimulachrum quod digito labiis impreſſo admonere videretur, ut ſilentiũ fieret, ſcilicet, ne quis eos homines fuiſſe diceret. Apis ergo non Ægyptiorum, ſed Argivorum rex fuit, licet apud Ægyptum hęc ei ſint inſtituta. Ab eodẽ tamen Memphis in Ægypto condita eſt. Aſſerunt tamen quidam præfatum ſimulachrum factum fuiſſe Joſeph noſtro, eo quod Ægyptios à fame liberaviſ.

Serapis ſimulachrũ de quo, vide Eu, ebrum lib. 11. hiſt. Eccle.

Memphis condita.

X. *Eratus. 46.*

Eratus rex Sicyoniorum 10. regnavit annos 46.

IIII. *Argus, 70.*

Argus filius Apis ſuccedens patri, quartus regnavit Argis annis 70. à quo Argi dehinc Argivi dicti ſunt. Quo regnante, cœpit Græcia uti frugibus, &

Argivi.

Digitized by Google

Assyr. *Aegy.* *Patr.* *Arg.* *Sicy.*

tatem & imperitiam hominum ad humanitatem & scientiã transformavit. Cujus frater Athlas magnus fuit astrologus. Qui quoniam cursus syderum in Athlante monte deprehendit, nactà occasione fabula hunc cœlum portare confinxit. Mercurius etiam nepos Athlantis ex filia Maja, multarum artium peritus claruit, & ob hoc post mortem in numerum deorum cessit. Multa quoq; in Græcia his temporibus confinguntur.

habere segetes, delatis aliunde seminibus. Hic etiam post mortem divinos meruit honores.

Athlas. *Mercurius.*

XII. *Mamitus.* 30. Mamitus rex Assyriorũ 12. regnavit annos 30.

XIII. *Manchaleus* 30. Manchaleus rex Assyriorum 13. regnavit annos 30.

Plenneus rex Sicyoniorũ 11. regnavit annis 48. XI. *Plenneus.* 48.

His temporibus Joseph anno vitæ suæ 110. principatus vero 80. defunctus est. Exin Hebræorum servitus dura fuit in Ægypto annis 144. Fiunt autem omnes anni quos Hebræi exegerunt in Ægypto, ducenti viginti quinque, qui computantur ab eo tempore, quo Jacob in Ægyptum descendit cum filiis suis.

Mefres rex Ægypti quartus, regnavit annos 12. IIII. *Mefres* 12.

Mispharmutosis rex Ægypti 5. regnavit annos 26. V. *Mispharmutosis* 26.

XIIII. *Iphereus.* 20. *Epidaurus condita.* Iphereus rex Assyriorum 14. regnavit annos 20. His temporibus Epidaurus civitas condita est. Hæmon etiam regnavit in Thessalia, à quo dicta est Hæmonia. Xantus quoq; Triopa Lesbum civitatem condidit. Et Moyses in Ægypto nascitur. *Moyses* V.

Orthopolis rex Sicyoniorum duodecimus, regnavit annos sexaginta tres. XIII. *Orthopolis.* 63.

Criassus rex Argivorum quintus, regnavit annos 54. *Criassus.* 54.

Lesbus extructa.

Tuthemosis rex Ægyptiorum 6. regnavit annis 9. VI. *Tuthemosis.* 9.

Phorbas rex Argivorum sextus, regnavit annos 35. VI. *Phorbas.* 35.

XV. *Mamilus.* 9. Amenopes rex Ægyptiorum 7. regnavit annis 31. VII. *Amenopes.* 31.

Marathius rex Sicyoniorum decimus tertius regnavit annis triginta. XIII. *Marathius.* 30.

XVI. *Sparetus.* 40. Mamil° rex Assyriorũ, regnavit ãnis 30. VIII. *Orus.* 38.

Hercules eo tempore fertur Anthęum superasse luctæ certamine. *Hercules.*

Orus rex Ægyptiorum 8. regnavit annis 38.

Sparetus rex Assyriorum 16. regnavit annis 40.

REGNVM ATHENIENSIVM.

Regnum Athenienſiũ.

Δίφυι δὸο φύσιν ἐχου τα. *Hesych.*

Riceſimo quinto anno Moysi, regnum cœpit Athenienſium, ubi primum regnavit Cecrops, qui & Diphyes, annis 50 Diphyes autem dictus est, sive ob longitudinẽ corporis, sive quia cum esset Ægyptius, utranq; linguam sciebat, Ægyptiacam, & Græcã. Hic in Acta, quæ nunc Attica dicitur, Athenas, quã & Diadas vocant, condidit: quam urbem Euboici Orchomenon appellaverunt. Quæ ciuitas, ut vocaretur Athenę, quod certe nomen à Minerva est, quæ Græce Athena dicitur, hanc causam Varro narrat. Cum apparuisset illic repente olivę arbor, & alio loco erupissent aquæ, regem prodigia ista moverunt. Vnde misit ad Apollinem Delphicum super hac re sciscitanda. Qui respondit, quod Neptunum & Minervam significaret, & quod in civium potestate esset, ex cujus duorũ numinũ nomine potius civitas vocaretur. Hoc oraculo Cecrops accepto, cives omnes utriusque sexus consulendos convocavit. Mos enim tunc in eisdem locis erat, ut etiã fœminæ publicis cõsultationib° interressent. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, fœminæ pro Minerva tulere sententias. Sed quia una plus inventa est fœminarum, Minerva vicit. Tunc Neptunus iratus, marinis fluctibus exæstuantibus, terras Athenienſiũ populatus est, quoniam spargere latius quaslibet aquas, dæmonibus difficile non est. Cujus ut iracundia placaretur, triplici supplicio ab Athenienſibus affectę sunt mulieres: Vt nulla ulterius ferrent suffragia: Vt nullus nascentium acciperet nomen maternum: Vt ne quis eas Athenas vocaret. Ita illa civitas mater & nutrix liberalium doctrinarum & tot tantorumque Philosophorum, qua nihil habuit Græcia clarius atque nobilius, ludificantibus dæmonibus de lite deorum suorum maris & fœminæ, & de victoria per fœminas, fœminæ, id est, Minervæ nomen Athenas accepit. Vnde & Cecrops Atticos Athenienses appellavit, & ab eo regio Cecropia vocata est. Iste bovem immolans, primus Iovem invocavit, eumque in sacrificio adorari præcepit. A quo usque ad primam Olympiadem numerantur reges 17. Principes verò quos mors tantum finiebat, 12. sub quibus apud Græcos multa miranda narrantur. Tunc enim primum Curetes & Corybantes, qui Gnosum condiderunt, modulatã & consonam in armis saltationem invenerunt. Tunc etiam fuisse in Thessalia diluvium sub Deucalione describitur. Tunc etiam Phaëtontis fabulosum incendium. Tunc templũ Apollini Delphis construitur, & multa hujusmodi. A Cecrope verò usque ad Trojæ captivitatem computantur anni 375.

Diphyes dictus Cecropi, quia connubii rationem excogitavit. *Athenis condita.* *Causa nominis Athenæ.* *Saltatio in armis.* *Delphicum templum.* *construitur.*

XVII. *Ascades* 40 Ascades rex Assyriorum 17. regnavit

Cecrops rex primus Athenien. regnavit

Digitized by Google

Assyr.	Aeg.	Athen.	Arg.	Sicy.
Acencerea rex Ægyptiorum 9. regnavit annis 12.	IX. Acencerres 12.	I. Cecrops 50.	VII. Troyphas, 46.	Troyphas rex Argivorum 7. regnavit annos 46. regnavit annos 50.
Deucalion. Tunc Deucalion regnare cœpit apud eos qui circa Parnasum morabantur.				Marathus rex Sicyoniorum 14. regnavit annos 20. XIV. Marathus 20.
Achoris rex Ægyptiorum decimus, regnavit annos 8.	X. Achoris. 8.			Tunc cœpit esse quadragesimus annus Moysi, 394. anno repromissionis. Qui occiso Ægyptio fugit in terram Madian. Diluvium sub Deucalione in Thessalia fuit.
Chencres rex Ægypti 11. regnavit annis 16.	XI. Chencres 16			
Acherres Ægyptiorum rex duodecimus, regnavit annis 8.	XII. Acherres. 8.			Echireus rex Sicyoniorum 15. regnavit annis 55. XV. Echireus. 55.
Moyses anno repromissionis quadringentesimo 30. populum Israhel jubente Deo, in lignis & virtutibus eduxit de Ægypto, cum esset annorum 80. eisque in heremo per annos 40. legem exponit. Ab hoc loco usque ad Salomonem & ædificationem templi, numerantur anni 480. Ad captivitatem verò Trojæ, 329. Tunc primus pontifex Hebræorum Aaron constituitur. Eductio populi Israel. Aaron primus pontifex.			VIII. Crotopus 21.	Crothopus rex Argivorum 18. regnavit annis 21.
Cherres Ægyptiorum rex 13. regnavit annis 15.	XIII. Cherres 15	II. Granaus 9.		Granaus rex Athenienſium 2. regnavit annis 9.
Armeus Ægyptiorum rex 14. regnavit annis 5.	XIIII. Armeus 5.	III. Amphitrion 9.		Amphitrion rex Athenienſium 3. regnavit annis 9.
Remesses qui & Ægyptus, à quo Ægyptus, quæ prius Aetia dicebatur nomen accepit, 15. regnavit annis 68.	XV. Remesses 68.	IIII. Erichtonius. 50.		Erichthonius Athenienſium rex quartus, regnavit annis 50.
Huic erat frater Danaus, qui habuit quinquaginta filias: Ægyptus verò habuit totidē filios, quos Danaus simulatis nuptiis, per filias suas una nocte omnes occidit, excepto Lynceo, qui post eundē Danaū Argis regnavit, qui miseratione suæ sponsæ effugit. Ipse verò Danaus pulso fratre Ægypto regnavit, sed pulsus & ipse postea Argos se contulit, ubi à Stheleno benignè susceptus, & ipsū postea expulit, & in loco ejus regnavit. 50 filii. 50 filiæ.				Hic in Græcia primum junxit currum. Ipse quippe in templo Vulcani & Minervæ, quod ambo unum habebant, inventus est puer à dracone involutus, quod significavit eū magnum futurum. Et cum parentes ejus essent ignoti, propter cōmune templū dictus est Vulcani & Minervæ filius. Et quia à dracone involutus erat, draconeis pedibus fingitur natus, & ob hoc junxisse currum. Inventor currus.
			IX. Stelenus 11.	Stelenus rex Argivorum nonus, regnavit annis 11.
Amyntes rex Assyriorum 18. regnavit annos 45. XVIII. Amyntes. 45			X. Danaus 50.	Danaus, à quo & Danai, rex Argivorum 10. expulso Steleno, regnavit annis 50, minoresq; ejus perseveraverunt usq; ad Eurisitheum filiū Steleni, nepotē Persei, post quem Pelopidæ imperium susceperūt, primo ex ipsis regnante Atreo. Eodē tempore Dardanus Dardaniā condidit, templum Delphis à Flegeo incensum est. Hoc etiā tempore Busyris in Ægypto fuit filius Neptuni & Libyæ filiæ Epaphi. Qui dum apud loca Nilo vicina tyrannidem exerceret, transeuntes hospites crudeli scelere posita ara interfecit. Post hæc, id est, ab egressu filiorū Israel ab Ægypto usq; ad mortē Josue, sacra sunt instituta falsis diis, à reb⁹ quę memoriā diluvii quod fuerat sub Deucalione, vitęq; erūnosæ, modo ad alta, modo ad plana migrantiū revocarunt. Templum Delphis incensum à Flegeo.
Josue, qui & Jesus Nave, minister & successor Moysi, introduxit populum in terram promissionis, & divisit eis terrā, & rexit populum annis 27. Josue.				
Belothus rex Assyriorum 19. regnavit annis 25.				
Hujus filia Aetosa, quæ & Semiramis regnavit cum patre annis 8. XIX. Bel obiit. 25				
Hoc tempore Jupiter mixtus est Europæ filiæ Phœnicis, quam rapuerunt Cretenses navi, cui fuit insigne Taurus, quam postea Asterius, quem alii Xantum dicunt, rex Cretensium accipiens uxorem, procreavit ex ea Rhadamantū, Sarpedonē & Minoē quos magis ex eadem fœmina filios Jovis fuisse vulgatum est. Tunc etiam Cadmus regnavit The-				Chorax Sicyoniorū rex 16. regnavit annis 30. XVI. Chorax. 30.

Digitized by Google

Corinthus. Bithynia, Tarsus, & Paphus condita.

bis, ex cujus filia Semele natus est Dionysius, qui & Liber pater & Bacchus dictus est. Postea Cadmus & Phœnix profecti de Thebis in Syriam, apud Tyrum & Sydonem regnaverunt. Linus & Zetus & Amphion hoc tempore in Musica arte claruerunt. Ea quoque quæ de Danae, ex qua Perseus natus est, dicta sunt, hoc tempore gesta sunt. Ephira quæ nunc Corinthus dicitur, à Syspho condita est, & Bithynia à Phœnice, Tarsus quoque & Paphus conditæ sunt.

Cadmus. Semele. Bacchus. Linus, Zetus, Amphion, musici.

Assy.	*Aegy.*	*Ath.*	*Judic.*	*Arg.*	*Sicy.*
XX. *Bellepares 3.* Menophis rex Ægyptiorum 16. regnavit annis 40.	XVI. *Menophis 40.*	V *Pandion 40.*			XVII. *Epopeus.* 35
Bellepares rex Assyriorum 20. regnavit annis 30.				Epopeus Sicyoniorum rex 17. regnavit annis 35.	
In Scenter Virgi. Hoc tempore Dionysius qui & Liber pater, vitem dicitur oste idisse hospiti suo in Attica terra. Hic etiã subactam Indiam sanguine madefecit, cædibus opplevit, libidinibus polluit gentem, utiq; nulli unquam hominum obnoxiam, vernacula tantum quiete contentam. Habebat aũt multas in exercitu suo fœminas, quæ Bacchæ appellatæ sunt, non tam virtute fortes aut nobiles, quam furore.				Pandion rex Athenienſium 8 regnavit annis 40. Hujus filiæ fuerunt Progne & Philomena.	
				Mortuus est Josue cum esset annorum centum & decem. Post cujus mortem cum peccassent filii Israel coram Domino, tradidit eos Dominus in manus alienigenarũ annos 8 & deinde clamantibus ad Dominũ, dedit ducem Gothoniel, qui primus judex rexit populum annis 40, quibus annumerantur illi octo afflictionis Hebræorum.	
Bacchæ.			*Gothoniel.*		
Hercules Desinaus. His etiam temporibus Hercules cognomento Desinaus in Phœnice clarus habetur, sed non ille, cujus ingẽtia & innumerabilia facta narrantur, & quem Græci suis literis produnt se ipsum incendisse. Secretiori quippe historia, (ut sanctus Augustinus ait) plures fuisse, qui Hercules, & Liberi patres, & Apollines dicti sunt.			*Phinees.*	Eo tempore Phinees suscepit sacerdotium.	
			XI. *Lynceus. 41.*	Lynceus Argivorum rex 11 regnavit annis 41.	
				Post mortem Gothoniel iterum peccaverunt Hebræi Domino, ipsoque dimittente, afflixerunt eos Allophili annis 18. qui tamen annumerantur annis Ajoth.	
			Ajoth.	Ajoth ex tribu Ephraim, secundus judex Hebræorum, judicavit eos annos 80. Hic utraque manu pro dextra utebatur.	
Eo quoque tempore Minos regnavit in Creta, & Celeus in Eleusina. Arcas etiam Jovis Calistonis filius Pelasgis in deditionem receptis, regionem eorum Arcadiã nuncupavit.					

His temporibus cœpit regnum esse in Italia. Quod translatum Romam, per diversas potestates excrevit in Monarchiam Romanorum, quæ hactenus durat, sicut sequens ratio declarabit.

DE REGIBUS ITALIÆ ET ROMAN.

I. *Janus.* IN Italia, ut quibusdam placet, regnavit Janus.

II. *Saturnus.* Deinde Saturnus Jovem filium suum è Græcia fugiens, in civitate, quæ ex ejus nomine Saturnia dicta est, latuit. Cujus civitatis ruinæ hactenus cernuntur in finibus Tusciæ, haud procul ab urbe. Hic Saturnus qui in Italia latuit, ab ejus latebra eadem Italia Latiũ appellata est. Ipse enim, adhuc rudes populos domos ædificare, terras colere, plantare vineas, docuit, atque humanis moribus vivere: cum antea semiferæ glandium tantũmodo alimentis vitam sustentarent, & aut in speluncis, aut frondibus, virgultisq; contextis casulis habitarent. Ipse etiam eis nummos æreos primus instituit. Pro quibus meritis ab indocili rustica multitudine Deus appellatus est.

Unde Latiũ. Nummi æreí primum inventi.

III. *Picus.* Post hæc Picus filius ejus, qui fabulose in avem sui nominis dicitur esse mutatus.

IIII. *Faunus.* Post hæc filius ejus, Faunus pater Latini: cujus Latini mater Carmentis Nicostrata creditur latinas literas repperisse, regnante eodem Latino, qui latinam linguã correxit, & latinos de suo nomine appellavit.

Nicostrata. Latinas literas repperit. Latinus correxit.

Troja capta. Troja à Græcis capta est anno 101. Romani regni, ante primam quoque olympiadẽ annis 406. ante Romam vero conditam annis 404. Capta autem Troja Aneas Veneris & Anchisæ filius ad Italiam venit; & anno tertio post Trojæ excidium cum Turno Dauni Tuscorum regis filio dimicans, eum interemit: ejusque sponsam Laviniam supradicti Latini regis filiam in conjugiũ accepit, de cujus etiam nomine Lavinium oppidum quod struxerat appellavit. Anno ab Imperio Nini, 870. raptam fuisse Helenam; conjurationemque factam adversus Trojam ferunt. Hinc decennalis obsidio, famosumque sequitur Trojæ excidium.

Aeneas in Italiam venit.

Lavinium extruxit.

Helena rapta.

V. *Aeneas.* Hinc Romanorum gens duxit originem ab Ænea profugo, & ut ipse Virgilius adulatur (viro forti) ab aliis vero traditur, patriæ proditore ac necromantico, ut pote qui etiam uxorem suam Diis suis immolaverit. Regnavit autem Æneas tribus annis apud Latinos.

Romana gẽtis origo à proditore. Aeneas patriæ proditor.

VI. *Ascanius.* Quo vita decedente secundum quosdam per fulminis ictum, regnum accepit Ascanius, qui &

Digitized by Google

Julus ejuſdem Æneæ filius, quem apud Trojam ex Creuſa conjuge ſua, filia Priami regis, genuerat, & ſecum in Italiam veniens adduxerat. Qui Aſcanius derelicto novercæ ſuæ regno Albam longam condidit, & Deos penates ſui patris Æneæ ex Lavinio in eandem Albam tranſtulit, ſed ſimulacra eadem Lavinium ſponte redierunt. Rurſum traducta in eandem Albam longam iterum repetivere antiquiora delubra. Aſcanius genuit Iulum filium, à quo omnis familia Iuliorum orta eſt. Cum autem triginta & octo annis regnaſſet Aſcanius, moriens Sylvium poſthumum fratrem ſuum, filium Laviniæ novercæ ſuæ & Æneæ patris ſui, quē ipſe Aſcanius ſumma pietate educaverat, regni reliquit hæredē, pro eo quod Iulus filius ſuus adhuc parvulus ad regnandū non eſſet idoneus.

Alba longa condita.

Familia Iuliorum.

VII. *Sylvius.*

Sylvius igitur Poſthumus regnavit annos 29. Qui Poſthumus inde dictus eſt: quia poſt mortem vel humationem patris eſt natus. Sylvius vero, quia ruri fuerat educatus. A quo eodem Sylvio omnes reges Albanorum Sylvii vocati ſunt.

VIII. *Æneas Syl.*

IX. *Latinus Syl.*

David.

Poſt quem regnavit Æneas Sylvius annos 31. Deinde Latinus Sylvius regnavit annos 50. quo etiam tempore apud Hebræos David regnavit. Poſt cujus obitum Alba Sylvius Albam ſuſcepit annis 39.

X. *Alba Syl.*

Poſthæc Ægyptus Sylvius ſive Atys ejus filius annos 24.

XI. *Ægyptus Syl.*

Deinde Capis Sylvius, ſcilicet ſuperioris filius, regnū annis 28. qui Capuā in Campania condidit.

Capua condita.

Item Carpentus Sylvius Capis filius annis 13.

XII. *Capis Syl.*

Poſtquem Tyberinus Carpenti filius annos 8. Ab hujus nomine Tyberinus fluvius ſic dictus eſt, qui antea Albula vocabatur, quia idem Tyberinus in eundē fluvium decidens, extinctus eſt. Succeſſit huic Agrippa Sylvius, & regnavit annos 40 cujus temporib⁹ Homerus fuiſſe in Græcia perhibetur.

XIII. *Carpentus Syl.*

Homerus.

Dein Aremulus Sylvius Agrippæ ſuperioris regis filius regnavit annis 19. Iſte præſidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma eſt, poſuit: qui ob impietatem fulmine ictus interiit.

XIIII. *Tyberinus Syl.*

Poſt hunc regnavit Aventinus Sylvius annos 37. qui fuit Aremuli ſuperioris regis filius, quiq; in eo monte qui nunc pars urbis eſt, mortuus ac ſepultus, æternum vocabulum loco dedit.

XV. *Agrippa Syl.*

Fidon Argivus menſuras & pondera reppertit.

Succeſſor ejus extitit Procas Sylvius, ejuſdem Aventini filius, qui regnavit annos 23. Quo regnante Fidon Argivus, menſuram & pondus repperit, cum apud Hebræos Ozias ſive Azarias in Iudæa & Hieruſalem regnaret. Et dum Procas obiſſet, teſtamentum ſuum duobus filiis ſuis Amulio & Numitori reliquit, ut unus pecuniam protinus, alter regnum ſuſciperet. Amulius verò fratri ſuo Numitori electionem dedit, ut quod deſideraret, acciperet. Numitor autem pecuniam accepit: Amulius verò regnum obtinuit. In quo regnavit annos 44. & dum regnaret, Deos conſuluit. Reſponſumq; eſt ei, qui ab ſtirpe fratris ſui occidendus eſſet. Unde mox eundem fratrem ſuum de regno expulit. Numitor autem abiens in agro ſuo vixit. Erant autem ei duo liberi Sergeſtus & Rhea, quæ & Ilia dicta eſt. Metuens verò rex Amulius reſponſum, Sergeſtum ad venationem ſecum duxit, & eum in ſylva occidit. Rheam verò quæ & Ilia, adimendi partus gratia ad virginem veſtalem elegit. Quæ cum 7. patrui ſui anno geminos edidiſſet infantes, juxta legem in terram viva defoſſa eſt. Verū parvulos prope ripā Tyberis expoſitos, Fauſtulus regii paſtor armenti ad Acciā Laurentiā uxorē ſuam detulit, quæ ob pulchritudinē & rapacitatē corporis ſui quæſtuoſi, Lupa à vicinis appellabatur. Unde & ad noſtrā uſq; memoriā meretrices ob eandē causā lupæ, cellulæ earū lupanaria dicuntur. Propter quod & ipſi gemini fratres, id eſt Romulus & Remus à lupa nutriti dicuntur. Qui iidem pueri cum adoleviſſent collecta paſtorum manu, interfecto apud Albam Amulio, avum ſuum Numitorem in regnū reſtituunt. Romanū igitur imperiū quo neq; ab exordio ullum ferè minus, neq; incrementis toto orbe amplius humana poteſt memoria recordari, à Romulo exordiū habet, q Rheæ Sylviæ veſtalis virginis, ut præmiſsū eſt, filius, & quantū putatur cū Remo fratre uno partu eſt editus.

XVI. *Aremulus Syl.*

XVII. *Aventinus Sylvius.*

XVIII. *Procas Syl. Ozias.*

XIX. *Amulius Syl.*

Ilia Veſtalis.

Unde lupa meretrices.

XX. *Numitor.*

Romanum Imperium ex minimis initiis.

Romulus.

Is cum inter paſtores latrocinaretur, natus circiter 18. annos, urbē exiguā in Palatino monte conſtituit, 10. Kal. Mai. Olympiadis ſextę, anno 419. poſt Trojæ excidiū, ſive ut placet Oroſio 404.

Eo tempore in Judæa & Hieruſalem regnavit Achaz, ad quem Iſaias virginem pariturum prophetavit, condita ergo civitate, quam ex nomine ſuo Romam vocavit, à qua & Romanis nomen inditū eſt, & condito mox templo, quod Aſylum appellavit, pollicitus eſt cunctis ad eum confugientibus, impunitatem totius commiſſi ſui. Quam ob cauſam multitudinem finitimarum gentium, qui aliquam apud cives ſuos offenſam contraxerant, ad ſe confugientem in civitatem recepit, unde & Aſylum dixit, quod interpretatur domus refugii. Latinos denique Tuſcosque paſtores, & tranſmarinos Fryges, qui ſub Ænea, Arcades qui ſub Evandro duce confluxerant, & cum his, ut Saluſtius ait, Aborigenes, quaſi ex diverſis elementis in unum congregans corpus, populum Romanum effecit. Centumque ex ſenioribus elegit, quorum conſilio omnia ageret, quos propter ſenectutem patres, ob ſimilitudinem curæ, curios ſive curules nominavit. Mille etiam pugnatores elegit, quos ab eodem numero Millenarios vel milites appellavit. Tum cum uxores ipſe & populus ſuus non haberet, invitavit ad ſpectaculum ludorum vicinas urbi Romæ nationes, atque earum virgines rapuit, anno ab urbe condita quarto. Tunc Virginum pulcherrima cunctorum acclamatione rapientium Talaſſo duci Romuli decernitur. Unde in nuptiarum ſolemnitatibus Talaſſo vulgus clamitat, quod ſcilicet talis nupta ſit, quæ Talaſſum habere mereatur. Commotis bellis propter raptarum injuriam Centunenſes vicit, Vicit etiam Antemnates, Cruſtumios,

Achaz.

Roma condita.

Patres. Curules. Milites.

Talaſſio carmen nuptiale.

Digitized by Google

ita dictum à voce, quemadmodum Graeci voce Hymenæum utuntur.

Sabinos, Fidenates, Vejentes, hæc omnia oppida urbem cingunt. Tunc etiam Tarpeja virgo Sabinorum clypeis obruta est, in quo etiam monte Capitolium postea constructum est. Pepigere tamen Romani cum Sabinis, quorũ filias rapuerunt, amicitias, adeo ut Sabinorum rex Titus Tatius senex pariter cum Romulo regnaret. Quem Romulus mox ut in societatem regni assumpsit, occidit. Sabini verò & Romani unus populus efficiuntur. Tandem ad firmandam coniunctionem & amicitiam inter se, Romani nomina Sabinorum suis præponebant nominibus, & invicem Sabini Romanorum, & ex illo consuetudo obtinuit, ut nemo Romanus sit absque prænomine. Propter hanc etiam societatem, cum Sabinorum more Romulus hastam longam ferret, quæ eorum lingua curis vel quiris appellatur, Quirinus est dictus. Romani verò sive à curibus, id est hastis longis, sive à Quirino Quirites nominari cœperunt. Remus denique à Fabio duce Romuli fratris sui ejusdem ut fertur voluntate rastro patibulari extinctus est. Causa autem interitus ejus hæc fuit, quod ad tutelam novæ urbis vallum transiisse increpaverat, ejusque angustias solarii transilierat. Cum Vejentibus prælium adhuc parvo nomine magnis viribus agitatum, Ceninensiũ captum ac dirutum oppidũ. Assumtis semel armis nunquam quies, quippe quibus egestas turpis atq; obscœna fames domi inferretur, si unquam paci acquievissent. Romulus verò cum 7. Kal. Augustas abierat apud paludem Capreæ, ibique fulmine ictus nusquam comparuisset, anno regni sui tricesimo nono ad Deos transisse creditus, Quirini nomine consecratus est.

Quirites.

Remus occisus.

Quare nemo Romanus absq; prænomine.

Quirin lingua Sabynorum hasta. Alii a Graeco virgo Quirinum dicunt.

Romulus in flu fulminis periit.

II. *Numa.*

POst hunc Numa Pompilius rex creatus est. Quo regnante Clacus Chius primus ferri gemini, vel divisi inter se glutinum excogitavit. Hic Numa Ezechiã apud Hebræos regnante Romanis qui ex consuetudine prædarum quasi latrones & semibarbari vivebant, cultum Deorum & morem sacrificii & leges instituit, & infinita Templa construxit.

III. *Tullus.*

Huic successit Tullius Hostilius, qui primus Romanorum purpura & fascibus usus est. Hic etiam urbem ampliavit, adjecto Celio monte, & cum 32 annis regnasset, fulmine ictus cum domo sua arsit. Hujus temporibus Bizantium civitas condita, quæ postea Constantinopolis est appellata.

Constantinopolis condita.

IIII. *Ancus.*

Huic successit Ancus, qui Aventinum montem civitati adjecit, & Janiculum & Ostiam civitatem supra mare 16. miliario ab urbe Roma condidit.

Roma muratа.

V. *Priscus.*

Post hunc Priscus Tarquinius regnavit. Hic numerum Senatorum duplicavit. Circum Romæ ædificavit, ludos Romanos instituit, Romam muravit, capitolium ædificavit vel inchoavit. Sub eodem Massilia condita est, & Hierusalem à Nabuchodonosor rege subversa est.

Massilia condita.

Hierusalem subversa.

VI. *Servius Tullius. Census primus ordinatus.*

Post illum Servius Tullius. Huic in Tarquinii Prisci regia dormienti, caput ardere visum est. Quod prodigium cum Tanaquil uxor ejusdem Tarquinii vidisset, eum inter proprios liberos educavit. Pro qua re ad regnum pervenit. Hic fossas circa muros duxit, hic omnium primus censum ordinavit, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat. Sub eodem Claudia. 5. virgo vestalis pro crimine stupri accusata est. At se purgare dedignans humaniter vadum Tyberis adiit, navim ascendit, ligavit que proram zona & ait, Si virgo sum, sequere me. Moxque secuta navis, ingressaq; Romam est.

Claudia Vestalis.

VII. *Tarquinius. Excogitata vincula & carceres.*

Lucius de hinc Tarquinius Superbus septimus rex atque ultimus invasit imperium. Quo tempore ad relaxationem Cyri regis Persarum reversi sunt Hierosolymam Judæi 42. millia quadringenti. Iste Tarquinius primus excogitavit vincula, taurcas, fustes, lathomias, carceres, compedes, catenas, exilia, metalla. Templum Jovi in Capitolio ædificavit. Postea Ardeam oppugnans in 18. miliario ab urbe Roma positam civitatem, imperium perdidit. Nam cum filius ejus Sextus Tarquinius nocte quadam armatus, nobilissimam & castissimam Lucretiam, Lucretii Tricipitini filiam, Collatini Tarquinii uxorem per vim stuprasset, eadem Lucretia de illata sibi injuria maritum patremque & Brutum avunculum suum, cæterosq; amicos è castris ascivit, vimq; quam oppressa pertulerat, flens ac pudibunda conquesta est. Consolantibus illis eã & dicentibus, non nocere ad corruptionem pudicitiæ illatam violentiam, non enim animum honestum, sed corpus fuisse corruptũ: nulla ait impudica exin Lucretiæ se defendat exemplo. Tum ferrum quod veste celabat subito visceribus immersit. Propter quã causam Lucretius parens ejus, & Brutus avunculus ejus, populũ concitaverunt, & Tarquinio Imperium ademerunt. Mox exercitus, qui civitatem Ardeam cum ipso rege oppugabat, reliquit eam, veniensq; ad urbem Romam, rex portis clausis exclusus est. Cumq; imperasset Tarquinius 35. annis, cum uxore & filiis suis fugit. Ita Romæ regnatũ est per 7. reges annis 243. cũ adhuc Roma ubi plurimum possedit, vix usq; ad quintum decimum miliarium possideret.

Judith. Pythagoras.

Sub eodem Tarquinio castissima Judith Holofernem peremit. His etiã temporibus Pythagoras Philosophus claruit, qui Samo oriundus, Crotone degut, novissimè Metapontũ adiit, ibiq; sepultus est. Sicque finitum est regium nomen in illo. Deniq; expulsis regibus, vel quod adhuc majus est, abjurato etiam regio nomine, Romani pro regibus Consules creaverunt, scilicet binos fecerunt in annum unum. Binos quidem consules pro uno rege, hac de causa, ut si alter male vellet contra rempublicam, alter eum coerceret: in annum tantum unum ideo, ne per diu-

Romani pro regibus Consules creant.

turnita-

tumitatem poteſtatis inſoleſcerent, ſed civiles ſemper eſſent qui ſe poſt annum privandos præſcirent.

Regibus igitur expulſis, fuerunt primo anno conſules Lucius Junius Brutus avunculus Lucretiæ præfatæ, qui maxime egerat, ut Tarquinius Superbus pelleretur, & Tarquinius Collatinus maritus ejuſdem Lucretiæ: ſed Tarquinio Collatino dignitas conſularis mox ablata eſt. Placuit enim omni Romano populo, ne quiſquam in urbe remaneret, qui Tarquinius vocaretur, & hoc propter inſatiabile odium, quod habuerunt in Superbum Tarquinium. Quo Tarquinio Collatino privato & expulſo, Lucius Valerius Publicola in ipſius loco factus eſt conſul. Brutus vero conſul, & Aruns filius Tarquinii Superbi in bello quod idem Tarquinius commovit contra Romanos dimicans, uti in regnum reſtitueretur, invicem ſe occiderunt. Quem Brutum Romanæ matronæ defenſorem pudicitiæ ſuæ per annum quaſi communem patrem luxerunt. *Brutus.* *Lucius.*

Secundo quoque anno iterum Tarquinius ut reciperetur in regnum, bellum Romanis intulit, adjutus à Porſenna rege Tuſciæ, tribuſq; annis continuis trepidam urbem terruit, concluſit, obſedit. Tunc Mucius Scevola Romanus ſenator exiit ad feriendum Porſennam regem: & deſcendens in caſtra ejuſdem regis ſubregulum, ejus ſtipendia dividentem habitu purpurato indutum, occidit, regem eum arbitratus. Captusque illico locutus eſt cur veniſſet. Denique dexteram quæ erraverat igni qui in Ara erat, urendam ſuppoſuit. Tunc hoſtes, tum ejus audacia in hoſtem, tum ejus conſtantia ad vindicandum in ſeipſum, multum deterriti ſunt. Quid niſi Mucius feciſſet, vel niſi virgo Chlœlia, quæ obſes fuerat Porſennæ regi data ruptis vinculis vigiles fefellerit, & conſcenſo equo per Tyberim mirabili tranſnatatu, & virili audacia Romam rediens, & cives audacia permoviſſet Romani compulſi forent aut perpeti captivitatem hoſte inſiſtente ſuperati, aut ſervituti recepto rege ſubjecti. Unde & eidem Chlœliæ quod equeſtre fecerat equeſtris ſtatua ex rogatu regis Porſennæ decreto & conſulto ſenatus data eſt.

Quinto anno poſt reges exactos Lucius Valerius ille Bruti collega, & quater conſul fataliter mortuus eſt adeo pauper, ut collectis à populo nummis, ſumptum vix habuerit ſepulturæ. Quem matronæ Romanæ ſecutæ, Brutum per annum luxerunt. *Valerius Conſul pauper moritur.*

Nono anno poſt reges exactos, nova Romæ dignitas creata eſt, quæ Dictatura appellatur, major quàm conſulatus, & magiſter equitum, qui Dictatori obſequeretur. Et primus Dictator Romæ fuit Marcus Valerius: primus magiſter equitum, Spurius Caſſius. Octavo decimo anno poſtquam reges exacti ſunt, trecenti ſex Fabii viri clariſſimi, Romani ſtatus lumina à Vejentibus Romanorum hoſtibus per inſidias circumventi, ad Cremeram fluvium omnes trucidati ſunt, uno tantùm ad renunciandum cladem reſervato, qui propter puerilem ætatem duci non poterat ad pugnam.

Eodem tempore Pompilia virgo veſtalis ob crimen ſtupri viva defoſſa eſt.

Anno poſt conditam urbem ducenteſimo ſexageſimo ſecundo, Æqui Volſciique Minutiũ Romanũ conſulẽ prælio ſuperatum & fugatum, in Algido monte, qui ab urbe 12. ferme miliaria abeſt, fame ferroq; cinxerunt. Actumq; infœliciter foret, niſi Quintius Cincinnatus præcipuus ille dictator artatam obſidionem oppreſſo hoſte ſolviſſet. Qui repertus in rure quatuor jugerum poſſidens, manibus ſuis colebat. Is cum in opere & arans eſſet inventus, ſudore deterſo, ab aratro accerſitus ad faſces, togam prætextatam accepit. Mox ſumpto honore, inſtructoque exercitu, cæſis hoſtibus victor effectus, liberavit conſulem & exercitum, jugumque boum equis impoſuit, victoriamq; quaſi ſtivam tenens, ſubjugatos hoſtes præ ſe primus egit.

Anno ab urbe condita 355. Vejentani rebellarunt. Contra quos Furius Camillus dictator miſſus, primum eos acie vicit. Mox & civitatem eorum obſidens diu, clam tandem cuniculis cepit. Inventamq; ibi ſtatuam Junonis monetæ, juſſit Romam transferri. Tunc unus è militibus per jocum interrogavit ſimulachrum, an vellet ire Romam? Reſpondit: Volo. Sequitur de hinc irruptio Gallorum Senonum in urbem, & ejuſdem urbis incendium duce Brenno cum exercitu copioſo nimis & robuſto. Hos irruentes Fabius conſul cũ exercitu excepit, nec tamen obſtitit, imò hoſtilis ille impetus Romanos quaſi aridam ſegetem ſuccidit, ſtravit, & tranſivit. Teſtatur hanc cladẽ fluvius Allia, ſicut Cremera Fabiorum. Non enim facile aliquis ſimilẽ ruinã Romanæ militiæ recenſeret, & ſi Roma inſuper incenſa non foret. Patentem igitur urbem Galli Senones penetrant, trucidant omnes, petimunt in ſuis ſedibus ſenatores, eosq; incendio domorũ concrematos lapſu culminum ſuorum ſepeliunt univerſos. Reliquam autem juventutem, quam conſtat vix mille hominũ tunc fuiſſe, in arce Capitolini montis latitantem obſidione concludunt. Ibiq; infœlices reliquias fame, peſte, deſperatione & formidine terunt. Captumq; illico capitolium fuiſſet, niſi clamore anſeris excitatus Manlius reſtitiſſet. Qui dum diu eos obſiderent, & jam Romani fame laborarent, fragmentis panum pro lapidibus Gallos jecerunt. Quamobrem accepto auro mille librarum, ne capitolium obſiderent, receſſerunt. Sed ſecutus eos Camillus ita cecidit, ut & aurum quod eiſdem datum fuerat, & omnia quæ ceperant militaria ſigna revocaret. Ita victor urbem ingreſſus, appellatus eſt ſecundus Romulus, quaſi & ipſe patriæ conditor. Circa hæc tempora Heſter hiſtoria putatur ſcripta. Plato quoq; philoſophus his fuiſſe temporibus perhibetur. *Iuno. moneta Saturnia. Soroia &c.* *Allia flumen 11. lapide ab urbe diſtans in via Tiburtina.* *Fragmentis panum pro lapidibus Gallos iecerunt.* *Camillus ſecundus Romulus.* *Heſter.* *Plato.*

Eodem

Eodem anno sæviſſimo terræmotu Achaia univerſa concuſſa eſt, & duæ civitates, id eſt, Bura & Helice, abruptis locis devoratæ.

Prodigium. Anno ab urbe condita trecenteſimo octogeſimo quarto, ingens univerſam Romam peſtilentia corripit. Sequentiq; anno ſecutum eſt triſte ſatis prodigium. Siquidem in medio urbis foro terra diſſiluit, vaſtoq; præruptu hiantia ſubito inferna patuerunt. Quod ſpectaculum dum diutius ita maneret, cunctisq; terrorẽ nimiũ inferret, interpretantibus aruſpicibus, claudi baratrum poſſe, ſi eo qui eſſet Romæ precioſiſſimus juvenis voluntariè immitteretur. Diu jactatis inaniter monilibus matronarum, Marcus Curtius eques Romanus, domo clarus, militiæ inſignibus ſumptis, cum equo ſe in id baratrum præcipitavit, ſicque concluſum eſt. Tunc poſt eum ſacrificantes, in eundem locum jecere fruges. Mox terra in naturam ſuam rediit.

Marcus Curtius.

Manlius quare Torquatus. Anno ab urbe condita 388. iterum terribilis Gallorum inundatio Romanos terminos invadens, juxta Anienem fluvium conſedit. Ubi Titus Manlius juvenis nobiliſſimus de ſenatoribus quendam Gallum ad ſingulare ſe certamen provocantem aggreſſus, occidit, & ſublato ab ejus collo torque aureo, colloq; ſuo impoſito, in perpetuum Torquati & ſibi & poſteris nomen accepit.

Nec diu poſt hæc Romanis iterum contra eos bellantibus, quidam ex eiſdem Gallis unum aliquem ex Romanis qui eſſet optimus, provocavit. Huic ſe Marcus Valerius tribunus militum obtulit. Et cum proceſſiſſet armatus, corvus ei ſupra dextrum brachium ſedit. Mox commiſſa adverſus Gallum pugna, idem corvus alis & unguibus Galli oculos verberavit, ne in rectum poſſet aſpicere. Ita à tribuno Valerio interfectus, non ſolum ei victoriam, ſed & nomen dedit. Nam poſtea idem Valerius ab illo eventu Corvus dictus eſt, & omnes ſucceſſores ſui Corvini.

Valerius quare Corvinus.

Alexandria condita. Anno ab urbe condita 409. ſtatuæ conſulibus ob meritum victoriæ in roſtris poſitæ ſunt. Eo anno etiam Alexandria ab Alexandro Macedone condita eſt.

Anno poſt hæc ſequente Minutia virgo veſtalis ob admiſſum inceſtum damnata, viva obruta eſt in campo, qui nunc ſceleratus vocatur. Parvo exin tempore trecentæ octoginta matronæ Romanæ proditæ ſunt, à quadam puella, at.; convictæ, rabie & amore ſcelerum tantum accenſæ, catervatim populum veneficiis ſuis necaſſe, ac ſi de peſtilenti aere crederentur tam ſubito tamq; latè mori: atque eadem venena quæ coxerant, bibere compulſæ, conſumptæ ſunt.

HÆc de Regibus uſq; ad Alexandrum Magnum regem Macedonum, & uſque ad incrementum Romanæ poteſtatis, huc dicta ſufficiant. Multa quidem in libris Regnorum, & in Paralipomenon, & Eſdræ, & Prophetarum, & aliis ſacræ Scripturæ, de regibus Aſſyriorum, Perſarum, & Medorum, & aliis quibuſdam regibus ſcripta ſunt, quoniam hi populum Iſraëliticum aut afflixerunt, aut gratia & libertate honoraverunt. Ab hinc itaq; deſcribuntur reges quatuor regnorum, quæ poſt Alexandrum præfatum orta ſunt, qui ſolus monarchiam mundi præter Italiam, in 12 annis ſubjugaverat, ſicut in hiſtoria ipſius plenè deſcribitur. Ponuntur itaq; primum in deſcriptione reges & tempora ipſorum, & geſta quædam fortè breviter annotantur, poſtmodum ſubjectis hiſtoriis eorundem. Secundo poſt hæc ſubjicitur hiſtoria Romana, eo ordine, quo hactenus eſt deſcripta, in quantum competit huic brevitati, ſecundum tempora regum præſcriptorum. His interponitur hiſtoria Judęorum ex hoc tempore, quæ in ſacris Scripturis non eſt expreſſa.

HIC IMPRESSUM URSPERGENSIS EXEMPLAR POLLICEBATUR Alexandri Magni hiſtoriam alibi ſed non præſtitit. In duobus ſcriptis exemplaribus: Excerptum de vita Alexandri Magni, Item de mirabilibus Alexandri Magni, quod planè erat tale, ut nemo ſine riſu legiſſet. Igitur nolui contaminari hanc utilem hiſtoriam hoc ψευδηγορήματι. Qui Alexandri Philippo Macedone nati & vitam & geſta legere velit, habet innumerabiles penè, qui poſteritati tradiderunt, Græcos & Latinos, Arrianum, Plutarchum, Juſtinum, Quintum Curtiũ, & alios. Veruntamen ne quid deeſſet Lectori, ex Raph. Volaterrano libuit Epitomen vitæ Alexandri Magni hic ſubjicere.

Alexander Macedo. ALexandri Philippo Macedone nati, & vitam & geſta, innumerabiles penè Græci poſteritati tradidere: è quibus Clitarchus, Polycratus, Oneſicritus, Antigenes, Iſtrus, Ariſtobulus, Chares, Hecateus, Eritreus, Philippus Chalcidenſis, Duris Samius, Ptolemæus, Anticlides, Philo Thebanus, Philippus, Hyſangelus, Antiſthenes, Menæchmus Sicyonius, Nymphis Heracleotes, Potamon Mityleneus, Sotericus, Aſites, Arrianus, Plutarchus. E noſtris verò Quintus Curtius. Ego autem Epitome brevi percurram. Igitur natum ſcribit Plutarchus 8. Idus Aprilis. Ab eo autem qui in Latinum illum convertit, circa Idus Auguſti ſcribitur: quod ſanè cujus ſit error, neſcio. Ætatis & diſciplinæ rectores, Leonidam Olympiadis matris neceſſariũ, & Lyſimachũ Halicarnaſſeum habuit. Deinde Ariſtotelẽ præceptorẽ à quo eruditus fuit, perſeveranter amavit, ſcientiaq; Phyſicæ delectatus, quandoq; ad eum per literas queſtus eſt, quod libros eam diſciplinam continentes, vulgo ediderit. At ille reſpondit: editos quidem, ſed tanquam non editos, ob eorũ obſcuritatẽ fore. Annũ agens 16. à patre profecto in obſidionẽ Byzantii, ad regni curam dimiſſus domi eſt. poſt ejus verò mortem annos 20. natus imperiũ iniens, primam in

Epitome Alexand.

mũ in Thebas expeditionẽ fecit, easq; bello ſuperatas evertit. Cum Athenienſibus pacẽ fecit, quanquam Thebarum caſum moleſte ferentibus. Ad Iſthmon venienti omnes obviam præter Diogenẽ Cynicum venere: miratus Alexander ad eum in ſole apricantem venit, rogans, ſi quid opus? at ille, ut paulum, inquit, à ſole abſis, Alexander deinde ad ſuos verſus, ſe Diogenem eſſe velle dixit, ſi Alexander non eſſet. Cupidus igitur latè imperandi, patrimonium omne inter amicos diviſit, Antipatro domi relicto, in Helleſpontumq; primo trajecit, ac Ilium pervenit, ubi animadverſo Achillis ſepulchro, fœlicem appellavit, cui præco laudum Homerus contigiſſet. Deinde contra Dareum profectus ad Granium flumen, quod Aſiæ porta ſit quædam, præfecti regis occurrentes, pugnam conferunt, ubi victor traditur fuiſſe cæſis Barbarorum 20. mil. ex Macedonibus 34. tantum. Deinde ad maritimam oram deſcendens, Pamphyliæ, Ciliciæ, Phæniciæque regiones: deinde Paphalagones, Capadocesque ſubegit. In tranſitu Cydni fluvii frigidiſſimi morbo correptus, bello ſuperſedit: verũ paulo poſt à Philippo medico curat⁹ in caſtra venit, atq; rurſus cũ Dareo qui 600. hominũ millia armaverat, in prælium deſcendit, quem demum ſuperavit cæſis hoſtiũ 11. millibus, caſtris inſuper potitus. Regem fugientem per 5. ſtadia inſectatus eſt: uxorem, filiasque captivas ad ſe perductas, honorifice ac pudice habuit. Ab hac igitur in littore quoq; Ægypti, loci amœnitate delectatus Alexandriam urbem condendã mandavit. Ipſe ad Iovem Ammonem per loca valla ſolitudine poſt Cambiſẽ ſecund⁹ acceſſit. Hic multa millia è ſuis obruta arenarũ vi auſtro perflante fuere, ubi vero tem plũ attigit, à ſacerdote perſuaſ⁹, Iovis filiũ ſe putavit. Poſtremo tertio Dareũ vires redintegrantẽ petens vicit, atq; omnino profugatũ unà cũ regno ſuſtulit Perſarũ. Hinc Babylonios cũ tota regione ſubegit: mox Dareum perſecuturus audivit à Beſſo illius familiari, eum captũ à ſuis, atq; interfectum, quem regiis interfectum veſtibus, matri ejus tumulandum remiſit. Beſſũ vero interfectorem ſupplicio adfecit. Dareus aũt moriens, deos precabatur, uti Alexandrum ſecundarẽt, quem hoſtem clementiorem q̃ ſuos invenuſſet. Deinde in Parthũ movens ſuperato Orexarte fluvio (hic enim Rha eſt, quem Alexander Tanaim alterum putavit) Scythas laceſſivit: ulterius fluxu ventris correptus inſequi deſtitit. In his locis occurrentem habuit Thaleſtrem Amazonum reginã, teſte Iuſtino, 35. dierum itinere confecto, quę ex ipſo prẽgnans dicitur diſceſſiſſe. In Indiã poſtremo profectus, ſuos exhortatus eſt, ne animo deficerent: parvi temporis laborem Macedonibus orbis imperium, ac perpetuam gloriam pariturum, ubi primum Taxilem regem obvium cum muneribus habuit: ſuperatoque Idaſpe fluvio, Porum alterum regem occurrentem cum maximo exercitu vicit, quem in prælio victum ac captum dimiſit uti prius liberũ. Erat Porus quatuor cubitis & palmo procerus, in quo prælio Bucephalũ amiſit: in cujus honorem ſupra Idaſpem Bucephaliam urbem condidit. In ea ſane regione cum multis collocutus gymnoſophiſtis dicitur. Inter quos Calanus nomine eum ſecutus, ſeſe vivum conſtructa pyra comburi juſſit. Alexander deinde dextrum Indiæ latus adnavigari perquiriq; juſſit. claſſi Oneſicrito præfecto, ac Nearcho duce cõſtitutis, ipſe per Mediterraneã remigans, cum alui dolore vexaretur, Babylonem repetiit: ibiq; febri correptus exceſſit, nullo veneni ſigno, anno ætatis 33. & à Ptolemæo Alexandriã regia funeris pompa delat⁹. Fuit vini avid⁹, adeo, ut per ebrietatem præcipuos amicos interfecerit. Clitũ qui in menſa Philippũ Alexandro prætulit. Philotam & Parmenionem, inſidiarũ ſuſpitione necari juſſit, Caliſthenem philoſophũ Ariſtotelis propinquũ, quem inter chariſſimos habuerat: deinde in Hermolai conjuratione ſuſpectũ quodq; adorandũ Alexandrũ eſſe negaret, miſerè adfectũ cæſim necavit. Caſtitate alioquin tanta, ut præter uxorem & Berſanen è Damaſco viduã, ac regiã mulierem, nullã aliam complexus fuerit. Rhoxanẽ uxorem Oxiartis regis filiam, non prius attigit, quã perfectis ex ordine ſponſalibus ſolennibus: ſed & Ariſtobulus de ipſius ebrietate ſcribit omnia falſa eſſe: verũ quia inter bibendũ valde loqueretur, eã cõtraxerit famã. Cibi etiã parciſſimũ fuiſſe, q̃ prandii condimentũ, nocturnũ iter ſolebat appellare: cœnę, frugi ac breve prandiũ. In rebus obeundis ſumma alioquin diligentia, nullã amittendo occaſionẽ, declarant maximæ res brevi tẽpore geſtæ. Mane ante omnia ſacrificabat. Si quando vacaret, aut venationi, aut lectioni ſe tradebat, præſertim Homeri, quẽ etiã nocte pulvillo ſubiicere ſolebat. Interdum conviviis animũ exhilarabat, ut poſt Dareũ victũ quiſq; ſuorũ amicas ad epulas invitavit, inter quas Thais fuit Atheniẽſis genere, quã poſtea Ptolemæus magnopere adamavit. Hęc cum in cœna rogaſſet Alexandrũ, ut Perſarũ regiam, quia patriã ſuam incenderant, cremaret, ſtatim mandavit. Puerorum inſuper abſtinentiſſimus omnino, quorum 30. millia ad diſciplinam militarem erudiendorum nutriri mandavit, quin & quendam pollicentem ſe pulchrum ei empturum puerum, acriter objurgavit, ſolebatque dicere, coitum ac ſomnium duo maxima mortalitatis eſſe ſigna.

Orexarten.

Taxilen.

Porum.

Bucephaliã.

Calanus.

Nearchus.

Berſanen.

Rhoxanen.

Caliſthenes.

Thaiſ.

HISTORIA ROMANORUM.

ANno ab urbe Roma condita quadringenteſimo viceſimo ſecundo, qui eſt Alexandri Magni quintus, Alexander rex Epirotarum, hujus Magni Alexandri avunculus, trajectis in Italiam copiis, cum bellum Romanis inferre pararet, à Samnitibus qui Lucanis ſuffragabantur, maximo bello in Lucania victus & occiſus eſt. Poſt hæc Romani jã potẽtes eſſe cœperũt, bellumq; in centeſimo & octogeſimo ferè miliario ab urbe cũ Samni-

Digitized by Google

Samnitibus, Papyrio dictatore gesserunt. Ubi Fabius Maximus magister equitum absente Papyrio fœlicissimè dimicavit, & viginti millia Samnitum delevit. Postea Samnites circunspectiori cura, instructo exercitu, apud Caudinas furculas angustiis locorum armisque conclusos Romanos Tito Veturio, & Spurio Posthumio consulibus ingenti dedecore vicerunt: quorum dux Pontius pro magna securitate victoriæ, Herennium patrem suum consuluit, utrum clausos occideret, an parceret victis. Vivos tamen servare dedecori elegit. Universum quippe Romanum exercitum turpiter captum, armis vestimentisque nudatum, vilioribus vestimentis tantùm ob verecundiam corporum tegendâm concessis, longum ordinem victoriæ agere præcepit, sexcentisque Romanis equitibus in obsidatum acceptis, consules ignominia oneratos remisit, sub tali conditione pacis, qualis Samnitibus placuit. Sed si fidem fœderis Romani servassent, aut hodie non essent, aut Samnitibus subjacuissent. Posteriori siquidem anno, jubente Senatu, fidem solvunt, eosque Papyrio consule in bellum cogunt. Nec ante cædi, vel cædere desierunt, quam victis Samnitibus, captoq; duce eorum cum septem millibus, jugum eis reposuerunt. Eo tempore Appius Claudius Censor, aquam Claudiam urbi induxit, & viam Appiam strauit. Post hæc Samnites, reparato bello, Quintum Fabium Maximum vicerunt, tribus millibus hominum occisis. Postea cum pater ejus Fabius Maximus legatus datus fuisset, & Samnites vicit, & plurima ipsorum oppida cepit. Deinde Publius Cornelius Rufinus, & Marcus Curius Dentatus, ambo consules, contra Samnites missi, ingentibus præliis eos confecere, ita ruinas ipsas urbium diruentes, ut hodie Samnium, in ipso somnio requiratur, nec facile inveniatur. Tunc bellum cum Samnitibus per quadraginta novem annos actum sublatum est, neq; ullus hostis fuit intrà Italiam, qui Romanam virtutem magis fatigaverit.

Maximus dedecus Romanorum.

Samnium diruitum.

Nec longum post tanta tamque intolerabilis pestilentia, per triennium Romanam corrupit civitatem, ut propter eam quacunque ratione sedandam, libros Sibyllinos consuluerint. Quibus videbatur, ut ab Epidauro Aesculapius exhiberetur. Missi sunt legati ad Græcam urbem, quos Epidaurii libenter atque humaniter susceperunt. Ibidem se legatis serpens ostendit, rarò ab incolis nisi fœliciter visus. Cumque per triduum familiariter apparuisset, & cunctis spectantibus subiit in Triremem Romanam, & in tabernaculo legati Quintii Virginii collectus quievit. Legatis Romam redeuntibus, anguis in navi semper apparuit. Antium ventum est. Descendit serpens ad limen tẽpli Aesculapii, & triduo inter Myrtos latuit, nec ad solitos cibos processit. De hinc ad navem rediit. Cumque ventum esset ad Tyberim, enatavit in insulam, in qua illi templum constitutum est, & mox sanitas Romanis est data.

Serpens liberavit Romã peste.

HISTORIA JUDEORUM.

De eo Ioseph. in Antiquitat.

ALexander translato regno Persarum ad se, captis Tyro & Gaza, & Hierusalem iratus festinans, Jaddum & cæteros sacerdotes eum honorificè suscipientes, veneratus est. Quibus post sacrificium, lecto Daniele, tributum septem annis dimisit. Quod Judæis concessit, Samaritanis negavit. Decem tribus oratione sua inclusit. Cui veneno obeunti, quatuor hic annotati successerunt in regno.

Alexandria. *Asia.* *Macedonia.* *Syria.*

REGES ALEXANDRIÆ.

I. *Ptolemæus Lagi filius 40.*

POst Alexandrum, Ptolemæus Lagi filius, regnavit Alexandriæ primus, annis 40. à restauratione templi anno centesimo nonagesimo octavo. Iste fuit vir prudentissimus, ditissimus quoque & fortissimus, tantæque potentiæ, ut Pyrrhum regem Epirotarum regno depulsũ, regno restitueret, Cyprumque ac Phœnicen, multasque urbes, & insulas, ac regiones obtineret: & victo Demetrio, filio Antigoni, Seleuco partem regni sui, quæ Antigono fuerat ablata, restitueret. Hic Hierosolyma & Judæis dolo subactis, multos iterum ex eis in Ægyptum transtulit, quos tamen postea benignè tractavit. Hujus tempore princeps sacerdotum, Hierosolymis Onias Jaddi filius, fuit: quo mortuo, filius ejus Simon,

I. *Philippus qui & Aridæus, 7.*

II. *Cassander 19.*

III. *Antigonus & Alexander. 4.*

IIII. *Demetrius 6.*

REGES MACEDONIÆ.

PHilippus, qui & Aridæus, frater Alexandri, regnavit Macedoniæ annis septem, à restauratione templi anno centesimo nonagesimo octavo.

Cassander regnavit Macedoniæ annis 19.

Antigonus & Alexander, filii Cassandri, regnaverunt in Macedonia annis 4.

Demetrius regnavit in Macedonia annis 6.

REGNUM SYRIÆ.

REgnum Syriæ & Babyloniæ, & superiorum locorum, nascitur 15. anno Ptolemæi regis Ægypti, sexto verò anno Cassandri Regis Macedonũ, septimo verò anno Antigoni regis Asiæ ubi primus post Alexandrum regnavit Seleucus Nicanor annis 32. Ex hoc

Alexandriæ. *Asiæ.* *Macedoniæ.* *Syriæ.*

mon, cognomento justus, principatum obtinuit.

POst Alexandrum in Asia primus regnavit Antigonus annis decem & octo.

I. *Antigonus 18.*

Cœpit autem regnare septimo anno Ptolemæi regis Alexandriæ, sive Ægypti.

II. *Demetrius 17.*

Post hunc Demetrius filius Antigoni, regnavit in Asia decē & septem annis.

Hic Demetrius semetipsum Seleuco tradidit, qui destructo regno Asiæ, ex utroque unum fecit imperium; & in his duobus terminatum est regnum Asiæ minoris: & sic deinceps erunt tantum tria regna.

Post descriptionem istorum regum qui prænotati sunt, sequitur historia eorundem.

V. *Pyrrhus mens. 7.*

VI. *Lysimachus annis 6.*

hoc tempore, id est, ab initio regni Seleuci, supputatur regnum Græcorum juxta Hebræam historiam Machabæorum. Hic, capto Demetrio Antigoni filio, regnū Asiæ destruxit, & ex duobus, id est, Asiæ & Syriæ, unum fecit imperium. Unde & filius ejus Antiochus, qui Sother, post eum regnavit in Syria & Asia: post quē regnavit item Antiochus, qui dicebatur Theos. *Seleucus Nicanor.* *Antiochus Theos, de quo infra.*

Has urbes condidit Seleucus: Antiochiam, Laodiceam, Seleuciam, Apamiam, Ediſſam, Berœā, Pellam. Quarum Antiochiam 12. anno regni sui condidit, & metropolim publicæ rei suæ constituit.

Pyrrhus rex Epiri, corrupto exercitu Demetrii ipsoq; fugato, regnavit Macedonibus, mensibus 7.

Post quem regnavit Lysimachus in Macedonia annis 6.

Divisio regni Alexandri.

IGitur post mortem Alexandri, cum multi sibi succederent, obtinuit Ptolemæus Ægyptum, Philippus qui & Aridæus frater Alexandri Macedoniam, Seleucus qui & Nicanor Syriam & Babyloniam, & regna Orientis, Antigonus Asiam, cæteri quippe loca sibi distributa. Sed diversas sortiti provincias, mutuis se bellis consumpserunt, & per totum Macedoniæ regnum, hoc est, per universam Asiam, & plurimam Europæ partem, vel maximam Libyæ, horrendi subitò bellorum globi confluxerunt. Causa verò & origo bellorum, epistola fuit Alexādri regis, qua præcepit omnes exules patriæ libertatiq; restitui. Potentes autem civitatum Græciæ timentes, ne exules recepta libertate, ultionem meditarentur à regno Macedonum defecerunt, primumq; Athenienses contracto triginta millium exercitu, & ducentis navibus, bellum cum Antipatro, cui Græcia obvenerat sorte, gesserunt. Post hæc bellum inter Antigonum & Perdicam, oritur gravissimum, multisq; provinciis & insulis, ob auxilia vel negata vel præstita dilaceratis, diu deliberatum est, utrum in Macedoniam bellum transferretur, an in Asia gereretur: novissimò Perdica Ægyptum cum exercitu ingenti petiit. Sic Macedonia in duas partes, discurrentibus ducibus in sua viscera armatur. Ptolemæus Ægypti viribus & Cyrenensibus copiis instructus, occurrere Perdicæ bello parat. Perdica verò cū Ptolemæo acerbissime congressus, amissis copiis ipse quoq; interfectus est. Olympias vero Alexandri mater, post plurimas principum cædes, per Cassandrum interfecta est. Hercules Alexandri filius, cum matre Roxani, in custodia positus, cum jam quatuordecim annorum esset, ab eodem Cassandro interfectus est. Antigonus autem cum filio Demetrio congressus contra Ptolemæum, & Cassandrum, atque Lysimachum, qui Seleuci societate fulti erant, prælio victus est. Ptolemæus iterum cum Demetrio navali prælio conflixit: & cum omnem penè classem atque exercitum perdidisset, victus in Ægyptum refugit. Hac victoria elatus Antigonus, regem se unà cum Demetrio filio suo appellari jussit, cum jam apud Alexandriam & Macedoniam 7. annus regnorum esset. Quod exemplum omnes secuti, regium sibi nomen, dignitatemque sumpserunt. Igitur Ptolemæus & Cassander, cæteriq; alterius factionis duces, cum decipi se ab Antigono sigillatim viderent, per epistolas se invicem confirmantes, coeundi in unum, tempus locumq; condicunt, & bellum adversus Antigonum communibus viribus instruunt. Cassander finitimorum bellis implicitus, Lysimachum clarissimum inter omnes duces, cum ingenti manu, pro se sociis in auxilium misit. Seleucus quoq; ex Asia majore discedens, novus Antigono hostis accessit. Hic itaque Seleucus plurima per Orientem inter socios, regni Macedonici bella gessit, principio Babyloniam expugnavit, Bactrianos novis motibus assurgentes perdomuit, transitum deinde in Indiam fecit, quæ post mortem Alexandri velut detracto excussoq; cervicibus jugo, præfectos ejus occiderat. Adunatis itaque Ptolemæi, sociorumq; illius copiis, pugna committitur, cujus quanto potentior apparatus, tanto ruina gravior fuit. Nam in ea tunc totius penè Macedonici regni vires conciderunt. In ipso bello Antigonus occisus est. Sed finis hujus belli inutium fuit alterius. Nam cum victoribus de præda non conveniret, iterum in duas factiones deducuntur. Seleucus Demetrio, Ptolemæus Lysimacho jungitur. Cassandro defuncto, filius ejus Philippus succedit, sicq; quasi ex integro nova Macedoniæ bella nascuntur. Antigoni filius Deme- *Sociorum Alexandri varii tumultus.* *Seleuci bella.*

trius augmento Græciæ & totius Macedoniæ elatus, in Asiam transire disponit. Ptolemæus autem & Seleucus Lysimachus experti priori certamine, quantæ vires essent concordiæ, iterum societate pacta, adunatisq; exercitibus, bellum in Europam transferũt adversus Demetrium. His se comitem & belli socium Pyrrhus rex Epiri jungit, sperans Demetrium Macedonia posse depelli. Nec spes frustra fuit, quippe corrupto ejus exercitu, ipsoq; in fugam acto, regnum Macedoniæ Pyrrhus invasit. Lysimachus autem qui Hellespontum regebat, post interfectionem generis sui & necem filii, assiduis parricidiis cruentatus, à militibus propriis deseritur, qui ad Seleucum transeuntes, hortati sunt, eum, ut Lysimacho bellum inferret. Res nanq; fœdissimi spectaculi erat. Duos quippe reges, quorum Lysimachus annorum erat septuaginta quatuor. Seleucus autem septuaginta septem, de eripiendis alterutrum regnis, concurrere, in acie stare, arma gerere. Ultimum quidem hoc bellum Alexandri cõmilitonum fuit, quod ad exemplum humanæ miseriæ fuerat reservatũ. Quippe cum orbem tertarũ, extinctis jam 34. Alexandri ducibus soli possiderent, & angustissimos senectutis ac vitæ suæ terminos nõ aspicientes, angustos esse imperio suo totius mundi terminos arbitrarentur. Seleucus quippe capto jam antea Demetrio in Cilicia, regnum Asiæ destruxit, & ex duobus unum fecit. In hoc autem bello Lysimachus amissis vel interfectis prius quindecim liberis ante hanc pugnam, postremus occisus est. Sicq; Lysimachus solutio pugnæ Macedoniæ fuit. Sed nec Seleucus quidem de tanta victoria impunè lætatus est. Nam neque ipse post septuaginta septem annos quietem naturalis mortis invenit, sed extortam sibi infœliciter vitam velut immatura morte finivit. Insistente quippe Ptolemæo, cujus sororem Lysimachus in matrimonio habebat, insidiis circumvẽtus, occisus est. Hæc sunt inter parentes, filios, fratres ac socios, consanguinitatis, societatisq; commertia, quibus orbem ab Alexandro celeriter ac fortiter acquisitum, annis quatuordecim dilaniaverunt, & veluti optimam prædam, à magno leone prostratam, avidi catuli discerpserunt, seque ipsos invicem irritantes, in rixam prædæ æmulatione consumpserunt.

Libido et insatiabilis gubernandi cupiditas duorum regum.

Interitus regnorum Alexandri.

HISTORIA ROMANORUM.

Bellum Tarentinum.

ANno ab urbe condita 446. qui est Ptolemæi 35. Tarentini qui in ultima Italia sunt, Romanã classem forte prætereuntem, hostiliter invaserunt, præfectos navium occiderunt, omnesq; utiles bello reliquos vendiderunt precio, unde grande bellum inter eos ortum est. Tarentum verò à Lacedæmoniis conditum, Calabriæ quondã & Apuliæ, totiusq; Lucaniæ caput erat, divitiis, magnitudine, muris, portu, ipsoq; situ mirabile. Romanus itaq; exercitus cum Æmilio consule irruens in universos Tarentinorum fines, igneq; ferroque vastat omnia, plurima expugnat oppida, injuriam insolenter acceptam, crudeliter vindicat. Tarentini verò cum plurimis finitimorum præsidiis fulcirentur, etiam Pyrrhus rex Epirotarũ, qui ex genere Achillis originem duxit, quasi cognatam Græciæ civitatem vindicaturus, totas vires Epiri, Thessaliæ, ac Macedoniæ, elephantos etiam usque ad id tempus Romanis invisos, numero 20. in Italiã advexit. Qui cũ Delphici Apollinis consuluisset oraculum, ambiguum dedit responsum,

Pyrrhus Epirotarum rex Tarentinis præsidio est.

Ajo te Æacida Romanos vincere posse.

Tunc primum Romani cũ transmarino hoste dimicaverunt. Missus est contra eum consul Publius Valerius Levinus. Qui cum exploratores Pyrrhi cepisset eos jussit per castra duci, omnemque exercitum ostendi, sicq; dimitti, ut renunciarent Pyrrho quæ viderint. Commissa itaque pugna, consumpta est dies gravissimo certamine, omnibus utrinque mori paratis, fugere nesciis. Introductos autem inter currentia agmina elephantos, forma truces, odore graves, mole terribiles, ut viderunt Romani, novo pugnandi genere circumventi & territi, maximeque pavitantibus equis diffugerunt. Minutius verò quartæ legionis Centurio, protentam in se unius beluæ promuscidem gladio resecuit. Quâ vulneris dolore turbata, & averti compulsa, ejus immoderato discursu permisceri cœperunt: finis etiam pugnæ de noctis beneficio impositus est. Levinus tamen per noctem fugit. Romanos victos fuisse, turpis fuga prodidit. Ex quibus tunc cecidisse referũtur 11. millia peditum, & nongenti 80. Capti trecenti 10. Equites autem cæsi 245. capti octingenti duo. Signa 22. amissa. Pyrrhus autem Romanos quos cepit, summo honore tractavit. Quos cum adverso vulnere, & truci vultu, etiam mortuos jacere vidisset, tulit manus ad cœlum, dicens se totius orbis dominum esse potuisse, si tales milites sibi contigisset habere. Cujus victoriæ titulum Pyrrhus affigens templo Tarentini Jovis, ita scripsit in eo,

Pugna Pyrrhi cum Roman.

Minutius promuscidem elephantis desecat.

Qui invicti ante viros fuerant, pater optime Olympi,
Hos egomet pugna vici, sum victus ab isdem.

Epitaphium Romanæ cladis per Pyrrhum.

Quem cum sui increparent, cur se victum diceret, qui vinceret, respondisse fertur. Si iterum eodem modo vicero, sine ullo milite revertar in Epirum. Cumque legati mitterentur ad eum pro redimendis captivis, jussit Liconum & Molossum eis obviam ire, ipse quoque cum equitibus procedens ad portam civitatis, honorifice suscepit eos, sine precio remisit. Unum autem ex legatis Fabricium cum pauperem vidisset, promisit ei quartam partem regni sui, ut se transferret ad eum: sed contemptus ab eo, admiratus est illum. Pro hac admiratione misit ad Romanos legatum præcipuum virum, Cyneam nomine, qui pacem æquis cõditionibus peteret: scilicet

Fabricii honesta virtutis constantia.

Digitized by Google

licet ut Pyrrhus partem Italiæ, quam armis occupavit, teneret. Sed pax quam offerebat, eis diſplicuit. Remandatumq; eſt ei à Senatu, illum cum Romanis pacem habere non poſſe, niſi ab Italia receſſiſſet. Juſſerant autē omnes quos Pyrrhus reddiderat, infames haberi, eo quòd capi potuiſſent armati, nec ante eos ad ſtatum priſtinum reverti, quàm ſibi notorum hoſtium occiſorum ſpolia retuliſſent. Ita legatus Pyrrhi reverſus eſt. A quo dum quæreret Pyrrhus, qualem Romam competiſſet, Cyneas dixit, regum ſe patriam vidiſſe, ſcilicet tales illic ferè omnes eſſe, qualis unus Pyrrhus apud Epirum & reliquam Græciam putaretur. *Roma patria regum.* Secunda pugna inter Romanos & Pyrrhum, facta eſt in Apuliæ finibus, Publio Sulpitio & Decio conſulibus, in qua pugna Pyrrhus brachio transfixo ſaucius, prior è bello ſeceſſit. Elephanti capti, viginti milia hoſtium cæſa ſunt, & ex Romanis quatuor millia. Fabricius quoque legatus vulneratus eſt. Anno interjecto, idem Fabricius contra eum miſſus eſt. Cumque vicina haberent caſtra, medicus Pyrrhi nocte venit ad Fabricium, promittens ſe veneno Pyrrhum occiſurum, ſi ſibi aliquid polliceretur. Quem ille vinctum remittens ad Pyrrhum, juſſit ei dici quæ ille ſpopondit. Tunc rex admiratus eum, dixiſſe fertur. Ille eſt Fabricius, qui difficilius ab honeſtate, quàm ſol à curſu ſuo averti poteſt. Tunc rex ad Siciliam profectus eſt, Fabricius victis Lucanis & Samnitibus triumphavit, Deinde Curius Dentatus & Cornelius Lentulus, cōtra eum miſſi conſules, de exercitu ejus viginti tria millia cædebant, trecentos capiebant. Ipſe Tarentum fugatus eſt, caſtra ejus capta ſunt, Curius in conſulatu triumphavit, primusque Romam quatuor elephantos duxit. Quintodecimo anno poſtquam in Italiam venit Pyrrhus, victus aufugit, & poſt multa bella quæ fecit in Græcia, apud Argos Achaiæ urbem, Spartani regni aviditate ſeductus, ictu ſaxi occubuit. Cujus pollex è dextro pede (ſi credendum eſt) remedio fuiſſe dicitur, ſi cujus renes tumentes eo tangerentur. Cumque ab Antigono victore idem Pyrrhus juſſus eſſet exuri, ſic exarſit, ut idem pollex inveniretur intactus. Qui digitus aureo loculo eſt incluſus, & in antiquiſſimo templo Dodonei Iovis conditus. *Fabricii laus.* *Pyrrhus occumbit.*

Hoc tempore apud Romanos Sextilia virgo veſtalis, convicta damnataque inceſti, ad portam Collinam viva defoſſa eſt.

II. Philadelphus annis, 38. Ptolemæus Philadelphus regnavit Alexandriæ annis triginta octo.

VII. Ceraunus. Menſ. 9. Ceraunus, qui & Ptolemæus, regnavit Macedoniæ menſes novem.

VIII. Meleagrus Menſ. 2. Meleagrus regnavit Macedoniæ menſes duos.

IX. Antipater. Dies. 45. Antipater regnavit Macedoniæ, diebus quadraginta quinque.

X. Soſtenes. Annis, 2. Soſtenes regnavit Macedoniæ annis 2.

XI. Antigonus Annis, 36 Antigonus regnavit Macedoniæ annis triginta ſex. Hic Lacedæmoniam obtinuit, Pyrrumque ſuperavit.

Parthis Macedonum imperio recedentibus, primus regnavit Arſaces, unde & Arſacidæ dicti ſunt.

II. Antiochus Sother. 19. Antiochus qui & Sother, filius Seleuci, regnavit in Syria & Aſia annis decem & novem.

III. Antiochus Theos. 15. Antiochus qui vocabatur Theos, id eſt Deus, filius Antiochi Sotheris regnavit in Syria & Aſia annis 15. Iſte adverſus Ptolemæum Philadelphum geſſit bella quàm plurima, & totis Babylonis atque Orientis viribus dimicavit. Volens autem Ptolemæus moleſtum finire certamen, cū ipſe tamen haberet copias, filiam ſua Beronicen Antiocho dedit uxorem, qui de priore uxore Laodice duos habebat filios, Seleucum qui cognominabatur Callinicus, & alterū Antiochū. Antiochus autē dicens Beronicen ſe velle habere regni conſortem, & Laodicen in loco concubinæ. Poſt multum temporis ſuperatus amore, Laodicen cum liberis ſuis reduxit in regnum. Qui metuens ambiguum viri animum, ne Beronicem reduceret, virum per miniſtros veneno interfecit, Beronicen verò cū filio, quem ex Antiocho genuit Icadioni & Genneo principibus regis occidendam tradidit, ipſaq; cum majore filio Seleuco Callinico regnavit.

HISTORIA REGUM & Judæorum.

Judæorum Pontificatum poſt Oniam Eleazarus accepit. Poſt hunc Manaſſes.

Eleazarus.
Manaſſes.

PTolomæus Philadelphus filius Ptolemæi ſuperioris, regnavit Alexandriæ annis triginta octo, à reſtauratione templi, anno ducenteſimo triceſimo octavo. Hujus tempore Pontifex Judæorum Eleazarus fuit, frater Simonis, cognomento juſti, filius Oniæ filii Iaddi, qui ſacerdotiū pro tali ſuſcepit cauſa. Defuncto principe ſacerdotum Onia, filius ejus Simon juſtus ſucceſſor extitit. Quo moriente, filium parvulum nomine Oniam relinquente, frater ejus Eleazarus principatum ſacerdotii, accepit, quem Ptolemæus liberaliter muneribus tali occaſione honoravit. De- *Demetrius Phalareus præfectus bibliothecæ.*

metrius Phalareus apud Græcos orator,& Philosophus super Bibliothecam regis,cujus magnum habuit studium,constitutus erat. Qui dum studeret, omnia per universam terram inventa congregare volumina.& acquirere si quid dignum audiret industria,vel voluntate regis,interrogatus ab eo quot millia librorum haberet?respondit,viginti millia,sed cito ad quinquaginta millia posse venire,dicensque nunciatum sibi esse,apud Judæos multa haberi bibliotheca regali digna, persuasit regi annitente Aristeo quodam,regis amico necessario,ut ad Eleazarum pontificem Hierosolymam mitteret, rogans ut sibi viros legem scientes destinaret, qui eam ad Græcam linguam transferrent. Qui ex omnibus septuaginta viros in lege doctissimos elegit,eosq; regi transmisit. Illi verò Alexandriam ducti, & à rege benignè suscepti, Demetrio sunt commendati. Qui duxit eos in domum secretam, & huic negotio aptam, secus littus maris positam,ubi per septuaginta duos dies, omnem legem disertissime transtulerunt.quotidie huic negotio curam usq; ad horam nonam impendentes. Quibus diebus transactis, congregavit omnes Judæos Demetrius,ad locum in quo translatæ fuerant leges,& præsentibus interpretibus legit eas. Cumque multitudo complexa legem, vel seniores ejus interpretes, Demetrium,eo quòd magnarum rerum esset inventor,laudasset,rogavit ut etiam præsidibus suis daretur legenda gavisus verò rex voluntatem suam esse perfectam, & relectis legibus, sensum & sapientiam earum obstupescens,dixit ad Demetrium,admirari se,quod nemo historiographus, nec poeta ejusdem legis meminisset, cum tam mira existeret. Cui Demetrius respondit,neminem ausum fuisse conscriptionē ejus tangere,eo quòd divina esset, addens quòd Theopompus volens in historia aliquid de his conscribere, mente sit turbatus,plus quàm 30. diebus,donec inde sibi clementiam factam esse suspicatus,& in somnis quoque admonitus,quòd hoc ei ideo accidisset, quia divinas leges scrutatus esset,& ad impuros homines eas ferre voluisset,cum humilitate à Deo veniam supplicaret. Cumque scribere quievisset, recepit sensum. Referebat etiam de Theodecto tragœdiarum poeta, quia cum visus fuisset in aliquo dramate eorū meminisse, quæ divino continentur volumine,obscuratis oculis,recognovit causam suæ cæcitatis,& ita liberatus est à passione,Deo veniam largiente. Ptolemæus autem remisit eosdem seniores cum honore, donans unicui que stolas optimas,& auri talenta duo,& calicem unius talenti,totumq; cōvivii thorum. Principi autem sacerdotum Eleazaro destinavit per eos lectos 10 cum argenteis pedibus,& calicem talentorum 30 & stolas 10 & purpuram,& coronam decoram,& lineas de byssō centum. Præterea & pateras,& trullam,& libatoria, & crateras aureos duos Deo vovendos, omnesque Judæos quos in Ægypto captivos invenit,liberos esse permisit. Abeuntes autem interpretes,& à regibus Asiæ honorati sunt.Nam Seleucus Nicanor, in civitatibus quas per Asiam ædificaverat,& in inferiore Syria & in ipsa Metropoli Antiochia, republica sua dignos eos fecit,& æquū eis honorem cum habitatoribus Macedonibus & Græcis deputavit.

Quid Theopompus passus sit, & de Theodecto eodem multato. Sic de Ioseph lib 12. cap. 2.

Interpretes à regibus Asiæ honorati.

HISTORIA ROMANA.

Primum Punicum bellum.

ANno ab urbe condita, quadringentesimo 76. qui est Philadelphi primus, ortum est Punicum bellum primum. Nam Tarentini Pyrrhi morte comperta, iterum nova adversum Romanos arma sollicitantes, Carthaginensium auxilium per legatos poscunt,atque accipiunt. Consertoque prælio,Carthaginenses victi sunt. Proximo deinde anno obscœna & dira prodigia vel visa Romæ,vel nunciata sunt. Ædes salutis ictu fulminis dissoluta est. Lupi tres ante lucem ingressi urbem,semesum cadaver intulerunt,sparsumq; membratim in foro,ipsi strepitu hominum exterriti,reliquerūt. Apud Formiam multis ictibus fulminum, undique mœnia ambusta & dissoluta sunt. Post hæc 3. anno inter cætera prodigia sanguis ex terra manare,& è plurimis fontibus scaturire visus est,& lac manare è cœlo. Hique diri, ut ipsis visum est, terram imbres irrigaverunt. Anno ab urbe condita 481. tam ingens pestilentia apud Romam conflagravit, quòd ejus atrocitatem verbis explicare non possum : Supra quam Sibyllini testes libri,qui eam cœlesti ira impositam respondetūt Sed ne quenquam quasi pro cavillatione offendat,quod Sibylla iratos Deos dixerit,nos iram cœlestem dixisse videamur,audiat & intelligat,quia hæc etsi plerumq; per aereas potestates fiant, tamen sine arbitrio omnipotentis Dei non fiunt. Eodem tempore Caparonia virgo vestalis,incesti rea suspendio periit.& corruptor ejus, conscii;q; servi omnes supplicio affecti sunt. Post hæc Romani consules,Appius Claudius,Marcus Valerius,Agrigentum Siciliæ civitatem,ubi præsidia Pœnorum collocata erant, operibus valloque cinxerunt Cumq; inclusus ex obsidione,senior Hannibal dux Pœnorum,ad summam egestatē redactus esset,Hanno dux novus Carthaginensiū,cum equitibus mille 500. & 30. millibus peditum, 30 etiam elephantis ex improviso advenit,ad liberandum Hannibalem & civitatē,sed civitas continuo a Romanis capta est,& Pœni maximo bello victi,& profligati sunt. 11. elephanti in potestatem Romanorum redacti,Agrigentini sub corona consulari,omnes venditi sunt. Sicq; Romani secundo de Carthaginēsibus triumphaverunt.Hannibal senior,facta cum paucis eruptione,aufugit. Deinde 5. anno Punici belli,idem Hannibal navale bellum præparavit cōtra Romanos,apud Liparam insulam. Sed commisso navali prælio,iterum Hannibal amissa navi qua vehebatur, scapha

Prodigia.

Sanguis è terra Lac è cœlo.

Caparonia incesti rea.

subdu-

ſubductus aufugit. 30. & una naves ejus captæ referuntur. Tria millia hominum occiſa, 7. millia capta referuntur. Neque ulla victoria Romanis charior fuit, quòd invicti terra, jam etiam mari plurimum poſſent. Poſtea Carthaginenſes Gajo Aquilio Floro, Lucio Cornelio Scipione conſulibus, Hannonem in locum Hannibalis ſubrogatum, navali prælio præfecerunt. Qui à Scipione conſule victus, amiſſo exercitu, confertiſſimis hoſtibus ſe immiſcuit, ibique interfectus eſt. Hannibal ſenior ſupra bis victus & fugitivus, à Carthaginenſibus iterum claſſi præpoſitus, iterum infœliciter cum Romanis navali prælio congreſſus & victus, ab exercitu ſuo, ſeditione orta lapidibus cooperatus interiit. Lucio Manlio Vulſcone, Marco Attilio Regulo conſulibus, Romani cum 330. navibus Siciliam petiverunt. Quibus Hamilchar Pœnorum dux, & Hanno alter claſſi præfectus occurrit. Conſerto prælio navali, Carthaginenſes in fugam verſi 64. naves perdiderunt. Romani 22. amiſerunt. Victores conſules in Africam tranſvecti ſunt, primamque omnium Clipeam urbem in deditionem acceperunt. Inde Carthaginē petentes 300. aut eo amplius caſtella depopulati ſunt. de hinc infeſta ſigna ipſæ Carthagini circumtulerunt. Manlius cōnſul Africa cum victrice claſſe decedens 27. millia captivorum cum ingentibus ſpoliis Romam revexit. Attilius Regulus autem cōſul in Africa remanſit, bellum Carthaginenſibus inſtruxit. Contra tres Carthaginenſium duces, id eſt Haſdrubales duos, & accitum ex Sicilia Hamilcharem, atrociſſimum bellum cum eis geſſit. In quo cæſa ſunt Carthaginenſium 17. millia, capta 5. millia, 18. elephantos cœpit, 80. & duas civitates in deditionem accepit. Deinde facto exercitu, haud procul à flumine Bagrada, caſtra conſtituit. Ubi cum plurimos Romanorum militum, adaquandi neceſſitate ad flumen deſcendentes, ſerpens miræ magnitudinis devoraret, Regulus ad expugnandam beſtiam profectus eſt, ſed jaculis telorumque ictibus nihil in dorſo ejus proficientibus propter ſquamarum ejus horrendam cratem, ſed quaſi per obliquam ſcutorum teſtudinem labē tibus, tandem baliſtas deferri imperavit, per quas telis earum tunc demum facilè oppreſſa eſt. Igitur Carthaginenſes fracti bellis, & cladibus exinaniti pacem à Regulo poſcebant. Sed cum intolerabiles & duras conditiones pacis audiſſent, potius rati ſeſe armatos mori, quàm miſeros vivere, precio non ſolum Hiſpanorum vel Gallorum auxilia, quæ jam dudum plurima habebant, ſed etiam Græcorum comparanda duxerūt. Itaque Xantippum Lacedæmoniorum regem, cum auxiliis copioſis accitum, ducem bello præfecerunt. Xantippus inſpectis Pœnorum copiis, atque in campum deductis, longè in melius mutato apparatu, pugnam cum Romanis conſeruit. Ingens ibi clades Romanorum fiebat. Nam 30. millia Romanorū militū in illa cōgreſſione proſtrata ſunt. Regulus ille dux nobilis cum 500. viris captus, & in cathenas cōjectus. Decimo demū anno Punici belli, nobilem triumphum Carthaginenſibus præbuit. Xantippus tam audacis facti conſcius, rerum inſtabilium mutationem timens, illico ex Africa migravit in Græciam. Igitur Marco Æmilio Paulo, Servio Fulvio nobiliore conſulibus, audita captivitate Reguli, & clade exercitus Romani, ambo conſules Romani tranſire in Africam cū claſſe ducentarum navium juſſi, Clipeam petunt. Eo etiam mox Carthaginenſes cum pari claſſe venerunt, commiſſum eſt navale prælium. Æmilius conſul 104. naves Carthaginenſium dimerſit 30. cum pugnatoribus cepit. Præterea 35. millia hoſtium aut occidit, aut cepit, & militem ſuum ingenti præda ditavit. Romanorum autem 9. navibus deprehenſis, mille centum perierunt milites. Conſules apud Clipeam caſtra poſuerunt. Duo Hannones Pœnorum duces, eo rurſus cum magno exercitu convenerunt. Prælioque commiſſo, 9. millia militum perdiderunt. Et ſubacta Africa tunc eſſet niſi quòd tanta fames erat, ut diutius exercitus in ea expectare non poſſet.

Hanno in locū Hamilcharis ſubrogatur.

Serpens devorans militem.

Carthaginenſes petunt pacem à Regulo.

Xantippus belli dux præficitur.

Hoc tempore nummus argenteus primo in urbe figuratus eſt. Poſt hæc tertio anno Lucio Cæcilio Metello, Gajo Furio cōſulibus, Haſdrubal novus dux Carthaginenſium, cum elephantis 130. & equitum peditumque amplius 20. millibus Lilybeum venit ex Africa, & continuo cum Metello conſule, apud Panormum pugnam conſeruit 20. millia Carthaginenſium in eo prælio cæſa ſunt, elephanti 26. interfecti, 104. capti, maximū Italicis gentibus ſpectaculum præbuerunt. Haſdrubal cum paucis Lilybeum victus profugit, atque abſens à Pœnis capite damnatus eſt. Poſt hæc feſſi tot malis Carthaginenſes, petendam eſſe à Romanis pacem, & captivorum permutationē decreverunt. Ad quam rem Attilium Regulum antea ducem Romanū, quem jam per 5. annos captivum tenebant inter cæteros legatos, ſub ſacramento præcipuè mittendum putavarunt. Ille Romam cum veniſſet, inductus in ſenatum, nihil quaſi Romanus egit. Dixitque ex illa die qua in poteſtatem Pœnorum veniſſet, ſe Romanum eſſe deſiſſe. Itaque & uxorem à complexu ſuo removit, ac ſenatui ſuaſit, ne pax cum Pœnis fieret. Illos enim ait fractos tot caſibus ſpem nullam habere, ſeque tanti non eſſe, ut tot millia captivorum propter ſe unum, & paucos qui ex Romanis capti fuerant, redderentur. Itaque obtinuit. Nam Afros pacem petentes, nullus admiſit. Ipſe verò Regulus Carthaginem rediit. Precantibusque Romanis ut eum Romæ tenerent, negavit ſe in ea urbe manſurum, in qua poſtquā Afris ſervierat, dignitatem honeſti civis habere non poſſet. Regreſſum igitur ad Africam Regulū, Carthaginenſes reſectis ei palpebris, ut uſq; ad mortē cruciatu intolerabili ac dolore vigilaret, atq; ut ſtaret ſemper radios ſolis intuens alligatum in machina necaverunt.

Primus nummus argenteus figuratus in urbe.

Lilybeum Siciliæ oppidum.

Mira atq; animoſa Reguli conſtantia.

Anno cōſequenti Hanno dux Pœnorū cum Luctatio duce Romanorū, navali prælio apud Æga-

Bellū Hannonis apud

Digitized by Google

Ægades insulæ.

des insulas, contra Lilybeum civitatem Siciliæ concurrit, sed victus navem avertit, & dux fugæ primus fuit. Sexaginta & tres naves Punicæ captæ sunt, 125. dimersæ, 32. capta, cæsa 14. millia fuerũt. Nunquam in mari tantis copiis pugnatum est. Infinitæ auri & argenti prædæ in potestatem Romanorum redactæ sunt. Ex classe Romana 12. naves mersæ sunt. Pugnatum est 7. Idus Mart. Tunc Carthaginenses præcipiti festinatione ad Luctatium consulem, ac deinde Romam mittunt, pacem orant & impetrant. Captivi Romanorum qui tenebantur à Carthaginensibus redditi sunt. Carthaginenses petunt ut redimi captivos liceret eorum, quos ex Afris Romani tenebant. Senatus jussit sine precio eos reddi, qui in publica custodia essent. Qui autem à privatis tenerentur, ut precio dominis reddito, Carthaginem redirent, atque id precium ex fisco magis quàm à Carthaginensibus solveretur. Carthaginenses sanè sub hac conditione cum Romanos pacem fecerunt, ut Sicilia decederent, & ipsi Carthaginenses per continuos 20. annos Romanis persolverent puri argenti tria millia talentorum. Sicque finitum est primum Punicum bellum, quod per 32 annos tractatum est. Hoc anno porta Jani gemini clausa est, quia nusquã eodem anno bellum erat, quod sub Numa Pompilio rege solo provenerat.

Finitum primum Punicum bellum.

Anno ab urbe condita 517. Hamilchar dux Carthaginensium, ab Hispanis in bello cum aliud bellum adversus Romanos jam pararet, occisus est. Experimento deprehensum est, quòd virtus Gallorum sicut primo impetu major quàm virorum est, ita sequẽs minor quàm fœminarum. Causa autem hæc est, quòd alpina corpora humenti cœlo educata, habent quoddam simile nivibus suis, cum calore primæ pugnæ statim in sudorem eunt, & levi motu quasi sole laxantur

Gallorũ vex. Nota de Alpinis corporibus.

Anno qui huic proximus erat, dira urbem terruere prodigia. Namque in Piceno flumine sanguis effluxit, apud Tuscos cœlum visum est ardere & Arimini nocte multa lucem claram effulsisse, ac tres lunas distantibus cœli regionibus exortas apparuisse, & Romæ Gnei Domicii bos locutus est, dicens. Cave tibi Roma. Carnes etiam è cœlo lapsæ sunt. Quarum pars ab avibus intercepta est, pars incorrupta diu jacuit. Tunc quoque magno terræmotu Caria & Rhodos insulæ adeò concussæ sunt, ut labentibus vulgo tectis, ingens quoque ille Colossus rueret. His temporibus Aratus astrologus claruit, & Quintus Ennius poeta Tarenti nascitur, qui post Romæ degut, contentus unius ancillæ ministerio. Quo etiam tempore defuncto Eleazaro, principatum sacerdotii suscepit patruus ejus Manasses frater Jaddi. Quo mortuo, successit ei Onias filius Simeonis justi, quem ut supra diximus, parvulum reliquit.

Aratus. Ennius.

HISTORIA.

III. Ptolemæus Ever. 26.

PTolemæus Evergetes filius Ptolemæi: Philadelphi, regnavit Alexandriæ annis viginti sex, à restauratione templi anno 276. Sub hoc Jesus filius Syrach librum suum conscripsit. Sic ergo Ptolemæus post mortem patris sui Philadelphi, pro ultione patris & occisæ sororis, cum magno exercitu intravit provinciam regis Aquilonis, id est Seleuci Callinici, qui cum matre Laodice regnavit in Syria, & cepit Syriam & Ciliciam, & superiores partes trans Eufraten, & omnem penè Asiam. Cumque audisset in Ægypto seditionem moveri, diripiens regnum Seleuci 40. millia talentorum argenti tulit, vasaque preciosa, & simulacra Deorum duo millia quingenta, in quibus erant & illa quæ Cambises capta Ægypto in Persas portaverat. Gens verò Ægyptia, idolatriæ multum dedita erat. Et quia post multos annos Deos eorum Ptolemæus attulerat, Evergetem eum appellabant. Et Syriam quidem ipse obtinuit, Ciliciam verò amico suo Antiocho gubernandam tradidit & Xantippo alteri duci provincias trans Eufraten.

HISTORIA.

ANno ab urbe condita, quingentesimo octavo, qui est primus Evergetis, repentina subversio ipsius Romæ prævenit triumphum Romanorũ. Siquidem Quinto Luctatio Catulo, & Aulo Manlio consulibus, diversæ ignium aquarumque clades penè absumpsere urbem. Nam Tyberis insolitis auctus imbribus, & ultra opinionem redundans, omnia Romæ ædificia, in plano constituta delevit. Diversæ qualitates locorum ad unam convenere perniciem, quoniam quæ sævior inundatio tenuit, madefacta dissolvit, & quæ cursus torrentis invenit, impulsa dejecit. Aquarum verò gravissimam cladem, gravior ignis vastatio est secuta. Qui ignis, incertum unde surrexerit, plurimas civitatis partes pervagatus hominũ domorumque stragem miserabilem fecit. Dehinc cum omnia in circuitu foris devastaret, ædem Vestæ corripuit, unde Metellus cum arsuros Deos eripuit, brachio semiustulato, vix aufugit, Tito Sempronio Graccho & Gajo Valerio Falcone consulibus bellum Romani Falisci intulerunt, quæ civitas Italiæ opulenta quondam fuit. Quod bellum ambo consules intra sex dies transegerunt, quindecim millibus hostium cæsis.

Eodem anno etiam Galli Cisalpini novi extitere hostes, adversum quos varia sorte bellatum est. Nam in primo conflictu Valerio consule tria millia ex Romanis cecidere, in secundo 14. millia Gallorum cæsa sunt: duo millia capta. Sed ob priorem cladem triumphus consuli denegatus est. Anno ab urbe condita quingentesimo 17. qui est Evergetis decimus, dux Pœnorum Hamilchar ab Hispanis in bello interfectus est, cum jam aliud bellum adversum Romanos clam pararet.

Hamilchar interfectus.

HISTO-

Digitized by Google

Alexand. *Maced.* *Syriæ.*

HISTORIA.

IIII. Ptolemæus Phil. 17.

PTolemæus Philopator, filius Evergetis regnavit Alexandriæ annis 17. à reſtauratione templi anno 302. Poſt fugam & mortem Seleuci Callinici filii Antiochi, quem interfecit Evergetes pater hujus Philopatoris, duo filii Seleuci ejuſdem, videlicet Seleucus cognomento Ceraunus, & Antiochus qui appellatus eſt Magnus, provocati ſpe victoriæ, & in ultionē patris exercitu magno congregato adverſus Ptolemęũ Philopatorem arma corripiunt. Cumq; Seleucus major frater tertio imperii ſui anno occiſus eſſet in Frygia per dolum Nicanoris, exercitus qui erat in Syria, fratrem ejus Antiochum cognomento Magnum, de Babylone vocavit ad regnum Syriæ, quæ eo tempore tenebatur à Ptolemæo Philopatore. Cumque Seleucus pugnaſſet adverſus duces ejus, immò proditione Theodoti cujuſdam obtinuiſſet Syriam, in tãtam venit audaciam, ut ultro Ægyptiis bellum inferret. Philopator autem amiſſa Syria proditione Theodoti, congregavit multitudinem plurimam adverſus Antiochum, initoque certamine juxta oppidum Raphae quod eſt in finibus Ægypti, Antiochus omnem amiſit exercitum, & per deſerta fugiens, penè captus eſt. Cumque deceſſiſſet Syria, ad extremum, fœdere & pactionibus conditionis cujuſdam, pugna finita eſt,

XII. *Demetrius* 10.

Demetrius regnavit Macedoniæ annis 10.

XIII. *Antigonus.* 12.

Antigonus regnavit Macedoniæ annis 13.

III I. Seleucus, 20.

Seleucus Callinicus Antiochi major filius, regnavit Syriæ & Aſiæ cum matre Laodice annis viginti.

V. *Ceraunus, Sel. 3.*

Seleucus Ceraunus, Seleuci Callinici filius, regnavit Syriæ annis, 3.

VI. *Antiochus Magnus, 36.*

Antiochus qui dictus eſt magnus, frater Seleuci Cerauni, regnavit Syriæ annis 36.

Raphae oppidum in finibus Ægypti.

Subhoc tempore Judæi multa mala tolerabant, dum terra eorum diverſis calamitatibus ſubjacebat. Nam cum Antiochus pugnaſſet contra Ptolemæum Philopatorem, & filium ejus Epiphanem, Judæi in medio poſiti, utriſque vincentibus laborabant, ut pares exiſterent navi turbatæ, & tempeſtatibus fluctuanti.

Judæi ſimiles navi turbatæ.

FInito igitur primo Punico bello, quod per viginti tres annos tractum eſt, jam Romani clariſſima gloria noti facti ſunt, & per anni ſpatium ſine bellicis conflictionibus quieverunt. Eodemque anno Jani portæ clauſæ ſunt, quod ab urbis conditione ſub Numa Pompilio Romuli ſucceſſore tantum contigit, poſtea verò per annos quadringentos quinquaginta non evenit. Eo tempore potentiſſimus Siciliæ rex Hiero, ad ludos Romam venit, & ducenta millia modiorum tritici populo dono dedit,

Iani portæ clauſæ.

ANno ab urbe condita 534. qui eſt primus Ptolemæi Philopatoris, bellum Punicum ſecundum, Romanis illatum eſt per Hannibalem ducem Pœnorum, filium Hamilcaris, qui ab Hiſpanis occiſus eſt. Hic itaque Hannibal, dum adhuc novem eſſet annorum, Hamilcari patri ad aras juraverat, ut cum primum poſſet, contra Romanos pugnaret. Cumque viginti eſſet annorum, Saguntum florentiſſimam Hiſpaniæ urbem Romanis amicam oppugnare aggreſſus eſt. Ad quem Romani Legatos miſerunt, ut à bello abſtineret, quos à ſe injuriosè abjecit. Miſerunt pro eadem re Fabium Carthaginem, ſed ille etiam ibi cum dura reſponſa percepiſſet, quæ inquit mora eſt. In hoc ergo ſinu pacem bellumque porto, utrum eligitis? Illis ſuccłamantibus, bellum: igitur, inquit, accipite. Et excuſſo in media curia togæ ſinu, quaſi planè ſinu bellum ferret effudit.

Bellum Punicum ſecundum.

Saguntus oppugnatur. Vide Livium, Valerium Maximum, Tullium in Phil.

Interea Saguntini fame victi ſunt, & octavo demum menſe capti, ultimis ab Hannibale pœnis afficiuntur. Tunc Publius Cornelius Scipio conſul, cum exercitu mittitur in Hiſpaniam, Tyberius Sempronius in Siciliam. Hannnibal verò relicto in Hiſpania fratre ſuo Haſdrubale, Pyreneos tranſivit montes, & inter ferociſſimas Gallorum gentes ferro viam aperuit, & nono demum die à Pyreneo ad Alpes pervenit. Ubi dum montanos Gallos ab aſcenſu eum repellere obnitentes bello ſuperat, atque invias rupes igni & aceto ferroque reſcindit, quadriduum commoratus, quinto die cum maximo labore ad plana pervenit. Traditur autem ad Italiam duxiſſe centum millia peditum, viginti millia equitum, triginta ſeptem elephantos. Interea multi Ligures & Galli junxerunt ſe Hannibali. Sempronius Tyberius Graccus cognito Hannibalis adventu, exercitum ex Sicilia trajecit Ariminum. Publius Cornelius Scipio Hannibali apud Ticinum primus occurrit, commiſſoque prælio, fugatis ſuis, & penè ommibus victis, ipſe à filio Scipione admodum prætextato, & vix à pueritia egreſſo, qui poſtea dictus eſt Africanus, ab ipſa morte liberatus, ſaucius tamen in caſtra rediit. Pugnatum dein le eſt ab eodem conſule apud Trebiam fluvium, iterumq; Romani ſuperati ſunt. Sempronius conſul & ipſe conflixit cũ Hannibale, & amiſſo exercitu, pene ſolus evaſit. In eo tamẽ bello etiam Hannibal ſauciatus eſt. Qui poſtea cũ in Hetruriam primo Vere tranſiret, in ſummo Apennino tempeſtate correptus, biduo continuo immobiliter ſtetit, nivibus cum exercitu concluſus, ubi magnus hominũ numerus, jumenta quã plurima elephanti penè

Scipio Africanus.

Romani victi apud Trebiam fluvium.

Livius lib. 2 belli punici.

omnes frigore perierunt. Deinde in Tuſciam veniens, juxta Sarnum fluvium, nebulis proſpectum impedientibus, magnam partem ſociorum ac jumentorum perdidit: ipſe autem uni elephanto qui ſuperfuerat, ſolus ſuperſidens, vix difficultatem itineris evaſit: ſed oculum quo jam dudum æger erat, violentia frigoris & vigiliarum ac laboris amiſit.

Hannibal oculum amittit frigore.

Anno ab urbe condita quingenteſimo quadrageſimo, qui eſt ſeptimus Philopatoris, Æmilius Paulus, & Terentius Varro conſules, contra Hannibalem miſſi, per impatientiam Varronis, altero conſule contradicente, apud Cannas Apuliæ vicum omnes pene Romanæ ſpei vires perierunt. Nullo enim Punico bello graviùs afflicti ſunt. Periit quippe in eo Æmilius Paulus conſul, qui dum ſaucius in quodam ſaxo reſediſſet, Lentulo ſibi equum offerente, quo fugiens, cladi ſupereſſet, noluit, atque ibi perſedit, donec ab hoſtibus interemptus eſt. Perierunt ibi conſulares atque prætorii viri viginti, ſenatores aut capti aut occiſi triginta, nobiliores viri trecenti, pedeſtrium militum 40. millia, equitum tria millia quingenti. Varro conſul cum quinquaginta equitibus Venuſium fugit. Nec dubium eſt, illũ diem ultimũ Romani ſtatus futurum fuiſſe, ſi Hannibal mox poſt victoriam ad urbem contendiſſet. Hannibal in teſtimonium victoriæ ſuæ tres modios annulorum aureorum Carthaginem miſit, quos ex manibus interfectorum Romanorum equitum ſenatorumq; detraxit. De exercitu ſuo cæſa ſunt tria millia, multique ſauciati.

Concordia victoriam, diſcordia exitium præbet.

Tres modii annulorum aureorũ miſſi Carthaginem.

Interea Varro rediit Romam, eique gratiæ referuntur à ſenatu, quòd publicam rem non deſperaſſet. Ipſe autem non vitæ cupiditate, ſed amore publicæ rei ſe ſupereſſe reliquo ætatis ſuæ tempore probavit. Nam barbam capillumque ſummiſit, & poſtea nunquam recubans cibum cepit. Honores quoque cum ei deferrentur à populo, recuſavit, dicens felicioribus magiſtratibus Reipublicæ opus eſſe. Vſque adeò autem ultima deſperatio Reipublicæ apud reſiduos Romanos fuit, ut de relinquenda Italia, ſedibusque quærendis conſilium ineundum putarent, Quod etiam autore Cæcilio Metello confirmatum eſſet, niſi Cornelius Scipio tunc tribunus militum, qui poſtea dictus eſt Africanus, eos diſtricto gladio deterruiſſet, ſingulis minitans, ac potius pro patriæ defenſione in ſua verba jurare coegiſſet. Sub hoc tempore quatuor locis pugnabatur à Romanis. In Italia contra Hannibalem: in Hiſpania contra fratrem ejus Haſdrubalem: in Macedonia contra Philippum: in Sardinia contra Sardos, & alterum Haſdrubalem Carthaginenſem, quem Titus Manlius in Sardiniam miſſus, vivum cepit, Romamq; portavit. Philippus quoq; in Macedonia à Levino vincitur: & in Hiſpania Haſdrubal, & Mago tertius frater Hannibalis à duobus fratribus Scipionibus ſuperantur, qui tamen ambo fratres in Hiſpania à fratre Haſdrubalis poſtea occiſi ſunt. Vnde omnibus pavore cunctantibus, Scipio poſtea Africanus dictus, natus tunc annos 24. ultrò ſe obtulit, & proconſulare imperium in Hiſpania ſortitus, ultionem patris & patrui præcipuè intendens, Pyreneum transgreſſus, primo impetu Carthaginem novam Hiſpaniæ cepit, ubi copiæ auri argentiq; magnæ, Pœnorum & nobiliſſimi obſides, quos ab Hiſpanis acceperãt cũ magnis præſidiis, erant. Ibi etiam Magonem fratrẽ Hannibalis captũ cum aliis Romam miſit. Romæ ingens lætitia oritur. Cumq; univerſam Hiſpaniam à Pyreneo usq; ad Oceanum Scipio ſubegiſſet, revocatus à Romanis, cum ingenti gloria Romam venit: & 14 anno poſtquam Hannibal in Italiam venerat, qui eſt 15. Philopatoris, cum Lycinio Craſſo conſul creatus, & in Africam miſſus eſt. Scipio Africam aggreſſus, hiberna Pœnorum, & mapalia Numidarum, quæ haud longè aberant ab Utica, nocte fecit incendi. Pœni trepidi, cum caſu accidiſſe ignem putarent, inermes ad extinguendum cucurrerunt, qua de re facile ab armatis oppreſſi ſunt. In utriſque caſtris 40. millia hominum igni ferroque conſumpta ſunt, quinque millia capta, duces ipſi miſerabiliter ambuſti, ægrè diffugerunt: Haſdrubal dux Carthaginem profugus venit. Mox Siphax & Haſdrubal plurimum reparantes exercitum, iterum cum Scipioni congreſſi ſunt, victique fugerunt. Siphacem fugientem Lelius & Maſiniſſa ceperunt, cætera multitudo Cirtam confugit, quam Maſiniſſa oppugnatam in deditionem accepit: Siphacem ad Scipionem cathenis vinctum adduxit, quem Scipio cum ingentibus ſpoliis, plurimiſque captivis perducendum Romam, Lelio tradidit. Qui cum in cuſtodia Tiburti defeciſſet, ſumptu publico juſſit ſenatus eũ honorificè ſepeliri. Qua re audita, omnis ferè Italia Hannibalẽ dereliquit. Ipſe autẽ Hannibal à Carthaginẽſib. redire juſſus, ut ſubveniret patriæ, quã Scipio vaſtabat, dicitur flens Italiam reliquiſſe. Ita anno 17. qui eſt primus Ptolemæi Epiphanis, libertata eſt Italia ab Hannibale Legati autem Carthaginenſium pacem à Scipione petentes, ad ſenatum miſſi ſunt, & ex arbitrio Scipionis pacem acceperunt. Sed veniente Hannibale Carthaginem, pax turbata eſt, multaque hoſtilia ab Afris facta ſunt.

Res Romanorum deſperatiſſima.

Cornelius Scipio Africanus.

Quatuor locis pugnatur à Romanis.

Mago Romã mittitur.

Pugna Haſdrubalis & Scipionis.

Italia liberata ab Hannibale.

Poſt hæc Hannibal frequentibus præliis victus à Scipione, petiit & ipſe pacem, & colloquium Scipionis. Ubi cum ſe attoniti diu admiratione mutua duo clariſſimi duces conſpexiſſent, infecto pacis negocio, diſceſſerunt. Hannibal tres exploratores ad caſtra Scipionis miſit, quos captos Scipio, circunduci per caſtra juſſit, eisque oſtendit totum exercitum, nihil de hoſtibus percunctatus, prandium quoque juſſit eis dari, refectoſq; abire permiſit. Deinde prælium ac utroq; duce cõmiſſum eſt, quod diu magnis ducum artibus diſpoſitum, magnis copiarum molibus geſtum eſt, quale vix ulla memoria fuit, quippe cum peritiſſimi viri copias ſuas ad bellum educerent, Scipio

tamen

tamen victor extitit, pene capto Hannibale. Octoginta elephanti ibi aut capti, aut occisi sunt. Carthaginensium militum viginti millia quingenti interfecti sunt. Hannibal omnia & ante prælium, & in prælio expertus, primum cum multis equitibus, deinde cum viginti, postremo vix cum quatuor inter tumultum elapsus, Adrumetum confugit, postea Carthaginem post 36. annos, ex quo inde parvus cum patre exierat, venit, consultantique senatui Pœnorum, nullam spem esse, nisi in petenda pace persuasit. Gajo Cornelio Lentulo, Publio Aelio Peto consulibus, pax per Scipionem voluntate Senatus populique Carthaginensibus concessa est: naves tamen plus quàm quingentæ in altum productæ, in conspectu civitatis submersæ sunt. Scipio jam tunc cognomento Africanus, cum omni gloria triumphans, in urbem ingressus est. Quem Terentius qui postea erat comicus, ex nobilibus Carthaginensium captivus, triumphantem post currum secutus est pileatus, quod indultæ sibi libertatis fuit insigne.

Pax Carthaginensibus concessa.

Scipionis triumphus. Terentius pileatus currum sequitur.

Anno igitur ab urbe condita quingentesimo quadragesimo sexto, qui est secundus Ptolemæi Epiphanis, bellum Punicum secundum finitum est, post annum 17. quam cepit.

Jactet se licet Roma victoriis Hannibalem devicisse, tamen in Campaniæ luxuriis commorantem, provincia delicioſa superavit, dum aquis innatat, dum piscibus atque ostreis passim inficitur, dum olet, potat, dormit, aquarum resolutio mollivit Punicam feritatem, & quem alia duraverant, eum Seplasia oppidum Campaniæ unguentis odoratis labefactavit & vicit.

Hannibal vincitur Seplasiæ.

Alexand.	*Maced.*
Ptolemæus Epiphanes, regnavit Alexandriæ annis 24. Hujus tempore Scipio Africanus ab ingrata sibi urbe Romana diu exulans, apud Amiternum oppidum morbo perit. Sepulchro suo inscribi jussit: Ingrata patria, ne ossa quidem mea habes.	Philippus regnavit Macedoniæ annis quadraginta duobus. Hic cum rebellare pararet Romanis, primum per Levinum cōsulem, deinde per Titum Quinctium superatus est.

Ptolemæus Epiphanes 24.

Philippus. 42.

Roma ingrata Scipioni Africano.

HISTORIA.

PTolemæus Epiphanes, filius Ptolemæi Philopatoris, regnavit Alexandriæ annis 24. à restauratione templi anno trecentesimo decimo nono. Hujus patre Philopatore defuncto, Antiochus Magnus rupto fœdere & pacto, quod cum patre fecerat, exercitum de superioribus Babyloniæ partibus congregavit. Factaque pace cum Philippo Macedonum rege, contra hunc Epiphanem, qui tunc quatuor erat annorum, exercitum movit. Pugnantibus autem inter se Antiocho & ducibus Ptolemæi pueri, Judæa in medio posita, multaque mala perpessa, in cōtraria studia sciebatur, sicut & sub Ptolemæo Philopatore patre ejus; aliis Antiocho, aliis Ptolemæo favent ibus. Cumq; Antiochus teneret Judæam, missus Scopas dux partium Epiphanis Ptolemæi, adversus Antiochum fortiter dimicavit, cepitque Judæam. Sed post modicum tempus Antiochus Scopam vicit, confligens cum eo juxta fontem Jordanis, multosq; de exercitu ejus prosternens. Postea verò Antiocho capiente Samariam, & civitates Syriæ, quas Scopas tenuerat, gens Judæorum sponte ad eum veniens, omnem ejus exercitum in civitatem susc pit, & prono animo auxilium præbuit. Unde & ipse multa eis beneficia contulit, quæ Josephus describit.

Pugna Antiochi & ducum Ptolemæi pueri.

Josephus lib. antiq. 12. cap. 3.

Volens autem Antiochus non solum Syriam & Ciliciam, & Liciam, & alias provincias quæ erant partium Ptolemæi possidere, sed in Ægyptum quoque regnum suum extendere; facta pace cum Ptolemæo per Eubolem Rhodium, Cleopatram filiam suam septimo anno adolescentis despondit ei, & 13. anno tradidit, data ei doris nomine omni Cœlesyria & Judæa. Nec tamen obtinere potuit Ægyptum, quia Ptolemæus Epiphanes & duces ejus sentientes dolum, cautius se egerunt, & Cleopatra magis viri quàm parentis fovit partes. Hic Antiochus Magnus duos habuit filios, fratres Cleopatræ, quam dedit Ptolemæo, Seleucum qui cognominatus est Sother, quiq; regnavit post eum: & Antiochum, qui dictus est Epiphanes, & à patre Romanis datus est obses, mortuoq; fratre, regnavit in loco ejus. Et hic est Antiochus, qui dicitur illustris & nobilis in libro Machabæorum. qui 137. regni Græcorum anno regnare cœpit, multaque mala Judæis intulit.

Cœlesyria vel Syria Cœles.

Joseph. lib. 2. bell. Jud. cap. 14. Antiochus à Romanis ad ostia Pelusii.

HISTORIA JUDÆORUM.

EO tempore pontifex Judæorum fuit Onias filius Simonis justi, fratris Eleazari. Is autem Onias parvulus mente, & avarus pecuniæ, vectigal quod patres ejus pro populo dabant, scilicet, viginti talenta, non reddidit, unde regem Ptolemæum ad iram provocavit. Qui mittens legatum nomine Athenionem in Hierusalem, culpabat Oniam, & minatus est, quod terram metiretur ad jugera, & mitteret qui habitarent in ea. Audientes Judæi mandata regis, turbabantur, Oniam verò nihil horum flectebat, propter avaritiam suam. Quod audiens Josephus adolescens, sororis ejus filius, de patre Tobia, vir sagacissimus, & inter suos nobilis, increpavit avunculum Oniam. Quo non attendente, nec ad regem ire volente, ultro se legatum ad regem obtulit pro necessitate populi, si per eum liceret sibi. Illo autem concedente, & populo gratias agente, suscepit legatum regis in domum suam, & per multos dies magnifice tractans, muneribus honoratum remisit

Avaritia Oniæ.

Hæc sunt in Josepho lib. 12 cap. 4. & longe plura.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA V. EMANUELE

Digitized by Google

remisit ad regem, dicens se continuo secuturum. Athenio autem rediens ad regem, cum ei omnia indicaret, advenientem postea Josephum rex & regina Cleopatra benigne susceperunt: invenitque tantam gratiam coram rege, ut non solum populum liberaret, sed etiam dux Judææ atque humilis Syriæ, & finitimarum regionum ab eo constitueretur. Is igitur viginti duobus annis tributa Syriæ & Phœnicis atque Samariæ dispensavit, populumque Judæorum à paupertate & debilitate ad clarissimas rerum causas perduxit. Habuit autem septem filios de uxore sua, & de filia fratris sui Solini unum, nomine Hyrcanum. Qui cum tredecim esset annorum, naturalem fortitudinem & prudentiam in se demonstravit, ut etiam acerbam æmulationem fratribus excitaret. Josephus verò cupiens scire, quis de filiis suis virtute melior existeret, unumquenque ad doctorum studia destinavit, sed desidia disciplinarum indocti redierunt. Post illos autem adolescentulum Hyrcanum transmisit viam duorum dierum ad solitudinem seminare, dans ei trecenta juga boum, sed abscondens lora quibus ligarentur. Cumque ad locum veniret, & lora non haberet, suadentibus aratoribus, ut pro afferendis donum transmitteret, ille nolens tempus deperdere, occidit decem jugorum boves, & carnes quidem operariis dedit, pelles verò incidens, retinacula fecit: sicque seminata terra, ad patrem rediit. Pro qua mentis argutia pater eum benignè suscipiens, nimium dilexit, quod ei apud fratres invidiam suscitavit.

Josephus benigne suscipitur.

Hyrcani factum memorabile de loris.

Post hæc nunciatum est Josepho, filium Ptolemæo regi genitum esse, omnesque principes provinciarum, ad celebrandum pueri diem natalem, cum apparatu maximo Alexandriam ire. Cumque ipse ire senio prohiberetur, interrogavit filios suos, quis eorum vellet ire ad regem? Majoribus recusantibus, & Hyrcanum hoc facere posse dicentibus, consuluit ipsum. Qui cum se promisisset iturum, si tantum misisset Epistolam Arioni dispensatori pecuniarum, quam regi offerre deberet, ut daret ei pecuniam necessariam, data epistola dimisit eum: fratres autem ejus scribebant omnibus amicis regis, ut eum interficerent. Qui cum venisset Alexandriam, porrexit Arioni epistolam: acceptisque ab eo mille talentis, latenter accessit ad negociatores, & comparavit ab eis centum pueros scientes literas, unumquemque talento uno & centum virgines, singulas eodem precio. Susceptus autem benignè à rege, & ad convivium ejus invitatus, discumbens cum prioribus provinciarum, ultimus omnium sedit, tanquam puer ab omnibus despectui habitus. Cumque omnes ossa ciborum ante illum in mensa projicerent, ipso tacente, Triphon quidam qui ad convivarum risus aptus erat, rogantibus convivis, juxta mensam regis assistens, ait regi: Vides domine ante posita ossa Hyrcano? Ex hoc conjice, quòd & pater ejus sic omnem Syriam denudavit, sicut hæc ossa iste à carnibus expoliavit. Ridente autem rege ad verba Triphonis, & interrogante Hircanum, cur tanta ossa ante eum jacerent, apte inquit domine, nam canes semper ossa cum carnibus devorant, sicut illi fecerunt, ante quos ossa minimè jacent: homines verò comedunt carnes, ossa autem jactant, quod & ego tanquam homo nunc feci. Rex autem miratus ejus responsum tam sapienter dictū, jussit omnes plaudere, verbū ejus laudentes. Postera verò die Hyrcanus ad unumquemque regis amicum pergens, & ad potentes aulæ, salutavit eos. Instanti verò natali die filii regis, principes regis offerebant munera: qui multum, non plus quàm viginti talenta. Hyrcanus itaque assumens pueros & virgines quos cōparaverat, dedit unicuique talentum portare: & pueros quidē obtulit regi, puellas autem Cleopatræ reginæ. Omnibus igitur munificentiam ejus admirantibus, rex honorans eum liberaliter & donationes copiosas præstans, patri & fratribus, & omnibus magistratibus scripta pro eo transmisit. Audientes autem fratres ejus talia eum à rege meruisse, & cū magno reverti honore, in occursum eius egredi se simulantes, interficere illū omnimodo decreverunt, etiā patre sciente, qui propter pecunias quas regi obtulerat, irascebatur: sed regē timens, iram celabat. Committentibus autem adversus eum fratribus pugnam, multos eorum qui sequebantur occidit, cum duobus fratribus suis: cæteri autem ad patrem Hierosolymam confugerunt. Qui postquam ad civitatē venit, nullo se suscipiente, discessit trans Jordanem fluvium, ibique remoratus, vectigalia exigebat à Barbaris. Per idem autem tempus regnabat in Asia Seleucus, qui dicebatur Sother, filius Antiochi Magni.

Ab Hyrcano Arioni epistola redditur.

Ossa proposita Hyrcano.

Sapiens responsum Hyrcani.

Seleucus Sother regnavit in Asia.

HISTORIA JUDÆORUM.

Defunctus est autem Onias pontifex, filius Simonis Justi, fratris Eleazari, avunculus Josephi patris Hyrcani, principatum sacerdotii derelinquens filio Simoni. Mortuus est autem & Josephus, ejusque morte contigit seditionem pati populum, propter filios ejus. Nam majoribus bellum gerentibus contra Hyrcanum, dissensit ab invicem multitudo, & plures quidem majoribus fratribus auxilium ferebant cum principe sacerdotum Simone, qui cognatus eorum, & affinis eorum erat. Hyrcanus autem discedens ab Hierosolyma trans Jordanem, ibi turrim ædificavit firmissimam ex lapide albo, & totam usque ad terram sculpens diversis animalibus, reliquis etjam ædificiis locum munivit, quem Tirum nuncupavit. Præfuit autem illis partibus per annos duodecim, omni tempore, quo Seleucus, filius Antiochi Magni, Syriæ regnavit. Quo mortuo, frater ejus Antiochus Epiphanes regnū obtinuit. Quem metuēs Hyrcanus, ne ab eo tormētis afficeretur, pro his quæ contra Arabas egerat, vitam propria manu finivit. Cujus substantiam Antiochus sibi applicuit

Seditio à morte Josephi.

Joseph lib 12. cap. 5.

Digitized by Google

Alexand. *Macedonia.* *Syria.*

applicuit. Mortuus est autem & Simon pontifex, filius Oniæ, relinquens tres filios, Oniam, Jesum, Oniam sive Ananiam: sed patri Onias in sacerdotii honore successit. Et hic est, ad quem Arius rex Spartarum, id est, Lacedæmoniorum, epistolas misit, dicens Judæos & Lacedæmones ex uno genere Abrahæ descendisse.

HISTORIA ROMANORUM.

ANno ab urbe condita quingentesimo quinquagesimo primo, qui Ptolemæi Epiphanis computatur etiam primus, Titus Quintus Flaminius contra Philippum Macedonis regem missus est: & post prælia multa quibus Macedones vicit, pacem Philippo dedit, sub conditione etiam Demetrium filium suum obsidem dedit. *Titus Q. Flaminius contra Philippum regem.*

Lacedæmoniis quoque bellum Titus idem intulit, ducemque illorum Navidem vicit, & quibus voluit conditionibus in fidem accepit, gloria ingenti triumphavit, ducens ante currum suum nobilissimos obsides. Demetrium Philippi filium, & Armenen Navidis, *Triumphus Titi Flaminii.*

Transacto bello Macedonico, secutum est Syriacum. Antiochus itaque Magnus rex Syriæ, cum regnum generis sui Ptolemæi Epiphanis obtinere non posset, vertit se ad Asiam, & navali certamine obtinuit Rhodum & Samum, & alias insulas multas: deinde contra Romanos struens bellum, ex Asia transit in Europam. Tunc etiam Hannibal exhiberi Romam jussus à Senatu, clam ex Africa profectus, ne Romanis traderetur, ad Antiochum migravit, eiq; se cõjunxit. Quem cum apud Ephesum invenisset cunctantem, mox ad bellum impulit: sed occurrit eis Scipio Nasica cum fratre suo Scipione Africano, isdemque Africanus familiare, colloquium cum Hannibale habuit, sed infecto negocio, ab Antiocho discessit. Sequenti anno idem Africanus Hannibalem qui tunc Antiochi classi præerat, navali prælio vicit & fugavit: frater quoque ejus Lucius Cornelius Scipio Nasica consul, habens in auxilio Eumenen, Attali regis fratrem, ingenti prælio Antiochum vicit. Qui pacem rogans, eo jure obtinuit, ut annis singulis mille talenta persolveret: atque ex Asia & Europa recedens, intra Taurum montem se contineret, & Hannibalem concitatorem belli dederet. Qui fugiens ad Prusiam regem Bythiniæ, cum à Romanis reposceretur, jam tradendus venenum bibit. Antiochus verò filium Africani, quem utrum explorantem, an bello cepisset, incertum est, ultro remisit, filium quoque suum Antiochum obsidem dedit. Scipio Nasica Romam rediens, ingenti gloria triumphavit: nomen & ipse ad imitationem fratris Asianus, quia Asiam vicit, accepit. Philippo autem Macedonum regi, quia contra Antiochum Romanis auxilio fuit filius Demetrius redditus est. Plautus ex Umbria Arpinas Romæ moritur hoc tempore, qui propter annonæ difficultatem ad molas manuarias pistori se locaverat, ubi quotiens ab opere vacasset, fabulas scribere ac vendere solitus erat. Titus Livius Tragœdiarum scriptor clarus habetur eo tempore, qui ob ingenii meritum à Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, libertate donatus est. *Bella Antiochi.* *Scipio fugat Hannibalem.* *Scipio Asianus.* *Plautus ex fame laborat ad molas.* *Titus Livius.*

Ptolemæus Philometor 35

Ptolemæus Philometor secundus, filius Epiphanis, regnavit Alexandriæ annis triginta quinque, à restauratione templi anno trecentesimo quadragesimo tertio.

Perseus filius Philippi, regnavit Macedoniæ annis decem. *Perseus 10.*

Seleucus qui & Sother, filius Antiochi Magni, regnavit Syriæ annis 11. Hic instinctu cujusdam Simonis, qui erat præpositus templi Hierosolymitani, misit Heliodorum ad auferendas pecunias: qui correptus est à Deo, ut in Machabæorum legitur libro. *Seleucus 11.*

Antiochus Epiphanes regnavit in Syria annis 12. *Antiochus Epiph. 12.*

HISTORIA ÆGYPTIORUM.

ANtiochus Epiphanes, id est, illustris, frater Seleuci, filius scilicet Antiochi Magni, post mortem fratris sui Seleuci, regnavit in Syria annis 12. Hujus sororem Cleopatram habuit uxorem Ptolemæus, qui & ipse dicebatur Epiphanes, de qua duos filios accepit, quos moriens adhuc parvulos reliquit. Quorũ major, qui & pro eo regnavit Philometor, alter Phiscon dicebatur. Antiochus autẽ suo regno non contentus, exercitũ ducere deliberavit in Ægyptũ, tractus desiderio ejus, & contemnens filios sororis suæ quasi debiles, ac tanta negocia regere non prævalentes. Perveniens igitur ad Pelusium, cum magna virtute, doloque circumveniens Philometorem consanguineum suum, occupavit Ægyptum. Et cum adisset loca Memphiticæ civitatis, cepit eam. Idem contra Alexandriam ut obsideret Ptolemæum, cujus erat avunculus, tetendit, sed per duces Ptolemæi pulsus est, non solum ab Alexandria, verum etiam tota Ægypto. Inde reversus, ad Hierosolymam civitatem duxit exercitum. Quo perveniens, cepit eam sine conflictione alicujus, aperientibus ei portas his, qui voluntatis ejus erant conscii, ingressusque civitatem, multos interfecit sibi contraria sentientes: sed & eos ipsos qui ei civitatem aperuerunt propter divitias templi, occidit, faciensque omnia mala illa, quæ in Machabæorum historia scripta sunt. Multis de templo ablatis, reversus est Antiochiam. Post biennium verò rursus contra Ptolemæum congregavit exercitum, & venit Alexandriam. Cumque duo fratres Ptolemæi & Cleopatræ filii, quorum avunculus erat Antiochus, obsiderentur Alexandriæ, Romam miserunt legatos. Cum autem Ro- *Antiochus Epiphanes.* *Ptolemæi Epiphanes.*

autem Romanorum legati veniſſent Alexandriam, quorum unus erat Marcus Pompilius Lenas, & inveniſſent eum ſtantem in littore, ſenatusconſultum dederunt ei, quo jubebatur ab amicis populi Romani diſcedere, & ſuo imperio contentus eſſe. Qui cum reſponſionem ad amicorum conſilium diſtuliſſet, orbem feciſſe ferunt in arena cum baculo quem tenebat manu, & conſcripſiſſe legatum, atque dixiſſe: Senatus & populus Romanus præcipiunt, ut in iſto loco reſpondeas quid conſilii geras. Quibus dictis ipſe perterritus ait: Si hoc placet ſenatui & populo Romano, recedendum eſt. Et ſtatim receſſit.

HISTORIA JUDÆORUM.

Simonis tres filii.

PEr idem tempus, ut Joſephus ſcribit, defunctus eſt Onias filius Simonis princeps ſacerdotum, relinquens filium parvulum Oniam. Unde Antiochus fratri ejus Jeſu principatum ſacerdotii contulit, quem poſtea iratus abſtulit, & juniori eorum fratri Oniæ ſive Ananiæ dedit. Habuit enim Simon, ut prædiximus, tres filios, ad quos ſacerdotii principatus ordine dicto pervenit. Ieſus autem Jaſonem ſe nominavit, Onias verò ſive Ananias Menelaus eſt nuncupatus, ut Joſephus dicit. Deinde ſubjungit idem Joſephus, Jeſum, id eſt Jaſonem, prius ſacerdotem contra Menelaum ſeditionem concitaſſe, eundemque Menelaum cum ſuis fautoribus relicta religione paterna ſe ad Antiochum contuliſſe, illumque contra Judæos incitaſſe, & poſt ab Antiocho Juniore perſuaſu Lyſiæ occiſum eſſe. In quibus verbis videtur Joſephus ab hiſtoria libri Machabæorum diſcrepare, in qua refertur, quòd Menelaus frater fuerit cujuſdam Simonis de tribu Beniamin, qui fuit præpoſitus templi, quique adhuc vivente Seleuco fratre Antiochi, propter odium Oniæ ſacerdotis ſibi reſiſtentis, ne aliquid mali machinaretur in civitate, effecit ut Heliodorus à Seleuco mitteretur Hieroſolymam, ad auferendas pecunias de templo. Qui cum territus rediret, Simon non ceſſavit malè loqui de Onia, & inſtigavit Apollonium ducem contra eum. Quibus ille cedens, contulit ſe ad regem, ut ejus defenſione tutus viveret. Poſt mortem verò Seleuci, cum regnaret frater ejus Antiochus, hoc quod de Onia Menelao Joſephus teſtatur, in hac hiſtoria de Jaſone fratre Oniæ narratur. Hic enim Jaſon, qui & Jeſus, collectis impiis, Antiochum adiit, ejectoque per pecuniam fratre Onia, ſacerdotium accepit, & accepta licentia, ut gymnaſium Hieroſolymis ædificaret, ad ritus gentium relicta religione ſe tranſtulit. Poſt triennium miſit Jaſon Menelaum fratrem Simonis ſupradicti, portantem pecuniam regi pro ſacerdotio promiſſam, ſcilicet quingenta nonaginta talenta, ſed ipſe Menelaus, promittens adhuc trecentas libras regi, Jaſonem ſupplantavit. Sic Jaſon qui fratrem Oniam expulit, ipſe poſt expulſus de patria, ſecundum quòd dignus erat, exul periit. Menelaus autem cum non perſolveret promiſſas pecunias, rex abſtulit ei ſacerdotium, & dedit illud fratri ſuo Lyſimacho. Metuens verò Menelaus, ne Onias reciperet ſacerdotium, egit cum Andronico regis amico, quem rex abiens præfecit negotiis, ut Oniam interficeret, quod & fecit. Lyſimacho quoque à Judæis propter ſacrilegia ſua occiſo Menelaus ſacerdotium recepit. Quo ab Antiocho Eupatori filio Antiochi, ſuadente Lyſia occiſo, Alchimus quidam alienigena impius ſucceſſit ſacerdotio. Et hoc divinitus percuſſo, deficientibus hæreditariis ſucceſſoribus, omnium voluntate Judas Macchabæus ſuſcepit ſacerdotium. Onias quippe filius Oniæ, quem moriente patre parvulum relictum, ſupra diximus, videns mala quæ fiebant, fugit ad Ptolemæum regem Ægypti, & benigne ab eo acceptus, impetravit ab eo regionem quæ Heliopoleos vocatur, ubi concedente rege conſtruxit templum ad formam templi Hieroſolymitani, quod per annos permanſit uſque ad tempus Veſpaſiani. Ipſa autem urbs quæ vocabatur Oniæ, dimicantibus poſtea Judæis adverſum Romanos, ad ſolum usque diruta eſt, & neque urbis, neque templi ullum reſtat veſtigium. Sub occaſione igitur Oniæ, infinita Judæorum examina Ægyptum confugerunt. Aſſerebat enim Onias in ſe impletum eſſe vaticinium Eſaiæ ſcribentis, Erit altare Domini in Ægypto, & titulus Domini in terminis ejus. & quod Ezras ante ſexcentos annos prædixerat, quòd oporteret in Ægypto templum ædificari Deo per virum Judæum. Antiocho autem Judæos affligente, & ad gentilitatem per ſeipſum, & per miſſos ſuos cogente, Matathias cum quinque filiis ſuis adverſus eos arma corripuit, & patrias leges viriliter defendit. Quo poſt annum moriente, ſcilicet anno centeſimo quadrageſimo ſexto regni Græcorum, qui eſt 13. Philometoris, decimus verò Antiochi, filius ejus Judas Machabæus ſucceſſit patri, & cõgregato exercitu vindictam in male agentes exercuit. Is templum ab Antiocho deſtructum, nobiliter renovavit, & à ſordibus idolorum, quibus per triennium pollutum fuerat, emundavit, anno centeſimo quinquageſimo ſecundo. Audiens etiam Romanorum virtutem, amicitias fœderavit cum eis & ſocietatem. Poſt multa demum prælia fœliciter geſta, pugnans contra Bacchidem, Demetrii principem, multos interfecit, & ipſe occiditur anno quinquageſimo, cum regeret populum annos quinque, fortitudine & dexteritate inſignis. Cui ſuccedens frater ejus Jonathas, regebat populum per annos 17. Quo à Triphone occiſo, Simon frater eorum tenuit principatum annis octo, quem accepit anno centeſimo ſeptuageſimo regni Græcorum.

Joſephus ab hiſtoria libri Macchabæorum diſcrepat.

Jaſon à patria expellitur.

Menelaus recipit ſacerdotium.

Judas Machabæus.

Prophetia de templo domini in Ægypto.

Judas Machabæus.

HISTORIA

HISTORIA ROMANORUM.

PHilippo rege Macedonum mortuo, qui & adverſus Romanos bellum geſſerat, poſtea Romanis contra Antiochum auxilium tulerat, filius ejus Perſeus regnum ejus tenens rebellavit, adjutores ejus habens Cotim regem Thraciæ, & regem Illyrici Gentium nomine. Romanis autẽ auxilio erant, Eumenes rex Aſiæ, frater Attali, Ariaratus rex Cappadociæ, Antiochus rex Syriæ, Ptolemæus Ægypti, Maſiniſſa Numidiæ, Bruſias autem rex Bithyniæ, licet Perſei ſororem haberet, utriſque ſe æquum præbuit. Contra Perſeum miſſus Publius Licinius, ab eo victus eſt, nec tamen Romani regi pacem petenti, præſtare voluerunt, niſi ſe & ſuos ſenatui ſubdidiſſet. Mox cõtra eum miſſus conſul Lucius Æmilius Paulus conſul vicit eum. & cum ingenti pompa Romam rediit in navi ejuſdem Perſei, quæ inuſitatæ magnitudinis ferebatur fuiſſe, adeo ut ſedecim ordines remorum dicatur habuiſſe. Triumphavit autem Paulus in curru aureo, duobus filiis ſuis utroque latere aſtantibus. Ducti autem ſunt ante currum ejus, duo filii regis, & ipſe Perſeus annis quadraginta quinque natus, qui poſt apud Albam, in cuſtodia defecit, filius vero ejus junior fabricam ærariam, ob tolerandam inopiam, Romæ didicit, ibique defunctus eſt.

Perſeus.

Florus lib. 44.

Æmilius Paulus Vincit Perſeum.

Filius Perſei fit faber ob tolerandam inopiam.

HISTORIA ROMANORUM.

ANno autem ab urbe condita ſexcenteſimo, qui viceſimus ſextus Philometoris inſcribitur, cũ oẽs Romanos Celtiberorum ingens metus invaſiſſet, nec eſſet ex omnibus qui vel miles vel legatus ire in Hiſpaniam auderet, Publius Scipio Africani nepos, qui & ipſe poſt Africanus eſt dictus, ultro ſe militaturum in Hiſpania obtulit, cum tamen in Macedoniam contra Philippum deputatus eſſet. Profectus itaque in Hiſpaniam, ſtragem magnam dedit, ſæpius militis quàm ducis officio uſus, nam & Barbarum provocantem ſingulariter congreſſus occidit.

HISTORIA ROMANORUM.

EOdem tempore Meſſala cenſor primus theatrum lapideum in urbe conſtrui juſſit, quod ne tunc fieret, Scipio Naſica graviſſima dehortatione obſtitit, dicens inimiciſſimum fore populo bellatori hoc, ad nutriendam deſidiam, laſciviæque commentum, adeoque commovit ſenatum, ut non ſolum omnia theatro comparata vendi juſſerit, ſed etiam ſubſellia in ludis poni prohibuerit, & ut neque urbani, neque qui à foris mille paſſibus adeſſent, ſedentes ludos ſpectarent, ne fortitudo illorum molleſceret. Illo quoque tempore Tuccia virgo veſtalis arguebatur inceſti. At illa purgare ſe argumentis dedignata mortalibus, ad Tyberim detulit cribrum, idque ſubmergens in aquam, prece addita, inquit, O Veſta, ſi pia ſum, ſi virgo ſum, hanc è Tyberi aquam ad templum tuum deferam. Et pertulit. Anno ſexcenteſimo ſecundo, tertium Punicum bellum exortum eſt. Igitur cum ſenatus abolendam Carthaginem decreviſſet, profecti conſules Lucius Manlius Cenſorinus, & Marcus Manlius, & Scipio tunc Tribunus militum, prope Uticam caſtra majoris Africani tenuerunt. Ibi Carthaginenſibus evocatis, juſſisque ut arma & naves traderent, nec moratis, tanta vis armorum repente tradita eſt, ut facile tota ex his Africa potuiſſet armari. Sed poſtquam arma tradiderunt, & derelicta urbe recedere procul à mari decem millibus paſſuum juſſi ſunt, dolorem ad deſperationem contulerunt, aut defenſuri civitatem, aut cum ipſa per ipſam ſepeliendi, moxque ſibi duos Haſdrubales duces creant, armaque facere aggreſſi, poſtquam æs ferrumque defecit, aurea argenteaque fecerunt. Conſules Romani urbem aggreſſi, cum aliquantam muri partem machinis diruiſſent, à Carthaginenſibus victi ſunt atque repulſi. Quos fugientes Scipio defendit, hoſte intra muros repulſo. Is apud omnes ingenti metu & reverentia erat, nam & paratiſſimus ad dimicandum, & promptiſſimus erat ad conſulendum, nec quicquam magis duces Pœnorum vitabant, quàm contra eam partem Romanorum committere, ubi Scipio dimicabat. Per idem tempus Maſiniſſa rex Numidarum per annos ferè ſexaginta amicus populi Romani, mortuus eſt anno vitæ ſuæ nonageſimo ſeptimo, valentiſſimo ſemper corpore perſeverans. Hic eſt vir qui nunquam in imbre vel maximo, caput ſuum texit, aut frigore, & tam diu in uno ſtetit veſtigio, ut prius juvenes laſſitudine cederent, quàm ille de loco in quo ſteterat moveretur. Si ſtetiſſet, ne membrum quidem tota die movebat, ſi iter ingreſſus eſt eques, non deſcendebat, ſolebatque equitans in exercitu noctu diem ſæpiſſime conjungere, & ſui cuſtodiam tutelamque ſæviſſimis canibus committebat. Poſt octogeſimum ſextum annum genuit filium, cui nomen fuit Methuma, nihilque quod juvenis fecit, ævo ultimo prætermiſit. Moriens igitur, quadraginta quatuor filios reliquit, inter quos diviſorem eſſe Scipionem juſſit. Qui poſtquam inter eos Numidiæ regnum diviſit, Carthaginem reverſus eſt.

Scipionis Naſicæ maſculum contra Theatra. Tuccia virgo aquam defert in cribro.

Duo Haſdrubales duces.

Maſiniſſa rex Numidarum vir robuſtiſſimus.

Canibus pro tutela corporis uti.

Anno à Roma condita ſexcenteſimo ſexto, qui eſt Philometoris 32. cum clarum eſſet nomen Scipionis, juvenis adhuc conſul factus eſt, & delere Carthaginem ſuprema ſorte molitus, Cothonem ingreſſus eſt. Ubi cum ſex diebus continuis noctibuſque pugnaretur, ultima deſperatio Carthaginenſes ad deditionem traxit, petentes, ut quos belli clades reliquos fecit, ſaltem ſervire liceret, ac primum agmen mulierum ſatis miſerabile, poſt virorum magis deforme,

Scipio iterum conſul factus.

tis ſuæ virum, deinde Samariam obſidione captam, ſolo coæquavit, quam poſtea Herodes inſtaurans, Sebaſten in honorem Auguſti appellavit. Antiochus quoque quem quidam Seditem, quidam vero Spondium vocant, frater Demetrii, pridem Simoni infenſus, ſecundo Hyrcani anno adducto exercitu, Hieroſolymis obſedit Hyrcanum. At ille patefacto ſepulchro David, plus quàm tria millia talentorũ inde abſtulit, datiſq; trecentis Antiocho, ut à civitate recederet, perſuaſit. Et ut facti leniret invidiã, fertur ex hac pecunia inſtituiſſe Xenodochia, quib. ſuſciperet pauperes & peregrinos. Cumq; fortunatiſſime viveret per annos 30. & unũ, optime reb' adminiſtratis moritur, quinq; filiis relictis. Quorũ maximus natu Ariſtobolus, translato in regnum principatu, primus apud Judæos diadema ſibi impoſuit, trecentis nonaginta octo annis ac tribus menſibus exactis, poſtquam populus de Babylonica rediit captivitate, fratrẽ Antigonum à ſe ſecundum natu, quem diligere videbatur, in honore pari producebat, alios vero vinctos, cuſtodiæ tradidit, matremq; auſam aliquid de poteſtate contendere, itidem colligavit, fameque necavit, ſed & Antigonũ fratrẽ poſtea peremit. Poſt necẽ vero matris & Antigoni fratris ipſe digniſſimo atq; crudeliſſimo viſcerũ dolore tortus deteſtabiliter moritur, cum non plus uno anno regnaret. Uxor autẽ ejus fratrum vinculis diſſolutis, regem conſtituit Alexandrũ fratrem ejus, qui ætate major erat, & modeſtia præſtare videbatur.

Ioſeph. lib. 13. cap. 15.

Ariſtobolus.

trium annis 4. ſed quarto anno ab eodem Triphone per dolum occiſus eſt.

Demetrius, filius Demetrii quem Alexander occidit, regnum eo vivente invaſit, cui Ptolemæus Philometor Cleopatram filiam ſuam Alexandro ablatam conjunxit, occiſoque Alexandro, regnavit Demetrius annis 5. ſed quinto captus eſt ab Arſace Parthorum rege. Regnante autem adhuc Demetrio, Triphon quidam partium Alexandri tulit Antiochum filium ejuſdẽ Alexandri, & licet adhuc parvulo diadema impoſuit ut regnaret, ſed quarto imperii ejus anno dolo occidit eum, ipſeque regnavit. Sed & hoc tertio ſui regni anno interfecto, Antiochus frater Demetrii regnavit, cui Cleopatra fratris uxor nupſit, de qua filium ſuſcepit nomino Antiochum, qui dictus eſt Cizicenus, à civitate Cizico, in qua nutritus eſt. Demetrius quoque frater Antiochi, ex eadem Cleopatra filium habuit ejuſdem nominis Antiochum, qui dictus eſt Griphus. Hi duo fratres Antiochi dicti, poſtea de regno contenderunt.

Demetrius. 5.

Ioſephus lib. 13. cap. 17.

Triphon occiſo Antiocho, regnavit annis tribus, ſed anno tertio etiam ipſe occiſus eſt.

Triphon. 3.

Antiochus qui & Sedites eſt appellatus, frater Demetrii, poſtquam captus eſt frater ejus à rege Parthorum, ipſe regnavit annis quindecim, fratrem à captivitate liberavit, qui poſt ipſum regnavit.

Antiochus. 15.

Demetrius frater Antiochi, per fratrem à captivitate liberatus, regnavit poſt mortem fratris annis duodecim.

Demetrius. 12.

HISTORIA ROMANORUM.

ANno ab urbe condita ſexcenteſimo viceſimo, qui eſt undecimus Ptolemæi Evergetis ſecundi, Scipio Africanus junior conſenſu omnium, ſecundo conſul eſt creatus, atq; ad oppugnandam Numantiam Hiſpaniæ civitatem cum exercitu miſſus. Hæc per annos 14 cum ſolis quatuor millibus ſuorum, 40. millia Romanorum non ſolum ſuſtinuit, ſed etiã vicit, pudendiſq; fœderibus affecit. Scipio itaq; ingreſſus Hiſpaniã, non ſtatim aggreſſus eſt Numantinos, quaſi incautos quos, noverat ſemper eſſe paratos, ſed aliquando militẽ ſuũ vitioſum & ignavũ pro culpa ducum priorum exercendo magis quàm puniendo, ſine aliqua acerbitate in caſtris velut in ſcholis exercuit, deinde omnia quæ voluptatis cauſa haberentur in caſtris ſevero ſummoveri juſſit edicto. Denique ſcortorum duo millia cum lixis è procinctus ejus loco ejecta ſunt, tantumque ſubito ſub diſtricto judice profecit exercitus, ut Numantiam diu pernicioſiſſimam Romanis, brevi exæquaret ſolo. Igitur cum partem æſtatis, totamque hyemem ne attentata quidem pugna tranſegiſſet, parum propemodum hac profecit induſtria. Nam ubi copia pugnandi facta eſt, exercitus Romanus impetu Numantinorum oppreſſus, ſicut ſolebat, terga vertit, ſed increpatione & minis objectantis ſe conſulis, manuque retinentis, tandem indignatus in hoſtem rediit, & quem fugiebat, fugere compulit. Difficilis tunc in relatu fides. Numantinos effugavere, & fugientes videre Romani. Unde quamvis Scipio, quia præter ſpem acciderat, lætus eſſet, tamẽ bello ultra adverſum eos audendũ non eſſe, profeſſus eſt. Itaque urbem obſidione concluſit, foſſa circumdedit, cujus latitudo pedibus decem, altitudo viginti fuit, ipſumque deinde aggerem ſudibus præſtructum, crebris turribus communivit. Ad hoc bellum Micipſa rex Numidarum in auxilium Scipioni Jugurtham miſit, qui fortiter agens gloriam acquiſivit, & gratiam coram Scipione inveniit.

Scipio Africanus. 2. conſul.

Militem in caſtris ut in ſcholis exercere.

Scortorũ duo millia ejecta.

Igitur Numantini diu concluſi, & fame trucidati, cum facultatem pugnæ ſæpe depoſcerent, ut eis mori tanquam viris liceret, nec impetraſſent, noviſſime duabus ſubito portis eruperunt, larga prius potione uſi non vini, cui ferax is locus non eſt, ſed ſucco triſici per artem confecto, quem ſuccum à calefaciendo celiam vocant. Hac igitur potione poſt longam famem recalescentes, bello ſe obtulerunt, ſubitoque ſuper Romanos irruerunt. Atrox diu certamen, & uſq; ad

Celia potus ex ſucco tritici a calefaciendo. Vide Herolum

Barbarum apud Dioscoridem. periculum Romanorum fuit. Iterumque se Romani adversum Numantinos pugnare fugiendo probavissent, nisi sub Scipione pugnassent. Numantini interfectis suorum fortissimis, bello cedunt, compositis tamen ordinibus, nec sicut fugientes in urbem reverteruntur. Corpora interfectorum ad sepulturam oblata accipere noluerunt, novissima spe desperationi omnes in mortem destinati, clausam urbem ipsi introrsum succenderunt, cunctique pariter ferro, veneno, atque igne consumpti sunt. Romani nihil ex his victis penitus habuere, nisi securitatem suam, neque enim eversa Numantia, vicisse se magis, quàm evasisse dixerunt. Unum Numantinum victoris cathena non tetigit, unde triumphum dederit, quicquid supellectilis fuit, ignis absumpsit. Tunc Scipio Tiresium quendam Celticum principem interrogavit, qua de causa Numantia prius invicta duravisset, & post eversa fuisset. Respondit Tiresius: Concordia victoriam, discordia excidium præbuit. Quod Romani tanquam sibi, ac de se dictum exempli loco acceperunt, quippe quibus jam de seditionibus discordantis totius urbis nunciabatur.

Eadem laguntur de Saguntinis apud Valerium & Ciceronem in Philip.

Laus concordiæ.

Gracchorum seditiones Romæ.

Ea namque tempestate qua hæc gerebantur apud Numantiam, Gracchorũ seditiones agitabantur apud Romam. Carthagine quippe Numantiaque deletis, oritur apud Romanos utilis de provisione collatio, sed infamis de ambitione contentio. Gracchus itaque tribunus plebis inatus nobilitati, cur eum inter autores Numantini fœderis, quod per Mancinum consulem turpiter factum est notaret, agrum à se privatim eatenus obsessum populo dividi statuit, Octavo tribuno obsistenti, ademit imperium, eique successorem dedit Minutium. His causis senatum ira, populum superbia invasit.

Attalus Asiæ rex.

Inter hæc quoque Attalus rex Asiæ, frater Eumenis, moritur, populum Romanum scripto hæredem reliquit, & ita Romano Imperio, regnum Asiæ per testamentum accessit. Gracchus populi gratiam precio appetens, legem tulit, ut pecunia quæ Attali fuisset, populo distribueretur. Obsistente Scipione Nasica, etiam Pompejus spopondit se Gracchum cum primum magistratu abiret, accusaturum, Gracchus autem annitebatur, ut ipse tribunus plebis sequenti anno permaneret. Et cum comitiorum die seditiones populi accenderet, autore Nasica nobilitas inflammata, fragmentis subsellium plebem fugavit. Gracchus per gradus qui sunt super Calphurnii fornicem detracto adminiculo fugiens, ictus fragmento subsellii corruit, rursusque assurgens, alio icto clavæ cerebro impactæ examinatus est. Ducenti præterea in ea seditione interfecti, eorumque corpora in Tyberim projecta sunt, ipsiusque Gracchi cadaver inhumatum contabuit.

Regnum Asiæ per testamentum Ro. imp. accedit.

HISTORIA ROMANORUM.

Publius Scipio examinis repertus.

ANno de hinc secundo, Publium Scipionem pridie in contione de periculo salutis suæ contestatum, quod sibi pro patria laboranti, ab improbis & ingratis denũciari cognovisset, alio mane exanimem repperierunt, idq; inter maxima Romanorum mala censuerunt, præsertim cum tantum in urbe illa Africani vigor & modestia valeret, ut facile illo vivo, neque sociale, neque civile bellum existere posse crederetur. Hunc quidem necatum ferunt dolo uxoris suæ Semproniæ, quæ soror erat Gracchorum, ne scelerata, ut credo, familia, ad perniciem patriæ suæ inter impias seditiones virorum, non etiam sceleribus mulierum esset immanior. Causa vero interitus ejus hæc fuit. Gajus Carbo tribunus plebis cupiens necem vindicare Gracchanam, & excitare seditionem sopitam, Publium Scipionem Africanum eruta Numantia, revertentem interrogavit, quid de Gracchi morte sentiret. Cui Africanus ait, jure occisum sibi videri.

Gracchorum seditio & finis.

Post hæc Gajus Gracchus, Gracchi illius, qui jam in seditione occisus fuerat, frater, tribunus plebis per tumultum creatus, magna reipublicæ pernicies fuit. Nam cum sæpe populum Romanum largitionibus, promissisque nimiis in acerbissimas seditiones excitasset, tandem à tribunatu Minutio successore decessit. Qui Minutius cum decessoris sui Gracchi statuta convulsisset, legesque abrogasset, Gajus Gracchus cum Fulvio Flacco ingenti stipatus agmine, capitolium ubi contio agitabatur, ascendit, ibique cum eo duobus filiis suis armatis, maximum tumultum excitavit: econtra Decius Brutus vir consularis à clivo publico cum ingenti certamine insistit. Ibi Flaccus diutissime pugnavit: Gracchus vero in templum Minervæ secedens, gladio incumbere voluit, sed interventu lictoris retentus est. Cumque diu anceps bellum ageretur, tandem sagittarii ab Opimio missi, consertam multitudinem disturbaverunt. Duo Flacci, pater & filius, cum per ædem Lunæ in privatam domum desiluissent, foresque objecissent, resciso cratitio pariete confossi sunt. Gracchus pro se diu pugnantibus amicis, ac pereuntibus, ægre ad pontem Sublicium pervenit, ibique ne vivus caperetur, cervicem servo suo præbuit. Cujus caput abscissum consuli allatum est, corpus ad Corneliam matrem Missenum oppidum devectum est. Hæc autem Cornelia Majoris Africani filia fuit, quæ post prioris filii Gracchi mortem Missenum secessit. Bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adolescens in robore necatus est. Ex factione Gracchi 250. in Aventino monte cæsi fuisse referuntur. Opimius autem consul, sicut in bello fortis, ita in quæstione fuit crudelis. Nam amplius quam tria millia hominum suppliciis necati sunt, ex quibus plurimi, ne dicta quidã causa, innocentes occisi sunt. Hæc Gracchorum seditio, hic finis fuit.

Cratitius ut stramentitius, parietinus.

Historia

HISTORIA ROMANORUM.

ANno ab urbe condita sexcentesimo 35. qui est 28. Ptolemæi Evergetis secundi, Publio Scipione Nasica, & Lucio Calphurnio Bestia consulibus, Jugurthæ Numidarum regnum invadenti, consensu Romani populi bellum senatus indixit, de quo Salustius Crispus plenissime scribit. *Florus lib. 44. Salustius.*

His temporibus, Ptolemæo Evergeti secundo, misera vita, miserabiliorem vitæ exitum dedit. Is enim sororem suam stupro cognitam, ac deinde in matrimonio receptam, novissime turpius quam duxit, abjecit: privignam suam, hoc est, filiam sororis & conjugis, conjugem ascivit: filium quem ex Sorore susceperat, necnon & filium fratris occidit. Quamobrem tantis incestis parricidiisque execrabilis, anno regni sui 29. ab Alexandrinis regno pulsus est.

His temporibus Cicero Arpini nascitur, matre Helvia nomine, ex regio Volscorum genere, patre verò equestris ordinis. Marcus quoque Furius Poeta, cognomento Bibaculus, Cremonæ nascitur. Defecit regnum Syriæ. *Cicero.*

Alexand.

Ptolemæus 17.

Ptolemæus qui & Phiscon vel Sother, regnavit Alexandriæ annis 17. à restauratione templi anno 407. Hic postea per matrem Cleopatram de regno pulsus, Cyprũ secessit, iterumque post annos aliquot in regnum redit.

Ptolemæus 9.

Ptolemæus qui & Alexander, pulso de regno Ptolemæo Phiscone per matrem Cleopatram, regnavit Alexandriæ annis 9. à restauratione templi anno 424.

Judeor.

Johannes. 31.

Johannes qui & Hyrcanus, filius Simonis, tenuit principatum Judæorum annis 31.

Aristobolus. 1 an.

Aristobolus filius Iohannis Hyrcani, principatum Judæorum post patrem suscepit, primusque imposita sibi corona, uno anno regnavit.

Alexander 2.

Alexander qui & Iameus, frater Aristoboli, post mortem fratris pontificatum Judæorum pariter cum regno suscepit, & per 27. annos in cives suos crudelissime regnavit. Non enim minus quinquaginta millia de propria gente debellãdo per sex annos interfecit: proprios quoque fratres alterum occidit, alterum rebus omnibus nudatum, contemptibili vita secum habuit. Qui 27. anno moriens, conjugi suæ Alexandræ, quæ & Salina vocabatur, regni gubernacula cum duobus filiis parvulis reliquit. Cujus actus qui latius scire voluerit, tertium decimum Iosephi librum Antiquitatis historiæ legere curet. *Alexandri Iannæi crudelitas.*

Syriæ.

Antiochus 19.

Antiochus qui & Griphus, filius Demetrii regnavit Syriæ: sed frater ejus Antiochus Cizicenus, filius Antiochi fratris Demetrii ex eadem muliere Cleopatra, ejecto fratre, regnavit ipse: rursusque frater hoc depulso, regnum recepit. Sicque contendebãt inter se per annos 19. & ex hoc regnum illud per se non habuit, sed in Romanorum ditionem cessit.

HISTORIA ROMANORUM.

ANno sexcentesimo quinquagesimo nono, qui est quartus Ptolemæi Alexandri cum prope omnia bella extranea cessassent, superato in Numidia per Metellum primum, deinde per Mariũ & Syllam Iugurtha, post hæc Cymbris & Teutonibus per Mariũ & Quintũ Catulũ, gravissimũ in Italia bellum, Picentes & Marsi, Peligniq; moverunt, qui annis numerosis jã Romanis subjacuerunt. Contra quos à Romanis bene pugnatũ est a Gajo Mario, qui jã sexies consul fuerat, & à Gneo Pompejo, maxime tamen à Lucio Cornelio Sylla, qui inter alia egregia, Cluentiũ ducẽ hostiũ ita cũ magnis copiis fudit, ut ex suis non unũ amitteret. Hoc bellũ quadriennio cũ gravi calamitate tractum, quinto demũ anno finẽ accepit, per Lucium Corneliũ Syllã, tum consulem, cum antea in eodem bello multa strenue Prætor egisset. *Alii Iovenum.*

Prodigia. Cruor è panibus.

Ipso in tempore ura prodigia visa sunt: Nam sub ortu solis, globus ignis à septentrione cũ maximo cæli fragore emicuit. Apud Aretinos in convivio è panibus cruor, quasi è vulneribus eorporũ fluxit. Per septem continuos dies grando lapidum, immixtis etiam testarum fragmentis, terram latissime verberavit. In Samniæ partibus è vastissimo terræ hiatu flamma prorupit, & usque ad cœlum extendi visa est. Tunc etiam omnium generum animalia, quæ inter homines vivere solent, relictis stabulis pascuisque, cum balatu, hinnitu, gemituque miserabili ad sylvas montesque fugerunt. Canes quorum natura est, extra homines esse non posse, lachrymosis ululatibus vagi, luporum ritu, obstraverunt. Nec mora post hæc tam gravia prodigia, civilia bella secuta sunt.

Causa civilis belli, Marius.

Anno quippe urbis conditæ 662. sociali bello, multis repugnantibus, per totam Italiam suscitato, intestinum bellum adjunctum est, multiplicesque calamitates perturbaverunt populum Romanum, quamvis jam Romani multarum domini vocarentur gentium. Causam vero civilis belli Marius, jam sexies consul, dedit. Nam cum Sylla consul gesturus bellum contra Mithridatem, qui Asiam & Achajam invaserat, mitteretur, sed exercitum adhuc paulisper in Campania teneret, ut belli socialis, quod (ut supra diximus) in Italia gestum est, reliquiæ tollerentur, Ma-

Digitized by Google

rius affectavit, ut ſeptimò conſulatu ſibi commiſſo, ipſe ad bellum Mitridaticum mitteretur. Quare Sylla commotus, cum exercitu ad urbem venit & ante urbē legatū Marii quaſi primā victimam belli civilis occidit, mox urbem irrupit, & contra Marium ac Sulpitium dimicans, Sulpitium occidit, Marium fugavit, atque ita ordinarisin futurum annum conſulibus Gneo Octavio, & Cornelio Cinna, ad Aſiam profectus eſt. Marius vero cum permovere nobilitatem, inflammare plebem, perarmare ordinem equeſtrem adverſus Syllam fruſtra tentaſſet, tandem in capitolium ceſſit: ſed à partibus Syllanis graviter contritus, ab eo diffugit, & perſequentium inſtantia circunſeptus, in Minturnenſium paludibus ſeſe abdidit, è quibus infœliciter luto oblitus, ignominioſeque protractus, turpi quoque ſpectaculo Minturnas deductus, contruſusque in carcerem, percuſſoremque miſſum ſolo viſu conterruit. Deinde lapſus è vinculis, in Africam transfugit, ſollicitatoque ex Utica filio ſuo Mario, ubi is cuſtodia obſervabatur, continuo Romam ingreſſus eſt. Cinnæque conſuli ſocietate ſcelerum conjunctus eſt. Sicque collecto exercitu Romam ingreſſi, nobiliſſimos è ſenatu & conſulares viros interfecerunt, multos proſcripſerunt. Ipſius Syllæ domo everſa, uxorem ejus & filios ad fugam compulerunt, univerſus reliquus ſenatus ex urbe fugiens, ad Syllam in Græciam venit, orans, ut patriæ ſubveniret. Qui ſtatim in Italiam trajecit. Marius autem cum ſeptimum conſulatum invaſiſſet, Cinna jam tertio conſule, in exordio conſulatus ſeptimi, ſera tandem morte præreptus eſt. Cinna vero ab exercitu ſuo interfectus eſt. Revertens autem Sylla, cum jam Romæ conſules mutati eſſent, & Marius, Marii filius, ac Papyrius Carbo conſulatum accepiſſent, contra Marium juniorem dimicans quindecim millia occidit, de ſuis 400 amiſit. Mox etiam urbem ingreſſus, tria millia hominum contra datam fidem inermes peremit. Cumque magna crudelitate contra ſontes inſonteſque ſæviret, Quintus Catulus palam Syllæ dixit: Cum quibus tandem victuri ſumus ſi in bello armatos, in pace inermes occidimus. Sylla itaque Marium, Marii filium, Prænesſte perſecutus obſedit, & ad mortem compulit, poſt hæc de Mitridate ingenti gloria triumphavit.

Minturnæ, Colonia Romanorum, lib. 7. Livius.

Syllæ ſevitia contra datam fidem inermes perimens

Pompejus 24. annorum triumphat.

Gneus autem Pompejus, quod nulli Romanorum tributum erat, viceſimum quartum annum ætatis agens, de Africa triumphavit. Sylla itaque poſt multa flagitia dictator creatus eſt, ut dominationis & crudelitatis libido honeſti nominis reverentia velaretur, Noviſſime tamen poteſtate privatus moritur. Tandemque concluſa ſunt duo bella funeſtiſſima: ſociale Italicum & civile Syllanum, quæ per annos decem protracta, plus quam centum quinquaginta millia Romanorum conſumpſerunt.

Terentius Varro.

His temporibus Terentius Varro triceſimum quintum annum ætatis agens, literas ſummo ſtudio didicit.

Plotius Gallus Rhetor. Lucretius.

Cicero defenſo contra Chryſogonum Roſcio, Athenas ſecedit: deinde poſt triennium Romam regreſſus, 26. ætatis ſuæ anno etiam Quintium defendit. Quo in tempore Plotius Gallus Romæ latinam Rhetoricam primus docuit, cujus etiam Cicero meminit. Lucius Pomponius Bononienſis Atellanarum ſcriptor tunc claruit. Lucretius etiam Poeta naſcitur, qui amatorio poculo hauſto, in amentiam verſus, aliquos libros per intervalla veſaniæ ſcripſit, quos Cicero poſtea emendavit. Criſpus quoque Saluſtius Hiſtoriographus naſcitur.

Saluſtius. Ptolemæus 8.

Ptolemæus Phiſcon, qui ejectus fuerat à matre, regreſſus de fuga, regnum recepit, quoniam Alexandrum qui eo pulſo regnavit ob interfectionem matris ejus, cives expulerunt. Regnavit autem hic poſtea annis octo, à reſtauratione templi anno quadringenteſimo triceſimo tertio,

Ptolemæus 30. Virgilius in pago Andes.

Ptolemæus Dionyſius frater Cleopatræ, regnavit Alexandriæ annis 30. à reſtauratione templi anno 441. Virgilius Maro in pago qui Andes dicitur, haud procul à Mantua naſcitur. Portius Cato Stoicus philoſophus cognoſcitur.

Horatius.

His temporibus Appollodorus Pergamenus Græcus orator, præceptor Callidii & Auguſti clarus habetur.

Horatius Flaccus Libertino patre Venuſii naſcitur, Satyricus poſtea & Lyricus poeta. Virgilius Cremonæ ſtudiis eruditur. De hinc ſumpta toga, Mediolanum tranſgreditur, & poſt breve tempus Romam pergit.

HISTORIA JUDAEORUM.

Alexandra Salina.

MOrtuo Alexandro Iudæorum principe, uxor ejus Alexandra, quæ & Salina dicta eſt, regnū Judæorum per annos novem obtinuit. Quæ cum duos filios ab Alexandro generatos haberet, Hyrcanum natu majorem propter ætatem declaravit Pontificem, & propter modeſtiam regem poſt ſe conſtituit: minorem autem Ariſtobolum privatum vivere voluit, quia ferventioris erat ingenii. Alexandra vero dum regnum novem annis adminiſtraret, morbo laboravit.

Ariſtobolus.

Tunc minor filius ejus Ariſtobolus cū ſervis ſuis, quos multos habebat, omnesq; pro ætatis fervore fidiſſimos, univerſa caſtella obtinuit, & conductis auxiliis pecunia quam ibi repperit regem ſe declaravit. Ob hæc miſerata querelas Hyrcani mater, conjugem Ariſtoboli cum filiis includit in caſtello quodam: ante tamen moritur quam injurias Hyrcani ad plenum ulciſceretur.

HISTORIA JUDÆORUM.

HYrcanus Alexandri Jannei, & Alexandræ Salinæ filius, post obitum matris suscepit regnum Judæorum, à matre sibi commissum: sed frater ejus Aristobolus zelo ductus, impugnavit & expulit illum. Qua dissensione actum est, ut Romani ductores Judæam intrarent: sicq; annuente Pompejo, Hyrcanus principatum recepit. Quem cum per 30. annos administraret, consilio Antigoni filii fratris sui à Parthis captus est, & ita regnum & sacerdotium Judæorum defecit. Nam idem Antigonus à Parthis principatum accipiens, à Romanis interfectus est, & principatus ad alienigenas translatus est.

Regnum & sacerdotium Iudæorum in Hyrcano defecit.

HISTORIA ROMANORUM.

ANno ab urbe condita sexcentesimo 80. qui est nonus Ptolemæi Dionysii, duo tantum gravia bella in imperio erant Romano: Mitridaticum, & Macedonicum. Hæc duo Luculli agebant. Lucius Lucullus Mitridaticum, & consobrinus ejus Marcus Lucullus Macedonicum. At Lucius Lucullus transgressus Euphraten & Tygrin, cum Mitridate congressus est, & cum parva suorum manu 30. millia hostium occidit: Mitridates vix centũ quinquaginta comitantibus aufugit, diademate & tiara, ne agnoscereturabjectis, castra ejus direpta sunt. Armenia quoque minor, quam tenuit, ei ablata est. Qui fugiens susceptus est à Tigrane rege Armeniç, qui tum cũ ingenti gloria imperabat. Lucullus vero repetens hostem fugatum, etiam Tigranis ingressus est regnum, ipsumque rebellantem ita devicit, ut magnam partem Armeniæ deleverit. Alter autem Lucullus qui Macedoniam administrabat, Bessis primus Romanorum intulit bellum, hisque cum pluribus aliis gentibus superatis, Macedoniam totam devicit, & victor rediit.

Bellum Mitridaticũ & Macedonicum.

Bessi, Vide Liviũ.

Eodem tempore Cretam insulam Metellus per biennium debellans, in potestatem Romanorum redegit, legesque Minoas Romanis legibus permutavit, unde & Creticus dictus est à Creta.

Quo tempore Lybia quoq; per testamentum Appionis, qui tunc rex ejus fuit, Romano imperio accedebat, in qua inclitæ urbes erant, Beronice, Ptolemais, Cyrene. Cum hæc aguntur, Piratæ per omnia sparsi maria, non solum navium commeatus intercipiebant, sed etiam insulas provinciasque vastabant. Quos Gneus Pompejus commisso sibi bello, intra paucos menses ingenti felicitate, miraque celeritate compressit. Postea successor Luculli factus Mitridatem impugnatione frequenti vehementer afflixit. Eo tempore Castor Mitridatis præfectus, qui Panagorio præerat, interfectis amicis regis, arcem cepit, & quatuor filios Mitridatis ad præsidia Romana transmisit. Mitridates accensus ira exarsit in scelera: nam plures amicos suos interficiens, Exipodrum filium suum interfecit, cum jam ante alium filium, Homocharem trucidasset. Pharnaces autem filius ejus exemplo fratrum territus, exercitum ad se persequendum à patre missum, sibi conciliavit, statimque adversus patrem duxit justo judicio, quia & ille adversus patrem suum de regno concertavit. Interea Mitridates diu ex altissimo muro filium frustra deprecatus, ubi cum inexorabilem vidit, moriturus, exclamasse fertur: "Quoniam Pharnaces, inquit, mori jubet, vos si estis dii patrii, precor, ut quandoquè & ipse hanc vocem à liberis suis audiat. Statimque descendens ad uxores et pellices ac filias suas, venenum omnibus dedit. Quod cum ipse omnium novissimus hausisset, nec tamen propter remedia, quibus vitalia sua adversus noxios succos sæpe obstruxerat, veneno confici posset, frustraque spatiaretur, si quo tandem modo infusa pestis per venas vegetatione corporis acta discurreret, Gallum quendam militem jam fracto muro discurrentem invitavit, eique jugulum præbuit. Hunc exitum vitæ Mitridates habuit, homo, ut fertur, omnium superstitiosissimus, qui viginti duarum gentium linguis, quas sub regno suo habuit, ita locutus est, ut nunquam legationes sub interpretibus audiret. Periit autem apud Bosphorum, ingentis consilii & industriæ. Regnavit annis 40. vixit 72. semper habens secum Philosophos, omniumque artium peritissimos. Contra Romanos habuit bellum annis 40. sive ut alii dicunt, 30. Pompejus vero Mitridatis occisi nuncio accepto, Tigrani bellum intulit: sed ille ei se dedidit, ac diadema suum, cum procubuisset ad genua Pompei, in manu ejus collocavit, quod ei Pompeius reposuit, honorificeque eum habuit: regni tamen sublata parte, grandi eum pecunia multavit, quia bellum sine causa Romanis intulit. Inter hæc autem Scaurum legatum in Syriam misit, eique omnia negotia ibi agenda commisit. Qui cum ad Damascum veniret, audiens quæ inter Hyrcanum & Aristobolum fratres gerebantur, illuc tetendit. Ad quem cum utriusque fratris legati venirent. acceptisque ab Aristobolo trecentis talentis, parti ejus favit, justitia pecuniæ posthabita. Interea Pompeius Armenia superata, & omnibus partibus illis, cunctisque pro voto ordinatis, in Syriam divertit, deinde Damascum venit. Antipater autem quidam genere Idumæus, divitiis & aliarum rerum copia gentis suæ princeps, jam dudum invisus Aristobolo, hortabatur Hyrcanum, ut se conferret ad Pompeium. Ad quem veniens magnis ei datis muneribus, sibi eum conciliavit. Qui tendens Hierosolymam, cum sibi à partibus Aristoboli resisteretur, oppugnationem intendit,

Libya per testamentum accedit Ro. Imp.

Mare Tyrrhenum, Libycum, Sardoum, Cyrenaum, Siculumq; lustrat 40. diebus. Plutarch.

Mitridates suos filios necat.

Mitridates moritur, 22. linguarum scius.

Pompejus contra Tigranem Armeniorum regem.

Pompejus in Syriam.

Digitized by Google

vixque tertio menſe illã expugnans, 13. millia Judæorũ occidit, cætera multitudo in fidẽ venit, mu-
Pompejus Hieroſolymis in templũ it. ros civitatis everti, ſoloque æquari præcepit: cujus circuitus 4. millia paſſuum fuiſſe dicitur, Pompejus cum ſuis comitibus templum ingreſſus, pro quo tamen Judæi maxime doluerunt, omnia quæ intrinſecus erant, perſpexit, vaſa ſacra & candelabra, & congeſtam molem pigmentorum & pecuniæ ſacræ, prope ad duo millia talentorum: nec tamen vel hæc, vel aliud quicquam de ſacris attigerat, ſed poſtera die poſt excidium juſſit æduos templum curare, ne quid ſordium haberet, & ut ſolenna ſacra celebrarent. Ipſe autem eos, qui maxime belli cauſa fuerant, ſecuri percuſſit: eos vero qui ſecum fortiter egerant, præclaris præmiis donavit, & Hyrcanum pontificem declarans, cæteris Judæis tributum indixit. Poſt hæc Scauro committens omnia negotia à flumine Eufrate uſque ad
Pompejus Ariſtobolum Romam ducit captivum. fines Ægypti, Romam ipſe contendit, ducens ſecum Ariſtobolum captivum cum duabus filiabus totidemque filiis, quorum unus Alexander ex itinere fugit, minor autem Antigonus cum ſororibus & patre Romam perductus eſt. Alexander itaque congregata manu ad decem millia peditum & mille quingentos equites, Hyrcano gravius imminebat, Judæamque populabatur. Interea Gabinius in Syriam miſſus ſucceſſor Scauro, adverſus Alexandrum cum valida manu dimicavit, quo prælio Alexander ſex millibus amiſſis, in Alexandrium caſtellum confugit. Vbi obſidione cinctus, veniam rogare coactus eſt, & caſtellum tradere. Gabinius vero caſtellis omnibus dirutis,
Judeorũ gens à Gabinio in quinq; conventus diviſa conſilio matris Alexandri, Hyrcanum Hieroſolymam perducit, eiq; templi curam permiſit, cæteris reipublicæ partibus optimates præfecit, omnemq; Judæorum gentem in quinq; conventus diviſit: unum Hieroſolymis, alium Gadaris, tertium apud Amathuncta, quartum Jericho, quintum Feſſoris Galilææ civitate depoſuit. Singulari autem unius dominatione Judæi liberati, libenter ab optimatibus regebantur.

Saluſtii ſcripta de Catilina & ſociis. Anno ab urbe condita ſexcenteſimo 89. qui eſt Ptolomæi Dionyſii 17. Marco Tullio Ciceronе oratore, & Gajo Antonio conſulibus, ea quæ de Catilina & ſociis ejus Saluſtius Criſpus ſcribit, acta ſunt.

Anno ſequenti, qui eſt urbis conditæ 690. Decio Iunio Syllano, & Lucio Murena conſulibus, Metellus triumphavit de Creta, Pompejus de bello Piratico & Mitridatico. Numquam ulla pompa triumphi ſimilis fuit. Ducti ſunt ante currum Pompeii, filii Mitridatis, & filius Tigranis, & Ariſtobolus ex Judæa, prælata eſt ingens pecunia auri atque argenti infinita. Hoc tempore nullũ grave bellum erat.

G. I. Cæſar. Anno ab urbe condita 694 Gajus Iulius Cæſar, quipoſtea imperavit cum Lucio Bibulo, conſul factus eſt. Data eſt ei Gallia Tranſalpina, & Ciſalpina, & Illyricum, cum legionibus denis in quinquennium datis, Galliam Comatã poſtea ſenatus adjecit. Cæſar itaque in Galliam profectus, multa
Vide Commentaria Cæſaris. prælia cum Gallis Germanisq; commiſit, ſæpeque victus, ſæpiusq; vincens, Galliã totam, & Suevos gentem ferociſſimam, quorum centũ pagos eſſe multi prodiderunt, omnemq; Germaniã Romano ſubdidit imperio. Domuit autem 9. annis omnem fere Galliam, quæ inter Alpes & flũmen Rhodanum Rhenumque & Oceanum eſt, & circuitu pater ab his tricies centena millia paſſuum. Inde ad marinas venit, unde in Britanniam proximus & breviſſimus tranſitus eſt, Britanniſque bellum intulit, quibus ante ne nomen quidem Romanum cognitum fuit. Ibi acerba primum pugna fati-
Beda in hiſto. Angl. gatus, non ſine magno ſuorum d ſcrimine tandem eos vicit, anno ante Dominicam incarnationem, ut Beda ſcribit, quinquageſimo. Hanc hiſtoriam Suetonius Tranquillus explicuit pleniſſime.

Suetonius. Anno ab urbe condita, 697. qui eſt Ptolemæi Dionyſii 25. Marcus Licinius Craſſus collega Gnei Pompei Magni, in conſulatu ſecundo, provinciam ſortitus in Parthos, homo inexplebilis cupiditatis, audita templi Hieroſolymitani opulentia, quam Pompejus intactam reliquerat, in Paleſtinam divertit, Hieroſolymam adit, templũ pervadit, opes diripit. Inde per Meſopotamiam tendens
Sacrilegium M. Licinii Craſſi. in Parthiam. Quacunque iter habuit, ſocios civitatibus auxilia indixit, precia exegit. Moxque ut Eufraten tranſiit, Abegeſem legatum ab Hyrode rege Parthorum ad ſe miſſum obviam habuit, à
Joſephus Herodem vocat. quo vehementer increpatus eſt, cur contra fœdus Luculli & Pompeii, avaritia inductus, Eufraten tranſierit, quamobrem futurum ſine mora, ut pro auro Parthico ferro oneraretur Serico. Itaque cum prope Charras ventum eſſet, Parthi ſubito irruentes cum Sutena & Sylacea præfectis, oppreſſere Romanos ſagittis. Cecidérũt ibi plurimi ſenatores, aliquot etiã conſulares & prætorii viri. Craſſus quoq; filius Craſſi electiſſimus juvenis in acie occiſus eſt: præterea quatuor cohortes cum Varguntenio legato mediis deprehenſæ campis, interfectæ ſunt. Surenas rapto equitatu, Craſſum perſequi intendit, eumq; circumuentum, ac fruſtra colloquiũ ejus petentem, interfecit q̃vis vivum auferre maluiſſet: pauci beneficio noctis liberati, Charras confugerunt. Avaritia enim unius ad tantum nefas exolevit, ut 12. legiones Romanorum aut captæ, paucis elapſis, aut cæſæ cum ducibus fuiſſent. Caput vero Craſſi cum dextera ad regem delatum, ſpectantibus fuit ludibrium. Rex itaque
Avaritia Craſſi fere 12. legiones Romanorum perdidit. aurum in oris ejus rictum juſſit infundere, dicens: Urat te Parthicum, quod te vivum urebat aurum. Eo ſucceſſu Parthi elatiores effecti, tranſire in Syriam cenſuerunt. Quos ſtrenue inſidiis excepit

Caſſius,

Cassius, & commissæ sibi provinciæ repulit finibus: deinde in Judæam irruit, & Jaracheis deletis, 30. millia Judæorum in servitutem vendidit.

Antipater autem, de quo supra dixi, quod Hyrcano faveret, accepit uxorem, cui nomen Cypris, splendidissimo inter Arabas fœminas loco natam, ex qua suscepit filios quatuor: Phaselum, Herodem, Josephum, Pherorem, & filiam nomine Salome. Qui cum Gabinii favorem muneribus atque obsequiis promeruisset, etiam Cassii familiaritatem adeptus est. Causa quippe tantorum filiorum vir egregius est factus, ad promerendam muneribus societatem potentium. Sic Josephus de eo testatur. Africanus vero historiographus præcipuus, ajunt, inquit, qui de eo diligenter explorarunt, Antipatrum quendam patrem fuisse Herodis Ascalonitæ, qui & ipse fuerit Herodis cujusdam filius, templi Apollinis æditui. Hic Antipater ab Idomæis latronibus captus admodum puer, permansit cum prædonibus, pro eo, quod pater ejus rei familiaris inopia, filium redimere non posset. Verum puer latronum vita & moribus institutus, Hyrcano cuidam Judæorum pontifici familiaris efficitur. Ex quo natus est Herodes, hic qui Salvatoris tēporibus fuit. Hæc Africanus.

Antipater, Cypris.

Josephus lib. Antiquit. 14.

Africanus historicus.

Anno ab urbe condita 700. qui est Ptolemæi Dionysii 27. incertum unde concretus, plurimam urbis partem ignis invasit, nec unquam antea tanto incendio correptam ac vastatam civitatem ferunt. Nam 14. vicos ejus consumptos dicunt. Hinc jam bellum civile successit execrandum ac lamentabile, quod magis jam dudum dissensionibus ac molitionibus parabatur, quo præter calamitates quæ in bellis acciderunt, etiam fortuna populi Romani mutata est. Nam rediens Cæsar victor ex Gallia, decerni sibi absenti consulatum popposcit: sed contradictum est ei à Marcello consule, annitente Pompejo & Catone, jussusque est Cæsar dimissis exercitibus Romam venire, & ex Marcelli consulis autoritate ad legiones quæ apud Nuceriam erant, Gneus Pompejus cum imperio missus est. Propter quam injuriam Cæsar se contulit Ravennam. Marcus Antonius, & Publius Cassius, tribuni plebis, pro Cæsare intercedentes, à Lentulo consule curiâ foroque prohibiti, ad Cæsarem profecti sunt, Curione simul Cælioque comitantibus. Cæsar cum militibus quos habebat, contra patriam venit, & Rubicone flumine transmeato, mox ut Ariminum venit, quinque cohortes quas tunc solas habebat, cum quibus (ut Livius ait) orbem terrarum adortus est, quid facto opus esset, edocuit, deplorans injurias suas, causam belli civilis pro restituendis in patriam tribunis esse testatus est. Inde per Antonium septem cohortes quæ apud Salonem morabantur, à Lucretio accepit, tres legiones quæ cum Domitio apud Corfinium morabantur, ad suas partes transmisit. Consules vero cum Gneo Pompejo, Senatusque omnis, atque universa nobilitas ex urbe fugientes, & in Græciam transeuntes, apud Dyrrachium bellum contra Cæsarem parabant, quo multi Orientis reges cum auxiliis convenebant. Cæsar vacuam urbem ingressus, dictatorem se fecit, negatamque sibi ex ærario pecuniam, fractis foribus invasit protulit ex eo auri pondo 4. millia 135. argenti pondo prope 90. millia. Inde venit Masiliam, ad quam oppugnandam, Trebonium cum tribus legionibus relinquens, ad Hispanias contendit, quas Lucius Afranius & Marcus Petrejus, & Marcus Varro, Pompejani duces obtinebant, ibique multis prœliis Petrejum & Afranium superatos, composita pactione dimisit: in ulteriore vero Hispania duas legiones à Marco Varrone suscepit. Similiter & duces ejus: Curio Catonem Sicilia expulit, Valerius Cottam Sardinia, Varrus Tuberonem Africa ejecit. Cæsar compositis rebus suis, Dyrrachium venit, & Pompejum frustra obsidione cinxit, cum illi maria paterent. Pompejus castellum quoddam mari propinquum, ubi præsidia Cæsaris erant, evertit, & milites occidit. Cæsar autem omissa obsidione, ad Pompejum convertit: Torquatus vero prorumpens aversum è vestigio insecutus est. Ita Cæsaris milites ancipiti periculo territi, ipso Cæsare frustra obsistente fugerunt, evasit tamen Cæsar, quia nocte inter veniente, Pompejus sequi noluit. Dixit autem Cæsar, nec Pompejum scire vincere, & illa tantum die se vinci potuisse. Cæsa sunt in eo prælio 24. millia militum Cæsaris: Penturiones 32. equites Romani complures. Cæsus est ibi Sceva Cæsaris miles fortissimus, cujus scutum centum viginti ictibus petitum fuisse dicitur. Inde citato agmine, Cæsar per Epirum in Thessaliam perrexit. Pompejus vero cum maximis copiis secutus est, bellumque commissum est. Videre ibi & gemere erat contractas Romanorum vires in campis pharsalicis ad occisionem mutuam constituisse, quas si concordia rexisset, nulli populi, nulli reges finere potuissent. Fuerunt enim ex parte Pompeii octoginta octo cohortes, peditum plus quam 40. millia, equites in sinistro cornu 600 in dextro 500. reges & senatores, & Romani equites plurimi, ex parte autē Cæsaris minus quàm 40 millia peditū, equites mille. Cumq; diu utrinque sub dubia sorte cæderentur, atque ex alia parte Pompejus diceret, parce civibus, nec tamen faceret, ex alia vero Cæsar hoc faceret, & urgeret dicens, miles faciem feri, tandem universus Pompeii fugit exercitus, castraque direpta sunt. Cæsa sunt in eo prælio Pompejanorum 15. millia, centuriones 33. Pompejus fugiens in ostio Penei amnis onerariam navim nactus, in Asiam transiit, inde per Cyprum Alexandriam petiit, ut à rege Ægypti, cui tutor ipse à senatu datus fuerat propter juvenilē ejus ætatem, acciperet

Incendium ignis unde 14. vici consumpti.

Bellum civile.

Corbionem legis in Livio lib. 3. ab urbe condita.

Vide Commentaria Cæsaris.

Vide Plutar. in vita Pomp. & Cæsaris.

Concordia res fortissima.

Faciem feri, vide Suetonium.

Digitized by Google

Pompejus Hierosolymis in templū it.

vixque tertio mense illā expugnans, 13. millia Judæorū occidit, cætera multitudo in fidē venit, muros civitatis everti, soloque æquari præcepit: cujus circuitus 4. millia passuum fuisse dicitur, Pompejus cum suis comitibus templum ingressus, pro quo tamen Judæi maxime doluerunt, omnia quæ intrinsecus erant, perspexit, vasa sacra & candelabra, & congestam molem pigmentorum & pecuniæ sacræ, prope ad duo millia talentorum: nec tamen vel hæc, vel aliud quicquam de sacris attigerat, sed postera die post excidium jussit ædituos templum curare, ne quid sordium haberet, & ut solennia sacra celebrarent. Ipse autem eos, qui maxime belli causa fuerant, securi percussit: eos vero qui secum fortiter egerant, præclaris præmiis donavit, & Hyrcanum pontificem declarans, cæteris Judæis tributum indixit. Posi hæc Scauro committens omnia negotia à flumine Eufrate usque ad fines Ægypti, Romam ipse contendit, ducens secum Aristobolum captivum cum duabus filiabus totidemque filiis, quorum unus Alexander ex itinere fugit, minor autem Antigonus cum sororibus & patre Romam perductus est. Alexander itaque congregata manu ad decem millia peditum & mille quingentos equites, Hyrcano gravius imminebat, Judæamque populabatur. Interea Gabinius in Syriam missus successor Scauro, adversus Alexandrum cum valida manu dimicavit, quo prælio Alexander sex millibus amissis, in Alexandrium castellum confugit. Ubi obsidione cinctus, veniam rogare coactus est, & castellum tradere. Gabinius vero castellis omnibus dirutis, consilio matris Alexandri, Hyrcanum Hierosolymam perducit, eiq; templi curam permisit, cæteris reipublicæ partibus optimates præfecit, omnemq; Judæorum gentem in quinq; conventus divisit: unum Hierosolymis, alium Gadaris, tertium apud Amathunca, quartum Jericho, quintum Fessoris Galilææ civitate deposuit. Singulari autem unius dominatione Judæi liberati, libenter ab optimatibus regebantur.

Pompejus Aristobolum Romam ducit captivum.

Judeorū gens à Gabinio in quinq; conventus divisa

Salustii scriptura de Catilina & sociis.

Anno ab urbe condita sexcentesimo 89. qui est Ptolomæi Dionysii 17. Marco Tullio Ciceronе oratore, & Gajo Antonio consulibus, ea quæ de Catilina & sociis ejus Sallustius Crispus scribit, acta sunt.

Anno sequenti, qui est urbis conditæ 690. Decio Iunio Syllano, & Lucio Murena consulibus, Metellus triumphavit de Creta, Pompejus de bello Piratico & Mitridatico. Numquam ulla pompa triumphi similis fuit. Ducti sunt ante currum Pompeii, filii Mitridatis, & filius Tigranis, & Aristobolus ex Judæa, prælata est ingens pecunia auri atque argenti infinita. Hoc tempore nullū grave bellum erat.

G. I. Cæsar.

Anno ab urbe condita 694 Gajus Iulius Cæsar, qui postea imperavit cum Lucio Bibulo, consul factus est. Data est ei Gallia Transalpina, & Cisalpina, & Illyricum, cum legionibus denis in quinquennium datis, Galliam Comatā postea senatus adjecit. Cæsar itaque in Galliam profectus, multa prælia cum Gallis Germanisq; commisit, sæpeque victus, sæpiusq; vincens, Galliā totam, & Suevos gentem ferocissimam, quorum centū pagos esse multi prodiderunt, omnemq; Germaniā Romano subdidit imperio. Domuit autem 9. annis omnem fere Galliam, quæ inter Alpes & flūmen Rhodanum Rhenumque & Oceanum est, & circuitu patet ab his tricies centena millia passuum. Inde ad marinas venit, unde in Britanniam proximus & brevissimus transitus est, Britannisque bellum intulit, quibus ante ne nomen quidem Romanum cognitum fuit. Ibi acerba primum pugna fatigatus, non sine magno suorum discrimine tandem eos vicit, anno ante Dominicam incarnationem, ut Beda scribit, quinquagesimo. Hanc historiam Suetonius Tranquillus explicuit plenissime.

Vide Commentaria Cæsaris.

Beda in histo. Angl.

Suetonius.

Anno ab urbe condita, 697. qui est Ptolemæi Dionysii 25. Marcus Licinius Crassus collega Gnei Pompei Magni, in consulatu secundo, provinciam sortitus in Parthos, homo inexplebilis cupiditatis, audita templi Hierosolymitani opulentia, quam Pompejus intactam reliquerat, in Palestinam divertit. Hierosolymam adit, templū pervadit, opes diripit. Inde per Mesopotamiam tendens in Parthiam. Quacunque iter habuit, sociis civitatibus auxilia indixit, precia exegit. Moxque ut Eufraten transiit, Abegesem legatum ab Hyrode rege Parthorum ad se missum obviam habuit, à quo vehementer increpatus est, cur contra fœdus Luculli & Pompeii, avaritia inductus, Eufraten transierit, quamobrem futurum sine mora, ut pro auro Parthico ferro onerateretur Serico. Itaque cum prope Charras ventum esset, Parthi subito irruentes cum Suena & Sylacea præfectis, oppressere Romanos sagittis. Cecidērūt ibi plurimi senatores, aliquot etiā consulares & prætorii viri. Crassus quoq; filius Crassi electissimus juvenis in acie occisus est: præterea quatuor cohortes cum Varguntenio legato mediis deprehensæ campis, interfectæ sunt. Surenas rapto equitatu, Crassum persequi intendit, eumq; circumuentum, ac frustra colloquiū ejus petentem, interfecit q̄vis vivum auferre maluisset: pauci beneficio noctis liberati, Charras confugerunt. Avaritia enim unius ad tantum nefas exolevit, ut 12. legiones Romanorum aut captæ, paucis elapsis, aut cæsę cum ducibus fuissent. Caput vero Crassi cum dextera ad regem delatum, spectantibus fuit ludibrium. Rex itaque aurum in oris ejus rictum jussit infundere, dicens: Urat te Parthicum, quod te vivum urebat aurum. Eo successu Parthi elatiores effecti, transire in Syriam censuerunt. Quos strenue insidiis excepit Cassius,

Sacrilegium M. Licinii Crassi.

Iosephus Herodem vocat.

Avaritia Crassi fere 12 legiones Romanorum perdidit.

Caſſius, & commiſſæ ſibi prouinciæ repulit finibus: deinde in Judæam irruit, & Jaracheis deletis, 30. millia Judæorum in ſeruitutem vendidit.

Antipater autem, de quo ſupra dixi, quod Hyrcano faveret, accepit uxorem, cui nomen Cypris, ſplendidiſſimo inter Arabas fœminas loco natam, ex qua ſuſcepit filios quatuor: Phaſelum, Herodem, Joſephum, Pherorem, & filiam nomine Salome. Qui cum Gabinii favorem muneribus atque obſequiis promeruiſſet, etiam Caſſii familiaritatem adeptus eſt. Cauſa quippe tantorum filiorum vir egregius eſt factus, ad promerendam muneribus ſocietatem potentium. Sic Joſephus de eo teſtatur. Africanus vero hiſtoriographus præcipuus, ajunt, inquit, qui de eo diligenter explorarunt, Antipatrum quendam patrem fuiſſe Herodis Aſcalonitæ, qui & ipſe fuerit Herodis cujuſdam filius, templi Apollinis æditui. Hic Antipater ab Idomæis latronibus captus admodum puer, permaſit cum prædonibus, pro eo, quod pater ejus rei familiaris inopia, filium redimere non poſſet. Verum puer latronum vita & moribus inſtitutus, Hyrcano cuidam Judæorum pontifici familiaris efficitur. Ex quo natus eſt Herodes, hic qui Salvatoris tẽporibus fuit. Hæc Africanus.

Antipater, Cypris.

Joſephus lib. Antiquit. 14.

Africanus hiſtoricus.

Anno ab urbe condita 700. qui eſt Ptolemæi Dionyſii 27, incertum unde concretus, plurimam urbis partem ignis invaſit, nec unquam antea tanto incendio correptam ac vaſtatam civitatem ferunt. Nam 14. vicos ejus conſumptos dicunt. Hinc jam bellum civile ſucceſſit execrandum ac lamentabile, quod magis jam dudum diſſenſionibus ac molitionibus parabatur, quo præter calamitates quæ in bellis acciderunt, etiam fortuna populi Romani mutata eſt. Nam rediens Cæſar victor ex Gallia, decerni ſibi abſenti conſulatum popoſcit: ſed contradictum eſt ei à Marcello conſule, annitente Pompejo & Catone, juſſuſque eſt Cæſar dimiſſis exercitibus Romam venire, & ex Marcelli conſulis autoritate ad legiones quæ apud Nuceriam erant, Gneus Pompejus cum imperio miſſus eſt. Propter quam injuriam Cæſar ſe contulit Ravennam. Marcus Antonius, & Publius Caſſius, tribuni plebis, pro Cæſare intercedentes, à Lentulo conſule curiâ foroque prohibiti, ad Cæſarem profecti ſunt, Curione ſimul Cælioque comitantibus. Cæſar cum militibus quos habebat, contra patriam venit, & Rubicone flumine transmeato, mox ut Ariminum venit, quinque cohortes quas tunc ſolas habebat, cum quibus (ut Livius ait) orbem terrarum adortus eſt, quid facto opus eſſet, educit, deplorans injurias ſuas, cauſam belli civilis pro reſtituendis in patriam tribunis eſſe teſtatus eſt. Inde per Antonium ſeptem cohortes quæ apud Salonem morabantur, à Lucretio accepit, tres legiones quæ cum Domitio apud Corfinium morabantur, ad ſuas partes tranſmiſit. Conſules vero cum Gneo Pompejo, Senatuſque omnis, atque univerſa nobilitas ex urbe fugientes, & in Græciam tranſeuntes, apud Dyrrachium bellum contra Cæſarem parabant, quo multi Orientis reges cum auxiliis conveniebant. Cæſar vacuam urbem ingreſſus, dictatorem ſe fecit, negatamque ſibi ex ærario pecuniam, fractis foribus invaſit protulit ex eo auri pondo 4. millia 135. argenti pondo prope 90. millia. Inde venit Maſiliam, ad quam oppugnandam, Trebonium cum tribus legionibus relinquens, ad Hiſpanias contendit, quas Lucius Afranius & Marcus Petrejus, & Marcus Varro, Pompejani duces obtinebant, ibique multis prælis Petrejum & Afranium ſuperatos, compoſita pactione dimiſit: in ulteriore vero Hiſpania duas legiones à Marco Varrone ſuſcepit. Similiter & duces ejus: Curio Catonem Sicilia expulit, Valerius Cottam Sardinia, Varrus Tuberonem Africa ejecit. Cæſar compoſitis rebus ſuis, Dyrrachium venit, & Pompejum fruſtra obſidione cinxit, cum illi maria paterent. Pompejus caſtellum quoddam mari propinquum, ubi præſidia Cæſaris erant, evertit, & milites occidit. Cæſar autem omiſſa obſidione, ad Pompejum convertit: Torquatus vero prorumpens averſum è veſtigio inſecutus eſt. Ita Cæſaris milites ancipiti periculo territi, ipſo Cæſare fruſtra obſiſtente fugerunt, evaſit tamen Cæſar, quia nocte inter veniente, Pompejus ſequi noluit. Dixit autem Cæſar, nec Pompejum ſcire vincere, & illa tantum die ſe vinci potuiſſe. Cæſa ſunt in eo prælio 24. millia militum Cæſaris: Penturiones 32. equites Romani complures. Cæſus eſt ibi Sceva Cæſaris miles fortiſſimus, cujus ſcutum centum viginti ictibus petitum fuiſſe dicitur. Inde citato agmine, Cæſar per Epirum in Theſſaliam perrexit, Pompejus vero cum maximis copiis ſecutus eſt, bellumque commiſſum eſt. Videre ibi & gemere erat contractas Romanorum vires in campis pharſalicis ad occiſionem mutuam conſtituiſſe, quas ſi concordia rexiſſet, nulli populi, nulli reges ſtare potuiſſent. Fuerunt enim ex parte Pompeii octoginta octo cohortes, peditum plus quam 40. millia, equites in ſiniſtro cornu 600 in dextro 500. reges & ſenatores, & Romani equites plurimi, ex parte autẽ Cæſaris minus quàm 40 millia peditũ, equites mille. Cumq; diu utrinque ſub dubia ſorte cæderentur, atque ex alia parte Pompejus diceret, parce civibus, nec tamen faceret, ex alia vero Cæſar hoc faceret, & urgeret dicens, miles faciem feri, tandem univerſus Pompeii fugit exercitus, caſtraque direpta ſunt. Cæſa ſunt in eo prælio Pompejanorum 15. millia, centuriones 33. Pompejus fugiens in oſtio Penei amnis onerariam navim nactus, in Aſiam tranſiit, inde per Cyprum Alexandriam petiit, ut à rege Ægypti, cui tutor ipſe à ſenatu datus fuerat propter juvenilẽ ejus ætatem, acciperet

Incendium ignis unde 14. vici conſumpti.

Bellum civile.

Corbionem legis in Livio lib. 3. ab urbe condita.

Vide Commentaria Cæſaris.

Vide Plutar. in vita Pomp. & Cæſaris.

Concordia res fortiſſima.

Faciem feri, vide Suetonium.

Digitized by Google

Pompejus à rege Ægypti occiſus. Cæſar lachrymas fundit, conſpectu capite Pompeii.

acciperet auxilia. Qui fortunam magis quàm amicitiam ſecutus, occidit Pompeium, capuţq; ejus & annulum Cæſari miſit. Quibus conſpectis Cæſar etiam lacrimas fudiſſe dicitur, viri intuens caput generi ſui quondam, & inundatũ odoribus imperavit cremari. Pompeii uxor, filiique fugerunt, cætera Pompejana claſſis directa eſt, omnibus qui in ea erant, crudeliſſime trucidatis. Ibi & Pompejus Bithynicus occiſus eſt. Lentulus vero vir conſularis apud Peluſium interfectus eſt. Cæſar compoſitis apud Theſſaliam rebus, Alexandriam venit, ubi Achillas dux regius ſemel imbutus Pompeii ſanguine, Cæſaris quoque necem meditabatur. Nam juſſus exercitum cui præerat, dimittere, prope 20. millia armatorum, non modo ſprevit, verum etiam aciem direxit. In ipſo prælio regia claſſis ad terram ſubducta, jubetur incendi. Ea flamma cum partem quoque urbis invaſiſſet 400. millia librorum proximis forte ædibus condita exuſſit, ſingulare profecto monimentum ſtudii curæque majorum, qui tot tantaque illuſtrium ingeniorum opera congeſſerant. Poſtea Cæſar inſulam ubi Pharus eſt, cœpit, eo Achillas cum Gabianis militibus venit, ingens pugna commiſſa eſt, magna ibi Cæſarianorum militum multitudo cecidit, omnes etiam interfectores Pompeii interfecti ſunt. Cæſar quoque vi inſiſtentium hoſtium preſſus, ſcapham aſcendit. Qui mox pondere ſubſequentium gravata ac merſa, per ducentos paſſus ad navim una manu elevata, qua chartas tenebat, natando pervenit. Mox navali certamine pulſatus, magna fœlicitate claſſem regiam, aut depreſſit, aut cœpit. Alexandrinis petentibus regem reddidit, monitum, ut magis amicitiam Romanam, quàm arma experiri ſtuderet. Qui tamen ilico, ut liber fuit, bellum intulit, ſed continuo cum toto exercitu ſuo & ipſe deletus eſt. Nam & 20. millia hominum in eo bello referuntur cæſa, 12. millia cum 70. longis navibus dedita. Quingenti ex victoribus cecidiſſe dicuntur. Rex ipſe adoleſcens ſcapha exceptus, ut fugeret, multis inſilientibus merſus, necatuſque eſt: corpus ejus ad littus devolutum, indicio loricæ aureæ cognitum fuit. Qua Cæſar Alexandriam præmiſſa, omnes Alexandrinos ad deditionem deſperatione compulit, regnumque Ægypti Cleopatræ Ptolemæi ſorori dedit, cum qua ſtupri conſuetudinem habuit, quæ poſtea regio comitatu urbem ingreſſa eſt.

Nota. CCCC. millia librorum exuſta Alexandriæ.

Bellum Alexandrinum.

Quingenti alii V. naves.

HISTORIA.

Iordanis. Tertullianus.

CLeopatra itaque ſoror Ptolemæi, regnavit Alexandriæ annis viginti duobus, ut Iordanis Epiſcopus dicit. Sed Tertullianus ſcribit, quod regnarit annis tantum 20. dicens eam conregnaſſe Auguſto, annis 13. ipſumq; poſtea regnaſſe annis aliis 43. qui ſunt 56. anni Auguſti. Regni autem Cleopatræ, licet tot anni fuiſſe dicantur, in ordine tamen regum non plus quàm duo computantur, quia tertia ejus anno Caius Iulius Cæſar Romanum arripuit Imperium. Hanc ſiquidem Cleopatram poſtea Romanus ductor Antonius ſuſcipiens, ſuoque literi, ſpreta ſorore Octaviani, conſocians, contra cives proprios dimicavit. Quem Octavianus Auguſtus certamine ſuperans in Actiaco littore, utroſque jugales coegit, ut ſe ipſos perimerent: ſicque regnum eorum in Romanorum Imperium devenit, ubi & uſque hactenus, & uſque in finem mundi, ſecundum prophetiam Danielis, regni debetur ſucceſſio.

HISTORIA ROMANORUM.

Julius Cæſar.

GAius Iulius Cæſar, à quo Romani Principes Cæſares appellantur, primus apud Romanos ſingulare arripuit imperium, regnavitque annis quinque, ab urbe condita 705. Hic itaque reverſus ab Alexandria per Syriam, Pharnacẽ Mithridatis Magni filium vicit, Romamque ingreſſus, tertiò ſe dictatorem & conſulem fecit, cum Marco Æmilio Lepido, qui magiſter militum, ei cauſa dictaturæ ante annum fuerat. Deinde in Africã profectus eſt, ubi & infinita Romanorũ nobilitas cum Iuba rege Mauritaniæ, apud Tapſum ſibi bellũ reparaverat. Duces autẽ Romani erant, Publius Cornelius Scipio, ex antiquiſſimo genere Scipionis Africani, qui etiã ſocer magni Pompeii fuerat, Marcus Petrejus Varrus, Marcus Portius Cato, Lucius Cornelius Fauſtus, Syllæ dictatoris filius. Contra hos commiſſo prælio, poſt multas hominũ cædes, victor extitit Cæſar, caſtra eorum directa ſunt, ſexaginta Elephanti capti. Cato ſeſe apud Uticam veneno occidit. Iuba percuſſori jugulum dato precio præbuit. Petrejus gladio ſe perfodit. Scipio in navi qua ad Hiſpanias fugiens, vento coactus in Africam rediit, ſemetipſum jugulavit. In eadem navi etiam Torquatus occiſus eſt. Cæſar Pompeii magni nepotes, filiamq; Pompejam, ſimulque cum his Fauſtum Syllæ filium, & Afranium ac Petrejum filium juſſit occidi. Poſt annum Romam cum quatuor triumphis ingreſſus, quarto dictator & conſul creatus eſt, totiuſque regni monarchiam ſolus aſſumpſit, ex quo continua Romanis naſcuntur imperia. Diſpoſito itaque ac recuperato reipublicæ ſtatu, continuo in Hiſpaniam contra Gneum Pompeium, & Sextum Pompeium, filios Pompeii Magni profectus, multa bella ſorte varia geſſit. Ultimum bellum apud Mundam urbem geſtum eſt, ubi tantis viribus dimicatum eſt, tantaque cædes acta, ut Cæſar quoque veteranis etiam ſuis cedere non erubeſcentibus, ſe voluerit occidere, ne poſt tantam rei militaris gloriam, in poteſtatem adoleſcentum natus annos 66. veniret. Denique superatis ſuis, tum ſubito in fugam verſus eſt exercitus Pompejorum. Titus Labienus & Actius Varus in acie cæſi ſunt. Gneus Pompejus cum centum equitibus fugit. Sextus Pompejus, frater ejus contracta celeriter,

Cato ſe veneno necat.

Cæſar Romam cum quatuor triumphis ingreditur Monarcha.

Bellum Cæſaris apud Mundam oppidum, Hiſpaniæ. Florus.

non

non parva Lusitanorum manu, congressus cum Cesonio, victus, fugiensque interfectus est. Hoc bellum eo die actum est, quo pater eorum Pompejus ab urbe bellum gesturus, antea aufugerat, quatuorque annis hoc bellum civile orbe toto intonuit. Cæsar itaque bellis civilibus toto orbe compositis, Romam rediens, agere insolentius cœpit, contra consuetudinem Romanæ libertatis. Cum ergo honores ex sua voluntate præstaret, qui antea ferebantur à populo, nec senatui ad se venienti assurgeret, aliaque regia & penè Tyrannica faceret, conjuratum est in eum à ducentis & 60. vel amplius senatoribus, equitibusque Romanis. Præcipui inter conjuratores fuerunt duo Bruti: ex genere illius Bruti, qui primus consul fuerat Romæ, regesque expulerat, & Gajus Cassius, & Servilius Cascas. Quadam igitur die, senatu in curia congregato, cum Cæsar advenisset, viginti tribus cultris senatoriis confossus est, moxque autores cædis strictis pugionibus, in capitolium secesserunt. Turbato populo, diu deliberatum est, utrum capitolium cum autoribus cædis oporteret incendi. Corpus ejus raptum, populus dolore stimulatus, in foro fragmentis tribunalium ac subselliorum cremavit. Eadem vero nocte, quæ cædem ejus præcessit, Calphurnia uxor ejus vidit in somnis eum confossum vulneribus in sinu suo jacere: oravitque eum, ne mane abiret in senatum: sed ille auspiciorum verba sæpe negligens, contempsit somnium, rei autem probavit eventus. Ante paucos quoque dies bove ex more mactato, cor in extis non est repertum. Quod cum Spurinna aruspex pronunciasset ei ad vitæ periculum pertinere, Cæsar memor constantiæ, ait: Miratis si bos cor non habet: sed mox vitæ ejus finis fuit. Idem Spurinna ante paucos ferè annos eidem Cæsari dixerat, cavendas ei esse Idus Martias. Quo die viso, ait Spurinnæ Cæsar, Idus Martii venerunt. Ille respondit, Sed nondum transierunt. Eodem die confossus est Cæsar, vir quo nullus unquam magis bellis enituit. Ejus siquidem ductu, undecies centum nonaginta duo millia hominum cæsa sunt. Nam quantum bellis civilibus fuderit, annotare noluit. Signis collatis quinquagies dimicavit. Marcum Marcellum solus supergressus, qui 39. vicibus fuerat præliatus. Ad hoc nullus celerius scripsit: nemo velocius legit, quaternas etiam epistolas simul dictavit. Tantæ fuit bonitatis, ut quos armis subegerat, clementia magis viceris. Eodem tempore Romæ tres simul exorti soles, paulatim in eundem orbem coierunt. Inter cætera quoque portenta, quæ toto orbe facta sunt, bos in suburbano Romæ ad arantem locutus est, frustra se urgeri. Non enim frumenta, sed homines brevi defuturos.

Insolentia Cæsaris.

Conjuratio in Cæsarem 260. senatorum.

Calphurniæ somnium de morte Cæsaris.

Idus Martii.

Quantum sanguinis effusum sub Cæsare.

Clementia Cæsaris.

Bos loquitur.

HISTORIA ROMANORUM.

OCtavianus Cæsar, qui postea Augustus est appellatus, filius Actiæ, sororis Iulii Cæsaris, à quo & deinceps Imperatores Romanorum Augusti dicti sunt, regnavit post Julium annis 56. duodecim cum Antonio & Lepido: solus vero 44. Hic Octavio patre senatore genitus, maternum genus ab Ænea per Juliam familiam sortitus est, filius Actiæ, sororis Julii Cæsaris, quem ille adoptavit in filium, cum non haberet proprium, & testamento hæredem reliquit, nomenque suum ferre jussit. Interfecto igitur Cæsare avunculo suo, cum primum rediens ab Apollonia urbem ingrederetur, hora circiter tertia, repente liquido ac puro sereno ad speciem cœlestis arcus, orbem solis ambiit circulus: quasi eum potissimum in mundo, solumque clarissimum in orbe monstraret, cujus tempore nascituras esset, qui ipsum solem solus, mundumque totum fecisset & regeret.

Circulus visus solem ambiens quid indicaret.

Anno itaque ab urbe condita, 709. interfecto Julio Cæsare, bella civilia reparata sunt. Percussoribus enim Cæsaris favebat Senatus. Antonius autem consul, qui erat partium Cæsaris, civilibus bellis eos opprimere conabatur. Ergo turbata republica, inter multa scelera, quæ Antonius commisit, Decium Brutum apud Mutinam obsidione conclusit. Pro qua re à senatu hostis judicatus est: missique sunt ad expugnandum eum duo consules, Pansa & Hircius, & cum his Octavianus adolescens, natus annos 20. & 7. Ex quibus Pansa primo viniens, pilo graviter vulneratur, & interpositis diebus moritur. Hircius vero collegæ auxilium ferens, magnas Antonii copias vasta cæde delevit: Octavianus Cæsar eatenus castra custodivit. Secunda adversus Antonium pugna, magnæ utrinque strages factæ sunt. Hircius consul occiditur. Cæsar victoria potitur. Consulum occisorum uterque exercitus Octaviano Cæsari subditur. Antonius fugatus, amisso exercitu confugit ad Lepidum: qui tunc magister equitum Cæsaris fuerat, & tum militum copias grandes habebat. A quo susceptus est: ipsoque interveniente, Cæsar recepit eum in gratiam: atque ob fidem reconciliatæ gratiæ, filiam ejus in matrimonium sortitus est: & ut vindicaturus patrem Cæsarem, à quo per testamentum hæres adoptatus fuerat, Romam cum exercitu tendebat: & cum Antonio ac Lepido rempublicam armis tenebat: & senatum proscripserat. Cumque rumor de futura proscriptione in urbe ortus esset, Gajus Thoranus vir prætorius nihil tale suspicans incursantibus militibus, in domo sua interfectus est: aliique complures nobiles trucidati sunt. Sed ne incircumscripta cædes effrenatius ageretur, centum 32. senatorum nomina in tabula proposita sunt. Primum Lepidi præcepto & nomine: deinde Antonii: tertio Cæsaris. Ibi Antonius Tullium Ciceronem inimicum suum proscripserat, Lucium quoque

Pansa & Hirtius consules.

Bellum Augusti contra Antonium.

Cæsarem

Cæſarem avunculum ſuum, & quod exaggerando ſceleri acceſſit, viduam matrem proſcripſit. Ibi Lepidus Lucium Paulum fratrem, in eundem proſcriptorum gregem conjecit: adjectique ſunt poſtea triginta equites Romani. Multæ & variæ clades diu actæ ſunt, domus proſcriptorum, direptis omnibus, dirutæ ſunt.

Bellum Bruti & Caſſii.

Interea Brutus & Caſſius, interfectores Caii Cæſaris ingens bellum moverunt. Erant enim per Macedoniam & Orientem multi exercitus quos occupaverant. Profecti igitur ſunt contra eos Octavianus Cæſar & Marcus Antonius, Lepido ad defendendam Italiam remanente, & apud Philippos Macedoniæ civitatem contra eos pugnantes, primo prælio victi ſunt. Periit tamen dux nobilitatis Caſſius, ſecundo Brutum & infinitam nobilitatem victam interfecerunt. Ac ſic inter eos diviſa eſt reſpublica, ut Cæſar Hiſpaniam & Gallias & Italiam teneret: Antonius Aſiam, Pontum, & Orientem. Sed in Italia bellum civile moverat Lucius Antonius conſul frater ejus, qui cum Cæſare contra Brutum & Caſſium dimicavit. Is apud Peruſium Tuſciæ civitatem victus & captus eſt, ſed non occiſus. At Romæ Fulvia, uxor Antonii, ſocrus Cæſaris, dominatum, ut mulier, exercebat: inſolens etiam in eos, per quos, ut inſoleſceret, agebatur. Cæſarem quoque contumeliis & inſidiis petiit: à quo propulſata ad Antonium in Græciam conceſſit. Antonius vero etiam Octaviam ſororem Cæſaris duxit uxorem.

Fulvia regnat.

Bellum Auguſti, cum Sexto Pompejo.

Interim à Sexto Pompejo, Cnei Pompeii filio, ingens bellum in Sicilia commotum eſt: adverſus quem Octavianus Cæſar, & Marcus Antonius pugnaverunt, ſed inter eos poſtremo pax convenit. Quam cum poſtea Pompejus rumperet, Agrippa juſſu Cæſaris cum eo conflixit, & vicit: centum ſexaginta tres naves ejus aut merſit, aut cœpit. Pompejus cum decem & ſeptem vix lapſus evaſit. Lepidus quoque magna, viginti legionum, inſolentia tumens, cum Meſſanam militibus permiſſam diripuiſſet, ipſum Cæſarem ad ſe venientem, ſemel atque iterum ſprevit, ac potius telis appeti juſſit: quæ ille collecta in levum brachium lacerna repellendo vitavit. Mox immiſſo equo ad ſuos reverſus, inſtructoque exercitu, adverſus Lepidum veniens, plurimas legiones ejus paucis interfectis, in ſuam partem tranſire cœgit. Lepidus tandem intelligens, quo ſua vanitas tenderet, depoſito paludamento, aſſumtaq; veſte pulla, ſupplex Cæſari factus, vitam & bona impetravit, perpetuo quidem emendatus exilio. His temporibus Agrippa in Aquitania rem proſpere egit: & Lucius Ventidius Baſſus, irrumpentens in Syriam Perſas, tribus prælis vicit. Parthorum regis Orodis filiũ interfecit, eo ipſo die, quo olim Orodes per ducem Surenam Craſſum occidit. Taurus quoq; Cæſaris præfectus, totã penè Siciliam ferro pertentatam, in fidem recepit. Quadraginta quatuor legiones unius tunc Imperio Cæſaris erant: unde milites multitudine feroces, quoſdam pro accipiendis agris tumultus excitaverant. Sed Cæſar animo ingens, viginti millia militum exauctoravit, 30. millia ſervorum dominis reſtituit, 6. millia, quorum domini non extabant, in crucem egit, jam tum præſignans, ſuo tempore naſciturum eſſe, per quem ſuperbientes reprimendi, & omnes ſervi ſuo vero domino reſtituendi eſſent, qui tamen dominum ſuum recognoſcerent: qui verò ſine domino invenirentur, mortis ſupplicio punirentur.

Lepidus fit ſupplex Cæſari.

Sex millia ſervorum in crucem acti.

Poſt hæc Cæſar ovans urbem ingreſſus, ut in perpetuum tribunitiæ poteſtatis eſſet, à ſenatus decreto accepit.

Fons olei è terra.

His diebus trans Tyberim è taberna meritoria fons olei de terra exundavit, ac per totam diem largiſſimo rivo fluxit, ſignificans ſub perpetuo principatu naſcituri ejus tempore Chriſti, toto die, id eſt omni tempore Romani Imperii de hoſpita largaque eccleſia oleo ſacri chriſmatis unctos, indeſinenter proceſſuros.

HISTORIA ROMANORVM.

Artabanes Armeniæ rex vinctus cathena aurea.

ANtonius autem, qui Aſiam & Orientem tenebat, Artabanem Armeniæ regem proditione & dolo cepit, vinctumque argentea cathena ad confeſſionem theſaurorum regiorum coegit: expugnatoque oppido, in quo erant theſauri, magnam abſtulit copiam argenti & auri. Quia elatus pecunia, bellum Cæſari indixit: atque Octaviæ ſorori Cæſaris repudium denunciavit: & Cleopatram ex Alexandria ſibi occurrere impetrans, uxorem duxit. Mox ingens bellum civile commovit, cogente Cleopatra, dum cupiditate muliebri cupit etiam in urbe regnare. Profectus eſt igitur Cæſar à Brunduſio Calabriæ in Epirũ adverſus Antonium, qui jam omne Actiacum littus claſſibus obſidebat. Naves Cæſaris erant ducentæ triginta roſtratæ, & triginta ſine roſtris triremes, & octo legiones claſſi ſuperpoſitæ, abſq; cohortibus prætoriis quinq;. Claſſis autem Antonii centum ſeptuaginta navium fuit: quantum numero cedens, tantum magnitudine præcellens: nam decem pedum altitudine à mari excellebant. Famoſum hoc bellum fuit ab hora quinta uſque ſeptimam incerta vincendi ſpe, reliquum diei, cum ſequenti nocte in victoriam Cæſaris declinavit. Prior Cleopatra regina, cum ſexaginta velociſſimis navibus fugit. Antonius quoque detracto inſigni prætoriæ navis, fugientem ſecutus eſt uxorem. Illuceſcente jam die victoriam Cæſar conſummavit. Antonius igitur gladio ſe tranſverberavit, ac ſemianimis ad Cleopatram in Mauſo-

Octavius Cæſar contra Antonium.

Antonius ſe necat.

Mauſoleum regium, in quo ſe illa moritura condiderat, perlatus eſt. Cleopatra vero exornata, diverſis ornamentis ad Cæſarem venit, ſperans eum, ut cæteros ſua ſpecie ad libidinem illicere. Sed ille ſe intra pudicitiam coartans, eam ſprevit, & cuſtodiri præcepit. Quæ ubi ſe ad triumphum ſervari intellexit, è cuſtodia elapſa, in Mauſoleum ſuum ſe recepit, ibique maximos, ut ſolebat induta cultus, in referto odoribus ſolio, juxta ſuum ſe collocavit Antonium: admotiſque ad venas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt: fruſtra Cæſare etiam Pſyllos admovente: qui venena ſerpentium è vulneribus hominum exugere ſolent. Sic Cæſar Octavianus Alexandria urbe opulentiſſima, cum tota Ægypto potitus eſt: præpoſuitq; Ægypto Cornelium Gallum, de quo Virgilius ſcribit. Hunc primum judicem Romanum Ægyptus habuit.

Cleopatra ad impudicitiam irritat Octavianum.

Pſyllorum ſaliva valet contra ictus ſerpentum Vide Varro.

HISTORIA ROMANORUM

ANno ab urbe condita 725. Cæſar ab Oriente victor rediens, 8. Idus Januarii, urbem triplici triumpho ingreſſus eſt, ductis ante currum ejus Cleopatræ liberis, Sole & Luna, ac tum primũ ſopitis omnibus civilibus bellis, Iani portas clauſit. Hoc die Cæſar conſalutatus eſt Auguſtus primum, eo quod publicam rem auxerit, atque eadem die ſumma rerum ac poteſtatum penes unum eſſe cœpit, & manſit, quod Græci monarchiam dicunt.

Octaviani triplex triumphus.

Octav. Auguſtus ſalutatus.

μοναρχία.

Anno ſequenti Cæſar Auguſtus parũ in Hiſpania per ducentos annos actum intelligens, ſi Cantabros & Aſtures duas ferociſſimas gentes Hiſpaniæ, ſuis uti legibus permiſiſſet iterum Iani portas aperuit, atque in Hiſpanias ipſe cum exercitu profectus eſt. Ibi eum apud Tarraconem citerioris Hiſpaniæ urbem, legati Indorum & Scytharum toto orbe tranſmiſſo, tandem invenerunt, refuderuntque in Cæſarem Alexandri Magni gloriam. Quoniam ſicut illum Hiſpanorum, Gallorumque legatio in medio Oriente apud Babyloniam contemplatione pacis adit, ita hunc apud Hiſpaniam in occidentis ultimo ſupplex Indus & Scytha Boreus pro pace oravit. Cantabrico itaq; bello, per quinque annos confecto, totaque Hiſpania in æterna pace compoſita, Cæſar Romam rediit & Cantabricæ victoriæ hunc honorem contulit, ut tunc quoque portas claſtris cohiberet. Ita tunc ſecundo per Cæſarem, quarto poſt urbem conditam claſus eſt Ianus. Non ullo autem tempore ante eum Romana res magis floruit, quippe cui ipſe, & per ſe, & per duces ac legatos ſuos, plurimum bellis addidit. Ipſe namque per ſe Romano adjecit Imperio, Ægyptum, Cantabriam, Aſturiam, Dalmatiam, Pannoniam, Aquitaniam, Druſus vero privignus ejus Galliam, Rhetiamque fortitus, maximas fortiſſimasque gentes armis ſubegit, Viſipios, Tencteros, & Cattos perdomuit: & trans Albim fluvium, qui in Barbarico longe ultra Rhenum eſt, ſummovit, Marcomannos penè ad internecionem delevit. Poſtea fortiſſimas nationes, quibus & natura vires, & conſuetudo experientiam virium dabat, pariter uno bello, ſed ſuis aſpero ſupetavit, id eſt Cheruſcos, Suevos, & Sicambros: quorum virtus ac feritas ex eo conſiderari poteſt, quod mulieres quoque eorum, ſi quando præventu Romanorum inter plauſtra ſua concludebantur, deficientibus telis, vel qualibet re, qua velut telo uti furor poſſit, parvulos filios colliſos humi, in hoſtium ora jacebant. Tyberius autem frater Druſi, Pannonios novo motu intumeſcentes, cruentiſſima cæde delevit, idemque continuo Germanos bello arripuit, è quibus 40. millia captivorum victor abduxit, quod revera bellum maximum & formidoloſiſſimum, quindecim legionibus per triennium geſtum eſt, nec ferrè ullum majus bellum, ſicut Suetonius teſtatur, poſt Punicum fuit. Sub eodem vero tempore Quintilius Varus prætor, cum tribus legionibus trans Rhenum fluvium, mira ſuperbia atque avaritia in ſubjectos agens, à Germanis rebellantibus, cum tribunis & legionibus deletus eſt. Quam reipublicæ cladem Cæſar Auguſtus adeo graviter tulit, ut veſte capilloque, ac reliquis lugentium indiciis deformis, & ſæpe per vim doloris, caput parieti collidens, clamaret: Quintili Vare, redde legiones.

Octaviani alter Alexander Magnus.

Clauditur Janus.

Ut Octavianus auxerit Roma, Imp.

Uſipii vel Viſpii, aut. Ptol. & Tencteri, Rheno tantũ ab Ubiis diſcreti ad dextram Rheni ripam. Tacit.

Catti.

Cherusci.

Suevi.

Sicambri.

Feritas Germanorum parvulos filios humi colliſos in hoſtium ora jacere.

In Africa quoque Coſſus dux Cæſaris Maſſyllos & Getulos latius vagantes, arctatis finibus coercuit, atque à Romanis limitibus abſtinere metu compulit. Piſo etiam adverſus Vindelicos miſſus eſt, quibus ſubactis, victor ad Cæſarem Lugdunum venit. Boſphoranos vero Marcus Agrippa ſuperavit, & ſignis Romanis, quæ illi quondam ſub Mitridate ſuſtulerant, bello reparatis, victos ad deditionem coegit. Armeniam à Parthis recepit. Parthi quaſi toto terrarum orbe, vel domito, vel pacato, omnium oculis notarentur, atque in ſe ſolos omnis vigor Romani Imperii vertendus eſſet, Quippe quos priſtina ulciſcendæ Craſſianæ cædis conſcientia mordebat, ultrò ſigna quæ Craſſo interfecto abſtulerant, ad Cæſarem remiſerunt, eique obſidib⁹ datis firmum fœdus fideli ſupplicatione meruerunt. Galatia quoque ſub hoc provincia facta eſt, cum antea regnum fuiſſet, primusque eam Marcus Lollius pro prætore adminiſtravit. Tanto autem amore etiam apud Barbaros Cæſar Auguſtus habebatur, ut reges Romanorum amici, in honorem ejus civitates conderent, & ex ejus nomine Cæſareas vocarent. Multi quoque reges ex regnis ſuis venerunt, ut ei obſequerentur, & habitu Romano, ſcilicet togati, ad vehiculum vel equum ejus cucurrerent. Ipſe autem adeo execratus eſt turbas, bella, ſimultates, ut niſi juſtis de cauſis nunquam genti alicui bellum indixerit, jactantiſque eſſe ingenii, & leviſſimi dicebat, ardore triumphandi,

Bellum Octav. cum Germanis maximum.

Quint. Vari legiones delete à Germanis.

Verg. Et Getula urbes gens inſuperabile bello.

Sententia Auguſti, prudens & ſancta.

& ob lauream coronam, id eſt folia infructuoſa, ſecuritatem civium in diſcrimen per incertos eventus certaminũ præcipitare, neq; Imperatori bono quicquam minus quàm temeritatem congruere, ſatis celeriter fieri, quicquid cum maturitate gereretur, armaq; niſi majoris emolumenti ſpe, nequaquam movenda eſſe. De compendio tenui, jactura gravi, perita victoria, ſimilis ſit hamo aureo piſcantibus, cujus abrupti, amiſſiq; detrimentũ nullo capturæ lucro penſari poteſt. Hic itaq; in Imperio poſitus, tribunitiam per ſe poteſtatem exercuit. Deniq; erga cives clementiſſimus, in amicos extitit fidiſſimus, quorũ præcipui erant, Mecœnas ob taciturnitatẽ, Agrippa ob modeſtiã, laborisq; patientiã. Diligebat præterea Virgiliũ, Flaccũq; Poetas, liberalibus ſtudiis in tantũ incumbens, ut nullus ne in procinctu quidẽ laberetur dies, quin legeret, ſcriberet, dictaret. Leges alias novas, alias protulit ſuo nomine correctas. Auxit, ornavitq; Romã multis ædificiis, iſto glorians dicto: Urbem lateritiã repperi, marmoreã relinquo. Fuit mitis & gratus, & civilis animi, toto corpore pulcher, ſed maxime oculis, quorũ acies clariſſimorũ ſyderũ modo vibrabat. A cujus facie dũ quidã miles oculos averteret, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, reſpondit: Quia fulmen oculorũ tuorũ ferre non poſsũ. Nec tamen hic tantus vir vitiis caruit. Fuit n. paululũ impatiens, leniter iracundus, occulte invidus, palam factioſus, dominandi vero ſupra quàm æſtimari poſſit cupidus, aleæ luſor ſtudioſus. Cũq; eſſet cibi ac vini multum abſtinens, aliquatenus vero ſomni, uſq; ad vulgaris tamen famæ probrum ſerviebat libidini. Nã inter duodecim catamitos, totidẽq; puellas, accubare ſolitus erat, abjecta quoq; uxore ſua Scribonia, amore conjugis alienæ poſſeſſus, Liviãquaſi, marito concedente, ſibi conjunxit; cujus jã erant Liviæ filii, Druſ⁹. & Tyberi⁹. Cũq; eſſet luxuriæ ſerviens, erat tamen ejuſdẽ vitii ſeveriſſimus ultor, more hominũ quorundã, qui in ulciſcendis vitiis, quibus ipſi vehementer indulgent, acres ſunt. Nam Poetam Ovidium, qui & Naſo, pro eo quod tres libros artis amatoriæ ſcripſerat, irrevocabili damnavit exilio. Oblectabatur etiam omni genere ſpectaculorum, præcipue ferarum incognita ſpecie.

Aureo piſcari hamo, i Dotes Octa. Auguſt.

Vitia Octaviani.

Severiſſimus ultor libidinis aliis.

Eruditi ſub Octa. Aug.

Hujus temporibus Romæ ſapientes inſignes erant: Virgilius, Horatius, Flaccus, Livius, Saluſtius, Ovidius, Hortenſius, Athenodorus Tarſeus, Socio Alexandrinus.

ANNI OCTAVIANI.

ANno igitur ſeptingenteſimo decimo à conditione urbis, Octavianus cæſar regnare cœpit, regnavitqne cum Antonio & Lepido annis duodecim, poſtea ſolus quadraginta quatuor, qui ſunt quinquaginta ſex.

Cicero occiditur in Phormiano ſuo.

Primo autem anno, juſſu ſenatus, bellum adverſum Antonium movit, eumq; devicit. Eodem anno cum multi in ultionem Cæſaris occiderentur, Cicero in Phormiano ſuo ab Herennio & Popilio occiſus eſt, anno ætatis ſuæ 64. Eodem quoque anno Ovidius Naſo naſcitur in Pelignis.

Cornificie mulieris epigrammata.

Curtius Talaſſus in inſula Arado cũ quatuor cohortibus exuſtus eſt vivus, eo quod tributa gravius exigeret. Octavianus interveniente ſenatu, in amicitiam regreditur cum Antonio. Cornificius poeta deſertus à militibus interiit, quos ſæpe fugientes, galeatos lepores appellavit. Hujus ſororerat Cornificia, cujus inſignia extant epigrammata. Secunda ſeceſſio Cæſaris & Antonii. Cornelius nepos ſcriptor hiſtoricus clarus habetur. Formius cum filio Formio claruit ſed filius conſularis ante patrẽ obiit. Brutus & Caſſius magnis exercitibus cõparatis apud Athenas cõvenerunt, totáq; Græciã de populati ſũt. Quos Cæſar et Antonius denuo recõciliati, in Macedoniã perſecuti ſũt, et ad mortem compulerunt: nam in deſperationem adacti, immaturam ſibi mortem ante belli terminũ intulerunt. Invitatis quippe percuſſoribus, Caſſius caput, latus Brutus præbuit. Marcus Bavius poeta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur.

Qui Bavium non odit amet tua carmina. Mevi.

HErodes alienigena, filius Antipatri Idumæi, & Cypridis Arabitæ, ſuadente Antonio, à ſenatu Romano rex Judæorum conſtituitur, regnavitq; annis 47. Qui ut ſe Judæis magis cõmendaret uxorẽ ſuã quæ Doſis vocabatur de qua filium nomine Antipatrum habuit, abjecit, & regio ſemini ſe conjũxit, accipiens Mariamnem, filiam Alexandri, filii Ariſtoboli, fratris Hyrcani ſummi pontificis & regis, qnam procreaverat idem Alexander ex filia Hyrcani patrui ſui.

Hebdomada Danielis.

Ab hocigitur anno, qui eſt decimus Octaviani cæſaris, & 718. à conditione urbis: ab origine vero mundi ter milleſimus nongenteſimus vigeſimus tertius, regnum & ſacerdotium Judæorũ uſq; in præſens tempus defecit: & Chriſtus, id eſt, unctus, quem ſcriptura Danielis ſignificat, finem accepit. Nã uſq; ad Hyrcanum Alexandri Iannei filium, judices, ſacerdotes, reges per ſucceſſiones populo Judæorũ præfuerunt: ſed Hyrcanũ frater ſuus Ariſtobolus de regno expulit, quẽ Pompejus Romanorum princeps, favente Antipatro Herodis patre, reſtituit, Ariſtobolũ vero Romã captivũ duxit. Hircano aũt per conſiliũ Antigoni filii fratris ſui Ariſtoboli à Parthis capto, eodẽ Antigono in loco patrui ab eiſdem Parthis ſubrogato: ſed mox eodem à Romanis, ſub Herode capto & interfecto, Herodes regnũ accepit, & exinde nequaquã per ſucceſſionẽ generis ſacerdotalis pontifices cõſtituti ſunt, ſed ignobiles quiq;, & alii alio tempore, nonnulli vero per unius anni ſpatiũ, vel modicũ amplius ſacerdotiũ emerunt. Itaq; Herodes Ananelũ quendã de Babylone accitũ, pontificẽ conſtituit. Poſt exiguum vero temporis, Ariſtobolum fratrẽ uxoris ſuæ Mariamnis, nepotem Hyrcani ex filia, ſucceſſorem ei dedit. Quo poſt annum conſilio ipſius Herodis in aqua ſuffocato, rurſus ſa-

Sacerdotium venale.

Digitized by Google

cerdotium reddidit Ananelo: sicque per diversas successiones extraenorum in sacerdotalis successione generis, sacerdotium defecit Judæorum. Quæ omnia ita ventura, Angelus Danieli prædixit in hęc verba: Et scies & intelliges ab initio sermonis respondendi & ędificandi Hierusalē usq; ad Christum ducem, hebdomadæ 7. & 62. & post hebdomadas 7. & 62. interibit chrisma, & judicium non erit, & templū & sanctuariū corrumpet populus, duce veniente. Et reliqua. Igitur 7. & 62. hebdomæ, quæ simul fiunt 69. faciunt annos 483. in quibus Christi, id est, sacerdotes per unctionē consecrati regnaverunt, ab instauratione templi sub Dario, usque ad Hyrcanum, in quo novissimum chrisma & sacerdotium defecit Judæorum. Quod autem à perfectione templi, hoc est à sexto Darii anno, usq; decimum Augusti annū, 7. & 62 hebdomadæ, id est, anni 483 computentur, sic possumus approbare. Sexagesimæ sextæ Olympiadis anno primo, hoc est Darii 6. completa est templi ædificatio: & 186. Olympiadis anno 2. id est, Augusti, 10. Herodes regnū susćepit Judæorū, in quib. fiunt anni 483. per singulas Olympiades quadriennio supputato. Salustius obiit quadriennio ante bellum Actiacum, Lunę cursus secundū Romanos hoc anno inventus est. Antonius Cleopatræ junctus illi Arabiā dedit. Octaviani & Antonii tertię dissensionis exordiū, eo quod Antonius repudiata sorore cæsaris, duxisset Cleopatrā. Nicetes & Theodorus Rhetoricæ artis præceptores habentur. Antonius & Cleopatra semet interficiunt: & Ægyptus fuit Romana provincia, in qua usq; ad Cleopatrā regnaverunt, qui vocabantur Lagidæ, annis 273. ipsa vero regnavit annis 12. qui fiunt anni 295. Nicopolis juxta Actiū promontorium condita est. Octavianus cæsar cum ingenti triumpho Romam ingressus est, ductis ante cursum ejus filiis Cleopatræ Sole & Luna, eodemq; die sui triumphi nomen accepit Augusti. Eodem anno Marcus Terentius Varro philosophus prope nonagenarius moritur. Cornelius Gallus Forojulienśis poeta, cujus Virgilius meminit in Ægloga ultima: qui & Ægyptum in provinciam redactam primus rexit 43. ætatis suæ anno, propria manu se interfecit. Augustus Calabriam & Gallos vectigales fecit. Munacius Plancus Ciceronis discipulus orator insignis habetur: qui cum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit. Quintilius Cremonenśis, Virgilii & Horatii amicus, moritur. Pylades Cylix Pantominus, primus Romæ chorum & fistulā sibi præcinere fecit. Tyberius ab Augusto missus, occupavit Armeniam. Herodes apud Hierusalē multas & magnas ædes construxit.

In Hyrcano chrisma & sacerdotium defecit.

Sol & Luna filii Cleopatræ.

Virgilius Brunduśii moritur, & Neapolim transfertur, cujus tumulus titulo hujusmodi notatur, ipse, ut ajunt, moriens dictavit.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.

Epitaphium Virgilii.

Herodes in Paneade id templum quod Panion vocatur, extruxit. Augustus Samiis libertatem dedit. Herodes Samariam olim jam in cineribus sedentem, à fundamentis susćitans, in honorē Augusti Sebastiam, id est, Augustā appellavit. In Cypro plurimarū civitatum partes terræmotu ceciderunt. Varrus & Tucca Virgilii & Horatii contubernales, poetæ habentur illustres, qui libros Æneidū postea emendandos susćeperunt ab Augusto, ea lege, ut nihil de suo adderent. Agrippa Bosphorum cepit. Augustus à senatu maximus pontifex nominatur. Herodes Cæsariam nomine Cæsaris condidit, quæ prius turris Stratonis vocabatur. Horatius 57. ætatis suæ anno moritur Romæ. Julius Higinus cognomento Polyhystor, grāmaticus habetur illustris. Herodes Hyrcanū, qui olim sacerdos & rex Judæorū fuerat, causa illius amicitiæ pristinæ ipso rogante de captivitate regressū Parthica occidit, metuens ne reciperet regnum. Herodes Aristobolū fratrē uxoris suæ Mariamnis suffocari jussit. Tyberius Augusti privignus, sed jam in filium adoptatus deletis Vindelicis, Armeniis, & Pannoniis, trumphavit. Augustus Juliā filiam suam in adulterio deprehensam, damnavit exilio. Marcus Tullius Tyro, Ciceronis libertus, qui primus notas commentat⁹ est, in Puteolano prędio usq; ad centum annos consenescens, moritur. Portius Latro latinus declamator, tædio duplicis quartanæ se interfecit. Cyrinus ex consilio senatus ad Judæā missus, census hominū, possessionemq; descripsit. Augustus vero habitatoribus Romanæ urbis per facies dinumeratis, invenit virorum centum triginta millia & mille, & 37.

Vitruvius. Tucca. Augustus pontifex max.

Herodes occiditur.

Portius Latro. Cyrinus vel Cyrenius Luce. 2.

AUgustus cæsar 42. imperii sui anno, qui est ab urbe condita 750. ob oriente in occidentem, à septentrione in Meridiem, ac per totum Oceani circulum quo Romanum pervenit imperiū, cunctis gentibus unà pace compositis, Jani portas tertio ipse clausit, quas extunc per duodecim ferè annos quietissimo semper obseratas ocio, ipsa etiam rubigo signavit: nec unquam postea, nisi sub extrema senectute Augusti, pulsante Athenienśium seditione, & Dacorum commotione patuerunt. Clausis igitur Jani portis, rempublicam quam bello quæsierat, pace nutrire atq; amplificare studens, leges primus statuit, per quas genus humanum libera reverentia morem gereret: ipse vero domini appellationem ut homo declinavit. Nam eodem ludos spectante, cum quidā mimus pronunciaret: O dominum æquum & bonum universiq; quasi de ipso dictum exultantes approbavissent, ille statim quidem manu vultuq; indecoras adulationes repressit, & insequenti die gravissimo edicto omnes corripuit, dominumque se post hæc appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus suis serio vel joco passus est.

Habitores urbis Romæ

Iani porta tertio clausa.

August. Octa. vetat se dici dominum.

HISTORIA.

EO igitur tempore, hoc est, anno 42. Octaviani Cæsaris Augusti, ex quo autem Ægyptus in provinciā redacta est, & Cleopatra cū Antonio victa anno 28. quādo ritmissimā pacē ordinatione

Dei Cæsar Augustus composuit, nascitur in Bethleem Juda dominus noster Jesus Christus, verus Deus & homo. Cui pax ista famulabatur, anno ab initio creationis mundanæ, secundum Hebraicā veritatē ter millesimo nongentesimo sexagesimo secundo: secundū septuaginta duo interpretes, eorūq; sectatores, quinquies millesimo ducentesimo primo: à diluvio bis millesimo trecentesimo sexto: ab Abrahæ nativitate bis millesimo 14. à Moyse & egressu filiorum Israel de Ægypto, millesimo quingentesimo nono: à Salomone & prima templi ædificatione millesimo tricesimo primo: à reædificatione quæ sub Dario facta est, quingentesimo 19. ab urbis Romanæ conditione septingētesimo quinquagesimo primo: Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ anno tertio.

Christi nativitas.

ANNI AVGVSTI CÆSARIS.

ANno secundo, qui est Augusti 43. Augustus amicitiam facit cum Parthis. Anno dn. 3. Herodes occidit infantes. Anno dn. 4. Judas Galilæus ad rebellandum cohortatur Judæos. Anno dn. 5. Asinius Pollio orator & consularis, qui de Dalmatiis triumphavit, in villa Tusculana moritur, anno vitæ octogesimo. Anno dn. 6. Herodes magno cruciatu moritur, pro quo filius ejus Archelaus regnavit annis 9. Multos autem filios habuit Herodes, ex diversis uxoribus, quas plures duxerat: Antipatrum ex Doside, quam habuit antequā rex fieret: Aristobolum & Alexandrum, filiasq; duas ex Mariamne Hyrcani nepte ex filia, quam sibi ex regio semine conjunxerat, postquam ipse factus est rex, abjecta Doside cū filio Antipatro: sed postea ipsis & aliis accusantibus, occidit Mariamnem, filios quoq; ipsius. Alexandrū & Aristobolū quasi de nece matris indignantes, occidit. Alexandro autem fuerunt duo filii, Tigranes, & Alexander, ex Glaphira regis Cappadociæ Archelai filia. Aristoboli vero filii fuerunt, Agrippa qui sub Gajo rex factus est, & Herodes ac Aristobolus, filiaq; Herodias, ex Beronice consobrina sua, scilicet, filia Salome, sororis Herodis patris sui.

Habuit Herodes & alios filios, Antipam & Archelaū, & filiā Olympiadem, ex Marthace Samaritide, Herodē ex filia Simonis pontificis, item Herodē & Philippū ex Cleopatra Hierosolymitide, Phaselum ex Pallade. Postquā aūt Alexandrum & Aristobolum filios suos, qui de semine regio erant, occiderat, Antipatrum pro accusatione fratrū sibi placentem, proposuit hæredē regni relinquere per testamentū. Sed cū & ipse de nece illius tractare diceretur, missū in carcere sub ipso ferè mortis articulo interfici jussit & ipsum, mutatoq; testamento, successorē regni scripsit Archelaū. Regnavit autem Herodes postquam Antigonus interemptus est annis 34. ex quo autem regnum à Romanis acceperat, annos 36. sicq; post multa facinora male moritur.

Herodis mors post multa facinora.

Anno domini 7. qui est Augusti 48. fames facta est Romæ adeo dira, ut omnes peregrinos & servorū maximas copias, exceptis medicis & præceptorib. trudi ex urbe præceperit Augustus. Quæ ideo creditur divinitus immissa, quia cum Gajum nepotem suum mitteret Augustus ad ordinandas Ægypti Syriæq; provincias, ille præteriens ab Ægypto fines Palestinæ, apud Hierosolymam in tēplo Dei tunc sancto & celebri adorare contemplit. Quod Augustus ubi per eum comperit, pravo usus judicio, prudenter eum fecisse laudavit. Unde divina vindicta populum cum principe peccante corripuit, & quantitatem offensionis, qualitas ultionis ostendit.

Fames Romæ & unde.

Anno dn. 8 Tyberius jam cæsar factus, Dalmatas & Sarmatas in Romanā potestatē redegit. An. domini 9. qui est Augusti quinquagesimus, ab urbe vero condita 758. quatuordecim vicos urbis, incertum unde consurgens, flamma consumpsit. Anno dn. 10. Athenienses moliuntur novas res contra Romanos. Anno dn. 11. Messala Corvinus orator, biennio antequam moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba conjungeret. Anno dn. 12. Jani portæ per duodecim annos jam clausæ, ab Augusto aperiuntur. Anno dn. 13. Socio philosophus Alexandrinus, præceptor Senecæ, claruit. Anno dn. 14. Augustus cum Tyberio censum Romæ agitans, invenit nonagies ter centena & 70. millia hominum. Anno dn. 15. qui est imperii Augusti quinquagesimus sextus, Archelaus accusatus ob insolentiā, nono regni sui anno, in Viennā ab Augusto relegatus est, & Judæa Tetrarchis committitur, Herodi, Antipatro, Lisaniæ, Philippo. Eodem anno Augustus Nolā ingressus, morbo capitur, & in Attella oppido Campaniæ moritur, anno ætatis suæ 75. Quē mortuum, senatus multis modis censuit honorandum, dicens: Utinam aut non nasceretur, aut natus non moreretur. Romæ in campo Martio est sepultus.

Tyberium Cæsar.

Messala Corvinus

Numerus hominum Romæ.

Archelai exilium

Augusti mors.

ANNI TYBERII.

ANno dominicæ incarnationis 16. qui est à condita urbe 766. Tyberius Liviæ filius, Augusti privignus, mox gener, postremo adoptione filius, imperium Romanū adeptus est ab Augusto secundus, & regnavit annis 23. Iste quia Claudius Tyberius Nero dicebatur, eleganter à joculatoribus, Claudius Biberius Mero, ob vinolentiam nominabatur. Satis prudens in armis, satisq; fortunatus, ante sumptum imperium sub Augusto fuit, ut non immerito Reipublicæ dominatus ei committeretur, habens scientiam literarum, multo præclarus eloquio, sed ingenio pessimo, truci, avaro, insidioso, simulans ea se velle quæ nollet, & ea nolle quæ vellet. His quasi infensus, quibus consultum cupiebat: his vero quos oderat, quasi benivolus apparens: repentinis responsionibus melior quàm præmeditatis. Denique delatum à patribus principatum, quem quidē astu perceperat, finxit se abnuere, quid singuli dicerent aut sentirent, atro-

Tyberius secundus ab Augusto.

Simulator maximus.

Digitized by Google

ſedi 25. annis præſidentis, hanc regendã ſuſcepiſſe: & poſt duodecim ſui regiminis annos, ſecundo Titi anno Pontificatum Anacleto reliquiſſe, & hunc item poſt duodecim annos Clemẽti ſedẽ tradidiſſe, quod videtur Anno Domitiani 12. contigiſſe, ipſumq; Clementẽ poſt novem ſui Pontificatus annos ſub Trajano paſſum: Evariſtum quarto ejuſdem Trajani anno ſucceſſiſſe, huic Alexandrũ, illi vero Sixtum, & ſic cæteros. Alii vero ſcribunt Linum & Cletum ſub Petro fuiſſe, ipſumque Petrum mox ut Pontificatum accepit, Linũ pro ſe in agendis Eccleſiaſticis, quo ipſe liberius prædicationi vacaret, ordinaſſe: illoque poſt annos duodecim decedente, Cletum huic ſubrogaſſe. Quo etiam ítẽ poſt annos 12. defuncto, eo anno & tempore quo ipſe Petrus paſſus eſt, ſcilicet 14. Neronis anno, Clementi ſedem commiſiſſe: & ei, ſuisque ſucceſſoribus ligandi ſolvendique poteſtatem, ſicut ipſe à Chriſto ſuſcepit, demum tradidiſſe, & huic paſſo ſub Domitiano, Anacletum ſucceſſiſſe: cui Evariſtum, & huic Alexandrum, ſicque cæteros. Quæ deſcriptiones cum ſibi multum diſſonæ probentur, quærendum cui magis credi judicetur. Conſideremus ergo earum inæqualitates. Igitur ſi Linus Anacletũ, isque Clementẽ ſucceſſorem reliquiſſe accipitur, ut prior deſcriptio teſtatur, Cletus omnino de pontificum catalogo excluditur, cujus veneratio per omnes Eccleſias ſic celebris eſt, ut non ſolum in martyrologiis attituletur, verum etiam in canone miſſarum, & in ſupplicationibus letaniarum, publicitus inter Linum & Clementem recitetur. Si vero poſt Linum Cletus, dein Clemens, & poſt hunc Evariſtus & Alexander numerentur, locus non habetur ubi Anacletus recipiatur, cum Beda in martyrologio ſuo dicat, hũc quartũ poſt Petrũ ſediſſe, & ſub Domitiano paſſum fuiſſe, ut primus ſit Linus, ſecundus Cletus, tertius Clemens, quartus Anacletus. Sed ſi poſt Clementem Anacletus ponatur, & ſecundum Bedam ſub Domitiano paſſus recipiatur, neceſſario illud refellitur, q̃ anteceſſor ejus Clemẽs ſub Trajano paſſus dicitur, cũ evidẽter ſub Domitiano paſſ⁹ eſſe probetur, ſi ſucceſſor ej⁹ Anaclet⁹, ab eodẽ occiſus nõ negetur.

Anacletus. Clemens. Evariſtus. Alexander. Sixtus.

HISTORIA.

ADhuc autem argumentatur & illud: Quia ſi Linus & Anacletus juxta quoſdam, ſive Linus & Cletus ſecundũ alios, uterq; poſt paſſionẽ Petri, quæ 14. Neronis anno facta eſt, per annos 12. tenebat pontificatũ, quod ſpuciũ; per 24. annos in Domitiani duodecimũ protẽditur annũ: Clemens ab apoſtolo Petro ſedẽ, & ligandi ſolvendiq; licentiã nullatenus accepiſſe probatur, quod à nonnullis firmatur. Additur & hoc quòd S. Dionyſius Ariopagita, beati Pauli apoſtoli diſcipulus, & Athenarũ Epiſcopus, cũ ſicut in libro paſſionis ejus legitur, beatos apoſtolos Petrũ & Paulũ audiret Romæ teneri, ſubrogato Athenis Epiſcopo, properavit Romã velocius attingere: ſummopere deſiderans, ſi Deus ita vellet, cũ eiſdem ſanctis apoſtolis occumbere. Sed cum divina diſpoſitio vota ipſius præveniret, ſanctiq; apoſtoli prius paſſionis gloria coronarentur, quàm ipſe Romã adiret, tandẽ perveniens, Clementẽ condiſcipulũ ſuum, Romanę ſedi jam præſidentem invenit: qui & illum in Gallias prædicatorẽ direxit. Quæ igitur fuit feſtinantia tanti deſiderii, ſi per 24. annorũ ſpatium, vel amplius inter Athenas & Romã nullo potuit obſiſtente cohiberi? Nec enim illud refragatur, quòd oſtio fidei ſibi aperto, cauſa ſeminandi verbũ Dei aliquandiu retardatus fuiſſe narratur. Qui etſi per cõtiguas parochias, divina ſemina prædicandi avidus diſperſerat, paſſiõis tamẽ deſiderio fervẽs, ab Athenis infra 24. annos maturius Romã contendere poterat. Adhuc vero cũ idẽ Dionyſius 96. Dominicæ incarnationis anno, qui eſt 14. Domitiani paſſus deſcribatur, Clemens vero, qui cũ direxit in Gallias duodecimo ejuſdẽ principis anno, juxta ſuperioris opinionẽ deſcriptionis ſedẽ accepiſſe dicatur, mirũ poteſt videri, qualiter anno, nõdũ, aut vix expleto poſſẽt omnia hæc expleri, ſcilicet ut Dionyſius de Roma in Gallias veniret, & tam cervicoſum populum ignotus adhuc & advena fidei jugo ſubſtemeret, baſilicam conſtrueret, aliaq; plura quæ de eo leguntur, ſacerdotum ſuper his commotorum relatio Romã recurreret, divulgataq; perſecutione, præfectus inde miſſus in Galliam, Dionyſium diverſis pœnis occideret. Liber quoq; paſſionis Alexandri Papę teſtatur, quod in ordine Pontificũ Romanorum, Clemens poſt Petrum primus, hoc eſt ſecundus ab illo habeatur. Sic .n. ibi ſcriptũ eſt. Quinto loco à beato Petro Apoſtolo, Romanæ Eccleſiæ cathedrã Alexander ſuſcepit, & reliqua. Quòd ſi Linus à Petro ſecundus dicatur, neceſſe eſt ut & Cletus ante Clementẽ, & Anacletus poſt eũ à numero excludãtur, quatenus Alexander quintus inveniatur, ſcilicet ut Petro exiſtente primo, Lino ſecundo, Clemente tertio, Evariſto quarto, Alexander quinto loco ſubſequatur. Aliter .n. Alexãder quintus à Petro non habetur, quia ſi Linus à Petro ſecũdus, & Cletus ſive Anacletus ante Clemente fuerit poſitus, Alexander erit ſextus: ſi verò Cletus ante Clementem, & Anacletus poſt illum ponitur, Alexander ſeptimus habetur, niſi Clemens à Petro ſecundus numeretur, illis & talibus allegatis pro imperitia mea, propter rerum & temporũ convenientiam, hos magis interim ſequendos æſtimo, qui Linum & Cletum dicunt fuiſſe ſub Petro, & illos quidem hoc officium quod coepiſcopi ſub Epiſcopo tenent, adminiſtraſſe. Clementẽ verò Petro ipſo tradente, legitimo jure ſucceſſiſſe, & idcirco eum à quibuſdam primum Papam vocatum, quia velut hęreditario jure ligãdi ſolvendiq; à Petro accepiſſe dicitur Pontificatũ. Pro hoc verò ab aliis dictũ tertiũ eſſe à Petro, quòd ſub ipſo Apoſtolo præceſſerint eum Linus & Cletus in ſacerdotali officio. Hucuſq; de his, in ſequentib⁹ verò eadẽ cauſa pro ſucceſſionis ordine & temporũ ſerie generat erroris cumulũ, q̃ pro ſimilitudine nominũ perſonis inditorũ inoleviſſe creditur, ob incuriã & vitiũ ſcriptorum

De Dionyſio Ariopagita.

Liber paſſionis Alexandri.

Quod Linus & Cletus ſub Petro fuerit. Clemens primus Papa.

Fabianus Papa.

ptorum. Fabianus quippe Papa legitur sub Decio passus, post quem Cornelius, itemque post eum in catalogo pontificum, & in quibusdam etiam Chronicis inveniuntur positi, Lucius, Stephanus, Syxtus, Dionysius. Cum igitur sub Decio Fabianus passus legatur, Sixtus quoq; sub quo Laurentius archidiaconatum tenebat per omnes ecclesias, & legendo & cantando sub eodem, passus prædicetur, Decius vero non amplius quam 30. mensibus, hoc est annis duobus & dimidio regnasse dicatur, à quibus ita etiã minus, id est, anno uno & mensibus tribus, si inter Cornelũ Fabiani successorẽ, & hunc Sixtũ, Lucius & Stephanus ponantur, ut sub Valeriano & Gallieno passi legantur fuisse. & Cornelius tribus annis, Lucius vero mensibus octo, Stephanus autẽ duobus annis Romanæ sedi præfuisse in Ecclesiastica historia dicantur. Vnde satis intelligi potest vitio scriptorũ pro similitudine nominum ordinem esse confusum: & Cornelio successisse Sixtum, & huic Dionysium, illi autem Lucium, huic vero Stephanum, cui item Sixtum, dein iterum Dionysium, sicque per ordinem reliquos. Hæc autem omnia non dico, quasi pro mea garrulitate, præjudicium cupiens inferre aliorum me satisque præcellentium sententiæ, sed quasi pro indagandæ veritatis cupiditate, stultitiæ notandus elogio, sensum meæ denudans imprudentiæ. Cæterum sapiens quisque pro captu suo deliberet, quid pro vero tenendum dijudicet, ego vero tot & tantas varietates in historiographis cernens, & pro tenuitate ingenioli mei mecum ruminando & admirando perpendens, historias, passionum libros, chronicorum exemplaria, quæ habere potui, diligenter pro meo captu percurri, multaq; inveniens, scriptorũ negligentia vel imperitia depravata, propter numerorũ varietates literis designatorũ, in quibus facile à diligentibus delinquitur, quanto magis à nõ attendentibus, dũ aut litera pro litera ponitur, vel aliqua forte subducitur, in quantũ meæ licuit rusticitati, nulliusque authoritatis exilitati, quædam correxi, temporaque pontificum Romanorum, temporibus Imperatorum, quam diligentius poteram, annexi: & ob hoc anno Dominicæ incarnationis 24. qui est primus beati Petri Apostoli in Pontificatu Romano, & si non annos præsulum singulorum, quos reperire non potui, ordinem tamen cunctorum, sicut ad nos perlatus est, usque in 1199. ejusdem incarnationis annum seriatim perduxi: ubi si sapientum judicio, mea simplex placuerit diligentia, nulliusque veritatis invidentia, gratias Deo: sin autem, melius ostendenti veluti certi & veri cupidus, desiderantissime cedo. Fado successit Alexander.

Ordo confusus in historia Ecclesiastica.

Varietates in historiographis.

Consilium authoris hujus Chronicæ, qui vixit anno domini. 1199.

ANno Domini 47. Domitius orator clarus habetur, qui postea sub Nerone ex cibi redundantia in cœna moritur. Anno Domini 48. inter Theraliam & Theram in mari Ægeo nova insula emersit 30. stadiorũ spatio extenta. Cumanus quidem successit Tyberio Alexandro, in procuratione Judeę. Anno Domini 49 sub procuratore Judeę Cumano, tanta seditio Hierosolymis, in diebus Azymorum exorta est, pro culpa militis unius, ut coartato in exitu portarum populo, triginta millia Judæorum cæde postrata & compressa dicantur. Anno Domini 50. Herodes rex, Calcidis frater Agrippæ majoris, moritur, tres filios relinquens: Aristobulũ de priori natũ uxore, Berenicianũ & Hyrcanũ ex Berenicę fratris sui Agrippę. Cujus regnũ Claudius Agrippæ juveni dedit filio Agrippę: quia regnũ patris ejus jã in provinciã redegit: eoquod ipse tũc puer erat, quando pater obiit.

Seditio sub Cumano. Ioseph. lib. 20. antiqui. cap. 6.

Hoc anno tanta fames Romæ fuisse dicitur, ut Imperator in medio foro correptus à populo, convitiisque & fragminibus panum turpissime infestatus, vix furorem plebis evaserit. Eo tempore Paulus apud Athenas, aram ignoto deo superscriptam repperit. Anno Domini, 51. Claudius Iudæos expulit urbe Roma. Anno domini 52. Fœnix apud Ægyptum visus est: quem volucrem ferunt anno 654. ex Arabia memorato loco advolare. Anno domini 53. Simon Magus autor Simoniacæ hæresis extitit. Anno domini 54. Claudius Fœlicem Iudeæ procuratorem fecit. Apollonius ex Italia ortus, Pythagoricus philosophus Romæ pollebat, ita ut ipsum quoque Pythagoram fuisse, Philostratus & alii actionis ingenii describat. Anno domini 55. Ægyptius quidã pseudopropheta Judæos complures seducens, à Fœlice opprimitur. Anno domini 56. Claudius ab Agrippina uxore sua veneno, ut dicitur, interrẽptus est anno vitę suę 64. Cujus funus, ut quondã Tarquinii Prisci, diu occultatũ est, et dũ arte muliebri corrupti custodes, ęgrũ simulant, privignus ejus Nero Agrippinæ filius, imperii jura suscepit.

Fames Roma sub Claudio. Acto. cap. 11.

Simon magus.

Apollonius.

Ioseph. lib. 20. cap. 11.

HISTORIA.

In hunc dixit Licinius Crassus, non mirandũ, quod æneam barbam haberet, cui esset os ferreum. & cor plumbeum. Suet.

ANno Dominicæ incarnationis, 57. ab urbe vero condita 807. Domitius Nero filius Domitii Enobarbi, & Agrippinæ sororis Caligulæ, quintus ab Augusto sumpsit Imperium, & regnavit annis 14. non plenis, scilicet annis 13. mensibus 7. diebus 28. Cujus mater Agrippina filia fuit Germanici fratris Claudii, vir autem Domitius Enobarbus ex nobilissimis Romanorum. Quo mortuo, Claudius amavit eã, & propter amorem ejus interemit uxorem suam Messalinam, ex qua habuit filium Britannicum, & filiam Octaviam. Habuit etiam ex prima uxore sua nomine Petina, filiam Antoniam. Ducta vero Agrippina, filium ejus Domitium in filium adoptavit, eumq; Neronem vocavit, & filiam suam Octaviam ei desponsavit. Agrippina, vero metuens, ne Britannicus regnum à patre perciperet, de morte Claudii cogitavit. Quo mortuo, repente principem militiæ Burrum cum tribunis præpotentibus misit, qui Neronẽ de castris adductũ, more principis adorarent. Qui hoc modo accepto imperio, Britannicũ quidem veneno latenter occidit, matrem vero propriã interfecit, hoc ei rettributionis impendens.

Per quinquẽniũ autẽ primũ bon° apparuit, in tantũ ut quidã scripserint Trajanũ solere de eo dicere, cunctos

eunctos principes longe distare à neronis quinquennio. Reliquũ vero q; à quinq; annis supervixit ita Caligulæ avunculi sui vestigia secutus est, immo super grediessus est ut turpe sit dicere, ad quandam malignitatem pervenerit. Plurimam senatorum partem interfecit, equestrem ordinem pene destituit, bonis omnibus hostis fuit. Libidinibus porro tantis agitatus est, ut ne à matre quidẽ vel sorore, ullà ve consanguinitatis, reverentia referatur abstinuisse, virum in uxorem duxerit. Ipse amictus nubentium virginum specie, convocato senatu ad paciscendum de ratione dotis, in ipsisq; nuptias celebrandibus pelle coopertus feræ, à viro ut uxor ductus sit. Parricidia multa commisit, matre, fratre, sorore, uxore cæterisque consanguineis interfectis. Vrbem Romam per sex dies & noctes incendit, ut quale esset incendium Trojæ videret: ipse stans in altissima turri, lætusque prospectans flammas, tragico indutus habitu, Illiadem tragœdiam canebat. Intre militari nihil omnino ausus, Britanniam pene amisit. Auxit molem facinorum ejus, temeritas impietates in deum. Primus enim persecutionem in Christianos movit per omne regnum suum, ipsumque nomen extirpare cupiens, principes Apostolorum Petrum & Paulum occidit. Ipse Vespasianum cum filio suo Tito, ad destruendam Hierusalem, misit. Inter hæc Galba Hispanie prætor, & Gajus Vitellius imperium corripuere. Nero autem omnibus execrabilis, hostis à senatu judicatus est: decretum est, ut furca collo ejus inserta, nudus per publicum duceretur, & virgis usque ad mortem cæsus, de saxo præcipitaretur. Quod ille audiens, si multaque adventum Galbæ comperiens, fugit è palatio, & cum eo Nephic⁹, noctisq; me dio urbe egressus est. Secuti sunt aũt eũ Phaõ & Epaphrodi⁹ Nephitus, & Spado Nespero, quem quondam exectum in mulierem formare tentaverat. Cumq; venisset in suburbanum liberti sui, quod est inter Salariam & Numentanam viam ad quartum urbis milliarium, ictu gladii se percutere voluit, sed trepidante manu, hoc perficere non potuit. Et cum nullum inveniret à quo feriretur, exclamavit dicens: Ita nec amicũ, nec inimicum habere possum. Videns hoc Nespero, adjuvit manum tremente: & ita periit anno vidæ suæ 31. imperii 14. sicque omnis Augusti familia in eo contumpda est. Hujus temporibus Romæ pollebant Seneca tragicus, & philosophus, Musonius & Plutarchus philosophi, Juvenalis & Persius satyrici, Lucanus quoque filius fratris Senecæ, & Statius,

Hinc proverbium, Neronis quinquennium.

Libido Neronis.

Nero fit uxor.

Sueton. habet ἄλυτα flammæ decandavit in suo illo scenico habitu.

Neronis impietas in Christi annos.

Neronis mors

ANNI NERONIS.

PRrimo autem Neronis anno, Festus successit Fœlici præsidi. Anno domini 58. Paulus Apostolus apud Festum, præsente Agrippa rege, religionis suæ rationem exponens, ab eodem Festo vinctus, Romam mittitur, ubi & petrus occurrens, Paulum convenit; & quia Linus jam, excessit, Cletum in locum ejus subrogavit, qui & ipse annis 12. Ecclesiam rexit. Hucusque librum actuum Apostolorum Lucas perduxit Evangelista. Anno domini 59. Probus Perithius eruditissimus grammaticus claruit. Anno domini 60. Statius Surculus pœta Tholoscanus celebris fuit. Anno domini 61. Terræmotus Romæ & eccly pis solis facta est. Anno domini 62. Festo succedit Albinus in præsidatu Judæ ę. Anno domini 63. Jacobus frater domini lapidatur à Judeis, & Simon frater ejus in locum ejus constituitur. Anno domini 64. Marcus Evangelista passus est Alexandriæ Anno domini 65. Persius moritur anno ætatis 29. Ante mensam Neronis fulmen cecidit Anno domini 66. Annæus Lucanus Cordubensis poeta in pisoniana conjuratione deprehensus, brachium ad secandas venas præbuit, Anno domini 67. Nero incendit Romã ad similitudinẽ Trojæ. Anno dn. 68. Annæus Seneca Cordubensis præceptor Neronis & patruus Lucani, jussus à Nerone genus mortis eligere, incisione venarũ, & hausiu veneni interiit. Cuj⁹ frater Iunius Gallio egregius declamator, propria manu interfecit. Frater vero illorũ Luci⁹ Annæus Melas, bona filii sui Lucani à Nerone promeruit se Anno dn. 69. Vespasian⁹ dux exercitus adversũ Judæos, q Gessii Flori successoris Albini avaritiã nõ ferentes rebellabant, à Nerone missus, interceteras urbes Iotapatã muniti civitatẽ cepit, in qua & Josephũ, qui & Josippus, ducem belli comprehendit. Qui cũ interficiendus esset à Romanis prædixit Vespasiano, quod ipse imperator futurus esset, sicque vitam promeruit. Hic est scriptor antiquitatũ. Anno dn. 70. Petrus Apostolus peracto prædicationis suæ tẽpore, iterũ veniens Romã, defũcto Cleto discipulo suo, Clemẽti cathedrã Romanã cõmisit, dãs ei susque successorib. potestatẽ ligandi & solvendi sicut ipse accepit à domino eodẽq; anno ipse Petrus jubente Nerone crucifixus est Paulus vero decollatus. Sedit autem Clemens annis 19. mensis 5. passusque est sub Domitiano nono Kal. Decemb. licet quidam contendant eum passum sub Trajano. Secundum Ecclesiasticam historiam primus post Petrum Linus hoc anno Romanam susceptt Ecclesiam, & per 12. texerat annos.

Petrus Paulo Romæ occurrit.

Marcus Evangelista.

Seneca mors.

Vide libros de bello Iud.

Petri & Pauli passio.

HISTORIA.

NEro autem interfectionem Apostolorum se ipsum interfecit, ordine supra scriptos, ut in Romana legitur historia, cum quidam scribant illum in sylva errantẽ, à lupis esse devoratũ. Hunc Persæ in tantum dilexrunt, ut legatos mitterent Romam, multum rogantes ut concederetur illis licentia fabricandi ei sepulchrum. Cæterum aliæ provinciæ omnes, & tota Roma, de interitu ejus nimis exultaverunt, in tantum, ut omnes vestiti pileis manumissionũ quod tunc erat signeũ liberationis, quasi ab impio domino liberati, victoriã celabrarent. Ignatius Antiochiæ secundus ordinatur Episcopus, cum eum præcesserit Evodius.

Persæ amantes Neronis.

Vide. Aul. Gel. servi raso capite pileum accipiebant.

ANNI

Cæſarem avunculum ſuum, & quod exaggerando ſceleri acceſſit, viduam matrem proſcripſit. Ibi Lepidus Lucium Paulum fratrem, in eundem proſcriptorum gregem conjecit: adjectique ſunt poſtea triginta equites Romani. Multæ & variæ clades diu actæ ſunt, domus proſcriptorum, direptis omnibus, dirutæ ſunt.

Bellum Bruti & Caſſii.

Interea Brutus & Caſſius, interfectores Caii Cæſaris ingens bellum moverunt. Erant enim per Macedoniam & Orientem multi exercitus quos occupaverant. Profecti igitur ſunt contra eos Octavianus Cæſar & Marcus Antonius, Lepido ad defendendam Italiam remanente, & apud Philippos Macedoniæ civitatem contra eos pugnantes, primo prælio victi ſunt. Periit tamen dux nobilitatis Caſſius, ſecundo Brutum & infinitam nobilitatem victam interfecerunt. Ac ſic inter eos diviſa eſt reſpublica, ut Cæſar Hiſpaniam & Gallias & Italiam teneret: Antonius Aſiam, Pontum, & Orientem. Sed in Italia bellum civile moverat Lucius Antonius conſul frater ejus, qui cum Cæſare contra Brutum & Caſſium dimicavit. Is apud Peruſium Tuſciæ civitatem victus & captus eſt, ſed non occiſus. At Romæ Fulvia, uxor Antonii, ſocrus Cæſaris, dominatum, ut mulier, exercebat: inſolens etiam in eos, per quos, ut inſoleſceret, agebatur. Cæſarem quoque contumeliis & inſidiis petiit: à quo propulſata ad Antonium in Græciam conceſſit. Antonius vero etiam Octaviam ſororem Cæſaris duxit uxorem.

Fulvia regnat.

Bellum Auguſti, cum Sexto Pompejo.

Interim à Sexto Pompejo, Cnei Pompeii filio, ingens bellum in Sicilia commotum eſt: adverſus quem Octavianus Cæſar, & Marcus Antonius pugnaverunt, ſed inter eos poſtremo pax convenit. Quam cum poſtea Pompejus rumperet, Agrippa juſſu Cæſaris cum eo conflixit, & vicit: centum ſexaginta tres naves ejus aut merſit, aut cœpit. Pompejus cum decem & ſeptem vix lapſus evaſit. Lepidus quoque magna, viginti legionum, inſolentia tumens, cum Meſſanam militibus permiſſam diripuiſſet, ipſum Cæſarem ad ſe venientem, ſemel atque iterum ſprevit, ac potius telis appeti juſſit: quæ ille collecta in levum brachium lacerna repellendo vitavit. Mox immiſſo equo ad ſuos reverſus, inſtructoque exercitu, adverſus Lepidum veniens, plurimas legiones ejus paucis interfectis, in ſuam partem tranſire cœgit. Lepidus tandem intelligens, quo ſua vanitas tenderet, depoſito paludamento, aſſumtaq; veſte pulla, ſupplex Cæſari factus, vitam & bona impetravit, perpetuo quidem emendatus exilio. His temporibus Agrippa in Aquitania rem proſpere egit: & Lucius Ventidius Baſſus, irrumpentens in Syriam Perſas, tribus prælis vicit. Parthorum regis Orodis filiũ interfecit, eo ipſo die, quo olim Orodes per ducem Surenam Craſſum occidit. Taurus quoq; Cæſaris præfectus, totã penè Siciliam ferro pertentatam, in fidem recepit. Quadraginta quatuor legiones unius tunc Imperio Cæſaris erant: unde milites multitudine feroces, quoſdam pro accipiendis agris tumultus excitaverant. Sed Cæſar animo ingens, viginti millia militum exauctoravit, 30. millia ſervorum dominis reſtituit, 6. millia, quorum domini non extabant, in crucem egit, jam tum præſignans, ſuo tempore naſciturum eſſe, per quem ſuperbientes reprimendi, & omnes ſervi ſuo vero domino reſtituendi eſſent, qui tamen dominum ſuum recognoſcerent: qui verò ſine domino invenirentur, mortis ſupplicio punirentur.

Lepidus fit ſupplex Cæſari.

Sex millia ſervorum in crucem acti.

Poſt hæc Cæſar ovans urbem ingreſſus, ut in perpetuum tribunitiæ poteſtatis eſſet, à ſenatu decreto accepit.

Fons olei è terra.

His diebus trans Tyberim è taberna meritoria fons olei de terra exundavit, ac per totam diem largiſſimo rivo fluxit, ſignificans ſub perpetuo principatu naſcituri ejus tempore Chriſti, toto die, id eſt omni tempore Romani Imperii de hoſpita larga que eccleſia oleo ſacri chriſmatis unctos, indeſinenter proceſſuros.

HISTORIA ROMANORVM.

Artabanus Armeniæ rex vinctus cathena aurea.

ANtonius autem, qui Aſiam & Orientem tenebat, Artabanem Armeniæ regem proditione & dolo cepit, vinctumque argentea cathena ad confeſſionem theſaurorum regiorum coegit: expugnatoque oppido, in quo erant theſauri, magnam abſtulit copiam argenti & auri. Quia elatus pecunia, bellum Cæſari indixit: atque Octaviæ ſorori Cæſaris repudium denunciavit: & Cleopatram ex Alexandria ſibi occurrere impetrans, uxorem duxit. Mox ingens bellum civile commovit, cogente Cleopatra, dum cupiditate muliebri cupit etiam in urbe regnare. Profectus eſt igitur Cæſar à Brunduſio Calabriæ in Epirũ adverſus Antonium, qui jam omne Actiacum littus claſſibus obſidebat. Naves Cæſaris erant ducentæ triginta roſtratæ, & triginta ſine roſtris triremes, & octo legiones claſſi ſuperpoſitæ, abſq; cohortibus prætoriis quinq;. Claſſis autem Antonii centum ſeptuaginta navium fuit: quantum numero cedens, tantum magnitudine præcellens: nam decem pedum altitudine à mari excellebant. Famoſum hoc bellum fuit ab hora quinta uſque ſeptimam incerta vincendi ſpe, reliquum diei, cum ſequenti nocte in victoriam Cæſaris declinavit. Prior Cleopatra regina, cum ſexaginta velociſſimis navibus fugit. Antonius quoque detracto inſigni prætoriæ navis, fugientem ſecutus eſt uxorem. Illuceſcente jam die victoriam Cæſar conſummavit. Antonius igitur gladio ſe tranſverberavit, ac ſemianimis ad Cleopatram in Mauſo-

Octavius Cæſar contra Antonium.

Antonius ſeneeat.

Mauſoleum regium, in quo ſe illa moritura condiderat, perlatus eſt. Cleopatra vero exornata, diverſis ornamentis ad Cæſarem venit, ſperans eum, ut cæteos ſua ſpecie ad libidinem illicere. Sed ille ſe intra pudicitiam coartans, eam ſprevit, & cuſtodiri præcepit. Quæ ubi ſe ad triumphum ſervari intellexit, è cuſtodia elapſa, in Mauſoleum ſuum ſe recepit, ibique maximos, ut ſolebat induta cultus, in referto odoribus ſolio, juxta ſuum ſe collocavit Antonium: admotiſque ad venas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt: fruſtra Cæſare etiam Pſyllos admovente: qui venena ſerpentium è vulneribus hominum exugere ſolent. Sic Cæſar Octavianus Alexandria urbe opulentiſſima, cum tota Ægypto potitus eſt: præpoſuitq; Ægypto Cornelium Gallum, de quo Virgilius ſcribit. Hunc primum judicem Romanum Ægyptus habuit.

Cleopatra ad impudicitiam irritat Octavianum.

Pſyllorum ſaliva valet contra ictus ſerpentum Vide Varro.

HISTORIA ROMANORUM

ANno ab urbe condita 725. Cæſar ab Oriente victor rediens, 8. Idus Januarii, urbem triplici triumpho ingreſſus eſt, ductis ante currum ejus Cleopatræ liberis, Sole & Luna, ac tum primũ ſopitis omnibus civilibus bellis, Iani portas clauſit. Hoc die Cæſar conſalutatus eſt Auguſtus primum, eo quod publicam rem auxerit, atque eadem die ſumma rerum ac poteſtatum penes unum eſſe cœpit, & manſit, quod Græci monarchiam dicunt.

Octaviani triplex triumphus.

Octav. Auguſtus ſalutatus.

μοναρχία.

Anno ſequenti Cæſar Auguſtus parũ in Hiſpania per ducentos annos actum intelligens, ſi Cantabros & Aſtures duas ferociſſimas gentes Hiſpaniæ, ſuis uti legibus permiſiſſet iterum Iani portas aperuit, atque in Hiſpanias ipſe cum exercitu profectus eſt, ibi eum apud Tarraconem citerioris Hiſpaniæ urbem, legati Indorum & Scytharum toto orbe tranſmiſſo, tandem invenerunt, refuderuntque in Cæſarem Alexandri Magni gloriam. Quoniam ſicut illum Hiſpanorum, Gallorumque legatio in medio Oriente apud Babyloniam contemplatione pacis adit, ita hunc apud Hiſpaniam in occidentis ultimo ſupplex Indus & Scytha Boreus pro pace oravit. Cantabrico itaq; bello, per quinque annos confecto, totaque Hiſpania in æterna pace compoſita, Cæſar Romam rediit & Cantabricæ victoriæ hunc honorem contulit, ut tunc quoque portas claſtris cohiberet. Ita tunc ſecundo per Cæſarem, quarto poſt urbem conditam claſus eſt Ianus. Non ullo autem tempore ante eum Romana res magis floruit, quippe cui ipſe, & per ſe, & per duces ac legatos ſuos, plurimum bellis addidit. Ipſe namque per ſe Romano adjecit Imperio, Ægyptum, Cantabriam, Aſturiam, Dalmatiam, Pannoniam, Aquitaniam. Druſus vero privignus ejus Galliam, Rhetiamque ſortitus, maximas fortiſſimasque gentes armis ſubegit, Vſipios, Tencteros, & Cattos perdomuit: & trans Albim fluvium, qui in Barbarico longe ultra Rhenum eſt, ſummovit, Marcomannos penè ad internecionem delevit. Poſtea fortiſſimas nationes, quibus & natura vires, & conſuetudo experientiam virium dabat, pariter uno bello, ſed ſuis aſpero ſupetavit, id eſt Cheruſcos, Suevos, & Sicambros: quorum virtus ac feritas ex eo conſiderari poteſt, quod mulieres quoque eorum, ſi quando præventu Romanorum inter plauſtra ſua concludebantur, deficientibus telis, vel qualibet re, qua velut telo uti furor poſſit, parvulos filios colliſos humi, in hoſtium ora jacebant. Tyberius autem frater Druſi, Pannonios novo motu intumeſcentes, cruentiſſima cæde delevit, idemque continuo Germanos bello aggreſſus, è quibus 40. millia captivorum victor abduxit, quod revera bellum maximum & formidoloſiſſimum, quindecim legionibus per triennium geſtum eſt, nec ferrè ullum majus bellum, ſicut Suetonius teſtatur, poſt Punicum fuit. Sub eodem vero tempore Quintilius Varus prætor, cum tribus legionibus trans Rhenum fluvium, mira ſuperbia atque avaritia in ſubjectos agens, à Germanis rebellantibus, cum tribunis & legionibus deletus eſt. Quam reipublicæ cladem Cæſar Auguſtus adeo graviter tulit, ut veſte capilloque, ac reliquis lugentium indiciis deformis, & ſæpe per vim doloris, caput parieti collidens, clamaret: Quintili Vare, redde legiones.

Octaviani triplex triumphus.

Octav. Auguſtus ſalutatus.

μοναρχία.

Claditur Janus.

Ut Octavianus auxerit Roma. Imp.

Uſipii vel Viſpii, aut. Ptol. & Tenckteri, Rheno tantũ ab Ubiis diſcreti ad dextram Rheni ripam. Tacit.

Catti.

Cheruſci.

Suevi.

Sicambri.

Feritas Germanorum parvulos filios humi colliſos in hoſtium ora jacere.

In Africa quoque Coſſus dux Cæſaris Maſſyllos & Getulos latius vagantes, arctatis finibus coërcuit, atque à Romanis limitibus abſtinere metu compulit. Piſo etiam adverſus Vindelicos miſſus eſt, quibus ſubactis, victor ad Cæſarem Lugdunum venit. Boſphoranos vero Marcus Agrippa ſuperavit, & ſignis Romanis, quæ illi quondam ſub Mitridate ſuſtulerant, bello reparatis, victos ad deditionem coegit. Armeniam à Parthis recepit. Parthi quaſi toto terrarum orbe, vel domito, vel pacato, omnium oculis notarentur, atque in ſe ſolos omnis vigor Romani Imperii vertendus eſſet, Quippe quos pruſina ulciſcendæ Craſſianæ cædis conſcientia mordebat, ultrò ſigna quæ Craſſo interfecto abſtulerant, ad Cæſarem remiſerunt, eique obſidib' datis firmum fœdus fideli ſupplicatione meruerunt. Galatia quoque ſub hoc provincia facta eſt, cum antea regnum fuiſſet, primusque eam Marcus Lollius pro prætore adminiſtravit. Tanto autem amore etiam apud Barbaros Cæſar Auguſtus habebatur, ut reges Romanorum amici, in honorem ejus civitates conderent, & ex ejus nomine Cæſareas vocarent. Multi quoque reges ex regnis ſuis venerunt, ut ei obſequerentur, & habitu Romano, ſcilicet togati, ad vehiculum vel equum ejus cucurrerent. Ipſe autem adeo execratus eſt turbas, bella, ſimultates, ut niſi juſtis de cauſis nunquam genti alicui bellum indixerit, jactantiſque eſſe ingenii, & leviſſimi dicebat, ardore triumphandi,

Bellum Octav. cum Germanis maximum. Quint. Vari legiones delete à Germanis.

Verg. Et Getula urbes gentis inſuperabile bello.

Sententia Auguſti, prudens & ſancta.

σώφρων γνώμη.

Digitized by Google

& ob lauream coronam, id est folia infructuosa, securitatem civium in discrimen per incertos eventus certaminũ præcipitare, neq; Imperatori bono quicquam minus quàm temeritatem congruere, satis celeriter fieri, quicquid cum maturitate gereretur, armaq; nisi majoris emolumenti spe, nequaquam movenda esse. De compendio tenui, jactura gravi, petita victoria, similis sit hamo aureo piscantibus, cujus abrupti, amissiq; detrimentũ nullo capturæ lucro pensari potest. Hic itaq; in Imperio positus, tribunitiam per se potestatem exercuit. Deniq; erga cives clementissimus, in amicos extitit fidissimus, quorũ præcipui erant, Mecœnas ob taciturnitatẽ, Agrippa ob modestiã, laborisq; patientiã. Diligebat præterea Virgiliũ, Flaccũq; Poetas, liberalibus studiis in tantũ incumbens, ut nullus ne in procinctu quidẽ laberetur dies, quin legeret, scriberet, dictaret. Leges alias novas, alias protulit suo nomine correctas. Auxit, ornavitq; Romã multis ædificiis, illo glorians dicto: Urbem lateritiã repperi, marmoreã relinquo. Fuit mitis & gratus, & civilis animi, toto corpore pulcher, sed maxime oculis, quorũ acies clarissimorũ syderũ modo vibrabat. A cujus facie dũ quidã miles oculos averteret, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit: Quia fulmen oculorũ tuorũ ferre non possũ. Nec tamen hic tantus vir vitiis caruit. Fuit n. paululũ impatiens, leniter iracundus, occulte invidus, palam factiosus, dominandi vero supra quàm æstimari possit cupidus, aleæ lusor studiosus. Cũq; esset cibi ac vini multum abstinens, aliquatenus vero somni, usq; ad vulgaris tamen famæ probrum serviebat libidini. Nã inter duodecim catamitos, totidẽq; puellas, accubare solitus erat, abjecta quoq; uxore sua Scribonia, amore conjugis alienæ possessus, Liviãquasi, marito concedente, sibi conjunxit: cujus jã erant Liviæ filii, Drusꝰ, & Tyberiꝰ. Cũq; esset luxuriæ serviens, erat tamen ejusdẽ vitii severissimus ultor, more hominũ quorundã, qui in ulciscendis vitiis, quibus ipsi vehementer indulgent, acres sunt. Nam Poetam Ovidium, qui & Naso, pro eo quod tres libros artis amatoriæ scripserat, irrevocabili damnavit exilio. Oblectabatur etiam omni genere spectaculorum, præcipue ferarum incognita specie.

Aureo piscari hamo. i Dotes Octa. Augusti.

Vitia Octaviani.

Severissimus ultor libidinis & aliis.

Eruditi sub Octa. Aug.

Hujus temporibus Romæ sapientes insignes erant: Virgilius, Horatius, Flaccus, Livius, Salustius, Ovidius, Hortensius, Athenodorus Tarseus, Socio Alexandrinus.

ANNI OCTAVIANI.

ANno igitur septingentesimo decimo à conditione urbis, Octavianus cæsar regnare cœpit, regnavitque cum Antonio & Lepido annis duodecim, postea solus quadraginta quatuor, qui sunt quinquaginta sex.

Primo autem anno, jussu senatus, bellum adversum Antonium movit, eumq; devicit. Eodem anno cum multi in ultionem Cæsaris occiderentur, Cicero in Phormiano suo ab Herennio & Popilio occisus est, anno ætatis suæ 64. Eodem quoque anno Ovidius Naso nascitur in Pelignis.

Cicero occiditur in Phormiano suo.

Curtius Talassus in insula Arado cũ quatuor cohortibus exustus est vivus, eo quod tributa gravius exigeret. Octavianus interveniente senatu, in amicitiam regreditur cum Antonio. Cornificius poeta desertus à militibus interiit, quos sæpe fugientes, galeatos lepores appellavit. Hujus sororerat Cornificia, cujus insignia extant epigrammata. Secunda secessio Cæsaris & Antonii. Cornelius nepos scriptor historicus clarus habetur. Formius cum filio Formio claruit sed filius consularis ante patrẽ obiit. Brutus & Cassius magnis exercitibus cõparatis apud Athenas cõvenerunt, totãq; Græciã de populati sũt. Quos Cęsar et Antonius denuo recõciliati, in Macedoniã persecuti sũt, et ad mortem compulerunt: nam in desperationem adacti, immaturam sibi mortem ante belli terminũ intulerunt. Invitatis quippe percussoribus, Cassius caput, latus Brutus præbuit. Marcus Bavius poeta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur.

Cornificiæ mulieris epigrammata.

Qui Bavium non odit amet tua carmina. Mevi.

HErodes alienigena, filius Antipatri Idumæi, & Cypridis Arabitæ, suadente Antonio, à senatu Romano rex Judæorum constituitur, regnavitq; annis 47. Qui ut se Judæis magis cõmendaret uxorẽ suã quæ Dosis vocabatur de qua filium nomine Antipatrum habuit, abjecit, & regio semini se conjũxit, accipiens Mariamnem, filiam Alexandri, filii Aristoboli, fratris Hyrcani summi pontificis & regis, qnam procreaverat idem Alexander ex filia Hyrcani patrui sui.

Ab hoc igitur anno, qui est decimus Octaviani cæsaris, & 718. à conditione urbis; ab origine vero mundi ter millesimus nongentesimus vigesimus tertius, regnum & sacerdotium Iudæorũ usq; in præsens tempus defecit: & Christus, id est, unctus, quem scriptura Danielis significat, finem accepit. Nã usq; ad Hyrcanum Alexandri Iannei filium, judices, sacerdotes, reges per successiones populo Iudæorũ præfuerunt: sed Hyrcanũ frater suus Aristobolus de regno expulit, quẽ Pompejus Romanorum princeps, favente Antipatro Herodis patre, restituit, Aristobolũ vero Romã captivũ duxit. Hircano aũt per consiliũ Antigoni filii fratris sui Aristoboli à Parthis capto, eodẽ Antigono in loco patrui ab eisdem Parthis subrogato: sed mox eodem à Romanis, seu ab Herode capto & interfecto, Herodes regnũ accepit, & exinde nequaquã per successionẽ generis sacerdotalis pontifices cõstituti sunt, sed ignobiles quiq;, & alii alio tempore, nonnulli vero per uniusanni spatiũ, vel modicũ amplius sacerdotiũ emerunt. Itaq; Herodes Ananelũ quendã de Babylone accitũ, pontificẽ constituit. Post exiguum vero temporis, Aristobelum fratrẽ uxoris suæ Mariamnis, nepotem Hyrcani ex filia, successorem ei dedit. Quo post annum consilio ipsius Herodis in aqua suffocato, rursus sa-

Hebdomada Danielis.

Sacerdotium venale.

Digitized by Google

cerdotium reddidit Ananelo: sicque per diversas successiones extraenorum in sacerdotalis successione generis, sacerdotium defecit Judæorum. Quæ omnia ita ventura, Angelus Danieli prædixit in hęc verba: Et scies & intelliges ab initio sermonis respondendi & ędificandi Hierusalē usq; ad Christum ducem, hebdomadæ 7. & 62. & post hebdomadas 7. & 62. interibit chrisma, & judicium non erit, & templū & sanctuariū corrumpet populus, duce veniente. Et reliqua. Igitur 7. & 62. hebdomæ, quæ simul fiunt 69. faciunt annos 483. in quibus Christi, id est, sacerdotes per unctionē consecrati regnaverunt, ab instauratione templi sub Dario, usque ad Hyrcanum, in quo novissimum chrisma & sacerdotium defecit Judæorum. Quod autem à perfectione templi, hoc est à sexto Darii anno, usq; decimum Augusti annū, 7. & 62 hebdomadæ, id est, anni 483 computentur, sic possumus approbare. Sexagesimæ sextæ Olympiadis anno primo, hoc est Darii 6. completa est templi ædificatio: & 186. Olympiadis anno 2. id est, Augusti, 10. Herodes regnū suscepit Judæorū, in quib. fiunt anni 483. per singulas Olympiades quadriennio supputato. Salustius obiit quadriennio antē bellum Actiacum. Lunę cursus secundū Romanos hoc anno inventus est. Antonius Cleopatræ junctus illi Arabiā dedit. Octaviani & Antonii tertię dissensionis exordiū, eo quod Antonius repudiata sorore cæsaris, duxisset Cleopatrā. Nicetes & Theodorus Rhetoricæ artis præceptores habentur. Antonius & Cleopatra semet interficiunt: & Ægyptus fuit Romana provincia, in qua usq; ad Cleopatrā regnaverunt, qui vocabantur Lagidæ, annis 273. ipsa vero regnavit annis 12. qui fiunt anni 295. Nicopolis juxta Actiū promontorium condita est. Octavianus cæsar cum ingenti triumpho Romam ingressus est, ductis ante cursum ejus filiis Cleopatræ Sole & Luna, eodemq; die sui trumphi nomen accepit Augusti. Eodem anno Marcus Terentius Varro philosophus prope nonagenarius moritur. Cornelius Gallus Forojulienſis poeta, cujus Virgilius meminit in Ægloga ultima: qui & Ægyptum in provinciam redactam primus rexit 43. ætatis suæ anno, propria manu se interfecit. Augustus Calabriam & Gallos vectigales fecit. Munacius Plancus Ciceronis discipulus orator insignis habetur: qui cum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit. Quintilius Cremonensis, Virgilii & Horatii amicus, moritur. Pylades Cylix Pantominus, primus Romæ chorum & fistulā sibi præcinere fecit. Tyberius ab Augusto missus, occupavit Armeniam. Herodes apud Hierusalē multas & magnas ædes construxit.

In Hyrcano chrisma & sacerdotium defecit.

Sol & Luna filii Cleopatræ.

Virgilius Brundusii moritur, & Neapolim transfertur, cujus tumulus titulo hujusmodi notatur, ipse, ut ajunt, moriens dictavit.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.

Epitaphium Virgilii.

Herodes in Paneade id templum quod Panion vocatur, extruxit. Augustus Samiis libertatem dedit. Herodes Samariam olim jam in cineribus sedentem, à fundamentis suscitans, in honorē Augusti Sebastiam, id est, Augustā appellavit. In Cypro plurimarū civitatum partes terræmotu ceciderunt. Varrus & Tucca Virgilii & Horatii contubernales, poetæ habentur illustres, qui libros Æneidū postea emendandos suscepерunt ab Augusto, ea lege, ut nihil de suo adderent. Agrippa Bosphorum cepit. Augustus à senatu maximus pontifex nominatur. Herodes Cæsariam nomine Cæsaris condidit, quæ prius turris Stratonis vocabatur. Horatius 57. ætatis suæ anno moritur Romæ. Julius Higinus cognomento Polyhystor, grāmaticus habetur illustris. Herodes Hyrcanū, qui olim sacerdos & rex Judæorū fuerat, causa illius amicitiæ pristinæ ipso rogante de captivitate regressū Parthica occidit, metuens ne reciperet regnum. Herodes Aristobolū fratrē uxoris suæ Mariamnis suffocari jussit. Tyberius Augusti privignus, sed jam in filium adoptatus deletis Vindelicis, Armeniis, & Pannoniis, trumphavit. Augustus Juliā filiam suam in adulterio deprehensam, damnavit exilio. Marcus Tullius Tyro, Ciceronis libertus, qui primus notas commentat° est, in Puteolano prędio usq; ad centum annos consenescens, moritur. Portius Latro latinus declamator, tædio duplicis quartanæ se interfecit. Cyrinus ex consilio senatus ad Judæā missus, census hominū, possessionemq; descripsit. Augustus vero habitatoribus Romanæ urbis per facies dinumeratis, invenit virorum centum triginta millia & mille, & 37.

Epitaphium Virgilii. Panium. Vide Joseph. de bel. Ind. lib. 1. c. 16.
Varrus.
Tucca.
Augustus pontifex max.
Herodes occiditur.
Portius Latro.
Cyrinus vel Cyrenius. Luca. 2.

AUgustus cæsar 42. imperii sui anno, qui est ab urbe condita 750. ob oriente in occidentem, à septentrione in Meridiem, ac per totum Oceani circulum quo Romanum pervenit imperiū, cunctis gentibus unà pace compositis, Jani portas tertio ipse clausit, quas extunc per duodecim ferè annos quietissimo semper obseratas ocio, ipsa etiam rubigo signavit: nec unquam postea, nisi sub extrema senectute Augusti, pulsante Athenienſium seditione, & Dacorum commotione patuerunt. Clausis igitur Jani portis, rempublicam quam bello quæsierat, pace nutrire atq; amplificare studens, leges primus statuit, per quas genus humanum libera reverentia morem gereret: ipse vero domini appellationem ut homo declinavit. Nam eodem ludos spectante, cum quidā mimus pronunciaret: O dominum æquum & bonum universiq; quasi de ipso dictum exultantes approbavissent, ille statim quidem manu vultuq; indecoras adulationes repressit, & insequenti die gravissimo edicto omnes corripuit, dominumque se post hæc appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus suis serio vel joco passus est.

Habitores urbis Romæ

Iani porta tertio clausa.

August. Octa. vetat se dici dominum.

HISTORIA.

EO igitur tempore, hoc est, anno 42. Octaviani Cæsaris Augusti, ex quo autem Ægyptus in provinciā redacta est, & Cleopatra cū Antonio victa anno 28. quādo ultimissimā pacē ordinatione

Digitized by Google

Christi nativitas. Dei Cæsar Augustus composuit, nascitur in Bethleem Juda dominus noster Jesus Christus, verus Deus & homo. Cui pax ista famulabatur, anno ab initio creationis mundanæ, secundum Hebraicã veritatẽ ter millesimo nongentesimo sexagesimo secundo: secundũ septuaginta duo interpretes, eorũq; sectatores, quinquies millesimo ducentesimo primo: à diluvio bis millesimo trecentesimo sexto: ab Abrahæ nativitate bis millesimo 14. à Moyse & egressu filiorum Israel de Ægypto, millesimo quingentesimo nono: à Salomone & prima templi ædificatione millesimo tricesimo primo: à reædificatione quæ sub Dario facta est, quingentesimo 19. ab urbis Romanæ conditione septingẽtesimo quinquagesimo primo: Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ anno tertio.

ANNI AVGVSTI CÆSARIS.

ANno secundo, qui est Augusti 43. Augustus amicitiam facit cum Parthis. Anno dn. 3. Herodes occidit infantes. Anno dn. 4. Judas Galilæus ad rebellandum cohortatur Judæos. Anno dn. 5. Asinius Pollio orator & consularis, qui de Dalmatiis triumphavit, in villa Tusculana moritur, anno vitæ octogesimo. Anno dn. 6. Herodes magno cruciatu moritur, pro quo filius ejus Archelaus regnavit annis 9. Multos autem filios habuit Herodes, ex diversis uxoribus, quas plures duxerat: Antipatrum ex Doside, quam habuit antequã rex fieret: Aristobolum & Alexandrum, filiasq; duas ex Mariamne Hyrcani nepte ex filia, quam sibi ex regio semine conjunxerat, postquam ipse factus est rex, abjecta Doside cũ filio Antipatro: sed postea ipsis & aliis accusantibus, occidit Mariamnem, filios quoq; ipsius, Alexandrũ & Aristobolũ quasi de nece matris indignantes, occidit. Alexandro autem fuerunt duo filii, Tigranes, & Alexander, ex Glaphira regis Cappadociæ Archelai filia. Aristoboli vero filii fuerunt, Agrippa qui sub Gajo rex factus est, & Herodes ac Aristobolus, filiaq; Herodias, ex Beronice consobrina sua, scilicet, filia Salome, sororis Herodis patris sui.

Habuit Herodes & alios filios, Antipam & Archelaũ, & filiã Olympiadem, ex Marthace Samaritide, Herodẽ ex filia Simonis pontificis, item Herodẽ & Philippũ ex Cleopatra Hierosolymitide, Phaselum ex Pallade. Postquã aũt Alexandrum & Aristobolum filios suos, qui de semine regio erant, occiderat, Antipatrum pro accusatione fratrũ sibi placentem, proposuit hæredẽ regni relinquere per testamentũ. Sed cũ & ipse de nece illius tractare diceretur, missũ in carcere sub ipso ferè mortis articulo interfici jussit & ipsum, mutatoq; testamento, successorẽ regni scripsit Archelaũ. *Herodis mors post multa facinora.* Regnavit autem Herodes postquam Antigonus interemptus est annis 34. ex quo autem regnum à Romanis acceperat, annos 36. sicq; post multa facinora male moritur.

Fames Romæ & unde. Anno domini 7. qui est Augusti 48. fames facta est Romæ adeo dira, ut omnes peregrinos & servorũ maximas copias, exceptis medicis & præceptorib. trudi ex urbe præceperit Augustus. Quæ ideo creditur divinitus immissa, quia cum Gajum nepotem suum mitteret Augustus ad ordinandas Ægypti Syriæq; provincias, ille præteriens ab Ægypto fines Palestinæ, apud Hierosolymam in tẽplo Dei tunc sancto & celebri adorare contemplit. Quod Augustus ubi per eum comperit, pravo usus judicio, prudenter eum fecisse laudavit. Unde divina vindicta populum cum principe peccante corripuit, & quantitatem offensionis, qualitas ultionis ostendit.

Tyberius Cæsar. Anno dn. 8 Tyberius jam cæsar factus, Dalmatas & Sarmatas in Romanã potestatẽ redegit. An. domini 9. qui est Augusti quinquagesimus, ab urbe vero condita 758. quatuordecim vicos urbis, incertum unde consurgens, flamma consumpsit. Anno dn. 10. Athenienses moliuntur novas res contra Romanos. *Messala Corvinus* Anno dn. 11. Messala Corvinus orator, biennio antequam moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba conjungeret. Anno dn. 12. Jani portæ per duodecim annos jam clausæ, ab Augusto aperiuntur. Anno dn. 13. Socio philosophus Alexandrinus, præceptor Senecæ, claruit. *Numerus hominum Romæ.* Anno dn. 14. Augustus cum Tyberio censum Romæ agitans, invenit nonagies ter centena & 70. millia hominum. Anno dn. 15. qui est imperii Augusti quinquagesimus sextus, *Archelai exilium* Archelaus accusatus ob insolentiã, nono regni sui anno, in Viennã ab Augusto relegatus est, & Judæa Tetrarchis committitur, Herodi, Antipatro, Lisaniæ, Philippo. Eodem anno Augustus Nolã ingressus, morbo capitur, & in Attella oppido Campaniæ moritur, anno ætatis suæ 75. *Augusti mort.* Quẽ mortuum, senatus multis modis censuit honorandum, dicens: Utinam aut non nasceretur, aut natus non moreretur. Romæ in campo Martio est sepultus.

ANNI TYBERII.

Tyberius secundus ab Augusto. ANno dominicæ incarnationis 16. qui est à condita urbe 766. Tyberius Liviæ filius, Augusti privignus, mox gener, postremo adoptione filius, imperium Romanũ adeptus est ab Augusto secundus, & regnavit annis 23. Iste quia Claudius Tyberius Nero dicebatur, eleganter à joculatoribus, Claudius Biberius Mero, ob vinolentiam nominabatur. Satis prudens in armis, satisq; fortunatus, ante sumptum imperium sub Augusto fuit, ut non immerito Reipublicæ dominatus ei committeretur, habens scientiam literarum, multo præclarus eloquio, sed ingenio pessimo, truci, avaro, insidioso, simulans ea se velle quæ nollet, & ea nolle quæ vellet. His quasi infensus, quibus consultum cupiebat: his vero quos oderat, quasi benivolus apparens: repentinis responsionibus melior quàm præmeditatis. Denique delatum à patribus principatum, quem quidẽ astu perceperat, finxit se abnuere, quid singuli dicerent aut sentirent, atro-

Simulator maximus.

Digitized by Google

ſedi 25. annis præſidentis, hanc regendã ſuſcepiſſe: & poſt duodecim ſui regiminis annos, ſecundo Titi anno Pontificatum Anacleto reliquiſſe, & hunc item poſt duodecim annos Clemẽti ſedẽ tradidiſſe, quod videtur Anno Domitiani 12. contigiſſe, ipſumq; Clementẽ poſt novem ſui Pontificatus annos ſub Trajano paſſum: Evariſtum quarto ejuſdem Trajani anno ſucceſſiſſe, huic Alexandrũ, illi vero Sixtum, & ſic cæteros. Alii vero ſcribunt Linum & Cletum ſub Petro fuiſſe, ipſumque Petrum mox ut Pontificatum accepit, Linũ pro ſe in agendis Eccleſiaſticis, quo ipſe liberius prædicationi vacaret, ordinaſſe: illoque poſt annos duodecim decedente, Cletum huic ſubrogaſſe. Quo etiam itẽ poſt annos 12. defuncto, eo anno & tempore quo ipſe Petrus paſſus eſt, ſcilicet 14. Neronis anno, Clementi ſedem commiſiſſe: & ei, ſuisque ſucceſſoribus ligandi ſolvendique poteſtatem, ſicut ipſe à Chriſto ſuſcepit, demum tradidiſſe, & huic paſſo ſub Domitiano, Anacletum ſucceſſiſſe: cui Evariſtum, & huic Alexandrum, ſicque cæteros. Quæ deſcriptiones cum ſibi multum diſſonæ probentur, quærendum cui magis credi judicetur. Conſideremus ergo earum inæqualitates. Igitur ſi Linus Anacletũ, isque Clementẽ ſucceſſorem reliquiſſe accipitur, ut prior deſcriptio teſtatur, Cletus omnino de pontificum catalogo excluditur, cujus veneratio per omnes Eccleſias ſic celebris eſt, ut non ſolum in martyrologiis attituletur, verum etiam in canone miſſarum, & in ſupplicationibus letaniarum, publicitus inter Linum & Clementem recitetur. Si vero poſt Linum Cletus, dein Clemens, & poſt hunc Evariſtus & Alexander numerentur, locus non habetur ubi Anacletus recipiatur, cum Beda in martyrologio ſuo dicat, hũc quartũ poſt Petrũ ſediſſe, & ſub Domitiano paſſum fuiſſe, ut primus ſit Linus, ſecundus Cletus, tertius Clemens, quartus Anacletus. Sed ſi poſt Clementem Anacletus ponatur, & ſecundum Bedam ſub Domitiano paſſus recipiatur, neceſſario illud refellitur, q̃ anteceſſor ejus Clemẽs ſub Trajano paſſus dicitur, cũ evidẽter ſub Domitiano paſſ⁹ eſſe probetur, ſi ſucceſſor ej⁹ Anaclet⁹, ab eodẽ occiſus nõ negetur.

Anacletus. Clemens. Evariſtus. Alexander. Sixtus.

HISTORIA.

ADhuc autem argumentatur & illud: Quia ſi Linus & Anacletus juxta quoſdam, ſive Linus & Cletus ſecundũ alios, uterq; poſt paſſionẽ Petri, quæ 14. Neronis anno facta eſt, per annos 12. tenebat pontificatũ, quod ſpaciũ per 24. annos in Domitiani duodecimũ protẽditur annũ: Clemens ab apoſtolo Petro ſedẽ, & ligandi ſolvendiq; licentiã nullatenus accepiſſe probatur, quod à nonnullis firmatur. Additur & hoc quòd S. Dionyſius Ariopagita, beati Pauli apoſtoli diſcipulus, & Athenarũ Epiſcopus, cũ ſicut in libro paſſionis ejus legitur, beatos apoſtolos Petrũ & Paulũ audiret Romæ teneri, ſubrogato Athenis Epiſcopo, properavit Romã velocius attingere: ſummopere deſiderans, ſi Deus ita vellet, cũ eiſdem ſanctis apoſtolis occumbere. Sed cum divina diſpoſitio vota ipſius præveniret, ſanctiq; apoſtoli prius paſſionis gloria coronarentur, quàm ipſe Romã adiret, tandẽ perveniens, Clementẽ condiſcipulũ ſuum, Romanę ſedi jam præſidentem invenit: qui & illum in Gallias prædicatorẽ direxit. Quæ igitur fuit ſeſtimantia tanti deſiderii, ſi per 24. annorũ ſpatium, vel amplius inter Athenas & Romã nullo potuit obſiſtente cohiberi? Nec enim illud refragatur, quòd oſtio fidei ſibi aperto, cauſa ſeminandi verbũ Dei aliquandiu retardatus fuiſſe narratur. Qui etſi per cõtiguas parochias, divina ſemina prædicandi avidus diſperſerat, paſſiõis tamẽ deſiderio fervẽs, ab Athenis infra 24 annos maturius Romã contendere poterat. Adhuc vero cũ idẽ Dionyſius 96. Dominicæ incarnationis anno, qui eſt 14 Domitiani paſſus deſcribatur, Clemens vero, qui eũ direxit in Gallias duodecimo ejuſdẽ principis anno, juxta ſuperioris opinionẽ deſcriptionis ſedẽ accepiſſe dicatur, mirũ poteſt videri, qualiter anno, nõdũ, aut vix expleto poſſẽt omnia hæc expleri, ſcilicet ut Dionyſius de Roma in Gallias veniret, & tam cervicoſum populum ignotus adhuc & advena fidei jugo ſubſterneret, baſilicam conſtrueret, aliaq; plura quæ de eo leguntur, ſacerdotum ſuper his commotorum relatio Romã recurreret, divulgataq; perſecutione, præfectus inde miſſus in Galliam, Dionyſium diverſis pœnis occideret. Liber quoq; paſſionis Alexandri Papę teſtatur, quod in ordine Pontificũ Romanorum, Clemens poſt Petrum primus, hoc eſt ſecundus ab illo habeatur. Sic .n. ibi ſcriptũ eſt. Quinto loco à beato Petro Apoſtolo, Romanæ Eccleſiæ cathedrã Alexander ſuſcepit, & reliqua. Quòd ſi Linus à Petro ſecundus dicatur, neceſſe eſt ut & Cletus ante Clementẽ, & Anacletus poſt eũ à numero excludãtur, quatenus Alexander quintus inveniatur, ſcilicet ut Petro exiſtente primo, Lino ſecundo, Clemente tertio, Evariſto quarto, Alexander quinto loco ſubſequatur. Aliter .n. Alexãder quintus à Petro non habetur, quia ſi Linus à Petro ſecũdus, & Cletus ſive Anacletus ante Clemente fuerit poſitus, Alexander erit ſextus: ſi verò Cletus ante Clementem, & Anacletus poſt illum ponitur, Alexander ſeptimus habetur, niſi Clemens à Petro ſecundus numeretur, illis & talibus allegatis pro imperitia mea, propter rerum & temporũ convenientiam, hos magis interim ſequendos æſtimo, qui Linum & Cletum dicunt fuiſſe ſub Petro, & illos quidem hoc officium quod coepiſcopi ſub Epiſcopo tenent, adminiſtraſſe. Clementẽ verò Petro ipſo tradente, legitimo jure ſucceſſiſſe, & idcirco eum à quibuſdam primum Papam vocatum, quia velut hęreditario jure ligãdi ſolvendiq; à Petro accepiſſe dicitur Pontificatũ. Pro hoc verò ab aliis dictũ tertiũ eſſe à Petro, quòd ſub ipſo Apoſtolo præceſſerint eum Linus & Cletus in ſacerdotali officio. Hucuſq; de his, in ſequentib⁹ verò eadẽ cauſa pro ſucceſſionis ordine & temporũ ſerie generat erroris cumulũ, q̃ pro ſimilitudine nominũ perſonis inditorũ inoleviſſe creditur, ob incuriã & vitiũ ſcriptorum

De Dionyſio Ariopagita.

Liber paſſionis Alexandri.

Quod Linus & Cletus ſub Petro fuerit. Clemens primus Papa.

Digitized by Google

Hinc proverbium, Neronis quinquennium.

eunctos principes longe distare à neronis quinquennio. Reliquũ vero q; à quinq; annis supervixit ita Caligulæ avunculi sui vestigia secutus est, immo super grediessus est ut turpe sit dicere, ad quandam malignitatem pervenerit. Plurimam senatorum partem interfecit, equestrem ordinem pene destituit, bonis omnibus hostis fuit. Libidinibus porro tantis agitatus est, ut ne à matre quidẽ vel sorore, ullà ve consanguinitatis, reverentia referatur abstinuisse, virum in uxorem duxerit. Ipse amictus nubentium virginum specie, convocato senatu ad paciscendum de ratione dotis, in ipsis q; nuptias celebrandibus pelle coopertus feræ, à viro ut uxor ductus sit. Parricidia multa commisit, matre, fratre, sorore, uxore cæterisque consanguineis interfectis. Vrbem Romam per sex dies & noctes incendit, ut quale esset incendium Trojæ videret: ipse stans in altissima turri, lætusque prospectans flammas, tragico indutus habitu, Illiadem tragœdiam canebat. In re miliari nihil omnino ausus, Britanniam pene amisit. Auxit molem facinorum ejus, temeritas impietates in deum. Primus enim persecutionem in Christianos movit per omne regnum suum, ipsumque nomen extirpare cupiens, principes Apostolorum Petrum & Paulum occidit. Ipse Vespasianum cum filio suo Tito, ad destruendam Hierusalem, misit. Inter hæc Galba Hispanie prætor, & Gajus Vitellius imperium corripuere. Nero autem omnibus execrabilis, hostis à senatu judicatus est: decretum est, ut furca collo ejus inserta, nudus per publicum duceretur, & virgis usque ad mortem cæsus, de saxo præcipitaretur. Quod ille audiens, si multaque adventum Galbæ comperiens, fugit è palatio, & cum eo Nephit⁹, noctisq; me dio urbe egressus est. Secuti sunt aũt eũ Phaõ & Epaphrodi⁹ Nephitus, & Spado Nespero, quem quondam exectum in mulierem formare tentaverat. Cumq; venisset in suburbanum liberti sui, quod est inter Salariam & Numentanam viam ad quartum urbis milliarium, ictu gladii se percutere voluit, sed trepidante manu, hoc perficere non potuit. Et cum nullum inveniret a quo feriretur, exclamavit dicens: Ita nec amicũ, nec inimicum habere possum. Videns hoc Nespero, adjuvit manum trementem: & ita periit anno vidæ suæ 31. imperii 14. sicque omnis Augusti familia in eo consumpda est. Hujus temporibus Romæ pollebant Seneca tragicus, & philosophus, Musonius & Plutarchus philosophi, Juvenalis & Persius satyrici, Lucanus quoque filius fratris Senecæ, & Statius,

Neronis libido.

Nero fit uxor.

Sueton. habet ἄλογα in flammæ decandavit in suo illo scenico habitu.

Neronis impietas in Christi annos.

Neronis mors

ANNI NERONIS.

PRrimo autem Neronis anno, Festus successit Fœlici præsidi. Anno domini 58. Paulus Apostolus apud Festum, præsente Agrippa rege, religionis suæ rationem exponens, ab eodem Festo vinctus, Romam mittitur, ubi & petrus occurrens, Paulum convenit: & quia Linus jam, excessit, Cletum in locum ejus subrogavit, qui & ipse annis 12. Ecclesiam rexit. Hucusque librum actuum Apostolorum Lucas perduxit Evangelista. Anno domini 59. Probus Perithius eruditissimus grammaticus claruit. Anno domini 60. Statius Surculus pœta Tholoscanus celebris fuit. Anno domini 61. Terræmotus Romæ & ecclypsis solis facta est. Anno domini 62. Festo succedit Albinus in præsidatu Judaę. Anno domini 63. Jacobus frater domini lapidatur à Judeis, & Simon frater ejus in locum ejus constituitur. Anno domini 64. Marcus Evangelista passus est Alexandriæ Anno domini 65. Persius moritur anno ætatis 29. Ante mensam Neronis fulmen cecidit Anno domini 66. Annæus Lucanus Cordubensis poeta in pisoniana conjuratione deprehensus, brachium ad secandas venas præbuit, Anno domini 67. Nero incendit Romã ad similitudinẽ Trojæ. Anno dn. 68. Annæus Seneca Cordubensis præceptor Neronis & patruus Lucani, jussus à Nerone genus mortis eligere, incisione venarũ, & haustu veneni interiit. Cuj⁹ frater Iunius Gallio egregius declamator, propria manu interfecit. Frater vero illorũ Luci⁹ Annæus Melas, bona filii sui Lucani à Nerone promeruit se Anno dn. 69. Vespasian⁹ dux exercitus adversũ Judæos, q Gestii Flori successoris Albini avaritiã nõ ferentes rebellabant, à Nerone missus, interceteras urbes Iotapatã muniti civitatẽ cepit, in quã & Josephũ, qui & Josippus, ducem belli comprehendit. Qui cũ interficiendus esset à Romanis prædixit Vespasiano, quod ipse imperator futurus esset, sicque vitam promeruit. Hic est scriptor antiquitatũ. Anno dn. 70. Petrus Apostolus peracto prædicationis suæ tẽpore, iterũ veniens Romã, defuncto Cleto discipulo suo, Clemẽti cathedrã Romanã cõmisit, dãs ei suisque successorib. potestatẽ ligandi & solvendi sicut ipse accepit à domino eodẽq; anno ipse Petrus jubente Nerone crucifixus est Paulus vero decollatus. Sedit autem Clemens annis 19. mensis 5. passusque est sub Domitiano nono Kal. Decemb. licet quidam contendant eum passum sub Trajano. Secundum Ecclesiasticam historiam primus post Petrum Linus hoc anno Romanam susceptit Ecclesiam, & per 12. texerat annos.

Petrum Paulo Romæ occurrit.

Marcus Evangelista.

Senecæ mors.

Vide libros de bello Iud.

Petri & Pauli passio.

HISTORIA.

NEro autem interfectionem Apostolorum se ipsum interfecit, ordine supra scriptos, ut in Romana legitur historia, cum quidam scribant illum in sylva errantẽ, à lupis esse devoratũ. Hunc Persæ in tantum dilexrunt, ut legatos mitterent Romam, multum rogantes ut concederetur illis licentia fabricandi ei sepulchrum. Cæterum aliæ provinciæ omnes, & tota Roma, de interitu ejus nimis exultaverunt, in tantum, ut omnes vestiti pileis manumissionũ quod tunc erat signũ liberationis, quasi ab impio domino liberati, victoriã celabrarent. Ignatius Antiochiæ secundus ordinatur Episcopus, cum eum præcesserit Evodius.

Persæ amantes Neronis.

Vide. Aul. Gel. servi raso capite pileum accipiebant.

ANNI

ANNI GALBÆ.

Galba.

ANno Dominicæ incarnationis, 71, ab urbe vero condita 821. Galba antiquiſſimæ nobilitatis ſenator, de Sulpitiorum genere progenitus, cum 73. geteret ætatis annum, ab Hiſpanis & Gallis electus, mox ab univerſo exercitu libenter imperator acceptus, ſtatim ut Neronis mortem audivit, Romam venit, ſextusque ab Auguſto, menſibus 7. regnavit. Hujus privatæ vita inſignis fuit militarib⁹ & civilibus rebus: ſæpe fuit conſul, ſæpe dux in graviſſimis belliis. Militem ſuum ita ſeveriſſime tractans, ut ingreſſo eo in caſtra, diceretur ſtatim ab altero ad alterum: Diſce militare, Galba venit, non Getulicus. Imperium vero adeptus, cum avaritiæ vitio ſevitiaque omnes offenderet, Piſonem quendam nobilem adoleſcentem in filium regnumque adoptavit. Ipſe autem menſe 7. in medio Romanæ urbis foto decollatus eſt, inſidiis cujuſdam Othonis, qui poſt eum arripuit regnum.

Privata vita Galbæ.

Vide Suetonium.

HISTORIA.

Otho Sylvius.

MUcius Otho occiſis Galba & Piſone, invaſit imperium Romanorum, ortus ex oppido Ferentino, materno genere nobilior quàm paterno, neutro tamen obſcuro. In privata vita mollis, maximeque in adoleſcentia turpis, & Neronis familiaris, in imperio verò documentum ſui non potuit oſtendere. Nam cum iiſdem temporibus quibus Otho Galbam occiderat, etiam Vitellius à Germanicis exercitibus imperator factus eſſet, bello contra Vitellium ſuſcepto, tribus levibus prælliis Otho victor extitit: uno apud Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum quem Caſtoris vocant: quarto cum apud Bebriacum in Italiam victus eſſet levi prælio, ingentes tamen copias habens ad bellum, ſponte ſemet occidit, 38. ætatis anno transacto, 95. imperii die, ſcilicet menſe 4. Hic propriis militibus tam amabilis fuit, ut plærique, viſo ejus corpore mortuo, ſuis manibus interirent.

Otho ſe necat. Suet. Uno ſe trajecit ictu infra lævam papillam.

HISTORIA.

Vitellius.

VItellius Romã victor ingreſſus, vi Romano potitus eſt imperio. familia honorata magis quàm nobili ortus. Nam pater ejus Lucius Vitellius non admodum clare natus eſt: tres tamen ordinarios geſſerat conſulatus. Hic cum multo dedecore imperavit, multa ſævitia, cæteri que vitiis notabilis, maxime ingluvie & voracitate, quippe qui de die quarto vel quinto ſæpe fertur epulatus. Notiſſima certe cœna memoriæ mandata eſt, quam ei Vitellius frater ejus exhibuit, in qua ſuper cæteros ſumptus, duo millia lectiſſimorum piſcium, & ſeptem millia avium appoſita ſunt. Hanc exuberavit dedicatione patinæ, quam ob immenſam magnitudinem clypeum Minervæ *ἀσπίδα παλλάδος* dictitabat. In hac Scarorum jocinora, phaſianorum & pavonum cerebella, linguas phœnicoptorum, murenarum lactes, à Carpathio uſque fretoque Hiſpaniæ per navarchos & triremes petitarum commiſcuit. Hæc Suetonius. Interim Veſpaſianus Hieroſolymam obſidens, audita Neronis morte, à militibus imperator creatus eſt. Quod audiens Vitellius, Sabinum fratrem Veſpaſiani, cum multis aliis, in capitolio incenſo interfecit. Unde à militibus Veſpaſiani, ſub muris urbis habito prælio ſuperatus, cum in quandam cellulam palatio proximam ſe contruſiſſet, turpiter inde protractus, vinctus poſt tergum manibus, reſupino capite, gladio ad mentum ſuppoſito, per forum ad ſpectaculum vulgi ducitur, multisque ſimum & cœnum in faciem ejus mittentibus, minutis ictibus excarnificatus, unco inde trahitur, & in Tyberim proiicitur, anno ætatis 57. imperii autem menſe 8. Tres poſt Neronem rapuerunt imperium. Galba in Hiſpania quo miſſus erat cum exercitu: Otho Romæ: Vitellius in Germania: regnaveruntque anno uno, & menſibus ſex. Antiochiæ ſecundus ordinatur Epiſcopus Ignatius.

Ignatius Alexãdrinus Epiſcopus.

HISTORIA.

Veſpaſianus.

ANno Dominicæ incarnationis, 72. ab urbe condita 822. Veſpaſianus à Nerone cum exercitu miſſus, comperta morte Neronis, ab exercitu imperator efficitur: dimiſſoque Tito filio ſuo in Judæa, ad obſidendam Hieroſolymam, ipſe per Alexandriam profectus eſt Romam, ubi accepto imperio, ſeptimus ab Auguſto regnavit annis 9. Obſcure quidem natus, ſed vir militari virtute præcipuus, & optimis comparandus, ut pote qui à Claudio miſſus in Germaniam, deinde in Britanniam, tricies & bis cum hoſte conflixit, multumque Romano imperio adjecit. Hic in imperio moderate ſe geſſit. Inter cætera namque bona hanc gratiam habuit, ut inimicitias in corde non retineret, in tantum, ut filiam prædicti Vitellii inimici ſui multis dotatam divitiis, nobiliſſimo traderet marito. Hic cum ab amicis moneretur, ut caveret ſe à Tametio Pompoſiano, de quo ſermo vulgabatur, quod regnaturus eſſet, conſulem illum fecit, alludens tali cavillo: Quando regnum acceperit, talis beneficii memor erit. Talibus ſæpe verbis jocularibus amicorum iras placavit. Cumque Romam incendiis ruinisque veteribus deſtitutam repararet, ac multa regno Romano adiiciens, cum Tito filio de ſuperatis Judæis triumpharet, cunctisque amabilis exiſteret, profluvio ventris feſſus, in villa propria circa Sabinos interiit, anno ætatis 79. Cujus anno primo Titus filius ejus Judæos inenarrabili fame cruciavit obſeſſos, premens eos diverſis inſtrumentis.

Dotat Veſpaſiani.

Inimicis benefacere.

Vide lib. 7. bel. Jud. apud Joſephum.

ANNI

ANNI VESPASIANI I.

ANno Dominicæ incarnationis 73. Hieruſalem à Tito capitur, non ſine multo ſuorum ſanguine. Subverſaq; civitate, ſexingẽta millia Judæorũ interfecit, ut Cornelius & Suetonius referũt, Joſephus verò, qui & Joſippus, unus ex Judæis, qui ei tunc bello præfuit, ſcribit undecies centena millia fame periiſſe, & gladio: & centum millia captivorũ publicè venundata. Ut autẽ tanta multitudo Hieroſolymis reperiretur, cauſam azymorũ fuiſſe refert, ob quæ ex omni gẽte Judæorum ad templum confluentes, urbe quaſi carcere ſunt incluſi. Oportuit enim, ut iiſdem diebus Paſchæ interficerentur, in quibus Salvatorem interfecerunt. Colligitur autem omne tempus in ſecundum annum Veſpaſiani, & ſubverſionẽ Hieroſolymorum noviſſimam à 15. anno Tyberii cæſaris, & ab exordio Evangelicæ prædicationis anni 42. à captivitate autem quã ab Antiocho paſſi ſunt Judæi, anni 200. à ſecũdo anno Darii quo reædificabatur templum, 590. à prima verò ædificatione ſub Salomone, anni mille 102. Anno domini 74. Veſpaſianus capitolium cœpit reædificare. Anno domini 75. ſeditio in Alexandria orta eſt. Anno domini 76. Coloſſus erectus eſt, habens altitudinem pedum 107. Anno domini 77. Joſephus hiſtoriographus claruit. Anno domini 78. tres civitates Cypri terræmotu corruerunt. Anno domini 79. peſtilentia Romæ tanta facta eſt, ut intra non multos dies decem fermè millia hominum morerentur. Anno domini 80. Veſpaſianus profluvio ventris mortuus eſt.

Corn. Tacitus hiſt. Aug. lib. 21

Occiſi & capti in bello Judaico.

Peſtis Romæ.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 81. ab urbe condita 831. Titus Veſpaſiani & Domicillæ filius, 8. ab Auguſto imperium ſuſcepit, & 2. annis, duobusque menſibus regnavit. Hic etiam Veſpaſianus ex nomine patris dictus eſt, vir in utraq; lingua, ſcilicet Græca & Latina diſertiſſimus, bellicoſiſſimus, moderatiſſimus, omniumq; genere virtutum mirabilis, adeò, ut amor & delitiæ generis humani diceretur. Tantæ verò largitatis erat, ut nulli à ſe petenti negaret. Cumq; reprehenderetur ab amicis cur hoc faceret: reſpondit, nullum debere ab Imperatore triſtem exire. quadam itaque die dum recordaretur in cœna, quòd ea die nulli quicquam præſtitiſſet, dixit aſſidentibus: Amici, hodie diem perdidi. Anno autem ætatis ſuæ 42. obiit in eadem villa qua & pater ejus. Tantus verò planctus fuit in urbe Roma pro morte ejus, quaſi orphani relinquerentur à patre.

Titus Veſpaſianus.

Suetonius, Non oportere ait à ſermone principis triſtem diſcedere.

ANNI TITI I.

PRimò igitur imperii ſui anno amphitheatrum Romæ ædificavit, in cujus dedicatione quinque millia ferarum occidit. Anno dominicæ incarnationis 82. Repentinum incendium Romæ per triduum fuit. Secundum Eccleſiaſticam hiſtoriam defuncto Lino, Anacletus ordinatur Papa, ſeditque annos 12. ſed alii hoc negant.

Domitianus.

ANNI DOMITIANI I

ANno Dominicæ incarnationis, 83. ab urbe condita 833. Domitianus Veſpaſiani & Domicillæ filius, frater Titi junior, nonus ab Auguſto regnare cœpit, & annis 15. ac menſibus ſex regnavit. Iſte primum finxit ſe miſericordem & modeſtum eſſe: mox Tyberio aut Caliguli vel Neroni ſimilior quam patri aut fratri, ad omnia vitiorum genera profectus eſt in tantum, ut pro ſceleribus omnibus ſecundo Chriſtianos perſequeretur, primus poſt Neronem: in qua perſecutione Johannem Apoſtolum & Evangeliſtam ob prædicationem verbi divini in Pathmos inſulam relegavit, & Flaviam Domicillam filiã ſororis Flavii Clementis, in Pontianam inſulã cum multis aliis exiliavit: multosque nobiles ex Romanis necavit. Hic dominum ac Deum ſe appellari ſcribique juſſit, nullamque niſi auream vel argenteam ſtatuam ſibi in palatio ſtatui permiſit. In tantã verò mentis ſegnitiem devenit, ut remotis omnibus, ſolus in palatio muſcarũ perſequeretur agmina. Quem cum quidã percunctaretur, an aliquis eſſet in palatio, reſpondit: Ne muſca quidem. Cumque odioſus eſſet omnibus, conjuratione ſuorum interfectus eſt in palatio, aſcita in conſilium uxore ſua Domitia, ob amorem Paridis Hiſtrionis, anno vitæ ſuæ 35. Funus ejus per veſpillones cũ ingenti dedecore exportatur, & ignobiliter eſt ſepultum, ſenatusque nomen ejus abradendum decrevit, ne quis eum imperatorem nominaret. Hic in arte ſagittandi tam doctus fuit, ut inter expanſos digitos hominis à longè ſtantis, ſagittam tranſmitteret.

Domitianus perſecutor Chriſtianorum.

Domitianus Deum appellari ſe vult.

Muſcas captare, & ſtilo præacuto configere Sueto.

Veſpillo vilis cadaverum funerator, qui veſpertino tempore efferre ſolet, ob inopiam.

Hic primo anno ſuo Eunuchos prohibuit. Anno Domini 84. Titus decreto ſenatus inter deos reputatur. Anno domini 85. Domitianus plurimos ſenatorum in exilium mittit. Anno domini 86. Anianus primus poſt Marcum Alexandriæ Epiſcopus, obiit, poſt 27. Epiſcopatus ſui annum. Cui Albinus ſecundus ſuccedit. Anno domini 87. Quintilianus ex Hiſpania Calagurritanus primus Romæ publicam ſcholam habuit, & ſalarium è fiſco accepit. Anno domini 88. Domitianus Mathematicos & Philoſophos urbe pepulit. Anno domini 89. Anacletus tertius à Petro Clementi ſucceſſit, ſedensque annis 12. menſes 10 paſſus eſt ſub Trajano, 6. Kal. Maii. Anno domini 90. Domitianus Forum & multa ædificia fecit. Anno domini 91. Hæreſis Menandri & aliorum multorum oritur. Anno domini 92 Domitianus de Dacis & Getmanicis triumphavit. Anno do-

Hic ceſſat Suetonius.

Quintilianus.

mini 93. Domitianus prohibuit vites in urbibus seri. Anno domini 94. Domitianus persecutionem secundam in Christianos primus post Neronem movit, juxta Ecclesiasticam historiam, in urbe Roma. Anacletus 2. annis in episcopatu exactis, sacerdotii sedem Clementi tradidit, quam ille novem annis tenuit. Anno domini 95. Domitianus multos nobilium perdidit. Anno domini 96. Dionysius Ariopagita primus Athenienſium Episcopus à Paulo Apostolo constitutus, sed postea in Gallias prædicator directus, apud Parrhisium decollatus est, cum Rustico & Eleutherio, sub Sisinno præfecto, anno a passione domini 64. Anno domini 97. Flavia Domicilla in insulam Pontianam exiliata est. Anno domini 98. Domitianus à suis interfectus est.

Dionysius Ariopagita, Act. 5.

ANNI NERVÆ

ANno Dominicæ incarnationis 99. urbis verò conditæ 849. Nerva Coccejus oppido Narniensi genitus, mediæ nobilitatis, admodum senex, decimus ab Augusto susceptit imperium, regnavitq; anno uno, mense quatuor, dies octo. Hic in prima vita moderatus & ibrenuus, in imperio civilissimum se & æquissimũ præbuit. Hic ex decreto senatus constituit irritum fieri, quicquid Domitianus fieri jussit: & edicto suo exules omnes revocavit. Unde & sanctus Johannes Apostolus ab exilio Ephesum rediens, & Ecclesiam hæresibus turbatam inveniens, hortatu fratrum Evangelium scripsit, quo fidem rectam cõfirmavit. Nerva verò a doptato in regnum Trajano, morbo confectus obiit mense quinto anni secundi imperii sui, ætatis anno 72.

Dion Cassius Nerva, omnes qui impietatis in Deos rei fuerant, absolvi voluit, Christianos intelligens.

ANNI TRAIANI.

ANno Dominicæ incarnationis centesimo, urbis verò conditæ 850. Ulpius Trajanus Crinitus ex urbe Tudertina genitus, genere Hispanus, ex familia antiqua magis quàm clara, cum tamen pater ejus consul esset, apud Agrippinam nobilem Galliæ civitatem imperator factus est, regnavitq; undecimus ab Augusto annis 19. mensib. 6. diebus 5. Hic Rempublicam ita administravit, ut omnibus principibus meo [illegible] anteponeretur. Nam cum duo sint quæ ab egregiis principibus expetantur, sanctitas domi, in armis fortitudo, utrobiq; potentia, tantus in eo maximarum rerũ fuerat modus, ut quasi temperamento quodã virtutes miscuisse videretur, nisi quòd cibo vinoq; paululũ deditus erat, laboris patiens fuit. justitiæ jurisq; humani & divini tam repertor novi, qua veterũ custos. Multa Romano Imperio adiciebat, multa beneficia per totum orbem quibusq; præstabat, fuit enim bellicosus, & in omnibus bonis studiosus: Hunc cum amici culparent, quòd nimium communis esset erga omnes, respondit, Imperator talis esse debet erga subjectos, quales se erga Imperatores esse optaret, ipse privatus. Hujus ergo imperium credebatur divinitus datum, in remedium perditi & prostrati senatus Romani, pro eo quòd pleraque magnifica illud denunciaverint, in quibus illud præcipuũ, quod cornix è fastigio capitolii Attico sermone clamavit, ἴσα πάντα καλῶς. Hic postea deceptus errore, cũ persecutionem tertiam moveret in Christianos, & Plinius secundus, qui inter cæteros judices, ut Tertullianus refert persecutor datus erat, ei suggereret, eos homines nihil morte dignum gerere, nisi quòd his non immolarent, & Christum veluti Deum ante lucem surgentes laudarẽt, à malis verò omnibus abstinerent, rescripsit ei Trajanus, Christianos pro fide nullatenus inquirẽdos, sicq; persecutio sedata est. Igitur Trajanus post ingentem gloriam bello, domiq; quæsitam, è Perside rediens, apud Seleuciam Isauriæ profluvio ventris extinctus est, anno vitæ suæ 63. mense primo, die 4. Mense vero 6 anni vicesimi regni sui. Cujus exuti corporis cineres in urna aurea relati Romam, humari sunt in foro Trajani, suò ejus columna, cujus altitudo 140. pedes habet, & imago suppositæ est triumphantium more invectæ, senatu & exercitu præeunte, solusq; omnium intra urbẽ sepultus est. Hujus memoriæ tantum delatum est, ut usq; ad nostram ætatem non aliter in senatu principibus acclamaretur, nisi fœlicior Augusto, melior Trajano.

Trajanus Coloniæ fit Imperator.

Duæ dotes Principum, sanctitas domi, fortitudo in armis.

Divinitus datus Trajanus in remedium perditi & prostrati senatus.

Plinius secundus.

Tertullianus de Antelucanis coetibus in Apologet. cap.

Quidam veneno interfecta putant, Dion Cassius Acclamationes.

Johan. Evangelista mortuus.

Trajanus præ cæteris mitis.

Parthi a Trajano domiti.

Arabiam & Assyriam domat Dion Cass.

Ignatius bestiis traditur, unde Surius, & Laurentius excutiet historia.

Quinquecim Episcopi Hierosolymorum usq; ad tempora Adriani Cæsaris, Hebræi fuerunt. Euseb. lib. 4. cap. 5.

Hujus anno primo Johannes Apostolus & Evangelista apud Ephesum obdormivit, anno à passione Domini 68. vitæ suæ 99. Alexandriæ tertius ordinatur Episcopus Cerdo, qui sedit ibi annis undecim. Anno domini 101 Nerva, jussu senatus, inter Deos refertur. Anno domini 102. Anno domini 103. Evaristus Papa quartus ordinatur, sedẽsq; annis octo, patitur sub Trajano, 6. kal. Novemb. Anno domini 104. Trajanus multos Romano subjecit Imperio. Anno domini 105. Anno domini 106. Trajanus de Dacis & Scythis triumphavit. Anno domini 107. Terræmotu quatuor urbes Asiæ subversæ sunt. Anno domini 108. Anno domini 109. Trajanus persecutionem quartam movit in Christianos, in qua Simon, Cleopæ filius, qui in Hierosolymis Episcopatum tenuit post Jacobum, crucifigitur, cum esset centum viginti annorum, pro quo Jussus ordinatur Ignatius quoq; secundus. Antiochiæ Episcopus, Romam adductus, bestiis traditur, pro quo tertius Heron constituitur. Anno domini 110. Plinius secundus clarus habetur, & pro Christianis agit. Anno domini 111. Alexander quintus Romanæ Ecclesiæ Papa ordinatur, sedensq; annis decem, cum Eventio & Theodolo patitur 5. Non. Mai. sub Hadriano duce Aureliano. Quartus Alexandriæ ordinatur Episcopus nomine Primus, sediq; annis 12. Anno domini 112. Anno domini 113. Tres civitates Galatiæ terræmotu corruerunt. Anno domini 114. Hierosolymæ quartus ordinatur Episcopus Zacheus, post quem Tobias quintus, Beniamin sextus, Johãnes septimus, Matthias octavus, Philippus nonus,

nonus, Seneca decimus, Justus undecimus, Levi duodecimus, Effrem tredecimus, Joses, vel Joseph decimus quartus, Judas decimus quintus. Hi quindecim ab Apostolis usq; ad eversionem & restaurationem Hierusalem, quæ sub Hadriano facta est, ex circumcisione præfuerunt Hierosolymis à passione Domini per annos ferè centum & sex. Anno domini 115. Trajanus Armeniam, Assyriam, & Mesopotamiam fecit provincias. Anno domini 116. Anno domini 117. Salaminam Cypri urbem subverterunt Judæi. Anno domini 118. Trajanus profluvio ventris moritur. His temporibus apud Asiam supererat adhuc, & florebat ex Apostolorum discipulis Polycarpus Smirneorum Ecclesiæ Episcopus, & Papias similiter apud Hierapolim sacerdotium gerens. *Polycarpus*

H. HADRIANUS.

ANno Dominicæ incarnationis, centesimo 19. urbis conditæ 870. Helius Adrianus genere Italicus, filius Hadriani, qui fuit consobrinus Trajani, de Hadria civitate, agri Piceni, unde & mare Adriaticum dicitur, duodecimus ab Augusto Imperator efficitur; regnavitq; annis 21. Hic licet esset filius consobrini Trajani, noluit tamen eum adoptare: sed sine voluntate ejus factus est Imperator, operam tamen dante Plotina uxore Trajani. Unde & gloriæ Trajani invidens, tres provincias reliquit, quas Trajanus adjecit, Armeniam, Assyriam, & Mesopotamiam. Hic eruditissimus & facundissimus fuit græcolatino sermone, acutus nimis ad interrogandum & respondendum, ordinata respondens ordinatis, jocosa jocosis, maledica maledicis, cantilenam cantilenis, ficta fictis, ita ut præmeditatum crederes eum contra omnia. In omnibus enim studia Athenienſium ſeautus est, in loquendo, in canēdo, in psallendo, in medicina arte discenda, in musica, in geometria. Item pictorum & figulorū scientiam habuit, & omnia hæc perfecte didicit: aliaq; multa, ita ut rata esset res illi non experta, & super quā credi possit, hæc in memoria retinebat: loca, res, causas, milites, & eos quos nunquam videbat, propriis nominibus appellabat. Fuit homo varius, & multiplex ac multiformis: dissimulator in bono & malo. Et ut bonum se ostenderet, vitia quæ habebat, callide abscondebat. Hic per Quadratum, Apostolorum discipulum, & per Aristidem Atheniēsem, virum fide, sapientiaq; plenum, & per Serenū Granium legatum, libris de Christiana religione compositis instructus, mitior Christianis efficitur. Multos labores sustinuit, orbem circumeundo, & multa reparādo. Alexandriam & Hierosolymā dudū subversas, restauravit. Judæos denuo rebelles ultima cæde perdomuit, ablata eis licentia, Hierosolymam introeundi, quam ipse in meliorem statum, in eo loco, ubi Dominus extra portam crucifixus est, restauravit: Heliam de suo nomine vocavit. Obiit in Campania apud Bajas, morbo subcutaneo, anno ætatis suæ 62. imperii 21. mense 10. *Adrianus græce & latine eruditus.* *Quadratus Adriano principi, Eleusina sacra invisenti librum pro nostra religione tradidit, & tanta admirationis fuit, ut à persequutione gravissima illius sedaret ingenium R. Volate.*

ANNI H. HADRIANI.

PRimo anno suo Alexandriam publicis restauravit impensis. Anno domini 120. Senatus inter Deos refert Trajanum. Anno domini 121. Alexander Papa passus est, cui succedens Sixtus Papa 6. sedit annis 9. patiturq; sub Hadriano 8. Idus Aprilis. Anno domini 122. Justus Alexandriæ quintus ordinatur. Anno domini 123. Anno domini 124. Anno domini 125. Anno domini 126. Saturnides & alii duo hæresim condiderunt. Anno domini 127. Anno domini 128. Quadratus Apostolorum discipulus, & Aristides Athenienſis noster philosophus, libros de fide composuerūt. Anno domini 129. Anno domini 130. Telesphorus Papa 7. ordinatur, sedensq; annis 10. patitur sub Hadriano, Nonas Januar. Hic constituit missas in sancta Dominicæ Nativitatis nocte celebrari, & tempore sacrificii gloria in excelsis cantari. Antiochiæ 4. Episcopus Cornelius ordinatur. Anno domini 131. Nicopolis & Cæsarea terræmotu corruerunt. Anno domini 132. Eumenes Alexandriæ 6. ordinatur, sedit annis 13. Anno domini 133. Anno domini 134. Anno domini 135. Anno domini 136. Anno domini 137. Hierosolyma ab Helio Hadriano restaurata, & ab ejus nomine Helia vocata est. Anno domini 138. Marcus Hierosolymæ ordinatur Episcopus primus ex gentibus, oū antea fuerint 25. ex circumcisione. *Apologia Quadrati pro Christianis. Quinquaginta arces dirutæ, vici. 985. diruti & igne consumpti, vide Dionem. Cas.* *Telesphorus Papa.*

Anno domini 139. Hadrianus morbo subcutaneo moritur. Hoc regnante, Aquila Ponticus sacras scripturas de Hebræo transtulit in Græcum. *Hadrianus Phrisi consumptus. Dion. Cass.*

ANNI ANTONINI I.

Anni ab initio mundi quatuor mille & centum.

ANno dominicæ incarnationis 140. urbis cōditæ 891. Antoninus Fulvius Bojonus, qui propter clementiam postea cognominatus est Pius, genere claro, sed nō admodum vetere, tertius decimus ab Augusto sortitus est Imperium, regnavitque annis 22. mensibus 3. Iste ab Hadriano adoptatus est in filium, cujus & gener fuit, vir insignis, & qui merito Numæ Pompilio conferatur, sicut & Trajanus Romulo æquatur. Vixit ingenti honestate privatus, major in Imperio, nulli acerbus, cunctis benignus, in re militari gloriæ moderator, defendere magis provincias quàm ampliare studens, viros æquos ad ministrandam rempublicam quærens. Et cum orbem terræ nullo bello per annos 22. autoritate sola rexerit, adeò tremebāt eū, & amabāt cūcti reges & nationes populi, ut parentem sive patronum magis quàm dominum vel Imperatorem eum reputarent, omnesq; in morem cœlestium propitium optantes, de controversiis inter se judicem poscerent. Obiit anno vitæ suæ 77. *Antoninus dodecimus tertius ab Augusto.* *Antoninus pius, non decimus.*

ANNI TRAIANI.

PRimo hujus anno Iginus Papa octavus ordinatus, ſedit annis 4. deceſſitq; 4. Idus Januar. Hic clerum conſtituit, & gradus diſtribuit. Anno domini 141. Valentinus & Cerdo Eccleſiam impugnant hæreſi. Anno domini 142. iidem hæreſiarchæ Romam venerunt. Anno domini 143. Juſtinus Philoſophus librum pro Chriſtiana religione compoſitum Antonino obtulit, eumque benivolum erga Chriſtianos fecit. Anno domini 144. Pius Papa nonus, ſedit annis 15. migravit 5. Idus Julii. Anno domini 145. Antiochiæ quintus conſtituitur Epiſcopus Heros. Anno domini 146. Alexandriæ ſeptimus ordinatur Marcus, per annos 10. Anno domini 147. Anno domini 148. Anno dom. 149. Anno domini 150. Apollonius Stoicus Calchidicus claruit. Anno domini 151. Anno domini 152. Anno domini 153. Creſcens quidam Cynicus Philoſophus, in Juſtinum noſtri dogmatis philoſophum perſecutionē movit, quia illum guloſum & philoſophiæ prævaricatorem eſſe coarguit, in qua perſecutione Juſtinus gloriosè pro Chriſto ſanguinem fudit. Anno domini 154. Antoninus commotus hæreſi Creſcentis, univerſis Aſiæ plebibus ſcripſit epiſtolam pro Chriſtianis. Anno domini 155. Alexandriæ Celadion ordinatur 8. qui ſedit annis 14. Anno domini 156. Anno domini 157. Anno domini 158. Anno domini 159. Anicetus Papa decimus ordinatur, qui ſedit annis decem. Sub quo Polycarpus Romam veniens, multos correxit, quos Valentini & Cerdonis error ſubvertit. Hic ergo Anicetus conſtituit, ut clerus comam non nutriat, paſſusq; eſt ſub Marco & Severo 16. kalen. Maij. Anno domini 160. Hieroſolymæ poſt Marcum ordinatur Caſſianus, 17. deinde Publius 18. Maximus 19. Julianus 20. Gajanus 21. Symmachus 22. Gajus. 23. Julianus 24. Capito 25. Ann. dom. 161. Antoninus obiit apud Lorium villā ſuam.

Iuſtini Apologia pro Chriſtianis.

Antonini Apologia pro Chriſtianis.

Clerum comam non nutriat.

HISTORIA.

ANno domini 162. ab urbe condita 913. Marcus Aurelius Antoninus Verus, quartus decimus ab Auguſto Imperium adeptus eſt, in quo regnavit annis 19. Iſte haud dubie nobiliſſimus fuit, quippe cujus origo paterna à Numa Pompilio, materna verò à Solone rege pendebat. Hic omnes virtutes, & cœleſte habebat ingenium, & in calamitatibus publicis factus eſt quaſi defenſor, & ſi in illis temporibus ipſe non fuiſſet, ſine dubio gloria Romana periſſet. Iſte propinquum ſuum Lucium Annium Severum, qui erat gener Antonini Pii, nova benivolentia conſortem Imperii fecit, tumq; primum Romana res publica duobus æquo jure imperium adminiſtrantibus paruit, cum uſque ad illos ſemper ſingulos habuiſſet Auguſtos. Hi bellum contra Parthos geſſerunt, ad quod tamen Lucius Annius Severus petrexit, multaq; & ingentia per ſe, ducesq; ſuos peregit, rediensq; cum victoria in Venetia obiit, anno Imperii 11. ictus caſu morbi quem Graci ἀποπληξίαν vocant. Sicque Marcus Antoninus iterum ſolus Imperium obtinuit.

Marcus Aurelius Anto. Verus, alias Philoſophus dictus.

Marcomannis Quadis Septentrionē enim ſeviente; inde Perſis Orientem vaſtantib. vide B. Egnat.

ANNI ANTONINI VERI.

PRimo hujus anno Vologeſus rex Parthorum, poſt victoriam Trajani, tūc primum rebellans vicinas ſibi Romanas provincias depopulatus eſt, contra quem Lucius Annius profectus eſt. Anno domini 163. Lucio Cæſari Athenis ſacrificanti ignis in cœlo ab Oriente, in Occidentem viſus eſt ferri. Anno domini 164. Fronto orator inſignis habetur, qui Marcum Antoninū Verum latinis literis erudivit. Anno domini 165. Seleucia urbs Syriæ, cum 300. millibus hominum à Romanis capta eſt. Anno domini 166. Anno domini 167. Orta perſecutione quarta à Nerone, ſub his regibus Polycarpus, & Pionius, & alii multi paſſi ſunt. Anno domini 168. Anno dom. 169. Sother Papa 11. ordinatur, ſedensq; annis 9. deceſſit 11. kal. Maij. Agrippinus Alexandriæ nonus ordinatur Epiſcopus. Anno domini 170. Theophilus vir ſapiens ordinatur Antiochiæ Epiſcopus 6. Anno domini 171. Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus clarus habetur, Sed & Pynetus Cretenſis Epiſcopus, Melito Sardenſis, Philippus & Apollinaris, Muſanus & Modeſtus, & præcipue Hierenæus Lugdunenſis Epiſcopus.

Fronto Orator.

Egeſippus quoq; his temporibus claruit, qui ſub Aniceto Papa Romam veniēs, uſq; ad Eleutherium Papam permanſit, multaq; ingenii ſui monimēta reliquit. Anno domini 172. Lucius Annius Severus obiit, & Aurelius Marcus Antoninus Verus regnum ſolus obtinuit, ſed Lucium Commodum filium ſuum regni conſortem fecit. Anno domini 173. Melito Sardenſis Epiſcopus, Apologeticum Antonino Imperatori pro Chriſtianis dedit. Anno domini 174. Anno domini 175. Anno domini 176. Anno domini 177. Antiochiæ 7. ordinatur Maximus. Anno domini 178. Eleutherius Papa 12. ordinatur, ſedensq; annis 13, deceſſit 8. kalen. Junii. Ad hunc Lucius rex Britanniæ literas miſit, rogans ut baptizaretur, quod & impetravit. Anno domini 179. Anno domini 180. Antoninus in Pannonia moritur.

Egeſippus.

Melitonis apologeticum pro Chriſtianis.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 181. urbis verò conditæ 932. Lucius Aurelius Cōmodus Antoninus, filius Antonini Veri 15. ab Auguſto imperiū accepit, & annis 12. ac menſes 8. regnavit, nihil paternum habens, niſi quòd contra Germanos & ipſe fœliciter pugnavit. Hic Septembrem menſem ad nomē ſuū transferre conatus eſt, ut Cōmodus diceretur. In luxuriis & omni ſorde vixit, Senatores multos interfecit, maximè quos vidit nobilitate & ſapientia præcellere, inter

quos

Digitized by Google

quos & Salvium Julianum legislatorem occidit. Huic Martia Libertini generis uxor fuit, forma & meretriciis artibus pollens. Quæ cum animum ejus penitus devinxisset, egresso è balneo, veneni poculũ obtulit, ammissoq; ei fortissimo palestrita in domo Vestiliani, eũ strangulari fecit: anno ætatis suæ 32. Qui in tãta execratione fuit omnib. ut hostis humani generis etiã mortuꝰ judicaretur.

Martia venenum propinat Commodo.

ANNI COMMODI.

Hic primo Imperii sui anno de Germanis fœliciter triumphavit. Julianus Alexãdriæ 10. ordinatus, sedit annis decem. Anno domini 182. Anno domini 183. Anno domini 184. Hierosolymis ordinatur Maximus Episcopus 26. post quem Antoninus 27. Valens 28. Dulichianus 29. Narcissus 30. Helius 31. Germanio 32. Gordius 33. item Narcissus 34. horum Episcopatus anni & tempora non sunt cognita. Anno domini 185. Anno domini 186. Anno domini 187. Anno domini 188. Origines Alexandriæ nascitur. Anno domini 189. Anno domini 190. Anno domini 191. Victor Papa 13. ordinatur, sedensq; annis 10. patitur sub Severo Septimo 12. kalen. Mart. Demetrius ordinatur Alexandriæ 11. seditq; annis 43. Anno domini 192. Serapion Antiochiæ ordinatur Episcopus 8. Anno domini 193. Aurelius Commodus, omnibus incommodus strangulatur. Anno Dominicæ incarnationis 194. urbis conditæ, nonagesimo 45. Helius Pertinax, sextusdecimus ab Augusto, suscepit Imperium, regnavitq; menses sex. Hic ex libertino patre in Liguria natus, cum præfecturam urbis ageret jam septuagenarius, ex senatus cõsulto suscepit Imperium, coactus & repugnans: unde & Pertinax dictus est, per multos labores ad summos provectus honores. Qui in tantum certavit, ut fortunæ pila vocaretur. Hic obsecrante senatu, ut uxorem suam vocaret Augustam, filiumq; suum Cæsarem, sufficere, inquit, debet, quòd ego ipse invitus regnavi, cum nõ merer. Hunc septimo mense, sive ut alii volunt, octogesimo primo die occidit in palatio Didius Salvius Julianus Jurisperitus, Mediolanensis, vir nobilis, nepos Salvii Juliani illius, qui sub divo Hadriano leges composuit, factiosus, præceps, regni avidus. Occiso autem Helio Pertinace, idem Julianus rempublicam invasit, sed non ultra septem menses regnavit. Hoc enim tempore Niger Pescenius apud Antiochiam, & Severus Septimus in Sabaria Pannoniæ, elevantur Imperatores. Ab hoc Severo Julianus bello civili victus est apud Pontum Milvium, & fugiens in palatium, captus est: & extenta cervice, more damnatorum, decollatus est.

Episcoporũ Hierosolymorum nomina.

Commodus omnibus incommodus.

Pertinax fortunæ pila.

Julianus rempub. invadit

Sabaria Colonia divi Claud. Plin. lib. 3. cap. 24.

HISTORIA.

Anno Dominicæ incarnationis 195. ab urbe condita nongentesimo 46. Severus Septimus adeptus est Imperium, septimus decimus ab Augusto, regnavitq; annis 17. menses 3. Iste oriundus ex Africa, solus omnium memoria ex Africa Imperator fuit. Primum fisci advocatus fuit: mox militaris tribunus, per multa deinde & varia officia, usq; ad ministrationem totius publicæ rei pervenit. Et quia Helium Pertinacem ultus est in Juliano, Pertinacem se dici voluit. Bella multa fœliciter egit. Ex quibus maximum in Britannia, ubi ut receptas provincias in securitate teneret, vallum firmissimum crebris turribus superpositis, per 132. passuum à mari ad mare perduxit, ibiq; apud Eburacum moritur, anno vitæ suæ 65. Imperii 17. Duos filios reliquit, Bassianum & Getam, sed Geta hostis publicus judicatus est. Bassianum vero successorem reliquit, cui nomen Antonini imponi voluit. Hujus tempore persecutione quinta in Christianos facta, multi pro fide Christi coronati sunt, inter quos & Leonides, pater Origenis martyrizatus est. Hoc regnante Samarites quidam Symmachus, Judæorum factus proselitus, item divinas scripturas ex Hebræo in Græcum transfudit, suamq; editionẽ condidit. Sed hic, ut in Ecclesiastica historia legitur, Hebioneus fuit, quę est hæresis, asserens Christum de Joseph & Maria natum, purum hominem fuisse, & legem ritu Judæorum servandam esse. Commentarios etiam quosdam idem conscripsit, in quibus conatur de Evangelio secundum Matthæum, autoritatem suæ hæreseos cõfirmare. Post hunc, anno penè tertio, Theodotio Ponticus item suam in eodem opere editionem fecit.

Severus decimus septimus ab Augusto.

Bassianus.

Geta.

Sub Severo multi martyres.

Symmachi translatio Euseb. li. 5 ca. 14.

Theodotio.

ANNI SEVERI.

Primo anno suo Severus Julianum interfecit, seq; Pertinacem appellari præcepit. Anno domini 196. Clemens Alexãdrinę Ecclesię presbyter, & Pantheaus Stoicus, Philosophus in disputatione dogmatis nostri, disertissimi adhuc floruerunt. Anno domini 197. Narcissus Hierosolymitanus, Episcopus, & Theophilus Cæsarienses, Polycarpus quoq; & Bachulus Asianę provinciæ, Episcopi insignes habentur. Anno domini 198. Quæstione orta in Asia, inter Episcopos, an secundum legem Moysi 14. die mensis primi Pascha celebrandum esset, Victor Papa, datis late libellis constituit, die dominico Pascha celebrari, sicut & prædecessor ejus Eleutherius, à 14. luna primi mensis, usq; in vicesimam primam. Cujus decretis favens Theophilus Cæsariæ Palestinæ Episcopus, cum cæteris Episcopis, qui in eodem cõcilio erant, scripsit synodicam epistolam, valde utilem adversus eos, qui cũ Judæis Pascha celebrant. Anno domini 199. Anno domini 200. Severus Parthos & Arabas superat. Anno domini 201. Anno domini 202. Anno domini 203. Zepherinus Papa 14. ordinatur, sedensq; annis 18. migravit 7. kalend. Septemb. Anno domini 204. Persecutio quinta facta est in Christianos, in qua inter multos alios Lnonides pater Origenis, passꝰ est pro Christo. Ipse vero Origenes octavum decimũ agens ætatis annum, in multisq; proficiẽs, grammaticam

Clemens.

Panthenus.

Quæstio de Pascha, de qua multa in Eusebio, & quod pro hac quæstione nulla in ecclesia Dei dissensio oriri debeat.

Et quomodo Eucharistiã solemniter transmiserint. Euseb. li. 5. cap. 24.

Digitized by

etiam gentiles docebat, multosque ad fidem convertebat, inter quos Plutarchum, & fratrem ejus Heraclem, quorum Plutarchus etiam martyrii palmam consecutus est: Heracles verò post Demetrium, Alexandriæ prælatus est. Anno domini 205. Alexander ob confessionem Christi habetur clarus. Anno domini 206. Anno domini 207. Perpetua & Fœlicitas bestiis reputantur Carthagine. Anno domini 208. Anno domini 209. Severus bellum in Britannos transfert. Anno domini 210. Tertullianus omnium ore celebratur. Anno domini 211. Origenes Alexandriæ studet. Anno domini 212. Severus Eburaci moritur in Britannia.

HISTORIA.

Bassianus. M. Anto. Caracalla. Antoniana Caracalla dictus Spart. & Eutropius lib. 8.

ANno dominicæ incarnationis 213. ab urbe condita nongentesimo 65. Marcus Antoninus Bassianus Caracalla, filius Severi, 18. ab Augusto, successit patri in Imperium: regnavitque annis sex, mensesq; duos. Hic Bassianus à nomine avi materni dictus, rogatu patris à senatu appellatus est Antoninus. Et quia plurimas vestes è Gallia deferens, talares caracallas ex his fecit, populumq; his vestibus indutum ad salutandũ se ingredi præcepit, Caracalla nuncupatus est. Hic morum ferè paternorum paulo fuit asperior & minax, impatiens fuit libidinis, in tantum, ut novercam suam Juliam duxisset uxorem. Hic conspecto Magni Alexandri corpore, Magnum se atq; Alexandrum jussit appellari. Adulantium fallaciis eò perductus, ut truci fronte & ad levum humerum conversa cervice, quod in ore Alexandri notaverat, incedens, fidem vultus simillimi persuaderet sibi.

Is adversum Parthos moliens expeditionem, apud Edissam secedens ad officia naturalia, à milite Macrino qui quasi ad custodiam sequebatur, interfectus est anno ætatis suæ quadragesimo quarto.

ANNI ANTONINI CARACALLÆ.

PRimo hujus anno Asclepiades Episcopus 10. Antiochiæ ordinatur, Anno domini 214. Alexander Episcopus Cappadociæ cum locorum sanctorum desiderio Hierosolymam tenderet, vivente adhuc Narcisso Episcopo ejusdem urbis 30 persenilis ætatis viro, & ipse ibi ordinatus est Episcopus, domino ut id fieret, per revelationem præcipiente. Hic itaque Narcissus miræ sanctitatis vir fuit, qui inter plurima virtutum insignia, in vigiliis Paschæ, cum oleum luminaribus deesset, aquam infundi jussit, quam benedicens, oleum fecit. Postea à quibusdam male sibi conscii, cum judicium ejus formidassent, noxio quodam crimine infamatus est: quorum unus ita ut non igni consumeretur, vera se dicere testabatur, alius ne regio morbo corrumperetur: tertius ne luminibus privaretur. Et quamvis nullus qui vitam ejus noverat, illis licet jurantibus crederet, ille tamen molestias non ferens, & quietam vitam diligens, subterfugit, & in secretioribus locis per annos delituit. Primus autem ille testis, ex parva scintilla nocte domo sua succensa, cum omni familia igni consumptus est: alius regio morbo à pede usque ad verticem corruptus est: tertius priorum cernens exitum, tandem confessus est reatum suum, & eo usque perstitit in fletibus. Narcissus vero cum non inveniretur, necessarium visum est Episcopis, ut ordinarent pro eo alium, cui nomen Helius: cui post parvum tempus successit Germanio, & huic Gordius. Cum ecce subito quasi redivivus apparuit Narcissus, reversusque rogatu fratrum, loco suo est restitutus, cui jam centum & sedecim annorum, Alexander divino monitu vivo successit, & cum eo Ecclesiam strenue rexit. Anno domini 215. Anno domini 216. Anno domini 217. Anno domini 218. Anno domini 219. Editio quam nominamus quintam, Hierosolymis est inventa. Anno dominicæ incarnationis 220. ab urbe condita nongentesimo. 71. Opilius Macrinus qui præfectus erat prætorii, 19. ab Augusto, Imperator efficitur ab exercitu, cum Diadumeno filio suo: regnansque annum unum, & menses duos, ab eodem exercitu apud Archelaidem tumultuante occiditur cum filio suo. Antiochiæ ordinatur Philetus Episcopus undecimus.

Narcissus.

Hæc Euseb. in histor. Ecclesiastica lib. 6. cap. 7.

Vindicta divina in testes perjuros.

Germanio.

Opilius Macrinus imp. Vide Iuliam Capitol.

HISTORIA.

M. Ant Aur. Verus alias Getadictus. Vide Aelium Spar.

ANno dominicæ incarnationis 231. urbis verò conditæ nongentesimo 72. Marcus Aurelius Antoninus Varus, qui putabatur filius Antonini Caracallæ, ex consobrina sua occulte stuprata, 20. ab Augusto imperator factus, regnavit annis quatuor. Hujus matris avus Bassianus, sacerdos fuit solis, quem Phœnices Heliogabalum nominant, unde & iste Heliogabalus dictus est, sacerdos & ipse in templo Heliogabali. Is cum Romam ingenti militum & senatus expectatione venisset, ptobris omnibus se contaminavit, impudicissime vivens, nullũ obscœnitatis genus omisit. Unde & cupiditatẽ stupri, quam naturæ defectu assequi nondũ poterat, in se transferens, muliebri nomine Bassianã se pro Bassiano jussit appellari, vestalem virginẽ quandã quasi in matrimonio jungensque sibi, abscisisq; genitalibus, matri magnæ se consecravit. Hic Marcellum consobrinum suum, qui postea Alexander dictus est, cæsarem fecit. Post triennium verò & menses 8. ex quo regnare cœpit Romæ tumultu militari cum matre sua interfectus est, anno ætatis 16. corpusque ejus per urbis vias, more canini cadaveris, tractum est à militibus, cavillo militari appellantibus eum, indomitæ rabidæque libidinis catu-

nis catulam. Hyppolitus Epiſcopus multorum conditor opuſculorum, canonem temporum quæ ſcripſit, huc uſque perduxit, qui etiam ſedecennalem paſchæ circulum reperiens, Euſebio qui decennovenalem compoſuit, occaſionem dedit. *Hyppoliti opera.*

ANNI AVRELII.

PRimo Aurelii anno, Caliſtus papa 15. ordinatus, ſedit annis quinque, paſſusque eſt ſub Alexandro Imperatore, 2. Idus Octobris. Anno domini 222. Anno domini 223. Nicopolis quæ prius Emmaus vocabatur, condita eſt, legationis induſtriam pro ea ſuſcipiente Africano temporum ſcriptore. Anno domini 234. Aurelius militari tumultu occiditur.

HISTORIA.

ANno dominicæ incarnationis, 225. à conditione urbis nongenteſimo 76. Aurelius Severus Alexander, ignobilis fortunæ, 21, ab Auguſto Imperator factus eſt juvenis admodum, ab exercitu Cæſar nominatus, à ſenatu Auguſtus: regnavitque annis 13. Hic Mammeam matrem ſuam pie & unice dilexit, pro quo omnibus placuit. Illa verò ei multum dominata, eo uſque illum coegit, ut illa ipſa permodica, ſi qua menſæ ſupereſſent quamvis ſemeſa, alteri convivio reſervarentur. Quæ tamen poſtea Origenem presbyterum audire curavit: eumque Antiochiam vocatum, honorifice tractavit, & eo audito, Chriſtiana facta eſt. Alexander itaque ſuſcepto bello adverſus Perſas, Xerſen regem glorioſiſſime vicit, militarem diſciplinam ſeveriſſime rexit, Romæ quoque favorabilis & amabilis fuit. Cujus tempore Taurinus in oriente ſumpſit imperium, Julianus Maximus in Gallia. Alexander verò apud Mogontiacum poſitus, cum videret ſe à militibus deſeri, optavit ut aliquis eum occideret. Cunaque ei unus cum gladio occurriſſet, ille obvoluto capite cervicem præbuit, ſtatimque periit, anno vitæ 26. imperii 13. Sub cujus impetio, in Neapoli Actiaca, id eſt, in Epiro, editio quã ſextam dicimus inventa eſt. *Aurel. Alexander Severus.* *Mammea fit Chriſtiana ſub Origene.* *Alexãder Mogontiæ occiditur.*

ANNI ALEXANDRI.

HIc primo regni ſui anno, Xerſen regem Perſarum vicit. Anno domini 226. Urbanus Papa 16. efficitur, ſedensque annis 8. multos convertit ad fidem, & ad martyrium exhortatus eſt. ipſeque paſſus eſt ſub Alexandro. 8. kal. Junii. Anno domini 227 Anno domini 228. Ulpianus juris conſultus, aſſeſſor Alexandri claruit. Anno domini 229. Anno domini 230. Anno domini 231. Antiochiæ conſtituitur Zebennus epiſcopus 11. Anno domini 232. Anno domini 233. Ann. dom. 234 Pontianus papa 17. ordinatus, ſedit annis ſex, paſſusq; eſt ſub Maximino 12. kal. Decemb. Heracleas Alexandriæ ordinatur 12. Anno domini 235. Origenes de Alexandria in Paleſtinæ Cæſaream tranſit. Anno domini 236. Anno domini 237. Alexander Mogontiæ occiditur.

ANNI MAXIMINI.

ANno Dominicæ incarnationis, 238. urbis conditæ nongenteſimo 89. Julius Maximinus genere Trax, ordine miles, 22. ab Auguſto imperator factus eſt, ſola militũ voluntate, ſine ſenatus autoritate, regnavitque annis tribus. Hic perſecutionẽ ſextam à Nerone in Chriſtianos exercuit. Hujus tempore duo Gordiani, pater & filius imperium arripuerunt, ſed unus poſt unum interierunt. Maximinus autem bello adverſus Germanos ſuſcepto, & fœliciter acto, apud Aquilejam à Puppieno quodam interfectus eſt cum filio adhuc puerulo, cunctis militari joco clamantibus, ex peſſimo genere nec catulum habendum fore. Anno domini 239. Maximinus perſecutionem ſextam movit in Chriſtianos: in qua cum Pontianus papa occubuiſſet, Antherus ei ſucceſſit 18 papa: ſed poſt menſem unum, dieſque tredecim, & ipſe paſſus eſt, 3. Non. Januarii. Anni ab initio mundi 4 mil. 200. Anno domini 240 Fabianus papa 19. ordinatur, ſedens annis 13. & menſibus 11. paſſus eſt ſub Decio, 13. kalend. Feb. Maximinus imperator Aquilejæ occiditur. Antiochias Babylas ordinatur 12. *Maximinus Trax.* *Perſecutio in Chriſtianos. Vide 9. lib. Euſebii in aliquot capitibus.*

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 241. ab urbe condita nongenteſimo 92. Gordianus nepos Gordiani ex filia, ortus Romæ ex clariſſimo patre, 23. ab Auguſto Imperator creatus, regnavit annis 6. Hic Romam cũ veniſſet, Puppienus & Galbinus fratres, qui occiſo Maximino, imperium invaſerunt, de ruſtico genere, in palatio interfecti ſunt. Gordianus autem admodum puer, cum Tranquillinam duxiſſet uxorem Romæ, ad orientem profectus, bellum Parthis intulit: quo fœliciter geſto, Perſas ingentibus præliis afflixit: & cũ rediret, à Philippo qui poſt eum regnavit, occiſus eſt, anno vitæ 20. *Gordiani trẽs. Vide Iulii Capitol.*

ANNI GORDIANI.

HUujus anno primo, Julius Africanus chronographus, inter Eccleſiaſticos ſcriptores nobilis habetur. Qui in Chronicis quæ ſcripſit, refert ſe Alexandriã properaſſe, Aradæ opinione celeberrima provocatũ, quẽ & in divinis, & in humanis & philoſophicis ſtudiis atq; omni *Iulius Aphricanus Chronographus, Euſeb. lib. 1. cap. 23.*

Græca doctrina inſtructiſſimum fama loquebatur. Anno domini 240 Origenes in Cæſarea Paleſtinæ, Theodorum cognomento Gregorium, & Anthenodorum fratrem ejus, Ponti poſtea epiſcopos inſignes, divina imbuit ſapientia. Anno domini 243 Porphyrius Plotini Platonici philoſophi auditor, Romæ clarus habetur. Anno domini 244. Theopompus Chronicus, & Nicanor ſophiſta, Athenis claruerunt. Anno domini 245. Gordianus bellum Parthis intulit. Anno domini 246. Gordianus à Philippo interficitur.

ANNI PHILIPPI.

Philippus primus Imperator Chriſtianus. Euſebius lib. 6. cap. 25.

ANno Dominicæ incarnationis 247. urbis conditæ nongenteſimo 98. Marcus Julius Philippus 24. ab Auguſto invaſit imperiũ, occiſo Gordiano, & unà cũ filio ſuo Gajo Julio Saturnino Philippo, regnavit annis 7. Iſti omniũ imperatorũ primi Romæ Chriſtiani effecti ſunt: & in ipſis Paſchæ vigiliis cũ jungi vellent ſacrificiis, & cõmunicare, à Fabiano pontifice Romano nõ permiſſi ſunt, niſi prius confiterentur peccata ſua, & inter pœnitẽtes ſtarent. Quod illi ſuſcipientes libentiſſime, divinum ſibi metum, & Chriſtianitatis pleniſſimam fidem rebus & operibus comprobant ineſſe. His anno jam tertio imperantibus, milleſimus annus conditæ urbis Romæ impletus eſt: quo ſolenniter ab omnibus celebrato, innumerabiles beſtiæ in circo magno interfectæ ſunt. Ludiq; theatrales in campo Martio celebrati, tribus diebus ac noctibus populo pervigilante. Ambo deinde, ſcilicet pater & filius ab exercitu interfecti ſunt: pater Veronæ, capite medio ſupra ordines dentiũ præciſo, filius vero Romæ, cum eſſet annorum 12. Hic adeo ſeveri fuit animi, ut jam à quinquennii ætate nullo cujuſquã commento ad ridendum ſolvi potuerit: patremq; ludis ſecularibus petulantius cachinantem, licet adhuc puer, vultu adverſato notaverit.

Philippus primo regni ſui anno, Philippum filium ſuum conſortem regni facit. Anno dom. 248. Anno domini 249. Alexandriæ Dionyſius ordinatur Epiſcopus 13. Annus ab urbe condita milleſimus feſtivè celebratus eſt Romæ. Anno domini 250. Anno domini 251. Anno domini 252. Philippus urbem nominis ſui conſtruxit in Thracia. Anno domini 253. Philippus ſenior Veronæ, junior occiditur Romæ.

HISTORIA.

Decius.

ANno Dominicæ incarnationis 254. ab urbe condita milleſimo quinto, Decius in Pannonia inferiori Bubaliæ natus, 25. ab Auguſto invaſit imperium, interfectis ejus fraude Philippis, hoc eſt, patre & filio, & 30. mẽſibus, id eſt, duobus annis & dimidio. Quidam autẽ ſcribũt eum uno tantum anno regnaſſe: ſed hoc multum diſcordat paſſionibus ſanctorum, qui leguntur ſub eo paſſi fuiſſe. Nam cum legatur Fabianus Papa, 14. ſui epiſcopatus anno martyrium ſub illo

Martyres ſub Decio.
Sixtus.
Laurentius.
Hyppolitus

accepiſſe, & huic Cornelium triennio in ſede ſucceſſiſſe, itemq; ſub eodem paſſum fuiſſe, Sixtum quoq; & Laurentium, & Hyppolitum, aliosq; quàm plures, ſtare non poteſt, ut tot ſibi in Romana ſede ſuccedentes, uno anno trucidaverit, maxime cum Cornelius, ut Eccleſiaſtica docet hiſtoria, triennio ſedem tenuerit. Unde & de ipſorũ quoq; pontificũ ſucceſſione quæſtio animum pulſat, quomodo Decio regnum ſuum vel uno, vel duob. & dimidio anno tenẽte, Cornelius epiſcopatum Romanum tribus, juxta Eccleſiaſticam hiſtoriam, annis tenuerit, eiq; Lucius per octo menſes, Stephanus verò per biennium, dehinc Sixtus per 11. annos, exin Dionyſius per novẽ annos ſucceſſerit, cum per omnẽ Eccleſiam Cornelius & Sixtus cujus Diaconus erat Laurentius ſub Decio paſſi prædicentur: Lucius vero & Stephanus ſub Valeriano & Galieno martyrizati legantur. Qua de re

Autoritas Eccleſiæ.

coniici poteſt, ſucceſſionum vices vitio ſcriptorum pro ſimilitudine nominum mutatas fuiſſe, autoritatem vero catholicæ Eccleſiæ ad nos uſq; perlatam, probabile eſt ſequẽdam eſſe. Sed ut ad ſuperiora redeamus. Decius filium ſuum Decium Cæſarem fecit, & perſecutionem ſeptimã poſt Neronem in Chriſtianos movit, occaſionem ſumens, odium Philipporum quos interfecit, in qua perſecutione multi ſanctorũ paſſi ſunt. Hujus temporibus cum plurimi Gothi Iſtrum fluvium transmeantes, Romanorum civitates devaſtarent, Decius cum filio ſuo illos bello aggreſſus, 30. millia

Decius 30. millia Gothorũ occidit.

ex eis occidit, de ſuis quoque multos amiſit. Filius ejus etiam interfectus eſt, ipſeq; inter confuſas turbas gurgite cujuſdam paludis ſubmerſus eſt, ita ut nec cadaver ejus inveniri potuerit, anno imperii ſui 3. vitæ 50. Hæc juxta hiſtoriam. In paſſionum verò libro ſcriptum reperitur, quod interfecto Sixto Papa, & ejus archiadiacono Laurentio, aliisq; ac deinde Hypolito, ſociisq; ejus, 27. die

Liber paſſionum.

poſt paſſionem ſanctorum, Decius & Valerianus præfectus ſedentes in cartuca, cum tractarent adhuc de nece ſanctorum, dæmoniis arrepti ſunt, & in præſentia Decii Valerianus expiraverit: Decius verò rediens in palatium, triduo vexatus ſit, & in conſpectu Triphoniæ uxoris ſuæ exhalaverit. Qualiter autem ſuper his veritas ſe habeat, in ſcriptorum ratione conſiſtat.

ANNI DECII.

PRimo Decii anno facta in Chriſtianos perſecutione, Fabianus Papa 19. paſſus eſt 13. kal. Feb. Cui Cornelius 20. ſuccedens, ſedit annum, & menſes 7. & dies aliquot, licet in Eccleſiaſtica hiſtoria legatur (ſi tamen vitio ſcriptorum liber depravatus non eſt) tribus annis ſedem tenuiſſe, quod rationi temporum Decii non videtur convenire. Alexander Hieroſo-

Martyres ſub Decio.

lymitanus

Digitized by Google

łymitanus episcopus Narcissi successor, cursum bonum consummavit, cui Azabanes successit. Antiochenus quoq; præsul æqualiter Alexandro decertans, & in vinculis moritur, post quem Fabianus 13. constituitur. Anno domini 255. Cornelius Papa 20. passus est 18. Kal. Octob. cui succedens Sixtus Papa 21 sedit menses 10. Anno domini 256. Sixtus Papa passus est 8. Idus Augst. cum aliis. Passi sunt hoc anno Polochronius episcopus cum multis, Abdon & Sennes, Olympiades & Maximus, Laurentius post Sixtum, Hyppolitus cum sociis suis, aliiq; quàmplures. Dionysius Papa 22. post Sixtum ordinatus, sedit annis 2. & mensibus 5.

Epistola est Dionysii Alexandrini ad Flavianum Antiochenum de martyribus Alex.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis, 257. ab urbe condita millesimo 8. Virius Gallus Hostilius 26. ab Augusto, Imperator ab exercitu creatur, & cum Volusiano filio suo regnavit annis 2. mensibus 4. Hujus imperii Dionysius Alexandrinus episcopus meminit ita; At ne Gallus quidem malum Decii aut videre potuit, aut cavere, sed in eundem lapidem offensionis impingens, sanctos viros persecutus est. His temporibus Æmilianus quidam in Mœsia Imperator elevatus est, contra quem ambo, pater scilicet ac filius pergentes, ab exercitu suo interfecti sunt: pater habens annos vitæ 47. Æmilianus autem Maurus genere, post menses quatuor occisus est.

ANNI GALLI.

PRimo anno regni Galli & Volusiani, Origenes presbyter, anno ætatis suæ 70. nondum impleto, moritur, & in Tyro sepelitur, qui in tantũ sedulus fuit scribendi, ut Hieronymus quodam loco dicat, quinque millia librorum ejus se legisse. Antiochiæ constituitur Demetrianus episcopus 14. Anno domini 258. Gallus & Volusianus occiduntur. Dionysius Papa 22. migravit 6 kal Jan. Hic presbyteris ecclesias distribuit, & parochias divisit.

Origenes moritur.

Quinque millia librorum Origenis.

HISTORIA.

ANno dominicæ incarnationis, 259. urbis vero conditæ millesimo 10. Licinius Valerianus cognomento Colobius, in Rhetia & Norico agens, ab exercitu imperator creatus, mox Augustus est appellatus, 27. ab Augusto. Romæ vero Galienus filius ejus à Senatu Cæsar appellatus est, regnaverũtq; simul annis sex: Galienus verò postea 9 qui faciunt annos 15. Valerianus itaq; nobilis quidem erat genere, solidus tamen & iners multum, nec ad aliquem usum publici officii consilio seu gestis accommodatus. Galienus autem primum fœliciter regnavit, postea vero luxuriosè vivens, imperium ferè adnihilavit. Valerianus igitur filium suum Galienum fecit Augustum, & Cornelium Valerianum Galieni filium cæsarem constituit. Mox autem ut regnare cœpit Licinius Valerianus, persecutionem à Nerone 9. in Christianos exercuit. Postea in Mesopotamia bellum gerens, à Sapore Persarum rege captus, luminibusq; privatus, miserabili servitute ibi consenuit. Nam quamdiu vivebat, semper acclivis humi, regem in equum ascensurum dorso attollebat. Unde Galienus tam claro Dei judicio territus, pacem nostris dedit: ob meritũ tamen vel propriæ libidinis, vel paternæ theomachiæ, innumera, Barbaris assurgentibus, Romani regni detrimenta sustinuit. Ad ultimum profectus adversus Aureolum ducem suum, qui Mediolano regnare tentavit, comprehendit illum apud Pontem, qui ex nomine ejus Aureolus appellatur, & Mediolanum obsedit, Sed cum ibi luxuriosè viveret, artificio ejusdem Aureoli à suis interfectus est, anno ætatis quinquagesimo. Hac autem persecutione, quæ sub patre suo facta est, aliqui passos esse confirmant, Cornelium, Lucium, Stephanum, & Sixtum, Romanos pontifices, cum tamen Cornelius & Sixtus, ut supra dictum est, in passionum libris sub Decio passi legantur.

Licinius.

Galienus.

Et hic videdifferentiam inter Augustum & Cæsarem. Est enim Cæsar sub Augusto.

Vide Eusebium lib. 7. cap. 16.

ANNI VALERIANI ET GALIENI.

PRimo regni sui anno, Licinius Valerianus persecutionem in Christianos movit. Lucius Papa 23 ordinatur, sedensq; menses 8. patitur 4. Non. Mar. Cui succedens Stephanus 24. sedit annis 2. patiturq; 4. Non. Aug. Anno domini 260. Anno domini 261. Anno domini 262. Sixtus Papa 25. ordinatus, sedit annis 11. patiturq; 8. Idus Aug. Cyprianus Carthaginensis episcopus, doctor præcipuus, cujus doctissima extant opuscula, martyrio coronatur 18. kalen. Octobris. Anno domini 263. Theodorus cognomento Gregorius, cujus supra mentionem fecimus, Neocæsariæ Ponti Episcopus, magna virtutum gloria claruit, qui & stagnum quoddam precibus exiccavit, & montem, ut Ecclesiæ locus sufficeret, movit. Anno domini 264. Antiochiæ ordinatur Episcopus 15. Paulus Samosatenus. Anno domini 265. Valerianus à Sapore Persarum rege capitur. Anno domini 266. Galienus casu patris perterritus, pacem Christianis dat. Anno domini 267. Anno domini 268. Anno domini 269. Anno domini 270. Hierosolymorum Episcopus Hymenæus ordinatur. Alexandriæ constituitur Episcopus 14. Maximus. Anno domini 271 Antiochiæ ordinatur Episcopus Dominus 16. Anno domini 272. Anno domini 273. Dionysius Papa 26. ordinatur, sedit annis 9. Galienus Mediolani interficitur.

Cypriani opuscula. Miraculum de stagno exiccato Euseb. lib. 7. cap. 25.

ANNI

Fabianus Papa.

ptorum. Fabianus quippe Papa legitur ſub Decio paſſus, poſt quem Cornelius, itemque poſt eum in catalogo pontificum, & in quibuſdam etiam Chronicis inveniuntur poſiti, Lucius, Stephanus, Syxtus, Dionyſius. Cum igitur ſub Decio Fabianus paſſus legatur, Sixtus quoq; ſub quo Laurentius archidiaconatum tenebat per omnes eccleſias, & legendo & cantando ſub eodem, paſſus prædicetur. Decii vero non amplius quam 30. menſibus, hoc eſt annis duobus & dimidio regnaſſe dicatur, à quibuſdã etiã minus, id eſt, anno uno & menſibus tribus, ſi inter Cornelũ Fabiani ſucceſſorẽ, & hunc Sixtũ, Lucius & Stephanus ponantur, ut ſub Valeriano & Gallieno paſſi legantur fuiſſe. & Cornelius tribus annis, Lucius vero menſibus octo, Stephanus autẽ duobus annis Romanæ ſedi præfuiſſe in Eccleſiaſtica hiſtoria dicantur. Vnde ſatis intelligi poteſt vitio ſcriptorũ pro ſimilitudine nominum ordinem eſſe confuſum: & Cornelio ſucceſſiſſe Sixtum, & huic Dionyſium, illi autem Lucium, huic vero Stephanum, cui item Sixtum, dein iterum Dionyſium, ſicque per ordinem reliquos. Hæc autem omnia non dico, quaſi pro mea garrulitate, præjudicium cupiens inferre aliorum me ſatisque præcellentium ſententiæ, ſed quaſi pro indagandæ veritatis cupiditate, ſtultitiæ notandus elogio, ſenſum meæ denudans imprudentiæ. Cæterum ſapiens quiſque pro captu ſuo deliberet, quid pro vero tenendum dijudicet, ego vero tot & tantas varietates in hiſtoriographis cernens, & pro tenuitate ingenioli mei mecum ruminando & admirando perpendens, hiſtorias, paſſionum libros, chronicorum exemplaria, quæ habere potui, diligenter pro meo captu percurri, multaq; inveniens, ſcriptorũ negligentia vel imperitia depravata, propter numerorũ varietates literis deſignatorũ, in quibus facile à diligentibus delinquitur, quanto magis à nõ attendentibus, dũ aut litera pro litera ponitur, vel aliqua forte ſubducitur, in quantũ meæ licuit ruſticitati, nulliuſque authoritatis exilitati, quædam correxi, temporaque pontificum Romanorum, temporibus Imperatorum, quam diligentius poteram, annexi: & ob hoc anno Dominicæ incarnationis 24. qui eſt primus beati Petri Apoſtoli in Pontificatu Romano, & ſi non annos præſulum ſingulorum, quos reperire non potui, ordinem tamen cunctorum, ſicut ad nos perlatus eſt, uſque in 1199. ejuſdem incarnationis annum ſeriatim perduxi: ubi ſi ſapientum judicio, mea ſimplex placuerit diligentia, nulliuſque veritatis invidentia, grarias Deo: ſin autem, melius oſtendenti veluti certi & veri cupidus, deſiderantiſſime cedo. Fado ſucceſſit Alexander.

Ordo confuſus in hiſtoria Eccleſiaſtica.

Varietates in hiſtoriographis.

Conſilium authoris hujus Chronicæ, qui vixit anno domini. 1199.

ANno Domini 47. Domitius orator clarus habetur, qui poſtea ſub Nerone ex cibi redundantia in cœna moritur. Anno Domini 48. inter Theraſiam & Theram in mari Ægeo nova inſula emerſit 30. ſtadiorũ ſpatio extenta. Cumanus quidem ſucceſſit Tybetio Alexandro, in procuratione Judeę. Anno Domini 49 ſub procuratore Judeę Cumano, tanta ſeditio Hieroſolymis, in diebus Azymorum exorta eſt, pro culpa militis unius, ut coartato in exitu portarum populo, triginta millia Judæorum cæde poſtrata & compreſſa dicantur. Anno Domini 50. Herodes rex, Calcidis frater Agrippæ majoris, moritur, tres filios relinquens: Ariſtobulũ de priori natũ uxore, Berenicianũ & Hyrcanũ ex Berenicę fratris ſui Agrippę. Cujus regnũ Claudius Agrippæ juveni dedit filio Agrippę: quia regnũ patris ejus jã in provinciã redegit: eo quod ipſe tũc puer erat, quando pater obiit.

Seditio ſub Cumano. Ioſeph. lib. 20. antiqui. cap. 6.

Hoc anno tanta fames Romæ fuiſſe dicitur, ut Imperator in medio foro correptus à populo, convitiisque & fragminibus panum turpiſſime infeſtatus, vix furorem plebis evaſerit. Eo tempore Paulus apud Athenas, aram ignoto deo ſuperſcriptam repperit. Anno Domini, 51. Claudius Iudæos expulit urbe Roma. Anno domini 52. Fœnix apud Ægyptum viſus eſt: quem volucrem ferunt anno 654. ex Arabia memorato loco advolare. Anno domini 53. Simon Magus autor Simoniacæ hæreſis extitit. Anno domini 54. Claudius Fœlicem Iudeæ procuratorem fecit. Apollonius ex Italia ortus, Pythagoricus philoſophus Romæ pollebat, ita ut ipſum quoque Pythagoram fuiſſe, Philoſtratus & alii actionis ingenii deſcribat. Anno domini 55. Ægyptius quidã pſeudopropheta Judæos complures ſeducens, à Fœlice opprimitur. Anno domini 56. Claudius ab Agrippina uxore ſua veneno, ut dicitur, interrẽptus eſt anno vitę ſuę 64. Cujus funus, ut quondã Tarquinii Priſci, diu occultatũ eſt, et dũ arte muliebri corrupti cuſtodes, ęgrũ ſimulant, privignus ejus Nero Agrippinæ filius, imperii jura ſuſcepit.

Fames Romæ ſub Claudio. Actо. cap. 11.

Simon magus.

Apollonius.

Ioſeph. lib. 20. cap. 11.

HISTORIA.

In hunc dixit Licinius Craſſus, non mirandũ, quod eneam barbam haberet, cui eſſet os ferreum. & cor plumbeum. Suet.

ANno Dominicæ incarnationis, 57. ab urbe vero condita 807. Domitius Nero filius Domitii Enobarbi, & Agrippinæ ſororis Caligulæ, quintus ab Auguſto ſumpſit Imperium, & regnavit annis 14. non plenis, ſcilicet annis 13. menſibus 7. diebus 28. Cujus mater Agrippina filia fuit Germanici fratris Claudii, vir autem Domitius Enobarbus ex nobiliſſimis Romanorum. Quo mortuo, Claudius amavit eã, & propter amorem ejus interemit uxorem ſuam Meſſalinam, ex qua habuit filium Britannicum, & filiam Octaviam. Habuit etiam ex prima uxore ſua nomine Petina, filiam Antoniam. Ducta vero Agrippina, filium ejus Domitium in filium adoptavit, eumq; Neronem vocavit, & filiam ſuam Octaviam el deſponſavit. Agrippina, vero metuens, ne Britannicus regnum à patre perciperet, de morte Claudii cogitavit. Quo mortuo, repente principem militiæ Burrum cum tribunis præpotentibus miſit, qui Neronẽ de caſtris adductũ, more principis adorarent. Qui hoc modo accepto imperio, Britannicũ quidem veneno latenter occidit, matrem vero propriã interfecit, hoc ei rettributionis impendens. Per quinquẽniũ autẽ primũ bon⁹ apparuit, in tantũ ut quidã ſcripſerint Trajanũ ſolere de eo dicere, cunctos

Digitized by Google

eunctos principes longe distare à neronis quinquennio. Reliquũ vero q; à quinq; annis supervixit ita Caligulæ avunculi sui vestigia secutus est, immo super grediessus est ut turpe sit dicere, ad quandam malignitatem pervenerit. Plurimam senatorum partem interfecit, equestrem ordinem pene destituit, bonis omnibus hostis fuit. Libidinibus porro tantis agitatus est, ut ne à matre quidẽ vel sorore, ullà ve consanguinitatis, reverentia referatur abstinuisse, virum in uxorem duxerit. Ipse amictus nubentium virginum specie, convocato senatu ad paciscendum de ratione dotis, in ipsisq; nuptias celebrandibus pelle coopertus feræ, à viro ut uxor ductus sit. Parricidia multa commisit, matre, fratre, sorore, uxore cæterisque consanguineis interfectis. Vrbem Romam per sex dies & noctes incendit, ut quale esset incendium Trojæ videret: ipse stans in altissima turri, lætusque prospectans flammas, tragico indutus habitu, Illiadem tragœdiam canebat. Intre miliari nihil omnino ausus, Britanniam pene amisit. Auxit molem facinorum ejus, temeritas impietates in deum. Primus enim persecutionem in Christianos movit per omne regnum suum, ipsumque nomen extirpare cupiens, principes Apostolorum Petrum & Paulum occidit. Ipse Vespasianum cum filio suo Tito, ad destruendam Hierusalem, misit. Inter hæc Galba Hispanie prætor, & Gajus Vitellius imperium corripuere. Nero autem omnibus execrabilis, hostis à senatu judicatus est: decretum est, ut furca collo ejus inserta, nudus per publicum duceretur, & virgis usque ad mortem cæsus, de saxo præcipitaretur. Quod ille audiens, si multaque adventum Galbæ comperiens, fugit è palatio, & cum eo Nephit⁹, noctisq; me dio urbe egressus est. Secuti sunt aũt eũ Phaõ & Epaphrodi⁹ Nephitus, & Spado Nespero, quem quondam exectum in mulierem formare tentaverat. Cumq; venisset in suburbanum liberti sui, quod est inter Salariam & Numentanam viam ad quartum urbis milliarium, ictu gladii se percutere voluit, sed trepidante manu, hoc perficere non potuit. Et cum nullum inveniret a quo feriretur, exclamavit dicens: Ita nec amicũ, nec inimicum habere possum. Videns hoc Nespero, adjuvit manum trementem: & ita perit anno vidæ suæ 31. imperii 14. sicque omnis Augusti familia in eo consumpda est. Hujus temporibus Romæ pollebant Seneca tragicus, & philosophus, Musonius & Plutarchus philosophi, Juvenalis & Persius satyrici, Lucanus quoque filius fratris Senecæ, & Statius,

Hinc proverbium, Neronis quinquennium.

Libido Neronis.

Nero fit uxor.

Sueton. habet ẽum ardentem flammæ decandavit in suo illo scenico habitu.

Neronis impietas in Christi annos.

Neronis mors

ANNI NERONIS.

PRrimo autem Neronis anno, Festus successit Fœlici præsidi. Anno domini 58. Paulus Apostolus apud Festum, præsente Agrippa rege, religionis suæ rationem exponens, ab eodem Festo vinctus, Romam mittitur, ubi & petrus occurrens, Paulum convenit; & quia Linus jam, excessit, Cletum in locum ejus subrogavit, qui & ipse annis 12. Ecclesiam rexit. Hucusque librum actuum Apostolorum Lucas perduxit Evangelista. Anno domini 59. Probus Perithius eruditissimus grammaticus claruit. Anno domini 60. Statius Surculus pœta Tholoscanus celebris fuit. Anno domini 61. Terræmotus Romæ & eccly pis solis facta est. Anno domini 62. Festo succedit Albinus in præsidatu Judæ. Anno domini 63. Jacobus frater domini lapidatur à Judeis, & Simon frater ejus in locum ejus constituitur. Anno domini 64. Marcus Evangelista passus est Alexandriæ Anno domini 65. Persius moritur anno ætatis 29. Ante mensam Neronis fulmen cecidit Anno domini 66. Annæus Lucanus Cordubensis poeta in pisoniana conjuratione deprehensus, brachium ad secandas venas præbuit, Anno domini 67. Nero incendit Romã ad similitudinẽ Trojæ. Anno dn. 68. Annæus Seneca Cordubensis præceptor Neronis & patruus Lucani, jussus à Nerone genus mortis eligere, incisione venarũ, & hausu veneni interiit. Cuj⁹ frater Iunius Gallio egregius declamator, propria manu interfecit. Frater vero illorũ Luci⁹ Annæus Melas, bona filii sui Lucani à Nerone promeruit se Anno dn. 69. Vespasian⁹ dux exercitus adversũ Judæos, q Gessii Flori successoris Albini avaritiã nõ ferentes rebellabant, à Nerone missus, interceteras urbes Iotapatã muniti civitatẽ cepit, in qua & Josephũ, qui & Josippus, ducem belli comprehendit. Qui cũ interficiendus esset à Romanis prædixit Vespasiano, quod ipse imperator futurus esset, sicque vitam promeruit. Hic est scriptor antiquitatũ. Anno dn. 70. Petrus Apostolus peracto prædicationis suæ tẽpore, iterũ veniens Romã, defficto Cleto discipulo suo, Clemẽti cathedrã Romanã cõmisit, dãs ei suisque successorib. potestatẽ ligandi & solvendi sicut ipse accepit à domino eodẽq; anno ipse Petrus jubente Nerone crucifixus est Paulus vero decollatus. Sedit autem Clemens annis 19. mensis 5. passusque est sub Domitiano nono Kal. Decemb. licet quidam contendant eum passum sub Trajano. Secundum Ecclesiasticam historiam primus post Petrum Linus hoc anno Romanam suscepit Ecclesiam, & per 12. texerat annos.

Petrus Paulo Romæ occurrit.

Marcus Evangelista.

Seneca mors.

Vide libros de bello Iud.

Petri & Pauli passio.

HISTORIA.

NEro autem interfectionem Apostolorum se ipsum interfecit, ordine supra scripto, ut in Romana legitur historia, cum quidam scribant illum in sylva errantẽ, à lupis esse devoratũ. Hunc Persæ in tantum dilexrunt, ut legatos mitterent Romam, multum rogantes ut concederetur illis licentia fabricandi ei sepulchrum. Cæterum aliæ provinciæ omnes, & tota Roma, de interitu ejus nimis exultaverunt, in tantum, ut omnes vestiti pileis manumissionũ quod tunc erat sigeũ liberationis, quasi ab impio domino liberati, victoriã celebrarent. Ignatius Antiochiæ secundus ordinatur Episcopus, cum eum præcesserit Evodius. ANNI

Persæ amantes Neronis.

Vide. Aul. Gel. servi raso capite pileum accipiebant.

Digitized by Google

ANNI GALBÆ.

Galba.

ANno Dominicæ incarnationis, 71, ab urbe vero condita 821. Galba antiquissimæ nobilitatis senator, de Sulpitiorum genere progenitus, cum 73. geteret ætatis annum, ab Hispanis & Gallis electus, mox ab universo exercitu libenter imperator acceptus, statim ut Neronis mortem audivit, Romam venit, sextusque ab Augusto, mensibus 7. regnavit. Hujus privatæ vita insignis fuit militarib' & civilibus rebus: sæpe fuit consul, sæpe dux in gravissimis bellis. Militem suum ita severissime tractans, ut ingresso eo in castra, diceretur statim ab altero ad alterum: Disce militare, Galba venit, non Getulicus. Imperium vero adeptus, cum avaritiæ vitio sevitiaque omnes offenderet, Pisonem quendam nobilem adolescentem in filium regnumque adoptavit. Ipse autem mense 7. in medio Romanæ urbis foro decollatus est, insidiis cujusdam Othonis, qui post eum arripuit regnum.

Privata vita Galbæ.

Vide Suetonium.

HISTORIA.

Otho Sylvius.

DUcius Otho occisis Galba & Pisone, invasit imperium Romanorum, ortus ex oppido Ferentino, materno genere nobilior quàm paterno, neutro tamen obscuro. In privata vita mollis, maximeque in adolescentia turpis, & Neronis familiaris, in imperio verò documentum sui non potuit ostendere. Nam cum iisdem temporibus quibus Otho Galbam occiderat, etiam Vitellius à Germanicis exercitibus imperator factus esset, bello contra Vitellium suscepto, tribus levibus præliis Otho victor extitit: uno apud Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum quem Castoris vocant: quarto cum apud Bebriacum in Italiam victus esset levi prælio, ingentes tamen copias habens ad bellum, sponte semet occidit, 38. ætatis anno transacto, 95. imperii die, scilicet mense 4. Hic propriis militibus tam amabilis fuit, ut plærique, viso ejus corpore mortuo, suis manibus interirent.

Otho se necat. Suet. Uno se trajecit ictu in sinistram lævam papillam.

HISTORIA.

Vitellius.

VItellius Romã victor ingressus, vi Romano potitus est imperio, familia honorata magis quàm nobili ortus. Nam pater ejus Lucius Vitellius non admodum clare natus est: tres tamen ordinarios gesserat consulatus. Hic cum multo dedecore imperavit, multa sævitia, cæteri que vitiis notabilis, maxime ingluvie & voracitate, quippe qui de die quarto vel quinto sæpe fertur epulatus. Notissima certe cœna memoriæ mandata est, quam ei Vitellius frater ejus exhibuit, in qua super cæteros sumptus, duo millia lectissimorum piscium, & septem millia avium apposita sunt. Hanc exuberavit dedicatione patinæ, quam ob immensam magnitudinem clypeum Minervæ *ἀσπὶς ναυσικάα* dictitabat. In hac Scarorum jocinora, phasianorum & pavonum cerebella, linguas phœnicoptorum, murenarum lactes, à Carpathio usque freto que Hispaniæ per navarchos & triremes petitarum commiscuit. Hæc Suetonius. Interim Vespasianus Hierosolymam obsidens, audita Neronis morte, à militibus imperator creatus est. Quod audiens Vitellius, Sabinum fratrem Vespasiani, cum multis aliis, in capitolio incenso interfecit. Unde à militibus Vespasiani, sub muris urbis habito prælio superatus, cum in quandam cellulam palatio proximam se contrusisset, turpiter inde protractus, vinctus post tergum manibus, resupino capite, gladio ad mentum suppositio, per forum ad spectaculum vulgi ducitur, multisque simum & cœnum in faciem ejus mittentibus, minutis ictibus excarnificatus, unco inde trahitur, & in Tybetim proiicitur, anno ætatis 57. imperii autem mense 8. Tres post Neronem rapuerunt imperium. Galba in Hispania quo missus erat cum exercitu: Otho Romæ: Vitellius in Germania: regnaveruntque anno uno, & mensibus sex. Antiochiæ secundus ordinatur Episcopus Ignatius.

Ignatius Alexãdrinus Episcopus.

HISTORIA.

Vespasianus.

ANno Dominicæ incarnationis, 72. ab urbe condita 822. Vespasianus à Nerone cum exercitu missus, comperta morte Neronis, ab exercitu imperator efficitur: dimissoque Tito filio suo in Judæa, ad obsidendam Hierosolymam, ipse per Alexandriam profectus est Romam, ubi accepto imperio, septimus ab Augusto regnavit annis 9. Obscure quidem natus, sed vir militari virtute præcipuus, & optimis comparandus, ut pote qui à Claudio missus in Germaniam, deinde in Britanniam, tricies & bis cum hoste confligit, multumque Romano imperio adjecit. Hic in imperio moderate se gessit. Inter cætera namque bona hanc gratiam habuit, ut inimicitias in corde non retineret, in tantum, ut filiam prædicti Vitellii inimici sui multis doratam divitiis, nobilissimo traderet marito. Hic cum ab amicis moneretur, ut caveret se à Tametio Pompositano, de quo sermo vulgabatur, quod regnaturus esset, consulem illum fecit, alludens tali cavillo: Quando regnum acceperit, talis beneficii memor erit. Talibus sæpe verbis jocularibus amicorum iras placavit. Cumque Romam incendiis ruinisque veteribus dellitutam repararet, ac multa regno Romano adiiciens, cum Tito filio de superatis Judæis triumpharet, cunctisque amabilis existeret, profluvio ventris fessus, in villa propria circa Sabinos interiit, anno ætatis 79. Cujus anno primo Titus filius ejus Judæos inenarrabili fame cruciavit obsessos, premens eos diversis instrumentis.

Dotat Vespasiani.

Inimicis benefacere.

Vide lib. 7. bel. Jud. apud Josephum.

ANNI

ANNI VESPASIANI.

ANno Dominicæ incarnationis 73. Hierusalem à Tito capitur, non sine multo suorum sanguine. Subversaq; civitate, sexingẽta millia Judæorũ interfecit, ut Cornelius & Suetonius referũt. Josephus verò, qui & Josippus, unus ex Judæis, qui ei tunc bello præfuit, scribit undecies centena millia fame periisse, & gladio: & centum millia captivorũ publicè venundata. Ut autẽ tanta multitudo Hierosolymis reperiretur, causam azymorũ fuisse refert, ob quæ ex omni gẽte Judæorum ad templum confluentes, urbe quasi carcere sunt inclusi. Oportuit enim, ut iisdem diebus Paschæ interficerentur, in quibus Salvatorem interfecerunt. Colligitur autem omne tempus in secundum annum Vespasiani, & subversionẽ Hierosolymorum novissimam à 15. anno Tyberii cæsaris, & ab exordio Evangelicæ prædicationis anni 42. à captivitate autem quã ab Antiocho passi sunt Judæi, anni 200, à secũdo anno Darii quo reædificabatur templum, 590. à prima verò ædificatione sub Salomone, anni mille 102. Anno domini 74. Vespasianus capitolium cœpit reædificare. Anno domini 75. seditio in Alexandria orta est. Anno domini 76. Colossus erectus est, habens altitudinem pedum 107. Anno domini 77. Josephus historiographus claruit. Anno domini 78. tres civitates Cypri terræmotu corruerunt. Anno domini 79 pestilentia Romæ tanta facta est, ut intra non multos dies decem fermè millia hominum morerentur. Anno domini 80. Vespasianus profluvio ventris mortuus est.

Corn. Tacitus hist. Aug. lib. 21

Occisi & capti in bello Judaico.

Pestis Romæ.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 81. ab urbe condita 831. Titus Vespasiani & Domicillæ filius, 8. ab Augusto imperium suscepit, & 2. annis, duobusque mensibus regnavit. Hic etiam Vespasianus ex nomine patris dictus est, vir in utraq; lingua, scilicet Græca & Latina disertissimus, bellicosissimus, moderatissimus, omniumq; genere virtutum mirabilis, adeò, ut amor & delitiæ generis humani diceretur. Tantæ verò largitatis erat, ut nulli à se petenti negaret. Cumq; reprehenderetur ab amicis cur hoc faceret: respondit, nullum debere ab Imperatore tristem exire. quadam itaque die dum recordaretur in cœna, quòd ea die nulli quicquam præstitisset, dixit assidentibus: Amici, hodie diem perdidi. Anno autem ætatis suæ 42. obiit in eadem villa qua & pater ejus. Tantus verò planctus fuit in urbe Roma pro morte ejus, quasi orphani relinquerentur à patre.

Titus Vespasianus.

Suetonius, Non oportere ait à sermone principis tristem discedere.

ANNI TITI.

PRimò igitur imperii sui anno amphitheatrum Romæ ædificavit, in cujus dedicatione quinque millia ferarum occidit. Anno dominicæ incarnationis 82. Repentinum incendium Romæ per triduum fuit. Secundum Ecclesiasticam historiam defuncto Lino, Anacletus ordinatur Papa, seditque annos 12. sed alii hoc negant.

Domitianus.

ANNI DOMITIANI.

ANno Dominicæ incarnationis, 83. ab urbe condita 833. Domitianus Vespasiani & Domicillæ filius, frater Titi junior, nonus ab Augusto regnare cœpit, & annis 15. ac mensibus sex regnavit. Iste primum finxit se misericordem & modestum esse: mox Tyberio aut Caligulæ vel Neroni similior quam patri aut fratri, ad omnia vitiorum genera profectus est in tantum, ut pro sceleribus omnibus secundo Christianos persequeretur, primus post Neronem: in qua persecutione Johannem Apostolum & Evangelistam ob prædicationem verbi divini in Pathmos insulam relegavit, & Flaviam Domicillam filiã sororis Flavii Clementis, in Pontianam insulã cum multis aliis exiliavit: multosque nobiles ex Romanis necavit. Hic dominum ac Deum se appellari scribique jussit, nullamque nisi auream vel argenteam statuam sibi in palatio statui permisit. In tantã verò mentis segnitiem devenit, ut remotis omnibus, solus in palatio muscarũ persequeretur agmina. Quem cum quidã percunctaretur an aliquis esset in palatio, respondit: Ne musca quidem. Cumque odiosus esset omnibus, conjuratione suorum interfectus est in palatio, ascita in consilium uxore sua Domitia, ob amorem Paridis Histrionis, anno vitæ suæ 35. Funus ejus per vespillones cũ ingenti dedecore exportatur, & ignobiliter est sepultum, senatusque nomen ejus abradendum decrevit, ne quis eum imperatorem nominaret. Hic in arte sagittandi tam doctus fuit, ut inter expansos digitos hominis à longè stantis, sagittam transmitteret.

Domitianus persequutor Christianorum.

Domitianus Deum appellari se vult.

Muscas capere, & stilo præacuto configere Sueto.

Vespillo vilis cadaverum funerator, qui vespertino tempore efferre solet, ob inopiam.

Hic primo anno suo Eunuchos prohibuit. Anno Domini 84. Titus decreto senatus inter deos reputatur. Anno domini 85. Domitianus plurimos senatorum in exilium mittit. Anno domini 86. Anianus primus post Marcum Alexandriæ Episcopus, obiit, post 27. Episcopatus sui annum. Cui Albinus secundus succedit. Anno domini 87. Quintilianus ex Hispania Calagurritanus primus Romæ publicam scholam habuit, & salarium è fisco accepit. Anno domini 88. Domitianus Mathematicos & Philosophos urbe pepulit. Anno domini 89. Anacletus tertius à Petro Clementi successit, sedensque annis 12. menses 10 passus est sub Trajano, 6. Kal. Maii. Anno domini 90. Domitianus Forum & multa ædificia fecit. Anno domini 91. Hæresis Menandri & aliorum multorum oritur. Anno domini 92 Domitianus de Dacis & Germanicis triumphavit. Anno do-

Hic cessat Suetonius.

Quintilianus.

Digitized by Google

1 Reg. 1. 1. Reg. 2. 1. Reg. 3. 1. Reg. 4. 1. Reg. 5. 1. Reg. 6. 1. Reg. 7. 1. Reg. 8. 1. Reg. 9. 1. Reg. 10. 1. Reg. 11. 1. Reg. 12. 1. Reg. 13. 1. Reg.

nonus, Seneca decimus, Justus undecimus, Levi duodecimus, Effrem tredecimus, Joses vel Joseph decimus quartus, Judas decimus quintus. Hi quindecim ab Apostolis usq; ad eversionem & restaurationem Hierusalem, quæ sub Hadriano facta est, ex circumcisione præfuerunt Hierosolymis à passione Domini per annos ferè centum & sex. Anno domini 115. Trajanus Armeniam, Assyriam, & Mesopotamiam fecit provincias. Anno domini 116. Anno domini 117. Salaminam Cypri urbem subverterunt Judæi. Anno domini 118. Trajanus profluvio ventris moritur. His temporibus apud Asiam supererat adhuc, & florebat ex Apostolorum discipulis Polycarpus Smirneorum Ecclesiæ Episcopus, & Papias similiter apud Hierapolim sacerdotium gerens. *Polycarpus*

H. HADRIANUS.

ANno Dominicæ incarnationis, centesimo 19. urbis conditæ 870. Helius Adrianus genere Italicus, filius Hadriani, qui fuit consobrinus Trajani, de Hadria civitate, agri Piceni, unde & mare Adriaticum dicitur, duodecimus ab Augusto Imperator efficitur; regnavitq; annis 21. Hic licet esset filius consobrini Trajani, noluit tamen eum adoptare: sed sine voluntate ejus factus est Imperator, operam tamen dante Plotina uxore Trajani. Unde & gloriæ Trajani invidens, tres provincias reliquit, quas Trajanus adjecit, Armeniam, Assyriam, & Mesopotamiam. Hic eruditissimus & facundissimus fuit græcola tino sermone, acutus nimis ad interrogandum & respondendum, ordinata respondens ordinatis, jocosa jocosis, maledica maledicis, cantilenam cantilenis, ficta fictis, ita ut præmeditatum crederes eum contra omnia. In omnibus enim studia Athenienſium secutus est, in loquendo, in canēdo, in psallendo, in medicina arte discenda, in musica, in geometria, item pictorum & figulorū scientiam habuit, & omnia hæc perfecte didicit: aliaq; multa, ita ut rata esset res illi non experta, & super quā credi possit, hæc in memoria retinebat: loca, res, causas, milites, & eos quos nunquam videbat, propriis nominibus appellabat. Fuit homo varius, & multiplex & multiformis: dissimulator in bono & malo. Et ut bonum se ostenderet, vitia quæ habebat, callide abscondebat. Hic per Quadratum, Apostolorum discipulum, & per Aristidem Atheniēsem, virum fide, sapientiaq; plenum, & per Serenū Granium legatum, libris de Christiana religione compositis instructus, mitior Christianis efficitur. Multos labores sustinuit, orbem circumeundo, & multa reparādo. Alexandriam & Hierosolymā dudū subversas, restauravit. Judæos denuo rebelles ultima cæde perdomuit, ablata eis licentia, Hierosolymam introeundi, quam ipse in meliorem statum, in eo loco, ubi Dominus extra portam crucifixus est, restauravit: Heliam de suo nomine vocavit. Obiit in Campania apud Bajas, morbo subcutaneo, anno ætatis suæ 62, imperii 21. mense 10. *Adrianus græce & latine eruditus.* *Quadratus Adriano principi, Eleusina sacra invisenti librum pro nostra religione tradidit, & tanta admirationis fuit, ut à persequutione gravissima illius sedaret ingenium R. Volat.*

ANNI H. HADRIANI.

PRimo anno suo Alexandriam publicis restauravit impensis. Anno domini 120. Senatus inter Deos refert Trajanum. Anno domini 121. Alexander Papa passus est, cui succedens Sixtus Papa 6. sedit annis 9. patiturq; sub Hadriano 8. Idus Aprilis. Anno domini 122. Justus Alexandriæ quintus ordinatur. Anno domini 123. Anno domini 124. Anno domini 125. Anno domini 126. Saturnides & alii duo hæresim condiderunt. Anno domini 127. Anno domini 128. Quadratus Apostolorum discipulus, & Aristides Atheniensis noster philosophus, libros de fide composuerūt. Anno domini 129. Anno domini 130. Telesphorus Papa 7. ordinatur, sedensq; annis 10. patitur sub Hadriano, Nonas Januar. Hic constituit missas in sancta Dominicæ Nativitatis nocte celebrari, & tempore sacrificii gloria in excelsis cantari. Antiochiæ 4. Episcopus Cornelius ordinatur. Anno domini 131. Nicopolis & Cæsarea terræmotu corruerunt. Anno domini 132. Eumenes Alexandriæ 6. ordinatur, sedit annis 13. Anno domini 133. Anno domini 134. Anno domini 135. Anno domini 136. Anno domini 137. Hierosolyma ab Helio Hadriano restaurata, & ab ejus nomine Helia vocata est. Anno domini 138. Marcus Hierosolymæ ordinatur Episcopus primus ex gentibus, oū antea fuerint 25. ex circumcisione. *Apologia Quadrati pro Christianis.* *Quinquagesima arcis diruta, vici. 985. direpti & igne consumpti, vide Dionem. Cas.* *Telesphorus Papa.*

Anno domini 139. Hadrianus morbo subcutaneo moritur. Hoc regnante, Aquila Ponticus sacras scripturas de Hebræo transtulit in Græcum. *Hadrianus Phrisi consumptus. Dion. Cass.*

ANNI ANTONINI I.

Anni ab initio mundi quatuor millesimi centum.

ANno dominicæ incarnationis 140. urbis cōditæ 891. Antoninus Fulvius Bojonus, qui propter clementiam postea cognominatus est Pius, genere claro, sed nō admodum vetere, tertius decimus ab Augusto sortitus est Imperium, regnavitque annis 22. mensibus 3. Iste ab Hadriano adoptatus est in filium, cujus & gener fuit, vir insignis, & qui merito Numæ Pompilio conferatur, sicut & Trajanus Romulo æquatur. Vixit ingenti honestate privatus, major in Imperio, nulli acerbus, cunctis benignus, in re militari gloriæ moderator, defendere magis provincias quàm ampliare studens, viros æquos ad ministrandam rempublicam quærens. Et cum orbem terræ nullo bello per annos 22. autoritate sola rexerit, adeò tremebāt eū, & amabāt cūcti reges & nationes populi, ut parentem sive patronum magis quàm dominum vel Imperatorem eum reputarent, omnesq; in morem cœlestium propitium optantes, de controversiis inter se judicem poscerent. Obiit anno vitæ suæ 77. *Antoninus decimus tertius ab Augusto.* *Antoninus pius, & eius dogmata.*

ANNI TRAIANI.

PRimo hujus anno Iginus Papa octavus ordinatus, ſedit annis 4. deceſſitq; 4. Idus Januar. Hic clerum conſtituit, & gradus diſtribuit. Anno domini 141. Valentinus & Cerdo Eccleſiam impugnant hæreſi. Anno domini 142. Iidem hæreſiarchæ Romam venerunt. Anno domini 143. Juſtinus Philoſophus librum pro Chriſtiana religione compoſitum Antonino obtulit, eumque benivolum erga Chriſtianos fecit. Anno domini 144. Pius Papa nonus, ſedit annis 15. migravit 5. Idus Julii. Anno domini 145. Antiochiæ quintus conſtituitur Epiſcopus Heros. Anno domini 146. Alexandriæ ſeptimus ordinatur Marcus, per annos 10 Anno domini 147. Anno domini 148. Anno dom. 149. Anno domini 150. Apollonius Stoicus Calchidicus claruit. Anno domini 151. Anno domini 152. Anno domini 153. Creſcens quidam Cynicus Philoſophus, in Juſtinum noſtri dogmatis philoſophum perſecutionē movit, quia illum guloſum & philoſophiæ prævaricatorem eſſe coarguit, in qua perſecutione Juſtinus glorioſè pro Chriſto ſanguinem fudit. Anno domini 154. Antoninus commotus hæreſi Creſcentis, univerſis Aſiæ plebibus ſcripſit epiſtolam pro Chriſtianis. Anno domini 155. Alexandriæ Celadion ordinatur 8. qui ſedit annis 14 Anno domini 156. Anno domini 157. Anno domini 158. Anno domini 159. Anicetus Papa decimus ordinatur, qui ſedit annis decem. Sub quo Polycarpus Romam veniens, multos correxit, quos Valentini & Cerdonis error ſubvertit. Hic ergo Anicetus conſtituit, ut clerus comam non nutriat, paſſusq; eſt ſub Marco & Severo 16. kalen. Maij. Anno domini 160. Hieroſolymæ poſt Marcum ordinatur Caſſianus, 17. deinde Publius 18. Maximus 19. Julianus 20. Gajanus 21 Symmachus 22. Gajus. 23. Julianus 24. Capito 25. Ann. dom 161. Antoninus obiit apud Lorium villā ſuam.

Iuſtini Apologia pro Chriſtianis.

Antonini Apologia pro Chriſtianis.

Clerum comam non nutrit.

HISTORIA.

ANno domini 162. ab urbe condita 913. Marcus Aurelius Antoninus Verus, quartus decimus ab Auguſto Imperium adeptus eſt, in quo regnavit annis 19. Iſte haud dubie nobiliſſimus fuit, quippe cujus origo paterna à Numa Pompilio, materna vero à Solone rege pendebat. Hic omnes virtutes, & cœleſte habebat ingenium, & in calamitatibus publicis factus eſt quaſi defenſor, & ſi in illis temporibus ipſe non fuiſſet, ſine dubio gloria Romana periſſet. Iſte propinquum ſuum Lucium Annium Severum, qui erat gener Antonini Pii, nova benivolentia conſortem Imperii fecit, tumq; primum Romana res publica duobus æquo jure imperium adminiſtrantibus paruit, cum uſque ad illos ſemper ſingulos habuiſſet Auguſtos. Hi bellum contra Parthos geſſerunt, ad quod tamen Lucius Annius Severus perrexit, multaq; & ingentia per ſe, ducesq; ſuos peregit, rediensq; cum victoria in Venetia obiit, anno Imperii 11. ictus caſu morbi quem Græci ἀποπληξίαν vocant. Sicque Marcus Antoninus iterum ſolus Imperium obtinuit.

Marcus Aurelius Anto. Verus, aliàs Philoſophus dictus.

Marcomannis Quadis, Septentrionis enim ſeviente; unde Perſis Orientem vaſtantib. vide B. Egnat.

ANNI ANTONINI VERI.

PRimo hujus anno Vologeſus rex Parthorum, poſt victoriam Trajani, tūc primum rebellans vicinas ſibi Romanas provincias depopulatus eſt, contra quem Lucius Annius profectus eſt. Anno domini 163. Lucio Cæſari Athenis ſacrificanti ignis in cœlo ab Oriente, in Occidentem viſus eſt ferri. Anno domini 164. Fronto orator inſignis habetur, qui Marcum Antoninū Verum latinis literis erudivit. Anno domini 165. Seleucia urbs Syriæ, cum 300. millibus hominum à Romanis capta eſt. Anno domini 166. Anno domini 167. Orta perſecutione quarta à Nerone, ſub his regibus Polycarpus, & Pionius, & alii multi paſſi ſunt. Anno domini 168. Anno dom. 169. Sother Papa 11. ordinatur, ſedensq; annis 9. deceſſit 11. kal. Maij. Agrippinus Alexandriæ nonus ordinatur Epiſcopus. Anno domini 170. Theophilus vir ſapiens ordinatur Antiochiæ Epiſcopus 6. Anno domini 171. Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus clarus habetur, Sed & Pynetus Cretenſis Epiſcopus, Melito Sardenſis, Philippus & Apollinaris, Muſanus & Modeſtus, & præcipue Hieronæus Lugdunenſis Epiſcopus.

Fronto Orator.

Egeſippus.

Egeſippus quoq; his temporibus claruit, qui ſub Aniceto Papa Romam veniēs, uſq; ad Eleutherium Papam permanſit, multaq; ingenii ſui monimēta reliquit. Anno domini 172. Lucius Annius Severus obiit, & Aurelius Marcus Antoninus Verus regnum ſolus obtinuit, ſed Lucium Commodum filium ſuum regni conſortem fecit. Anno domini 173. Melito Sardenſis Epiſcopus, Apologeticum Antonino Imperatori pro Chriſtianis dedit. Anno domini 174. Anno domini 175. Anno domini 176. Anno domini 177. Antiochiæ 7. ordinatur Maximus. Anno domini 178. Eleutherius Papa 12. ordinatur, ſedensq; annis 13. deceſſit 8. kalen. Junii. Ad hunc Lucius rex Britanniæ literas miſit, rogans ut baptizaretur, quod & impetravit. Anno domini 179. Anno domini 180. Antoninus in Pannonia moritur.

Melitonis Apologeticum pro Chriſtianis.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 181. urbis verò conditæ 934. Lucius Aurelius Cōmodus Antoninus, filius Antonini Veri 15. ab Auguſto imperiū accepit, & annis 12. ac menſes 8. regnavit, nihil paternum habens, niſi quòd contra Germanos & ipſe fœliciter pugnavit. Hic Septembrem menſem ad nomē ſuū transferre conatus eſt, ut Cōmodus diceretur. In luxuriis & omni ſorde vixit, Senatores multos interfecit, maximè quos vidit nobilitate & ſapientia præcellere, inter

quos

quos & Salvium Julianum legislatorem occidit. Huic Martia Libertini generis uxor fuit, forma & meretriciis artibus pollens. Quæ cum animum ejus penitus devinxisset, egresso è balneo, veneni poculũ obtulit, amissoq; ei fortissimo palestrita in domo Vestiliani, eũ strangulari fecit: anno ætatis suæ 32. Qui in tãta execratione fuit omnib. ut hostis humani generis etiã mortuꝰ judicaretur. *Martia venenum propinat Commodo.*

ANNI COMMODI.

HIc primo Imperii sui anno de Germanis fœliciter triumphavit. Julianus Alexãdriæ 10. ordinatus, sedit annis decem. Anno domini 182. Anno domini 183. Anno domini 184. Hierosolymis ordinatur Maximus Episcopus 26. post quem Antoninus 27. Valens 28. Dulichianus 29. Narcissus 30. Helius 31. Germanio 32. Gordius 33. item Narcissus 34. horum Episcopatus anni & tempora non sunt cognita. Anno domini 185. Anno domini 186. Anno domini 187. Anno domini 188. Origines Alexandriæ nascitur. Anno domini 189. Anno domini 190. Anno domini 191. Victor Papa 13. ordinatur, sedensq; annis 10. patitur sub Severo Septimo 12. kalen. Mart. Demetrius ordinatur Alexandriæ 11. seditq; annis 43. Anno domini 192. Serapion Antiochiæ ordinatur Episcopus 8. Anno domini 193. Aurelius Commodus, omnibus incommodus strangulatur. Anno Dominicæ incarnationis 194. urbis conditæ, nonagesimo 45. Helius Pertinax, sextusdecimus ab Augusto, suscepit Imperium, regnavitq; menses sex. Hic ex libertino patre in Liguria natus, cum præfecturam urbis ageret jam septuagenarius, ex senatus cõsulto suscepit Imperium, coactus & repugnans: unde & Pertinax dictus est, per multos labores ad summos provectus honores. Qui in tantum certavit, ut fortunæ pila vocaretur. Hic obsecrante senatu, ut uxorem suam vocaret Augustam, filiumq; suum Cæsarem, sufficere, inquit, debet, quòd ego ipse invitus regnavi, cum nõ meterer. Hunc septimo mense, sive ut alii volunt, octogesimo primo die occidit in palatio Didius Salvius Julianus Jurisperitus, Mediolanensis, vir nobilis, nepos Salvii Juliani illius, qui sub divo Hadriano leges composuit, factiosus, præceps, regni avidus. Occiso autem Helio Pertinace, idem Julianus rempublicam invasit, sed non ultra septem menses regnavit. Hoc enim tempore Niger Pescenius apud Antiochiam, & Severus Septimus in Sabaria Pannoniæ, elevantur Imperatores. Ab hoc Severo Julianus bello civili victus est apud Pontura Milvium, & fugiens in palatium, captus est: & extenta cervice, more damnatorum, decollatus est. *Episcoporũ Hierosolymorum nomina. Commodus omnibus incommodus. Pertinax fortunæ pila. Julianus rempub. invadit Sabaria Colonia Severi Claudii. Plin. lib. 3. cap. 24.*

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 195. ab urbe condita nongentesimo 46. Severus Septimus adeptus est Imperium, septimus decimus ab Augusto, regnavitq; annis 17. menses 3. Iste oriundus ex Africa, solus omnium memoria ex Africa Imperator fuit. Primum fisci advocatus fuit: mox militaris tribunus, per multa deinde & varia officia, usq; ad ministrationem totius publicæ rei pervenit. Et quia Helium Pertinacem ultus est in Juliano, Pertinacem se dici voluit. Bella multa fœliciter egit. Ex quibus maximum in Britannia, ubi ut receptas provincias in securitate teneret, vallum firmissimum crebris turribus superpositis, per 132. passuum à mari ad mare perduxit, ibiq; apud Eburacum moritur, anno vitæ suæ 65. Imperii 17. Duos filios reliquit, Bassianum & Getam, sed Geta hostis publicus judicatus est Bassianum vero successorem reliquit, cui nomen Antonini imponi voluit. Hujus tempore persecutione quinta in Christianos facta, multi pro fide Christi coronati sunt, inter quos & Leonides, pater Origenis martyrizatus est. Hoc regnante Samarites quidam Symmachus, Judæorum factus proselitus, item divinas scripturas ex Hebræo in Græcum transfudit, suamq; editionẽ condidit. Sed hic, ut in Ecclesiastica historia legitur, Hebioneus fuit, quę est hæresis, asserens Christum de Joseph & Maria natum, purum hominem fuisse, & legem ritu Judæorum servandam esse. Commentarios etiam quosdam idem conscripsit, in quibus conatur de Evangelio secundum Matthæum, autoritatem suæ hæreseos cõfirmare. Post hunc, anno penè tertio, Theodotio Ponticus item suam in eodem opere editionem fecit. *Severus decimus septimus ab Augusto. Bassianus, Geta. Sub Severo multi martyres. Symmachi translatio Euseb. li. 5 ca. 14. Theodotio.*

ANNI SEVERI.

PRimo anno suo Severus Julianum interfecit, seq; Pertinacem appellari præcepit. Anno domini 196 Clemens Alexãdrinę Ecclesię presbyter, & Pantheus Stoicus, Philosophus in disputatione dogmatis nostri, disertissimi adhuc floruerunt. Anno domini 197. Narcissus Hierosolymitanus Episcopus, & Theophilus Cæsariensis, Polycarpus quoq; & Bachulus Asianę provinciæ, Episcopi insignes habentur. Anno domini 198 Quæstione orta in Asia, inter Episcopos, an secundum legem Moysi 14. die mensis primi Pascha celebrandum esset, Victor Papa, datis late libellis constituit, die dominico Paschа celebrari, sicut & prædecessor ejus Eleutherius, à 14. luna primi mensis, usq; in vicesimam primam. Cujus decretis favens Theophilus Cæsariæ Palestinæ Episcopus, cum cæteris Episcopis, qui in eodem cõcilio erant, scripsit synodicam epistolam, valde utilem adversus eos, qui cũ Judæis Pascha celebrant. Anno domini 199. Anno domini 200. Severus Parthos & Arabas superat. Anno domini 201. Anno domini 202. Anno domini 203. Zepherinus Papa 14. ordinatur, sedensq; annis 18. migravit 7. kalend. Septemb. Anno domini 204. Persecutio quinta facta est in Christianos, in qua inter multos alios Leonides pater Origenis, passꝰ est pro Christo. Ipse vero Origenes octavum decimũ agens ætatis annum, in multisq; proficiẽs, grammaticam *Clemens. Pantheus. Quæstio de Paschate, de qua multa in Eusebio, & quod pro hac quæstione nulla in ecclesia Dei dissensio oriri debeat. Et quomodo Eucharistiã solenniter transmiserint. Euseb li. 5. cap. 25.*

etiam gentiles docebat, multosque ad fidem convertebat, inter quos Plutarchum, & fratrem ejus Heraclem, quorum Plutarchus etiam martyrii palmam consecutus est: Heracles verò post Demetrium, Alexandriæ prælatus est. Anno domini 205. Alexander ob confessionem Christi habetur clarus. Anno domini 206. Anno domini 207. Perpetua & Fœlicitas bestiis reputantur Carthagine. Anno domini 208. Anno domini 209. Severus bellum in Britannos transfert. Anno domini 210. Tertullianus omnium ore celebratur. Anno domini 211. Origenes Alexandriæ studet. Anno domini 212. Severus Eburaci moritur in Britannia.

HISTORIA.

Bassianus. M. Ant. Caracalla. Antoniana Caracalla dictus Spart. & Eutropius lib. 8.

ANno dominicæ incarnationis 213. ab urbe condita nongentesimo 65. Marcus Antoninus Bassianus Caracalla, filius Severi, 18. ab Augusto, successit patri in Imperium; regnavitque annis sex, mensesq; duos. Hic Bassianus à nomine avi materni dictus, rogatu patris à senatu appellatus est Antoninus. Et quia plurimas vestes è Gallia deferens, talares caracallas ex his fecit, populumq; his vestibus indutum ad salutandũ se ingredi præcepit, Caracalla nuncupatus est. Hic morum ferè paternorum paulo fuit asperior & minax, impatiens fuit libidinis, in tantum, ut novercam suam Juliam duxisset uxorem. Hic conspecto Magni Alexandri corpore, Magnum se atq; Alexandrum jussit appellari. Adulantium fallaciis eò perductus, ut truci fronte & ad levum humerum conversa cervice, quod in ore Alexandri notaverat, incedens, fidem vultus simillimi persuaderet sibi.

Is adversum Parthos moliens expeditionem, apud Edissam secedens ad officia naturalia, à milite Macrino qui quasi ad custodiam sequebatur, interfectus est anno ætatis suæ quadragesimo quarto.

ANNI ANTONINI CARACALLÆ.

PRimo hujus anno Asclepiades Episcopus 10. Antiochiæ ordinatur, Anno domini 214. Alexander Episcopus Cappadociæ cum locorum sanctorum desiderio Hierosolymam tenderet, vivente adhuc Narcisso Episcopo ejusdem urbis 30 persenilis ætatis viro, & ipse ibi ordinatus est Episcopus, domino ut id fieret, per revelationem præcipiente. Hic itaque Narcissus miræ sanctitatis vir fuit, qui inter plurima virtutum insignia, in vigiliis Paschæ, cum oleum luminaribus deesset, aquam infundi jussit, quam benedicens, oleum fecit. Postea à quibusdam male sibi conscii, cum judicium ejus formidassent, noxio quodam crimine infamatus est: quorum unus ita ut non igni consumeretur, vera se dicere testabatur, alius ne regio morbo corrumperetur: tertius ne luminibus privaretur. Et quamvis nullus qui vitam ejus noverat, illis licet jurantibus crederet, ille tamen molestias non ferens, & quietam vitam diligens, subterfugit, & in secretioribus locis per annos delituit. Primus autem ille testis, ex parva scintilla nocte domo sua succensa, cum omni familia igni consumptus est: alius regio morbo à pede usque ad verticem corruptus est: tertius priorum cernens exitum, tandem confessus est reatum suum, & eo usque perstitit in fletibus. Narcissus vero cum non inveniretur, necessarium visum est Episcopis, ut ordinarent pro eo alium, cui nomen Helius: cui post parvum tempus successit Germanio, & huic Gordius. Cum ecce subito quasi redivivus apparuit Narcissus, reversusque rogatu fratrum, loco suo est restitutus, cui jam centum & sedecim annorum, Alexander divino monitu vivo successit, & cum eo Ecclesiam strenue rexit. Anno domini 215. Anno domini 216. Anno domini 217. Anno domini 218. Anno domini 219. Editio quam nominamus quintam, Hierosolymis est inventa. Anno dominicæ incarnationis 220. ab urbe condita nongentesimo. 71. Opilius Macrinus qui præfectus erat prætorii, 19. ab Augusto, Imperator efficitur ab exercitu, cum Diadumeno filio suo: regnansque annum unum, & menses duos, ab eodem exercitu apud Archelaidem tumultuante occiditur cum filio suo. Antiochiæ ordinatur Philetus Episcopus undecimus.

Narcissus.

Hæc Euseb. in hist. Ecclesiastica lib. 6. cap. 7.

Vindicta divina in testes perjuros.

Germanio.

Opilius Macrinus imp. Vide Iuliam Capitol.

HISTORIA.

M. Ant. Aur. Verus alias Gota dictus, Vide Ælium Spar.

ANno dominicæ incarnationis 231. urbis verò conditæ nongentesimo 72. Marcus Aurelius Antoninus Varus, qui putabatur filius Antonini Caracallæ, ex consobrina sua occulte stuprata, 20. ab Augusto imperator factus, regnavit annis quatuor. Hujus matris avus Bassianus, sacerdos fuit solis, quem Phœnices Heliogabalum nominant, unde & iste Heliogabalus dictus est, sacerdos & ipse in templo Heliogabali. Is cum Romam ingenti militum & senatus expectatione venisset, probris omnibus se contaminavit, impudicissime vivens, nullũ obscœnitatis genus omisit. Unde & cupiditatẽ stupri, quam naturæ defectu assequi nondũ poterat, in se transferens, muliebri nomine Bassianã se pro Bassiano jussit appellari, vestalem virginẽ quandã quasi in matrimonio jungensque sibi, abscisisq; genitalibus, matri magnæ se consecravit. Hic Marcellum consobrinum suum, qui postea Alexander dictus est, cæsarem fecit. Post triennium verò & menses 8. ex quo regnare cœpit Romæ tumultu militari cum matre sua interfectus est, anno ætatis 16. corpusque ejus per urbis vias, more canini cadaveris, tractum est à militibus, cavillo militari appellantibus eum, indomitæ rabidæque libidinis catus

nis catulam. Hyppolitus Epiſcopus multorum conditor opuſculorum, canonem temporum quæ ſcripſit, huc uſque perduxit, qui etiam ſedecennalem paſchæ circulum reperiens, Euſebio qui decennovenalem compoſuit, occaſionem dedit. *Hyppoliti opera.*

ANNI AVRELII.

PRimo Aurelii anno, Caliſtus papa 15. ordinatus, ſedit annis quinque, paſſusque eſt ſub Alexandro Imperatore, 2. Idus Octobris. Anno domini 222. Anno domini 223. Nicopolis quæ prius Emmaus vocabatur, condita eſt, legationis induſtriam pro ea ſuſcipiente Africano temporum ſcriptore. Anno domini 234. Aurelius militari tumultu occiditur.

HISTORIA.

ANno dominicæ incarnationis, 225. à conditione urbis nongenteſimo 76. Aurelius Severus Alexander, ignobilis fortunæ, 21, ab Auguſto Imperator factus eſt juvenis admodum, ab exercitu Cæſar nominatus, à ſenatu Auguſtus: regnavitque annis 13. Hic Mammeam matrem ſuam pie & unice dilexit, pro quo omnibus placuit. Illa verò ei multum dominata, eo uſque illum coegit, ut illa ipſa permodica, ſi qua menſæ ſupereſſent quamvis ſemeſa, alteri convivio reſervarentur. Quæ tamen poſtea Origenem presbyterum audire curavit: eumque Antiochiam vocatum, honorifice tractavit, & eo audito, Chriſtiana facta eſt. Alexander itaque ſuſcepto bello adverſus Perſas, Xerſen regem glorioſiſſime vicit, militarem diſciplinam ſeveriſſime rexit, Romæ quoque favorabilis & amabilis fuit. Cujus tempore Taurinus in oriente ſumpſit imperium. Julianus Maximus in Gallia. Alexander verò apud Mogontiacum poſitus, cum videret ſe à militibus deſeri, optavit ut aliquis eum occideret. Cumque ei unus cum gladio occurriſſet, ille obvoluto capite cervicem præbuit, ſtatimque periit, anno vitæ 26. imperii 13. Sub cujus imperio, in Neapoli Actiaca, id eſt, in Epiro, editio quã ſextam dicimus inventa eſt. *Aurel. Alexander Severus.* *Mammea fit Chriſtiana ſub Origene.* *Alexãder Mogontia occiditur.*

ANNI ALEXANDRI.

HIc primo regni ſui anno, Xerſen regem Perſarum vicit. Anno domini 226. Urbanus Papa 16. efficitur, ſedensque annis 8. multos convertit ad fidem, & ad martyrium exhortatus eſt. ipſeque paſſus eſt ſub Alexandro. 8. kal. Junii. Anno domini 227 Anno domini 228. Ulpianus juris conſultus, aſſeſſor Alexandri claruit. Anno domini 229. Anno domini 230. Anno domini 231. Antiochiæ conſtituitur Zebennus epiſcopus 11. Anno domini 232. Anno domini 233. Ann. dom. 234. Pontianus papa 17. ordinatus, ſedit annis ſex, paſſusq; eſt ſub Maximino 12. kal. Decemb. Heracleas Alexandriæ ordinatur 12. Anno domini 235. Origenes de Alexandria in Paleſtinæ Cæſaream tranſit. Anno domini 236. Anno domini 237. Alexander Mogontiæ occiditur.

ANNI MAXIMINI.

ANno Dominicæ incarnationis, 238. urbis conditæ nongenteſimo 89. Julius Maximinus genere Trax, ordine miles, 22. ab Auguſto imperator factus eſt, ſola militũ voluntate, ſine ſenatus autoritate, regnavitque annis tribus. Hic perſecutionẽ ſextam à Nerone in Chriſtianos exercuit. Hujus tempore duo Gordiani, pater & filius imperium arripuerunt, ſed unus poſt unum interierunt. Maximinus autem bello adverſus Germanos ſuſcepto, & fœliciter acto, apud Aquilejam à Puppieno quodam interfectus eſt cum filio adhuc puerulo, cunctis militari joco clamantibus, ex peſſimo genere nec catulum habendum fore. Anno domini 239. Maximinus perſecutionem ſextam movit in Chriſtianos: in qua cum Pontianus papa occubuiſſet, Antherus ei ſucceſſit 18 papa: ſed poſt menſem unum, dieſque tredecim, & ipſe paſſus eſt, 3. Non. Januarii. Anni ab initio mundi 4. mil. 200. Anno domini 240 Fabianus papa 19. ordinatur, ſedens annis 13. & menſibus 11. paſſus eſt ſub Decio, 13. kalend. Feb. Maximinus imperator Aquilejæ occiditur. Antiochias Babylas ordinatur 12. *Maximinus Trax.* *Perſecutio in Chriſtianos. Vide 9. lib. Euſebii in aliquot capitibus.*

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 241. ab urbe condita nongenteſimo 92. Gordianus nepos Gordiani ex filia, ortus Romæ ex clariſſimo patre, 23. ab Auguſto Imperator creatus, regnavit annis 6. Hic Romam cũ veniſſet, Puppienus & Galbinus fratres, qui occiſo Maximino, imperium invaſerunt, de ruſtico genere, in palatio interfecti ſunt. Gordianus autem admodum puer, cum Tranquillinam duxiſſet uxorem Romæ, ad orientem profectus, bellum Parthis intulit: quo fœliciter geſto, Perſas ingentibus prœliis afflixit: & cũ rediret, à Philippo qui poſt eum regnavit, occiſus eſt, anno vitæ 20. *Gordiani trẽs. Vide Iulium Capitol.*

ANNI GORDIANI.

HUujus anno primo, Julius Africanus chronographus, inter Eccleſiaſticos ſcriptores nobilis habetur. Qui in Chronicis quæ ſcripſit, refert ſe Alexandriã properaſſe, Aradæ opinione celeberrima provocatũ, quẽ & in divinis, & in humanis & philoſophicis ſtudiis atq; omni *Iulius Aphricanus Chronographus, Euſeb. lib. 1. cap. 23.*

Digitized by Google

Græca doctrina inſtructiſſimum fama loquebatur. Anno domini 240 Origenes in Cæſarea Paleſtinæ, Theodorum cognomento Gregorium, & Anthenodorum fratrem ejus, Ponti poſtea epiſcopos inſignes, divina imbuit ſapientia. Anno domini 243 Porphyrius Plotini Platonici philoſophi auditor, Romæ clarus habetur. Anno domini 244. Theopompus Chronicus, & Nicanor ſophiſta, Athenis claruerunt. Anno domini 245. Gordianus bellum Parthis intulit. Anno domini 246. Gordianus à Philippo interficitur.

ANNI PHILIPPI.

Philippus primus Imperator Chriſtianus. Euſebius lib. 6. cap. 25.

ANno Dominicæ incarnationis 247. urbis conditæ nongenteſimo 98. Marcus Julius Philippus 24. ab Auguſto invaſit imperiũ, occiſo Gordiano, & unà cũ filio ſuo Gajo Julio Saturnino Philippo, regnavit annis 7. Iſti omniũ imperatorũ primi Romæ Chriſtiani effecti ſunt: & in ipſis Paſchæ vigiliis cũ jungi vellent ſacrificiis, & cõmunicare, à Fabiano pontifice Romano nõ permiſſi ſunt, niſi prius confiterentur peccata ſua, & inter pœnitẽtes ſtarent. Quod illi ſuſcipientes libentiſſime, divinum ſibi metum, & Chriſtianitatis pleniſſimam fidem rebus & operibus comprobant ineſſe. His anno jam tertio imperantibus, milleſimus annus conditæ urbis Romæ impletus eſt: quo ſolenniter ab omnibus celebrato, innumerabiles beſtiæ in circo magno interfectæ ſunt. Ludiq; theatrales in campo Martio celebrati, tribus diebus ac noctibus populo pervigilante. Ambo deinde, ſcilicet pater & filius ab exercitu interfecti ſunt: pater Veronæ, capite medio ſupra ordines dentiũ præciſo, filius vero Romæ, cum eſſet annorum 12. Hic adeo ſeveri fuit animi, ut jam à quinquennii ætate nullo cujuſquã commento ad ridendum ſolvi potuerit: patremq; ludis ſecularibus petulantius cachinantem, licet adhuc puer, vultu adverſato notaverit.

Philippus primo regni ſui anno, Philippum filium ſuum conſortem regni facit. Anno dom. 248. Anno domini 249. Alexandriæ Dionyſius ordinatur Epiſcopus 13. Annus ab urbe condita milleſimus feſtivè celebratus eſt Romæ. Anno domini 250. Anno domini 251. Anno domini 252. Philippus urbem nominis ſui conſtruxit in Thracia. Anno domini 253. Philippus ſenior Veronæ, junior occiditur Romæ.

HISTORIA.

Decius.

ANno Dominicæ incarnationis 254. ab urbe condita milleſimo quinto, Decius in Pannonia inferiori Bubaliæ natus, 25. ab Auguſto invaſit imperium, interfectis ejus fraude Philippis, hoc eſt, patre & filio, & 30. mẽſibus, id eſt, duobus annis & dimidio. Quidam autẽ ſcribũt eum uno tantum anno regnaſſe: ſed hoc multum diſcordat paſſionibus ſanctorum, qui leguntur ſub eo paſſi fuiſſe. Nam cum legatur Fabianus Papa, 14. ſui epiſcopatus anno martyrium ſub illo accepiſſe, & huic Cornelium triennio in ſede ſucceſſiſſe, itemq; ſub eodem paſſum fuiſſe, Sixtum quoq; & Laurentium, & Hyppolitum, aliosq; quàm plures, ſtare non poteſt, ut tot ſibi in Romana ſede ſuccedentes, uno anno trucidaverit, maxime cum Cornelius, ut Eccleſiaſtica docet hiſtoria, triennio ſedem tenuerit. Unde & de ipſorũ quoq; pontificũ ſucceſſione quæſtio animum pulſat, quomodo Decio regnum ſuum vel uno, vel duob. & dimidio anno tenẽte, Cornelius epiſcopatum Romanum tribus, juxta Eccleſiaſticam hiſtoriam, annis tenuerit, eiq; Lucius per octo menſes, Stephanus verò per biennium, dehinc Sixtus per 11. annos, exin Dionyſius per novẽ annos ſucceſſerit, cum per omnẽ Eccleſiam Cornelius & Sixtus cujus Diaconus erat Laurentius ſub Decio paſſi prædicentur: Lucius vero & Stephanus ſub Valeriano & Galieno martyrizati legantur. Qua de re coniici poteſt, ſucceſſionum vices vitio ſcriptorum pro ſimilitudine nominum mutatas fuiſſe, autoritatem vero catholicæ Eccleſiæ ad nos uſq; perlatam, probabile eſt ſequẽdam eſſe. Sed ut ad ſuperiora redeamus, Decius filium ſuum Decium Cæſarem fecit, & perſecutionem ſeptimã poſt Neronem in Chriſtianos movit, occaſionem ſumens, odium Philipporum quos interfecit, in qua perſecutione multi ſanctorũ paſſi ſunt. Hujus temporibus cum plurimi Gothi Iſtrum fluvium transmeantes, Romanorum civitates devaſtarent, Decius cum filio ſuo illos bello aggreſſus, 30. millia ex eis occidit, de ſuis quoque multos amiſit. Filius ejus etiam interfectus eſt, ipſeq; inter confuſas turbas gurgite cujuſdam paludis ſubmerſus eſt, ita ut nec cadaver ejus inveniri potuerit, anno imperii ſui 3. vitæ 50. Hæc juxta hiſtoriam. In paſſionum verò libro ſcriptum reperitur, quod interfecto Sixto Papa, & ejus archiadiacono Laurentio, aliisq; ac deinde Hypolito, ſociisq; ejus, 27. die poſt paſſionem ſanctorum, Decius & Valerianus præfectus ſedentes in cartuca, cum tractarent adhuc de nece ſanctorum, dæmoniis arrepti ſunt, & in præſentia Decii Valerianus expiraverit: Decius verò rediens in palatium, triduo vexatus ſit, & in conſpectu Triphoniæ uxoris ſuæ exhalaverit. Qualiter autem ſuper his veritas ſe habeat, in ſcriptorum ratione conſiſtat.

Martyres ſub Decio.
Sixtus.
Laurentius.
Hyppolitus

Autoritas Eccleſiæ.

Decius 30. millia Gothorũ occidit.

Liber paſſionum.

ANNI DECII.

PRimo Decii anno facta in Chriſtianos perſecutione, Fabianus Papa 19. paſſus eſt 13. kal. Feb. Cui Cornelius 20. ſuccedens, ſedit annum, & menſes 7. & dies aliquot, licet in Eccleſiaſtica hiſtoria legatur (ſi tamen vitio ſcriptorum liber depravatus non eſt) tribus annis ſedem tenuiſſe, quod rationi temporum Decii non videtur convenire. Alexander Hieroſolymitanus

Martyres ſub Decio.

łymitanus episcopus Narcissi successor, cursum bonum consummavit, cui Azabanes successit. Antiochenus quoq; præsul æqualiter Alexandro decertans, & in vinculis moritur, post quem Fabianus 13. constituitur. Anno domini 255. Cornelius Papa 20. passus est 18. Kal. Octob. cui succedens Sixtus Papa 21 sedit menses 10. Anno domini 256. Sixtus Papa passus est 8. Idus Augst. cum aliis. Passi sunt hoc anno Polochronius episcopus cum multis, Abdon & Sennes, Olympiades & Maximus, Laurentius post Sixtum, Hyppolitus cum sociis suis, aliiq; quàmplures. Dionysius Papa 22. post Sixtum ordinatus, sedit annis 2. & mensibus 5.

Epistola est Dionysii Alexandrini ad Flavianum Antiochenum de martyribus Alex.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis, 257. ab urbe condita millesimo 8. Virius Gallus Hostilius 26. ab Augusto, Imperator ab exercitu creatur, & cum Volusiano filio suo regnavit annis 2. mensibus 4. Hujus imperii Dionysius Alexandrinus episcopus meminit ita; At ne Gallus quidem malum Decii aut videre potuit, aut cavere, sed in eundem lapidem offensionis impingens, sanctos viros persecutus est. His temporibus Æmilianus quidam in Mœsia Imperator elevatus est, contra quem ambo, pater scilicet ac filius pergentes, ab exercitu suo interfecti sunt: pater habens annos vitæ 47. Æmilianus autem Maurus genere, post menses quatuor occisus est.

ANNI GALLI.

PRimo anno regni Galli & Volusiani, Origenes presbyter, anno ætatis suæ 70. nondum impleto, moritur, & in Tyro sepelitur, qui in tantũ sedulus fuit scribendi, ut Hieronymus quodam loco dicat, quinque millia librorum ejus se legisse. Antiochiæ constituitur Demetrianus episcopus 14. Anno domini 258. Gallus & Volusianus occiduntur. Dionysius Papa 22. migravit 6 kal Jan. Hic presbyteris ecclesias distribuit, & parochias divisit.

Origenes moritur.

Quinque millia librorum Origenis.

HISTORIA.

ANno dominicæ incarnationis, 259. urbis vero conditæ millesimo 10. Licinius Valerianus cognomento Colobius, in Rhetia & Norico agens, ab exercitu imperator creatus, mox Augustus est appellatus, 27. ab Augusto. Romæ vero Galienus filius ejus à Senatu Cæsar appellatus est, regnaverũtq; simul annis sex: Galienus verò postea 9 qui faciunt annos 15. Valerianus itaq; nobilis quidem erat genere, sed ludus tamen & iners multum, nec ad aliquem usum publici officii consilio seu gestis accommodatus. Galienus autem primum fœliciter regnavit, postea vero luxuriosè vivens, imperium ferè adnihilavit. Valerianus igitur filium suum Galienum fecit Augustum, & Cornelium Valerianum Galieni filium cæsarem constituit. Mox autem ut regnare cœpit Licinius Valerianus, persecutionem à Nerone 9. in Christianos exercuit. Postea in Mesopotamia bellum gerens, à Sapore Persarum rege captus, luminibusq; privatus, miserabili servitute ibi consenuit. Nam quamdiu vivebat, semper acclivis humi, regem in equum ascensurum dorso attollebat. Unde Galienus tam claro Dei judicio territus, pacem nostris dedit: ob meritũ tamen vel propriæ libidinis, vel paternæ theomachiæ, innumera, Barbaris assurgentibus, Romani regni detrimenta sustinuit. Ad ultimum profectus adversus Aureolum ducem suum, qui Mediolano regnare tentavit, comprehendit illum apud Pontem, qui ex nomine ejus Aureolus appellatur, & Mediolanum obsedit. Sed cum ibi luxuriosè viveret, artificio ejusdem Aureoli à suis interfectus est, anno ætatis quinquagesimo. Hac autem persecutione, quæ sub patre suo facta est, aliqui passos esse confirmant, Cornelium, Lucium, Stephanum, & Sixtum, Romanos pontifices, cum tamen Cornelius & Sixtus, ut supra dictum est, in passionum libris sub Decio passi legantur.

Licinius.

Galienus.

Et hic vides differentiam inter Augustum & Cæsarem. Est enim Cæsar sub Augusto.

Vide Eusebium lib. 7. cap. 16.

ANNI VALERIANI ET GALIENI.

PRimo regni sui anno, Licinius Valerianus persecutionem in Christianos movit. Lucius Papa 23 ordinatur, sedensq; menses 8. patitur 4. Non. Mar. Cui succedens Stephanus 24. sedit annis 2. patiturq; 4. Non. Aug. Anno domini 260. Anno domini 261. Anno domini 262. Sixtus Papa 25. ordinatus, sedit annis 11. patiturq; 8. Idus Aug. Cyprianus Carthaginensis episcopus, doctor præcipuus, cujus doctissima extant opuscula, martyrio coronatur 18. kalen. Octobris. Anno domini 263. Theodorus cognomento Gregorius, cujus supra mentionem fecimus, Neocæsariæ Ponti Episcopus, magna virtutum gloria claruit, qui & stagnum quoddam precibus exiccavit, & montem, ut Ecclesiæ locus sufficeret, movit. Anno domini 264. Antiochiæ ordinatur Episcopus 15. Paulus Samosatenus. Anno domini 265. Valerianus à Sapore Persarum rege capitur. Anno domini 266. Galienus casu patris perterritus, pacem Christianis dat. Anno domini 267. Anno domini 268. Anno domini 269. Anno domini 270. Hierosolymorum Episcopus Hymenæus ordinatur. Alexandriæ constituitur Episcopus 14. Maximus. Anno domini 271 Antiochiæ ordinatur Episcopus Dominus 16. Anno domini 272. Anno domini 273. Dionysius Papa 26. ordinatur, sedit annis 9. Galienus Mediolani interficitur.

Cypriani opuscula. Miraculum de stagno exiccato Eusebii lib. 7. cap. 25.

ANNI

ſedi 25. annis præſidentis, hanc regendã ſuſcepiſſe: & poſt duodecim ſui regiminis annos, ſecundo Titi anno Pontificatum Anacleto reliquiſſe, & hunc item poſt duodecim annos Clemẽti ſedẽ tradidiſſe, quod videtur Anno Domitiani 12. contigiſſe, ipſumq; Clementẽ poſt novem ſui Pontificatus annos ſub Trajano paſſum: Evariſtum quarto ejuſdem Trajani anno ſucceſſiſſe, huic Alexandrũ, illi vero Sixtum, & ſic cæteros. Alii vero ſcribunt Linum & Cletum ſub Petro fuiſſe, ipſumque Petrum mox ut Pontificatum accepit, Linũ pro ſe in agendis Eccleſiaſticis, quo ipſe liberius prædicationi vacaret, ordinaſſe; illoque poſt annos duodecim decedente, Cletum huic ſubrogaſſe. Quo etiam itẽ poſt annos 12. defuncto, eo anno & tempore quo ipſe Petrus paſſus eſt, ſcilicet 14. Neronis anno, Clementi ſedem commiſiſſe: & ei, ſuisque ſucceſſoribus ligandi ſolvendique poteſtatem, ſicut ipſe à Chriſto ſuſcepit, demum tradidiſſe, & huic paſſo ſub Domitiano, Anacletum ſucceſſiſſe: cui Evariſtum, & huic Alexandrum, ſicque cæteros. Quæ deſcriptiones cum ſibi multum diſſonæ probentur, quærendum cui magis credi judicetur. Conſideremus ergo earum inæqualitates. Igitur ſi Linus Anacletũ, iſque Clementẽ ſucceſſorem reliquiſſe accipitur, ut prior deſcriptio teſtatur, Cletus omnino de pontificum catalogo excluditur, cujus veneratio per omnes Eccleſias ſic celebris eſt, ut non ſolum in matyrologiis attituletur, verum etiam in canone miſſarum, & in ſupplicationibus letaniarum, publicitus inter Linum & Clementem recitetur. Si vero poſt Linum Cletus, dein Clemens, & poſt hunc Evariſtus & Alexander numerentur, locus non habetur ubi Anacletus recipiatur, cum Beda in martyrologio ſuo dicat, hũc quartũ poſt Petrũ ſediſſe, & ſub Domitiano paſſum fuiſſe, ut primus ſit Linus, ſecundus Cletus, tertius Clemens, quartus Anacletus. Sed ſi poſt Clementem Anacletus ponatur, & ſecundum Bedam ſub Domitiano paſſus recipiatur, neceſſario illud reſellitur, q̃ anteceſſor ejus Clemẽs ſub Trajano paſſus dicitur, cũ evidẽter ſub Domitiano paſſ⁹ eſſe probetur, ſi ſucceſſor ej⁹ Anaclet⁹, ab eodẽ occiſus nõ negetur.

Anacletus. Clemens. Evariſtus. Alexander. Sixtus.

HISTORIA.

ADhuc autem argumentatur & illud: Quia ſi Linus & Anacletus juxta quoſdam, ſive Linus & Cletus ſecundũ alios, uterq; poſt paſſionẽ Petri, quæ 14. Neronis anno facta eſt, per annos 12. tenebat pontificatũ, quod ſp⁹ciũ, per 24. annos in Domitiani duodecimũ protẽditur annũ: Clemens ab apoſtolo Petro ſedẽ, & ligandi ſolvendiq; licentiã nullatenus accepiſſe probatur, quod à nonnullis firmatur. Additur & hoc quòd S. Dionyſius Ariopagita, beati Pauli apoſtoli diſcipulus, & Athenarũ Epiſcopus, cũ ſicut in libro paſſionis ejus legitur, beatos apoſtolos Petrũ & Paulũ audiret Romæ teneri, ſubrogato Athenis Epiſcopo, properavit Romã velocius attingere: ſummopere deſiderans, ſi Deus ita vellet, cũ eiſdem ſanctis apoſtolis occumbere. Sed cum divina diſpoſitio vota ipſius præveniret, ſanctiq; apoſtoli prius paſſionis gloria coronarentur, quàm ipſe Romã adiret, tandẽ perveniens, Clementẽ condiſcipulũ ſuum, Romanq; ſedi jam præſidentem invenit: qui & illum in Gallias prædicatorẽ direxit. Quæ igitur fuit feſtinantia tanti deſiderii, ſi per 24. annorũ ſpatium, vel amplius inter Athenas & Romã nullo potuit obſiſtente cohiberi? Nec enim illud refragatur, quòd oſtio fidei ſibi aperto, cauſa ſeminandi verbũ Dei aliquandiu retardatus fuiſſe narratur. Qui etſi per cõtiguas paræ ochias, divina ſemina prædicandi avidus diſperſerat, paſſiõis tamẽ deſiderio fervẽs, ab Athenis infra 24. annos maturius Romã contendere poterat. Adhuc vero cũ idẽ Dionyſius 96. Dominicæ incarnationis anno, qui eſt 14. Domitiani paſſus deſcribatur, Clemens vero, qui eũ direxit in Gallias duodecimo ejuſdẽ principis anno, juxta ſuperioris opinionẽ deſcriptionis ſedẽ accepiſſe dicatur, mirũ poteſt videri, qualiter anno, nõdũ, aut vix expleto poſſẽt omnia hæc expleri, ſcilicet ut Dionyſius de Roma in Gallias veniret, & tam cervicoſum populum ignotus adhuc & advena fidei jugo ſubſterneret, baſilicam conſtrueret, aliaq; plura quæ de eo leguntur, ſacerdotum ſuper his commotorum relatio Romã recurreret, divulgataq; perſecutione, præfectus inde miſſus in Galliam, Dionyſium diverſis pœnis occideret. Liber quoq; paſſionis Alexandri Papę teſtatur, quod in ordine Pontificũ Romanorum, Clemens poſt Petrum primus, hoc eſt ſecundus ab illo habeatur. Sic .n. ibi ſcriptũ eſt. Quinto loco à beato Petro Apoſtolo, Romanæ Eccleſiæ cathedrã Alexander ſuſcepit, & reliqua. Quòd ſi Linus à Petro ſecundus dicatur, neceſſe eſt ut & Cletus ante Clementẽ, & Anacletus poſt eũ à numero excludãtur, quatenus Alexander quintus inveniatur, ſcilicet ut Petro exiſtente primo, Lino ſecundo, Clemente tertio, Evariſto quarto, Alexander quinto loco ſubſequatur. Aliter .n. Alexãder quintus à Petro non habetur, quia ſi Linus à Petro ſecũdus, & Cletus ſive Anacletus ante Clemente fuerit poſitus, Alexander erit ſextus: ſi verò Cletus ante Clementem, & Anacletus poſt illum ponitur, Alexander ſeptimus habetur, niſi Clemens à Petro ſecundus numeretur, illis & talibus allegatis pro imperitia mea, propter rerum & temporũ convenientiam, hos magis interim ſequendos æſtimo, qui Linum & Cletum dicunt fuiſſe ſub Petro, & illos quidem hoc officium quod coepiſcopi ſub Epiſcopo tenent, adminiſtraſſe. Clementẽ verò Petro ipſo tradente, legitimo jure ſucceſſiſſe, & idcirco eum à quibuſdam primum Papam vocatum, quia velut hęreditario jure ligãdi ſolvendiq; à Petro accepiſſe dicitur Pontificatũ. Pro hoc verò ab aliis dictũ tertiũ eſſe à Petro, quòd ſub ipſo Apoſtolo præceſſerint eum Linus & Cletus in ſacerdotali officio. Hucuſq; de his, in ſequentib⁹ verò eadẽ cauſa pro ſucceſſionis ordine & temporũ ſerie generat erroris cumulũ, q̃ pro ſimilitudine nominũ perſonis inditorũ inoleviſſe creditur, ob incuriã & vitiũ ſcriptorum

De Dionyſio Ariopagita.

Liber paſſionis Alexandri.

Quod Linus & Cletus ſub Petro fuerit. Clemens primus Papa.

Digitized by Google

cunctos principes longe distare à neronis quinquennio. Reliquũ vero q; à quinq; annis supervixit ita Caligulæ avunculi sui vestigia secutus est, immo super gressus est ut turpe sit dicere, ad quandam malignitatem pervenerit. Plurimam senatorum partem interfecit, equestrem ordinem pene destituit, bonis omnibus hostis fuit. Libidinibus porro tantis agitatus est, ut ne à matre quidẽ vel sorore, ullà ve consanguinitatis, reverentia referatur abstinuisse, virum in uxorem duxerit. Ipse amictus nubentium virginum specie, convocato senatu ad paciscendum de ratione dotis, in ipsisq; nuptias celebrandibus pelle coopertus feræ, à viro ut uxor ductus sit. Parricidia multa commisit, matre, fratre, sorore, uxore cæterisque consanguineis interfectis. Vrbem Romam per sex dies & noctes incendit, ut quale esset incendium Trojæ videret: ipse stans in altissima turri, lætusque prospectans flammas, tragico indutus habitu, Illiadem tragœdiam canebat. Intre militari nihil omnino ausus, Britanniam pene amisit. Auxit molem facinorum ejus, temeritas impietates in deum. Primus enim persecutionem in Christianos movit per omne regnum suum, ipsumque nomen extirpare cupiens, principes Apostolorum Petrum & Paulum occidit. Ipse Vespasianum cum filio suo Tito, ad destruendam Hierusalem, misit. Inter hæc Galba Hispanie prætor, & Gajus Vitellius imperium corripuere. Nero autem omnibus execrabilis, hostis à senatu judicatus est: decretum est, ut furca collo ejus inserta, nudus per publicum duceretur, & virgis usque ad mortem cæsus, de saxo præcipitaretur. Quod ille audiens, si multaque adventum Galbæ comperiens, fugit è palatio, & cum eo Nephic⁹, noctisq; me dio urbe egressus est. Secuti sunt aũt eũ Phaõ & Epaphrodi⁹ Nephitus, & Spado Nespero, quem quondam exectum in mulierem formare tentaverat. Cumq; venisset in suburbanum liberti sui, quod est inter Salariam & Numentanam viam ad quartum urbis milliarium, ictu gladii se percutere voluit, sed trepidante manu, hoc perficere non potuit. Et cum nullum inveniret a quo feriretur, exclamavit dicens: Ita nec amicũ, nec inimicum habere possum. Videns hoc Nespero, adjuvit manum trementem: & ita perit anno vitæ suæ 31. imperii 14. sicque omnis Augusti familia in eo consumpda est. Hujus temporibus Romæ pollebant Seneca tragicus, & philosophus, Musonius & Plutarchus philosophi, Juvenalis & Persius satyrici, Lucanus quoque filius fratris Senecæ, & Statius,

Hinc proverbium, Neronis quinquennium.

Libido Neronis.

Nero fit uxor.

Sueton. habet ἄλλως flammæ decandavit in suo illo scenico habitu.

Neronis impietas in Christi annos.

Neronis mors

ANNI NERONIS.

PRrimo autem Neronis anno, Festus successit Fœlici præsidi. Anno domini 58. Paulus Apostolus apud Festum, præsente Agrippa rege, religionis suæ rationem exponens, ab eodem Festo vinctus, Romam mittitur, ubi & petrus occurrens, Paulum convenit; & quia Linus jam, excessit, Cletum in locum ejus subrogavit, qui & ipse annis 12. Ecclesiam rexit. Hucusque librum actuum Apostolorum Lucas perduxit Evangelista. Anno domini 59. Probus Perithius eruditissimus grammaticus claruit. Anno domini 60. Statius Surculus pœta Tholoscanus celebris fuit. Anno domini 61. Terræmotus Romæ & ecclypsis solis facta est. Anno domini 62. Festo succedit Albinus in præsidatu Judaę. Anno domini 63. Jacobus frater domini lapidatur à Judeis, & Simon frater ejus in locum ejus constituitur. Anno domini 64. Marcus Evangelista passus est Alexandriæ Anno domini 65. Persius moritur anno ætatis 29. Ante mensam Neronis fulmen cecidit Anno domini 66. Annæus Lucanus Cordubensis poeta in pisoniana conjuratione deprehensus, brachium ad secandas venas præbuit, Anno domini 67. Nero incendit Romã ad similitudinẽ Trojæ. Anno dn. 68. Annæus Seneca Cordubensis præceptor Neronis & patruus Lucani, jussus à Nerone genus mortis eligere, incisione venarũ, & haustu veneni interiit. Cuj⁹ frater Iunius Gallio egregius declamator, propria manu interfecit. Frater vero illorũ Luci⁹ Annæus Melas, bona filii sui Lucani à Nerone promeruit se Anno dn. 69. Vespasian⁹ dux exercitus adversũ Judæos, q Gessii Flori successoris Albini avaritiã nõ ferentes rebellabant, à Nerone missus, interceteras urbes Iotapatã muniti civitatẽ cepit, in quã & Josephũ, qui & Josippus, ducem belli comprehendit. Qui cũ interficiendus esset à Romanis prædixit Vespasiano, quod ipse imperator futurus esset, sicque vitam promeruit. Hic est scriptor antiquitatũ. Anno dn. 70. Petrus Apostolus peracto prædicationis suæ tẽpore, iterũ veniens Romã, defũcto Cleto discipulo suo, Clemẽti cathedrã Romanã cõmisit, dãs ei suisque successoribus potestatẽ ligandi & solvendi sicut ipse accepit à domino eodẽq; anno ipse Petrus jubente Nerone crucifixus est Paulus vero decollatus. Sedit autem Clemens annis 19. mensis 5. passusque est sub Domitiano nono Kal. Decemb. licet quidam contendant eum passum sub Trajano. Secundum Ecclesiasticam historiam primus post Petrum Linus hoc anno Romanam susceptit Ecclesiam, & per 12. texerat annos.

Petrus Paulo Romæ occurrit.

Marcus Evangelista

Senecæ mors.

Vide libros de bello Iud.

Petri & Pauli passio.

HISTORIA.

NEro autem interfectionem Apostolorum se ipsum interfecit, ordine supra scripto, ut in Romana legitur historia, cum quidam scribant illum in sylva errantẽ, à lupis esse devoratũ. Hunc Persæ in tantum dilexrunt, ut legatos mitterent Romam, multum rogantes ut concederetur illis licentia fabricandi ei sepulchrum. Cæterum aliæ provinciæ omnes, & tota Roma, de interitu ejus nimis exultaverunt, in tantum, ut omnes vestiti pileis manumissionũ quod tunc erat sigeũ liberationis, quasi ab impio domino liberati, victoriã celebrarent. Ignatius Antiochiæ secundus ordinatur Episcopus, cum eum præcesserit Evodius.

Persæ amantes Neronis.

Vide. Aul. Gel. servi raso capite pileum accipiebant.

ANNI

ANNI GALBÆ.

Galba.

ANno Dominicæ incarnationis, 71, ab urbe vero condita 821. Galba antiquissimæ nobilitatis senator, de Sulpitiorum genere progenitus, cum 73. gereret ætatis annum, ab Hispanis & Gallis electus, mox ab universo exercitu libenter imperator acceptus, statim ut Neronis mortem audivit, Romam venit, sextusque ab Augusto, mensibus 7. regnavit. Hujus privata vita insignis fuit militarib' & civilibus rebus: sæpe fuit consul, sæpe dux in gravissimis bellis. Militem suum ita severissime tractans, ut ingresso eo in castra, diceretur statim ab altero ad alterum: Disce militare, Galba venit, non Getulicus. Imperium vero adeptus, cum avaritiæ vitio sevitiaque omnes offenderet, Pisonem quendam nobilem adolescentem in filium regnumque adoptavit. Ipse autem mense 7. in medio Romanæ urbis foro decollatus est, insidiis cujusdam Othonis, qui post eum arripuit regnum.

Privata vita Galbæ.

Vide Suetonium.

HISTORIA.

Otho Sylvius.

LUcius Otho occisis Galba & Pisone, invasit imperium Romanorum, ortus ex oppido Ferentino, materno genere nobilior quàm paterno, neutro tamen obscuro. In privata vita mollis, maximeque in adolescentia turpis, & Neronis familiaris, in imperio verò documentum sui non potuit ostendere. Nam cum iisdem temporibus quibus Otho Galbam occiderat, etiam Vitellius à Germanicis exercitibus imperator factus esset, bello contra Vitellium suscepto, tribus levibus prælis Otho victor extitit: uno apud Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum quem Castoris vocant: quarto cum apud Bebriacum in Italiam victus esset levi prælio, ingentes tamen copias habens ad bellum, sponte semet occidit, 38. ætatis anno transacto, 95. imperii die, scilicet mense 4. Hic propriis militibus tam amabilis fuit, ut plærique, viso ejus corpore mortuo, suis manibus interirent.

Otho se necat. Suet. Uno se trajecit ictu infra lævam papillam.

HISTORIA.

Vitellius.

VItellius Romã victor ingressus, vi Romano potitus est imperio, familia honorata magis quàm nobili ortus. Nam pater ejus Lucius Vitellius non admodum clare natus est: tres tamen ordinarios gesserat consulatus. Hic cum multo dedecore imperavit, multa sævitia, cæteri que vitiis notabilis, maxime ingluvie & voracitate, quippe qui de die quarto vel quinto sæpe fertur epulatus. Notissima certe cœna memoriæ mandata est, quam ei Vitellius frater ejus exhibuit, in qua super cæteros sumptus, duo millia lectissimorum piscium, & septem millia avium apposita sunt. Hanc exuberavit dedicatione patinæ, quam ob immensam magnitudinem clypeum Minervæ αἰγίδα ποτανίαν dictitabat. In hac Scarorum jocinora, phasianorum & pavonum cerebella, linguas phœnicoptorum, murenarum lactes, à Carpathio usque fretoque Hispaniæ per navarchos & triremes petitarum commiscuit. Hæc Suetonius. Interim Vespasianus Hierosolymam obsidens, audita Neronis morte, à militibus imperator creatus est. Quod audiens Vitellius, Sabinum fratrem Vespasiani, cum multis aliis, in capitolio incenso interfecit. Unde à militibus Vespasiani, sub muris urbis habito prælio superatus, cum in quandam cellulam palatio proximam se contrusisset, turpiter inde protractus, vinctus post tergum manibus, resupino capite, gladio ad mentum supposito, per forum ad spectaculum vulgi ducitur, multisque simum & cœnum in faciem ejus mittentibus, minutis ictibus excarnificatus, unco inde trahitur, & in Tyberim proiicitur, anno ætatis 57. imperii autem mense 8. Tres post Neronem rapuerunt imperium. Galba in Hispania quo missus erat cum exercitu: Otho Romæ: Vitellius in Germania: regnaveruntque anno uno, & mensibus sex. Antiochiæ secundus ordinatur Episcopus Ignatius.

Ignatius Alexãdrinus Episcopus.

HISTORIA.

Vespasianus.

ANno Dominicæ incarnationis, 72. ab urbe condita 822. Vespasianus à Nerone cum exercitu missus, comperta morte Neronis, ab exercitu imperator efficitur: dimissoque Tito filio suo in Judæa, ad obsidendam Hierosolymam, ipse per Alexandriam profectus est Romam, ubi accepto imperio, septimus ab Augusto regnavit annis 9. Obscure quidem natus, sed vir militari virtute præcipuus, & optimis comparandus, ut pote qui à Claudio missus in Germaniam, deinde in Britanniam, tricies & bis cum hoste conflixit, multumque Romano imperio adjecit. Hic in imperio moderate se gessit. Inter cætera namque bona hanc gratiam habuit, ut inimicitias in corde non retineret, in tantum, ut filiam prædicti Vitellii inimici sui multis dotatam divitiis, nobilissimo traderet marito. Hic cum ab amicis moneretur, ut caveret se à Tametio Pompoliano, de quo sermo vulgabatur, quod regnaturus esset, consulem illum fecit, alludens tali cavillo: Quando regnum acceperit, talis beneficii memor erit. Talibus sæpe verbis jocularibus amicorum iras placavit. Cumque Romam incendiis ruinisque veteribus destitutam repararet, ac multa regno Romano adiiciens, cum Tito filio de superatis Judæis triumpharet, cunctisque amabilis existeret, profluvio ventris fessus, in villa propria circa Sabinos interiit, anno ætatis 79. Cujus anno primo Titus filius ejus Judæos inenarrabili fame cruciavit obsessos, premens eos diversis instrumentis.

Dotat Vespasiani.

Inimicis benefacere.

Vide lib. 7. bel. Jud. apud Josephum.

ANNI

ANNI VESPASIANI.

ANno Dominicæ incarnationis 73. Hieruſalem à Tito capitur, non ſine multo ſuorum ſanguine. Subverſaq; civitate, ſexingẽta millia Judæorũ interfecit, ut Cornelius & Suetonius refertũt. Joſephus verò, qui & Joſippus, unus ex Judæis, qui ei tunc bello præfuit, ſcribit undecies centena millia fame periiſſe, & gladio: & centum millia captivorũ publicè venundata. Ut autẽ tanta multitudo Hieroſolymis reperiretur, cauſam azymorũ fuiſſe refert, ob quæ ex omni gẽte Judæorum ad templum confluentes, urbe quaſi carcere ſunt incluſi. Oportuit enim, ut iiſdem diebus Paſchæ interficerentur, in quibus Salvatorem interfecerunt, Colligitur autem omne tempus in ſecundum annum Veſpaſiani, & ſubverſionẽ Hieroſolymorum noviſſimam à 15. anno Tyberii cæſaris, & ab exordio Evangelicæ prædicationis anni 42. à captivitate autem quã ab Antiocho paſſi ſunt Judæi, anni 200. à ſecũdo anno Darii quo reædificabatur templum, 590. à prima verò ædificatione ſub Salomone, anni mille 102. Anno domini 74. Veſpaſianus capitolium cœpit reædificare. Anno domini 75. ſeditio in Alexandria orta eſt. Anno domini 76. Coloſſus erectus eſt, habens altitudinem pedum 107. Anno domini 77. Joſephus hiſtoriographus claruit. Anno domini 78. tres civitates Cypri terræmotu corruerunt. Anno domini 79 peſtilentia Romæ tanta facta eſt, ut intra non multos dies decem fermè millia hominum morerentur. Anno domini 80. Veſpaſianus profluvio ventris mortuus eſt.

Corn. Tacitus hiſt. Aug. lib. 21

Occiſi & capti in bello Judaico.

Peſtis Romæ.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 81, ab urbe condita 831. Titus Veſpaſiani & Domicillæ filius, 8. ab Auguſto imperium ſuſcepit, & 2. annis, duobusque menſibus regnavit. Hic etiam Veſpaſianus ex nomine patris dictus eſt, vir in utraq; lingua, ſcilicet Græca & Latina diſertiſſimus, bellicoſiſſimus, moderatiſſimus, omniumq; genere virtutum mirabilis, adeò, ut amor & delitiæ generis humani diceretur. Tantæ verò largitatis erat, ut nulli à ſe petenti negaret. Cumq; reprehenderetur ab amicis cur hoc faceret: reſpondit, nullum debere ab Imperatore triſtem exire. quadam itaque die dum recordaretur in cœna, quòd ea die nulli quicquam præſtitiſſet, dixit aſſidentibus: Amici, hodie diem perdidi. Anno autem ætatis ſuæ 42. obiit in eadem villa qua & pater ejus. Tantus verò planctus fuit in urbe Roma pro morte ejus, quaſi orphani relinquerentur à patre.

Titus Veſpaſianus.

Suetonius, Non oportere ait à ſermone principis triſtem diſcedere.

ANNI TITI.

PRimò igitur imperii ſui anno amphitheatrum Romæ ædificavit, in cujus dedicatione quinque millia ferarum occidit. Anno dominicæ incarnationis 82. Repentinum incendium Romæ per triduum fuit. Secundum Eccleſiaſticam hiſtoriam defuncto Lino, Anacletus ordinatur Papa, ſeditque annos 12. ſed alii hoc negant.

Domitianus.

ANNI DOMITIANI.

ANno Dominicæ incarnationis, 83. ab urbe condita 833. Domitianus Veſpaſiani & Domicillæ filius, frater Titi junior, nonus ab Auguſto regnare cœpit, & annis 15. ac menſibus ſex regnavit. Iſte primum finxit ſe miſericordem & modeſtum eſſe; mox Tyberio aut Caliguli vel Neroni ſimilior quam patri aut fratri, ad omnia vitiorum genera profectus eſt in tantum, ut pro ſceleribus omnibus ſecundo Chriſtianos perſequeretur, primus poſt Neronem: in qua perſecutione Johannem Apoſtolum & Evangeliſtam ob prædicationem verbi divini in Pathmos inſulam relegavit, & Flaviam Domicillam filiã ſororis Flavii Clementis, in Pontianam inſulã cum multis aliis exiliavit: multosque nobiles ex Romanis necavit. Hic dominum ac Deum ſe appellari ſcribique juſſit, nullamque niſi auream vel argenteam ſtatuam ſibi in palatio ſtatui permiſit. In tantã verò mentis ſegnitiem devenit, ut remotis omnibus, ſolus in palatio muſcarũ perſequeretur agmina. Quem cum quidã percunctaretur an aliquis eſſet in palatio, reſpondit: Ne muſca quidem. Cumque odioſus eſſet omnibus, conjuratione ſuorum interfectus eſt in palatio, aſcita in conſilium uxore ſua Domitia, ob amorem Paridis Hiſtrionis, anno vitæ ſuæ 35. Funus ejus per veſpillones cũ ingenti dedecore exportatur, & ignobiliter eſt ſepultum, ſenatusque nomen ejus abradendum decrevit, ne quis eum imperatorem nominaret. Hic in arte ſagittandi tam doctus fuit, ut inter expanſos digitos hominis à longè ſtantis, ſagittam tranſmitteret.

Domitianus perſequuter Chriſtianorum.

Domitianus Deum appellari ſe vult.

Muſcas captare & ſtilo præacuto configere Sueto.

Veſpillo vilis cadaverum funerator, qui veſpertino tempore efferre ſolet, ob inopiam.

Hic primo anno ſuo Eunuchos prohibuit. Anno Domini 84. Titus decreto ſenatus inter deos reputatur. Anno domini 85. Domitianus plurimos ſenatorum in exilium mittit. Anno domini 86. Anianus primus poſt Marcum Alexandriæ Epiſcopus, obiit, poſt 27. Epiſcopatus ſui annum. Cui Albinus ſecundus ſuccedit. Anno domini 87. Quintilianus ex Hiſpania Calagurritanus primus Romæ publicam ſcholam habuit, & ſalarium è fiſco accepit. Anno domini 88. Domitianus Mathematicos & Philoſophos urbe pepulit. Anno domini 89. Anacletus tertius à Petro Clementi ſucceſſit, ſedensque annis 12. menſes 10 paſſus eſt ſub Trajano, 6. Kal. Maii. Anno domini 90. Domitianus Forum & multa ædificia fecit. Anno domini 91. Hæreſis Menandri & aliorum multorum oritur. Anno domini 92 Domitianus de Dacis & Getmanicis triumphavit. Anno do-

Hic ceſſat Suetonius.

Quintilianus.

Digitized by Google

mini 93. Domitianus prohibuit vites in urbibus seri. Anno domini 94. Domitianus persecutionem secundam in Christianos primus post Neronem movit, juxta Ecclesiasticam historiam, in urbe Roma. Anacletus 2. annis in episcopatu exactis, sacerdotii sedem Clementi tradidit, quam ille novem annis tenuit. Anno domini 95. Domitianus multos nobilium perdidit. Anno domini 96. Dionysius Areopagita primus Athenienſium Episcopus à Paulo Apostolo constitutus, sed postea in Gallias prædicator directus, apud Parrhisium decollatus est, cum Rustico & Eleutherio, sub Sisinnio præfecto, anno a passione domini 64. Anno domini 97. Flavia Domicilla in insulam Pontianam exiliata est. Anno domini 98. Domitianus à suis interfectus est.

Dionysius Areopagita, Act. 5.

ANNI NERVÆ

Dion Cassius Nerva, omnes qui impietatis in Deos rei fuerant, absolvi voluit, Christianos intelligens.

ANno Dominicæ incarnationis 99. urbis verò conditæ 849. Nerva Coccejus oppido Narniensi genitus, mediæ nobilitatis, admodum senex, decimus ab Augusto suscepit imperium, regnavitq; anno uno, mense quatuor, dies octo. Hic in prima vita moderatus & strenuus, in imperio civilissimum se & æquissimũ præbuit. Hic ex decreto senatus constituit irritum fieri, quicquid Domitianus fieri jussit: & edicto suo exules omnes revocavit. Unde & sanctus Johannes Apostolus ab exilio Ephesum rediens, & Ecclesiam hæresibus turbatam inveniens, hortatu fratrum Evangelium scripsit, quo fidem rectam cõfirmavit. Nerva verò adoptato in regnum Trajano, morbo confectus obiit mense quinto anni secundi imperii sui, ætatis anno 72.

ANNI TRAIANI.

Trajanus Coloniæ sit Imperator.

ANno Dominicæ incarnationis centesimo, urbis verò conditæ 850. Ulpius Trajanus Crinitus ex urbe Tudertina genitus, genere Hispanus, ex familia antiqua magis quàm clara, cum tamen pater ejus consul esset, apud Agrippinam nobilem Galliæ civitatem imperator factus est, regnavitq; undecimus ab Augusto annis 19. mensib. 6. diebus 5. Hic Rempublicam ita administravit, ut omnibus principibus meritò præponeretur. Nam cum duo sint quæ ab egregiis principibus expetantur, sanctitas domi, in armis fortitudo, utrobiq; potentia, tantus in eo maximarum rerũ fuerat modus, ut quasi temperamento quodã virtutes miscuisse videretur, nisi quòd cibo vinoq; paululũ deditus erat, laboris patiens fuit, justitiæ jurisq; humani & divini tam repertor novi, quã veterũ custos. Multa Romano Imperio adiiciebat, multa beneficia per totum orbem quibusq; præstabat, fuit enim bellicosus, & in omnibus bonis studiosus: Hunc cum amici culparent, quòd nimium communis esset erga omnes, respondit. Imperator talis esse debet erga subjectos, quales se erga Imperatores esse optaret, ipse privatus. Hujus ergo imperium credebatur divinitus datum, in remedium perditi & prostrati senatus Romani, pro eo quòd pleraque magnifica illud denunciaverint, in quibus illud præcipuũ, quod cornix è fastigio capitolii Attico sermone clamavit, ἴσα βάτα κακῶν. Hic postea deceptus errore, cũ persecutionem tertiam moveret in Christianos, & Plinius secundus, qui inter cæteros judices, ut Tertullianus refert, persecutor datus erat, ei suggereret, eos homines nihil morte dignum gerere, nisi quòd diis non immolarent, & Christum veluti Deum ante lucem surgentes laudarẽt, à malis verò omnibus abstinerent, rescripsit ei Trajanus, Christianos pro fide nullatenus inquirẽdos, sicq; persecutio sedata est. Igitur Trajanus post ingentem gloriam bello, domiq; quæsitam, è Perside rediens, apud Seleuciam Isauriæ profluvio ventris extinctus est, anno vitæ suæ 63. mense primo, die 4. Mense vero 6. anni vicesimi regni sui. Cujus exsucti corporis cineres in urna aurea relati Romam, humari sunt in foro Trajani, sub ejus columna, cujus altitudo 140. pedes habet, & imago supposita est triumphantium more invecta, senatu & exercitu præeunte, solusq; omnium intra urbẽ sepultus est. Hujus memoriæ tantum delatum est, ut usq; ad nostram ætatem non aliter in senatu principibus acclamaretur, nisi fœlicior Augusto, melior Trajano.

Divinitus datus Trajanus, in remedium perditi & prostrati senatus Plinius secundus. Tertullianus de Antelucanis cœtibus in Apolog. cap.

Quidam veneno interisse putant, Dion Cassius Acclamationes. Johan. Evangelista moritur. Ecclesia capta & incensa. Parthi a Trajano domiti. Abgarus & Agbarus Edessenorum Dionysius. Ignatius bestiis traditur, vide Sophronium, & la. hypatas excutiet historia. Quinquaginta Episcopi Hierosolymorum, usq; ad tempora Adriani Cæsaris, Hebræi fuerunt. Euseb. lib. 4. cap. 5.

Hujus anno primo Johannes Apostolus & Evangelista apud Ephesum obdormivit, anno à passione Domini 68. vitæ suæ 99. Alexandriæ tertius ordinatur Episcopus Cerdo, qui sedit ibi annis undecim. Anno domini 101 Nerva, jussu senatus, inter Deos refertur. Anno domini 102. Anno domini 103. Evaristus Papa quartus ordinatur, sedẽsq; annis octo, patitur sub Trajano, 6. kal. Novemb. Anno domini 104. Trajanus multos Romano subjecit Imperio. Anno domini 105. Anno domini 106. Trajanus de Dacis & Scythis triumphavit. Anno domini 107. Terræmotu quatuor urbes Asiæ subversæ sunt. Anno domini 108. Anno domini 109. Trajanus persecutionem quartam movit in Christianos, in qua Simon, Cleopæ filius, qui in Hierosolymis Episcopatum tenuit post Jacobum, crucifigitur, cum esset centum viginti annorum, pro quo Justus ordinatur. Ignatius quoq; secundus. Antiochiæ Episcopus, Romam adductus, bestiis traditur, pro quo tertius Heron constituitur. Anno domini 110. Plinius secundus clarus habetur, & pro Christianis agit. Anno domini 111. Alexander quintus Romanæ Ecclesiæ Papa ordinatur, sedensq; annis decem, cum Eventio & Theodolo patitur 5. Non. Mai. sub Hadriano duce Aureliano. Quartus Alexandriæ ordinatur Episcopus nomine Primus, seditq; annis 12. Anno domini 112. Anno domini 113. Tres civitates Galatiæ terræmotu corruerunt. Anno domini 114. Hierosolymæ quartus ordinatur Episcopus Zacheus, post quem Tobias quintus, Beniamin sextus, Johãnes septimus, Matthias octavus, Philippus nonus,

Digitized by Google

nonus, Seneca decimus, Juſtus undecimus, Levi duodecimus, Effrem tredecimus, Joſes, vel Joſeph decimus quartus, Judas decimus quintus. Hi quindecim ab Apoſtolis uſq; ad everſionem & reſtaurationem Hieruſalem, quæ ſub Hadriano facta eſt, ex circumciſione præfuerunt Hieroſolymis à paſſione Domini per annos ferè centum & ſex. Anno domini 115. Trajanus Armeniam, Aſſyriam, & Meſopotamiam fecit provincias. Anno domini 116. Anno domini 117. Salaminam Cypri urbem ſubverterunt Judæi. Anno domini 118. Trajanus profluvio ventris moritur. His temporibus apud Aſiam ſupererat adhuc, & florebat ex Apoſtolorum diſcipulis Polycarpus Smirneorum Eccleſiæ Epiſcopus, & Papias ſimiliter apud Hierapolim ſacerdotium gerens. *Polycarpus.*

H. HADRIANUS.

ANno Dominicæ incarnationis, centeſimo 19. urbis conditæ 870. Helius Adrianus genere Italicus, filius Hadriani, qui fuit conſobrinus Trajani, de Hadria civitate, agri Piceni, unde & mare Adriaticum dicitur, duodecimus ab Auguſto Imperator efficitur; regnavitq; annis 21. Hic licet eſſet filius conſobrini Trajani, noluit tamen eum adoptare: ſed ſine voluntate ejus factus eſt Imperator, operam tamen dante Plotina uxore Trajani. Unde & gloriæ Trajani invidens, tres provincias reliquit, quas Trajanus adjecit, Armeniam, Aſſyriam, & Meſopotamiam. Hic eruditiſſimus & facundiſſimus fuit græcolatino ſermone, acutus nimis ad interrogandum & reſpondendum, ordinata reſpondens ordinatis, jocoſa jocoſis, maledica maledicis, cantilenam cantilenis, ficta fictis, ita ut præmeditatum crederes eum contra omnia. In omnibus enim ſtudia Athenienſium ſecutus eſt, in loquendo, in canēdo, in pſallendo, in medicina arte diſcenda, in muſica, in geometria. Item pictorum & figulorū ſcientiam habuit, & omnia hæc perfecte didicit: aliaq; multa, ita ut rata eſſet res illi non experta, & ſuper quā credi poſſit, hæc in memoria retinebat: loca, res, cauſas, milites, & eos quos nunquam videbat, propriis nominibus appellabat. Fuit homo varius, & multiplex ac multiformis: diſſimulator in bono & malo. Et ut bonum ſe oſtenderet, vitia quæ habebat, callide abſcondebat. Hic per Quadratum, Apoſtolorum diſcipulum, & per Ariſtidem Atheniēſem, vitum fide, ſapientiaq; plenum, & per Serenū Granium legatum, libris de Chriſtiana religione compoſitis inſtructus, mitior Chriſtianis efficitur. Multos labores ſuſtinuit, orbem circumeundo, & multa reparādo. Alexandriam & Hieroſolymā dudū ſubverſas, reſtauravit. Judæos denuo rebelles ultima cæde perdomuit, ablata eis licentia, Hieroſolymam introeundi, quam ipſe in meliorem ſtatum, in eo loco, ubi Dominus extra portam crucifixus eſt, reſtauravit: Heliam de ſuo nomine vocavit. Obiit in Campania apud Bajas, morbo ſubcutaneo, anno ætatis ſuæ 62, imperii 21, menſe 10. *Adrianus græce & latine eruditus.*

Quadratus Adriano principi, Eleuſina ſacra inviſenti librum pro noſtra religione tradidit, & tanta admiratione fuit, ut à perſequutione græviſſima illius ſederet ingenium R. Volate.

ANNI H. HADRIANI.

PRimo anno ſuo Alexandriam publicis reſtauravit impenſis. Anno domini 120. Senatus inter Deos refert Trajanum. Anno domini 121. Alexander Papa paſſus eſt, cui ſuccedens Sixtus Papa 6. ſedit annis 9. patiturq; ſub Hadriano 8. Idus Aprilis. Anno domini 122. Juſtus Alexandriæ quintus ordinatur. Anno domini 123. Anno domini 124. Anno domini 125. Anno domini 126. Saturnides & alii duo hæreſim condiderunt. Anno domini 127. Anno domini 128. Quadratus Apoſtolorum diſcipulus, & Ariſtides Athenienſis noſter philoſophus, libros de fide compoſuerūt. Anno domini 129. Anno domini 130. Teleſphorus Papa 7. ordinatur, ſedensq; annis 10. patitur ſub Hadriano, Nonas Januar. Hic conſtituit miſſas in ſancta Dominicæ Nativitatis nocte celebrari, & tempore ſacrificii gloria in excelſis cantari. Antiochiæ 4. Epiſcopus Cornelius ordinatur. Anno domini 131. Nicopolis & Cæſarea terræmotu corruerunt. Anno domini 132. Eumenes Alexandriæ 6. ordinatur, ſedit annis 13. Anno domini 133. Anno domini 134. Anno domini 135. Anno domini 136. Anno domini 137. Hieroſolyma ab Helio Hadriano reſtaurata, & ab ejus nomine Helia vocata eſt. Anno domini 138. Marcus Hieroſolymæ ordinatur Epiſcopus primus ex gentibus, oū antea fuerint 25. ex circumciſione.

Apologia Quadrati pro Chriſtianis.

Quinquaginta arces diruta, vici, 985. diruti & igne conſumpti, vide Dionem. Caſ.

Teleſphorus Papa.

Anno domini 139. Hadrianus morbo ſubcutaneo moritur. Hoc regnante, Aquila Ponticus ſacras ſcripturas de Hebræo tranſtulit in Græcum. *Hadrianus Phriſi conſumptus. Dion Caſſ.*

ANNI ANTONINI I.

Anni ab initio mundi quatuor millē & centum.

ANno dominicæ incarnationis 140. urbis cōditæ 891. Antoninus Fulvius Bojomus, qui propter clementiam poſtea cognominatus eſt Pius, genere claro, ſed nō admodum vetere, tertius decimus ab Auguſto ſortitus eſt Imperium, regnavitque annis 22. menſibus 3. Iſte ab Hadriano adoptatus eſt in filium, cujus & gener fuit, vir inſignis, & qui merito Numæ Pompilio conferatur, ſicut & Trajanus Romulo æquatur. Vixit ingenti honeſtate privatus, major in Imperio, nulli acerbus, cunctis benignus, in re militari gloriæ moderator, defendere magis provincias quàm ampliare ſtudens, viros æquos ad miniſtrandam rempublicam quærens. Et cum orbem terræ nullo bello per annos 22. autoritate ſola rexerit, adeò tremebāt eū, & amabāt cūcti reges & nationes populi, ut parentem ſive patronum magis quàm dominum vel Imperatorem eum reputarent, omnesq; in morem cœleſtium propitium optantes, de controverſiis inter ſe judicem poſcerent. Obiit anno vitæ ſuæ 77. *Antoninus dictus tertius ab Auguſto.*

Antoninus Pius, non decimus.

ANNI TRAIANI.

PRimo hujus anno Iginus Papa octavus ordinatus, ſedit annis 4. deceſſitq; 4. Idus Januar. Hic clerum conſtituit, & gradus diſtribuit. Anno domini 141. Valentinus & Cerdo Eccleſiam impugnant hæreſi. Anno domini 142. Iidem hæreſiarchæ Romam venerunt. Anno domini 143. Juſtinus Philoſophus librum pro Chriſtiana religione compoſitum Antonino obtulit, eumque benivolum erga Chriſtianos fecit. Anno domini 144. Pius Papa nonus, ſedit annis 15. migravit 5. Idus Julii. Anno domini 145. Antiochiæ quintus conſtituitur Epiſcopus Heros. Anno domini 146. Alexandriæ ſeptimus ordinatur Marcus, per annos 10 Anno domini 147. Anno domini 148. Anno dom. 149. Anno domini 150. Apollonius Stoicus Calchidicus claruit. Anno domini 151. Anno domini 152. Anno domini 153. Creſcens quidam Cynicus Philoſophus, in Juſtinum noſtri dogmatis philoſophum perſecutionē movit, quia illum guloſum & philoſophiæ prævaricatorem eſſe coarguit, in qua perſecutione Juſtinus gloriosè pro Chriſto ſanguinem fudit. Anno domini 154. Antoninus commotus hæreſi Creſcentis, univerſis Aſiæ plebibus ſcripſit epiſtolam pro Chriſtianis. Anno domini 155. Alexandriæ Celadion ordinatur 8. qui ſedit annis 14 Anno domini 156. Anno domini 157. Anno domini 158. Anno domini 159. Anicetus Papa decimus ordinatur, qui ſedit annis decem. Sub quo Polycarpus Romam veniens, multos correxit, quos Valentini & Cerdonis error ſubvertit. Hic ergo Anicetus conſtituit, ut clerus comam non nutriat, paſſusq; eſt ſub Marco & Severo 16. kalen. Maij. Anno domini 160. Hieroſolymæ poſt Marcum ordinatur Caſſianus, 17. deinde Publius 18. Maximus 19. Julianus 20. Gajanus 21 Symmachus 22. Gajus. 23. Julianus 24. Capito 25. Ann. dom 161. Antoninus obiit apud Lorium villā ſuam.

Juſtini Apologia pro Chriſtianis.

Antonini Apologia pro Chriſtianis.

Clerum comam non nutriat.

HISTORIA.

ANno domini 162. ab urbe condita 913. Marcus Aurelius Antoninus Verus, quartus decimus ab Auguſto Imperium adeptus eſt, in quo regnavit annis 19. Iſte haud dubie nobiliſſimus fuit, quippe cujus origo paterna à Numa Pompilio, materna vero à Solone rege pendebat. Hic omnes virtutes, & cœleſte habebat ingenium, & in calamitatibus publicis factus eſt quaſi defenſor, & ſi in illis temporibus ipſe non fuiſſet, ſine dubio gloria Romana periiſſet. Iſte propinquum ſuum Lucium Annium Severum, qui erat gener Antonini Pii, nova benivolentia conſortem Imperii fecit, tumq; primum Romana res publica duobus æquo jure imperium adminiſtrantibus paruit, cum uſque ad illos ſemper ſingulos habuiſſet Auguſtos. Hi bellum contra Parthos geſſerunt, ad quod tamen Lucius Annius Severus petrexit, multaq; & ingentia per ſe, ducesq; ſuos peregit, rediensq; cum victoria in Venetia obiit anno Imperii 11. ictus caſu morbi quem Græci ἀποπληξίαν vocant. Sicque Marcus Antoninus iterum ſolus Imperium obtinuit.

Marcus Aurelius Anto. Verus, alias Philoſophus dictus.

Marcomanni Quadi. Septentrionē enim ſeviente, inde Perſis Orientem vaſtantib vide B. Egnat.

ANNI ANTONINI VERI.

PRimo hujus anno Vologeſus rex Parthorum, poſt victoriam Trajani, tūc primum rebellans vicinas ſibi Romanas provincias depopulatus eſt, contra quem Lucius Annius profectus eſt. Anno domini 163. Lucio Cæſari Athenis ſacrificanti ignis in cœlo ab Oriente, in Occidentem viſus eſt ferri. Anno domini 164. Fronto orator inſignis habetur, qui Marcum Antoninū Verum latinis literis erudivit. Anno domini 165. Seleucia urbs Syriæ, cum 300. millibus hominum à Romanis capta eſt. Anno domini 166. Anno domini 167. Orta perſecutione quarta à Nerone, ſub his regibus Polycarpus, & Pionius, & alii multi paſſi ſunt. Anno domini 168. Anno dom. 169. Sother Papa 11. ordinatur, ſedensq; annis 9. deceſſit 11. kal. Maij. Agrippinus Alexandriæ nonus ordinatur Epiſcopus. Anno domini 170. Theophilus vir ſapiens ordinatur Antiochiæ Epiſcopus 6. Anno domini 171 Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus clarus habetur, Sed & Pynetus Cretenſis Epiſcopus, Melito Sardenſis, Philippus & Apollinaris, Muſanus & Modeſtus, & præcipue Hierenæus Lugdunenſis Epiſcopus.

Fronto Orator.

Egeſippus.

Egeſippus quoq; his temporibus claruit, qui ſub Aniceto Papa Romam veniēs, uſq; ad Eleutherium Papam permanſit, multaq; ingenii ſui monimēta reliquit. Anno domini 172 Lucius Annius Severus obiit, & Aurelius Marcus Antoninus Verus regnum ſolus obtinuit, ſed Lucium Commodum filium ſuum regni conſortem fecit. Anno domini 173. Melito Sardenſis Epiſcopus, Apologeticum Antonino Imperatori pro Chriſtianis dedit. Anno domini 174. Anno domini 175. Anno domini 176. Anno domini 177. Antiochiæ 7. ordinatur Maximus. Anno domini 178. Eleutherius Papa 12. ordinatur, ſedensq; annis 13. deceſſit 8. kalen. Junii. Ad hunc Lucius rex Britanniæ literas miſit, rogans ut baptizaretur, quod & impetravit. Anno domini 179. Anno domini 180. Antoninus in Pannonia moritur.

Melitonis apologeticum pro Chriſtianis.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 181. urbis verò conditæ 934. Lucius Aurelius Cōmodus Antoninus, filius Antonini Veri 15. ab Auguſto imperiū accepit, & annis 12. ac menſes 8. regnavit, nihil paternum habens, niſi quòd contra Germanos & ipſe fœliciter pugnavit. Hic Septembrem menſem ad nomē ſuū transferre conatus eſt, ut Cōmodus diceretur. In luxuriis & omni ſorde vixit, Senatores multos interfecit, maximè quos vidit nobilitate & ſapientia præcellere, inter

quos

Digitized by Google

quos & Salvium Julianum legislatorem occidit. Huic Martia Libertini generis uxor fuit, forma & meretriciis artibus pollens. Quæ cum animum ejus penitus devinxisset, egresso è balneo, veneni poculũ obtulit, amminisq; ei fortissimo palestrita in domo Vestiliani, eũ strangulari fecit: anno ætatis suæ 32. Qui in tãta execratione fuit omnib. ut hostis humani generis etiã mortuꝰ judicaretur. *Martia venenum propinat Commodo.*

ANNI COMMODI.

HIc primo Imperii sui anno de Germanis fœliciter triumphavit. Julianus Alexãdriæ 10. ordinatus, sedit annis decem. Anno domini 182. Anno domini 183. Anno domini 184. Hierosolymis ordinatur Maximus Episcopus 26. post quem Antoninus 27. Valens 28. Dulichianus 29. Narcissus 30. Helius 31. Germanio 32. Gordius 33. item Narcissus 34. horum Episcopatus anni & tempora non sunt cognita. Anno domini 185. Anno domini 186. Anno domini 187. Anno domini 188. Origines Alexandriæ nascitur. Anno domini 189. Anno domini 190. Anno domini 191. Victor Papa 13. ordinatur, sedensq; annis 10. patitur sub Severo Septimo 12. kalen. Mart. Demetrius ordinatur Alexandriæ 11. seditq; annis 43. Anno domini 192. Serapion Antiochiæ ordinatur Episcopus 8. Anno domini 193. Aurelius Commodus, omnibus incommodus strangulatur. Anno Dominicæ incarnationis 194. urbis conditæ, nonagesimo 45. Helius Pertinax, sextus decimus ab Augusto, suscepit Imperium, regnavitq; menses sex. Hic ex libertino patre in Liguria natus, cum præfecturam urbis ageret jam septuagenarius, ex senatus cõsulto suscepit Imperium, coactus & repugnans: unde & Pertinax dictus est, per multos labores ad summos provectus honores. Qui in tantum certavit, ut fortunæ pila vocaretur. Hic obsecrante senatu, ut uxorem suam vocaret Augustam, filiumq; suum Cæsarem, sufficere, inquit, debet, quòd ego ipse invitus regnavi, cum nõ meretur. Hunc septimo mense, sive ut alii volunt, octogesimo primo die occidit in palatio Didius Salvius Julianus Jurisperitus, Mediolanensis, vir nobilis, nepos Salvii Juliani illius, qui sub divo Hadriano leges composuit, factiosus, præceps, regni avidus. Occiso autem Helio Pertinace, idem Julianus rempublicam invasit, sed non ultra septem menses regnavit. Hoc enim tempore Niger Pescenius apud Antiochiam, & Severus Septimus in Sabaria Pannoniæ, elevantur Imperatores. Ab hoc Severo Julianus bello civili victus est apud Pontum Milvium, & fugiens in palatium, captus est: & extenta cervice, more damnatorum, decollatus est. *Episcoporũ Hierosolymorum nomina. Commodus omnibus incommodus. Pertinax fortuna pila. Julianus rempub. invadit Sabaria Colonia divi Claudi. Plin. lib. 3. cap. 24.*

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 195. ab urbe condita nongentesimo 46. Severus Septimus adeptus est Imperium, septimus decimus ab Augusto, regnavitq; annis 17. menses 3. Iste oriundus ex Africa, solus omnium memoria ex Africa Imperator fuit. Primum fisci advocatus fuit: mox militaris tribunus, per multa deinde & varia officia, usq; ad ministrationem totius publicæ rei pervenit. Et quia Helium Pertinacem ultus est in Juliano, Pertinacem se dici voluit. Bella multa fœliciter egit. Ex quibus maximum in Britannia, ubi ut receptas provincias in securitate teneret, vallum firmissimum crebris turribus superpositis, per 132. passuum à mari ad mare perduxit, ibiq; apud Eburacum moritur, anno vitæ suæ 65. Imperii 17. Duos filios reliquit, Bassianum & Getam, sed Geta hostis publicus judicatus est. Bassianum vero successorem reliquit, cui nomen Antonini imponi voluit. Hujus tempore persecutione quinta in Christianos facta, multi pro fide Christi coronati sunt, inter quos & Leonides, pater Origenis martyrizatus est. Hoc regnante Samarites quidam Symmachus, Judæorum factus proselitus, item divinas scripturas ex Hebræo in Græcum transfudit, suamq; editionẽ condidit. Sed hic, ut in Ecclesiastica historia legitur, Hebioneus fuit, quę est hæresis, asserens Christum de Joseph & Maria natum, purum hominem fuisse, & legem ritu Judæorum servandam esse. Commentarios etiam quosdam idem conscripsit, in quibus conatur de Evangelio secundum Matthæum, autoritatem suæ hæreseos cõfirmare. Post hunc, anno penè tertio, Theodotio Ponticus item suam in eodem opere editionem fecit. *Severus decimus septimus ab Augusto. Bassianus. Geta. Sub Severo multi martyres. Symmachi translatio Euseb. li. 5 ca. 14. Theodotio.*

ANNI SEVERI.

PRimo anno suo Severus Julianum interfecit, seq; Pertinacem appellari præcepit. Anno domini 196 Clemens Alexãdrinę Ecclesię presbyter, & Panthenus Stoicus, Philosophus in disputatione dogmatis nostri, disertissimi adhuc floruerunt. Anno domini 197. Narcissus Hierosolymitanus, Episcopus, & Theophilus Cæsarienses, Polycarpus quoq; & Bachulus Asianę provinciæ, Episcopi insignes habentur. Anno domini 198 Quæstione orta in Asia, inter Episcopos, an secundum legem Moysi 14. die mensis primi Pascha celebrandum esset, Victor Papa, datis late libellis constituit, die dominico Pascha celebrari, sicut & prædecessor ejus Eleutherius, à 14. luna primi mensis, usq; in vicesimam primam. Cujus decretis favens Theophilus Cæsariæ Palestinæ Episcopus, cum cæteris Episcopis, qui in eodem cõcilio erant, scripsit synodicam epistolam, valde utilem adversus eos, qui cũ Judæis Pascha celebrant. Anno domini 199. Anno domini 200. Severus Parthos & Arabas superat. Anno domini 201. Anno domini 202. Anno domini 203. Zepherinus Papa 14. ordinatur, sedensq; annis 18. migravit 7. kalend. Septemb. Anno domini 204. Persecutio quinta facta est in Christianos, in qua inter multos alios Lonides pater Origenis, passꝰ est pro Christo. Ipse vero Origenes octavum decimũ agens ætatis annum, in multisq; proficiẽs, grammaticam *Clemens. Panthenus. Quæstio de Pascha. de qua multa in Eusebio, & quod pro hac quæstione nulla in ecclesia Dei dissensio oriri debeat. Et quomodo Eucharistiã solemniter transmiserint. Euseb. li. 5. cap. 25.*

Digitized by Google

etiam gentiles docebat, multosque ad fidem convertebat, inter quos Plutarchum, & fratrem ejus Heraclem, quorum Plutarchus etiam martyrii palmam consecutus est: Heracles verò post Demetrium, Alexandriæ prælatus est. Anno domini 205. Alexander ob confessionem Christi habetur clarus. Anno domini 206. Anno domini 207. Perpetua & Fœlicitas bestiis reputantur Carthagine. Anno domini 208. Anno domini 209. Severus bellum in Britannos transfert. Anno domini 210. Tertullianus omnium ore celebratur. Anno domini 211. Origenes Alexandriæ studet. Anno domini 212. Severus Eburaci moritur in Britannia.

HISTORIA.

Bassianus. M. Anto. Caracalla. Antoniana Caracalla dictus Spart. & Eutropius lib. 8.

ANno dominicæ incarnationis 213. ab urbe condita nongentesimo 65. Marcus Antoninus Bassianus Caracalla, filius Severi, 18. ab Augusto, successit patri in Imperium: regnavitque annis sex, mensesq; duos. Hic Bassianus à nomine avi materni dictus, rogatu patris à senatu appellatus est Antoninus. Et quia plurimas vestes è Gallia deferens, talares caracallas ex his fecit, populumq; his vestibus indutum ad salutandū se ingredi præcepit, Caracalla nuncupatus est. Hic morum ferè paternorum paulo fuit asperior & minax, impatiens fuit libidinis, in tantum, ut novercam suam Juliam duxisset uxorem. Hic conspecto Magni Alexandri corpore, Magnum se atq; Alexandrum jussit appellari. Adulantium fallaciis eò perductus, ut truci fronte & ad levum humerum conversa cervice, quod in ore Alexandri notaverat, incedens, fidem vultus simillimi persuaderet sibi.

Is adversum Parthos moliens expeditionem, apud Edissam secedens ad officia naturalia, à milite Macrino qui quasi ad custodiam sequebatur, interfectus est anno ætatis suæ quadragesimo quarto.

ANNI ANTONINI CARACALLÆ.

PRimo hujus anno Asclepiades Episcopus 10. Antiochiæ ordinatur, Anno domini 214. Alexander Episcopus Cappadociæ cum locorum sanctorum desiderio Hierosolymam tenderet, vivente adhuc Narcisso Episcopo ejusdem urbis 30 persenilis ætatis viro, & ipse ibi ordinatus est Episcopus, domino ut id fieret, per revelationem præcipiente. Hic itaque Narcissus miræ sanctitatis vir fuit, qui inter plurima virtutum insignia, in vigiliis Paschæ, cum oleum luminaribus deesset, aquam infundi jussit, quam benedicens, oleum fecit. Postea à quibusdam male sibi conscii, cum judicium ejus formidassent, noxio quodam crimine infamatus est: quorum unus ita ut non igni consumeretur, vera se dicere testabatur, alius ne regio morbo corrumperetur: tertius ne luminibus privaretur. Et quamvis nullus qui vitam ejus noverat, illis licet jurantibus crederet, ille tamen molestias non ferens, & quietam vitam diligens, subterfugit, & in secretioribus locis per annos delituit. Primus autem ille testis, ex parva scintilla nocte domo sua succensa, cum omni familia igni consumptus est: alius regio morbo à pede usque ad verticem corruptus est: tertius priorum cernens exitum, tandem confessus est reatum suum, & eo usque perstitit in fletibus. Narcissus vero cum non inveniretur, necessarium visum est Episcopis, ut ordinarent pro eo alium, cui nomen Helius: cui post parvum tempus successit Germanio, & huic Gordius. Cum ecce subito quasi redivivus apparuit Narcissus, reversusque rogatu fratrum, loco suo est restitutus, cui jam centum & sedecim annorum, Alexander divino monitu vivo successit, & cum eo Ecclesiam strenue rexit. Anno domini 215. Anno domini 216. Anno domini 217. Anno domini 218. Anno domini 219. Editio quam nominamus quintam, Hierosolymis est inventa. Anno dominicæ incarnationis 220. ab urbe condita nongentesimo. 71. Opilius Macrinus qui præfectus erat prætorii, 19. ab Augusto, Imperator efficitur ab exercitu, cum Diadumeno filio suo: regnansque annum unum, & menses duos, ab eodem exercitu apud Archelaidem tumultuante occiditur cum filio suo. Antiochiæ ordinatur Philetus Episcopus undecimus.

Narcissus.

Hac Euseb. in histor. Ecclesiastica lib. 6. cap. 7.

Vindicta divina in testes periuros.

Germanio.

Opilius Macrinus imp. Vide Iulium Capitol.

HISTORIA.

M. Aut Aur. Verus alias Gotadictus. Vide Aelium Spar.

ANno dominicæ incarnationis 231. urbis verò conditæ nongentesimo 72. Marcus Aurelius Antoninus Varus, qui putabatur filius Antonini Caracallæ, ex consobrina sua occulte stuprata, 20. ab Augusto imperator factus, regnavit annis quatuor. Hujus matris avus Bassianus, sacerdos fuit solis, quem Phœnices Heliogabalum nominant, unde & iste Heliogabalus dictus est, sacerdos & ipse in templo Heliogabali. Is cum Romam ingenti militum & senatus expectatione venisset, probris omnibus se contaminavit, impudicissime vivens, nullū obscœnitatis genus omisit. Unde & cupiditatē stupri, quam naturæ defectu assequi nondū poterat, in se transferens, muliebri nomine Bassianā se pro Bassiano jussit appellari, vestalem virginē quandā quasi in matrimonio jungensque sibi, abscisisq; genitalibus, matri magnæ se consecravit. Hic Marcellum consobrinum suum, qui postea Alexander dictus est, cæsarem fecit. Post triennium verò & menses 8. exquo regnare cœpit Romæ tumultu militari cum matre sua interfectus est, anno ætatis 16. corpusque ejus per urbis vias, more canini cadaveris, tractum est à militibus, cavillo militari appellantibus eum, indomitæ rabidæque libidinis catu-

Digitized by Google

nis catulam. Hyppolitus Epiſcopus multorum conditor opuſculorum, canonem temporum quæ ſcripſit, huc uſque perduxit, qui etiam ſedecennalem paſchæ circulum reperiens, Euſebio qui decennovenalem compoſuit, occaſionem dedit. *Hyppoliti opera.*

ANNI AVRELII.

PRimo Aurelii anno, Caliſtus papa 15. ordinatus, ſedit annis quinque, paſſusque eſt ſub Alexandro Imperatore. 2. Idus Octobris. Anno domini 222. Anno domini 223. Nicopolis quæ prius Emmaus vocabatur, condita eſt, legationis induſtriam pro ea ſuſcipiente Africano temporum ſcriptore. Anno domini 234. Aurelius militari tumultu occiditur.

HISTORIA.

ANno dominicæ incarnationis, 225. à conditione urbis nongenteſimo 76. Aurelius Severus Alexander, ignobilis fortunæ, 21, ab Auguſto Imperator factus eſt juvenis admodum, ab exercitu Cæſar nominatus, à ſenatu Auguſtus: regnavitque annis 13. Hic Mammeam matrem ſuam pie & unice dilexit, pro quo omnibus placuit. Illa verò ei multum dominata, eo uſque illum coegit, ut illa ipſa permodica, ſi qua menſæ ſupereſſent quamvis ſemeſa, alteri convivio reſervarentur. Quæ tamen poſtea Origenem presbyterum audire curavit: eumque Antiochiam vocatum, honorifice tractavit, & eo audito, Chriſtiana facta eſt. Alexander itaque ſuſcepto bello adverſus Perſas, Xerſen regem glorioſiſſime vicit, militarem diſciplinam ſeveriſſime rexit, Romæ quoque favorabilis & amabilis fuit. Cujus tempore Taurinus in oriente ſumpſit imperium. Julianus Maximus in Gallia. Alexander verò apud Mogontiacum poſitus, cum videret ſe à militibus deſeri, optavit ut aliquis eum occideret. Cumque ei unus cum gladio occurriſſet, ille obvoluto capite cervicem præbuit, ſtatimque periit, anno vitæ 26. imperii 13. Sub cujus imperio, in Neapoli Actiaca, id eſt, in Epiro, editio quã ſextam dicimus inventa eſt. *Aurel. Alexander Severus.* *Mammea fit Chriſtiana ſub Origene.* *Alexãder Mogontiæ occiditur.*

ANNI ALEXANDRI.

HIc primo regni ſui anno, Xerſen regem Perſarum vicit. Anno domini 226. Urbanus Papa 16. efficitur, ſedensque annis 8. multos convertit ad fidem, & ad martyrium exhortatus eſt. ipſeque paſſus eſt ſub Alexandro. 8. kal. Junii. Anno domini 227 Anno domini 228. Ulpianus juris conſultus, aſſeſſor Alexandri claruit. Anno domini 229. Anno dominî 230. Anno domini 231. Antiochiæ conſtituitur Zebennus epiſcopus 11. Anno domini 232. Anno domini 233. Ann, dom. 234. Pontianus papa 17. ordinatus, ſedit annis ſex, paſſusq; eſt ſub Maximino 12. kal. Decemb. Heracleas Alexandriæ ordinatur 12. Anno domini 235. Origenes de Alexandria in Paleſtinæ Cæſaream tranſit. Anno domini 236. Anno domini 237. Alexander Mogontiæ occiditur.

ANNI MAXIMINI.

ANno Dominicæ incarnationis, 238. urbis conditæ nongenteſimo 89. Julius Maximinus genere Trax, ordine miles, 22. ab Auguſto imperator factus eſt, ſola militũ voluntate, ſine ſenatus autoritate, regnavitque annis tribus. Hic perſecutionẽ ſextam à Nerone in Chriſtianos exercuit. Hujus tempore duo Gordiani, pater & filius imperium arripuerunt, ſed unus poſt unum interierunt. Maximinus autem bello adverſus Germanos ſuſcepto, & fœliciter acto, apud Aquilejam à Puppieno quodam interfectus eſt cum filio adhuc puerulo, cunctis militari joco clamantibus, ex peſſimo genere nec catulum habendum fore. Anno domini 239. Maximinus perſecutionem ſextam movit in Chriſtianos: in qua cum Pontianus papa occubuiſſet, Antherus ei ſucceſſit 18 papa: ſed poſt menſem unum, dieſque tredecim, & ipſe paſſus eſt, 3. Non. Januarii. Anni ab initio mundi 4. mil. 200. Anno domini 240 Fabianus papa 19. ordinatur, ſedens annis 13. & menſibus 11. paſſus eſt ſub Decio, 13. kalend. Feb. Maximinus imperator Aquilejæ occiditur. Antiochias Babylas ordinatur 12. *Maximinus Trax.* *Perſecutio in Chriſtianos. Vide 9. lib. Euſebii in aliquot capitibus.*

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 241. ab urbe condita nongenteſimo 92. Gordianus nepos Gordiani ex filia, ortus Romæ ex clariſſimo patre, 23. ab Auguſto Imperator creatus, regnavit annis 6. Hic Romam cũ veniſſet, Puppienus & Galbinus fratres, qui occiſo Maximino, imperium invaſerunt, de ruſtico genere, in palatio interfecti ſunt. Gordianus autem admodum puer, cum Tranquillinam duxiſſet uxorem Romæ, ad orientem profectus, bellum Parthis intulit: quo fœliciter geſto, Perſas ingentibus prœliis afflixit: & cũ rediret, à Philippo qui poſt eum regnavit, occiſus eſt, anno vitæ 20. *Gordiani trẽs. Vide de Iuliũ Capitol.*

ANNI GORDIANI.

HUujus anno primo, Julius Africanus chronographus, inter Eccleſiaſticos ſcriptores nobilis habetur. Qui in Chronicis quæ ſcripſit, refert ſe Alexandriã properaſſe, Aradæ opinione celeberrima provocatũ, quẽ & in divinis, & in humanis & philoſophicis ſtudiis atq; omni *Iulius Aphricanus Chronographus, Euſeb. lib. 1. cap. 23.*

lymitanus episcopus Narcissi successor, cursum bonum consummavit, cui Azabanes successit. Antiochenus quoq; præsul æqualiter Alexandro decertans, & in vinculis moritur, post quem Fabianus 13. constituitur. Anno domini 255. Cornelius Papa 20. passus est 18. Kal. Octob. cui succedens Sixtus Papa 21 sedit menses 10. Anno domini 256. Sixtus Papa passus est 8. Idus Augst. cum aliis. Passi sunt hoc anno Polochronius episcopus cum multis, Abdon & Sennes, Olympiades & Maximus, Laurentius post Sixtum, Hyppolitus cum sociis suis, aliiq; quàmplures. Dionysius Papa 22. post Sixtum ordinatus, sedit annis 2. & mensibus 5.

Epistola est Dionysii Alexandrini ad Flavianum Antiochenum de martyribus Alex.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis, 257. ab urbe condita millesimo 8. Virius Gallus Hostilius 26. ab Augusto, Imperator ab exercitu creatur, & cum Volusiano filio suo regnavit annis 2. mensibus 4. Hujus imperii Dionysius Alexandrinus episcopus meminit ita; At ne Gallus quidem malum Decii aut videre potuit, aut cavere, sed in eundem lapidem offensionis impingens, sanctos viros persecutus est. His temporibus Æmilianus quidam in Mœsia Imperator elevatus est, contra quem ambo, pater scilicet ac filius pergentes, ab exercitu suo interfecti sunt: pater habens annos vitæ 47. Æmilianus autem Maurus genere, post menses quatuor occisus est.

ANNI GALLI.

PRimo anno regni Galli & Volusiani, Origenes presbyter, anno ætatis suæ 70. nondum impleto, moritur, & in Tyro sepelitur, qui in tantũ sedulus fuit scribendi, ut Hieronymus quodam loco dicat, quinque millia librorum ejus se legisse. Antiochiæ constituitur Demetrianus episcopus 14. Anno domini 258. Gallus & Volusianus occiduntur. Dionysius Papa 22. migravit 6 kal Jan. Hic presbyteris ecclesias distribuit, & parochias divisit.

Origenes moritur.

Quinque millia librorum Origenis.

HISTORIA.

ANno dominicæ incarnationis, 259. urbis vero conditæ millesimo 10. Licinius Valerianus cognomento Colobius, in Rhetia & Norico agens, ab exercitu imperator creatus, mox Augustus est appellatus, 27. ab Augusto. Romæ vero Galienus filius ejus à Senatu Cæsar appellatus est, regnaverũtq; simul annis sex: Galienus verò postea 9 qui faciunt annos 15. Valerianus itaq; nobilis quidem erat genere, stolidus tamen & iners multum, nec ad aliquem usum publici officii consilio seu gestis accommodatus. Galienus autem primum fœliciter regnavit, postea vero luxuriosè vivens, imperium ferè adnihilavit. Valerianus igitur filium suum Galienum fecit Augustum, & Cornelium Valerianum Galieni filium cæsarem constituit. Mox autem ut regnare cœpit Licinius Valerianus, persecutionem à Nerone 9. in Christianos exercuit. Postea in Mesopotamia bellum gerens, à Sapore Persarum rege captus, luminibusq; privatus, miserabili servitute ibi consenuit. Nam quamdiu vivebat, semper acclivis humi, regem in equum ascensurum dorso attollebat. Unde Galienus tam claro Dei judicio territus, pacem nostris dedit: ob meritũ tamen vel propriæ libidinis, vel paternæ theomachiæ, innumera, Barbaris assurgentibus, Romani regni detrimenta sustinuit. Ad ultimum profectus adversus Aureolum ducem suum, qui Mediolano regnare tentavit, comprehendit illum apud Pontem, qui ex nomine ejus Aureolus appellatur, & Mediolanum obsedit, Sed cum ibi luxuriosè viveret, artificio ejusdem Aureoli à suis interfectus est, anno ætatis quinquagesimo. Hac autem persecutione, quæ sub patre suo facta est, aliqui passos esse confirmant, Cornelium, Lucium, Stephanum, & Sixtum, Romanos pontifices, cum tamen Cornelius & Sixtus, ut supra dictum est, in passionum libris sub Decio passi legantur.

Licinius.

Galienus.

Et hic vides differentiam inter Augustum & Cæsarem. Est enim Cæsar sub Augusto.

Vide Eusebium lib. 7. cap. 16.

ANNI VALERIANI ET GALIENI.

PRimo regni sui anno, Licinius Valerianus persecutionem in Christianos movit. Lucius Papa 23 ordinatur, sedensq; menses 8. patitur 4. Non. Mar. Cui succedens Stephanus 24. sedit annis 2. patiturq; 4. Non. Aug. Anno domini 260. Anno domini 261. Anno domini 262. Sixtus Papa 25. ordinatus, sedit annis 11. patiturq; 8. Idus Aug. Cyprianus Carthaginensis episcopus, doctor præcipuus, cujus doctissima extant opuscula, martyrio coronatur 18. kalen. Octobris. Anno domini 263. Theodorus cognomento Gregorius, cujus supra mentionem fecimus, Neocæsariæ Ponti Episcopus, magna virtutum gloria claruit, qui & stagnum quoddam precibus exiccavit, & montem, ut Ecclesiæ locus sufficeret, movit. Anno domini 264. Antiochiæ ordinatur Episcopus 15. Paulus Samosatenus. Anno domini 265. Valerianus à Sapore Persarum rege capitur. Anno domini 266. Galienus casu patris perterritus, pacem Christianis dat. Anno domini 267. Anno domini 268. Anno domini 269. Anno domini 270. Hierosolymorum Episcopus Hymenæus ordinatur. Alexandriæ constituitur Episcopus 14. Maximus. Anno domini 271 Antiochiæ ordinatur Episcopus Dominus 16. Anno domini 272. Anno domini 273. Dionysius Papa 26. ordinatur, sedit annis 9. Galienus Mediolani interficitur.

Cypriani opuscula. Miraculum de stagno exiccato Euseb. lib. 7. cap. 25.

ANNI

ANNI CARI.

ANno Dominicæ incarnationis 288. urbis conditæ mill. 39. Carus Narbonæ in Gallia natus, 32. ab Augusto, moxq; filios suos, Carinum & Numerianum, Cæsares faciens, duos cum his annos regnavit. Is nunciato sibi Persarum tumultu, profectus in Orientem, cum apud Antiochiam maneret, Numerianus filius ejus Ecclesiam voluit intrare, & Christianorũ mysteria explorare. Quem cum sanctus Cyrillus Episcopus prohiberet, dicens illi, non licere divina mysteria videre, qui pollutus esset sacrificiis idolorum, indignatus ille, occidit eum. Carus autem cum Persis fortiter in bello fierneret, & notissimas urbes eorum caperet, super Tygridem fluviũ castra ponens, ictu fulminis interiit. Numerianus verò filius ejus, cum dolore captus oculorum, in lectica veheretur, insidiis Apri, soceri sui, occisus est. Cumq; mors ejus occultaretur, donec Aper regnum posset invadere, fœtore corporis scelus proditum est. Interea Carinus in Italia relictus, Sabinum Julianum invadentem Italiam in campis Veronensibus occidit, seipsum vero sceleribus inquinavit, Multis falsis criminibus occidens, nobilium matronas vi corrumpens, omnibusq; invisus, nõ multo pòst trucidatur cujusdam tribuni manibus, cujus uxorem dicitur polluisse. Anno domini 289. Carus fulmine periit, filii ejus occisi sunt.

Carus.

Cyrillus occiditur à Numeriano

Pollutis non videant divina mysteria.

O flatum spiritalem hoc tempore.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 290. ab urbe condita, mill. 40. Diocletianus 33. ab Augusto, Imperator ab exercitu creatus est, regnavitq; 10 annis, vir obscurissimè natus de Dalmatia. Quidã enim dicũt eum fuisse filiũ cujusdam Dalmatę scribæ, alii verò libertinũ Amilii senatoris. Fuit autẽ natus de civitate, & matre Diocleana unde & ipse quousq; imperiũ susteneret, Diocles appellatus est. At ubi sumsit Imperiũ, nomen græcũ convertit in Latinũ ut pro Diocle te diceretur Diocletianus. Erat autem callidus, & sagax & admodũ subtilis ingenii. Cujus tempore cũ quidam rustici, qui Bagaridæ dicebantur, tumultum in Gallia facerent, ac Amandum, & Æmilianum duces haberẽt, Diocletianus Maximianũ cognomento Herculiũ Cæsarem fecit, eum in Galliã contra tumultuantes misit, quos ille facile devicit. Erat autẽ idem Maximianus de Pannonia natus, genere rustico, incivilis ingenii, ferus, crudelis, asperitatem suam vultus etiam horrore significans, luxuriosus in consilius stultus. Genuit verò de Eutropia, Syra muliere, Maxentium & Faustam, cõjugem Constantini; cujus patri Constantio dedit privignam suam Theodoram, ex qua ille accepit 6. liberos fratres Constantini, quem ex concubina Helena generavit in Gallia.

Diocletianus

Diocles.

Inter hæc per omnes Romanos terminos turbatio facta est. Carausius quidam sumpta purpura, occupavit Britanniam. Julianus Italiam, Achilleus Ægyptum, Quinquegentiani Africam, Narseus rex Persarum Orientem. Ob hæc Diocletianus Maximianum Herculiũ fecit Imperatorem, Constantium verò & Galerium Maximianum Cæsares constituit, Quorum Constantius Claudii nepos fuit ex filia. Galerus verò in Dacia ripensi natus est ex parentibus, fuitq; pastor armenti, unde & Armentarius appellatus est, sed satis laudabilis fuit, pulcher corpore, magnus & fortis bellator. Hic accepit filiam Diocletiani Valeriam uxorem.

Turbatio in Rom. Imp.

Carausius post septenniũ à socio suo Alecto fraude occisus est in Britannia. Maximianus Herculius Quinquegentianos vicit in Africa. Constantius in Gallia, juxta Lingonas una die & adversam, & prosperam habuit fortunam. Nam cum repente Barbaris irruentibus, intra civitatem claudi cogeretur, vix quinq; horis mediis adventante exercitu, fere 60 millia Alemannorũ interfecit Diocletianus autem obsessum Alexandriæ Achilleũ, octavo ferè mense superavit & occidit. Erat autem cum ipso & Constantinus filius Constantii. Qui cum adhuc juvenis esset, fortiter agebat in præliis, & condescendebat semper Christianis. Quem videns Diocletianus intellectu animi, ac robore corporis proficere, & deprehendens hunc futurum tyrannidis suę destructorẽ, invidia motus, joco eum perimere cogitavit. Deus autẽ hunc inopinate salvavit, & patri restituit. Galerius autem Maximianus cõtra Narseum regem Persarum dimicans, primum victus est, fugiensq; venit ad Diocletianum in Mesopotamiam, à quo malè tractatus, ita ut faceret eum aliquandiu ante currum suum currere, collectis iterum militibus rediit, magnamque victoriam acquisivit.

Fortuna prospera & adversa uno die.

Sexaginta millia Germanorum interfecta.

HISTORIA.

NOnodecimo igitur regni sui anno. Diocletianus in Oriente, Maximianus Herculius in Occidente, persecutionem decimam post Neronem exercuerũt in Christianos, quæ cæteris savior per 10. annos Ecclesiã afflixit incessanter, quamvis & antea semper Christianos persequerẽtur. Sed tunc tam crudelis & tam sæva, tamq; crebra persecutiõ flagrabat ut intraunũ mẽsem 17. millia martyrũ pro Christo inveniantur. Nam & Oceani limbum transgressi, Albanũ & Aaron, ac Julium cũ aliis plumbus viris ac fœminis, Britanniæ fœliciter cruore damnavit. Passus est & Pamphilus presbyter, Eusebii Cæsariensis Episcopi necessarius, cujus ipse vitam tribus libris comprehendit. Secundo autẽ persecutionis anno, Diocletianus videns se propter senectutem minus idoneum ad regendum Imperium, dixit ad Maximianũ Herculium, videri sibi bonũ, ut junioribus & fortioribus publicã causam regendã cõmitterẽt, ipsi q; in ocio quiete viverent. Quod licet ille nõ ex tota voluntate faceret, tamẽ cõsensit, & in uno die purpuram, regnique potẽtiã deposuerũt, Diocletianus apud Nicomediã. Maximianus apud Mediolanũ & contigit Diocletianus Salonam, Maximianus in Lucaniã, persecutio tamen permansit usq; in septimũ annum Constantini Helenæ filii,

Maximianus.

Persequutio in Christianos sub Diocletiano & Maximiano

Decem & septem millia martyrum pro Christo in uno mense.

Vide Euseb. lib. 6. de Martyribus Africæ, Mauritaniæ, Thebaidis, Ægypti Phrygiæ, Alexandriæ.

ANNI

Digitized by Google

ANNI DIOCLETIANI ET MAXIMIANI

PRimo anno Diocletiani, Bagaridæ in Gallia tumultum fecerunt. Anno domini 291. Diocletianus Herculium Maximianum Cæsarem fecit. Anno Domini 292. Carausius sumpta purpura, Britanniam occupat. Anno domini 293. Quinquegentiani Africam infestaverunt. Anno domini 294. Achilleus occupavit Ægyptum. Anno Domini 295. Diocletianus Maximianum Herculium fecit augustum & consortem regni, Constantium verò patrem Constantini, & Galerium Maximianum, Cæsares constituit. Anno domini 296. Anno domini 297. Anno domini 298. Primus Diocletianus adorari se ut Deum jubet. Anno domini 299. Anno domini 300. Anno domini 301. Labdâ Hierosolymis ordinatur Episcopus. Anno domini 302. Veturius magister militiæ, Christianos persequitur, paulatim ex illo tempore persecutione in nostros cesscte. Anno domini 303. Marcellinus Papa 30. ordinatus, sedit annis 4. patiturque 6. kalend. Maij. Anno domini 304. Anno domini 305. Hierosolymis præficitur Thermon Episcopus. Antiochiæ Tyrannus ordinatur Episcopus 19. Anno domini 306. Petrus Alexandriæ ordinatur Episcopus 16. Anno domini 307. Marcellus papa 31. ordinatus, sedit anno uno & mensibus 8. passusque est 17. kalend. Febr. Anno domini 308. Publicata undique persecutione, Diocletianus in Oriente, Maximianus in Occidente, Ecclesias subvertunt, libros divinos succendûnt, & Christianos decima post Neronem persecutione affligunt. Anno domini 309. Diocletianus & Maximianus purpuram deponunt. Marcello Papa martyrizato, successit Eusebius Papa 32. cui post menses 8. passo succedens Melciades 33. sedit annis 4. decessitque 4. Idus Decemb.

Diocletianus jubet se ut Deum adorare.

Scriptura sacra ardent.

Euseb. li 8 ca. 1.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 310. ab urbe condita, millesimo 61. Cum Diocletianus & Maximianus jam à regno decessissent, & ab administratione reipublicæ, Constantius & Galerius creati sunt, divisusque est inter eos ita Romanus orbis, ut Constantius Italiam, Galliam & Africam; Galerius Illyricum, Asiam & Orientem obtineret. Sed Constantius Augusti dignitate cõtentus, administrationem Italiæ & Africæ recusavit, Galliam tantum obtinuit, vir egregius & mansuetus, & præstantissimæ civilitatis, non modo amabilis & venerabilis Gallis, præcipuè quò Diocletiani suspectam prudentiam, & Maximiani sanguinariam temeritatem, imperio ejus evaserunt. Galerius autem vir probe morigeratus, & egregius in re militari, videns Italiam quoque suæ administrationi accessisse, sinente suo socio Constantino, Cæsares duos creavit, Maximinum, quẽ Orienti præfecit, qui & ipse persecutor Christianorũ fuit, & Severum, cui Italiã dedit, ipse verò in Illyrico moratus est. Constantius verò filium suum Constantinum Cæsarem fecit, eique Gal'iam commisit. Ipse autem tertio anno persecutionis, qui est imperii sui 16. Eburaci in Britannia obiit. Quo mortuo, Galerius Licinium Cæsarem fecit, natum de Dacia, notum sibi antiqua consuetudine ex bello quod adversus Narseum regem gesserat. Erat enim strenuus laboribus, & officiis acceptus. Interea Romæ prætoriani excitato tumultu, Maxentiũ Herculii Maximiani filium, nuncupaverũt Augustũ. Quo audito pater ejus Maximianus Herculius, arrectus in spem resumendi principatus, quẽ suasu Diocletiani invitus amiserat, Romã advolavit è Lucania. Diocletianum quoque per literas adhortatus est, ut depositam resumere potestatem, quas ille irritas habuit & sprevit. Galerius autem Severum cum exercitu contra Maxentium misit, qui veniens Romam, obsedit eam. Sed militum suorum scelere desertus, Ravennam fugit, & in itinere ab Herculio est occisus. Post hæc Herculius Maximianus in contentione exercituum filium suum Maxentium imperio nudare conatus, sed à militibus convitiis injuriatus, ad Gallias tetendit, dolo composito, quod à filio expulsus esset, ut genero Constantino jungeretur, moliens & ipsum si posset, reperta occasione interficere, regnumque ejus invadere, qui in Galliis & militum, & provincialium ingenti jam favore regnabat. Detectis autem insidiis ejus per filiam Faustam, quæ dolũ ejus viro nunciavit, inde profugit. Sed à Constantino insequente Massiliæ captus, fractis laqueo cervicibus, perfidiæ suæ pœnas dedit, anno vitæ suæ 60.

Constantius. Galerius Maximus.

Constantii laus.

Maximinus persequitur Christianorum.

Severus.

Licinius fit Cæsar.

Maxentius.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 311. urbis conditæ, mil. 62. Constantinus ex obscuriori matrimonio, scilicet ex Helena concubina, Constantii filius, mortuo patre, adnitentibus cunctis qui aderant, præcipueque Croco Alamannorum rege, auxilii gratia cum eo comitante 34. ab Augusto in Britannia creatus est Imperator. 6 kal. Aug. & in locum patris exoptatissimus moderator accessit, regnavitque annis 30. mensibus 10. Hic sororem suam Constantiam, Licinio Mediolanum accito conjunxit, filiumque suum nomine Crispum, ex Minervia concubina eisdem diebus Arelatensi oppido natum, & Licinianum, Licinii filium, mensium ferè 20. Cæsares fecit. Interea Galerius Maximinus cum persecutionem à Diocletiano & Maximiano immissam ipse atrocioribus edictis cumularet, divina tactus vindicta, putrefacto intrinsecus pectore, & vitalibus dissolutis, cum ultra humanæ horrorem miseriæ, vermes etiam eructaret, & medici jam fœtorem non ferentes, crebro jussu ejus occiderentur, à quodã medico ex desperatione cõstantiam sumente, increpatus est, dicente pœnam ejus à Deo esse, & ideo sanari non posse, moxq; latè missus.

Constantinus.

Crocus Alemannorum rex. hunc Aurelius Victor vocat Erocum.

Crispus.

Licinianus.

Maximini persecutio in Christianos.

Pœna à Deo sanari nequit.

missis edictis, Christianos de exilio revocavit, ipse tamen cruciatus non sustinens, vitæ finem fecit.

Genitalibus putrescentibus vermedio vim sibi gladio intulit. B. Aeg.

HISTORIA.

INter hæc respublica à novis quatuor Imperatoribus tenebatur, Constantino, & Maxentio, filiis Augustorum, Licinio & Maximino, hominibus novis. Quinto tamen imperii sui anno, Constantinus bellum civile Maxentio intulit, ejusq; copias multis præliis fudit: propter magicas tamen artes, quas ille multum dilexerat, metuebat eum. Cumq; congredi cum eo multum hæsitaret & de cœlo, licet adhuc Paganus, auxilium quæreret, vidit per soporem ad Orientis partē in cœlo signum crucis igneo fulgore rutilare, & tāto visu exterrito sibi astare Angelos dicentes: Constantine in hoc vinces. Fertur aūt & ipse Christus sibi apparuisse, & signum crucis ei monstrasse, & ut simile faceret, præcepisse. Quod & fecit, habens eā in vexillis depictā. Igitur Constantinus Romā veniens, contra Maxentiū castra posuit, juxta pontem Milviū: & ecce Maxentius portis erumpens, sequentibus cæteris, præcucurrit armatus. Constantinus vero crucem quā formaverat, ante se jussit portari: factaq; congressione, superati sunt, qui circa Maxentium fuerunt. Ipse aūt fugiens paulo superius, à ponte Milvio, ubi prius ad decipulam fecit quasi pontē ex navigiis fieri, tabulis desuper stratis, cum vellet eundem pontē ex latere intrare, lapsu equi in profundū demersus est, vixq; corpus ejus invētum est. Erat tunc annus Constantini 7. Interea cives Romani civitatē coronant, & cū gaudio victorem Constantinum, vivificamq; crucem suscipiunt. Inter hæc Maximinus Christianorū & ipse persecutor sævissimus in Oriente adversus Licinium res novas molitus, cum adversus eum duceret exercitū, repente divino judicio doloribus viscerū internorū correptus, vehementer exagitari cœpit: deinde homo antea vorax, semper vino repletus, nunc ne summis quidem labris cibum degustare, aut vinum potuit odorari. Sicq; carnibus suis inedia & ariditate consumptis, adhoc solum profecit infœlix, ut jniam esse dei vindictam in se profiteretur. Ad ultimum tamen morbo prius amissis, vivendi finē accepit. Valens quoq; in Oriente ab exercitu imperator appellatus, à Licinio occisus est. Alexander etiam quidam apud Carthaginem effectus imperator, ab exercitu Constantini jugulatur. Sic itaq; omnis potestas imperii ad Constantinum & Licinium pervenit. Qui Licinius cum primo se probum, & quasi erga Christianos ostenderet devotum, postea videns profectum imperatoris Constantini, ductus invidia, occultis insidiis, maxime per familiares ac ministros principem decipere molitus est: sed cum id parum procederet, apertum illi bellum indicit. Christianos vero privato & speciali odio persequi parat, hoc in quærelam devocans, quod non ita pro se, sicut pro Constantino excubarent orationibus. Cujus flagitiis Constantinus obviam ire parat, devictoq; Licinio, solus cum filiis suis imperii monarchiam obtinuit, anno regni sui 14. Unde per insolentiam & ipse, ut ajunt, mutatus, & crudelior effectus, primum sororis suæ filium, egregiæ indolis juvenem interfecit, mox Crispū filium suum ex Minervia, suggerente, ut dicunt, conjuge sua Fausta, necari jussit: deinde ipsam Faustā in balneas ardentes conjectam, interemit, cū eum dolore nimio mater Helena pro nece nepotis increparet. Postea innumeros interfecit amicos. Et cum in multis flagitiis grassaretur, cum tamē in eo multæ virtutes animi haberentur, divinitus lepra percussus, per sanctum Sylvestrum papam, unà cum matre, aliisq; multis, ad fidem conversus est, & baptizatus: moxq; omne studium ad Ecclesiæ translatum profectum, legesq; statuens Christianas, fecit basilicas multas. Fecit & urbē nominis sui Constantinopolim, quæ prius Bizantium dicebatur, quam sedem Romani imperii, & caput totius Orientis esse voluit. Fecit & pontem in Danubio: omnes bonas artes suos discere faciebat, maxime studia literarum: ipse in legendo, scribendo, meditando, multum se exercebat. Hujus mater Helena religiosa, divinis admonita visionibus, Hierosolymam petiit, & locum ubi Christus crucifixus, ab incolis requisivit: qui idcirco ad inveniendum difficilis erat, quia ab antiquis persecutoribus simulacrum Veneris in eo fuerat fixum, ut si quis Christum adorare vellet in loco illo, Venerem videretur adorare: & ob hoc locus non frequentabatur penēq; in oblivione fuerat. Sed veniens Helena, cœlitus sibi designatum invenit locum, purgatisq; in altum ruderibus, crucem sanctam repperit, sub episcopo ejusdem urbis Machario. Ejusdem principis tempore, Arrius Alexandrinæ presbyter Ecclesiæ, à veritate fidei catholicæ devians, exitiabile plurimis dogma cōstituit, sed mox ab Alexandro ejusdem urbis episcopo, ex urbe pulsus est. Cumq; homines quos in errorē induxerat, etiā in seditionē excitaret, apud Niceam urbem Bithyniæ conventus 318. episcoporum factus est sub Sylvestro papa, per quos Arrianū dogma exitiabile proditū, palā est damnatū. Postqua vero mater imperatoris Helena ex hac luce discessit, Constantia Licinii tūc derelicta, fratris Augusti solatiis utebatur. Huic in noticiā venit præsbyter quidā latenter partibus Arrii favens: qui primo nihil horū apud eā egit, sed ubi multa familiaritas copiā dedit, paulatim cœpit Arriū ei commendare, donec animū Constantiæ suū fecit. Quæ cum moritura visitaretur à fratre, extremā poposcit ab eo gratiā, ut eundē præsbyterū in familiaritatem reciperet, & quæ pro salute sua sibi ab eo suggerentur, audiret: se .n. dicebat pro salute illius esse sollicitā. Cujus verbis frater credulus, aurem præsbytero accommodat, ejusq; suasu Arrium de exilio jubet revocari, ut quid de fide sentiret, exponeret. Qui cum de fide teneret, miratus imperator, rursus eum ad Concilii examen remisit, rogans, ut si fides ejus probaretur, clementi erga eum judicio uterentur, si tamen episcopi e-

in vivo vivus. Labarum vexillum nomen ut summata ostendunt, habet ☧ hoc est, X. & P quod signum Iulianus post hæc abolevit.

Maxentio Tiburinu gurgitibus absumpto. Bap. Egn.

Valens occisus à Licinio.

Licinius contra Christianos.

Constantini crudelitas in filium, & uxorem, & nepotem, & amicos.

Leprosus fit & baptizatur.

Constantinopolis. Pons Danubii.

Helena.

Venus in locum crucifixionis. O imperatorem. Arrius.

Arriani seditiosi.

Digitized by Google

Quatuor Cæsares

jus Alexandri assensus accommodaretur. Cumque Alexandriam veniret, omne illius inceptum frustratum est. Interea dum hæc Alexandriæ agitarentur, Constantinus Republica bene ordinata, cum tres filios suos, Constantinum & Constantem ac Constantium, & filium fratris sui Dalmatium cæsares fecisset, ægritudine captus est. Et cum filius eius Constantius, cui Orientis regnum decreverat, id obtineret, fecit ei testamentum, quod vocato ad se clam presbytero à sorore commendato dedit, præcipiens ei, ut nulli hoc, nisi Constantio daret. Quòd cum ille faceret, post mortem imperatoris, etiam apud Constantium maximam familiaritatem obtinuit. Scribunt autem quidã, Constantinum Imperatorem in Arrianam hæresim incidisse, & ab Eusebio Nicomediensi episcopo rebaptizatum fuisse, quod Ecclesiastica historia non docet, quæ sub magna religione illum discessisse perhibet. Obijt autem in suburbana villa Nicomediæ, 11. kal. Iunij, anno vitæ 46. imperij 31. sepultusque est in Bizantio in basilica Apostolorum.

Constantinus Arrianus.

ANNI CONSTANTINI.

HVius anno primo Maxentius Herculij filius Augustus appellatur. Anno domini 312. Maximianus apud Massiliam turpiter occiditur. Anno domini 313. Quirinus Scesianus episcopus glorioſe passus est, manuali mola ad collum alligata, è ponte præcipitatus in flumen, diutissimè supernatavit, & cum expectantibus colloquutus, ne sui exemplo terrerentur, vix orans ut mergeretur obtinuit. Anno domini 314 Sylvester papa 34 ordinatur, sedensque annis 22. menses 10 migravit 2. kal. Ian. Anno domini 315. Constantinus Maxentio bellum infert. Anno domini 316. Petrus Alexandrinus episcopus martyrizatur. Anno domini 317. Achillas Alexandriæ ordinatur episcopus 17. Hierosolymis ordinatur Macharius 39. Maxentius interijt. Anno domini 318. Anno domini 319. Diocletianus moritur. Anno domini 320. Licinius persecutionem movet in Christianos. Anno domini 321. Anno domini 322. Anno domini 323 Licinius occiditur. Alexander ordinatur Alexandriæ episcopus 18. Anno domini 324. Anno domini 325. Anno domini 326. Anno domini 327. Cõciliũ 300. episcoporũ in Nicea cõgregatur. Ann. dni. 328. An. dni. 329. Crux domini ab Helena invenitur. Anno domini 330. Hucusque historias scribit Eusebius, exin Hieronymus. Anno domini 331. Antiochiæ ordinatur Vitalis 20. post quem Philogonus 21. dehinc Paulinus 22. post hunc Eustachius: quo ob fidem exiliato, successerunt hæretici episcopi numero 13. Anno domini 332. Anno domini 333. Iuvencus presbyter Hispanus Evangelia versibus composuit. Anno domini 334. Constantinus Bizantium urbem reparavit, & ex nomine suo Constantinopolim vocavit. Athanasius Alexandriæ ordinatur episcopus 19. Anno domini 335. Anno domini 336. Anno domini 337. Anno domini 338. Marcus papa 35. sedit menses 8. requievitque Non. Octob. Anno domini 339. Iulius papa 36. sedit annis 16. obijt 2. Idus April. Anno domini 340. Constantia soror Constantini, uxor Licinij moriens, Arrianũ quendã presbyterũ fratri cõmẽdat. Constantinus imperator dũ bellũ molitur adversum Persas, qui Mesopotamiæ infestabant, egrediens Constantinopoli, iuxta Nicomediam moritur.

Petrus Alexandrinus martyr.

Hactenus Eusebius, exin Hieronimus.

Iuvencus Poeta Evangelicus.

ANNI CONSTANTII

ANno Dominicæ incarnationis, 341. urbis conditæ millesimo 92. Constantius filius Constantini 35. ab Augusto imperium adeptus, 23 annis cum fratribus suis Constantino & Constante regnavit Fuit etiam inter successores Constantini, Dalmatius filius fratris sui Dalmatij, quem ipse Constantinus in consortium regni adoptavit. Hi singuli singulas partes regendas ab ipso Constantino acceperunt Constantinus cuncta trans Alpes, Constans Italiam & Illyricum & Africam, Constantius Asiam & Orientem, Dalmatius Thraciam, Macedoniam, & Achajam. Verũ Dalmatius prospertima indole, & patruo haud dissimilis, non multo post à militibus occisus est, Constantio patrueli suo sinente potius quam iubente. Post hæc inter Constantinum & Constantem discordia exorta est, propter Italiam & Aphricam. Constantinus itaq; dum nititur partes fratris junioris invadere, bellum movit contra eum: sed dũ inconsultius apud Aquilejam prælium aggressus est, à Constantis militibus est interfectus, & in fluvium, cui nomen est Alsa, non longe ab Aquileja est projectus: sicq; Romani imperij principatus, Occidentaliũ quidẽ partium ad Constantẽ, Orientalium vero pervenit ad Constantium. Igitur Constantis imperiũ aliquandiu strenuum fuit, & nullum: deinde cum pravioribus uteretur amicis, intolerabilis provincialibus, & militibus factus est injocundus. Vnde dũ circa Gallias venandi cupiditate, per sylvas & saltus erraret, autore Magnentio quodã regni avido, à militibus occisus est, anno ætatis 30 imperij 17. tribus autem Cæsar fuit. Cujus regnum Magnentius invasit, & Decentium consanguineum suum, sive ut quidam volunt, fratrem suũ Cæsarem fecit. Constantius verò Gallum patruelem suum cæsarem fecit: nomenq; suum ei imponens, eum in Antiochiam Syriæ misit, ut ibi habitans, partes illas custoditet. quem tamen postea iussit occidi. Post hæc Constantius Magnentio bellum intulit, factaq; congressione, Magnentius solus fugit Lugdunum, ibiq; coartatus, gladium occulte à parte parietis accepit, sicq; perfossus interijt, anno ætatis prope quinquagesimo, imperij 3. Cujus morte audita, Decentius laqueo fascia cõpositio, vitã finivit. Acta sunt hæc anno imperij Constantij 6. Eo tẽpore Romano imperio Cõstantius sol⁹ princeps & augustus præfuit, vir egregiæ trãquillitatis, nimiũ familiarib. credens & amicis: uxorũ amori deditus erat, quib⁹ cõtẽtus, nulla trãsversa libidine aut injusta se polluebat. Ex omnib⁹ tamẽ uxoribus

Constantius.

Constantinus, Constans. Dalmatius.

Alsa fluvius Aquileiam Coloniam defluit. Plinlib. 3. cap 18. Et Alsa qui mediam interfluit Alsatiam alius Elius, nunc Ilia.

Magnentius, Decentius.

Constantii dotes.

Digitized by Google

ribus quas plures habebat, Euſebiam præcipue diligebat: cujus etiam ſuaſu Julianum fratrem Galli cæſarem faciens, in conſortium regni aſſumebat. Poſt hæc, antiquo hoſte paci Eccleſiæ ſemper invidente, Arrius, ſuiq; ſequaces, familiaritatis locum apud Conſtantium acceperunt, qui eum in erroris ſui conſortium declinaverunt. Unde impietas Arriana Conſtantii fulta præſidio, exiliis, carceribus & variis afflictionum modis primo Athanaſium, deinde omnes non ſuæ partis epiſcopos perſecuta eſt. Conſtantius vero inter hæc bellum Parthis præparans, cum audiſſet Julianū ad imperium inhiare, Parthica expeditione relicta, rediit, & inter Ciliciam & Cappadociam febri acerrima, quam indignatio augebat, obiit, anno ætatis 45. imperii 25.

πολύγαμος.

Arriani abuſi Conſtantio.

Indignatio febrim auget.

PRimo Conſtantii anno, Jacobus Niſibenus epiſcopus agnoſcitur, cujus precibus ſæpe urbs diſcrimine liberata eſt. Anno dn. 342. Anno dn. 343. Conſtantinus fratri bellum inferens, occiditur juxta Aquilejam. Anno dn. 344. Anno domini 345. Maximinus Trevirorum Epiſcopus clarus habetur, à quo Athanaſius Alexandriæ epiſcopus à Cōſtante profugus honorifice ſuſceptus eſt. Anno domini 346. Anno domini 347. Anno domini 348. Anno domini 349. Athanaſius epiſcopus ad Conſtantis literas regreſſus eſt Alexandriam. Anno domini 350. Anno domini 351. Anno domini 352. Anno domini 353. Conſtans haud longe ab Hiſpania interficitur, anno ætatis 30. Anno domini 354. Gallus Conſtantii patruelis cæſar factus eſt. Anno domini 355. Liberius papa 37. ordinatur, Quo ab hæreticis ob fidem catholicam in exilium truſo, diaconus ejus Fœlix 38. in ſacerdotium ſubrituitur. Qui cum Conſtantium vinceret eſſe hæreticum, ab eo poſt annum dejectus eſt, & ut quidā dicunt, capite truncat' eſt, 4. kal. Aug. Liberius vero exilii tædio victus, hæreſi ſubſcripſit, Romamq; quaſi victor intravit. Anno domini 356 Victorinus Rhetor, & Donatus grammaticus, Romæ inſignes habentur. Anno domini 357. Julianus à Conſtantio cæſar efficitur. Anno domini 358. Euſebius Vercellenſis epiſcopus, & Dionyſius Mediolanenſis, & Lucifer Caralitanus exiliantur. Anno domini 359. Antonius abbas migravit anno ætatis 105. Anno domini 360. Oſſa Andreæ Apoſtoli, & Lucæ Evangeliſtæ & Timothei, Conſtantinopolim allata ſunt. Anno domini 361. Paulinus Trevirorum epiſcopus in exilio obiit. Hylarius Pictavienſis epiſcopus Arrianorum inſtinctu à Conſtantio in Frigiam exiliatus, cum Dionyſio Mediolanenſi, & Euſebio Vercellenſi, quarto exilii anno, cum librum de fide Conſtantio porrexiſſet, redire permiſſus eſt. Anno domini 362. Anno domini 363. Conſtantius moritur, anno ætatis ſuæ quadrageſimo quinto.

Paulinus Trevir.

Hylarius.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis, 364. urbis conditæ milleſimo 115. Claudius Julianus jam cæſar 36. ab Auguſto imperium accepit, & annos duos & octo menſes regnavit. De cujus genere ac diſciplina, & quomodo apoſtataverit, vel qualiter ad regnum pervenerit, pauca dicenda ſunt. Conſtantinus Magnus, qui Conſtantinopolim fecit, duos ex eodem patre, ſed non ex eadem matre habuit Germanos, Conſtantium, & Dalmatium. Quorum ſenior Conſtantius duos habuit natos, Gallum, & Julianum. Dalmatius vero Dalmatium, quem Conſtantinus, ut prædictum eſt, hæredem regni cum filiis ſuis reliquit. Quē cū poſt mortem Conſtantini milites peremiſſent, Gallus quoque & Julianus pene cum Dalmatio periculum mortis ſuſtinuerant, niſi Gallum quidem ægritudo quæ inevitabilis putabatur, liberaſſet, Julianum vero ætas infantilis: erat enim annorum 8. Cumque ab eis furor imperatorum quieviſſet, Gallus circa Epheſum apud doctores erat, ubi etiam à progenitoribus poſſeſſiones habebat. Porro Julianus creſcens, in auditoriis Conſtantinopolitanæ urbis exercebatur, in baſilica ubi doctores erant, habitu privato procedens, habebatque pædagogum Eunuchum, nomine Mardonium, præceptorem grammaticum Nicomedem Laconenſem, rhetoricam vero legebat apud Eubolum ſophiſtam, magiſtrum Baſilii poſtea epiſcopi. Erat autem Julianus ab initio Chriſtianus. Cumque in lectione proficeret, & fama per populum volitaret, quod etiam publicam rem gubernare poſſet, æſtuationes induxit imperatori Conſtantio. Quamobrem amovit eum urbe regia, miſitque Nicomediam, præcipiens ei, ne conveniret Libanium ſophiſtam Syrū, quaſi pro eo quod Paganus eſſet, ille tamen librorum ejus lectionibus utebatur. Cumq; proficeret in rethorica, ſupervenit Nicomediā Maximus philoſophus, non ille Bizantius pater Euclidis, ſed Epheſius, quem poſtea quaſi artes magicas exercentem, Valentinianus imperator juſſit occidi. Non ob aliam cauſam venit Nicomediam, niſi Juliani fama protractus. Apud quem dum Julianus verba philoſophica præguſtaſſet, cœpit etiam imperii cupidinem menti ejus immittere. Cumq; hæc non laterent aures imperatoris, Julianus inter ſpem metumq; conſtitutus, ſuſpitionē celare volens, tonſus monachicam ſimulabat vitam, & latenter quidem exercebatur in philoſophia, in manifeſto autem ſacros Chriſtianorum legebat libros. Deniq; in eccleſia Nicomediæ lector eſt conſtitutus, & divinos codices populo audiēte legebat, ut ſub hoc habitu furorem declinaret imperatoris, nequaquā tamen à ſpe recedens quā mente conceperat, dicebatq; plurimis amicorum ſuorum, fœlicia fore tempora, quibus ipſe rebus potiretur. Poſt paululū vero peremptо Gallo, repente Julianus fit ſuſpectus imperatori, qui etiā eū cuſtodiri præcepit. Et dū fuga lapſus fuiſſet, diverſa loca circumeundo, ſalvatus eſt, vixq; ſero uxore imperatoris Euſebia cælatū inveniēs, ſupplicavit imperatori, quatenus nil mali pateretur, ſed poti-

Claudius Iulianus.

Iulianus ab initio Chriſtianus.

Tonſus monachicam vitam ſimulat.

Consulit idola.

philosophandum ad Athenas mitteretur. Ille autem desiderio regni discurrens universam Hellade dam, vates quærebat responsa reddentes, consulens si ad suum desiderium perveniret, invenitq; virum qui ei desiderata se dicere fateretur. Is eum perducens ad quendam locum idolorum, & intromittens eum in adytum, seductores dæmones evocavit: quibus apparentibus, terrore compulsus Julianus, in fronte sua crucis formavit signaculum. Ad cujus aspectum dæmones repente disparuerũt. Pro qua re Magus cœpit culpare Julianum. At ille terrore se invasum significans, crucis se dixit obstupuisse virtutem, quia videntes eam dæmones evanuerunt. Porrò Magus: Non suspiceris, inquit, hoc, ô bone vir, quod timuerint, sed abominati potius hoc abscesserunt. Et ita capiens miserum, odio Christiani signaculi replevit Julianum. Post hæc igitur evocavit Constantius Julianum, & constituit eum Cæsarem, dans ei conjugem Helenam sororem suam, misitque eum contra Barbaros ad Gallias. Vbi dum civitatem quandam fuisset ingressus, corona lautea, quibus solent civitates ornari inter columnas pendens, rupto fune, super caput ejus decidit, eumque aptissimè coronavit. Quo viso, cuncti clamaverunt, hoc fore signum imperij. Ille autem viriliter contra Barbaros agens, nobilem eorum regem Nodomarium cepit, & Constantio misit. Itemq; cum Alemannis apud Rhenum fluvium residentibus dimicans, potentissimum regem eorum Badomarium cepit, claraque victoria decoratus, dum mediocritate vitæ atq; mansuetudine militibus gratus esset, ab eis appellatus est Augustus. Cumq; corona deesset imperialis, unus signa portantium, torquem quam habebat in collo sumens, Juliani capiti circumposuit. Hocq; modo Julianus imperator est factus. Quo facto, nil jam de Constantio cogitans, judices ab illo factos, honoribus mulcebat, & illius nomini invidiam suscitabat. Igitur repente religione mutata, cum à suis Christianus esse putaretur, semetipsum pontificem nominavit: & veniens ad templa Paganorum, sacrificabat, subjectisq; talia colere suadebat, & Christianum baptisma sacrificijs & invocationibus, & sanguinis immolatione ablui studebat. Cumq; Constantius propter bellum Persicum Antiochiæ moraretur, sperans Julianus, quod sine bello posset Illyricum detinere, venit illuc, dicens, se velle Constantio satisfacere: quasi non sponte, sed coactus à militibus, insulas imperii suscepisset. Cujus adventũ audiens Constantius, relicto bello, Constantinopolim venit: sed in ipso itinere, ut prædictum est, interiit. Quo defuncto, Julianus jam Thracas habebat, & non multo post Constantinopolim veniens, appellatus est Augustus. Mox cœpit cogitare, qualiter sibi populũ cõplacaret, ejusq; favorem acquireret, quod hac arte fecit. Bene sciebat Constantium ab omnibus orthodoxis odio haberi, obquam rem ab Ecclesiis videbantur expulsi, & episcopi confiscati, exilioque directi. Simul etiam noverat Paganos fuisse contristatos pro sacrificiorum prohibitione, & desiderare tempus, quo eorum aperirentur templa. Artificioso itaque velamine apud utrosque se commendans, primum quidem crudelitati Constantij circa subjectos derogabat, eamque coram omni populo redarguens, iussit episcopos exilio deportatos revocari, & confiscatas eorum substantias reddi. Templa quoque Paganorum, veluti sibi necessariorum, præcepit aperiri: & multa talia agens, utrisque se conciliabat, præcipue tamen Paganis occulte favebat. Igitur dudum studens paganitatem in omni ditione sua dilatari, & Christianitatem exterminari. Primum quidem Galileorum filios (sic enim salvatoris nostri cultores appellabat) præcepit haud Poetarum & Rhetorum atque Philosophorum legere disciplinas, propriis inquiens pennis secundum proverbium vulneramur, ex nostris enim armati conscriptionibus, contra nos bella suscipiunt. Et templa quidem erant aperta, & sacrificia paganorum per civitates secundũ voluntatem illius procedebant. Inter hæc igitur Persæ audientes mortem Constantij, rebellare ceperunt, & fines Romanorum invaserunt. Contra quos Julianus profectionem instituens, in ipso bello divinitus interẽptus est. De cujus interfectione, diversi diversa sentiũt. Quidã nãq; dicunt eũ à quodam transfuga per solitudinem tribus diebus ductum, insidias incidisse, & à Persis undique circumventũ à quodam ex his conto percussum esse, relatumq; in tabernaculum, paulatim sanguine evacuatum defeciisse. Quidam verò dicunt jaculum repentè delatum, discurrens per brachium in latus ejus mersum fuisse, alii unum pastorem Hismahelitarum, alii milites fame & itinere fatigatos eum interemisse, alii quendam invisibilium hoc fecisse. Sed sive homo, sive angelus fuerit, manifestum est, quia divinis iussionibus ministravit. Callistus autem, qui inter familiares ejus militabat, & heroico versu ejus conscripsit historiam, ait, eum à dæmone fuisse vulneratũ. Libanius verò sophista Syrus, inter cætera quæ de ejus vita scribit, in fine libri sic ait: O dæmonum alumne, dæmonumq; discipule, & dæmonum observator Juliane. Nos autem in libro vitæ sanctæ Basilii Cæsarienſis Episcopi certum legimus, orante & jejunante eodem Basilio cum populo suo, quibus ad Persicum bellum pergens, mala minatus est, iussu sanctæ Dei genitricis Mariæ, per Mercurium martyrem in eadem civitate quiescentem, ipsum esse peremptum. Fertur autẽ manũ suã sanguine impleviſſe, & in aerẽ sparsisse, & ita dixisse νενίκηκας Γαλιλαῖε, Vicisti Galilæe, vicisti. Interiit autem anno imperii sui tertio, septimo vero, ex quo Cæsar à Constantio factus est, vitæ autem 31. Post cujus mortem ejus magicæ artes inventæ sunt. Carræ nãq; civitas est, hactenus impietatis ejus reliquias habens, per hanc iter agens, quoniam per Edessam propter pię religionis cultum transire noluerat, in templum, quod à paganis colitur, est ingressus. Vbi cũ quædam cum suis consortibus sacrilegia celebrasset, januas & claustra

Frontem crucis signat territus.

Iulianus constituitur cæsar.

Signum imperii.

Amm. Marcell. lib. 16. scribit Alemannorum reges Chonodomarium, & Vestralpus, Vrsicinus, Prsicinus &c

Magna Alamannorum copia apud Argentoratum oppidum Galliarum à cæsare Iuliano oppressa.

Hieron.

Hist Eccl. Tri. lib. 6. cap. 2.

Ambit populi favorem.

Christiani Galilæorum filii.

Sententia de morte Iuliani.

Callisti historia.

Lege hæc ad Analogiam fidei.

Digitized by Google

claustra disposuit, & quosdam ibi milites observare præcepit, ut intra hoc nullus accederet, donec ipse rediret. Quo defuncto, ingredientes in templū, invenerunt mira Principis simulachra, ejusq; sapientiā & famosissimā pietatē. Viderunt enim mulierem à capillis suspensam, extensas manus habentem, cujus uterum aperuerat, ut Persarum victoriam in ejus jecore inspiceret. Hoc ergo scelus in Carris inventum est. Verū in Antiochia plurimas arcas in palatio humanis ajunt capitibus plenas fuisse repertas, & innumera in puteis demersa corpora mortuorum. In qua urbe dum ejus nunciatus fuisset interitus, publicam cuncti habuere festivitatē, cōmuniter omnes clamantes, Maxime fatue, ubi sunt vaticinia tua? Vicit Deus, & Christus ejus. Fuit aūt hic liberalibus disciplinis aprime eruditus, facundia ingenti, memoria tenacissima atq; amplissima, corpore validus, sed brevis, barba prolixa, oculis discurrentibus, & huc illucque directis, audax plus quam imperatorem decet, cultor idolorum superstitiosus, religionis Christianæ infectator studiosus.

ANNI JŪLIANI APOSTATÆ.

JUlianus itaq; Imperator factus, ad idolorum culturam se transtulit, blandaq; persecutione Christianos primum seducere tentavit, illiciens potius quàm impellens ad sacrificandum, unde multi decepti sunt.

Anno Domini 365. Pagani apud Sebestiam Palestinæ urbem sepulchrum sancti Johannis Baptistæ invadunt, ossa per agros spargunt, eademq; rursus collecta & cremata, latius dispergunt, sed quidam Monachi ex Hierosolymis intermixti, colligentes quæ potuerunt colligere, ad patrem suum Philippum pertulere. Ille supra se hæc ducens, ad Athanasium per Diaconum Julianum misit Alexandriam. Quæ ille paucis arbitris, sub cavato sacrarii pariete inclusa, prophetico spiritu posteræ generationi conservavit profutura. Cujus præsagium sub Theodosio per Theophilum Episcopū completum est, qui destructo Serapis sepulchro, sancti Johannis ibidem consecravit Ecclesiam. Athanasius Alexandriā rediit. Impius Julianus ad bellum profectus Persicū, divino percutitur iudicio, mense 8. anni 3. imperii sui, sed mox altera die absq; omni dilatione Jovian⁹ coronatur à militibus.

ANNI JOVIANI.

ANno Dominicæ incarnationis 366. ab urbe condita, millesimo 117. Jovianus ab Augusto 41. imperium suscepit, & menses 8. regnavit, genitus patre Bartoniano, incola provinciæ Pannoniæ. Cujus pater cum liberos crebro amitteret, per somnium ei dictum est, ut eum qui instante partu edendus foret, Jovianum diceret. Fuit autem insignis corpore, lætus ingenio, studiosus in literis, fortis virtibus, ἀλεξίκακος, id est millenarius illo tempore quo Julianus legem militibus proposuerat, ut aut sacrificarent, aut militia cederent. Qui cingulum magis elegit, quam Imperatoris præceptis obedire, sed Julianus tunc propter belli necessitatem inter milites eū habebat. Qui cum violenter à militibus ad imperiū traheretur, clamabat se nolle paganis hominibus imperare, cum ipse Christianus esset. Cūq; omniū vox cōmuniter proclamaret, se quoq; Christianos esse, suscepit imperiū. Deinde cū Constantinopolim festinaret, venit ad prædiū Dadastana, inter Galatiā & Bithyniā, ubi tēpore hyemis languore cōstrictus, cū in novo cubiculo recubaret, calore prunarū, & nidore parietum nuper calce illitorum, suffocatus obiit 8. mense imperii, anno vitæ 33. 13. kalen. Septembr. *Jovianus.*

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 367. urbis conditæ, millesimo 118. Valentinianus 42. ab Augusto Imperator appellatus est, vir optimus, & apice principali dignissimus, & regnavit annis 11. Iste fuit Pannonius genere de Cibala civitate, cujus pater Gratianus mediocri stirpe ortus, Funarius est appellatus, eo quod quadam die venalem funem portanti, quinq; milites nequiverunt extorquere. Quo merito alcitus in militiam, usq; ad præfecturæ prætorianæ dignitatem ascendit. Ob cujus commendationem apud milites, Valentiniano resistenti, oblatum est imperium. Qui cū sub Juliano apostata, scutariorum tribunus esset, & integram fidem haberet, & Julianus quadam die templum fortunæ ingrederetur, ministri templi ex utraq; parte januarum stantes, aspersione aquæ, sicut ipsi dicebant, ingredientes purgabant. Tunc Valentinianus præcedens Imperatorem, ut aspersionis guttam sua vidit in clamyde, indignatus, pugno percussit templi ministrū, dicens se maculari potius quam purgari. Quod respiciens Imperator, iussit eum trudi in custodiā, dicens: Aut sacrificet, aut militia excedat. Qui mox sponte discessit. Nec mora, Juliano interfecto, Jovianoq; mortuo, in loco persequutoris sui suscepit imperium. Cumq; Constantinopolim perveniisset, post 30. dies imperii sui, fratrem Valentem in communionem regni assumpsit, largiens ei partes Orientales, sibi retentans Occidentales. Cumq; jam annum tertium cum fratre ageret, Gratianum filium suū nec dum plene puberem, hortatu socrus & uxoris suæ Serenæ, Augustū creavit. Habuit autem & alium filium parvulum Valentinianum, de alia uxore Justina, quem vivente Serena, nec tamen abjecta, hoc modo duxisse probatur. Justus Justinæ pater cum esset Piceni judex temporibus Constātij, vidit in somnis quod in dextro femore Imperialem purpuram genuisset. Quæ visio, cum ad Constantii aures perveniisset, metuens ne Impetator ex eo nascereturr, mittens occidit Justum. Cujus filia Justina virgo permanens, cum perveniret ad Serenæ notitiam, amabatur ab ea, ita ut *Hist Trip. li. 7. & 7. Valentinianus Funarius.* *Valens.* *Gratianus.* *Valentinianus junior.*

Con. Valentiniani, de duabus uxoribus ducendis.

etiam balneis cum ea uteretur, ejusq; pulchritudine obligata, & amore capta, diceret Imperatori, quod Justina sic speciosa esset, ut etiã ipsam deceret uxorẽ Imperatoris esse. Quo sermone cõcepto, Valentinianus Justinã ducere tractans uxorem, non tamẽ Serena abjecta, legem proposuit publice per civitates, ut omnes qui voluissent, impuné bina matrimonia susciperẽt. Nã ideo populosas fore gentes dicebat, quia hoc apud eas solenne esset. Qua lege proposita, ipse Justinã duxit uxorem ex qua natus est ei Valentinianus & tres filiæ: Justa, Grata, & Galla. Quarũ duæ in virginitate permanserunt, Gallam vero Theodosius major duxit uxorem, ex qua, Placidia filia ejus noscitur esse progenita. Nã Archadiũ & Honoriũ ex Placilla priori conjuge habuit. Auxentio itaq; Arriano Mediolanensi Episcopo defuncto, Ambrosius præsidatũ urbis agens, necdũ baptizatus, communi civium consensu episcopus eligitur, jubenteq; Valentiniano baptizatur, & tanquã dignus in episcopatum ordinatur. Multa itaq; prælia Valentinianus cũ diversis gentibus commisit, inter quas & Alani rebellaverunt Romanis. Contra quos cum Valentinianus Romanum direxisset exercitum, plurimi ex eis occisi sunt, reliqui vero Mæotidas paludes intraverunt. Tunc Valentinianus dixit excercitibus suis, ꝙ si qui ex eis Mæotidas paludes intrarent, & Alanos inde propulsarent, per decẽ annos absq; tributo eos permitteret. Tunc quidam de Sicambria ingressi, pugnaverunt contra Alanos, factaq; victoria, ejecerunt eos. Quo facto, Valentinianus appellavit eos Attica lingua Francos, hoc est seroces & duros ac fortes. Cujus gentis quia se obtulit mentio, regumq; ejus in libris sanctorum sæpe fit cõmemoratio, licet facere videar digressionem, pro rerum tamen notitia, repetita ejusdem generis origine, quàm brevius potero, regum ejus describam successionem.

Vide hist. Tri. lib. 8, cap. 11.

Ambrosius Mediolanensis Episcopus eligitur

Φράγγοι γερμανικοὶ Suidas.

DE ORIGINE FRANCORUM, egresso Authore.

Hac lege cum iudicio, & de origine nobilissima gẽtis habes in 2. lib. rerum Germanicarum Beati Rhenani.

Sicambri.

Remissio tributorum per annos decem.

FRancorum gentis, exordia de antiqua Trojanorum prodiere prosapia. Nam eo tempore, quo post excidium Trojæ, Æneas Italiam venit, quidam ex eisdem Trojanis simili modo profugi circa Mæotidas paludes applicuerunt, ibiq; consistentes, terminos suos usq; in Pannoniam dilataverunt. Construxerunt autem civitatem Sicambriam, ibiq; permultos habitantes annos, in populum multum creverunt, & Sicambri primum dicti sunt. Hi pro eo quod Alanos, ut dictum est, de Mæotida palude expulerunt, Franci à Valentiniano vocati sunt, & pro hac victoria per decennium remissione tributorum donati sunt. Decennio vero peracto, misit Valentinianus ad eos quendam ducem pro exigendis tributis. Sed illi ut erant feroces, tributis ulterius subjacere dedignati sunt, missosq; ad se interfecerunt. Fuerunt autem tũc Principes inter eos antiquorum vocabulorum præferentes insignia, Priamus & Antenor. Audiens itaque Imperator eorum factionem, nimis iratus, jussit omnem Romanum exercitum, cum pluribus exteris gentibus pugnare contra eos. Pugna commissa, cum ex utraque parte multi caderent, tandem Franci multitudinem tantam sustinere non valentes, fugerunt, ibiq; mortuus est Priamus rex eorum. Egressi autem de Sicambria, venerunt in terrã Germaniæ, ad gentem scilicet Romanis infestissimam, habitaveruntq; aliquanto tempore in Thuringia, cum Marcomede filio Priami, & Sunnone filio Antenoris. Omnes autem populi ex illa parte Rheni habitantes, Germani dicti sunt, quia corpora magna habebant, & fortissimi semper & indomiti erant. Inter hæc defuncto Sunnone, Franci habuerunt consilium inter se, ut unum regem haberent, sicut & gentes cæteræ. Acceptoq; consilio à Marcomero, Faramundum ipsius filium regem constituere, & ex eo tempore leges habere cœperunt, quas gentiles eorum consiliarii Vuisogastaldus & Salegast fecerunt, à quo Salegast, etiam lex Salica inventa dicitur & nominata. Erant autem Franci Pagani.

Priamus rex Frãcorum moritur.

Germani.

Faramundus fit rex

Lex Salica.

Francs nunc Salicam legem nunc Romanam, nunc Gombetam præferebant, Visogast Bosogast, Sagast, Vindigast, quatuor gentis suæ proceres legem Salicam dictaverunt.

Vide Sigibertum.

Deniq; mortuo Faramundo, Clodius filius ejus Crinitus successit, à quo Francorũ reges Criniti appellati sunt. Ultra Rhenũ vero usq; ad Ligerim fluvium habitabant Romani, ultra Ligerim aũt dominabantur Gothi, Burgundiones vero habitabant juxta Rhodanũ, ubi postea facta est civitas Leudunũ. Franci itaq; de Thuringia Rhenũ transgressi, Romanos qui tunc temporis per suos magistratus Galliæ imperabant, bello adorsi sunt, & usq; in Carbonariam silvam fugant, fundunt, occidunt, sicque illatam sibi à Romanis injuriam acriter vindicant. Ingressi autem Tornacum & Camaracum civitates Galliæ, primo universa maritima, quæ inter Scaldum & Sunnam fluvios jacent, violenter obtinent, sicque paulatim progredientes & regredientes, Suessonam, Aureliam, & Agrippinam, ac Treverim, postremo omnem Galliam, sive Germaniam, ab Aquitania usque Bavariam sibi subjugant. Et hi quidem qui Teutonicis commixti sunt, proprio vocabulo Franci, qui autem per connubia à Gallis sunt progeniti. Francigenæ sunt appellati. Clodius itaq; cum regnaret annis 20. mortuus est, cui successit Meroveus, à quo reges Francorum Merovingi nominati sunt. Quo mortuo, filius ejus Hildericus suscepit regnum. Quem luxuriose viventem, & cum filiabus populi fornicantem, interficere nolentes, abjecerunt: & Ægidium quendam Romanum super se posuerunt. Sed post annos octo pœnitentes super hac re, Hildericum revocaverunt, factusque est rex virtute magnus super omnes priores Francorum reges. Agrippinam quippe civitatem temporibus ejus occisis à parte Ægidii multis Romanis, Franci ceperunt, eamq; Coloniam

Clodius rex.

Lugdunum.

Carbonaria sylva Francs.

Francigenæ.

Meroveus rex

Ægidius Romanorum rex.

Digitized by Google

loniam appellaverunt, Treverim quoque appræhenderunt,& incenderunt,totámque illam terram vaſtaveruut.

Mortuo aũt Ægidio Siagrius filius ejus ſucceſſit in locũ ejus, ſeditq; in Sueſſionum civitate, ubi ſedes regni erat. Sed Hilpericus cum exercitu ſuperveniens, omnem terram prædatus eſt, & Aurelianenſem,& Andegavenſem civitatem regno ſuo adjecit. Qui cum regnaret annis 24. mortuus eſt, & Clodoveus filius eius regnum accepit. Hic cum Siagrio bellum commiſit,fugientemq; ad Alaricum regem Gothorum,miſſa legatione repoſcit,& redditum interfecit, totumq; regnum ejus ſibi ſubjiciens, Romanos in tantum delevit,ut nulla eorum veſtigia hoc die reperiantur in Gallia. Accepit autem uxorem,neptem Gundebaudi regis Burgundionum,nomine Gotehildam.Gundebaudus itaq; rex Burgundionum,quatuor filius habuit, Gundebaudum ſcilicet patrem Sigiſmundi & Gothemari,Hilpericum patrem Gotehildæ, Gotegiſelum,& Gotemarum. Mortuo autem Gundebaudo ſeniore,Gundebaudus junior occidit fratrem ſuum Hilpericum ; & uxorẽ illius ligato ad collum ejus ſaxo, in aquam mergi præcepit,alios verò duos fratres in exilium miſit. Gundebaudus autem,dum neptem ſuam Gotehildam Hilperici filiam ſecum haberet,& legati Clodovei regis illuc forte directi,eã videntes,pulchritudinẽ ejus apud dominũ ſuũ laudarent, miſſo Aureliano quodã honorato ſuo,accepit eũ Clodoveus uxorem puellã Chriſtianã. Quæ cũ ei Chriſtum ſæpe prædicaret,illeq; credere abnueret,15. anno regni ſui ſuſcipiens bellũ cõtra Alemannos, cum penè vinceretur,hortatu Aureliani ſe crediturum ſpopondit, ſi Dei adjutorio Alemannos vinceret, moxq; & illos ſuperavit,& omnem terram eorum ſibi ſubjugavit,ac deinde per ſanctum Remigium Remorũ Epiſcopum inſtructus,cum omni gente ſua eſt baptizatus. Poſt hæc abiit in Pictavienſem civitatem ubi rex Alaricus habitabat,pugnansq; cum eo interfecit eum 12 anno ejuſdem Alarici. Amalaricus vero filius Alarici fugiens in Hiſpaniam, regnum patris ſui poſtea ſagaciter recepit. Anno quinto poſt hanc victoriam mortuus eſt Clodoveus in pace,anno regni ſui 30. à tranſitu vero ſancti Martini 112. Habebat autem filios 4. idem rex Clodoveus. Clodomirem, Theodericum,Hildebertũ,& Clotharium. Hi regnum ejus inter ſe diviſerunt æqualiter, & elevati ſunt in magna potentia. Theodericus vero tunc habebat filium nomine Theodebertum ſtrenuum & utilem. Amalaricus quoque filius Alarici regis Gothorum, ſororem illorum nomine Ruothildam petiit in conjugiũ, quam illi nõ negantes, cum magna gloria ei dederunt. Sed cum ille velut Arrianus eam poſtea indigne tractaret,mittens illa nunciũ de Hiſpania ad fratrẽ ſuum Hildebertũ in Arverna civitate ſedentem, iniurias ſuas ei conqueſta eſt. Vnde ille iratus,cum magno exercitu Hiſpaniam tetendit, occiſoq; Amalarico,ſororẽ ſuã cũ magnis theſauris abſtulit,q tamẽ languore prævẽta, in ipſo eſt itinere mortua.

Hildericus rex Siagrium.
Hilpericum.
Gũdebaudus rex Burgundionum.
Ludovicum rex, dictus Gallis Clodoveus.
Clodovem ducit puellam Chriſtianam in uxorem.
Hoc bello cecidit uniuerſa gloria et libertas Alemannorum, nec deſtitit victor Ludovicus rex, donec partim ferro, partim ſervitute, totam Alemannorũ gentem perdomuiſſet.
Remigius baptizat Clodoveum, qui hanc victoriam ſuperiis acceptam ſert.

In illis diebus Gotehild regina veniens Pariſium,dixit ad filios ſuos.Non me pœniter filii mei vos dulciter enutriſſe,tantum injuriam meam indignamini,& mortem patris ac matris meæ vindicate. Qui mox ira commoti,cum exercitu magno Burgundiam pergunt, contra Sigiſmundum & Gotemarum filios Gundebaudi,qui patrem ac matrem Gotehildæ interfecit. Sigiſmundus rex Burgundionum illo in tempore ædificavit monaſterium ſancti Mauritii, ſociorumq; ejus in loco Agauno, ubi & paſſi ſunt. Collecto autem exercitu, Burgundiones exierunt obviam filiis Gotehildæ & Clodovei, ſed commiſſa pugna, cæſi Burgundiones fugerunt. Sigiſmundus itaq; dum fugeret ad ſanctos Agaunenſes, conſecutus eſt eum Clodomir, captumq; cum vxore & filiis, duxit in pagum Aurelianenſem,& in carcerẽ miſit, & poſtea interfectos in puteum projecit,in loco qui dicitur columnabicus. Poſt hæc iterũ collecto exercitu, Clodomir in Burgundiã perrexit, contra Gotemarũ, iterũq; repugnãtẽ,ſed fugientẽ,dũ perſequeretur & præcurreret equo velociſsimo,ex adverſa parte percuſſ⁹,corruit,& mortu⁹ eſt. Quod audiẽs Clotharⁱ⁹, Gũdeucã uxorẽ fratris ſui accepit in cõjugiũ

Quatuor filii Clodovei.
Gotehildis regina
Sigiſmundus rex Burgundionum.

Theodericus autem rex, poſtquam regnavit annis 23, mortuus eſt, & Theodebertus filius ejus ei ſucceſſit. Qui cum annis 14 regnaret,obiit,& Theodebaldus filius ejus illi ſucceſſit. Quo poſt annos 7. defuncto, Clotharius patruus ejus regnum ipſius cũ theſauris multis accepit. Gotehildis aũt regina in elemoſynas profluens,in ſumma abſtinentia & ſobrietate vitam duxit,& apud Turonicam vrbem plena dierum ad dominum migravit, & in baſilica ſancti Petri ad latus viri ſui Clodovei ſepulta eſt à filiis ſuis Hildiberto, & Clothario, ubi & beatiſſima Genoſeva quieſcit.

Clotarius regnat.
Gotehildis Elemoſinaria.

Clotharius autem rex de diverſis uxoribus 7. habuit filios. De Ingunde regina Guntharium, Hildericum,Sigebertum,Guntrammum,Heribertum,& filiam Clodeſindam,de Regingunda vero ſorore Ingundis habuit Hilpericum. Per amorem enim Ingundis,eo q; eſſet pulchra & decora,& ipſe nimiũ eſſet luxurioſus, ſororem ejus Regingundam accepit in conjugium. De Guſina quoq; accepit Gratianum. Qui cum eſſet decorus nimis & acerbus,ac callidus,patri rebellavit,ſed captus & ad patrem adductus, in caſa quadam incendi juſſus eſt. Hildebertus vero frater Clotharii, apud Pariſium diu ægrotans,mortuus eſt,cujus regnum & theſauros Clotharius rex aſſecutus eſt.

His etiam temporibus beatus Medardus Epiſcopus plenus virtutibus migravit ad Dominum, quem rex Clotharius in Sueſſione civitate cum magna gloria ſepeliri fecit.

Medardus Epiſcopus.

Poſt hæc Clotharius rex febre correptus,obiit anno regni ſui 51. regnũq; ejus quatuor filii ej⁹ inter ſe diviſerũt,ſcil. Heribertus,Guntrámus,Hilpericus,Sigibertus,accepitq; Heribertus regnum Hildiberti patrui ſui,ſedẽq; conſtituit Pariſiis. Guntrammus autẽ regnũ Clodomiris accipiens,Aureli-

Sedes 4 Parisii. Aurelia. Suessiom. Metu.

anis sedem constituit. Hilpericus vero regnum patris sui Clotharii possidens, Successionis sedem posuit Sigibertus autem regnum Theoderici, scilicet Austrasiam fortitus, apud Metesem civitatē regni sedem locavit.

Ex quibus Guntrammus rex pacificus, & omni bonitate laudabilis erat, vitamq; in conversatione sancta ducebat, cujus unum factum mirabile huic operi placet inserere. Quodam tempore dū venatum iret, omnes socii ejus per sylvam discurrentes, illum solum cum uno cursu tantum sibi fidelissimo dimiserunt, juxta rivulum quendam. Quem cum gravis somnus urgeret, caput suū in illius fidelis sui finum posuit, & dormivit. Cum subito vidit ille, in cujus sinu dormiebat, quasi parvum animal de ore regis exire, & ad rivū tendere, multoq; nisu tentare, si quo modo posset transire. Cūq; transitus copiam non inveniret, ille qui hoc vidit, gladium suum de vagina eduxit, rivoque super. ponens, illud transire fecit, Transiens autem rivum, non longe inde in foramen unum montis juxta positi, intravit: reversumq; per eandē viam, post horam unam in os regis rursus introivit. Qui mox evigilans, magnam visionem se vidisse narravit, dixitq; sibi apparuisse in somnis, quod iter agens ad quendam fluvium magnum veniret, quem per ferreum pontem transiret, venienscq; sub montem quendam multum ibi autum videret. Quod cum illi fideli suo narraret, illeq; vicissim sibi omnia quæ gesta sunt, intimaret: ad locū illum accesserunt, fodientesq; multa pondera auri, antiquitus ibi reconditi, invenerunt, de quo auro rex idem postea ciborum magnum fieri, diversisque gemmis exornari præcipiens, voluit illud Hierosolymā ad sepulchrū Dominimittere, sed cū hoc perficere nō posset, justit illud poni supra corpus beati Marcelli martyris in Cabillona civitate sepulti, dicitutque aliud huic simile non inveniri.

Guntrammi regis visio.

Mors ejus.

Audovera Hilperici uxor.

Hilpericus autem accepit uxorē Audeveram, quæ peperit ei tres filios, Theodebertū, Merovēū, & Clodoveum. Heribertus vero duxit Ingobergam. Quę cum haberet duas puellas nimis pulchras, cujusdam pauperis filias, rex in amorem earū vehementer exarsit. Quas cū regina odio haberet, rex iratus, eam abjecit, & unam ex illis in conjugium sumpsit, deinde alteram quoq; sibi copulavit. Proqua re cū S. Germanus, Parisiorum Episcopus, utrosq; excommunicaret, & rex hoc parvipendens, eū nō dimitteret, percussa Dei judicio, mortua est, nec multo post rex ipse defunctus est. Porrò Sigiberti us rex videns nequitiā fratris sui, dedignatus taliaconjugia, legationem in Hispaniam misit, regisq; filiam Brunihildem petiit, & accepit puellam pulchrā & ingeniosam, Et quia Arriane legi subjecta erat, in nomine sanctæ Trinitatis eam baptizari jubebat, ex qua filium Hildibertum suscepiebat.

Germani episcopi excommunicat regem ob duplicata duas sororis.

Columbani.

His temporibus S. Columbanus de Hibernia venit in Galliam, quem Sigibertus rex benigne susceppit, Hilpericus autem frater Sigiberti videns eum regali conjugio sublimatum, cum jam plures uxores haberet, sororem Brunihildis natu majorem, nomine Gelt sundam in conjugium petiit, promittens per legatos omnes alias uxores se dimissurum, Qua desponsata & cum multa thesauri accepta, Fredegundis quędam ex uxoribus ejus plurimis, genere infima, sed speciosa & callida, hanc in strato suo per noctem strangulavit, & priorem Andevoram consilio pessimo ab eo separavit, ipsaque in locum earum, quasi legitima successit,

Pericolum widowapiat

Eo tempore Justinianus Imperator apud Constantinopolim obiit, Justinus vero imperium ambivit. Post hæc Hilpericus Theodeberti filium suum ultra Ligerem in regnum fratris sui Sigiberti cū exercitu direxit qui mox Turonū & Pictavim cæteraq; urbes invasit, ecclesias incendit, monasteria destruxit, alericos interfecit. Contra quem Sigibertus moyens exercitū, interfecit eum: Hilpericus vero cum uxore Friedegunda fugit in Turnacum, Sigibertus autem civitates quę ultra Parisiū sunt accipiens, cū Franci qui quondā Hildiberto seniori subditi erant, hunc vellent super se regē constituere, & Hilpericū relinquere, fraudibus & consilio Friedegundis, quę nimiū callida erat, interfectus, est anno regni sui 14. ætatis autē 40, Tunc Brunihildis cū filiis suis apud Parisiū fedebat: Gundoaldus autem dux, qui erat major domus, filiū Sigiberti parvulum Hildibertū furtim per noctem abstulit, & cum eo fugit, collectis quę gentibus super quas pater ejus regnaverat, regē illū constituit.

Theodeberti Gradualis.

Germanus episcopus moritur

Tēpore illo beatus Germanus Parisiorū episcopus plenus virtutibus magnis migravit ad Dominum. Mortui autem sunt & filii Hilperici, omnes quos habebat de Fridegunda: sed adultimum genuit Clotharium, qui postea factus est rex magnus, & hic genuit Dagobertum.

Guntrammus rex moritur, Fredegundis adultera.

Inter hæc maximę discordiæ ortæ sunt inter Hildericum & nepotem suum Hildebertum filiū Sigiberti, irritabantque eos ex utrisque partibus, Friedegundis, & Brunehildis.

Eo quoq; tempore mortuos est bonæ memoriæ Guntrammus rex inclytus [5] frater Hilperici, eū regnaret annis 31. cujus regnum, scilicet Burgundiā, Hildibertus fratruelis ejus [6] accepit. Post hęc cū Friedegundis adulteriam cum Landerico quodā committeret, & hoc regi Hilperico innotescseret, illa eum metuens, egit consilium cum duobus invenibus, qui regem fero de venatione venientem statim ut de equo descendit, interfecerūt, clamantes ipsi infidias esse de patre Hildiberti: fic q; ipsa cū filio suo parvulo Clothario regnū teuit. Hildibert[illegible] igitur filius Sigiberti cū regnaret annis 20. mortuus est, habens duos filios, seniorem nomine Theodebertum ex concubina: juniorem Theodericū ex regina. Sed senior Theodebertus regnum accepit, scilicet Austrasiā: junior verò rex Theodericus avia sua Brunihildis direxit [illegible] Guntrammi regis, videlicet Burgundiam.

Eo tempore Fredegun[illegible]t, Brunihildis autem pravam conditionem submisit rati ad

Digitized by Google

poti ſuo Theoderico dicens: Cur non requiris theſaurum & regnum patris tui, de manu Theodeberti, cum non ſit frater tuus, ſed de meretrice quadam patris tui concubina ſit æditus? Ille vero hoc audiens, ut erat acerbis moribus, exercitum plurimum contra fratrem direxit. Cumq; convenirent in prælium, Theodebertus victus, fugit in Coloniam. Theodericus autem illum perſecutus, cum cuncta vaſtaſſet, & populus, ut ſubjectis parceret, ad eum clamaſſet, ait: Si vultis ut parcã vobis, Theodebertũ mihi vivũ adducite, aut caput ejus afferte. Qui civitatem ingreſſi, cũ ſuaderent Theodeberto ut theſaurũ redderet, quatenus frater ejus recederet: ille verbis eorum credulus, ingreditur theſaurarium ſuum: & cum precioſiſſima quæq; requireret, unus ex eis retro cervicem ejus gladio percuſſit, & caput ejus ampuravit. Theodericus vero apprehendens ipſam civitatem, multos theſauros accepit, rediensq; ad urbem Metenſem, filiam Theodeberti pulchram nimis, cum duobus filiis parvulis abduxit, filiosq; occidens, filiam in conjugium accipere voluit. Cui cum diceret Brunihildis: Non debes ducere filiam fratris tui, ille iratus ait: Nonne tu dixiſti mihi, quod non eſſet frater meus? Cur induxiſti ſuper me peccatum hoc, auctrix mortis? Et evaginato cultro, voluit eam transfigere: ſed illa à circumſtantibus erepta eſt. Poſt hæc odio nimio infecta, potionem venenatam per miniſtros ſuos ei direxit, quam ille bibens, mortuus eſt. Taliter refert hiſtoria Francorum. Sed in libro actuum ſancti Columbani legitur, quod apud Talbiacum pugnaverint, victumq; Theodebertum & fugientem, Theodericus inſecutus apprehenderit, & ad viã ſuam Brunihildem adduxerit, quem illa clericum fieri rogaverit, ſed non poſt multos dies impie peremerit: Theodericus vero apud Metenſem civitatem commorans, divino igni crematus ſit. De hac controverſia ſcriptores videant. Mortuo aũt Theoderico, filius ejus Sigibertus in regnũ ſucceſſit, ille ſcilicet, de quo libro actuũ ſancti Galli legitur, quod Gunzonis ducis filiam deſponſaverit, quã idem beatus Gallus à dæmonio liberaverit. Clotharius itaq; filius Hilperici, collecto exercitu, fines regni quæ ſuæ ditioni debebantur, cum conabatur recipere, Sigibertus ei cum exercitu occurrit, quem ille captum occidit, & quinq; fratres ejus, filios Theoderici, ſimiliter interemit. Poſt hæc Burgundiones & Auſtraſii, facta pace cũm Francis, Clotharium in monarchia totius regni regem ſublimaverunt. Tunc conclamantibus omnibus, Brunihildem morte turpiſſima eſſe condignam: primum camelo impoſitam, totum exercitum girare fecit: deinde indomitorum pedibus equorum alligatam, interimi præcepit, ſepulchrumq; ejus ignis fuit. Erat autem Clothario filius, nomine Dagobertus, puer efficax & ſtrenuus, & ad omnia ſolertiſſimus, quem rex adultum cum Pippino duce in Auſtraſiam regnaturum direxit. Clotharius autem cum regnaret annis 44, plenus dierum mortuus eſt, & Dagobertus filius ejus monarchiam in tribus regnis ſolus obtinuit, fuitq; fortiſſimus, & Francorum nutritius, in judiciis eccleſiaſticis ſeveriſſimus, largitor eleemoſynarum præcipuus, pacem in toto regno ſuo ſtatuens, & timorem gentibus in circuitu incutiens, ipſeque velut Salomon pacificus, regnum obtinuit quietus.

Theodebertus vult fratris filiã ducere.

Liber actuum S. Columbani.

Theodericus divino igne crematus. Liber actuum S. Galli.

Brunihildis turpiſſima mors.

Dagobertus fit monarcha trium regnorum.

Eo tempore defuncto Gundoaldo majore domus, Erchinoaldum virum illuſtrem in locũ ejus ſtatuit. Habebat autem idẽ rex ex regina Mathilda de genere Saxonum, filios duos, Sigibertum, & Clodoveum: quorum majorem Sigibertum, duci Pippino, & ſancto Choniberto Colonienſi epiſcopo, in Auſtraſia regnaturum direxit, juniorem Clodoveum ſecum retinuit. Sigibertus hic ſancto Koniocho epiſcatũ Trajectenſem dedit, Pippinus autem dux pater erat ſanctæ Gertrudis virginis, & Beggæ, quam duxit uxorẽ Angiſus filius ſancti Arnolfi, viri magni, deoq; dilecti, qui pro amore dei renuncians ſeculo, divino ſe mancipavit ſervitio, factusq; eſt poſtea epiſcopus Metenſium: deinde hæremiticam diligens vitam, plenus virtutibus migravit ad dominum. Hujus ſancti Arnolfi pater fuit Arnolfus vir illuſtris, filius Ansberti, & Blithildæ Lotharii regis filiæ.

Sigibertus. Clodoveus.

Angiſus epiſcopus Metenſium.

Dagobertus aũt rex, cũ regnaret annis 34, mortuus eſt, & Clodoveus filius ejus regnavit pro eo ſuper Francos, accepitq; uxorẽ de genere Saxonum, nomine Mathildẽ, pulchrã, & ingeniosã quæ genuit ei tres filios, Lothariũ, Hildericũ, & Theodericũ. Sigiberto vero fratre Clodovei, rege Auſtraſiorum, defuncto, dux Pippinus filiũ ejus Grimoaldũ majorẽ domus conſtituit. Habuit aũt & ipſe Sigibertus filiũ parvulũ, nomine Dagobertũ. Decedente igitur tẽpore, Sigibertus defunct⁹ eſt, & Grimoaldus major domus, filiũ ejus Dagobertũ totondit: Didonẽq; Pictavienſis urbis epiſcopũ in Scotiã exiliãs, Dagobertũ epiſcopatui præpoſuit. Quod indignantes Franci, Grimoaldo inſidias ſtatuũt, captũq; Clodoveo deferũt, quẽ ille vinculatũ carceri mãcipavit, ubi ut dign⁹ erat, vitã finivit.

Clodoveus regnat.

Dagobertus Pictavienſis epiſcopus.

Eo tempore Clodoveus, inſtigante diabolo, brachiũ ſancti Dionyſii martyris abſcidit, ex quo regnum Francorum caſibus peſtiferis concidit. Clodoveo itaq; poſt 15. annos regni ſui defuncto, Franci ſtatuerunt Lotharium fratrem ejus cum matre Mathilda regnare pro eo. Hic ſanctum Leodegarium Auguſtuduni fecit epiſcopum.

Brachium ſancti Dionyſii abſciſſum.

Eo quoq; tempore Erchinoaldo majore domus defuncto, in locũ ejus ſucceſſit Ebroinus. Poſt non multum vero tempus, mortuo Clothario, Ebroinus major domus, Theodericum fratrem ejus conſtituere voluit regem. Sed quia idem Ebroinus jam odioſus fuit Francis, ſpreto ejus conſilio, alterum ejus fratrem Hildericum, qũi Auſtraſiis jam imperabat ſuper ſe regem conſtituunt. Quod videns Ebroinus, in Luxovienſe cœnobiũ tonſo capite, quaſi perpetuo monachus, ſe contulit. Poſt aliquod tempus, Hilderico, cũ levis eſſet, ac ora inconſulte ageret, à quibuſdam cũ regina prægnante

interfecto, rursumq; Theoderico in regnum revocato Ebroinus de claustro prorumpens, ad regem pervenit: receptoq; principatu suo, tyrannidem magnã in Frãcos, quibus odiosus erat, exercuit, inter quos & sanctũ Leodegariũ occidit. Mortuo autem Theodorico, filii ejus Clodoveus & Hildebertus regnaverunt: post quos Dagobertus junior, cui Hilpericus cũ Reginfrido succedentes, à Carolo Pippini filio dejecti sunt, & Lotharius substitutus, post quem iterum Hilpericus regnavit, post hunc Theodoric⁹ Quo 20. Leonis imperatoris anno mortuo, & primo Cõstãtini ejusdẽ Leonis filii anno Carolo defũcto, quinq; annis post Theodericũ sine rege interlapsis, sexto demũ anno Pippinus & Carlomannus, filii Caroli, Hildericũ statuunt regem, qui & ultimus erat de antiquo genere regũ.

Karolus Fortis.

Pippinus vtr.

Tempore autem regũ præcedentiũ, post mortem Ebroini, Angisus sancti Arnolfi filius, nomen, ut ajunt, ducens ab illo Trojano Anchisa patre Æneæ, major domus effectus est in regno Francorũ: post quem Pippinus filius ejus, & Beggæ sororis sanctæ Gertrudis: post hunc filius ejus Carolus, cognomento Fortis, qui per multas pugnas principatum tulit de manu Reginfridi, quem Carolũ genuit Pippino Albhaidis soror Diodonis domestici sui, quam ille superduxit legitimæ uxori suæ Plectrudi, de qua susceperat Drugonẽ & Grimoaldũ. Quam rem dũ detestaretur sanctus Lampertus episcopus, ab eodẽ Diodone est interfectus, Pippino, ut ajunt, consentiente, Hildeberto Theoderici filio regnante. Mortuo autẽ hoc Carolo, filii ejus Pippinus & Carolomannus principatũ tenuerũt simul annis 4. postea Pippinus solus annis 7. adhuc quidẽ regibus in Francia ex antiqua stirpe solo nomine regnantibus, sed nil regiæ dignitatis habentibus, donec per autoritatem Zachariæ papæ, Hilderico qui tunc falsũ regis nomen habebat, detonso, & in monasteriũ detruso, isdẽ Pippinus ex præfectu palatii in regnum est sublimatus, ac deinde per successorem ejus Stephanũ papam, unà cũ uxore. ua Bertherata, filiisque Carolo & Carlomanno, regali est unctione consecratus & in regno confirmatus, anno ab incarnatione Domini 754.

His de gente regibusque Francorum notitiæ causa, sive per repetitionem præcedentium, seu per anticipationem sequentium dictis, quasi per quendam excessum, jam redeamus ad incœptum.

ANNI VALENTINIANI.

VAlentinianus primo regni sui anno, qui est Dominicæ incarnationis 367. fratri suo Valenti regnum orientis dedit, ipse occidentale tenuit. Anno domini 368. Damasus papa 38. ordinatus, sedit annis 18. sub seditione tamen, quia Vrsinus quidam diaconus Romanæ ecclesiæ sibi sacerdotium usurpavit. Damasus vero constituit, ut Psalmi die noctuque canantur in Ecclesia. Anno domini 369. lana pluviæ permixta de nubibus fluxit. Anno domini 370. Hylarius Pictaviensis episcopus obiit. Anno domini 371. Athalaricus rex Gothorum Christianos in sua gente persequitur. Anno domini 372 Eusebius Vercellensis, & Lucifer Caralitanus obierunt. Anno domim 373. Valentinianus Saxones cæde perdomuit in Francia. Anno domini 374 Didimus Alexandrinus multa de nostro dogmate commentatur. Anno domini 375. Sanctus Martinus Turonis ordinatur episcopus. Anno domini 376. Magnentia quæ & Tecla, Romanorum nobilissima Hierosolymã veniens, magnis virtutibus & humilitate claruit. Anno domini 377. Valentinianus rupta vena nuper incisa, moritur.

Psalmi canendi.

Athalaricus Christianorum persecutor.

Tecla.

VAlens igitur frater Valẽtiniani, dum per concessionem fratris regnaret cum eo in regno orientis, id est, in Constantinopoli, annis 11. post mortem fratris regnavit ibi annis 4. Gratiano & Valentiniano fratris sui filiis, regnum occidentis, id est, Romanum tenentibus imperiũ. Hic itaq; Valens mox ut frater ejus ab eo discessit, Dominica uxore sua, ut ajunt, suadente, ab Eudoxio Arriano episcopo rebaptizatus est, statimq; in Christianos persecutionẽ moveret, si fratrẽ non timeret. In Antiochia tamen plurimo tempore commorans, omnibus licentiam dedit sua sacra celebrare, Gentilibus scilicet atq; Judæis, & omnibus hæreticis: illis tantũmodo inimicus erat, qui Apostolicam doctrinã prædicabant. Post mortẽ vero fratris, impietatem quã mente conceperat, operibus explebat. Nam sacerdotes Domini exiliabat, monachos in militiam cogebat: nolentes militare, interfici jubebat.

Valens in Christianos.

Monachi in militiam subtalente.

Inter hęc diabolico instinctu perscrutari cupiẽs, quis post eũ regnaturus esset, necromantiã fecit: sed diabolus ejus audacia & crudelitate abusus, non aperta, sed obliqua ei responsa dedit, per quæ multos artificiose interemit. Nam cũ de imperio consuleretur, quatuor literas demonstravit, *t. h. e. d.* dicens hoc nomen post Valentem imperii culmen accepturũ. Vnde ille zelo ductus, multos interemit, quos tyrannidem assumere æstimavit. Occidebantur itaque Theodori, Theodoti, Theoduli, & quicũq; has literas in capite sui nominis habuissent. Hoc ergo timore plurimi sua nomina mutaverunt, negantes cũ juramento, quę prius habuerunt, ut pericula effugerent. Inter cęteros autem occisus est, & Theodosiolus vir fortis, ex Hispania genus ducens, pater Theodosii postea imperatoris. Hic Theodosiolus à Valentiniano fratre Valentis in Aphricam missus, Firmum quendam sese in regnum extollentem, ad mortem coegit, totamq; Aphricam & Mauritaniam Romano imperio subjecit. Sed cum à Valente per invidiam juberetur occidi, prius in remissionem peccatorum rogabat baptizari, sicque jugulum præbuit percussori.

Valens quosdam occidit ex indicio dæmonis admissi.

Theodosiolus martyr.

Hunni in Gothos,

Ea tẽpestate Hunorũ gẽs diu inaccessis secluſa mõtibus, repentina rabie percita, exarsit in Gothos eosque

eosque conturbatos, ab antiquis expulit ſedibus. Qui tranſito Danubio, ad Valentem venerunt, & ſine omni pactione ſuſcepti, Thracias ad habitandũ ab eo acceperũt. Deinde cũ idem imperator nõ daret eis quod ſufficeret, nõ ſuſtinẽtes famẽ apprehenderunt arma, cunteq; per Thraciã omnia liſenter vaſtabant & incendebant. Hoc audiẽs Valens, egreſſus ab Antiochia, congregavit exercitum ut pugnaret cũ Gothis. Primumq; moratus apud Cõſtantinopolim, miſit Trajanũ magiſtrum militiæ contra eos, qui victus, ignominioſe reverſus eſt. Cui cũ Valens mollitiẽ exprobraret ait, Nõ ego victus ſũ ò Imperator, ſed tu, qui contra Deum pugnas, Barbaris nutũ ejus concilias. An neſcis quos ab eccleſiis expuliſti, & quib. eas tradidiſti? Ille ſera pœnitẽtia ſtimulat⁹, epiſcopos, cæteroſq; ſactos revocare de exiliis præcepit. Inter hęc Barbari per Traciãdiſcurrebant, jamq; ſuburbana Cõſtantino politana, nullo prohibẽte incendebãt. Egreſſus itaq; de Conſtantinopoli, duxit exercitũ ad urbẽ Hadrianopolim: cũmiſſaq; pugna cũ Gothis, primo impetu Gothorũ, Romani equites nudatos deſeruere pedites, quos Gothi mox circõdederũt, ac ſagittarũ nubib. huc & illuc fugiẽtes obruerunt. Ipſe quoq; imperator Valens ſagitta ſauciatus, & infugã verſus, cũ ob nimiũ dolorẽ de equo laberetur, in viliſſimam caſam deportatur, ubi Gothis ſupervenientibus, ipſumq; ibi neſcientibus, igne impoſito concrematur, anno vitæ quinquageſimo, regni autem 15. quorũ 11. regnavit cũ fratre 4 poſt illum. Juſto itaq; Dei judicio ab illis igni crematus eſt, quos ipſe perfidiæ ſuccenderat igne. Antea quippe petentibus Gothis, ut eis mitteret prædicatores, qui eos catholicam fidem inſtruerent, miſit Arrianos doctores, ſicq; omnis illa gens Arriana facta eſt. Mortuo autem Valente, Gothi jam ſecuri pergunt ad urbem Conſtantinopolim, ubi tunc Dominica uxor Valentis ſedebat, quæ ex ærario publico præmia bene certantibus præbens, urbem viriliter defendebat. Sub his temporibus Apollinaris Laodicenus epiſcopus, multa noſtræ religionis ſcripta compoſuit: qui poſtea deviansà fide, hæreſim ſui nominis inſtituit. Quia vero Gothorum mentio non ſolum in hoc loco, ſed & in præcedentibus ſæpe eſt habita, & in ſequentibus ſæpius habenda, non ſuperfluum videtur, ſi de origine eorũ altius ab initio repetatur, & qui, aut unde eſſent, quàm breviſſime veriſſimeq; poteſt, hic aliquid inſeratur, quia & Huni, qui eos de ſedibus ſuis expuliſſe referuntur, originem ex his traxiſſe dicuntur: Gepidi quoque & Amazones ex eis proceſſiſſe leguntur.

Vide Theodo. in hiſt Trip. lib. 8. cap. 13.

Traiani magiſtri militum expoſtulatio cum Valente.

Valens concrematur

Gothi facti Ariani.

Apollinaris.

HISTORIA GOTHORUM.

De Gothis ſcripſere Procopius, Ablabius, & Iornandes.

Scanzia.

Plin lib. 4. cap. 16.

Scandiam.

Viſtula.

In Scanzia multæ & diverſæ nationes.

Adogit inſula.

Quid ſit pro Scandia Thule inſula?

Plin. de Thule. A Thule unius diei navigatione mare concretum à nonnullis Cronium appellatur. lib. 4. cap. 16.

Beda.

Auguſtini ſententia ſuper locum Eccleſiaſtici.

Populus Suethans, forte Suiones. vide Cornel. Tacitum.

Suetidi.

Dani

Herulũ.

Claudius Ptolemæus, orbis terræ deſcriptor egregius, refert in ſecundo ſui operis libro, eſſe in oceani Arctoo ſalo inſulam quandam magnam, nomine Scanziam, in modum ſolii cedri lateribus pandis per longum ductam, quam & Pomponius Mela in maris ſinu Codano poſitam refert, cujus ripas influit Anus. Hæc à fronte poſita eſt Viſtulæ fluminis, qui Sarmaticis montibus ortus, in conſpectu Scanziæ ſeptentrionali oceano triſulcus illabitur, Germaniam, Scythiamque determinans. Ubi etiam aliæ plures inſulæ dicuntur eſſe diſpoſitæ: ad quas ſi cõgelato mari ob nimium frigus lupi tranſierint, luminibus feruntur privari. Ita non ſolum hominibus inhoſpitales, verum etiam beſtiis terræ ſũt ut crudeles. In Scanzia vero inſula multæ & diverſæ manent nationes, quarum 7. commemorat Ptolomæus ex: quibus una dicta Adogit, in arctoa parte ejuſdem inſulæ conſiſtit, quæ in media æſtate 40. diebus & noctibus lucem continuam fertur habere: itemque brumali tempore eodem dierum noctiumq; numero, alternato mœrore cum gaudio, claram lucem neſcire. Et hoc inde venit, quia prolixioribus diebus per axis marginem ſolem vident redeuntem ad Orientem: brevioribus vero non ſic apud illos conſpicitur, ut Auſtrales conſpicere conſuerunt. Nobis enim videtur ſol ab imo ſurgere: illis vero marginem circuire. Nec hoc alicui incredibile videatur, quia Plinius ſeculariũ eruditiſſimus literarum, eodẽ modo fieri in inſula Thyle teſtatur, circa ſolſtitium æſtivale, & brumale aliquibus tantum diebus. Quod & venerabilis Beda comprobat, dicens, ſibi dictum fuiſſe à quibuſdam clericis, qui in eadẽ inſula fuerunt, à Kal. Feb. uſq; ad kal. Aug. q⁹ in dieb. circa æſtivale ſolſtitiũ, in veſpertina hora abſcõdat ſe ſol occidens quaſi poſt parvulũ tumulũ, ita ut in minimo illo ſpatio nihil fiat tenebrarũ, ſed quicquid homo operari voluerit, tanquam in præſentia ſolis poſſit: & ſi in altitudine montium ejuſdẽ terræ fuiſſent, forſitan ſol nunquã eis latuiſſet. In medio autẽ ſpatio illius minimi temporis media nox ſit in medio terrarum orbis. Sed & beatus Auguſtinus in ſententia quæ in Eccleſiaſtico ſit de ſole, de ambitu ſolis dicit: Auſtralis ergo pars cum habet ſolem, nobis dies eſt: cum autem ad partem Aquilonis circuiens pervelitur, nobis nox eſt: non tamen in alia parte non eſt dies, ubi præſentia ſolis eſt, niſi forte poeticis figmentis cor inclinandum eſt, ut credamus ſolem mari ſe immergere, atq; inde lotũ, ex alia parte mane ſurgere: quamquam ſi ita eſſet, abyſſus ipſa ſolis præſentia illuſtraretur, atq; ibi dies eſſet: poſſet enim & aquas illuminare, quando ab eis non poſſet extingui: ſed hoc monſtroſum eſt ſuſpicari. Alia quoq; gens ibi eſt, quæ Suethans dicitur, cujus gentis homines, velut Thuringi, equis utũtur eximiis: & hi ſunt, qui in uſus Romanos Saphirinas pelles, commertio interveniente, per alias innumeras gentes tranſmittunt, famoſi decora pellium nigredine. Hi cum inopes vivant, ditiſſime veſtiuntur. Sunt ibi & Suetidi cogniti in hac gente, reliquis corpore eminẽtiores, quamvis Dani ex ipſorũ ſtirpe progreſſi, Herulos propriis ſedibus expulerint, qui inter omnes Scanziæ nationes nomen ſibi præcipuum ob nimiam proceritatem affectant.

Ex

Scanzia dicta Scandinavia, officina gentium.

Ex hac igitur Scanzia insula, quã alii Scandanaviã dicunt, quasi officina gentium, aut certe velut vagina nationũ, diverſę nationes egreſſę ſunt. Dani, Daci, Heruli, Rugi, Turcilingi, Vuandali, Vuinili, qui & Longobardi, & hi qui poſtea Burgundiones dicti ſunt, & aliæ multæ Barbaræ nationes. Ex eadem quoq; cũ rege ſuo nomine Berich, Gothi qui & Getæ, quondã memorantur egreſſi, cũ tribus tantum navibus. Sed qui in una erant navi, aliquantulũ, ut fieri ſolet, tardiores, cum alios ſequi non poſſent, in quandã Viſtulæ fluminis inſulã venientes, quouſq; meliores invenirent ſedes, ibi reſederunt, nomenq; genti ex tarditate ſua dederunt. Nã lingua eorum pigra Gepanta dicitur: ipſaq; gens poſtea paulatim corrupto nomine ex vitio tarditatis Gepidorum vocabulũ ſortitur. Quod ipſũ nec credo falliſſimum, ſunt enim ingenio tardiores, & velocitate corporum graviores. Alii vero qui in duabus erant, mox ut citeriorẽ oceani ripã attigerunt, nomen loco dederunt, qui hodieq; ut fertur, Gothiſcanzia vocatur. Inde mox promoventes, ad Vlmerugorum ſedes qui tunc oceani ripas inſederunt, caſtra metati ſunt, eosq; commiſſo prælio, propriis ſedibus expulerunt, vicinosq; eorũ Vuãdalos tunc ſubjugantes, ſuis victoriis applicaverũt. Vbi vero magna populi numeroſitate creſcente quintus jã pene rex poſt Berich, regnabat Filimer Gadarici magni filius, conſilhũ dedit, ut cũ familiis ſuis Gothorũ inde promoveret exercitus. Qui aptiſſimas ſedes, locaq; dũ quereret congrua, pervenit ad Scythiæ terras, quę lingua eorum Ovim vocabantur. Vbi delectatus magna ubertate regionum, per pontem transpoſuit exercitum ultra quendã fluvium. Medietate autem exercitus transpoſita, pons ubi amnẽ trajecerat, dicitur irreparabiliter corruiſſe, nec ulterius licuit jã alicui ire aut redire. Nam is locus, ut fertur, tremulis paludibus voragine circumjecta concluditur, quem utraq; confuſione natura reddit impervium. Veruntamen hodie illic & voces armentorum audiri, & indicia hominum deprehendi, cõmeantium atteſtatio, quamvis longe audientiũ, ſolet perhibere. Hi ergo qui apud Filimer dicuntur in terra Ovim emenſo amne tranſpoſiti, optato poriti ſolo, ilico ad gentẽ Spalorum adveniunt, conſertoque prælio, victoriam adipiſcuntur. Exinde jam velut victores ad extremam Scythiæ partem, quę Pontico mari vicina eſt, properant, quem admodũ & in priſcis eorũ carminibus pene hiſtorico ritu in commune celebratur, & Ablavius deſcriptor Gothorum gentis egregius veriſſima teſtatur hiſtoria. In quam ſententiam non nulli conſenſere majorum, eosque Scythas appellare conſuerunt. Scythia ſiquidem Germaniæ confinis eſt, eotenus ubi Iſter fluvius oritur, vel ſtagnũ Marſianum dilatatur, uſque ad Danubium, montemq; Taurum, non illum Aſiæ, ſed proprium Scythiæ per omnem Mæotidis ambitum, cujus paludis circuitus eſt paſſuum mille centum 44 nuſquam octo cubitis altius ſubſidentis. In qua Scythia prima ab occidente gens eſt Gepidorum, quæ magnis opinatisque ambitur fluminibus, introrſus Dacia eſt, ad coronæ ſpeciẽ arduis alpibus emunita: dein per immenſa ſpatia Venetiarũ natio populoſa conſidet, quorũ nomina licet nunc per varias familias & loca mutentur, principaliter tamen Sclaveni nominantur. Prima vero manſio Gothorum in Scythiæ ſolo, fuit juxta paludem Mæotidem: ſecunda in Myſia Traciaque & Dacia: tertia ſupra mare Ponticum. Et dum in prima ſede juxta Mæotidem habitarent, Filimerem regem habuerunt. In ſecunda, id eſt, in Myſiæ Traciæque & Daciæ ſolo Zamolxem, quem mitæ philoſophiæ & eruditionis fuiſſe teſtantur. Pleriique autem ſcriptores annaliũ tradunt eos prius habuiſſe eruditorem Zeutem, poſtea Dicineum, qui venit ad eos eo tempore, quo Sylla Romano principatu potitus eſt, poſt Dicineum habuiſſe Sapientem Comoſicum, qui propter ſuã peritiam & rex illis haberetur & pontifex: quartum vero habuiſſe Zamolxẽ. Nec defuerunt qui eos ſapientia erudirent: unde & pene omnibus Barbaris Gothi ſapientiores extiterunt, Græciſque pene ſimiles, ut refert Dio, qui hiſtorias, annaleſque eorum Græco filo compoſuit: qui etiam dicit eos primum Taraboſteos, deinde Pileatos, vocitaſſe hos qui inter eos generoſi extabant, ex quibus reges & ſacerdotes ſibi ordinabant. Adeo ergo laudati fuere Getæ, ut Martem, quem Poetarum fallacia deum belli pronunciat, apud ſe dicerent fuiſſe progenitum. Unde dicit Virgilius:

Berich, qui & Berig.
Gepidi.
Gepantum idem quod pigrum linguæ pigra Gepanta dicis Gothiſcanzia.
Vlmerugorum ſedes.
Filimer quintus rex poſt Berich.
Ovim.
Gens Spalorum à Gothis victa.
Ablavius ſcriptor gentis Gothorum.
Scythia.
Sclaveni.
Prima manſio Gothorum Zalmoxes, aliàs Zamolxes rex.
Comoſicus rex & pontifex Gothorũ.
Dio hiſtoricus Gothorum.
Mars ex Gothis.

Gradivumq; patrem Geticis qui præſidet arvis.

Quem Martem Gothi ſemper aſperrima placavere cultura, ſcilicet, morte captivorum: opinantes bellorum præſulem apte humano ſanguine placandum. Hac itaque ſede morantibus Gothis, qui & Scythæ dicti ſunt, Veſoces rex Ægypti, qui regnavit eo tempore, quo Soſarinus imperavit Aſſyriis, & Inachus Sicyoniis, bellum primus intulit Gothis, quibus tunc erat rex Tanauſis, qui eidem occurrens, eumque graviter debellans, uſque in Ægyptum fugavit, deſtitutum exercitum invadit, omnemq; belli apparatum capeſſit, ac totam Ægyptum devaſtaſſet, ſi paludes Nili non obſtitiſſent. Inde reverſi Gothi, omnem pene Aſiam infinitis cædibus perdomitam, vectigalem fecerunt, ubi per 15. annos ſine pactione immorati, tandem uxorum flagitatione revocantur, denunciantium, ni redeant, ſe à finitimis ſobolem quæſituras. Hoc autem ſpacio quo viri commorati ſunt in Aſia, fœminæ illorum à vicina quadam gente tentantur in prædam: ſed illæ à viris ſuis edoctæ, ſumptis armis, fortiter reſiliterunt, hoſtesque ſupervenientes, cum magna verecundia abegerunt. Unde quidam opinantur has fuiſſe, quæ Amazones dicuntur: ſed hoc repugnare videtur, quod harum viri poſt 15. annos ab eiſdem revocati leguntur. Illarum vero mariti partim bello, partim ab ipſis occiſi ſcribuntur. Amazonum autem origo hujuſmodi fuiſſe legitur.

Primum bellum in Gothas.
Amazones.

DE

DE AMAZONIBUS.

MEdio tempore habitationis Gothorum in hac ſede, duo regii juvenes, Plinius & Scolopetius apud eos per factionem optimatum domo pulſi, ingentem juventutem ſecũ traxere, & in Cappadocię Ponticæ ora juxtra fluvium Thermodoontem conſidentes, campos Themiſcyrios ſibi ſubjecere. Ubi proxima quæq; dum populantur, conſpiratione finitimorum per inſidias cum ſuis comitibus penè omnibus trucidantur. Horũ uxores exilio ac viduitate permotæ, arma corripiunt, & ut omnibus par ex ſimili conditione animus fieret, viros qui ſuperfuerant, interficiunt, atq; accenſæ in hoſtem, ſanguine ſuo ultionem cæſorum virorũ excidio finitimorum exequuntur. Tunc pace armis quæſita, veritæ ne prole rareſcente deficerent, externos concubitus vicinarũ gentium ineunt, factis nundinis ſemel in anno, ita ut eadem die futuri tẽporis revertentes ad ipſum, ut quicquid maſculini ſexus edidiſſent, patribus redderent, quicquid fœminei, matres ad arma bellica erudirent. Neq; enim virgines earum ſuſum ad aliquid operandũ tenebant, ſed equis, & armis, & venationibus ſe exercebant. Quidam autem dicunt ꝙ editis maribus, novercali odio infantis miſerandi fata rumperent, & ita apud illas deteſtabile eſſet puerperiũ, ꝙ ubiq; conſtat eſſe votivum. Quæ crudelitas illarum, maximũ terrorẽ vicinis gentibus cumulabat vulgatæ opinionis. Nam quæ rogo ſpes eſſet capto, ubi nefas habebatur ignoſci vel filio? Puellis aũt dexteras inurebant mamillas, ne ſagittarũ vel jaculorũ impedirentur jactis, unde & Amazones dicuntur, hoc eſt ſine mãma. Harum duæ reginæ fuere Lãpeto & Marpeſia, quas audentiores cæteris eligentes, earũ ſe principatui ſubdiderunt. Quæ agmine diviſo in duas partes viciſſim curã belli, & domus cuſtodiã ſortiebantur. Sed Lampeto, dũ proprios fines domi tueretur, Marpeſia fœminarũ agmine ſumpto, novũ genus exercitus duxit in Aſiã, diverſasq; gentes bello ſuperans, alias pace cõcilians, ad Caucaſũ montẽ venit, ibiq; certũ tempus demorans, loco nomen dedit Saxũ Marpeſiæ. Unde Virg. ait, Ac ſi dura ſilex ſuper eſt Marpeſia cautes. Inde egreſſæ Alim fluviũ, qui juxta Gargarũ civitatẽ præterfluit, tranſierunt: & Armeniã, Syriã, Ciliciã, Galatiã, Piſidiã, multaq; Aſiæ loca obtinuerunt, ibiq; diutius dominantes, Epheſũ & alias civitates, caſtraq; condiderunt, ſuoq; nomini dicaverunt. Templũ quoq; Dianæ ob ſagittandi ac venandi ſtudiũ, quib. artibus ſe tradiderant, mira pulchritudine apud Epheſũ conſtruxerunt. Tali ergo caſu Scythiæ gentis fœminæ Aſiæ regnũ per centũ annos tenuerunt. Sicq; magna pars exercitus opulentiſſima præda onuſta in cautes Marpeſias ad ſocias proprias repedavit, reliquæ vero ad tuendũ Aſiæ imperiũ relictæ, incurſu hoſtiũ cũ Marpeſia regina, trucidatæ ſunt. Cujus filia ejus locũ Sinope capeſſit, quæ ſingularẽ virtutis gloriã perpetua Virginitate cumulavit. Hac fama gentes excitas tanta formido & ammiratio invaſit, ut Hercules quoq; cũ juſſus fuiſſet à Domino ſuo, exhibere ſibi arma reginæ Amazonũ, quaſi ad inevitabile periculũ deſtinaretur, ex univerſa Græcia lectã ac nobilẽ juventutem contraxerit 9. lõgas naves præparaverit, nec tamen ſic contentus examine virũ, ex improviſo eas aggredi, & inſperatas circumvenire maluerit. Duæ ſorores tunc regno præerant, Anthiope & Orithia. Hercules aũt advectus, incautas, inermesq; & pacis incuria deſides oppreſſit Amazones, & inter cæſas & captas plurimas, duæ ſorores Anthiopæ retẽtæ ſunt Melanippe ab Hercule, Hippolyte à Theſeo. Sed Theſeus Hippolyten matrimonio aſcivit, Hercules vero Melanippen ſoroti reddidit, & arma reginæ in preciũ redẽptionis accepit. Poſt Orithiã Penteſilea regno eſt potita, cujus clariſſima virtutis documenta inter viros Trojano accepimus bello, in quo ipſa occiſa dicitur ab Achille. Fuerunt autem cum ea 70. millia Amazonum, quarum paucæ reverſæ ſunt. Poſt Penteſileam regnum tenuit Thaliſaridis, quæ habuit pacem cum Alexandro Magno. Dicuntur autẽ Amazones regnaſſe per annos multos, uſq; ad Juliũ Cæſarẽ. Hæc autũ de Amazonibus huic hiſtoriæ ſubintulimus, ut has quoq; de ſtirpe Gothorum deſcendiſſe monſtrarem⁹, nunc vero ad cœptam eorundem hiſtoriam redeamus.

Plinius. Scolopetius.

Amazones, id eſt ſine mamma.

Saxum Marſiæ.

Epheſus.

Diana templum.

Sinope.

Hercules timet Amazones.

Anthiope. Orithia.

Amazones ex ſtirpe Gothorum.

Dio hiſtoricus, & antiquitatũ diligentiſſimus inquiſitor, qui operi ſuo Geticũ titulum dedit, regem illis poſt multa tempora fuiſſe commemorat nomine Telephum Herculis filiũ, procerũ quidẽ corpore, ſed plus vigore terribilem, qui paternam fortitudinẽ propriis virtutibus æquans, Herculis genus & formæ ſimilitudinẽ referebat. Hujus regnum Mœſiam appellavere majores. Is conjugio ſororis Priami copulatus, bellum habuit cum Danais, in qua pugna Teſſandrum ducẽ Græciæ peremit. Et dum Ajacem infeſtus invadit, Ulixemq; perſequitur ictibus, equo cadente, ipſe corruit, Achilliſq; jaculo femore ſauciato, diu mederi nequivit; Græcos tamẽ quãvis ſauci⁹ à ſuis finib. proturbavit. Telepho vero defuncto Euriphilus filius ejus ſucceſſit in regnum, ex Priami regis ſorore progenitus, qui cum ob Caſſandræ amorem bello intereſſet Trojano, ut parentibus ſoceroq; ferret auxilium, mox extinctus eſt. Poſt longum intervallum Thomiris regina cum filio ſuo Gothis præſidebat, quæ Cyrum regem Perſarum bellum Scythis inferentem, interficiebat. Poſt hæc Antinus Gothis regnavit, cujus filiam Darius, Hyſtaſpis filius, rex Perſarum poſtulans, ſed repudiatus cum 700. millibus armatorum, bellum Scythis intulit, ſed 80. millibus perditis, refugit. Poſt quẽ Xerſes filius ejus paternas injurias ulturum ſe æſtimans, cum 700. millibus armatorum de regno, & 300. millibus de auxiliis, mille quoq; navibus roſtratis, & tribus millibus onerariis ad eos proficiſcitur, ſed nec tentare in conflictu animoſitatem eorum præſumens, cum rubore revertitur.

Dio in opere Getico.

Darius filius Hyſtaſpis.

Digitized by Google

Philippus quoq; pater Alexandri Magni, cum ipſo filio ſuo ad Scythiã prædandi tranſiit intentione, commiſſoq; prælio, cũ Scythæ & numero & virtute præſtarent, fraude Philippi nimiũ callidi vincuntur. In qua pugna 20. millia puerorũ & fœminarũ Scythiæ gentis capta ſunt, magna pecorũ copia abducta, auri argentiq; nihil repertũ. Poſtea cũ eis amicitiã fœderans, Medopã Gudilæ regis Gothorũ filiã, accepit uxorẽ, ut tali affinitate roboratus, Macedonum regnum firmaret.

Medopa Gudi'a regis Gothorum filia Philippi regis uxor.

Diceneus Boroiſta.

Dehinc regnante in Gothis Boroiſta, Diceneus venit in G.thiã, eo tempore quo Sylla Romanũ tenuit principatũ. Quẽ Diceneum ſuſcipiens Boroiſta, dedit ei regiam poteſtatem, cujus conſilio Gothi Germanorũ terras, quas nũc Franci tenẽt, populati ſunt, quib. hoc erat ſalubre, hoc cõmodũ hoc votivũ, ut quicquid Diceneus eorũ cõſiliarius præcepiſſet, hoc modis omnib. expetiſſent. Qui cernens eorũ animos ſibi in omnibus obedire, & naturale ingeniũ eos habere, omni penè Philoſophia eos inſtruxit, elegitq; ex eis nobiliſſimos & prudentiores viros, quos Theologiã docens, numina quædã & ſacella venerari ſuaſit, eoſq; ſacerdotes fecit, nomen illis Pileatorũ tradens, quia opertis capitibus tiaris, hoc eſt pileis litabant, reliquã vero gentem capillatã dici juſſit. Quod nomẽ Gothi pro magno ſuſcipientes, adhuc in ſuis cantationib. reminiſcuntur. Decedẽte vero Diceneo, pari penè veneratione habuerunt Comoſicum, qui nec imparis erat ſollertiæ. Hic etenim rex illis, & pontifex ob ſuã peritiã, in ſumma juſtitia populum regebat. Et hoc rebus humanis excedente, Zamolxes rex Gothorum in regnum conſcendit, & per 40. annos in Dacia ſuis gentibus imperavit. Daciam autem dico antiquam, quam nunc Gepidæ poſſidere noſcuntur. Quæ patria in conſpectu Mœſiæ ſita, trans Danubium corona cingitur montium, duos tantum habens accẽſſus, unum per Bontas, alterum per Tabas. Hanc Gothiam quam Daciam appellavere majores (quæ nunc ut diximus, Gepidia dicitur) tunc ab Oriente Roxolani, ab Occaſu Tamazites, à Septentrione Sarmatæ, & Baſtarnæ, à Meridie amnis Danubii fluenta terminabant.

Pileati. Capillati.

Comoſicus.

Dacia. Gothia. Gepidia.

Scripta exemplaria habebant pro Tertiam Thraciã. Viſigotha. Oſtrogotha. Ab Amala quem Angis genuit, Amalorum origo. Lucani verſus Cæſar nequivit Gothos ſubigere, Dorpanem.

Tertiam ſedem ſuper mare Ponticum, Gothi, jam humaniores & prudentiores habebant, divisiq; per familias populis, Viſigothæ, id eſt Occidentales Gothi familiç ſerviebant Evaldorum. Oſtrogothæ vero, id eſt Orientales Gothi præclaris ſubjacebant Amalis. Quorum ſtudium fuit primum inter vicinas gentes, arcum intendere nervis, Lucano atteſtante, qui ait:

Armenioſq; arcus Geticis intendere nervis.

Aliquorum etiam facta majorum, cantuum modulationibus, cytharisq; canebant Etheſpamaræ, Hanalæ, Fridigerni, Vuidiculæ, & aliorum, quorum in hac gente magna opinio eſt, quales vix Heroas fuiſſe miranda jactat antiquitas. Diu itaq; Gothi regnaverunt, adeo ut Cæſar, qui prius omnium Romanum ſibi vendicavit imperium, omnemq; penè ſuæ ditioni ſubegerat mundũ, Gothos ſæpe pertentans, ſubjicere non poſſet. Gajus Tyberius jam tertius Romanus regnavit, Gothi tamen in ſuo regno incolumes perſeverant, Domitiano vero 11. jam ab Auguſto regnante, ripam Danubii jam diu à Romanis obſeſſam, Gothi deletis militibus Romanis, eorumq; ducibus, vaſtaverunt. Cui provinciæ tunc poſt Agrippã præerat Oppius Sabinus, Gothis autem principabatur Dorpaneus. Inter quos bello commiſſoq; Gothi Romanos vicerunt, caput Oppii Sabini abſciderunt, multas civitates & caſtella de parte Imperatoris publice prædati ſunt. Qua neceſſitate compulſus, Domitianus cum omni virtute Illyricum properavit, prælatoq; militibus Fuſco ductore, cum electiſſimis viris amnem Danubii, qui & Iſter dicitur, conſertis navibus inſtar pontis eũ tranſmeare præcepit ſuper exercitum Dorpanei. Gothi haud ſegnes arma capeſſunt, primoq; conflictu Romanos devincunt, & extincto Fuſco duce militum, caſtra prædantur. Magnaq; potiti victoria, jam proceres ſuos, nõ quaſi puros homines, ſed quaſi ſemideos Anſes vocaverunt. Quorum genealogiam, ut paucis percurram, primus horũ heroũ fuit Gapt, qui genuit Halmal, Halmal vero genuit Angis, Angis genuit eum, qui dictus eſt Amala, à quo & genus Amalorũ decurret, Amala vero genuit Hiſarnã, Hiſarna aũt genuit Oſtrogothã, Oſtrogotha genuit Unilt, Unilt genuit Athal, Athal genuit Achiulf, Achiulf aũt genuit Anſilã, & Ediulf, & Vulduf, & Hermenricum, Vulduf vero genuit Vualeranans, Vualeranans genuit & Vuinitharium, Vuinitharius quoq; genuit Theodemir & Vualemir & Vuindemir, Theodemir genuit Theodericum, Theodericus genuit Amalaſuentã, Amalaſuenta genuit Athalaricũ & Matſuentã de Utherico viro ſuo, qui affininate generis, ſic ad eã conjunctus eſt. Hermenricus, ſupradictus filius Achiulf genuit Hunnimundum, Hunnimundus Thoriſmundum, Thoriſmũdus genuit Berimundum, Berimundus aũt genuit Vuidericum, Vuidericus genuit Eutharicum, qui conjunctus Amalaſuentæ, genuit Athalaricum & Mateſuentã. Mortuus eſt aũt Athalaricus in annis puerilibus, & Mareſuentæ Vuitigis eſt copulatus, de quo illa nõ ſuſcepit filium. Cum aũt Vuitigis rebus humanis excederet, Germanus Patritius frattualis domini Juſtiniani Imperatoris, ſumens eã in connubium, Patritiã fecit ordinariã, genuitq; filium ex ea nomine Germanum. Defuncto autẽ Germano viro ſuo, ipſa vidua perſeverare diſpoſuit. Conjunctio conſanguinitatis Hermenrici & Theoderici talis fuit. Hermenricus & Vuitulfus filii fuerunt Achiulfi, Hermenricus, Vuitulfus, Hunimundus, Vualeravans, Thuriſmudus, Vuinitharius, Berimundus, Vuandalaricus, Vuidericus, Dietmarus, Eutharicus, Theodericus, cujus filiã Amalſuindã Eutharicus accipiens, genuit Athalaricum & Mateſuindã, ſtirpemq; Amalorum jam penè diviſam cõjunxit. His ita inſertis, non ab re, ut credimus, ad ordinem hiſtoriæ redeamus.

Anſes dicti proceres, quaſi ſemidei.

Germanus Patritius.

Dor-

Deponeo igitur rege Gothorum defuncto, ſucceſſit Oſtrogotha, & pars Gothorum, quæ Orientalē plagam tenebat, Oſtrogotharum nomen accepit, ſive à rege, ſive à regione, reliqui vero, q̄ in occidua erant parte, Vuiſigothæ dicti ſunt, ambæ tamen partes regi Oſtrogothæ ſubjacuerunt, mirumq; in modū illis proficientibus, ſub eorum dextera Vuandalus jacuit, Marcomānus ſub prætio ſtetit, princeps Quadorum in ſervitutem redactus eſt. Philippo itaq; Romanis imperante, qui ſolus ante Conſtantinū, Chriſtianus cū Philippo, id eſt, filio fuit, cujus & ſecundo anno regni Roma milleſimū annū explevit. Gothi, ut aſſolet, diſtracta ſibi ſtipendia ſua ferentes ęgre, de amicis facti ſunt inimici, nā quamvis remoti ſubr egib. viverent ſuis, Reipub. tamē Romanæ fœderati erāt, & annua munera percipiebant. Quid multa? Oſtrogotha cū ſuis tranſiens Danubiū, Mœſiā Thraciaq; provincias Romanorū vaſtavit, ad quē debellandum Decius ſenator à Philippo dirigitur. Qui veniens, Romanos milites, quos invenit, à militia depoſuit, & in privata vita degere fecit, quaſi eorū neglectu Gothi Danubiū tranſierint, factaq;, ut putavit in ſuos vindicta, revertitur ad Philippū. Milites aūt videntes ſe poſt tot labores à militia pulſos, ad Oſtrogothæ regis auxilia cōfugerūt. Qui excipiens eos, eorūq; verbis accenſus, mox triginta millia ſuorū armata producit ad bellū, adhibitis ſibi Thaphilis & Aſtringis nonnullis, tranſitoq; Danubio, Mœſiā populati ſunt, & Marcianopolim ejuſdē patriæ urbē Metropolim, quā Trajanus olim ex nomine ſororis ſuæ Marciæ condidit, obſederunt: acceptoq; precio poſt longā obſidionē ditati, ad propria redierunt, ſuaq; in patria fœliciter verſabantur, quouſq; princeps eorum extitit Oſtrogotha. Poſt cujus exceſſum Ovida ſucceſſit, qui ducto exercitu, cum Romanorum partes devaſtaret, Decius jā Imperator cum filio ſuo ei occurrit, conſertoq; prælio, Decii filius & ipſe dictus Decius, ſagitta occiditur, pater quoq; cum filium ulciſci moliretur, interimitur. Poſt Decium Gallus & Voluſianus regno potiti, pacem cum Gothis pepigerunt, nec longo intervallo utrisq; occumbentibus, Gallienus arripuit principatum. Quo in omni laſcivia reſoluto, Reſpa & Veducus, Thuro, Varoq; duces Gothorum fretum Helleſponticum transfretantes, multas Aſiæ urbes deprædati ſunt, illudq; opinatiſſimum Dianæ templū ab Amazonib. Epheſi conditū, ſuccenderunt: & cū præda multa regreſſi, Trojam Iliumq;, quæ vix ab illo Agamemnoniaco bello quantulumcunq; reparata erat, rurſum deleverunt, ſicq; Aſia vaſtata, Thraciam devenerunt, & juxta radicem Hæmi montis aquarum calidarum lavacro delectati, multis diebus commorantes, ad propria redierunt. Poſt hæc ab Herculio Maximiano in auxilium Romanorum contra Parthos rogati, fideliter decertaverunt, & Narſeum regem Perſarum, Saporis magni nepotem fugaverunt. A Conſtantino quoq; Imperator rogati multo affuerunt auxilio, & ut famoſiſſimam Romæ æmulam in ſuo nomine conderet civitatem, Gothorum interfuit operatio. Qui fœdere inito cum imperatore, 40. millia ſuorum illi in ſolatium contra varias gentes obtulere, quorum & numerus, & militia uſq; ad præſens in republica nominatur, id eſt fœderati. Tunc etenim ſub Ararici & Aorici regum ſuorum florebant imperio. Poſt quorum diſceſſum ſucceſſor regni extitit Geberich, virtute & nobilitate eximius. Nam patre Helderich natus, avo Ovida, proavo Cnivida, gloriam generis ſui factis illuſtribus exæquavit. In principio quippe regni ſui mox Vuādalorum genti, qui eo tempore manebant, ubi poſtea Gepidi ſedebant, bellum indixit, regemq; eorū Vuiſumar cum magna parte gentis ſuæ proſtravit, deprædatisq; Vuandalis, victor remeavit. Perpauci vero Vuandali q̄ remanſerant infortunatā ſibi patriā relinquentes, Pannōniā, à Conſtantino Imperatore ſibi conceſſā petierunt, ibiq; locatis ſedibus, per 60 annos Imperatorū Decretis, velut incolæ famularunt. Inde jā poſt longū tēpus à Stilicone magiſtro militū, & exconſule, ac Patritio invitati, Gallias occupaverunt, ubi finitimos deprædantes, non adeo fixas ſedes habuerunt. Geberico namq; rege Gothorū rebus humanis excedente, poſt aliquantū tēporis Ermanaracus Amalorū nobiliſſimus ſucceſſit in regnū, qui multas Arctoi gentes bellicoſas perdomuit, ſuisq; legibus parere fecit, quē merito nonnulli majores Alexandro Magno comparavere. Habebat quippe ſub ditione ſua Gothos, Scythas, Thuidos in Aunxis, Vaſinabrancas, Merens, Mordenſimnis, Caris, Rocas, Tadzans, Athual, Navego, Bubegentas, Coldas. Et cum tantorum ſevitio clarus haberetur, non quievit niſi & Erulorum gentes, quibus præerat Alaricus, ſibi ſubjiceret. Quæ gens, (Ablavio hiſtorico referente) juxta Mæotidem paludem habitans, in locis ſtagnantibus, quas Græci Ele vocant, Eruli nominati ſunt, gens quanto velox, tantum ſuperbiſſima. Nulla ſiquidem gens tunc erat, quæ non levem armaturam in acie ſua ex ipſis eligeret. Sed quamvis eorum velocitas ab aliis crebro bellantibus eos tutaretur, Gothorum tamen ſtabilitati & tarditati ſubjacuerunt, fecitq; cauſa fortium, ut ipſi inter reliquas gentes Getarum regi Ermanarico ſervirent. Poſt Herulorum cædem, idem Ermanaricus in Venetos arma commovit, qui numeroſitate pollentes, primo reſiſtere conabantur, ſed nihil valet multitudo in bello, ubi & Deus permittit, & multitudo fortium armata advenerit. Venetorum vero natio, ut ſupra diximus, populoſa eſt, qui ab una ſtirpe exorti, tria ſibi nomina indiderunt. Veneti, Antes, Sclavi, quod nomen eis principale eſt. Qui quamvis nunc ita, facientibus peccatis noſtris, ubiq; ſævirent, tunc tamen omnes Ermanarico ſervierunt. Æſtrorum quoq; nationem, qui longiſſimā Oceani ripā Germanici inſederat, idem prudentia & virtute ſubegit, omnibusq; Scythiæ & Germaniæ nationib, ac ſi propriis latibus imperavit, Poſt hæc vero Hunorū gens

Hic vixit anno mundi, 5446. & anno Domini, 247.

Decius & Decii filius, occiduntur in loco qui dicitur eſt Decii ara, Vide de rei Geticæ.

Ha Thermæ ſunt ad ſanitatem confirmatum efficatiſſimæ, vicinæ civitati Anchialo, quam Sardanapalus rex Parthorum conſtruxit.

Conſtantinopolis auxilio Gothorum condita.

Geberich.

Ermanaricus Alex. Magno comparatus.

Multitudo nihil valet in bello.

Alii Laberiæ.

Iornandes hic citat Orosium.

omni ferocitate atrocior exarsit in Gothos, eosq; qui prius timori erant cæteris gentibus, ab antiquis conterritos, pepulit sedibus. Hos, ut refert antiquitas, ita extitisse comperimus.

DE ORIGINE HUNORUM.

Aliarum Magas, Aliorumnas dicta.

Filimer rex Gothorũ & Gandarici magni filius, qui post egressum eorum de Scanzia insula, jam quinto loco tenuit regnum Getarum, quiq; terras Scythicas, ut superius dictum est, cum gente sua intravit, quasdam mulieres Magas, quas illi *Gothico* more Aliorumnas vocant, in exercitu repperit, easq; suspectas habens, de medio sui jã pregnantes, ut quidã dicunt, proturbavit, longeq; ab exercitu fugatas, in solitudine manere coegit. Quidã vero dicunt, q̃ silvestres homines, quos Faunos vicarios vocant, dũ eas per desertũ errare viderent, earũ cõplexibus se incoitu miscuerint, & genus hoc ferocissimũ ediderint. Quod fuit primũ inter paludes Mæotidas minutũ, tetrum, atq; exile, quasi hominũ genus, nec alia voce notũ, nisi q̃ humanã sermonis imaginẽ assignabat. Tali igitur stirpe Huni cresti, *Gothorũ* finib. advenerunt. Natio autem illorum, ut dictum est, referente Prisco historico, Mæotidem paludem in ulteriori ripa insidens, venationi tantum studuit, nullum alium experta laborem, nisi quod postquã crevisset in populos, fraudibus & rapinis vicinarum gentium conturbavit quietem. Hujus ergo gentis venatores, ut assolent, dum in ulteriori Mæotidis ripa venationes inquirerent, animadvertunt quomodo cerva ex improviso se illis obtulit, quæ ingressa paludem, nunc q; progrediens, nunc q; subsistens, indicium viæ tribuit. Quam secuti venatores, paludem Mæotidem quam imperviam putabant, pedibus transierunt, moxq; Scythicã terram inscii intraverunt. Hi vero præter Mæotidẽ alium mundum esse ignorabant, admiratione terræ Scythicæ ducti, ut erant solertes, iter illud antea nulli ætati notum divinitus sibi ostensum rati, ad suos redeunt, rei actum edocent, Scythiã laudant, oẽs simul per viã quã cerva docuit, ad Scythiã properant, & quantoscunq; Scytharum obvios habuerunt, occiderunt, reliquos perditos subegerunt. Nam mox ut ingentem illã paludem transierunt, ilico Alipzuros, & Alcidzuros, ac Itamaros, Tinicassos & Boiscos, qui ripæ Scythiæ insedebant, quasi quidam turbo gentium rapiebant. Alanos quoq; pugnas sibi pares, sed immanitate victos, formaq; dissimiles, frequenti certamine fatigante subjugabant. Na & quos bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorẽ ingerentes fugabant, eo q̃ erat eis species pavendæ nigredinis, & si dici fas est, quædam informis ossa, non facies, habensq; magis quasi quædã puncta, q̃ lumina, quorũ animi fiducia turbidus prodit aspectus. Qui etiã in filios suos primo die natos desæviunt. Nam ferro secant genas eorũ, mox ut nati sunt, ut anteq̃ lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur subire tolerantiã. Hinc imberbes senescunt, & sine venustate ephebi sunt, q̃a facies ferro sulcata, tempestivã pilorũ gratiã cicatrice absumit. Forma quidẽ exigui, sed argutis motibus sunt expediti, & ad equitandũ prõptissimi, scapulis latis, & ad arcus sagittasq; paratis, firmis cervicibus, & superbia semp erectis. Hi vero sub figura hominum, vivunt beluina sævitia. Quod genus expeditissimum multarũ nationũ grassatorẽ, *Gethæ* ut viderunt, expaveſcunt suoq; cũ rege deliberant, quid agant. Ermanaricus vero rex *Gothorũ*, licet ut superius retulimus, multarũ gentiũ extitisset triumphator, de Hunorũ tamen adventu sollicitus, dum cogitaret, Rosolanorũ gens infida, quæ tunc inter alias illi famulatum exhubebat, tali eum occasione nanciscitur decipere. Quandã fœminã ex memorata gente Suniellus nomine, pro mariti sui fraudulento discessu, rex furore cõmotus, equis ferocibus præcepit alligari, incitatis cursibus per diversa divelli. Cujus fratres Sarus & Ammius germanæ obitum vindicantes, Ermanarici latus ferro petierunt, quo vulnere saucius, ægrã vitã imbecillitate contraxit. Quã adversam ejus valitudinẽ captans Balamir, rex Hunorũ, in Ostrogothorum partẽ movit exercitum, à quorum societate jã Vuisigothæ quadã inter se contentione disjuncti erant. Inter hæc Ermanaricus tam vulneris dolorem, quã Hunorum incursionem non ferens, jã grandæv̄s & plenus dierũ, 110. anno vitæ suæ defunctus est. Cujus mortis occasio dedit Hunis prævalere in *Gothos illos*, quos dixeramus in Orientali plaga sedere, & Ostrogothas nuncupari. Qui Hunis resistere non valentes, cum regis sui Ermanarici morte Vesegothæ ab eis essent divisi, in antiquam patriam Scythiæ remeabant, Hunorum subjacentes ditioni, Vuinithario tamen Amalo Hermenrici fratruelis filio principatus insignia retinente. Qui Vuitulfi, avi sui, qui erat frater Hermenrici, virtutẽ imitatus, quamvis Hermenrici fœlicitate inferior, ægre tantũ ferens Hunorum subjacere imperio, paululũ se subtrahit ab illis, suãq; dũ nititur ostendere virtutẽ, in Anctorum fines movit procinctũ, eosq; aggrediens, prima congressione vincitur, sed deinde fortiter agens regẽ eorũ Booz nomine cũ filiis suis, & 700. primatib. in exẽplũ terroris affixit, ut deditiis metũ cadavera pẽdentiũ geminarent. Sed dũ tali libertate vix anni spatiũ imperasset, non passus est Valãber rex Hunorũ, sed sup Vuinithariũ duxit exercitum, diuq; cum certarent, primo & secundo certamine Vuinitharius vincit, nec valet aliquis cõmemorare quãtã stragẽ Hunorũ fecerit. Tertio vero prælio Vuinitharius interemptus est, ficq; rex Hunorũ oẽm populũ Gothorum in pace subactum possedit, ita tamen, ut gens *Gothorum* semper proprios regulos, quamvis Hunorũ consilio, haberet. Defuncto aũt Vuinithario, Hunnimundus Hermenrici quondam potẽtissimi regis filius, successit in regnum, eoq; defuncto, regnavit filius ejus Thurismundus flore juventutis ornatus, qui secundo regni sui anno, contra Gepidos exercitum movit, magnaq; de illis

Iornandes dicit, Spiritus immundi per Hercinum vagantes.

Palus Mæotida.

Ferro genas natorum infantium secare.

Hic vide plura in libro rerum Getarum.

Vuinitharius, qui & Vuandalarum magnam stragem Hunorum fecit.

Digitized by Google

potitus victoria, casu dicitur interemptus. Quē sic luxerunt Ostrogothæ, ut per 40 annos in locum ejus alius non succederet, quatenus illius memoria diu apud eos maneret. Cujus filius Herimūdus spernēs regnū Ostrogotharū, propter Hunorum dominiū, cū filio suo Beterico, ad Hesperias gentes se contulit, & sub Theoderico Vuisigotharū rege, de quib. mox dicetur, tacita generis sui propinquitate, cū magna gloria militavit. Unde post longum tēpus Balamir filius Vuandalarici, qui erat filius Vuinitharii, regnū accepit, cū fratre suo Dietmaro, nec nō & Vuitimaro, eratq; in his tribus grata contēplatio. Quando mirabilis Dietmarus pro fratre Vualamiro militabat imperio, Vualamir vero pro altero jubebat ordinando. Vuitimar utrisq; adhærebat, & quasi utrisq; serviebat, sic illis mutua affectione se tuentib. ut nulli regnū deesset, quod utriq; in pace tenebant, ita tamen, ut Hunorū regis, qui jā erat Attila, deservirent imperio. Postquā. n. mortuus est, Valamber rex Hunorū regnabat Mundzuccus pater Attilæ, post quē Germani ejus Hoctar, & Roas, post quos Attila cū Bleta, Germano suo, qui magnæ parti Hunorum præerat. Sed Attila interfecto fratre Bleta universum populū sibi subjugabat, vir in concussionē gentiū, & terrarū omniū metū natus in mundo, qui (nescio qua sorte) cuncta terrebat, formidabili de se opinione vulgata. Erat aūt superbus incessu, huc & illuc circunferens oculos, ut elati potentia, ipso quoq; motu corporis appareret, bellorū quidē amator, sed ipse manu temperans, consilio validissimus, exorabilis supplicantib. semel in fide receptis propitius, forma brevis, lato pectore, capite grandi, minutis oculis, barba, raris canis aspersa, retro colore originis suæ referens signa. Qui q̄vis hujus esset naturæ, ut semp magna confideret, addebat ei tamen confidentiā gladius Martis, apud Scytharū reges inventus, & semp habitus, quē historicus Priscus tali refert occasione detectū. Cū pastor quidē gregis unā buculā claudicantē conspiceret, nec causā doloris inveniret, nisi q̄ eā videret vulneratā, sollicitus vestigia cruoris insequens, tandē ad gladiū veniebat, quē latentē in herbis vacca depascens, incauta calcaverat, effossumq; protinus ad Attilā detulerat. Quo ille munere multū gratulatur, & ut magnanimus totius mundi principē se constitutū, ac p Martis gladiū, potestatē bellorū sibi concessā fuisse arbitratur. Hinc multis nationib. bella inferens suæ ditioni subjiciebat, Gepidarum quoq; regē famosissimū, Hardericū sibi subdebat. Ostrogothas, ut dictum est, ab initio Huni possidebant, nec contra consanguineos Vuisigothos licuit recusare certamen, nec aliter ab Hunorū dominio divelli potuit gens illa Scythica, nisi mors Attilæ proveniret, quæ cunctis in commune nationibus & Romanis fuit optata. Quæ qualiter provenerit, in sequentibus dicemus, nunc ad Vuisigotharum historiam redeamus.

Mundzuccus pater Attilæ.

Attila inquietus de orbe.

Bleta frater Attilæ.

Gladius Martis Attilæ, confidentiam dabat Priscus Historicus.

Hæc plura legūt in historia rerum Getarum

VUISIGOTHARUM HISTORIA EX JORDANE.

De Ostrogothorū & Vuisigothorum appellatione. Vide Epistolam Nūcupatoriam Beati Rhenanum Præcopium.

Uisigothæ itaq;, cum per mortē Hermenrici ab Ostrogothis discederent, & eosdē ab Hunis opprimi & expelli cernerent, nimium territi, quid de se propter gentē Hunorū deliberarent, ambiebant: diuq; cogitantes, tandē cōmuni placito legatos ad Valentē fratrē Valentiniani senioris, tunc Constantinopoli regnantē, ut superius scriptum est, miserunt, ut partem Thraciæ sive Mœsiæ illis traderet ad colendum, ejus se legibus, ejusq; imperiis se victuros promittentes. Et ut fides uberior illis haberetur, promittunt se Christianos fieri, si linguæ suæ scios eis mitteret doctores fidei. Quo Valens comperto, mox gratulabundus annuit, q̄ ipse ultro petere voluisset, susceptosq; in patribus Mœsiæ Getas quasi murum regni sui contra cæteras statuit gentes. Et quia tunc Valens imperator Arriana perfidia saucius, oēs nostrarū partium sacerdotes odio habebat, suæ partis fautores, illuc direxit prædicatores. Qui venientes, rudibus ignaris ilico perfidiæ suæ virus infundunt. Sic itaq; Vuisigothæ per Valentē imperatorem Arriani potius quàm Christiani effecti, de cætero tam Ostrogothis, quā Gepidis parentibus suis affectionis gratia Evangelizantes per Ulphiam episcopum suum Arrianum, qui literas Gothicas primus invenit, & scripturas in eorū linguas divinas convertit, omnem hujus linguæ nationem ubiq; ad culturam sectæ hujus invitabant. Ipsi aūt, ut dictū est, Danubiū trasmeantes, Daciā & Ripensē Mœsiā, Thraciamq; permissu principis obsederunt. Quibus evenit, ut assolet genti necdum bene loco fundatæ, ut penuria famis stringerentur: cœperuntq; duces eorum, qui regum vice illis præerant, Fridigernus, & Alatheus, & Saphrach, exercitus inopiæ condolere, negotiationemq; à Lupicino & Maximo Romanorum ducibus expetere. Qui avaritia compellente, cœperunt non solum ovium boumq; carnes, verum etiam canum & immundorum animalium morticina eis contradere, adeò ut quodlibet mancipium in uno pane, aut 10. librarum carne mercarentur. Mancipiis & omni supellectile deficiente, filios eorū avarus mercator exposcit. Sed parentes salutem pignorum suorum providentes deliberant, facilius ingenuitatē petire quàm vitā, dū misericorditer alendus quis venditus potius quàm moriturus servatur, filios tradunt. Contigit aūt illo tempore, ut Lupicinus ductor Romanorū Fridigernū Gothorū regulū ad conviviū invitaret, dolumq; ut post exitus docuit, moliretur. Sed Frigidernus dolum nesciens, cū paucis ad conviviū venit: & dum in prætorio epulatur, clamorē miserorū morientiū audivit. Nā in alia parte socios ejus recluſos, milites ducis Lupicini jussu ejus trucidare conati sunt Quod sentiens Fridigernus, evaginato gladio non sine magna temeritate velociter ex convivio egreditur, sociosq; à morte ereptos, ad necē Romanorum instigat. Qui nacta occasione votiva, elegerunt potius in bello mori, quàm fame deficere: & ilico

Vuisigotha & Arriani effecti. Vide hist. Trip. lib. 8. cap. 4.

Lupicinus ductor Romanorum.

Præfert bello quā fame mori.

Digitized by Google

in mortẽ ducũ Lupicini & Maximi armantur. Illa dies Romanorũ ſecuritatem, & Gothorum ade-merat famem: cœperuntq; Gothi jam non ut peregrini, ſed ut cives & domini poſſeſſoribus imperare, totasq; partes ſeptentrionales uſq; ad Danubiũ ſub ſuo jure tenere. Quod comperiens in Antiochia Valens, bellũ adverſus eos movit, in quo ipſe vulneratus, in quandã casã confugit: ignorãtibusq; Gothis, quòd imperator in tam vili caſa lateret, appoſito igni, crematus eſt, juſto ſcilicet Dei judicio, ut ab ipſis igni combureretur, quos ipſe verã fidẽ petentes, in perfidiã declinavit, ignemq; charitatis ad gehennæ ignem detorſit. Poſt tanti gloriã trophæi, Wiſigothæ Thraciã Daciamq; Ripenſem po-

Theodoſius. titi, tanquã ſolũ genitale cœperunt incolere, donec Theodoſius Hiſpani Thedoſii filius, à Gratiano imperatore electus, & in Orientali principatu loco Valentis patrui ſui ſubrogatus eſt. Qui acer ingenio, & virtute atq; conſilio clarus, dum diſciplinã militarẽ exerceret, ignavia & deſidia priorũ principũ excluſa, Gothus ut ſenſit pertimuit, militesq; Romani ſub meliori principe fiduciã accipientes Gothos impetere tentant, eosq; à finib. Thraciæ expellunt. Poſt hæc Theodoſio penè uſq; ad deſperationẽ ægrotante, datur iterũ Gothis audacia, diviſoq; exercitu, Fridigernus ad prædendã Theſſaliã & Achajã digreſſus eſt: Alatheus verò & Saphrach Pannoniã petierunt. Quod cũ Gratianus audiſſet, qui tuncà Roma in Gallias receſſit, mox collecto exercitu ad eos venit: nec tamẽ armis fretus, ſed gratia & munerib. eos victurus: nam fœdus cũ eis iniit, & victualia illis conceſſit. Theodoſius verò convaleſcens, cũ reperiſſet Romanos & Gothos fœdus pepigiſſe, grato animo accepit, & ipſe cũ Athalarico, q Fridigerno ſucceſſit in regno, fœdus percuſſit, eumq; Conſtantinopolim invitavit. Qui omnino libenter acquieſcens, dũ regiã urbẽ ingrederetur, & à Theodoſio cũ omni jocunditate & affectione ſuſciperetur, videns ædificiorũ magnificentiã, & exornati quaſi ad diẽ feſtũ populi frequentiã, urbis ſitũ, naviũq; cõmeatũ, ac deinceps imperatoris regiã ingrediens, & obſequia, diverſaq; officia conſpiciens, valde admiratus: En, inquit, cerno, quod ſæpe incredulus audiebã: ſine dubio deus terrenus eſt imperator: & ſi quis adverſus eũ manum moverit, ipſe ſanguinis ſui reus erit.

Imperator terreſtris deus. In tali ergo admiratione majori honore à principe ſuffultus, paucis menſibus interjectis, rebus exceſſit humanis. Quẽ princeps affectionis gratia pene plus mortuum quàm vivum honorans, ipſe in exequiis feretrum ejus præceſſit, dignæq; illum ſepulturæ tradidit. Quod videns cunctus ejus exercitus, in ſervitio Theodoſii pro tanta ejus benignitate perduravit: Romanoq; ſe ſubdens imperio, velut unum corpus cum militibus Romanis efficitur, militiaq; illa dum ſub Conſtantino fœderatorum revocata, & ipſi fœderati dicti ſunt. E quibus imperator contra Eugenium Tyrannum, qui occiſo Gratiano, Gallias occupavit, plus quàm 20. mill. armatorum fideles ſibi & amicos intelligens adduxit, victoriamq; potitus, ultionem exegit.

Poſt mortem Theodoſii, filii regnũ perdunt. Poſtquam vero Theodoſius rebus exceſſit humanis, cœperunt filii ejus utranq; Rempublicã luxurioſe vivendo ad nihilum deducere, auxiliariisq; ſuis Gothis conſueta dona ſubtrahere, mox Gothis faſtidiũ eorũ crevit, verentesq; ne longa pace eorũ ſe ſolveret fortitudo, ordinaverunt ſuper ſe

Baltha, id eſt, audax. regẽ Alaricũ, cui erat poſt Amalos ſecunda nobilitas, Balthorũq; ex genere origo mirifica, quorum primus dudũ ab audacia virtutis Baltha, id eſt, audax, inter ſuos nomen acceperat. Mox igitur ante fatus Alaricus creatus eſt rex, cũ ſuis deliberans, ſuaſit eis, ſuo potius labore regnũ quærere, quàm alieno exercitui per odia ſubjacere: ſicq; per Pannoniã intravit Italiã, nulloq; penitus obſiſtente, ap-

Eneti, id eſt, laudabiles. plicuit ad pontẽ Condiniani, qui tertio miliario erat ab urbe regia Ravenna, cujus dudũ poſſeſſores (ut tradunt majores) Eneti, id eſt laudabiles, dicebantur. In cujus vicinitatẽ cũ Vuſigotharum applicuiſſet exercitus, Alaricus legationem miſit ad Honoriũ filiũ Theodoſii, qui tunc ibi erat, ut

Et hic plura legas in hiſt. rerum Geticarum. daret ei locum, in quo cum exercitu ſuo habitare poſſet. Qui conceſſit ei Galliam & Hiſpaniam, quas Geiſericus rex Vuandalorum jam pene vaſtavit. Quo cum tenderent Gothi, in quodam loco aliquandiu morati ſunt. Tunc Stilico comes & patricius, ſocer Honorii imperatoris, ſubito irruit ſup eos in ipſa ſacratiſſima die Paſchę, nihil mali ſuſpicãtes, & multos ex ipſis occidit. Primũ quippe perturbati ſunt Gothi, ſed mox recollectis viribus, arma corripiunt, multosq; de exercitu Stiliconis occidẽtes, cæteros in fugã couvertunt, & in magnã irã excitati, jã in Gallias pergere nolũt: ſed furibundo animo cœptũ iter deſerentes, in Liguriã quã jã tranſierant, revertuntur, eãq; ſpoliantes, Æmiliam pariter & Flaminiã devaſtant, & per Tuſciam uſq; ad Romã diſcurrentes, quidquid ex utroq; latere fuit, in prædam diripiunt, Romamq; venientes, apprehenderunt eã, & devaſtabant, & incendebant. Juſſit tamẽ Alaricus, ut ſi quis in loca ſancta cõfugeret, nihil mali pateretur: & quã-

Roma capta ab Alarico rege Gothorum. vis civitas prædaretur, nemo tamen occideretur. Capta eſt autem Roma ab Alarico rege Gothorũ, poſt annos mille 164. ex quo facta eſt. Exeuntes autem Gothi ab urbe, per Campaniam & Lucaniam Brutiamq; perrexerũt: & cũ vellent tranſire in Siciliã, multi ex eis in mari perierunt. Alaricus vero

Alaricus moritur. dũ deliberaret quid ageret, ſubitanea morte apud Cõſentiam defunctus eſt. Quẽ ſui nimia dilectione lugentes, Vaſentem fluviũ de alveo ſuo derivaverunt, regemq; ſuum Alaricũ in medio fluminis cum divitiis multis ſepelientes, ipſum flumen in alveum ſuũ reduxerunt: & ne locum ipſũ aliquis poſtea ſciret, captivos qui illũ averterant, omnes occiderunt. Athaulfũ vero Alarici conſanguineũ, ſuper ſe regem cõſtituerunt. Qui rediens Romã, quicquid remanſit, more locuſtarũ erafit; nulloq; reſiſtente, tulit ſororem Honorii Placidiam, filiam Theodoſii imperatoris, eamq; ſibi in conjugio copulavit. Quæ cũ blandimentis animum viri flecteret, ut pacem cum Romanis haberet, Gallias

retendit,vicinisq; gentibus perterritis,& Vuandalis inde in Hiſpaniam fugatis, tertio anno poſtquam Gallias & Hiſpanias perdomuit,fraude ſuorum interfectus eſt. Poſt quem Geberich regnum accepit; ſed & ipſe à ſuis occiſus,vitam cum regno reliquit. Dehinc jam quartus ab Alarico rex cõſtitutus eſt Valia nimium prudens, contra quem Honorius imperator Conſtantium virum induſtria militari pollentem direxit,promittens ei,ſi ſororem ſuam Placidiam,ſive pace, ſive quocunq; modo reduceret,quod eã ſibi cõjugem daret. Quo placito, Conſtantius ovans cum armatorum copia Hiſpanias petijt,cui Valia non minori procinctu occurrit: ſed ab utraq; parte legatione directa, ita convenit,ut ſororem principi redderet,ſuumq; adjutorium Romanæ Reipublicæ nõ denegaret. Duodecimo regni Valiæ anno, quando & Huni poſt quinquaginta annos à Romanis & Gothis ab invaſa Pannonia expulſi ſunt,videns idem Valia Vuandalos in ſuis finibus eſſe cum temeritate contra eos movit exercitum,expulſoq; in Africam, vellet eos ẽt ibi perſequi,niſi caſus qui dudum Alarico illuc tendenti contigerat, eum revocaſſet: defuncto Valia, Theodericus regnum accepit, ad quem, ut ſupra dictum eſt,Herimundus filius Thuriſmundi,nepotis Hermentrici, ſpreto regno Oſtrogotharum propter Hunorum dominium ſe contulit.

Valia quartus ab Alarico.

Theodericus rex.

Inter hæc regnantib.Martiano in Oriente,& Valentiniano in Occidente,Attila rex Hunorum omnium,& ſolus regnator pene cunctarum Scythicarum gentium,confiſus in multitudine fortiſſimarum gentium,quas ſibi ſubjugaverat,Macedoniã & Mœſiã,Achajam & utranq; Daciam, Thraciam,& omne pene Illyricum devaſtaverat,poſuitq; in animo ſuo,venire ad diſſipandum occidentale imperiũ,h,e,Romanum. Erat nanq; ſub ejus poteſtate nominatiſſimus Gepidarum rex Harderic us,eminentior ipſo cui ſerviebat,& Oſtrogotharum rex Vualamir,cum fratrib. ſuis Dietmaro & Vuitimaro,nec non fortiſſimæ gentes, Marcomanni, Suevi, Quadi, Heruli, Turcilingi, Turingi, Rugi &aliæ Barbaræ gentes, q habitabant in partib. Aquilonis. Hi oẽs erant in adjutorio ejus,eratq; numerus exercitus ejus D.millia,Horũ omnũ Attila ſuperbus imperio, primas mundi gentes, Romanos ſcilicet & Vuiſigothas,ſubdere ſibi optabat: & quãvis ſperaret ſe facere poſſe quod vellet,per virtutem tantarum gentiũ,tamẽ & per aſtutiã vincere quærebat. Timens enim,ne Gothi,qui intra Gallias habitabant,jungerentur Romanis in adjutorium, cũ eſſet nimis aſtutus & ſubtilis, miſit nuncios ad Valentinianũ,nullatenus ſe adverſum Romanos hoſtiliter venire,nec publicæ rei amicitias in aliquo ſe velle violare,ſed contra Theodericum Vuiſigotharũ regem ſibi certaminis cauſas exiſtere. Similiter miſit & ad Theodericũ,nõ ſibi pugnam eſſe adverſum Gothos, ſed contra Romanos, ſeq; ſatis ſtudere pacem cum Gothis habere. Hoc aũt per aſtutiam fecit in dolo,ut ſi Romanos Gothosque ab invicẽ divideret,hos & illos poſtea facile vinceret. Etius autem patritius,qui tunc militiæ præerat,intelligens aſtutiam & dolos Attilæ,miſit ex perſona Valentiniani imperatoris legatos ad Theodericum regem Gothorũ,qui illo in tempore apud Toloſam regnabat,ut pacem firmaret cũ illo. Cõſenſit in hoc Theodericus,pacemq; cũ Etio firmavit, ſeq; cum eo cõtra Attilam pugnare promiſit. Fuerunt aũt in auxilio Etii patritii Burgundiones, Franci, Alani, Saxones, Riparioli, Briones, Sarmatæ Armoriciani, Litiani. Producitur quoq; à rege Theoderico Vuiſigotharum multitudo innumerabilis. Quatuor namq; filiis ſuis domi dimiſſis, Friderico ſcilicet, Eurico, Retemire, & Imnerico, duos tantum majores ſecum aſſumit, Thuriſmundum, & Theodericum. Conveniunt itaq; in cãpos Catalaunicos, qui & Mauritiũ nominantur, centum leugas, ut Galli menſurare ſolent, in longũ tenẽtes, & 70. in latum, quæ fiunt in lõgitudine miliaria 150. & in latitudine 105. miliaria. Vna enim leuga Gallica, mille & quingentorum paſſuum quantitate menſuratur. Cũq; ad locũ veniſſent, ubi jã pugnare debuerant, interrogavit Attila divinatores ſuos, quid ſibi de ipſa pugna portenderent. Qui more ſolito, nunc fibras pecorũ, nunc quaſdã venas in abraſis oſſib, intuentes, Hunis infauſta pronunciãt, ſcilicet, Attilam non habiturum victoriam. Hoc tamen quantulumcunq; prædixere ſolatii, q ſummus de parte hoſtili ductor, in certamine occũberet. Attila vero, cũ hoc de interitu Etii, cujus mortẽ ſitiebat, denunciare putaret, nõ dubitavit vel cum ſuorum perditione bellum cõmittere, dũmodo Etium ſuis motib. fortiter obſiſtentem poſſet extinguere. Cõmittit itaq; pugnã circa 9. diei horam, jã in veſperũ die vergente, ut ſi ſuperaretur ab hoſtib. imminentis noctis ſe tenebris occuleret. Conveniunt itaq; hinc & inde nationes fortiſſimæ, conſeruntur acies, fit bellum acre nimis & pertinax, quale vix ulla narratur hiſtoria: nec ante præliandi ardore quieverunt, quam nox ſupervenieris, pugnandi facultatem eis adimeret. Eo ſiquidem prælio 170. millia hominũ cæſa referuntur, tantumq; ſanguinis effuſum eſſe, ut parvulus rivulus, qui ibi labebatur, ſanguine occiſorum ſubito auctus, cadavera peremptorum ſecũ traheret. Attilã ſanè de morte Etii ſua fefellit ſuſpicio: nam Theodericus rex Vuiſigotharum occubuit, Etius ſanus evaſit. In quo prælio quamvis neuter ceſſiſſet exercitus, conſtat tamen Attilam fuiſſe ſuperatũ. Tunc Vuiſigothæ dividentes ſe ab Alanis, invadunt Hunorũ catervam: & pene Attilam trucidarent, niſi providus ante fugiſſet, & ſe ſuosq; illico intra ſepta caſtrorũ quæ plauſtris vallaverant, recluſiſſet. Sic ergo q̃vis fragili munimine, eo tamen quæſierunt ſubſidia vitæ, quib, paulo ante nullus poterat muralis agger obſiſtere. Altera v. die, intra plauſtrorũ munimenta ſe continens, Attila cũ egredi nõ auderet, nec tamen tubis & clamore perſtrepere, quaſi incurſionem minitans, non ceſſaret, ut victores ſuos incluſos turbaret: Thuriſmundus Theoderici regis filius de paterna dolens occiſione, ſtatuit Attilam coartare obſidione, eumq; cum ſuis ad internicionem delere.

Attila rex Hunorum.

Fortiſſimæ gentes Attilæ adunatæ.

Ó. Beatus Rh. pro Tungrũ legit Turingos lib. 1 rerum Ger.

Attila ſimulat ſe contra Theodericum pugnare velle.

Nota dolum Attilæ.

Etius unicum columen rerum Romanarum, intelligit dolum Attilæ.

Auxiliares Etii. Leuga Gallica.

Et hic plurã in hiſt. Getica.

Attila conſulit divinatores.

Rivus ex ſanguine cadavera peremptorum ferens.

Occiditur Theodericus. Filius eum cogitat vindictã. Attila deſperans cogitat ſe cremare.

Tunc Attila de vita desperans, ex equitatoriis sellis ingentem pyram extruxit: ut si forte Gothi imminerent, suppositio igne ipse ascenderet, seq; cremaret, ne aut quisquam de ejus vulnere gauderet, aut rex tantarum gentium in potestatem hostium deveniret. Etius vero metuens, Attila peremp-
Pyra ex equitatoriis sellis.
to, Romanos postea impunè à Gothis deprimi, nec deinceps adversum Gothos, si necessitas incuberet, auxiliū inveniri, Thurismundum quasi reb. ejus consulens persuasit, ut domum quantocius reverteretur, regnoq; paterno potiretur: ne si ab ejus germanis invaderetur, ipse omnino privaretur, essetq; sibi acerbius postea cū suis decertare, quā cum alienis dimicare. Hoc ille consilium quasi pro sua salute prolatum, libenter amplectens, domum rediit, regnumq; paternum accepit. Cæterū Etius talia machinatus est, ut Attilam ab ejus impressione subduceret, ea intentione qua prædictum est, heu nescius quantum hac provisione detrimentum patriæ, dum avertere cupit, ingessit. Nā Attila
Attila rediit Pannoniam.
cernens hostes, se relicto, ad propria remeasse, erectis animis, Pannoniam repedavit, multo potiorē coacervans exercitum, Italiam denuo furibundus intravit, ac primum Aquilejam in ipso Italiæ positam principio, expugnare aggressus est. Quam cōtinuo triennio obsidens, cum adversus eā, civib.
Tum Colonia Agrippina, Tungrorum oppidum Nemetum, Vericessiū, Castra Herculis, Vetera, Asciburgium, Noviomagus Antennacum, Bingium, Magenciacum, Borbetomagus, Sebusium Saletio, Brocomagus, Argentoratū Elcebus, Argentaria, Augusta Rauricorum, Vindonissa. Forum Tyberii, Vitudurum, Aventicum, & multa oppida fundit⁹ destructa sunt. Vide primum lib. rerum Ger. Rhenan.
strenue repugnantibus, nil præ valeret, jamq; murmur sui exercitus penuriam famis tolerare nō valentis, & discedere cupientis audiret, die quadam circuiens civitatē, ut ex qua parte posset eam facilius expugnare, inquireret, cernit repente aves in ædificiorum fastigiis nidificare solentes, quæ ciconiæ vocarētur, uno impetu ex urbe migrare, fœtusq; suos sublatos rostris forinsecus deportare. & ut erat sagacissimus, ait ad suos: Aspicite aves futurorum præscias, perituram civitatem relinquere, casurasq; arces periculo imminēte deserere. Statimq; adhibitis machinis, hortatur suos, acriter urbem impugnat, ac sine mora capit: diripiuntur opes, captivātur vel trucidantur cives: residuū diteptioni supposito igne, flamma consumit. Plura dehinc ejusdem regionis castella, immanis hostis, extinctis vel captivatis civibus, succendit ac diruit. Cōcord. ā, Altinū, sive Patavium, vicinas Aquilejæ civitates: exinde per diversas Venetiarum urbes Huni bacchantur, h.e. Veronam, Vincentiam, Brixiam, Pergamum, seu reliquas, Mediolanū quoq;, Ticinūq; pari sorte diripiunt, ab igne tamen abstinentes & ferro. Deinde Æmilię civitatib. similiter expoliatis, novissime eo loco quo Mincius fluvius Padum influit, castra metati sunt. Vbi Attila consistens, dum animo fluctuaret, utrum Romā adiret, an desisteret, nō urbi cujus infensus erat, consulens, sed Alarici exemplum, qui captæ urbi non diu supervixit, pavens, repente sanctissimus vir Leo papa per se ad eum accessit. Qui cum ad regem Barbarum introgressus esset, cuncta ut optaverat obtinens, nō solum Romæ, sed & totius Italiæ salutem reportavit. Territus nanq; fuerat Attila nutu Dei, nec aliud Christi sacerdoti loqui valuit, nisi quod ipse optavit. Ferunt itaq; post discessum pontificis, interrogatum fuisse Attilam à suis, cur ultra solitū morē tantam reverentiam Romano pontifici exhibuerit: illumq; respondisse, non se illius personam qui advenerat, reveritum fuisse, sed alium virum juxta eum in sacerdotali habitu astantem vidisse, qui forma augustorū, canitieq; venerabilior, evaginato gladio mortē sibi minitaverit, si nō omnia quę ille expetebat, impleverit. Igitur Attila tali modo à sua sævitia repressus, relicta Italia, Pannonias repetivit. Ad quē Honoria Valentiniani principis germana, dum à fratre ob decus pudicitiæ districte servaretur, suū direxit Eunuchum, quatenus eam sibi à fratre deposceret in matrimoniū. Qui accepto nuncio, qui jam cum Italię fines excessisset, nec statim fatigato exercitu regredi potuisset, mandat Valentiniano imperatori, pejora proximè se illaturum Italiæ, si mox sibi germanā suā cum regalium opum portione non transmisisset. Reversus autem ad proprias sedes, super plures quas habebat uxores, puellā quandā valde speciosam, Ildico nomine, sibi conjunxit. Ob cujus nuptias profusa exercens cōvivia, dum tantum vini, quantum antea nunquā in semel bibisset, dormiensq; supinus jaceret, nimia sanguinis eruptione qui ei de naribus effluere solebat, suffocatus est. Eadem nocte apud Constantinopolim Martiano Imperatori arcus Attilæ fractus in somnis ostenditur, quo scilicet armorum genere gens illa maxime utebatur. Sequenti verò luce, cum magna diei pars exacta fuisset, ministri regis post clamores maximos fores effringunt, inveniuntq; Attilam sine ullo vulnere, sanguinis effusione, mortuum, puellamq; demisso vultu, sub velamine lachrymantem. Tunc ut illi genti mos est, crinium parte truncata, informem faciem turpavere vulneribus, ut præliator eximius non fœmineis lamentationibus, sed agmine lugeretur virili. Cujus exequiæ multis plausibus à sua gente honoratæ sunt. In mediis siquidem campis intra tentorium sericum cadavere collocato, de tota gente Hunorum electi equites cursibus illud in modum Circensium ambientes, facta ejus, cātu funereo, celebrāt, tali ordine: Præcipuus Hunorum rex Attila, patre genitus Mundzuno, fortissimarum gentium dominus, qui inaudita ante se potentia, solus Scytica & Germanica regna possedit: deinde stravam, quam sic vocant, super tumulum ejus ingenti comessatione celebrantes, & contraria invicem sibi copulantes, luctum funereum mixto gaudio explicabant, nocteque secreta cadaver tertæ commendabant. Cujus fercula primum auro, secundo argento, tertio ferri rigore communiunt, tali argumento significantes, potentissimo regi omnia convenisse: Ferrum, quia gentes edomuit: aurum & argentum, quod utriusque Reipublicæ ornamenta accepit. Addunt etiam arma hostium cædibus acquisita, phaleramenta vario gemmarum fulgore præciosa, diversiq; generis insignia, quibus colitur aulæ decus. Et ut tantis divitiis humana curiositas arcere tur

Attila suffocatur ex liberalis vini potione supinus jacens.

Exequiæ Attilæ.

Et hic plura habes in hist. Getica.

Ferculum Attilæ auro, argento, ferro communitum, quid significet.

ceretur, huic operi deputatos deteſtabili mercede trucidarunt. Poſt hæc inter ſucceſſores Attilæ de regno exorta eſt contentio: & dum inconſulte imperare cupiunt omnes, ſimul imperium perdiderunt. Nã filii ejus, quorũ per licentiam libidinis pene populus fuit; gentes ſibi diviſa ſorte poſcebant, ut inſtar familiæ bellicoſi regis cum populis mitterentur in ſortem. Vt aũt Gepidarum rex Harderi-cus hoc competit, indignatus cõtra filios Attilæ primus inſurgit, illatumq; ſerviendi pudorem ſecuta fœlicitate deterſit: nec ſolum ſuam gentem, ſed & cæteras gentes quæ pariter præmebantur, ſua diſceſſione abſolvit; quia facile oẽs appetunt, quod pro cunctorũ utilitate tentatur immutatum. Igitur armantur, bellũq; committunt in Pannonia, iuxta flumen, cui nomen eſt Neoda, illic concurſus factus eſt gentium variarum, quas Attila in ſua tenebat ditione. Poſt multos ergo cõflictus, favit Gepidis inopinata victoria: nam ꝓ, fere millia tam Hunorum, quam aliarum gentium, quæ Hunis fere bant auxilium, Hardericus peremit, filium Attilę majorem natu nomine Hellam occidit, quem pater ſuper cæteros in tantum fertur amaſſe, ut eum cunctis aliis ſuis liberis in regno vellet præferre. Quo interempto, reliqui ejus germani cum Hunis fugantur, juxta littus maris Pontici, ubi prius fuiſſe leguntur Gothi. Hæc cauſa Harderici fœlix fuit in diverſis nationibus, quæ Hunorum regimini famulabantur invitæ, earũq; animos diu mœſtiſſimos ad hilaritatem libertatis votivæ arrexit. Venientes ergo multi ex eis ad Martianũ principẽ, gratiſſime ſunt ab eo ſuſcepti, diſtributasq; ſedes quas incolerent, acceperunt. Gepidi nanq; Hunorum ſibi ſedes viriliter vendicantes, totius Daciæ finibus velut victores potiti ſunt, nihil aliud à Romano imperio niſi pacẽ poſtulantes: Sarmatæ v. & Cemãdri, & quidã ex Hunorũ parte ad Maternã urbẽ Illyrici ſedes poſuerunt: Scyri & Adagarii Scythiam minorem & inferiorem Mœſiã acceperunt: Rugi aliæque nationes nonnullæ Bizim & Archadiopolim petiere. Hernach quoq; junior Attilæ filius cũ ſuis extremas minoris Scythiæ ſedes elegit. Hemmezur & Bulcindur conſanguinei in Dacia Ripenſi, Hediſco Halmoq; potiti ſunt, diverſi q; diverſa petierunt. Gothi verò videntes Gepidos Hunorum ſedes ſibi vendicare, & Hunorum populũ ſuas ſedes antiquas occupare, maluerunt à Romano regno terras petere, quam cum diſcrimine alienas invadere: Pannoniaq; accepere, ibiq; ſub rege Vualamiro & ejus germano Dietmaro morabantur, quamvis locis diviſis, conſilio tamen unitis. Nam Vvalamir inter Scarniungam & aquam nigram, Dietmarus juxta locum Pellois habitabat, Vuitimar cum utroq; manebat. Contigit autem ut Attilæ filii contra Gothos, quaſi deſertores dominationis eorum, venirent, ignarisq; aliis fratribus, ſuper Vualamirum ſolum irruerent. Quos tamen quãvis cum paucis ille excepit, diuq; fatigatos ita proſtravit, ut vix aliqua eorum pars remaneret. Eo tẽpore cum pro geſta re ad fratres ſuos Dietmarum & Vuitimarum direxiſſet nuncium, veniẽs nuncius in domo Dietmari, majus invenit gaudium: ipſo ſiquidẽ die Theodericus filius ejus, quãvis de cõcubina, bonę tamen ſpei puerulus natus erat. Poſt tẽpus ergo nõ multum, rex Vualamirus, & fratres ejus Dietmarus & Vuitimarus, dum cõſueta dona tardarent à principe Martiano accipere, & fœdera pacis tamẽ cuſtodirent, multi ab eis legati ad imperatorẽ, videbãt Theodericum Triarii filium, genere quidẽ Gothico, ſed de alia ſtirpe quàm Amalorum procreatum, omnino cum ſuis florentem, & Romanorum amicitiis utentem, ſe vero omnino deſpici, domi hæc renunciant: moxq; Gothi furore cõmoti, arma corripiunt, & Illyricum pene totum prædando devaſtant. Sed Martiano imperatore defuncto, cum regnum acciperet Leo, mox ad priſtinã cum Gothis amicitiã recurrit, & tam præterita, quàm præſentia munera tribuit, & pacis obſidem Theodericum infantulum. Dietmari filium, accepit, qui jã annum octavum intravit. Quẽ dum pater dare tardaret, patruus Vualamir promittit, ut exinde pax ſtabilior inter Romanos & Gothos maneret. Igitur Theodericus obſes ducitur ad urbẽ Conſtantinopolitanã: & quia parvulus elegans fuit, imperialem gratiã promeruit. Poſtquã ergo firma pax inter Romanos & Gothos facta eſt, videntes Gothi ſibi non ſufficere q̃ ab Imperatore acceperant, ſimulq; cupientes oſtentare virtutem, cœperunt vicinas deprædari gentes, primumq; contra Satagas, quæ interiorem Pannoniam poſſiderent, arma moverunt. Quod ubi rex Hunorum Dunzich, filius Attilæ, cognovit, collectis quos adhuc habebat, quãvis paucos, Pannoniam deprædari cœpit. Quo comperto, Gothi ubi erant expeditionẽ ſolventes, quam contra Satagas habebant, in Hunos cõvertunt, ſicq; eos à finib ſuis inglorios expellebant, ut ex illo tempore qui remanſerant Huni, Gothorum arma pertimeſcant. Quieſcente jam tandẽ Hunorum gente à Gothis, Hunimundus rex Suevorum cum ſuis invadens fines Dietmari, fratris Vualamiri regis Gothorum, eos deprædatur, omniaq; abducens armenta, in terram ſuam revertitur. Dietmar vero non tantum jacturam armentorum dolens, quantum metuens, ne Suevi, ſi hoc impune lucrarentur, ad majorem licentiam proſilirent: ſic vigilavit in eorum tranſitu, ut intempeſtæ noctis ſilentio dormientes invaderet, ad lacum Pollois, conſertoq; inopinato prælio ita eos oppreſſit, ut etiam ipſum regem Hunimundum captum, cum ſuperato exercitu Gothorum ſervituti ſubdiderit. Sed dum eſſet multum miſericos, facta ultione, veniam eis condonavit: reconciliatusque cum Suevis, eundem quem ceperat, adoptans ſibi in filium, remiſit in Sueviam cum ſuis. Ille autem paternæ immemor gratiæ, poſt aliquod tempus dolo concepto, Scyros, qui tunc ſuper Danubium conſidebant, incitavit, ut in unum collecti, gentem Gothorum invaderent. Tunc Gothis nihil mali ſuſpicantibus, ab amicis vicinis bellum inſurgit, & improviſa coacti neceſſitate, ad arma confugiunt, arreptoq; certamine, ſe ſuamq; ulciſcuntur injuriam,

Contentio de regno poſt mortem Attilæ.

Hardericus contra filios Attilæ.

Hella Attilæ filius occiditur.

Attilæ filii contra Gothos.

Gothi Illyricum vaſtant.

Theodericus obſes venit Conſtantinopolim.

Gothi contra Satagas.

Alii legunt Dinzio filius Attilæ.

Hunimundus Suevorum rex.

Scyri populus Danubii.

Vualamir interimitur.

In eo ſiquidem prælio rex Gothorum Vualamir dum ad hortandos ſuos equum aſcenderet, & ante aciem procurreret, proturbatus equus corruit, ſeſſoremq; ſuum dejecit. Qui mox inimicorum lanceis vulneratus, interemptus eſt. Gothi vero tã regis ſui mortẽ, quã ſuorũ vindicantes injuriam, ſic oẽs extinxerunt, ut pene de gente Scyrorum nullus remaneret, niſi qui iſtud nomen cum dedecore ferrent. Iterũ Hunimundus cum Suevis fretus auxilio Sarmatarum, & reliquiis Scyrorũ, ſimulq; ex Gepidis Rugisq; nõ parvis ſolatiis collectis, bellũ intulit Gothis. Gothi v. defuncto Vualamiro, ad fratrem ejꝰ Dietmarũ cõfugiunt, eumq; regem cõſtituunt. Qui quamvis dudũ cũ fratre regnaſſet auctioris tamẽ poteſtatis inſignia ſumit, belliq; parte coactus, cũ fratre Vuitimaro ad arma proſilit, cõſertoq; prælio ſuperior facta eſt pars Gothorum, adeo ut campus corruentium inimicorũ cruore madefactus, ut rubrum pelagus appareret, armaq; & cadavera plus quam decẽ millium in modum collium cumulata, campum implerent. Inde victor ad proprias ſedes revertens, Dietmarus cũ Gothis, Theodericum filium ſuum, quem obſidem dederat, à Leone Imperatore remiſſum, cum magnis muneribus grataner ſuſcepit. Qui cum jam decem & octo annorum eſſet, ex ſatellitibus, & ex populo patris elegit ſibi penè 6. millia virorum, cum quib. patre inſcio, permenſo Danubio, Sarmatorum regem incurrit, eumq; interemit, familiamq; ac cenſum deprędans, ad genitorem ſuum cum victoria redit. Singidunum dehinc civitatem, quam iidem Sarmatæ poſſidebant, invadens, non Romanis, ſed ſuæ ſubdidit ditioni.

Dietmarus in Sarmatas.

Hominibus bello viventibus, pax ſuſpecta.

Deficientibus dehinc vicinarum gentium ſpoliis, cœpit & Gothis victus veſtitusq; deficere, & hominibus, qui dudum bello vivebant, pax cœpit eſſe contraria, omnesq; cũ magno clamore ad Dietmarum accedentes, orant, ut in quamcumq; partẽ vellet, exercitum duceret, quia diutius ibi manere non poſſent. Qui accito Germano, ſortem miſit, & Vuitimaro Italia, Dietmaro Illyricum populandum obvenit. Relicta igitur Pannonia, alter Italiam, alter Illyricum ſuſcepit, ſed Vuitimar mox, ut Italiam intravit, rebus humanis exceſſit, regnumq; filio ſuo ſibi æquivoco reliquit. Quem Licerius, qui tunc forte imperavit, muneribus datis ad Galliam tranſtulit, ut per Vuiſigothas parentes ſuos regnaret. Vuitimar acceptis munerib. à Licerio Galliã tendit, ſeſeq; parẽtibus Vuiſigothis jũgens, unum corpus cum eis efficitur, & ſic Galliã Hiſpaniamq; tenens, ſuo jure defendit, ut nullus ſibi alius prævaleret. Vuiſigothis v. poſt Theodericũ, qui in bello, ꝙ Romani & Vuiſigothæ cũ Attila Hunorum rege fecerunt, occubuit, filius ejus Thuriſmundus præfuit. Quo defuncto, Theodericus frater ejus in regnum ſucceſſit, ipſoq; 11. vero regni ſui anno decedente, item frater eorum Euricus regnum aſſumens 19. anno, vita, regnoq; privatus eſt, relinquens filium regni ſucceſſorem, nomine Alaricum, qui nonus ab illo magno Alarico, regnum adeptus eſt Vuiſigotharum.

Reguum Baſilii-cum ſumunt Sarmatæ, Ioan. lib. 3.

Dietmar v. tranſiens Saum amnem, Sarmatis bellum intentavit, ſi quis ſibi obſtaret, illisq; quieſcentibus, nec ad tantam multitudinem prævalentibus, tranſit in Illyricum, & ubiq; proſpere agens, multasq; civitates ſibi ſubijciens, Theſſalonicã petiit, in qua Helarianus patritius à principe directus cum exercitu morabatur. Qui dum videret Theſſalonicam vallo muniri, nec ſe poſſe conatib. eorũ reſiſtere, miſſa legatione ad Dietmarum regem cum munerib. rogavit, ut ab excidio urbis deterqueret, initoq; fœdere, Romanus ductor cũ Gothis, loca quæ incoluerant, jam ſponte tradidit eis, ibiq; Gothi cum rege ſuo, depoſitis armis, in pace quieverunt. Nec diu poſtea rex Dietmarus ægritudine occupatus, convocatis ad ſe Gothis, Theodericum filium ſuum regni hæredẽ fecit, & ipſe mox reb. humanis exceſſit. Eo tempore regnũ Orientale Zeno Imperator habebat. Qui audiens Theodericũ gentis ſuæ regem eſſe, grate ſuſcepit, eumq; ad ſe Conſtantinopolim venire præcepit, digne que ſuſceptum inter proceres palatii collocavit, & poſt aliquod tempus, in filium ſibi adoptans, conſularibus faſcibus, quæ dignitas poſt imperiale faſtigium prima eſt, eum ſublimavit, nec ſolum hoc, ſed & equeſtrem ſtatuam, ad famam tanti viri ante palatium ſuum ei conſtituit. At verò dum eiuſcemodi delitiis Theodericus apud Conſtantinopolim fluitaret, gens illius, id eſt Oſtrogothæ, dum eis propter fidei ſanctionem prædas agere, more ſolito non liceret, nec tamen ab Imperatore oblata ſtipendia ſibi ſufficerent, non minima coacti penuria, compoſitum fœdus execrantur, inutilem factionẽ vituperant, mittuntq; continuo ad Theodericum, qui dicerent, quas inopiæ miſerias ipſi ſuſtinerent, dum ille Græcorum epulis ſuperflueret, hortanturq; ut ſi ſuis, ſibiq; conſulere velit, citius redeat, quatenus ne cuncta gens pereat, & ubi novas ad habitandum terras exquirant, provideat. Ante non plures aũt annos Odoacer quidam exiens ab extremis finibus Pannoniæ, fortiſſima Herulorum multitudine fretus, inſuper Turcilingorum, ſive Scyrorum auxiliis Italiam venit, nulloq; reſiſtente, totam Italiam, Romamq; occupavit, & per 14. annos ibi regnavit. Theodericus v. cognitis ſuorũ quærimoniis, ad Auguſtum Zenonem accedit, penuriam quæſtusq; ſuorum exponit, abſolutionem effligitat, Italiam ſibi dari expoſtulat, adijciens quaſi ſuperare poſſet Odoacrem, Italiamq; obtinere ad ejus gloriam redundaret, à quo directus fuiſſet, ſin bello ſuperatus foret, nihilominus lucris ejus accreſceret, quandoquidem quotidianorum ſtipendiorum exactoribus careret. Talia Zeno audiens, licet ægre ferret ejus diſceſſum, deliberato tamen conſilio reipublicæ utilitati proſpiciens, ejus petitionibus annuit, Italiamq; illi tribuens, ſenatũq; ac populũ Romanum ei cõmittens, magnis ditatum muneribus, abire permiſit. Egreſſus igitur à Conſtantinopoli, Theodericus ad Oſtrogothas revertitur,

Zeno Imperator Orientis. Theodericus conſul.

Odoacer Italiam & Romam occupat.

vertitur, hortaturq; eos continuo, ut quàm primum parati sint, & quasi possessuri, Italiam proficiscantur. Qui cum omnes læti obedirent, profectus cum omni multitudine Ostrogotharum, & cum omni suppellectili, priu̇squam ad Italiam perveniret, Trapesilam, Gepidarum regem, insidias sibi molientem bello superans, extinxit: Busan quoq;, Bulgarorum regem cum suis agminibus prosternit. Deinde veniens Italiam, primumq; juxta Sonuum fluvium, qui non longe ab Aquileja labitur, castra componens, cũ ad reficienda corpora hominum & jumentorum, pro longitudine itineris fessa resideret, cum magno exercitu, totisq; Italiæ viribus Odoacer ei occurrit. Quem Theodericus alacriter excipiens, magno superatum prælio, in fugam convertit. Exinde movit exercitum, cum Veronam venisset, iterum adversus eũ Odoacer, non minori sese belli apparatu opponit. Contra quem Theodericus haud procul à Verona confligens, summa ejus exercitum clade contrivit. Qui dum fugæ metu, in Atesim fluvium, se præcipites mergunt, ex magna parte rapidissimis gurgitib. ejus implicati suffocantur. Theodericus v. dum ipso impetu subsequitur, fugientes, Veronã illico civibus pavore cõsternatis invadit. Odoacer aũt cum his qui evaserant, fugiens, Romã cõtendit, sed obseratis continuo portis, exclusus est. Qui cernens introitũ sibi denegari, oia quę attingere potuit, gladio flãmaq; consumpsit, Ravennamq; ingressus, munitionẽ sibi præparavit. Theodericus aũt à Verona digrediens, Mediolanũ pervenit, & dũ ibi cõsisteret, magna ad eũ multitudo militum, pluresq; Italiæ populi cõvenerunt, sed paucis interjectis dieb. rursus deditiius exercitus, Tusfra quodã nomine instigante, Odoacris partibus se reddidit. Quæ res Theodericũ in tantũ perterruit, ut se suumq; exercitum apud Ticinensem urbem, quæ nunc Papia dicitur, cõmuniret. Talĩ rerum varietates Gũdebaudus, Burgundionũ rex aspiciens, Liguriã cũ ingenti exercitu intravit, cunctaq; quę reperire poterat, pro diripientiũ voluntate deprædans, infinitã captivorum multitudinem secũ ad Gallias duxit. Theodericus itaq; aliquandiu intra munitiones exercitũ retinẽs, demũ relictis ibi sororib. & matre, universaq; vulgi multitudine, nihil plane dubius de fide Epiphanii viri sanctissimi, ejusdem civitatis Episcopi, cum expeditis armatorum cuneis ad obsidendum Odoacrem, Ravennam perrexit. Cumque in eo loco qui Pinetum dicitur, non procul ab urbe castra posuisset, per cõtinuum penè trienniũ Odoacrem obsedit. Qui cum frequenter nocturno tempore cum suis ex urbe egrediens, exercitum Theodorici inquietaret, novissime noctũ irruens in castra, exercitum Theoderici magna strage prostravit, sed Gothis fortiter resistentibus, ad extremum victus, in urbem confugit. Nec multo post missa legatione, veniã supplicans à Theoderico, quasi in fide susceptus est, sed post ab eo truculenter peremptus est. Egressis inde à Ticino post triennium Gothis, eandẽ mox urbem invasere Rugi, cuncta per circuitũ loca, simulq; civitatẽ per cõtinuũ biennũ devastantes, cum adhuc beatissimus Epiphanius superesset, cujus sanctitate in tantis periculis cives sustentabantur afflicti. Hic à Theoderico Galliam ad Gundebaudũ pro captivis redimendis directus excepta innumera multitudine illorum, pro quibus precium dedit, 6. millia captivorum, ob solam sanctitatis suę reverentiam sibi concessa, secũ reduxit. Igitur Theodericus extincto apud Ravennam Odoacre, totius Italiæ potitus est ditione, nec multo post Romam profectus, à Romanis cum gaudio magno est susceptus. Quibus ille singulis ad subsidium victus 125. millia modiorum tritici concessit. Post hæc Theodericus, ut sui regni vires confirmabiliret, missa legatione ad Clodoveum, Francorũ regem, filiam ejus Audofledam in matrimoniũ petiit, quam ille libenter cõcessit. Amalfredam autem germanam suam Vuandalorum regi Hunerico Geiserici filio conjunxit, ejusdemq; Amalfredæ filiam Amalbergam Thuringorũ regi Ermenfrido tradidit, filias vero suas, quas in Mœsia genuerat, Thuidegothan & Ostrogothã vicinis regib. copulavit, unã Sigismundo regi Burgundionũ, alterã Alarico regi Vuisigotharũ. De quo Alarico natus est Amalricus. Quẽ avus suus Theodericus in annis puerilibus utroq; parente orbatũ dum nutriret, cõperiens Beterici filium Eutharicum, Herimundi nepotem, & Thurismundi abnepotẽ, de Amalorũ stirpe descendentẽ, in juvenili ætate, prudentia & virtute, corporisq; integritate pollentẽ in Hispania, ad se illũ venire præcepit, eiq; filiam suã Amalsuindam in matrimonium dedit, quæ Atalaricum ex eo genuit. Nec fuit aliqua victa gens Italiæ, quæ Theoderico, aut conjunctionis affinitate, aut pactionis fœdere nõ fuisset sociata. Zenone itaq; Augusto, post 10. & 7. annos regni sui defuncto, Anastasius successit imperio, regnans per annos 27. Theodericus vero per idem tempus pacifice regnans in Italia, Romæ miranda fecit ædificia, & per singula quæq; loca celebriora, regia sibi construxit habitacula. Mortuo aũt Anastasio & ipso hæretico, Justinus imperium adeptus est. Qui dũ esset orthodoxus, cernens in partib. Orientis, illo adhuc tẽpore Arrianã hæresim per singula loca vigere, pro ardore catholicæ fidei decertabat hæreticos dissipare, sextoq; imperii sui anno, præcepit, ut ubiq; Hæreticorũ Ecclesias catholici cõsecrarẽt Episcopi. Hoc audiẽs Theodericus, Arriana lue pollutus, Johannẽ papã, simulq; cũ eo Theodorũ atq; Agapitũ, consulares viros, aliumque Agapitũ patritiũ Cõstantinopolim ad Justinum imperatorẽ direxit, mandans illi minando, quia nisi hæreticis Ecclesias suas quantocius redderet, eosq; in pace degere sineret, universos Italiæ populos ipse gladio extingueret. Qui perveniẽtes ad Augustũ, cum ab eo digne, (ut cõpetebat) susceptì essent magnis cum fletibus postulabant, ut suæ legationis seriem, quamvis esset injusta, libenter exciperet & Italiæ perituræ consuleret. Quorum fletibus Justinus permotus, eis quod petebant, concessit: Arrianosque suæ potestati dimisit.

Trapesilla, Gepidarum rex. Trapsilla legun in Paulo diacono.

Sonum fluvius Aquileiæ.

Theodericus invadit Veronam. Odoacer Roma exclusus, omnia vastat.

Gũdebaudus Burgundiorum rex Ligusiam invadit.

Odoacer à Theoderico perimitur.

Theodericus filiã Clodoveo in matrimonium petit.

Theoderici miranda ædificia Roma.

Justinus Imperator Christianus, Theodericum Arrianum.

Symmachus Boetius necatur.

Cumque hi in itinere demorarentur, Theodericus rabie iniquitatis suæ stimulatus, Symmachum patritium & Boetium senatorem & consulem gladio trucidavit. His quoque diebus extincto à Francis, Alarico Vuisigotharum rege, Theodericus per Hibbam comitem suum plus quam 30. millibus Francorum cædens, post mortem Alarici generi sui, Thiodem armigerum ejus tutorem Amalrici nepotis sui constituit. Iohannes verò Papa rediens à Constantinopoli cum sociis itineris sui venit ad Theodericum Ravennam. Ille verò per malitiam impietatis & crudelitatis suæ, pro eo, quod à Justino catholicæ fidei defensore honorifice suscepti essent, carceri eos mancipavit, & famis afflictione interfecit. Sed hanc immanissimam ejus crudelitatem divina mox animadversio secuta est, nam 99. post hoc facinus die, subita morte defunctus est. Cujus animam, ut sanctus Gregorius in dialogo scribit, solitarius quidam vir magnæ virtutis apud Lipparam insulam vidit inter Johannem papam & Symmachum patritium discinctum & discaltiatum deduci, & in ollam Vulcani demergi. Antea tamen, cum adhuc valeret, sed jam senior convocans Gothos & gentis suæ primates, Athalaricum Amalsuindæ filium, vix decem annorum regem constituit, exhortans suos, ut regem colerent, senatum populumq; Romanum amarent, principem Orientis placatum semper & propitium habere curarent. Quo defuncto, Gothi, ut præcepit Theodericus Athalaricum cum matre sua præficiunt regno, hoc quod præceptum erat custodientes, quam diu Athalaricus & mater ejus vivebant, qui pene per 8 annos regnabant. Iustino autem Augusto post 8. imperii sui annos defuncto, Justinianus sororis ejus filius successit imperio. Cui Athalaricus tam suam adolescentiam, quàm matris viduitatem commendavit, sed brevi post tempore humanis rebus excessit. Tum mater ne sexus fragilitatem Gothi dum spernerent, secum deliberans, ipsa Theodatum consobrinum suum germanitatis gratia accersitum à Tuscia, ubi privatus in propriis laribus vivebat, in regno locavit. Qui post aliquantum tempus immemor consanguinitatis & beneficii, à palatio eam abstractam, in insulam laci Vulsini relegavit, ubi pauciſſimos dies in tristitia degens, ab ejus satellitibus in balneo strangulata est. Quod audiens Imperator, magna ira contra Theodatum accensus est. Sentiens autē hoc Theodatus, beatum Agapitum papam direxit ad Constantinopolim, ut per eum gratiam Imperatoris acquireret. Veniens autem Pontifex ad Imperatorem, cœpit habere colloquium cum eo de fide, & invenit eum doctrinam Euticetis habere. Quem cum Pontifex pro errore increparet, ille minis eum aggressus est; sed in fide catholica Papa immobilis stabat, & ad Imperatorem dicebat, Ego desideravi venire ad Justinianum Imperatorem Christianissimum, sed ut video, inveni Diocletianum. Videns autem Imperator constantiam ejus, ex voluntate Dei acquievit monitis illius: sed non multo post idem Pontifex ibi defunctus est. Justinianus verò Belisarium patritium jam de Vvandalis in Africa triumphantem, contra Theodatum misit, ut & Italiam à servitio Gothorum liberaret. Veniente autem Belisario in Siciliam, omnes qui ibi erant Gothi cum duce suo Sinderit, ultro se Belisario tradiderunt. Theodatos vero generum suum Evermundum cum exercitu misit ad custodiendum fretum, ubi est exitus de Sicilia. Sed ille audiens eventum rerum in Sicilia, ultro se ad pedes advenientis Belisarij misit, Romanis optans servire principibus. Quod Gothorum sentiens exercitus, suspectum Theodatum à regno pellendum clamitat, & Vuitigem, qui ejus armiger erat, ad rebellandum in regnum elevat. Qui levatus, in regnum Romam ingreditur, præmissisq; Ravennam fidelissimis sibi viris, Theodatum occidi præcepit, ipseq; post paucos dies Ravennam veniens, Matheſuindam Amalsuindæ filiam sibi in matrimonio copulavit. Belisarius vero conceptas contra Theodatum belli vires, in Vuitigem convertit, egressusq; de Sicilia, venit Romam. Gothi autem, qui ibi habitabant, nocte egredientes Romam, portasq; relinquentes apertas, fugerunt Ravennā. Vuitigis autem, ut talia cognovit, cum magno exercitu Romam venit, sed Belisarius cernens non aptum sibi tempus ad pugnandum, quia fames magna eo anno oppresserat mundum, inclusit se infra Romam, positis custodibus, qui ex omni parte custodirent eam. Gothi vero omnia foris devastantes, cum per annum integrum obsiderent Romam, immisso super se terrore fugerunt Ravennā. Iterum Vuitigis collecto exercitu, venit contra Belisarium in pugnam, commissaq; pugna, multi ex parte Vuitigis mortui sunt, ipsumq; fugientem, Johannes militiæ magister insecutus, vivum apprehendit, Romamq; ad Belisarium duxit, quem ille secum Constantinopolim vexit. Quem videns Justinianus, gavisus est, & non post multum tempus fecit eum patritium, illeq; ibi plus quam biennium moratus, defunctus est. Cujus vxorem Matheſuindam imperator dedit fratri suo Germano patritio, de quibus natus filius, nomine Germanus, in quo conjuncta stirpe Aniciorum & Amolorū spes utriusq; generis & gentis posita est. Postquam autem Vuitigis captus est, Gothi Thranspadani Heldebadum sibi regem constituunt, qui eodem anno interemptus est. Cui succedit Erarius, & ipse necdum expleto anno jugulatur. Dehinc Baduillam, qui & Totila dicebatur, sibi præficiunt, moxq; collecto undiq; exercitu, totam Italiam invaserunt. Exinde cum percurrerent Campaniam, idem Totila veniens ad cœnobium beati patris Benedicti, qui tunc in monte Cassino magnis virtutibus claruit, ab eo talia audivit. Multa mala facis, multa fecisti, jam ab iniquitate compescere, equidem mare es transiturus, Romam ingressurus, 9. annos regnabis, 10. morieris. Inde digrediens per Lucaniam

Theodorici ſeveritas & crudelitas.

Gregorii dialogi.

Euticetis dogma. Libera vox Agapiti papæ.

Gothi integro anno Romam obſident.

Baduilla Totila dictus.

Benedictus claret in monte Caſſino.

niam, invadit Siciliam, indeque revertens, Romam petiit, eamque obsidione concludit. Romanis itaque fame laborantibus, nec mœnia diutius tueri valentibus, à porta Ostiensi Totila ingressus est. Volens autem parcere Romanis, per totam noctem clangere buccina jussit, quo se à Gothorũ gladiis aut in Ecclesiis tuerentur, aut quibuscunque modis occulerent. Habitavit verò cum Romanis aliquantum temporis, quasi pater cum filiis, sed hanc animi benignitatem ei, qui antea nimiæ crudelitatis erat, beati Benedicti admonitio, ut coniici datur, conferebat. Elapsi sane ex urbe quidam è numero senatorum, Constantinopolim afflicti properant: quibus calamitatibus Roma subiiceretur, Principi narrant. Qui statim Narsetem eunuchum, cubicularium suum Italiæ fecit exarchum, Romamque cum manu valida dirigit, ut afflictæ Romæ quantocius subveniret. Is ad Italiam veniens, legatos ad Alboin regem Longobardorum misit, qui tũc in Pannonia habitabant, & Romanis amici erãt, mandans eis, quatenus sibi pugnaturo cum Gothis, auxilium ministrarent Tunc Alboin electam è suis, magnam manum direxit. Qui per maris Adriatici sinum transvecti, Romanisque sociati, magnum cum Gothis certamen inierunt. Quibus ad interitum penè consumptis, regem eorum Totilam, qui jam per decem annos super eos regnaverat, Narses interfecit, & vestimenta ejus cruentata cum corona lapidibus preciosis ornata, regiam urbem misit, quæ jactata sunt ad pedes Imperatoris coram senatu. Deinde urbes eorũ duas munitas, id est Veronam & Brixiam suscipiens, universam Italiam cũ Romana civitate ad reipublicæ jura reduxit, & Longobardos honoratos cum magnis muneribus, ad propria remisit. Qui omni tempore quo Pannoniam possiderunt, Romanis adversus æmulos adjutores fuerunt. Sic igitur famosum regnum, fortissimamque gentem Gothorum diu regnantem, tandem post mille & quadraginta annos victor diversarum gentium Justinianus Imperator, & prius per Belisarium, & post per Narsetem vicit, omnemque Italiam ab eorum servitute liberatam, pristinæ libertati restituit.

Totila.

Verona. Brixia.

Iustinianus vincit Gothorum regem.

Hæc Jordanis quidam Grammaticus, ex eorundem stirpe Gothorum progenitus, de Getarum origine & Amalorum nobilitate non omnia quæ de eis scribuntur & referuntur, ut ipse dicit compiexus, exaravit: sed brevius pro rerum notitia huic opusculo inseruimus. His perlectis, diligenterque perspectis, perpendat qui discernere noverit quomodo illud ratum teneatur, quod non solum vulgari fabulatione & cantilenarum modulatione usitatur, verum etiam in quibusdam chronicis annotatur, scilicet quòd Hermenricus tempore Martiani principis, super omnes Gothos regnaverit, & Theodericum, Dietmari filium, patruelẽ suum, ut dicunt, instimulante Odoacte, item, ut ajunt patruele suo de Verona pulsum, apud Attilam Hunorum regem exulare coegerit, cum historiographus narret, Hermenricum regem Gothorum multis regibus dominantem tempore Valentiniani & Valentis fratrum regnasse, & à duobus fratribus Saro & Ammio, quos coniicimus eos fuisse, qui vulgariter Sarelo, & Hamidiecus dicuntur vulneratum, in primordio egressionis Hunorum per Mæotidem paludem, quibus rex fuit Valamber, tam vulneris quàm Hunorum irruptionis dolore defunctum fuisse. Attilam verò postea ultra 70. annos sub Martiano & Valentiniano cum Romanis & Vuisigothis, Aetioque duce Romanorum pugnasse, & sub eisdem principibus regno vitaque decessisse. Ac dehinc imperante Gothis Vvalamiro, Theodericum fratris sui Dietmari filium, Leoni Augusto jam septennem à patruo fidei causa obsidem datum, & ab eodem Leone postea patri jam imperanti, Gothis fuisse redditum, patriq; defuncto, in regnum successisse, sed mox à Zenone Augusto Constantinopolim accitum, familiariterque tractatum, Italiæ regnum accepisse, quod tũc Odoacer cũ Thurcilingis & Rugis, aliisq; nationibus, invito Zenone possedit, quem Theodericus post multa certamina deditium interemit. Hinc rerum diligens inspector perpendat, quomodo Hermenricus Theodericum Dietmari filium, apud Attilam exulare coegerit, cum juxta hunc historiographum, contemporalis ejus non fuerit. Igitur aut hic falsa cõscripsit, aut vulgaris opinio fallitur & fallit, aut alius Hermenricus, & alius Theodericus dandi sunt Attilæ cõtemporanei, in quibus hujusmodi rerum convenientia rata possit haberi. Hic enim Hermenricus longè ante Attilam legitur defunctus. Theodericus vero post mortem Attilæ, sive in ipso mortis ejus confinio scribitur natus, quinta generatione posteritatis Vuitulfi fratris Hermenrici progenitus. Dietmarus autem pater ejus alios fratres habuisse non legitur, quàm Vualamirum & Vuitimarum, quorum prior sub Attila regnans, post mortem ejus se Hunorũ ditioni subduxit, & sine filiis mortuus Dietmaro regnum reliquit, alter vero filium homonymum sibi Vuitimarum habuit, qui post obitum patris, relicta Italia, Gallias secessit. Anno domini 378. Regnante Valente, post mortem fratris sui Valentiniani, cum Gratiano & Valentiniano, filiis ejusdem fratris sui, Basilius Cæsareæ Cappadociæ, vir sapientissimus claruit, sed superbiæ, ut ajunt, vitio laboravit. Anno domini 379. Athanasius Alexandrinus Episcopus 66. sacerdotii sui anno migrans, Petrum successorem reliquit. Anno domini 380. Gothi ab Hunis expulsi, diffunduntur per Thraciam. Anno domini 381. Gothi fame compulsi rebellant Valenti, quos ille bello petens, sed exercitu occiso fugiens, in casa quadam vivus crematur, anno 15. regni sui, quorum 11. cum fratre 4. post illum regnavit.

Fratres duo, Sarus & Ammius.

De Hermenrico & Theoderico, variant scriptores.

Anno domini 378.

Basilius. Athanasius.

ANNI GRATIANI I.

Ambrosius canenda Ecclesiasticum composuit.

ANno Dominicæ incarnationis 372. urbis verò conditæ, millesimo 113. Gratianus filius Valentiniani, 39. ab Augusto, post mortem patrui sui Valentis, electus est ad imperium, & regnavit cum fratre suo Valentiniano annos 6. cum prius regnaret annis 4. cum patruo. Eo tempore apud Mediolanum beatus Ambrosius hymnos canendos in Ecclesia primus composuit. Apud Turonos beatus Martinus magnis virtutibus, totoque orbe doctrinis & scientia clarus, Gregorius Nisenus, Gregorius Nazanzenus, & apud Bethleem Hieronymus radiabant. Theophilus Alexandrinus Episcopus, cyclum de observatione Paschæ, per centum annos digessit, quem laterculum vocavit, totoque orbe doctrinis & scientia clari, apud Bethleem beatus Hieronymus presbyter, Hypponem Africæ civitatem S. Augustinus Episcopus radiabant,

Theophilus.

Hieronymus. Augustinus.

IGitur Gratianus admodum juvenis, cum inæstimabilem multitudinem hostium, Romanis infusam finibus cerneret, fretus Christi potentia, longe impari militum numero sese in hostem dedit, & apud Argentuariam Galliæ oppidum, plus quàm 30. millia Alemannorum interfecit. Deinde audiens Thraciam, Daciamque, Pannoniam tanquam genitales terras à Gothis atq; omni pernicie atrocioribus Hunis & Alanis possideri,, Pannoniam venit. Theodosius, Theodosii filius, tam propter parentum nobilitatem, quàm propriam fortitudinem habebatur nominatissimus, sed invidia dissimilium fatigatus, in Hispania morabatur, ubi & ortus fuerat & nutritus. Cumq; Imperator fratrẽ suum adhuc puerum cerneret, & quid faceret hæsitaret: quippe cũ Barbari victoriis elati, inexpugnabiles viderẽtur, eadem provisione, qua Nerva quondã elegerat Hispanum, virum Trajanum, per quem respublica reparata est, accitum & ipse nihilominus ab Hispania Theodosium, magistrum militiæ fecit, eumque contra Barbaros cum expeditione misit. Qui vadens fortiter cum illis maximis Scythiæ gentibus pugnavit, & fœliciter triumphavit. Mox dux optimus exercitu dispersо per urbes, ipse velociter ad Principem remeavit, ipsęq; triumphorũ suorum nuncius extitit. Quod dum Imperator præ admiratione non crederet, invidi dicebant eum fugisse, & exercitum perdidisse. At ille derogantes sibi, rogat dirigi, qui viderent multitudinem peremptorum. His verbis Imperator flexus, direxit qui res actas sibi nunciarent. Porrò dux optimus inter hæc vidit in visione, quòd S. Miletius, Antiochenæ civitatis Episcopus eum induceret imperiali clamyde, & corona caput ejus ornaret. Hæc cum ille retulerit mane cuidam amicorum, ille clarum esse dixit somnium, & nihil ænigmaticum, nihil habere dubium. Post paucos autem dies qui missi fuerant, redierunt: peremptaque multa hostium millia narraverunt. Quamobrem lætatus princeps Gratianus faventibus cunctis, Theodosium 33. ætatis annum gerentem, apud Sirmium purpura induit, Orientisque & Thraciæ simul imperio præfecit. Igitur Theodosius Constantinopolim triumphans intravit, & ne assidue pugnando populum Romanum fatigaret, cum Athalarico Vuisigothorum rege pacem fecit, eundemque Constantinopolim venientem, benigne suscepit, ibique defunctum, honorifice sepeliri fecit, & hac benignitate omnes Gothos Romano imperio subjugavit. Veniens autem Thessalonicam, ægritudinem incurrit, cupiensque baptizari Anatholium, ejusdem civitatis Episcopum, requisivit cujus esset fidei. Quo respondente quòd Arriana pestis in Illyricum non valuisset accedere, sed fidem Niceni concilii inviolatam servarent, libenter ejus verba suscipiens, baptizatus, atque ab ægritudine liberatus est. Inter hæc Archadium filium suum consortem sibi fecit in imperio, in Italia vero puero satis existente Valentiniano, rerum curam Probus exconsul & præfectus habebat. Justina vero mater Valentiniani, cum esset Arriana, vivente quidem viro, lædere Christianos orthodoxos non prævaluit, sed eo mortuo, cum filius esset valde juvenculus, Mediolanum veniens, Ambrosio Episcopo erat infesta, ita ut juberet eum exilio destinari. Cumque juberet eum exire de Ecclesia, Ambrosius ait: Ego sponte hoc non ago, ne lupis ovium septa, aut blasphemantibus Deum contradere videar, hic si placet occide, hoc loco mortem prona suscipiam voluntate. Ea tempestate Maximus vir quidem strenuus atque imperio dignus, si contra sacramenti fidem per tyrannidem non emersisset, invitus ab exercitu in Britannia imperator factus, in Galliam transit, exceptusq; à legionibus Gratiano infensis, eundem subita incursione perterritum, atque in Italiam transire meditantem, dolo circumvenit, & occidit Lugduno, fratremque ejus Valentinianum cum matre Justina expulit ab Italia. Qui tamen justissimam cum matre sua luit pœnam, quæ & ipsum Arriana hæresi polluit, & æminentissimum catholicæ fidei doctorem Ambrosium episcopum perfida obsidione vexavit. Valentinianus autem Constantinopolim veniens, à Theodosio paterna pietate est susceptus, & imperio est restitutus: sed ab Eugenio quodam prius Grammatico, tunc autem militanti in palatio, & ab Arbogasto quodam facinoroso corruptis cubiculariis ab eisdem dormiens strangulatus est, atque ut voluntariam sibi mortem conscivisse putaretur, laqueo suspensus est.

Theodosius à catholico Anatholio baptizatur.

Justina Arriana, Ambrosio infesta. Vide lib. Euseb. 11 cap. 15 & 16. Et Ambrosii epistolas.

Valentiniani mors.

ANNI GRATIANI

Basilius moritur.

ANno Dominicæ incarnationis 383. qui est Gratiani secundus, sanctus Basilius Cæsariensis episcopus obiit. Anno dominicæ incarnationis 384. Synodus 150. episcoporum Constantinopolim adversus Macedonium congregatur sub Damaso papa, qui 18 annis regebat Ecclesiam.

Digitized by Google

cleſiam. Anno domini 385. Priamus quidam & Antenor principabantur Francis hoc tempore. Anno domini 386. Archadium Theodoſius pater conſortem regni facit. Anno dómini 387. Maximus ex Britannia in Gallias veniens, regnúmq; ſibi uſurpans, Gratianum apud Lugdunum occidit, fratrem verò ejus Valentinianum Italia expulit.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis, 388. urbis conditæ milleſimo 139. Theodoſius genitus patre Theodoſio, matre Thermantia, 45. ab Auguſto, interfecto per Maximum Gratiano, imperium Romanum ſolus obtinuit, manſitq; in eo annis 11. cum jam in orientis partibus ſex annis Gratiano vivente regnaſſet: Valentinianum tamẽ fratrem Gratiani quàmdiu vixit, regnare permiſit. Ipſe vero bellum adverſus Maximum, qui tunc Aquilejæ inſidebat ſuſcepit, illumque à militibus propriis, cum vim imperatoris ſuſtinere nõ poſſent, captum ac traditum peremit: Victorem quoque filium ejus, quem pater Gallias adhuc in ætate infantili præfecerat, extinxit. Peracta victoria, Theodoſius cum Valentiniano venit Romam: eratq; cum eis pariter & Honorius valde puer, quem pater poſt actam victoriam à Cõſtantinopoli evocaverat. Theodoſius igitur Romæ politus, multum profuit urbi, alia præbẽdo, alia auferendo. Poſt hæc relicto Valentiniano Romæ, ipſe cum Honorio Conſtantinopolim remeavit. Valentinianus vero cum tranſiret in Galliam cauſa ordinandæ Reipublicæ, fraude Arbogaſti comitis ſui, & Eugenii grammatici, dormiens, ab Eunuchis cubicularijs pecunia corruptis, ſuffocatus eſt, moxq; Eugenio in principatum electo ab Arbogaſto, collecta multitudine Francorum atque Gallorum, præparaverunt ſe in pugnam contra Theodoſium. Quod ille audiens, congregavit multitudinem militarem, filiumque ſuum Honorium conſtituit imperatorem. Miſit autem Eutropium eunuchum ſibi fideliſſimum in Thebaidam ad Johannem monachũ præſcientia clarum, de quo legitur in Vita patrum; ut aut eum venire volentem deduceret, aut nolentem de belli eventu requireret. Qui venire nolens, mandavit ei, quod interfecto tyranno, victoria ſit potiturus, ſed ipſe in Italia moriturus. Relictis igitur ambobus filiis in urbe Conſtantinopolitana, Theodoſius contra Eugenium pergit, moxque illi exercitus Vuiſigotharum plus quàm 20. millium occurrit. Eugenius itaque & Arbogaſtus cum tranſitus Alpium tenerent, Theodoſius in ſummis Alpibus conſtitutus, jejunijs & orationibus intentus erat. Circa Gallorum vero cantum ſopore conſtrictus, vidit in ſomnis, quaſi jaceret in campo, & aſtarent ei duo quidam viri in veſtibus albis, equis candidiſſimis reſidentes, jubentes eum habere fiduciam, primoque diluculo præparare milites ad victoriam, ſeq; dicebant ad ſolatium ſibi deſtinatos. Quorum alter dicebat ſe eſſe Johannem Evangeliſtam, alter Philippum Apoſtolum. Quæ viſio etiam alicui militi revelata eſt. Qua viſione comperta, uberiores in oratione lachrymas fudit: & in craſtinum facta congreſſione, turbo ventorum maximus à parte Theodoſii in ora hoſtium ſurrexit, qui tela quæ ipſi mittebant, in ipſos retorquebat: ea vero quæ ab ejus parte miſſa ſunt, ultra menſuram humani jactus per magnum inane portata valẽter hoſtibus infigebat. Eugenius itaque corruens ad pedes imperatoris, veniam rogabat, ſed à militibus circa pedes ejus capite truncatus eſt: Arbogaſtus vero propria ſe manu interfecit, conſulatus Archadii anno 3. & Honorii 2. Ad laudem vero Theodoſii ob inſignem victoriam, poeta quidam nomine Claudianꝰ, ſed Paganus, inter cætera hujuſmodi verſibꝰ deo & homini teſtimoniũ cecinit:

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad claſſica venti.

Igitur Theodoſius Mediolanum veniens, poſt laborem publicum corpore fatigatus, ægritudinem incurrit, & ſperans ſe moriturum, potius de Republica cogitavit, cõſiderans quæ ſolent hominibus evenire, imperatore moriente. Filium itaq; Honorium de Conſtantinopoli velociter evocavit, & imperatorem Romæ ordinavit. Cumq; Honorius Mediolanum veniſſet, pater ex ægritudine relevatus, circum de victoria celebrabat, & ante prandium quidem ſpectaculum, quaſi lanus, exhibuit. Poſt prandium vero repente prægravatus, ad ſpectaculum venire nõ potuit, filium tamẽ ludis adeſſe præcepit: ſupervemente vero nocte defunctus eſt, 16. kal. Febr. anno imperii 17. vitæ autem 40. Fuit autem propagator Reipublicæ & defenſor eximius, clemens & miſericors, communis cũctis, ſolo habitu differẽs à cæteris, in omnes honorificus, in bonos vero profuſius. Quantæ autem manſuetudinis apud homines fuit, tantæ humilitatis coram domino extitit. Quod in illo obedientię exemplo ſatis probatur, quam ſancto Ambroſio epiſcopo, imò per illum Deo exhibuiſſe narratur. Quod quia eſt relatu ac memoria dignum, licet non ſuo loco, ſtatui tamen memorandum, & pro utilitate legentium, & opinione virtutum.

Theſſalonica eſt civitas grandis & populoſa, in qua dum eſſet Theodoſius, ibi ſeditio eſt orta, & quidam ex judicibus tracti & lapidati ſunt, unuſque ut ajunt, ex militibus quem ille diligebat, occiſus eſt. Hinc indignatus Theodoſius, ſicut ſe habent humanæ paſſiones, non refrenavit iracundiæ infirmitatem, ſed juſto furori immenſam permiſcuit crudelitatem. Ad ludos igitur Circenſes juſſit invitari cives, & repente ſuper omnes iniuſtos gladios præcepit evaginari, & una cũ innocẽtibus nocentes perimi. Septem quidem millia hominum feruntur ibi occiſa, nõ præcedente judicio, ſed ſæviens.

Theodoſius.

Valentinianus fraude Comitis Arbogaſti ſuffocatur.

Johannes monachus.

Viſio Theodoſii.

Arbogaſtus ſe ipſum necat.

Claudiani verſus.

Theodoſius moritur.

Dotes Theodoſii. Vide hiſt. Eccle. Trip. li. 9. ca 30.

Septem hominum millia occiſa Theſſalonicæ.

Digitized by Google

furibundo dictante animo. Hujuſmodi cladem gemitibus plenam audiens Ambroſius, cum princeps Mediolanũ veniſſet, & eccleſiam ſolenniter intrare voluiſſet, foris ad januas ei occurrit, hisq; illum ſermonibus à ſacri liminis ingreſſu prohibuit: Neſcis imperator perpetratæ à te necis quanta ſit magnitudo? neque poſt auſum tanti furoris, mens tua molem tantæ præſumptionis agnoſcit. Sed forte recognitionem peccati prohibet poteſtas imperii: decet tamẽ ut ratio vincat poteſtatem. Scienda eſt quippe natura, ejusque mortalitas, atq; reſolutio & pulvis progenitorum, ex quo facti ad quem redigendi ſumus, & non flore purpureo fidentem, infirmitatem operti corporis ignorare. Coæqualium hominum princeps es ô Imperator, & cõſervorum. Vnus eſt enim dominus omnium, rex & creator cunctorum. Quibus igitur oculis aſpicies communis Domini templum? quibus calcabis pedibus ſanctum illius pavimentum? Quomodo extendes manus, de quibus adhuc ſtillat ſanguis innoxius? Quomodo hujuſmodi manibus ſuſcipies ſanctum Domini corpus? Qua præſumptione poculum precioſi ſanguinis percipies ore tuo, dum furore ſermonũ tuorum tantus injuſte ſanguinis effuſus? Recede igitur, recede: nec ſecundo peccato priorem nequitiam contendas augere. Suſcipe vinculum quo te omnium Dominus ligavit, eſt enim medicina maxima ſanitatis. His ſermonibus imperator obediens, erat enim divinis eruditionibus nutritus, & aperte ſciens quæ eſſent propria ſacerdotum, quæ regum, gemens & deflens ad regalia remeavit. Cumq; octo menſium continua tranſiſſent tempora, propinquavit nativitatis Salvatoris noſtri feſtivitas. Imperator autem lamentationibus aſſiduis in palatio reſidens, cõtinuas lachrymas inceſſabiliter expendebat. Ingreſſus autem tunc magiſter militiæ Rufinus, & ſingularem apud principem fiduciam habẽs, & videns eum in lamentatione proſtratum, acceſſit, & lachrymarum cauſas inquirit. At ille amariſſime ingemiſcens, & vehementius lachrymas fundens: Tu, inquit, Rufine ludis, & mea mala non ſentis: ego autem lamentor & gemo calamitatem meam, quia ſervis quidẽ & mendicantibus aperta ſunt templa Dei, & proprium, dominum ingredientes licenter exorant: mihi verò ingreſſus ad eum non eſt, inſuper etiam cœli clauſi ſunt. Hæc dicens, verba ſingula ſingultibus interrumpebat. Rufinus: Curram, inquit, ſi tibi placet pontificiq; precibus perſuadebo, ut ſolvatur vinculũ quod illigavit. Ait Imperator: Non ſuadebis Ambroſio, novi ego decretũ illius eſſe juſtum: neq; reverebitur imperialem potentiam, ut legem poſſit prævaricare divinam. Cumq; Rufinus verbis plurimis uteretur, & promitteret Ambroſium eſſe flectendum, Imperator eum pergere cum feſtinatione præcepit: ipſe vero ſpe data poſt paululum eſt ſecutus, credens Rufini promiſſionibus. Porro vir mirandus Ambroſius, mox ut Rufinum vidit, ait: Impudentiam canum imitatus es, ô Rufine, tantæ videlicet necis autor exiſtens, & pudorẽ ex fronte detergens, nec erubeſcis, nec metuis, cõtra imaginem latrare divinam. Cumq; Rufinus ſupplicaret, & imperatorem venturum eſſe diceret, ſuperno zelo accenſus Ambroſius, ait: Ego tibi Rufine prædico, quoniam ingredi ſacra limina eum prohibebo: ſi vero imperium in tyrannidem mutaverit, necem libenter & ego ſuſcipiam.

Nota, olim Euchariſtia dabatur laicis in mánum.

Poculum precioſi ſanguinis laicis datum.

Excõmunicatur Theodo.

Pœnitentia 8. menſium.

μάγιστρος ὁ ἰμπιστευόμενος τῶν βασιλέως ἐσόδων.

Ambroſius ad Rufinum.

Hæc & alia plurima Rufinus audiens, nũciavit imperatori votum Antiſtitis, monens ne de palatio forte procederet. At imperator hæc in media jam platea cognoſcẽs: Pergam, inquit, & juſtas ſuſcipiam contumelias. Cumq; ad ſacra limina perveniſſet, in ſanctam quidem baſilicam non intravit, ſed inveniens antiſtitem in Salutatorio reſidentem, ſupplicabat, ut ejus vincula reſolveret. At ille tyrannicam dicebat ejus eſſe præſentiam, eumq; contra deum inſanire, & leges ejus calcare. Verum imperator: Non, inquit, inſurgo adverſus Eccleſiaſticas ſanctiones, nec inique ingredi limina ſacra contendo, ſed te ſolvere vincula mea depoſco, & cõmunis domini pro me exorare clemẽtiam: nec mihi januam claudi, quã cunctis pœnitentiam agentibus Dominus noſter aperuit. Tunc Antiſtes: Quam, inquit, pœnitentiam oſtendiſti poſt tantas iniquitates? quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagaſq; curaſti? Tuum eſt, inquit Imperator, edocere: & medicamẽta temperare: meũ oblata vero ſuſcipere. Tunc ſanctus Ambroſius ait: Quomodo furori judiciũ tuũ cõmiſiſti, & nõ ratio protulit ſententiã, ſed iracundia. Scribe legem quę decreta furoris evacuet. & 30. diebus ſententia necis atq; proſcriptionis tantummodo maneat in literis, & judicium expectet rationis: quibus diebus tranſactis, ira jã ceſſante, ratio cauſam judicans apud ſemetipſam, quæ cognoverit ſub veritate diſponat. In his enim dieb⁹ cognoſcetur, an juſta ſit ſentẽtia quam protuleris, an injuſta: & ſiquidẽ ratio probaverit injuſta quæ ſunt prolata, diſrumpet: ſi vero juſta, firmabit, dierũ vera numerus ad hæc examinanda ſufficiet. Hanc admonitionẽ Imperator animo libẽti ſuſcipiens, & optimam eſſe confidens, legem cõſcribi rei ſcribi præcepit, & propriæ manus literis confirmavit. Quo facto, vinculum ejus Ambroſius abſolvit. Quæ lex hactenus obſervatur Conſtantinopoli. Eſt autem hujuſmodi.

Lex de ſententia necis & proſcriptionis 30 diebus perpendenda.

IMP. GRATIANUS VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AUG.

Eliſeo Præfecto prætori Illyrici.

Si vindicari in aliquos ſeverius contra noſtram conſuetudinem pro cauſæ intuitu juſſerimus, nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnam, aut excipere ſententiam: ſed per dies 30. ſuper ſtatuta eorum ſors & fortuna ſuſpenſa ſit. Reos ſanè accipiant vincula atque cuſtodia, & excubiis ſollertibus vigilanter obſerventur.

Si igi-

Sic igitur ſacratiſſimus Imperator ingredi limina ſacra præſumens, nō ſtans domino ſupplicavit, non genua flexit, ſed pronus in pavimento jacens, Davidicam proclamavit vocem: Adhæſit pavimento anima mea, vivifica me ſecundum verbum tuum, manibus autē capillos evellēs frontemq; percutiens, & pavimentum lachrymarū guttis aſpergens, veniam poſcebat. Cumq; tempus accederet, quo mun⁹ ad altare ſolebat offerre, ſurgēs cū lachrymis, ingreſſus eſt. Cum vero obtuliſſet ſicut ſolitus erat, intra cancellos ſteterit. Rurſus autem Ambroſius nō acquievit, ſed differentiā locorum edocuit, & primo quidem requiſivit quid tibi expectaret. Imperatore dicente, ſuſtinere ſe ſacrorum perceptionē myſteriorum, remandavit ei per ſuum Archidiaconū: O Imperator, interiora loca tantum ſacerdotibus ſunt collata, quæ cæteri ingredi, nec contingere permittuntur. Egredere igitur, & hanc expectationem cum cæteris habe: communem. Purpura nanq; Imperatores, non ſacerdotes facit. Tunc fidelisſimus Imperator etiam hanc traditionem animo gradanti ſuſcipiens, remandavit: Non audaciæ cauſa intra cancellos manſi, ſed in Conſtantinopolitana urbe hanc conſuetudinem eſſe cognovi: unde gratias ago pro hujuſmodi medicina. Tali ergo tantaq; & præſul & Imperator virtute clarebant. Ego autem utriuſq; opus admiror: illius fiduciam, hujus obedientiam: illius cœli fervorem, hujus fidei puritatem. Porro regulas pietatis, quas à magno ſacerdote recepit, reverſus etiam in Cōſtantinopolitana urbe ſervavit. Nam dum feſtivitatis tempore ad eccleſiam proceſſiſſet, oblatis in altari muneribus, mox egreſſus eſt. Cumq; Nectarius tunc præſul eccleſiæ illi mandaſſet, cur intus ſtare noluiſſet, remandavit ei princeps: Vix potui diſcere, quæ differentia ſit Imperatoris & ſacerdotis: vix enim inveni veritatis magiſtrum, Ambroſium nanq; ſolū novi digne vocari pontificem. Habebat igitur Imperator & aliam utilitatis occaſionem, per quam bonis operib⁹ triumpharet. Conjunx enim ejus de divinis legibus eū ſæpius admonebat, ſeipſam tamen perfecte prius erudiens. Non enim regni faſtigiis elevata eſt, ſed potius amore divino ſuccēſa. Beneficii nanq; magnitudo majus eis deſideriū benefactoris excitabat. Repente nanq; ut venit ad purpuram, claudorum atq; debiliū maximā habuit curam, non ſervis, non aliis miniſtris utens: ſed per ſemetipſam agens, & ad eorum habitacula veniens, unicuiq; quod opus haberet, præbebat. Sic etiam per eccleſiarum xenodochia diſcurrens, ſuis manibus miniſtrabat infirmis: ollas eorum tergens, jus guſtans, cochlearia offerens, panem frangens, cibosq; miniſtrās, calices abluens, & alia cuncta faciens, quæ ſervis & miniſtris mos eſt celebrare. His autē qui eam de rebus talibus nitebantur prohibere, dicebat: Aurum diſtribuere opus imperii eſt: ego autē pro ipſo imperio hoc opus offero bono mihi omnia conferenti. Viro autem ſuo ſæpe dicebat: Oportet te marite ſemper cogitare, quid pridem fueris, quid modo ſis. Hæc ſi ſemper cogitaveris, ingratus benefactori nō eris, ſed imperium quod ſuſcepiſti, legaliter gubernabis, & harum rerū autorē placabis. His ſermonibus ſemper uſa, velut optimam quandam utilitatem, virtutisq; abundantiam conjugi efferebat. Defuncto autem Theodoſio 16. kalen. Feb. corpus ejus Conſtantinopolim delatum eſt 6. Idus Novemb. & ab Archadio filio ſuo ſepulturæ traditum. Dimiſit autem regnum duobus filiis ſuis, Archadio in oriente, Honorio in occidente, curam vero adminiſtrationis viris potentiſſimis mandavit habere: Rufino aulæ orientalis, Stiliconi occidentali. Poſt paucos autem dies quando translatū eſt corpus Theodoſii, id eſt, 15. kalend. Decemb. etiam exercitus qui cum eo fuerat, contra Eugenium reverſus eſt, & dum Imperator Archadius ad portas occurriſſet exercitui, milites Rufinū & præfectum peremerunt. Erat enim ſuſpectus, quaſi tyrannidem meditaretur aſſumere, & Hunos vel Gothos in Romanorū provincias contra imperatorem evocare.

Pſalm. 118.

Theodoſius offert.

ἀλυσγὶς γὰρ ἔστι λοιὸν ἐν ἱερεῦσι μονὴ.

Differentia imperatoris & ſacerdotis.

Hæc ſunt in hiſtoria Tripar. lib. 9. cap. 30.

Eccleſiarum xenodochia.

Rufinus interficitur.

Ejuſdem vero Theodoſii temporibus apud Paleſtinam provinciam in caſtello Emaus natus eſt puer integer & perfectus, ſed umbilico ſurſum diviſus, ita ut haberet duo pectora, & duo capita, & quoſcunq; ſenſus: & cū unus edebat & bibebat, alter non edebat: unus dormiebat, alter vigilabat: nonnunquā inſimul dormiebant, inſimul ludebant ad alterutrum, & flebant & utriq; percutiebāt ſe mutuō. Vixerunt autē annis ferè duobus & unus quidē mortuus eſt, alter autē ſupervixit diebus 4.

ANNI THEODOSII.

ANno domini 389 qui eſt ſecundus Theodoſii, poſt mortē Gratiani, idem Theodoſius vir virtutibus plenus Valentinianum Italia expulſum à Maximo in regnū reſtituit. Reliquiæ ſanctorum Gervaſii & Protaſii ab Ambroſio repertæ ſunt. Anno domini 390. Anno dom. 391. Auguſtinus ad fidem converſus, ab Ambroſio baptizatur. Anno domini 392. Anno domini 393. Johannes hæremita claruit. Anno domini 394. Syricius papa 40. ſedit annis 8. deceſſitque 6. kalend. Decemb. Anno domini 395. Hieronymus librum quem de Illuſtribus viris ſcripſit, hucuſq; perduxit. Anno domini 396. Didimus Alexandriæ obiit. Corpora Abacuc & Micheæprophetarum revelantur. Anno domini 397. Valentinianus dolo Arbogaſtis occiditur, eiusq; locum Eugenius invadit. Anno domini 398. Theodoſius Eugenium tyrannū ſuperavit. Arbogaſtes ſua manu ſe interfecit. Theodoſius vero Mediolano in pace quievit. Auguſtinus doctor facundiſſimus Hypponi ordinatur Epiſcopus.

Auguſtinus baptizatur.

Euſebius in lib. 9. Ruffinus in duobus ſequentibus decimo & undecimo.

Hucuſque Eccleſiaſticam hiſtoriam Euſebius, item Ruffinus, perduxit.

Arrianus erat, infra limites habitationis suæ in Africa persecutionem contra Christianos fecit, catholicam fidem cupiens subvertere, multosque episcopos catholicos in tantum persecutus est, ut privatos Ecclesiarum suarum jure de civitatibus expelleret. Deinde Carthaginē simulata pace invadens, omnes divitias & ornamenta Ecclesiastica abstulit. Valentinianus autē Augustus, Constantii & Gallæ filius, ad Theodosium consobrinum suum, Constantinopolim profectus, filiam ejus Eudoxiam, quam sibi Eudoxia genuit, in matrimonium accepit, Romamq; rediit. Tricesimo autē anno imperii Theodosii, terræmotus magni facti sunt Constantinopoli, per 4. mēses, ita ut timentes Bizantii, extra civitatem in loco qui dicitur campus, una cum Episcopo Proculo perseverarent, in letaniis ad Deum vociferantes. Quadam ergo die terra fluctuante, & omni populo attētius kyrieeleison clamante, circa horam tertiam omnibus videntibus, quidam adolescentulus in aërem sublevatur, audivitq; vocem dicentem sibi, ut nunciaret Episcopo, ac populo letanias facere, & sic dicere. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis, nihil aliud apponentes, Quod cū fieret, terræmotus cessavit. Porrò beata Pulcheria soror Theodosii, una cū fratre super hoc miraculo valde mirata, sanxit per universam orbem hunc hymnum taliter decantari. Sub his ferè diebus, Roma tanto terræmotu concussa est, ut plurima ædificia corruerent. Per hæc tempora rex Hunorū Attila dum Thracia, & Illyricum devastaret, coactus Theodosius, legatione ad eum missa, 6. millia librarum ei pro recessu præbuit & unum mille librarum, tributum annuum promisit. Post hæc Theodosius morbo consumptus, apud Constantinopolim obiit, anno imperii 41. Fuit autē sapiens multum, patientia & clementia universis præcellens. Sic enim fuit Clemens, ut si quādo aliquid dignum morte quispiam cōmitteret, nō usq; ad portas civitatis moriturus pervenibat, sed ejus clementia mox subsequens, eum revocabat. Quem cum quidā familiarium interrogaret, cur nullum se lædentē morti subjugaret? utinā, inquit, mihi esset possibile, etiam mortuos ad vitā revocare. Nec tamen vir iste vitiis caruit, erat enim mobilis, omni vento circundatus, unde & in chartis non perfectis se subscribebat. Hoc autē mortuo, beata Pulcheria, soror ejus, nondū morte ejus divulgata, Martianū in religione & prudētia cōversantem, senem & idoneum virū ad se accersivit, eiq; dixit. Quoniam Imperator mortuus est, & ego te eligo tanqua beneplacentē ex omni senatu, da mihi verbum quòd virginitatem meam custodias, quam Deo devovi, & pronunciabo te Imperatorem. Quod illo cum sacramento pollicente, accersito patriarcha Anatholio cum senatu, pronunciavit eum Romanorum Imperatorem. Hujus tempore S. Servatius floruit.

Terramotus.

Letania.

S. Pulcheria.

Terramotus Romæ.

Theodosius tributum solvit Attilæ.

Dotes Theodosii. Hic legis in lib. 14. rerum Romanarum, quod sacros Codices, & eorū interpretes plus quam Ptolemæus Philadelphus studuerit aggregare Martianum sit Imperator.

ANNI THEODOSII

ANno Domini 428. Anno domini 429. Anno domini 430 Anno domini 431. Ætius multis Francis occisis, partem Galliæ quā possederant, recepit. Clodius Pharamundi filius regnavit in Francia annis 20 Iste cum juxta mare in æstu diei cum uxore sedisset, bestia marina, tauro similis, ut fertur, uxorem ad lavandū pergentem, appetiit, statimq; sive à bestia, sive à viro cōcipiens filium peperit, qui à mari & à miraculosa facie Meroveus, id est Meresech dictus est. à quo etiam postea reges Francorum Merosingi, id est Mereiangilingi sunt appellati. Hujus filius Hildericus genuit Ludeuuicum, qui etiam Clodoveus dictus est. Anno domini 432. Cassianus collationes patrum scripsit. Anno domni 433. Anno Domini 434 Sixtus Papa 46. sedit 8 obiitq; 5. kalen Aprilis. Anno domini 435. Anno domini 436. S. Germanus Antisiodori Episcopus claruit. Anno domini 438. Synodus tertia universalis 200. Episcoporum, sub Sixto papa congregatur in Epheso contra Nestorium. Anno domini 438. Anno domini 439. Ætius Gundicharium Burgundiorum regem vicit, petentique gratiam tribuit, quem Huni postea peremerunt. Ann. dom, 440. Valentinianus filiam Theodosii accepit. Anno dom. 441. Julianus Pelagianista hæreticus à Sixto Papa damnatur. Terræmotus magni facti sunt Constantinopoli. Ann dom 442 Leo Papa 47. ordinatur, sedensq; annis 16. migravit 4. kal. Julii. Anno dom. 443. Ann. dom. 444. Theodosius bellū contra Vuandalos inutiliter movit. Anno domini 445. Alani terrā Galliæ ulterioris vi possident. Anno domini 446. S. Briccius Turonorum Episcopus migravit. Anno domini 447. Eustochius Briccio succesit. Anno domini 448. Anno domini 449. Bleda Hunorum rex, Attilæ fratris, fraude percutitur. Anno domini 450. Anno domini 451. Meroveus Clodii filius regnavit in Francia annis 10. Anno domini 452. Theodosius Junior Orientis Imperator, obiit anno imperii sui 41. quorum 15. regnavit cum patruo Honorio, 26. cum Valentiniano consobrino suo.

Merovevm B. Rhenan lib. 1. Germanicæ vocabulo nominatum fuisse scribit. Est autē Mer idem quod Mater.

Synodus Ephesina in qua papa Romanus regnū suum auspicatus est primum.

Theodosius moritur.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 453. ab urbe condita, millesimo 204. Martianus 48 loco ab Augusto, Orientali aulæ præficitur Imperator, & regnavit cum Valentiniano annis 7. Cæterum Valentiniani tempora, hujus vel superioris imperatoris, ascribentur cutriculo. Igitur Valentinianus Occidētalis rector imperii, pacē firmavit cum Genserico, divisa inter utrosq; Africa. Genericus vero dum de rerū successu, etiā apud suos superbiret, valida suorū cōspiratio facta est adversus eum. Qua detecta, multos ex eis per diversa occidit supplicia. Martianus aūt admodum religiosus, & egentibus multa beneficia præstans, regnum quod delicati decessores & prædecessores

Martianus cū Valentiniano regnat Cutriculo, id est statim. adverbium tēporis, Verg. Cutriculo expulsurat somnum.

Digitized by Google

ceſſores ejus per annos ferè 60. viciſſim imperantes, minuerant, divina proviſione ſic reparavit, ut exultatio ingens cunctis accreſceret. Nam cum Parthis & Vandalis omnino regnum infeſtantibus, pacem inſtituit, Attilæ minas compeſcuit, Nomades, Blemyesque, ex Æthiopia prolapſos, per Florum Alexandrinæ urbis procuratorem à finibus Romanorum expulit. Inter hæc beata Pulcheria dormivit in Chriſto, quæ multa bona fecit, & omnia ſua pauperibus dereliquit, quæ Imperator Martianus cum multa eſſent, alacriter diſpertivit. Per hæc tempora Hunnorum rex Attila Gallias devaſtans, & Italiam irrumpere cogitans, ab Ætio & Gothorum rege Theoderico, ut in hiſtoria Gothorum ſcriptum eſt, devincitur. Sed quia ſemper virtus invidiam parit, Valentinianus Imperator timens proſperos Ætii ſucceſſus, occidit eum, ſimulque Boetium ſenatorem nobiliſſimum. Cum quibus pariter Occidentis Imperium, ſalusque publicæ rei corruit, nec ultra relevari potuit. Sed Valentiniano mors Ætii non impune ceſſit: nam ſequenti anno à Strantila Ætii milite, per conſilium Maximi patricii, & ipſe confeſſus interiit, anno imperii ſui 30. ex quibus cum Theodoſio ſocero ſuo regnavit 25. cum Martiano quinto. Quo mortuo, Maximus invaſit imperium & Eudoxiæ, Valentiniani uxoti, vi ſociatur. Quæ nullum fore auxilium à Conſtantinopoli exiſtimans, Theodoſio patre, & Pulcheria amita defunctis, miſſa legatione Genſericum ex Africa invitavit, qui ſubito per mare cum magna multitudine Italiam intravit, cum adhuc beatus Leo Romanũ regeret pontificatum. Percultis itaq; Romanis pro adventu Genſerici, plurimi ex urbe fugerũt, inter quos & magni & Maximus fugiens, membratim à Romanis diſcerptus eſt, menſe tertio tyrannidis ſuæ, Genſericus autem inveniens urbem vacuam, invaſit eam. Cui beatus Leo papa extra portam occurrit, & divino nutu precibus eum in tãtum delenivit, ut cũ omnia poteſtati ejus eſſent tradita, ab incendio atq; occiſione & ſuppliciis abſtineret. Per 14. vero dies Romam omnibus divitiis ſuis evacuabant, multosq; captivos exinde auferentes, Eudoxiam quoq; quæ Genſericum ad hoc malum invitaverat, cum duabus filiabus ſuis Africam deportabatur. Hoc modo capta eſt Roma ſecundo poſtquam eam Alaricus invaſit, expletis ab eo tempore annis 44. à conditione ſua milleſimo 207. Relicta itaq; urbe, Vandali per Campaniam diffuſi ſunt, omniaq; ferro & igne conſumunt, Capuam civitatem nobiliſſimã deſtruxerunt: Nolam quoq; urbem ditiſſimam & alias multas ſubverterunt, Neapolim vero, quia erat firmiſſima, capere non valebant, omnia tamen à foris diſſipabant. Inter has anguſtias vir ſanctiſſimus Paulinus, Nolanæ urbis Epiſcopus, expenſis pro redemptione captivorum omnibus quæ habuit, ſeipſum pro redimẽdo filio viduæ tradidit, ſicut beatus Gregorius in libro dialogorum plenius ſcribit. At Genſericus poſtquam ditatus Italiæ opibus, ad Africam redit, filiam Valentiniani principis, Traſamundo filio ſuo uxorem dedit, ex qua Hildericus natus eſt. qui quartus poſt Genſericũ ſuper Vuandalos regnavit. Tres quippe filios Genſericus habuit, quibus ante obitum ſuum ita regnum ordinavit, ut alius poſt alium juxta ætatis ordinem regnaret. Regnavit igitur primus poſt eum Hunericus, ſecundus Gunthemandus, tertius Traſamundus, poſt quem filius ejus Hildericus 4. regnavit, qui matris monita ſequens, catholicus fuit. Martianus verò Imperator, cũ apud Conſtantinopolim 7. annis regnaret, facta ſuorũ conſpiratione peremptus eſt. Hujus tẽpore Johannes baptiſta caput ſuũ juxta Herodis quondã regis habitaculum reconditũ, revelavit duobus monachis Orientalibus, qui Hieroſolymã cauſa orationis venerũt, quod deinceps Eduſſam Fœnicis urbẽ perlatũ, digno cultu eſt honoratum.

B. Pulcheria moritur.

Valentinianus Aetium occat & Boetium.

Maximus fugiẽs membratim diſcerptus.

Leo Pontifex, Genſericum arcet ab incendio urbis.

Vandali omnia vaſtant.

Paulinus epiſcopus pro redimendo filio viduæ ſe tradit. O imitabile exemplum.

Martianus interfi mitur.

Caput Iohannis Baptiſtæ.

ANNI MARTIANI.

PRimo anni Martiani, qui eſt à dominica incarnatione 452. Ætius Attilam ſuperavit. Anno domini 453. Anno dom. 454. Anno dom. 455. Synodus quarta quingentorum 30. Epiſcorum in Calcedone congregatur ſub Leone papa contra Eutycen. Anno domini 456. Valentinianus Ætium patritium occidit. Anno dom. 457. Valentinianus ab amicis Ætii occiditur. Anno dom. 458. Hylarius papa 48. ordinatur, ſedit annis 7. deceſſitq; 4. Idus Sept. Per hunc ſcripſit Victorinus Paſchalẽ cyclũ 532. annorũ. Ann. dom. 459. Martianus Orientis Imperator occiditur.

Sub hoc Venetiarum origo populis examinatis ex tribuliſſimo hoſte Attila & fugientibus in extremã pene Hadriatici ſinus oram. Vide Euſebii Chronicon.

Synodus Calcedonenſis

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 460 urbis conditæ milleſimo 211. Leo Beſſica ortus progenie, ex tribuno militum Imperator electus, & ab Anatholio Palio patriarcha coronatus, 49. loco ab Auguſto regnum Orientale accepit, & 16. annis tenuit. Qui deinde ſequenti tempore filium ſuum Leonem ſocium ſibi fecit in regno Occidẽtale vero imperium Majorianus quidam accepit apud Ravennam, ſed quarto anno haud procul à Dertona civitate occiſus eſt. Statimque Severus ſine juſſu Leonis apud Ravennam Imperator efficitur, & Auguſtus appellatur, ſed poſt quatuor annos Romæ defunctus eſt Poſt cujus mortem conſenſu totius militiæ Leo Imperator Anthemium divini Martiani generum ex patritio Cæſarem faciens, Romam miſit in imperiũ. Sequenti anno Servandus, qui præfectus erat in Gallia, volẽs invadere imperium, ab Anthemio in exilium miſſus eſt. Rurſus poſt annum Romanus patritius tentans fraudulenter accipere imperium, juſſu Anthemii occiſus eſt. His temporibus Leo Imperator Zenonem generũ ſuum totius Orientis magiſtrũ fecit, & Baſiliſcũ fratrẽ Verenæ uxoris ſuę magiſtrũ Africæ cõſtituit. Leo itaq; Imperator

Leo Imperator Beſſicanus.

pacem

Cumque hi in itinere demorarentur, Theodericus rabie iniquitatis ſuæ ſtimulatus, Symmachum patritium & Boetium ſenatorem & conſulem gladio trucidavit. His quoque diebus extincto à Francis, Alarico Vuiſigotharum rege, Theodericus per Hibbam comitem ſuum plus quam 30. millibus Francorum cædens, poſt mortem Alarici generi ſui, Thiodem armigerum ejus tutorem Amalrici nepotis ſui conſtituit. Iohannes verò Papa rediens à Conſtantinopoli cum ſociis itineris ſui venit ad Theodericum Ravennam. Ille verò per malitiam impietatis & crudelitatis ſuæ, pro eo, quod à Juſtino catholicæ fidei defenſore honorifice ſuſcepti eſſent, carceri eos mancipavit, & famis afflictione interfecit. Sed hanc immaniſſimam ejus crudelitatem divina mox animadverſio ſecuta eſt, nam 99. poſt hoc facinus die, ſubita morte defunctus eſt. Cujus animam, ut ſanctus Gregorius in dialogo ſcribit, ſolitarius quidam vir magnæ virtutis apud Lipparam inſulam vidit inter Johannem papam & Symmachum patritium diſcinctum & diſcaltiatum deduci, & in ollam Vulcani demergi. Antea tamen, cum adhuc valeret, ſed jam ſenior convocans Gothos & gentis ſuæ primates, Athalaricum Amalſuindæ filium, vix decem annorum regem conſtituit, exhortans ſuos, ut regem colerent, ſenatum populumq; Romanum amarent, principem Orientis placatum ſemper & propitium habere curarent. Quo defuncto, Gothi, ut præcepit Theodericus Athalaricum cum matre ſua præficiunt regno, hoc quod præceptum erat cuſtodientes, quam diu Athalaricus & mater ejus vivebant, qui pene per 8 annos regnabant. Iuſtino autem Auguſto poſt 8. imperii ſui annos defuncto, Juſtinianus ſororis ejus filius ſucceſſit imperio. Cui Athalaricus tam ſuam adoleſcentiam, quàm matris viduitatem commendavit, ſed brevi poſt tempore humanis rebus exceſſit. Tum mater ne ſexus fragilitatem Gothi dum ſpernerent, ſecum deliberans, ipſa Theodatum conſobrinum ſuum germanitatis gratia accerſitum à Tuſcia, ubi privatus in propriis laribus vivebat, in regno locavit. Qui poſt aliquantum tempus immemor conſanguinitatis & beneficii, à palatio eam abſtractam, in inſulam laci Vulſini relegavit, ubi pauciſſimos dies in triſtitia degens, ab ejus ſatellitibus in balneo ſtrangulata eſt. Quod audiens Imperator, magna ira contra Theodatum accenſus eſt. Sentiens autē hoc Theodatus, beatum Agapitum papam direxit ad Conſtantinopolim, ut per eum gratiam Imperatoris acquireret. Veniens autem Pontifex ad Imperatorem, cœpit habere colloquium cum eo de fide, & invenit eum doctrinam Euticetis habere. Quem cum Pontifex pro errore increparet, ille minis eum aggreſſus eſt; ſed in fide catholica Papa immobilis ſtabat, & ad Imperatorem dicebat. Ego deſideravi venire ad Juſtinianum Imperatorem Chriſtianiſſimum, ſed ut video, inveni Diocletianum. Videns autem Imperator conſtantiam ejus, ex voluntate Dei acquievit monitis illius: ſed non multo poſt idem Pontifex ibi defunctus eſt. Juſtinianus verò Beliſarium patritium jam de Vvandalis in Africa triumphantem, contra Theodatum miſit, ut & Italiam à ſervitio Gothorum liberaret. Veniente autem Beliſario in Siciliam, omnes qui ibi erant Gothi cum duce ſuo Sinderit, ultro ſe Beliſario tradiderunt. Theodatos vero generum ſuum Evermundum cum exercitu miſit ad cuſtodiendum fretum, ubi eſt exitus de Sicilia. Sed ille audiens eventum rerum in Sicilia, ultro ſe ad pedes advenientis Beliſarij miſit, Romanis optans ſervire principibus. Quod Gothorum ſentiens exercitus, ſuſpectum Theodatum à regno pellendum clamitat, & Vuitigem, qui ejus armiger erat, ad rebellandum in regnum elevat. Qui levatus, in regnum Romam ingreditur, præmiſſiſq; Ravennam fideliſſimis ſibi viris, Theodatum occidi præcepit, ipſeq; poſt paucos dies Ravennam veniens, Matheſuindam Amalſuindæ filiam ſibi in matrimonio copulavit. Beliſarius vero conceptas contra Theodatum belli vires, in Vuitigem convertit, egreſſusq; de Sicilia, venit Romam. Gothi autem, qui ibi habitabant, nocte egredientes Romam, portasq; relinquentes apertas, fugerunt Ravennā. Vuitigis autem, ut talia cognovit, cum magno exercitu Romam venit, ſed Beliſarius cernens non aptum ſibi tempus ad pugnandum, quia fames magna eo anno oppreſſerat mundum, incluſit ſe infra Romam, poſitis cuſtodibus, qui ex omni parte cuſtodirent eam. Gothi vero omnia foris devaſtantes, cum per annum integrum obſiderent Romam, immiſſo ſuper ſe terrore fugerunt Ravennā. Iterum Vuitigis collecto exercitu, venit contra Beliſarium in pugnam, commiſſaq; pugna, multi ex parte Vuitigis mortui ſunt, ipſumq; fugientem, Johannes militiæ magiſter inſecutus, vivum apprehendit, Romamq; ad Beliſarium duxit, quem ille ſecum Conſtantinopolim vexit. Quem videns Juſtinianus, gaviſus eſt, & non poſt multum tempus fecit eum patritium, illeq; ibi plus quam biennium moratus, defunctus eſt. Cujus vxorem Matheſuindam imperator dedit fratri ſuo Germano patritio, de quibus natus filius, nomine Germanus, in quo conjuncta ſtirpe Aniciorum & Amolorū ſpes utriuſq; generis & gentis poſita eſt. Poſtquam autem Vuitigis captus eſt, Gothi Thranſpadani Heldebadum ſibi regem conſtituunt, qui eodem anno interemptus eſt. Cui ſuccedit Erarius, & ipſe necdum expleto anno jugulatur. Dehinc Baduillam, qui & Totila dicebatur, ſibi præficiunt, moxq; collecto undiq; exercitu, totam Italiam invaſerunt. Exinde cum percurrerent Campaniam, idem Totila veniens ad cœnobium beati patris Benedicti, qui tunc in monte Caſſino magnis virtutibus claruit, ab eo talia audivit. Multa mala facis, multa feciſti, jam ab iniquitate compeſcere, equidem mare es tranſiturus, Romam ingreſſurus, 9. annos regnabis, 10. morieris. Inde digrediens per Lucaniam

Symmachus Boetius necatur.

Theoderici ſeveritas & crudelitas.

Gregorii dialogi.

Euticetis dogma. Libera vox Agapiti papæ.

Gothi integro anno Romam obſident.

Baduilla Totila dictus.

Benedictus claret in monte Caſſino.

niam, invadit Siciliam, indeque revertens, Romam petiit, eamque obsidione concludit. Romanis itaque fame laborantibus, nec mœnia diutius tueri valentibus, à porta Ostiensi Totila ingressus est. Volens autem parcere Romanis, per totam noctem clangere buccina jussit, quo se à Gothorũ gladiis aut in Ecclesiis tuerentur, aut quibuscunque modis occulerent. Habitavit verò cum Romanis aliquantum temporis, quasi pater cum filiis, sed hanc animi benignitatem ei, qui antea nimiæ crudelitatis erat, beati Benedicti admonitio, ut coniici datur, conferebat. Elapsi sane ex urbe quidam è numero senatorum, Constantinopolim afflicti properant: quibus calamitatibus Roma subiiceretur, Principi narrant. Qui statim Narsetem eunuchum, cubicularium suum Italiæ fecit exarchum, Romamque cum manu valida dirigit, ut afflictæ Romæ quantocius subveniret. Is ad Italiam veniens, legatos ad Alboin regem Longobardorum misit, qui tũc in Pannonia habitabant, & Romanis amici erãt, mandans eis, quatenus sibi pugnaturo cum Gothis, auxilium ministrarent. Tunc Alboin electam è suis, magnam manum direxit. Qui per maris Adriatici sinum transvecti, Romanisque sociati, magnum cum Gothis certamen inierunt. Quibus ad interitum penè consumptis, regem eorum Totilam, qui jam per decem annos super eos regnaverat, Narses interfecit, & vestimenta ejus cruentata cum corona lapidibus preciosis ornata, regiam urbem misit, quæ jactata sunt ad pedes Imperatoris coram senatu. Deinde urbes eorũ duas munitas, id est Veronam & Brixiam suscipiens, universam Italiam cũ Romana civitate ad reipublicæ jura reduxit, & Longobardos honoratos cum magnis muneribus, ad propria remisit. Qui omni tempore quo Pannoniam possiderunt, Romanis adversus æmulos adjutores fuerunt. Sic igitur famosum regnum, fortissimamque gentem Gothorum diu regnantem, tandem post mille & quadraginta annos victor diversarum gentium Justinianus Imperator, & prius per Belisarium, & post per Narsetem vicit, omnemque Italiam ab eorum servitute liberatam, pristinæ libertati restituit.

Totila.

Verona.

Brixia.

Iustinianus vicit Gothorum regem.

Hæc Jordanis quidam Grammaticus, ex eorundem stirpe Gothorum progenitus, de Getarum origine & Amalorum nobilitate non omnia quæ de eis scribuntur & referuntur, ut ipse dicit complexus, exaravit: sed brevius pro rerum notitia huic opusculo inseruimus. His perlectis, diligenterque perspectis, perpendat qui discernere noverit quomodo illud ratum teneatur, quod non solum vulgari fabulatione & cantilenarum modulatione usitatur, verum etiam in quibusdam chronicis annotatur, scilicet quòd Hermenricus tempore Martiani principis, super omnes Gothos regnaverit, & Theodericum, Dietmari filium, patruelẽ suum, ut dicunt, instimulante Odoacre, item, ut ajunt patruele suo de Verona pulsum, apud Attilam Hunorum regem exulare coegerit, cum historiographus narret, Hermenricum regem Gothorum multis regibus dominantem tempore Valentiniani & Valentis fratrum regnasse, & à duobus fratribus Saro & Ammio, quos coniicimus eos fuisse, qui vulgariter Sarelo, & Hamidiecus dicuntur vulneratum, in primordio egressionis Hunorum per Mæotidem paludem, quibus rex fuit Valamber, tam vulneris quàm Hunorum irruptionis dolore defunctum fuisse. Attilam verò postea ultra 70. annos sub Martiano & Valentiniano cum Romanis & Vuisigothis, Aetioque duce Romanorum pugnasse, & sub eisdem principibus regno vitaque decessisse. Ac dehinc imperante Gothis Vvalamiro, Theodericum fratris sui Dietmari filium, Leoni Augusto jam septennem à patruo fidei causa obsidem datum, & ab eodem Leone postea patri jam imperanti, Gothis fuisse redditum, patriq; defuncto, in regnum successisse, sed mox à Zenone Augusto Constantinopolim accitum, familiariterque tractatum, Italiæ regnum accepisse, quod tũc Odoacer cũ Thurcilingis & Rugis, aliisq; nationibus, invito Zenone possedit, quem Theodericus post multa certamina dedititicium interemit. Hinc rerum diligens inspector perpendat, quomodo Hermenricus Theodericum Dietmari filium, apud Attilam exulare coegerit, cum juxta hunc historiographum, contemporalis ejus non fuerit. Igitur aut hic falsa cõscripsit, aut vulgaris opinio fallitur & fallit, aut alius Hermenricus, & alius Theodericus dandi sunt Attilæ cõtemporanei, in quibus hujusmodi rerum convenientia rata possit haberi. Hic enim Hermenricus longè ante Attilam legitur defunctus. Theodericus vero post mortem Attilæ, sive in ipso mortis ejus confinio scribitur natus, quinta generatione posteritatis Vuitulfi fratris Hermenrici progenitus. Dietmarus autem pater ejus alios fratres habuisse non legitur, quàm Vualamirum & Vuitimarum, quorum prior sub Attila regnans, post mortem ejus se Hunorũ ditioni subduxit, & fine filiis mortuus Dietmaro regnum reliquit, alter vero filium homonymum sibi Vuitimarum habuit, qui post obitum patris, relicta Italia, Gallias secessit. Anno domini 378. Regnante Valente, post mortem fratris sui Valentiniani, cum Gratiano & Valentiniano, filiis ejusdem fratris sui, Basilius Cæsareæ Cappadociæ, vir sapientissimus claruit, sed superbiæ, ut ajunt, vitio laboravit. Anno domini 379. Athanasius Alexandrinus Episcopus 66. sacerdotii sui anno migrans, Petrum successorem reliquit. Anno domini 380. Gothi ab Hunis expulsi, diffunduntur per Thraciam. Anno domini 381. Gothi fame compulsi rebellant Valenti, quos ille bello petens, sed exercitu occiso fugiens, in casa quadam vivus crematur, anno 15. regni sui, quorum 11. cum fratre 4. post illum regnavit.

Iordanis historicus.

Fratres duo, Sarus & Ammius.

De Hermenrico & Theoderico, variant sententiæ.

Anno domini 378.

Basilius.

Athanasius.

ANNI GRATIANI I.

Ambroſius cantum Eccleſiaſticum componit.

ANno Dominicæ incarnationis 302. urbis verò conditæ, milleſimo 113. Gratianus filius Valentiniani, 39. ab Auguſto, poſt mortem patrui ſui Valentis, electus eſt ad imperium, & regnavit cum fratre ſuo Valentiniano annos 6. cum prius regnaret annis 4. cum patruo. Eo tempore apud Mediolanum beatus Ambroſius hymnos canendos in Eccleſia primus compoſuit. Apud Turonos beatus Martinus magnis virtutibus, totoque orbe doctrinis & ſcientia clarus, Gregorius Niſenus, Gregorius Nazanzenus, & apud Bethleem Hieronymus radiabant. Theophilus Alexandrinus Epiſcopus, cyclum de obſervatione Paſchæ, per centum annos digeſſit, quem laterculum vocavit, totoque orbe doctrinis & ſcientia clari, apud Bethleem beatus Hieronymus presbyter, Hypponem Africæ civitatem S. Auguſtinus Epiſcopus radiabant,

Theophilus.

Hieronymus. Auguſtinus.

IGitur Gratianus admodum juvenis, cum inæſtimabilem multitudinem hoſtium, Romanis infuſam finibus cerneret, fretus Chriſti potentia, longe impari militum numero ſeſe in hoſtem dedit, & apud Argentuariam Galliæ oppidum, plus quàm 30. millia Alemannorum interfecit. Deinde audiens Thraciam, Daciamque, Pannoniam tanquam genitales terras à Gothis atq; omni pernicie atrocioribus Hunis & Alanis poſſideri, Pannoniam venit. Theodoſius, Theodoſii filius, tam propter parentum nobilitatem, quàm propriam fortitudinem habebatur nominatiſſimus, ſed invidia diſſimilium fatigatus, in Hiſpania morabatur, ubi & ortus fuerat & nutritus. Cumq; Imperator fratrẽ ſuum adhuc puerum cerneret, & quid faceret hæſitaret: quippe cũ Barbari victoriis elati, inexpugnabiles viderẽtur, eadem proviſione, qua Nerva quondã elegerat Hiſpanum, virum Trajanum, per quem reſpublica reparata eſt, accitum & ipſe nihilominus ab Hiſpania Theodoſium, magiſtrum militiæ fecit, eumque contra Barbaros cum expeditione miſit. Qui vadens fortiter cum illis maximis Scythiæ gentibus pugnavit, & fœliciter triumphavit. Mox dux optimus exercitu diſperſo per urbes, ipſe velociter ad Principem remeavit, ipſeq; triumphorũ ſuorum nuncius extitit. Quod dum Imperator præ admiratione non crederet, invidi dicebant eum fugiſſe, & exercitum perdidiſſe. At ille derogantes ſibi, rogat dirigi, qui viderent multitudinem peremptorum. His verbis Imperator flexus, direxit qui res actas ſibi nunciarent. Porrò dux optimus inter hæc vidit in viſione, quòd S. Miletius, Antiochenæ civitatis Epiſcopus eum indueret imperiali clamyde, & corona caput ejus ornaret. Hæc cum ille retulerit mane cuidam amicorum, ille clarum eſſe dixit ſomnium, & nihil ænigmaticum, nihil habere dubium. Poſt paucos autem dies qui miſſi fuerant, redierunt: peremptaque multa hoſtium millia narraverunt. Quamobrem lætatus princeps Gratianus faventibus cunctis, Theodoſium 33. ætatis annum gerentem, apud Sirmium purpura induit, Orientisque & Thraciæ ſimul imperio præfecit. Igitur Theodoſius Conſtantinopolim triumphans intravit, & ne aſſidue pugnando populum Romanum fatigaret, cum Athalarico Vuiſigothorum rege pacem fecit, eundemque Conſtantinopolim venientem, benigne ſuſcepit, ibique defunctum, honorifice ſepeliri fecit, & hac benignitate omnes Gothos Romano imperio ſubjugavit. Veniens autem Theſſalonicam, ægritudinem incurrit, cupiensque baptizari Anatholium, ejuſdem civitatis Epiſcopum, requiſivit cujus eſſet fidei. Quo reſpondente quòd Arriana peſtis in Illyricum non valuiſſet accedere, ſed fidem Niceni concilii inviolatam ſervarent, libenter ejus verba ſuſcipiens, baptizatus, atque ab ægritudine liberatus eſt. Inter hæc Archadium filium ſuum conſortem ſibi fecit in imperio, in Italia vero puero ſatis exiſtente Valentiniano, rerum curam Probus exconſul & præfectus habebat. Juſtina vero mater Valentiniani, cum eſſet Arriana, vivente quidem viro, lædere Chriſtianos orthodoxos non prævaluit, ſed eo mortuo, cum filius eſſet valde juvenculus, Mediolanum veniens, Ambroſio Epiſcopo erat infeſta, ita ut juberet eum exilio deſtinari. Cumque juberet eum exire de Eccleſia, Ambroſius ait: Ego ſponte hoc non ago, ne lupis ovium ſepta, aut blaſphemantibus Deum contradere videar, hic ſi placet occide, hoc loco mortem prona ſuſcipiam voluntate. Ea tempeſtate Maximus vir quidem ſtrenuus atque imperio dignus, ſi contra ſacramenti fidem per tyrannidem non emerſiſſet, invitus ab exercitu in Britannia imperator factus, in Galliam tranſit, exceptusq; à legionibus Gratiano infenſis, eundem ſubita incurſione perterritum, atque in Italiam tranſire meditantem, dolo circumvenit, & occidit Lugduno, fratremque ejus Valentinianum cum matre Juſtina expulit ab Italia. Qui tamen juſtiſſimam cum matre ſua luit pœnam, quæ & ipſum Arriana hæreſi polluit, & æminentiſſimum catholicæ fidei doctorem Ambroſium epiſcopum perfida obſidione vexavit. Valentinianus autem Conſtantinopolim veniens, à Theodoſio paterna pietate eſt ſuſceptus, & imperio eſt reſtitutus: ſed ab Eugenio quodam prius Grammatico, tunc autem militanti in palatio, & ab Arbogaſto quodam facinoroſo corruptis cubicularijs ab eiſdem dormiens ſtrangulatus eſt, atque ut voluntariam ſibi mortem conſciviſſe putaretur, laqueo ſuſpenſus eſt.

Theodoſius à catholico Anatholio baptizatur.

Juſtina Arriana, Ambroſio infeſta. Vide lib. Euſeb. 11 cap. 15 & 16. Et Ambroſij epiſtolas.

Valentiniani mort.

ANNI GRATIANI

Baſilius moritur.

ANno Dominicæ incarnationis 383. qui eſt Gratiani ſecundus, ſanctus Baſilius Cæſarienſis epiſcopus obiit. Anno dominicæ incarnationis 384. Synodus 150. epiſcoporum Conſtantinopolim adverſus Macedonium congregatur ſub Damaſo papa, qui 18 annis regebat Eccleſiam.

Argẽtuaria Galliæ oppidum.

Argentuaria Colmaria proxima, nunc obſcurus vicus. Horburgũ dictus, olim oppidũ illuſtre, vide Ger. B. Rhe.

Vt Nerva Trajanum, ſic Gratianus Theodoſium elegit.

Miletius.

Theodoſius init pacem cum Athalarico.

cleſiam. Anno domini 385. Priamus quidam & Antenor principabantur Francis hoc tempore. Anno domini 386. Archadium Theodoſius pater conſortem regni facit. Anno dómini 387. Maximus ex Britannia in Gallias veniens, regnumq; ſibi uſurpans, Gratianum apud Lugdunum occidit, fratrem verò ejus Valentinianum Italia expulit.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis, 388. urbis conditæ milleſimo 139. Theodoſius genitus patre Theodoſio, matre Thermantia, 45. ab Auguſto, interfecto per Maximum Gratiano, imperium Romanum ſolus obtinuit, manſitq; in eo annis 11. cum jam in orientis partibus ſex annis Gratiano vivente regnaſſet: Valentinianum tamē fratrem Gratiani quàmdiu vixit, regnare permiſit. Ipſe vero bellum adverſus Maximum, qui tunc Aquilejæ inſidebat ſuſcepit, illumque à militibus propriis, cum vim imperatoris ſuſtinere nō poſſent, captum ac tradtum peremit: Victorem quoque filium ejus, quem pater Gallias adhuc in ætate infantili præfecerat, extinxit. Peracta victoria, Theodoſius cum Valentiniano venit Romam; eratq; cum eis pariter & Honorius valde puer, quem pater poſt actam victoriam à Cōſtantinopoli evocaverat. Theodoſius igitur Romæ poſitus, multum profuit urbi, alia præbēdo, alia auferendo. Poſt hæc relicto Valentiniano Romæ, ipſe cum Honorio Conſtantinopolim remeavit. Valentinianus vero cum tranſiret in Galliam cauſa ordinandæ Reipublicæ, fraude Arbogaſti comitis ſui, & Eugenii grammatici, dormiens, ab Eunuchis cubicularijs pecunia corruptis, ſuffocatus eſt, moxq; Eugenio in principatum electo ab Arbogaſto collecta multitudine Francorum atque Gallorum, præparaverunt ſe in pugnam contra Theodoſium. Quod ille audiens, congregavit multitudinem militarem, filiumque ſuum Honorium conſtituit imperatorem. Miſit autem Eutropium eunuchum ſibi fideliſſimum in Thebaidam ad Johannem monachū præſcientia clarum, de quo legitur in Vita patrum: ut aut eum venire volentem deduceret, aut nolentem de belli eventu requireret. Qui venire nolens, mandavit ei, quod interfecto tyranno, victoria ſit potiturus, ſed ipſe in Italia moriturus. Relictis igitur ambobus filiis in urbe Conſtantinopolitana, Theodoſius contra Eugenium pergit, moxque illi exercitus Vuiſigotharum plus quàm 20. millium occurrit. Eugenius itaque & Arbogaſtus cum tranſitus Alpium tenerent, Theodoſius in ſummis Alpibus conſtitutus, jejuniis & orationibus intentus erat. Circa Gallorum vero cantum ſopore conſtrictus, vidit in ſomnis, quaſi jaceret in campo, & aſtarent ei duo quidam viri in veſtibus albis, equis candidiſſimis reſidentes, jubentes eum habere fiduciam, primoque diluculo præparare milites ad victoriam, ſeq; dicebant ad ſolatium ſibi deſtinatos. Quorum alter dicebat ſe eſſe Johannem Evangeliſtam, alter Philippum Apoſtolum. Quæ viſio etiam alicui militi revelata eſt. Qua viſione comperta, uberiores in oratione lachrymas fudit: & in craſtinum facta congreſſione, turbo ventorum maximus à parte Theodoſii in ora hoſtium ſurrexit, qui tela quæ ipſi mittebant, in ipſos retorquebat: ea vero quæ ab ejus parte miſſa ſunt, ultra menſuram humani jactus per magnum inane portata valēter hoſtibus infigebat. Eugenius itaque corruens ad pedes imperatoris, veniam rogabat, ſed à militibus circa pedes ejus capite truncatus eſt: Arbogaſtus vero propria ſe manu interfecit, conſulatus Archadii anno 3. & Honorii 2. Ad laudem vero Theodoſii ob inſignem victoriam, poeta quidam nomine Claudianus, ſed Paganus, inter cætera hujuſmodi verſib⁹ deo & homini teſtimoniū cecinit:

Theodoſius.

Valentinianus fraude Comitis Arbogaſti ſuffocatur.

Johannes monachus.

Viſio Theodoſii.

Arbogaſtus ſe ipſum necat.

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad claſſica venti,

Claudiani verſus.

Igitur Theodoſius Mediolanum veniens, poſt laborem publicum corpore fatigatus, ægritudinem incurrit, & ſperans ſe moriturum, potius de Republica cogitavit, cōſiderans quæ ſolent hominibus evenire, imperatore moriente. Filium itaq; Honorium de Conſtantinopoli velociter evocavit, & imperatorem Romæ ordinavit. Cumq; Honorius Mediolanum veniſſet, pater ex ægritudine relevatus, circum de victoria celebrabat, & ante prandium quidem ſpectaculum, quaſi ſanus, exhibuit. Poſt prandium vero repente prægravatus, ad ſpectaculum venire nō potuit, filium tamē ludis adeſſe præcepit: ſuperveniente vero nocte defunctus eſt, 16. kal. Febr. anno imperii 17. vitæ autem 40. Fuit autem propagator Reipublicæ & defenſor eximius, clemens & miſericors, communis cūctis, ſolo habitu differēs à cæteris, in omnes honorificus, in bonos vero profuſius. Quantæ autem manſuetudinis apud homines fuit, tantæ humilitatis coram domino extitit. Quod in illo obedientię exemplo ſatis probatur, quam ſancto Ambroſio epiſcopo, imò per illum Deo exhibuiſſe narratur. Quod quia eſt relatu ac memoria dignum, licet non ſuo loco, ſtatui tamen memorandum, & pro utilitate legentium, & opinione virtutum.

Theodoſius moritur.

Dotes Theodoſii. Vide hiſt. Eccle. Trip. li. 9. ca 30.

Theſſalonica eſt civitas grandis & populoſa, in qua dum eſſet Theodoſius, ibi ſeditio eſt orta, & quidam ex judicibus tracti & lapidati ſunt, unuſque ut ajunt, ex militibus quem ille diligebat, occiſus eſt. Hinc indignatus Theodoſius, ſicut ſe habent humanæ paſſiones, non refrenavit iracundiæ infirmitatem, ſed juſto furori immenſam permiſcuit crudelitatem. Ad ludos igitur Circenſes juſſit invitari cives, & repente ſuper omnes iniuſtos gladios præcepit evaginari, & una cū innocētibus nocentes perimi. Septem quidem millia hominum feruntur ibi occiſa, nō præcedente judicio, ſed ſævitia.

Septem hominum millia occiſa Theſſ.

furibundo dictante animo. Hujusmodi cladem gemitibus plenam audiens Ambrosius, cum princeps Mediolanū veniſſet, & eccleſiam ſolenniter intrare voluiſſet, foris ad januas ei occurrit, hisq; illum ſermonibus à ſacri liminis ingreſſu prohibuit: Neſcis imperator perpetratæ à te necis quanta ſit magnitudo? neque poſt auſum tanti furoris, mens tua molem tantæ præſumptionis agnoſcit. Sed forte recognitionem peccati prohibet poteſtas imperii: decet tamē ut ratio vincat poteſtatem. Scienda eſt quippe natura, ejus que mortalitas, atq; reſolutio & pulvis progenitorum, ex quo facti ad quem redigendi ſumus, & non flore purpureo fidentem, infirmitatem operti corporis ignorare. Coæqualium hominum princeps es ô Imperator, & cōſervorum. Vnus eſt enim dominus omnium, rex & creator cunctorum. Quibus igitur oculis aſpicies communis Domini templum? quibus calcabis pedibus ſanctum illius pavimentum? Quomodo extendes manus, de quibus adhuc ſtillat ſanguis innoxius? Quomodo hujuſmodi manibus ſuſcipies ſanctum Domini corpus? Qua præſumptione poculum precioſi ſanguinis percipies ore tuo, dum furore ſermonū tuorum tantus injuſte ſanguinis effuſus? Recede igitur, recede: nec ſecundo peccato priorem nequitiam contendas augere. Suſcipe vinculum quo te omnium Dominus ligavit, eſt enim medicina maxima ſanitatis. His ſermonibus imperator obediens, erat enim divinis eruditionibus nutritus, & aperte ſciens quæ eſſent propria ſacerdotum, quæ regum, gemens & deflens ad regalia remeavit. Cumq; octo menſium continua tranſiſſent tempora, propinquavit nativitatis Salvatoris noſtri feſtivitas. Imperator autem lamentationibus aſſiduis in palatio reſidens, cōtinuas lachrymas inceſſabiliter expendebat. Ingreſſus autem tunc magiſter militiæ Rufinus, & ſingularem apud principem fiduciam habēns, & videns eum in lamentatione proſtratum, acceſſit, & lachrymarum cauſas inquirit. At ille amariſſime ingemiſcens, & vehementius lachrymas fundens: Tu, inquit, Rufine ludis, & mea mala non ſentis: ego autem lamentor & gemo calamitatem meam, quia ſervis quidē & mendicantibus aperta ſunt templa Dei, & proprium, dominum ingredientes licenter exorant: mihi verò ingreſſus ad eum non eſt, inſuper etiam cœli clauſi ſunt. Hæc dicens, verba ſingula ſingultibus interrumpebat. Rufinus: Curram, inquit, ſi tibi placet pontificiq; precibus perſuadebo, ut ſolvatur vinculū quod illigavit. Ait Imperator: Non ſuadebis Ambroſio, novi ego decretū illius eſſe juſtum: neq; reverebitur imperialem potentiam, ut legem poſſit prævaricare divinam. Cumq; Rufinus verbis plurimis uteretur, & promitteret Ambroſium eſſe flectendum, Imperator eum pergere cum feſtinatione præcepit: ipſe vero ſpe data poſt paululum eſt ſecutus, credens Rufini promiſſionibus. Porro vir mirandus Ambroſius, mox ut Rufinum vidit, ait: Impudentiam canum imitatus es, ô Rufine, tantæ videlicet necis autor exiſtens, & pudorē ex fronte detergens, nec erubeſcis, nec metuis, cōtra imaginem latrare divinam. Cumq; Rufinus ſupplicaret, & imperatorem venturum eſſe diceret, ſupremo zelo accenſus Ambroſius, ait: Ego tibi Rufine prædico, quoniam ingredi ſacra limina eum prohibebo: ſi vero imperium in tyrannidem mutaverit, necem libenter & ego ſuſcipiam.

Vota, olim Euchariſtia dabatur laicis in manum.

Poculum precioſi ſanguinis laicis datum.

Excōmunicatur Theodo.

Pœnitentia 8. menſium.

μάγιστρος ὁ χαμαὶ πολτοῦντι τῶν βασιλικῶν ἐσώματος.

Ambroſius ad Rufinum.

Hæc & alia plurima Rufinus audiens, nūciavit imperatori votum Antiſtitis, monens ne de palatio forte procederet. At imperator hæc in media jam platea cognoſcēs: Pergam, inquit, & juſtas ſuſcipiam contumelias. Cumq; ad ſacra limina perveniſſet, in ſanctam quidem baſilicam non intravit, ſed inveniens antiſtitem in Salutatorio reſidentem, ſupplicabat, ut ejus vincula reſolveret. At ille tyrannicam dicebat ejus eſſe præſentiam, eumq; contra deum inſanire, & leges ejus calcare. Verum imperator: Non, inquit, inſurgo adverſus Eccleſiaſticas ſanctiones, nec inique ingredi limina ſacra contendo, ſed te ſolvere vincula mea depoſco, & cōmunis domini pro me exorare clemētiam: nec mihi januam claudi, quā cunctis pœnitentiam agentibus Dominus noſter aperuit. Tunc Antiſtes: Quam, inquit, pœnitentiam oſtendiſti poſt tantas iniquitates? quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagasq; curaſti? Tuum eſt, inquit Imperator, edocere: & medicamēta temperare: meū oblata vero ſuſcipere. Tunc ſanctus Ambroſius ait: Quomodo furori judiciū tuū cōmiſiſti, & nō ratio protulit ſententiā, ſed iracundia. Scribe legem quę decreta furoris evacuet. & 30. diebus ſententia necis atq; proſcriptionis tantummodo maneat in literis, & judicium expectet rationis: quibus diebus tranſactis, ira jā ceſſante, ratio cauſam judicans apud ſemetipſam, quæ cognoverit ſub veritate diſponat. In his enim dieb⁹ cognoſcetur, an juſta ſit ſentētia quam protuleris, an injuſta: & ſiquidē ratio probaverit injuſta quæ ſunt prolata, diſrumpet: ſi vero juſta, firmabit, dierū vera numerus ad hæc examinanda ſufficiet. Hanc admonitionē Imperator animo libēti ſuſcipiens, & optimam eſſe confidens, legem cōſcribi rei ente præcepit, & propriæ manus literis confirmavit. Quo facto, vinculum ejus Ambroſius abſolvit. Quæ lex hactenus obſervatur Conſtantinopoli. Eſt autem hujuſmodi.

Ἀγωνιστικὸν οἶκον, Salutatorium.

Lex de ſententia necis & proſcriptionis 30 diebus perpendenda.

IMP. GRATIANUS VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AUG.

Flaſcio Præfecto prætori Illyrici.

Si vindicari in aliquos ſeverius contra noſtram conſuetudinem pro cauſæ intuitu juſſerimus, nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnam, aut excipere ſententiam: ſed per dies 30. ſuper ſtatuta eorum ſors & fortuna ſuſpenſa ſit. Reos ſanè accipiant vincula atque cuſtodia, & excubiis ſollertibus vigilanter obſerventur.

Si igi-

Sic igitur ſacratiſſimus Imperator ingredi limina ſacra præſumens, nō ſtans domino ſupplicavit, non genua flexit, ſed pronus in pavimento jacens, Davidicam proclamavit vocem: Adhæſit pavimento anima mea, vivifica me ſecundum verbum tuum, manibus autē capillos evellēs frontemq; percutiens, & pavimentum lachrymarū guttis aſpergens, veniam poſcebat. Cumq; tempus accederet, quo mun⁹ ad altare ſolebat offerre, ſurgēs cū lachrymis, ingreſſus eſt. Cum vero obtuliſſet ſicut ſolitus erat, intra cancellos ſtetit. Rurſus autem Ambroſius nō acquievit, ſed differentiā locorum edocuit, & primo quidem requiſivit quid tibi expectaret. Imperatore dicente, ſuſtinere ſe ſacrorum perceptionē myſteriorum, remandavit ei per ſuum Archidiaconū: O Imperator, interiora loca tantum ſacerdotibus ſunt collata, quæ cæteri ingredi, nec contingere permittuntur. Egredere igitur, & hanc expectationem cum cæteris hab: communem. Purpura nanq; Imperatores, non ſacerdotes facit. Tunc fideliſſimus Imperator etiam hanc traditionem animo gradanti ſuſcipiens, remandavit: Non audaciæ cauſa intra cancellos manſi, ſed in Conſtantinopolitana urbe hanc conſuetudinem eſſe cognovi: unde gratias ago prō hujuſmodi medicina. Tali ergo tantaq; & præſul & Imperator virtute clarebant. Ego autem utriuſq; opus admiror: illius fiduciam, hujus obedientiam: illius cœli fervorem, hujus fidei puritatem. Porro regulas pietatis, quas à magno ſacerdote recepit, reverſus etiam in Cōſtantinopolitana urbe ſervavit. Nam dum feſtivitatis tempore ad eccleſiam proceſſiſſet, oblatis in altari muneribus, mox egreſſus eſt. Cumq; Nectarius tunc præſul eccleſiæ illi mandaſſet, cur intus ſtare noluiſſet, remandavit ei princeps: Vix potui diſcere, quæ differentia ſit Imperatoris & ſacerdotis: vix enim inveni veritatis magiſtrum, Ambroſium nanq; ſolū novi digne vocati pontificem. Habebat igitur Imperator & aliam utilitatis occaſionem, per quam bonis operib⁹ triumpharet. Conjunx enim ejus de divinis legibus eū ſæpius admonebat, ſeipſam tamen perfecte prius erudiens. Non enim regni faſtigio elevata eſt, ſed potius amore divino ſucceſſa. Beneficii nanq; magnitudo majus eis deſiderū benefactoris excitabat. Repente nanq; ut venit ad ſurpuram, claudorum atq; debilū maximā habuit curam, non ſervis, non aliis miniſtris utens: ſed per ſemetipſum agens, & ad eorum habitacula veniens, unicuiq; quod opus haberet, præbebat. Sic etiam per eccleſiarum xenodochia diſcurrens, ſuis manibus miniſtrabat infirmis: offas eorum tergens, jus guſtans, cochlearia offerens, panem frangens, cibosq; miniſtrās, calices abluens, & alia cuncta faciens, quæ ſervis & miniſtris mos eſt celebrare. His autē qui eam de rebus talibus nitebantur prohibere, dicebat: Aurum diſtribuere opus imperii eſt: ego autē pro ipſo imperio hoc opus offero bona mihi omnia conferenti. Viro autem ſuo ſæpe dicebat: Oportet te maritе ſemper cogitare, quid pridem fueris, quid modo ſis. Hæc ſi ſemper cogitaveris, ingratus benefactori nō eris, ſed imperium quod ſuſcepiſti, legaliter gubernabis, & harum rerū autorē placabis. His ſermonibus ſemper uſa, velut optimam quandam utilitatem, virtutisq; abundantiam conjugi efferebat. Defuncto autem Theodoſio 16. kalen. Feb. corpus ejus Conſtantinopolim delatum eſt 6. Idus Novemb. & ab Archadio filio ſuo ſepulturæ traditum. Dimiſit autem regnum duobus filiis ſuis, Archadio in oriente, Honorio in occidente, curam vero adminiſtrationis viris potentiſſimis mandavit habere: Rufino aulæ orientalis, Stiliconi occidentalis. Poſt paucos autem dies quando translatū eſt corpus Theodoſii, id eſt, 15. kalend. Decemb. etiam exercitus qui cum eo fuerat, contra Eugenium reverſus eſt, & dum Imperator Archadius ad portas occurriſſet exercitui, milites Rufinū & præfectum peremerunt. Erat enim ſuſpectus, quaſi tyrannidem meditaretur aſſumere, & Hunos vel Gothos in Romanorū provincias contra imperatorem evocare.

Pſalm. 118.

Theodoſius offert.

ἀλυσγὶς γάρ ἐστι λαὸς ἐπὶ τὸν ἱερέα πᾶσα.

Differentia imperatoris & ſacerdotis.

Hæc ſunt in hiſtoria Tripar. lib. 8. cap. 30.

Eccleſiarum xenodochia.

Rufinus interficitur.

Ejuſdem vero Theodoſii temporibus apud Paleſtinam provinciam in caſtello Emaus natus eſt puer integer & perfectus, ſed umbilico ſurſum diviſus, ita ut haberet duo pectora, & duo capita, & quoſcunq; ſenſus: & cū unus edebat & bibebat, alter non edebat: unus dormiebat, alter vigilabat: non tamen quū ſimul dormiebant, ſimul ludebant ad alterutrum, & flebant & utriq; percutiebāt ſe invicē. Vixerunt autē annis ferè duobus & unus quidē mortuus eſt, alter autē ſupervixit diebus 4.

ANNI THEODOSII.

ANno domini 389 qui eſt ſecundus Theodoſii, poſt mortē Gratiani, idem Theodoſius vir virtutibus plenus Valentinianum Italia expulſum à Maximo in regnū reſtituit. Reliquiæ ſanctorum Gervaſii & Protaſii ab Ambroſio repertæ ſunt. Anno domini 390. Anno dom. 391. Auguſtinus ad fidem converſus, ab Ambroſio baptizatur. Anno domini 392. Anno domini 393. Johannes hæremita claruit. Anno domini 394. Syricius papa 40. ſedit annis 8. deceſſitque 6. kalend. Decemb. Anno domini 395. Hieronymus librum quem de Illuſtribus viris ſcripſit, hucuſq; perduxit. Anno domini 396. Didimus Alexandriæ obiit. Corpora Abacuc & Micheæ prophetarum revelantur. Anno domini 397. Valentinianus dolo Arbogaſtis occiditur, eiusq; locum Eugenius invadit. Anno domini 398. Theodoſius Eugenium tyrannū ſuperavit. Arbogaſtes ſua manu ſe interfecit. Theodoſius vero Mediolano in pace quievit. Auguſtinus doctor facundiſſimus Hypponi ordinatur Epiſcopus.

Auguſtinus baptizatur.

Euſebius in lib. 9. Ruffinus in duobus ſequentibus decimo & undecimo.

Hucuſque Eccleſiaſticam hiſtoriam Euſebius, item Ruffinus, perduxit.

HISTORIA.

Arcadius.

Honorius.

ANno Dominicæ incarnationis, 399. urbis conditæ milleſimo 150. Archadius & Honorius, filii Theodoſii 46. loco ab Auguſto commune imperium, diviſis tantum ſedibus, tenuerunt: Archadius in oriente, Honorius in occidente. Tunc Rufinus patritius Archadio principi tendēs inſidias, Alaricum regem Gothorum ut Græcias vaſtaret, miſſis clam pecuniis invitavit. Sed dejectus Rufinus ante portas urbis Cōſtantinopolitanæ, ut ſupra dictum eſt, à militibus decollatus eſt, caputque ejus cum dextera manu ad ludibrium per urbem circunductum eſt: uxoreq; exulata, opes ejus cunctas Eutropius Spado promeruit. Gildo autem Africæ comes à Theodoſio dudum ordinatus, cognita morte ejus, arbitratus parum ſperin pueris, cœpit Africā ſibi vendicare. Cujus frater Maſcezel, cum eſſet fidelis, Germani perfidiam detexit. Ille autem duos filios fratris cū pater abiret, interfecit. Contra quē jam ut hoſtem idem Maſcezel cum exercitu miſſus, cum eum valde coartaret in fugam verſus, poſt paucos dies ſtrangulatus eſt.

Radagaſus aliis dicitur. Vide librum 13. rerum Romanarum in Eutropo.

Heſperiam vero plagā, in regno Honorii Imperatoris primū Radagaiſus Scytha crudeliſſimus, cum 200. millib. Gothorum inundavit, qui omnē Romani populi ſanguinem propinare devovit. Contra quem duo Pagani duces Hunorum Huldinus & Sarus, à Romanis conducti ſunt. Nolente deo cauſam potentiæ ſuæ per virtutē hominū ſuperare, divinitus territus eſt Radagaiſus, fugiensq; in Peculanum montem, ingenti undiq; timore concluditur: & dum fame ſitiq; laborat, volens fugere, ſolus comprehenditur à Romanis, miſſusq; in carcerem, ibi mortuus eſt. Tanta vero multitudo de Gothis comprehenſa eſt, ut ſicut vilia pecora venderentur, nam ſinguli Gothi ſingulis aureis vendebantur. Poſt Radagaiſum Alaricus rex Gothorum Italiam intravit: & ut ſuperius de geſtis Gothorum ſcriptum eſt, multa mala Romanis, cæterisq; inferens, apud Conſentiam mortuus eſt. Cui ſuccedens Athaulfus conſanguineus ejus, quicquid ille reliquit, abraſit, & Placidiam Honorii ſororem auferens, in matrimonium accepit.

Gothi ut vilia pecora venundati.

Alaricus rex Gothorum moritur.

Stilico quoq; comes, qui erat de perfida & doloſa gente Vuandalorum natus, & erat ſocer Honorii, cujus duæ filiæ, Maria & Hermantia, altera poſt alteram principi Honorio deſponſatæ ſunt, ſed utræq; virgines defunctæ ſunt: oblitus beneficiorum, oblitus conſanguinitatis, regno ejus inhiavit, & Alemannorum Sue vorumq; gentes elatis pecuniis ſuper eum congregavit, quia Eucherium filium ſuum Chriſtianis ſemper a puero inſidias molientem, cæſarem facere cogitavit, ſed Honorius congregato exercitu cum eis pugnans, utrosq; occidit. Quo anno & Archadius orientalis Imperator regnum poſt obitum patris annos 13. defunctus eſt anno ætatis 31. relinquens filium nomine Theodoſium, annorum 8. quem ante mortem ſuam appellavit Imperatorem; qui ſuccedens patri, regnavit 41. cum patruo Honorio 15. poſtea 26. qui ſiunt 41. Hujus tempore Claudianus & Prudentius poetæ inſignes habentur.

Archadius orientalis imperator moritur.

ANNI ARCHADII.

PRimo autem anno Archadii & Honorii, qui eſt annus dominicæ incarnationis 399. Johannes hæreſim exit. Anno domini 400. Sanctus Martinus ad ſuperna migravit. Anno domini 401 Sanctus Ambroſius carne ſolutus eſt. Anno domini 402. Anaſtaſius Papa 41. ordinatus eſt, ſedens annis 3. migravit 5. kalen. Maij. Anno domini 403. Gothi Radagaiſo & Alarico regibus Italiam prædati ſunt. Anno domini 404. Synodus Alexandriæ fit propter doctrinam Origenis. Anno domini 405. Innocentius Papa 42. ordinatus, ſedit annis 15. deceſſitq; 4. Idus Martii. Hic inſtituit ad miſſas pacis oſculum dari. Anno domini 406. Anno domini 407. Severus vitam ſancti Martini deſcribit. Anno domini 408. Johannes Chryſoſtomus in Exilio obiit. Et mox Eudoxia Aug. ſubſecuta eſt. Anno domini 409. Anno domini 410. Anno domini 411. Archadius Imperator Conſtantinopoli moritur.

Synodus Alexandrie propter doctrinam Origenis.

Chryſoſtomus moritur in exilio. Vide hiſt. Trip. lib. 10. cap. 10.

HISTORIA.

Honorius.

ANno Dominicæ incarnationis 412. urbis conditæ mill. 163. Honorius poſt mortē fratris cū Theodoſio filio ſtattis adhuc regnans annis 15. cum videret Rem publicā quotidie decreſcere, legit virum ſortem & pugnatorem Conſtantium comitem, & tranſmiſit eum ad Gallias. Conſtantinus enim quidam Galliis occupatis invaſit imperium: cujus hoſtes duo juvenes locupletes, Didimus & Viridianus, aſſumptis proprus ſervis & vernaculis, lefe patriamque defenſare moliti ſunt, capientesq; filium ejus Conſtantem, monachum fecerunt. Quem pater ex monacho cæſarem fecit, & cōtra illos miſit. Sed Conſtantius ab Honorio miſſus, mox ut Galliam ingreſſus eſt, Conſtantinum apud Arelatem incluſit & occidit, filium vero ejus Conſtantem in Vienna Gerontius comes Conſtantii peremit. Quorum exitum immemores, Jovianus & Sabaſtianus item in Gallis tyrannidem moliuntur, ſed & ipſi mox interficiuntur. Herachanus quoque comes Africæ cum trivus millibus armatis, & 700. navibus, ad deprædandam Romam venit: contra quem Marinus comes egreſſus, ſic eum perterruit, ut cum una tātum navi Carthaginem fugeret, ubi & mox occiſus eſt. In his ergo diebus, præcipiente Honorio, & adjuvante Cōſtantio, firma pax omnib' catholicis eccleſiis per univerſam Africam reddita

Conſtans fit monachus. Ex monacho Cæſar.

Pax Eccleſiæ Africanæ ſub Auguſtino.

Digitized by Google

reddita est, quamdiu præclarissimus magister Ecclesiæ apud Hipponem regium florebat Augustinus. Inter hæc Valiar ex Gothorũ pacem fecit cũ Honorio, & reddidit ei Placidiã sororem suam, quã ipse Constantio patritio qui eam revocaverat, in matrimoniũ dedit. Honorius vero postquam cũ Theodosio fratris filio regnavit annis 15. & Rempublicã pacificatã dimisit, Romæ mortuus est.

ANNI HONORII.

ANno domini 413. Anno domini 414. Anno domini 415. Alaricus rex Gothorum Romam invasit. Anno domini 416. Anno domini 417. Anno domini 418. Corpora sanctorũ Stephani, Nicodemi, & aliorum revelata sunt. Anno domini 419. Anno domini 420. Zosimus Papa 43. ordinatus, sedit anno uno, decessitq; 7. kalen. Aprilis. Hic constituit ut diaconus levam tegat. Ann. dom. 421. Bonifacius Papa 44. sedit annis 3. mensibus 8. Ann. dom. 422. Anno domini 423. S. Hieronymus migravit anno vitæ 91 Anno domini 424. Honorius apud Ravennam Constantium cõsortem regni fecit. Anno domini 425. Celestinus Papa 45. sedit annus ferè 9. decessitq; 8. kalen. Aprilis. Hic constituit Sanctus, Sanctus, Sanctus cantari. Constituit etiam, ut Psalmi David canerentur. Anno domini 426. Honorius Romæ moritur, anno imperii sui 31. quorum duobus regnavit sub patre. 14. cum fratre, 15. cum filio fratris Theodosio. Faramundus filius Marcomedis regnavit in Francia.

Paulus Orosius presbyter, librum suum historicum à conditione mundi hucusque perduxit, Olympias 400. *Oros.* 5

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 427. urbis conditæ millesimo 178. Theodosius junior, Archadii filius, nepos Theodosii magni 47. loco ab Augusto solus tenuit imperium, cum antea regnaret cum patruo Honorio annis 15. Imperavit autem postea annis 26. qui sunt anni 41. Honorio autem defuncto, Johannes quidam regnũ Occidentale invasit, misitq; legationem ad Theodosium Imperatorem, suscipi deprecans. Qui legatis in carcerem trusis, Ardaburium prætorem contra eũ misit, quem ille apud Ravennam aggressus, inclusit. Quo Theodosius agnito, Valentinianum amitæ suæ Placidiæ, ex Constantino filium, Cæsarẽ fecit, & cum matre sua ad recipiendum Occidentale regnum direxit, & Asparem, Ardubarii filiũ, ante eum contra Johannem misit. Angelus autem Domini in habitu pastoris apparens, deduxit Asparem & qui cum eo erant, per paludem quæ Ravennæ adjacuit, prius inviam, quã tunc Deus fecit perviam, venientesq; Ravennam, portas invenerunt apertas, & ingredientes, tyrannum Johannem occiderunt, Ardubarium à vinculis absolverunt. Valentinianus igitur veniens Italiam, consensu omnium factus est Imperator, ideoque ex Decreto Theodosii, Augustus appellatur.

Vide in Chronic. lib. 12. rerum Germanicarum.

Aspar Ardaburii filius.

Valentinianus fit Augustus.

Eodem tempore erant Gothi & aliæ gentes multæ ac magnæ trans Danubium, Hyperboreis locis inhabitantes, ex quibus rationabiliores erant 4. Gothi, Hypogothi, qui & Vuisigothæ, Gepidæ, & Vuandali, nomen tantum, & nihil aliud mutantes, unaq; lingua utentes, omnes autẽ erant Indei Arrianæ. Isti sub Archadio & Honorio Danubium transeuntes, locati sunt in provinciis Romanorum, & Gepidæ quidem, ex quibus postmodum divisi sunt Longobardi & Avares, villas quæ sunt circa Sigedonem & Sirmium habitaverunt. Vuisigothæ vero post Alaricũ depopulantes Romam, in Gallias abierunt, & quæ ibi sunt, obtinuerunt Gothi autem, qui & Ostrogothæ Pannoniam primum habitaverunt. Deinde 19. anno imperii Theodosii junioris, Thraciæ villas habitaverũt, ibiq; per 58. annos morantes, Occidentis quoq; obtinuerunt imperium. Porrò Vuandali sociatis sibi Alanis, & Germanis, qui tunc Franci vocabantur, transeuntes Rhenum fluvium Modigisclo duce, habitaverunt in Hispania,

Gothi Vandali, Arriani.

Germani Franci dicti.

Eo tempore fuerunt duo prætores, Ætius & Bonifacius, quos Theodosius postulante Valentiniano, Romam direxit, Cumq; Bonifacius principatum Africæ percepisset, ibiq; gloriose ageret, invidia ductus, Ætius accusavit eum apud Placidiam matrem Valentiniani, quòd rebellationem meditaretur, cæterum Bonifacio scripsit, si accersitus fueris, accedere noli, incusatus enim es, & dolose vocãt te Imperatores. Cui credens Bonifacius, accedere distulit accersitus. Tunc Imperatores Ætium quasi devotum acceperunt, & adversus Bonifaciũ duo duces, Mavortius & Galbio missi sunt, sed ab eo interempti sunt. Rursus contra eum Sigisuualdus comes dirigitur. Bonifacius vero cernens se Africam tenere nõ posse, transfretavit in Hispaniam ad Vuandalos & Alanos, & cum Modigisclus jam mortuus esset, filios ejus Guntharium & Geisericum suasit in Africam venire, eamq; possidere. Qui venientes, totam pene Africam ferro & flamma, rapinisq; dissipaverunt. Sub hoc turbine beatissim⁹ Augustinus, Hipponensis Episcopus, ne civitatis suæ ruinã cerneret, tertio mense obsidionis ejus migravit ad Dominũ 70. & 6. vitæ annis expletis, ex quib. 40. in clericatu vel Episcopatu transegerat. Interea quidã senatorũ amici Bonifacii, falsam accusationẽ Ætii intimaverunt Placidiæ, ostendentes ei epistolam ab eodẽ ad Bonifaciũ scriptam. At illa stupefacta, Ætium quidem non læsit, Bonifacio verbũ vero exhortatoriũ, ut securus veniret, cũ juramentis misit. Qui veniens, suspitionem dissolvit, & magister militum effectus, non multo post morbo extinctus est. Deinde Romani dederunt Vuandalis partem Africæ ad habitandum, facta pace, cũ eis. Mortuo autem Gunthario, Gensericus Alanorum & Vuandalorum Imperator factus est. Qui quoniam

Augustinus moritur.

Genserici Imperatoris persequutio Christianorum.

Arrianus erat, infra limites habitationis suæ in Africa persecutionem contra Christianos fecit, catholicam fidem cupiens subvertere, multosque episcopos catholicos in tantum persecutus est, ut privatos Ecclesiarum suarum jure de civitatibus expelleret. Deinde Carthaginē simulata pace invadens, omnes divitias & ornamenta Ecclesiastica abstulit. Valentinianus autē Augustus, Constantii & Gallæ filius, ad Theodosium consobrinum suum, Constantinopolim profectus, filiam ejus Eudoxiam, quam sibi Eudoxia genuit, in matrimonium accepit, Romamq; rediit. Tricesimo autē anno imperii Theodosii, terræmotus magni facti sunt Constantinopoli, per 4. mēses, ita ut timentes Bizantii, extra civitatem in locō qui dicitur campus, una cum Episcopo Proculo perseverarent, in letanias ad Deum vociferantes. Quadam ergo die terra fluctuante, & omni populo attētius kyrieeleison clamante, circa horam tertiam omnibus videntibus, quidam adolescentulus in aerem sublevatur, audivitq; vocem dicentem sibi, ut nunciaret Episcopo, ac populo letanias facere, & sic dicere. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis, nihil aliud apponentes. Quod cū fieret, terræmotus cessavit. Porrò beata Pulcheria soror Theodosii, unà cū fratre super hoc miraculo valde mirata, fecit per universam orbem hunc hymnum taliter decantari.

Terræmotus.

Letania.

B. Pulcheria.

Terræmotus Roma.

Theodosius tributum solvit Attilæ.

Dotes Theodosii.

Hic legis in 14. veterum Romanarum, quod facies Codices, & eorū interpretes plus quam Ptolemæus Philadelphus studuerit aggregare Martianum fit Imperator.

Sub his ferè diebus, Roma tanto terræmotu concussa est, ut plurima ædificia corruerent. Per hæc tempora rex Hunorū Attila dum Thracia, & Illyricum devastaret, coactus Theodosius, legatione ad eum missa, 6. millia librarum ei pro recessu præbuit. & unum mille librarum, tributum annuum promisit. Post hæc Theodosius morbo consumptus, apud Constantinopolim obiit, anno imperii 41. Fuit autē sapiens multum, patientia & clementia universis præcellens. Sic enim fuit Clemens, ut si quādo aliquid dignum morte quispiam cōmitteret, nō usq; ad portas civitatis moriturus pervenibat, sed ejus clementia mox subsequens, eum revocabat. Quem cum quidā familiarium interrogaret, cur nullum se lædentiū morti subjugaret? utinā, inquit, mihi esset possibile, etiam mortuos ad vitā revocare. Nec tamen vir iste vitiis caruit, erat enim mobilis, omni vento circundatus, unde & in chartis non perlectis se subscribebat. Hoc autē mortuo, beata Pulcheria, soror ejus, nondū morte ejus divulgata, Martianū in religione & prudētia cōversantem, senem & idoneum virū ad se accersivit, eiq; dixit. Quoniam Imperator mortuus est, & ego te eligo tanqua beneplacentē ex omni senatu, da mihi verbum quòd virginitatem meam custodias, quam Deo devovi. & pronunciabo te Imperatorem. Quod illo cum sacramento pollicente, accersito patriarcha Anatholio cum senatu, pronunciavit eum Romanorum Imperatorem. Hujus tempore S. Servatius floruit.

ANNI THEODOSII.

ANno Domini 428. Anno domini 429. Anno domini 430 Anno domini 431. Ætius multis Francis occisis, partem Galliæ quā possederant, recepit. Clodius Pharamundi filius regnavit in Francia annis 20 Iste cum juxta mare in æstu diei cum uxore sedisset, bestia marina, tauro similis, ut fertur, uxorem ad lavandū pergentem, appetiit, statimq; sive à bestia, sive à viro cōcipiens filium peperit, qui à mari & à miraculosa facie Meroveus, id est Merefech dictus est. à quo etiam postea reges Francorum Merofingi, id est Mereiangilingi sunt appellati. Hujus filius Hildericus genuit Ludeuuicum, qui etiam Clodoveus dictus est. Anno domini 432. Cassianus collationes patrum scripsit. Anno domni 433. Anno Domini 434 Sixtus Papa 46. sedit 8 obiitq; 5. kalen Aprilis. Anno domini 435. Anno domini 436. S. Germanus Antisiodori Episcopus claruit. Anno domini 438. Synodus tertia universalis 200. Episcoporum, sub Sixto papa congregatur in Epheso contra Nestorium. Anno domini 438. Anno domini 439. Ætius Gundicharium Burgundiorum regem vicit, petentique gratiam tribuit, quem Huni postea peremerunt. Ann. dom. 440. Valentinianus filiam Theodosii accepit. Anno dom. 441. Julianus Pelagianista hæreticus à Sixto Papa damnatur. Terræmotus magni facti sunt Constantinopoli. Ann. dom 442 Leo Papa 47. ordinatur, sedensq; annis 16. migravit 4. kal. Julii. Anno dom. 443. Ann. dom. 444. Theodosius bellū contra Vuandalos inutiliter movit. Anno domini 445. Alani terrā Galliæ ulterioris vi possident. Anno domini 446. S. Briccius Turonorum Episcopus migravit. Anno domini 447. Eustochius Briccio successit. Anno domini 448. Anno domini 449. Bleda Hunorum rex, Attilæ fratris, fraude percutitur. Anno domini 450. Anno domini 451. Meroveus Clodii filius regnavit in Francia annis 10. Anno domini 452. Theodosius Junior Orientis Imperator, obiit anno imperii sui 41. quorum 15. regnavit cum patruo Honorio, 26. cum Valentiniano consobrino suo.

Meroveum B. Rhenum lib. 2. Germanico vocabulo nominatum fuisse conicit Eſtanté Mer idem quod Mater.

Synodus Ephesina in qua papa Romanus regnū suum auspicatus est primum.

Theodosius moritur.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 453. ab urbe condita, millesimo 204. Martianus 48 loco ab Augusto, Orientali aulæ præficitur Imperator. & regnavit cum Valentiniano annis 7. Cæterum Valentiniani tempora, hujus vel superioris imperatoris, ascribentur curriculo. Igitur Valentinianus Occidētalis rector imperii, pacē firmavit cum Genserico, divisa inter utrosq; Africa. Genfericus vero dum de rerū successu, etiā apud suos superbiret, valida suorū cōspiratio facta est adversus eum. Qua detecta, multos ex eis per diversa occidit supplicia. Martianus aūt admodum religiosus, & egentibus multa beneficia præstans, regnum quod delicati decessores & prædecessores

Martianus cū Valentiniano regnat Curriculo, id est statim. adverbium tēporis, Verg. Curriculo expulerat somnum.

ceſſores ejus per annos ferè 60. viciſſim imperantes, minuerant, divina proviſione ſic reparavit, ut exultatio ingens cunctis accreſceret. Nam cum Parthis & Vandalis omnino regnum infeſtantibus, pacem inſtituit, Attilæ minas compeſcuit, Nomades, Blemyesque, ex Æthiopia prolapſos, per Florum Alexandrinæ urbis procuratorem à finibus Romanorum expulit. Inter hæc beata Pulcheria dormivit in Chriſto, quæ multa bona fecit, & omnia ſua pauperibus dereliquit, quæ Imperator Martianus cum multa eſſent, alacriter diſpertivit. Per hæc tempora Hunnorum rex Attila Gallias devaſtans, & Italiam irrumpere cogitans, ab Ætio & Gothorum rege Theoderico, ut in hiſtoria Gothorum ſcriptum eſt, devincitur. Sed quia ſemper virtus invidiam parit, Valentinianus Imperator timens proſperos Ætii ſucceſſus, occidit eum, ſimulque Boetium ſenatorem nobiliſſimum. Cum quibus pariter Occidentis Imperium, ſalusque publicæ rei corruit, nec ultra relevari potuit. Sed Valentiniano mors Ætii non impune ceſſit: nam ſequenti anno à Strantila Ætii milite, per conſilium Maximi patricii, & ipſe confeſſus interiit, anno imperii ſui 30. ex quibus cum Theodoſio ſocero ſuo regnavit 25. cum Martiano quinto. Quo mortuo, Maximus invaſit imperium & Eudoxiæ, Valentiniani uxori, vi ſociatur. Quæ nullum fore auxilium à Conſtantinopoli exiſtimans, Theodoſio patre, & Pulcheria amita defunctis, miſſa legatione Genſericum ex Africa invitavit, qui ſubito per mare cum magna multitudine Italiam intravit, cum adhuc beatus Leo Romanũ regeret pontificatum. Perculſis itaq; Romanis pro adventu Genſerici, plurimi ex urbe fugerũt, inter quos & magni & Maximus fugiens, membratim à Romanis diſcerptus eſt, menſe tertio tyrannidis ſuæ. Genſericus autem inveniens urbem vacuam, invaſit eam. Cui beatus Leo papa extra portam occurrit, & divino nutu precibus eum in tãtum delenivit, ut cũ omnia poteſtati ejus eſſent tradita, ab incendio atq; occiſione & ſuppliciis abſtineret. Per 14. vero dies Romam omnibus divitiis ſuis evacuabant, multosq; captivos exinde auferentes, Eudoxiam quoq; quæ Genſericum ad hoc malum invitaverat, cum duabus filiabus ſuis Africam deportabatur. Hoc modo capta eſt Roma ſecundo poſtquam eam Alaricus invaſit, expletis ab eo tempore annis 44. à conditione ſua milleſimo 207. Relicta itaq; urbe, Vandali per Campaniam diffuſi ſunt, omniaq; ferro & igne conſumunt, Capuam civitatem nobiliſſimã deſtruxerunt: Nolam quoq; urbem ditiſſimam & alias multas ſubverterunt, Neapolim vero, quia erat firmiſſima, capere non valebant, omnia tamen à foris diſſipabant. Inter has anguſtias vir ſanctiſſimus Paulinus, Nolanæ urbis Epiſcopus, expenſis pro redemptione captivorum omnibus quæ habuit, ſeipſum pro redimẽdo filio viduæ tradidit, ſicut beatus Gregorius in libro dialogorum plenius ſcribit. At Genſericus poſtquam ditatus Italiæ opibus, ad Africam rediit, filiam Valentiniani principis, Traſamundo filio ſuo uxorem dedit, ex qua Hildericus natus eſt. qui quartus poſt Genſericũ ſuper Vuandalos regnavit. Tres quippe filios Genſericus habuit, quibus ante obitum ſuum ita regnum ordinavit, ut alius poſt alium juxta ætatis ordinem regnaret. Regnavit igitur primus poſt eum Hunericus, ſecundus Gunthemandus, tertius Traſamundus, poſt quem filius ejus Hildericus 4. regnavit, qui matris monita ſequens, catholicus fuit. Martianus verò Imperator, cũ apud Conſtantinopolim 7. annis regnaret, facta ſuorũ conſpiratione peremptus eſt. Hujus tẽpore Johannes baptiſta caput ſuũ juxta Herodis quondã regis habitaculum reconditũ, revelavit duobus monachis Orientalibus, qui Hieroſolymã cauſa orationis venerũt, quod deinceps Edeſſam Fœnicis urbẽ perlatũ, digno cultu eſt honoratum.

B. Pulcheria moritur.

Valentinianus Aetium occat. & Boetium.

Maximus fugiēs membratim diſcerptus.

Leo Pontifex, Genſericum arcet ab incendio urbis.

Vandali omnia vaſtant.

Paulinus epiſcopus pro redimendo filio viduæ ſe tradit. Imitabile exemplum.

Martianus interimitur.
Caput Johannis Baptiſtæ.

ANNI MARTIANI.

PRimo anni Martiani, qui eſt à dominica incarnatione 452. Ætius Attilam ſuperavit. Anno domini 453. Anno dom. 454. Anno dom. 455. Synodus quarta quingentorum 30. Epiſcorum in Calcedone congregatur ſub Leone papa contra Eutycen. Anno domini 456. Valentinianus Ætium patritium occidit. Anno dom. 457. Valentinianus ab amicis Ætii occiditur. Anno dom. 458. Hylarius papa 48. ordinatur, ſedit annis 7. deceſſitq; 4. Idus Sept. Per hunc ſcripſit Victorinus Paſchalẽ cyclũ 532. annorũ. Ann. dom. 459. Martianus Orientis Imperator occiditur.

Sub hoc Venetiarum origo populis examinatis ceribuliſſimo hoſte Attila & fugientibus in extremã penè Hadriatici ſinus oram. Vide Euſebii Chron. con.

Synodus Calcedonenſis

Leo Imperator Beſſicanus.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 460 urbis conditæ milleſimo 211. Leo Beſſica ortus progenie, ex tribuno militum Imperator electus, & ab Anatholio Palio patriarcha coronatus, 49. loco ab Auguſto regnum Orientale accepit, & 16. annis tenuit. Qui deinde ſequenti tempore filium ſuum Leonem ſocium ſibi fecit in regno Occidẽtale vero imperium Majorianus quidam accepit apud Ravennam, ſed quarto anno haud procul à Dertona civitate occiſus eſt. Statimque Severus ſine juſſu Leonis apud Ravennam Imperator efficitur, & Auguſtus appellatur, ſed poſt quatuor annos Romæ defunctus eſt. Poſt cujus mortem conſenſu totius militiæ Leo Imperator Anthemium divini Martiani generum ex patritio Cæſarem faciens, Romam miſit in imperiũ. Sequenti anno Servandus, qui præfectus erat in Gallia, volẽs invadere imperium, ab Anthemio in exilium miſſus eſt. Rurſus poſt annum Romanus patritius tentans fraudulenter accipere imperium, juſſu Anthemii occiſus eſt. His temporibus Leo Imperator Zenonem generũ ſuum totius Orientis magiſtrũ fecit, & Baſiliſcũ fratrẽ Vereniæ uxoris ſuę magiſtrũ Africæ cõſtituit. Leo itaq; Imperator

pacem

Pax inter Leonē & Ostrogothos.

pacem faciens cum Ostrogothis, quibus tunc Vualamir præerat, filius ejus Dietmari filium Theodericum jam octavum ætatis annum gerentem, obsidem accepit, quem tamen postea patri cū honore remisit. Per hæc tempora inter Anthemium principem, eiusque generum Retimerem patritium, qui tunc Mediolani præpositus præerat Liguriæ, magnus discordiarum fomes exortus est, quibus se vir sanctitate conspicuus Epiphanius Ticinensis Episcopus interponens, eos ad concordiam revocavit. Sed quia Retimer de perfida erat gente Gothorum, pacem disrupit, & cum manu valida ad urbem tendens, Anthemium jam 4. anno regnantē occidit, sed non diu de perfidia sua lætatus est, nam post mensem tertium excruciatus, languore interiit. Inter hæc Olibrius à Leone Augusto missus, ad urbem venit, vivo adhuc Anthemio, regiam adeptus est dignitatē, Placidiam Valentiniani principis natam duxit uxorem. Qui cum 7. menses imperium tenuisset, morte propria Romæ defunctus est. Post cujus mortem Licerius apud Ravennam imperator factus est. Sed anno sequenti veniens cum exercitu Nepos patritius, Nepotiani filius, Licerium expulit, ipseque sumens imperium, illum in Salona civitate Dalmatiæ ordinavit Episcopū. Eo tempore Euricus apud Tholosam super Vuisigothas regnavit, filius Theoderici, qui cum Aetio contra Attilam pugnans, occubuit. Leo igitur Imperator, postquàm Orientale imperium sedecim rexerat annis, Leonem nepotem suum ex Ariagne filia, Zenonis filium ordinans Imperatorem, diem clausit extremum: Leo itaque junior, cum paucis mensibus rexisset imperium, manu sua coronans genitorem suum Zenonem, constituensq; Imperatorem, rebus excessit humanis. Mox Basiliscus magister Africæ, Imperator acclamatus, Marcum filium suum Cęsarem fecit, & Zenobiam uxorem suam in Augustam coronavit. Interea Zeno totius Orientis magister, cum Ariagne uxore sua ad regiam perveniens urbem, susceptus est à populo & senatu. Basiliscus vero fugiens ad Ecclesiam, imperiali dignitate, hoc est, corona in mensa divina posita, ipse cum uxore sua Zenobia fugit ad baptisterium. Zeno autem continuo imperialem nactus dignitatem, obtinuit imperium.

Olibrius.

Basiliscus magister Africæ, Imperator acclamatus. Vide Procopium lib. 3.

ANNI LEONIS.

PRimo igitur anno Leonis, qui est Dominicæ incarnationis 459. corpus sanctæ Anastasiæ delatū est à Sirmio, & repositū est in templo ejus porticibus Domini. Ann. dom. 461. Hildericus Merovei filius, regnavit in Francia annis 24. Anno dom. 462. Hildericum insolenter & luxuriose se agentem, Franci regno deturbant. Anno domini 463. Anno domini 464. Anno dom. 465. Simplicius papa 49. sedit annis 12. migravitq; 6. Non. Mart. Anno dom. 466. Ann. dom. 467. Pictor quidam, cū salvatorē pingere præsumpsisset, secundū similitudinē Jovis, arefacta est manus ejus, quem peccatū suum cōfessum sanavit Gennadius Episcopus Constantinopoli. Ann. dom. 468. Translatus est apud Alexandriam Heliseus Propheta in monasterium Pauli Leprosi, qui leprosum sanavit, & leprosum fecit, & in ea quæ Leprosi erant, translatus est. Anno dom. 469. Mammertus Viennensis Episcop⁹, qui letanias ante Ascensionē Domini instituit, claruit. Ann. dom. 470. Basina regina Thuringorū repudiato Hilderico, quæ potentior & ditior fuit in conjugio se junxit. Verum in prima nocte dixit ei. Mi domine ne concumbans mecum, donec in somnis aliquid tibi videas profuturum. Ille consentiens, videt in somnis leonem in palatio deambulare, quod interpretata est fortem se filium generare. Quod & factum est. Nam Clodoveum virum potentissimum genuit. Anno domini 471. Anno domini 472. Anno domini 473. Anno domini 474. Anno domini 475. Leo senior obiit, pro quo Leo junior paucis mensibus regnavit.

Vindicta Dei in pictorem blasphemum.

Clodoveus.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 476. ab urbe condita, millesimo 227. Zeno genere Isaurus, gener Leonis Imperatoris, quinquagesimo loco ab Augusto adeptus imperium Orientale, regnavit annis 16. Occidentale vero imperium Romæ tenuit Nepos. Quem Orestes patritius de regno proturbans, Augustulum filium suum Imperatorem fecit, sequentiq; anno cum rege Vandalorum Genserico fœdus statuit. Dum hæc Romæ geruntur, Oedoacer genere Rugus, Thurcilingorum & Scirorū Herulorumq; turbis fretus, ab extremis Pannoniæ finibus Italiam cōtendit. Qui dum adhuc pet Noricorum rura duceret exercitum, cognita fama servi Dei Severini, qui illis tunc degebat in locis, ad eum benedictionē petiturus, accessit. Qui benedictione percepta, egrediens à cellula, dum caput inclinaret ne impingeret, eo quod proceræ staturæ esset, à Dei viro futurorum præscio audivit: Vade nunc ad Italiam Oedoacer, vade vilissimis interim animantium pellibus indutus, multis cito plura largiturus. Hæc verba exitus vera probavit, nam postmodum per omnem Italiam regnavit. Ingresso igitur Italiam Oedoacre, statim apud terminos Orestes patritius occurrit. Sed videns multitudini tantæ se non posse resistere, intra Ticinum, quæ nunc Papia dicitur, se trepidus inclusit. Veniens autem Oedoacer, expugnatam urbem intravit, omnia rapinis vastavit, comprehensumque Orestem, gladio trucidavit: indeque dispersit, Barbari omnem Italiam sine tarditate suo subdiderunt juri. Oedoacer itaque prosperos sibi cernens successus accrescere, statim regiam arripuit dignitatem,

Augustus fit Imperator.

Severinus.

Orestes interimitur a Oedoacre.

Augustulus

Digitized by Google

Auguſtulus vero cernens univerſam Italiam Oedoaceris viribus ſubdi, inopinabili metu perterritus cum vix 11. menſibus rempublicam obtinuiſſet, ſponte purpuram miſerabilis abjecit, & Imperiale majeſtatem depoſuit. Ita Romanum Imperium toto orbe venerandum, & Auguſtalis illa ſublimitas, quæ ab Auguſto quondam Octaviano, 719. à condita urbe anno cœpit, in hoc Auguſtulo perijt anno ab urbe condita, milleſimo 227. à Cæſare vero, qui primus ſingularem in ea principatum arripuit, An. 524. ab incarnatione Domini anno 477. Igitur dejecto Auguſtulo, Oedoacer urbem ingreſſus, totius Italiæ regnum adeptus eſt, quod per 14. annos nullo inquietante obtinuit, donec Theodericus rex Oſtrogotharum permittente Zenone Auguſto Italiam poſſeſſurus, intravit. Quod qualiter ſit actum, ſuperius legi poteſt in hiſtoria Gothorum. Zeno itaq; Auguſtus, dum præfuiſſet Orientali regno annis 17. vitæ terminum accepit. Cujus frater Longinus Imperium tentans invadere, ab Ariagne repulſus eſt, & Anaſtaſius Silentiarius per ejus ſuaſum ab omni ſenatu & populo eligitur, indutusque purpura, eandem Ariagnem in conjugio ſortitur.

Anaſtaſius Silentiarius.

ANNI ZENONIS.

ANno Domini 477. Fœlix papa 50 ſedit annis 8. Anno Domini 478 Oedoacer Italiam intravit. Anno Domini 479. Corpus barnabæ Apoſtoli, & Evangelium Matthæi Apoſtoli, ſtylo ipſius ſcriptum, inventum eſt. Clodoveus Rothildem filiam regis Allobrogum, qui nunc Burgundi appellantur, amans: cum propter inſidias inimicorum aperte non poſſet, occulte per Aurelianum fidelem ſuum, ſub habitu peregrini annulum mittens, eam deſponſavit. Sed cum finibus Burgundiæ appropinquaret, his qui eam ducebant, perſuaſit, ut ex utraque parte 12. miliaria incenderent, deprædarent, quatenus vel unam vindictam conſpiceret, de his qui ſibi patrem occiderant, matrem ſaxo ad collum ligato, aqua ſubmerſerant, fratres exiliaverant, Sigiſmundum regem, patruelem ſuum, cum vxore & filiis in puteum projecerant. Quod factum eſt. Hunc S. Remigius baptizavit. 30. annis regnavit. Anno Domini 480. Anno domini 481. Anno domini 482. Anno domini 483. Anno domini 484 Anno domini 485. Gelaſius papa 51. ſedit annis 4. menſibus 8. obiit 13. kal. Decembr. Anno domini 486. Hunericus rex Vuandalorum, filius Genſerici, plus quàm 334 Epiſcopos catholicos exiliavit: quibuſdam linguas abſcidit, qui tamen loquebantur, quorum beatus Gregorius in libro Dialogorum meminit. Anno domini 487. Anno domini 488. Anno domini 489. Avitus Vienenſis Epiſcopus Gallias ab Arriana hæreſi convertit, & de conditione mundi metricè ſcripſit. Anno domini 490. Anaſtaſius papa 52. ſedit anno uno, menſibus decem. Anno domini 491. Anno domini 492. Symmachus papa 54 ſedit annis quatuordecim.

Allobroges Burgundi.

Exilium 334. epiſcoporum ſub Hunerico.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 493. Vrbis autem conditæ milleſimo 245. Anaſtaſius imperiũ accepit, & 27. annis regnavit, 51. loco ab Auguſto. Theodericus vero cum Gothis Romano præſedit imperio. Hic Arrianus, ille Eutitianus hæreticus. His temporibus magna diſcordia facta eſt Romæ, propter Symmachum & Laurentium: quibuſdam eligentibus Laurentium præter conſuetudinem Romanorum, aliis vero ſanioris conſilii Symmachum diaconum. Pro qua cauſa facta ſunt multa homicidia Romæ civium Romanorum, clericorum ẽt & ſacerdotum, per tres circiter annos, uſq; quo Theodericus princeps Romam venit; qui quamvis Arrianus eſſet, habita tamẽ Synodo, Symmachum Epiſcopum Romæ firmavit: Laurentium vero in civitate Nucerina epiſcopum locari præcepit. Qui tamen nullo pacto quieſcens, ſed ſeditiones commovens, à Symmacho deponitur, & in exilium Dalmatiam mittitur. Eodem tempore Traſamundus Genſerici filius, qui jam ſuper Vuandalos regnavit, ſecutus patris & fratris perfidiam, eccleſias Dei clauſit, & 220. epiſcopos in Sardiniam exiliavit, quibus beatus Symmachus papa quotidiana ſubſidia miniſtravit. Inter has tempeſtates beatus Fulgentius epiſcopus in confeſſione fidei & ſcientia claruit. His ipſis diebus apud Africam dum Arrianus quidam, Olympius nomine, in balneo lavaretur, & indigna qdam & blaſphema verba de ſanctæ Trinitatis fide loqueretur, ſubito igneus gladius de cœlo venit, eumque percuſſit. Deuterius autem Epiſcopus Arrianorum baptizans quendam Bizantii, nomine Barbam, dum contra regulam fidei minorem patre filium & ſpiritum ſanctum aſſerens, diceret: Baptizo te Barbas in nomine patris per filium in ſpiritu ſancto, ſubito aqua in ſua baptizari debuit, nuſquam comparuit. Quod videns qui baptizandus erat, confeſtim ad Eccleſiam Catholicam properavit, & juxta morem rectæ fidei baptiſmum accepit.

Diſcordia Romæ propter Symmachum & Laurentium.

Traſamundus.

Fulgentius.

Olympius blaſphemans.

Hiſdem temporibus Alamundaro principe Sarracenorum baptizato, venerunt ad eum duo epiſcopi Arriani, ſuadentes ei, ut ſuæ ſectæ conſentiret. Qui ab orthodoxis baptizatus & inſtructus, memorabiliter eos redarguit, hujuſcemodi fabula. Ait enim: Literas accepi hodie, quia Michael Archangelus mortuus eſt. Illis vero dicentibus, hoc impoſſibile fore, ait princeps: Et quomodo Chriſtus ſecundum vos vivus crucifixus eſt, niſi naturarum eſſet duarum, quando quidem nec Angelus mortuus eſt. Et ita confuſione receſſerunt epiſcopi. Hujus Anaſtaſii temporibus Clodoveus in Francia regnavit, qui & Alaricum regem Gothorum interfecit, & ab eodem Anaſtaſio epiſtolas pro conſulatus dignitate accepit.

Literæ de morte Michaelis Archangeli.

Anaſta-

ccessit ad Imperatorem, & factus Christianus, susceptus est ab eo: multisque ei præstitis donis, misit eum in regionem ipsius, ad Romanas res custodiendas, & Bosphorum civitatem, quæ pro eo Bosphorus est dicta, quod Romanis per singulos annos boves pro pecuniis inferebat. Renovavit Imperator leges, faciens codicem singularem, & vocans eum novellas constitutiones. Eodem anno passa est Antiochia terræmotus magnos & tempestates, & faciebant letanias omnes discalciati, clamantes κύριε ἐλέησον. Apparuit autem in visu cuidam Dei cultori, ut diceret omnibus quod scriberent in superliminaribus suis: CHRISTUS NOBISCUM STATE. Quo facto, stetit ira Dei.

Gerdas fit Christianus.

Bosphorus à bobus dicta.

Novellæ constitutiones Iustiniani.

Interea Athalaricus nepos Theoderici, rex Gothorum, cum paucis annis regnaret, immatura morte præventus est. Cujus mater Amalsuinda Theodatum consobrinum suum sibi ascivit in regnum. Sed post dies aliquot isdem immemor collati beneficii, eam in balneo strangulari præcepit. Quia vero ipsa dum viveret, se suumque filium principi commendaverat, audita ejus morte imperator gravi exarsit iracundia in Theodatum. Quod ille sentiens, Agapitum papam intercessorem misit Constantinopolim. Qui cum venisset, & colloquium cum imperatore habere cœpisset, repperit eum in Enticetis dogma corruisse. Quo ad fidei regulam revocato, idem Agapitus papa Anthimum Constantinopolitanum episcopum, qui eandem hæresim defendebat, publice convicit, eumque communione privavit, & ut eundem in exilium mitteret, imperatori persuasit. Hoc facto, non multo post idem pontifex Agapitus ibi defunmus est. Interea cum jam per multos annos Vuandali Africam tenerent, misit imperator Belisarium patritium cum exercitu contra eos. Qui veniens, tribusque mensibus, id est, à kalendis Septembris, usque ad kalendas Decembris eos impugnans, multis occisis, tandem eos vicit. Carthaginem intravit, regem Vuandalorum Gelisimerem vivum cepit, omnemque Africam post 96. annos à Vuandalico iure liberatam, Romano imperio subjecit. Deinde contra Theodatum missus, cum veniret in Siciliam, Theodato interfecto, Vuitigis regnum ejus invasit, sed eundem captum Belisarius Constantinopolim perduxit. Alia quoque prælia multa Belisarius commisit, multas gentes bellando devicit: unde & propter multas victorias diversa agnomina meruit, ita ut vocaretur Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Alanicus, Vuandalicus, Africanus. Magnam quoque gloriam & honorem apud imperatorem & omnes optimates obtinuit.

Agapitus pontifex moritur.

Belisarius pugnat contra Vuandalos

Prælia Belisarii & agnomina.

Qui cum Romæ moraretur, Theodora Augusta ei commendavit, ut Silverium papam falsorum testium accusatione convictum truderet in exilium, eo quod Anthimum hæreticum Constantinopolitanum episcopum, quem Agapitus papa excommunicavit, absolvere noluisset. Quod Belisarius, licet nolens, effecit, eumque ad Pontianam insulam exiliavit, ubi & obiit. Similiter & Vigilius papa successor ejus causa ejusdem indignationis per Anthimum Scribonem Constantinopolim ductus, inde in exilium est missus. Sub hoc papa Vigilio Arator subdiaconus Romæ floruit, actusque Apostolorum versibus scripsit. His quoque temporibus Cassiodorus Romæ tam seculari, quam divina scientia claruit: qui inter alia bona quæ scripsit, Psalmorum secreta optime interpretatus est. Iste antea consul fuit, deinde senator, ad ultimum monachus. Hoc etiam tempore Dionysius abbas in Romana urbe positus, cyclos paschales sapienter composuit: sed & Priscianus Cæsariensis profundum grammaticæ inquisivit. Fœlix quoque Tarvisianæ ecclesiæ præsul, & Fortunatus condiscipulus ejus fuerunt. Hic Fortunatus fuit de loco qui dicitur Duplabilis, non longe à Tarvisio, Grammaticam vero & Rhetoricam didicit apud Ravennam. Qui cum dolorem pateretur oculorum, simulque socius ejus Fœlix, abierunt ambo ad ecclesiam sanctorum Johannis & Pauli, quæ in eadem civitate Ravenna, in qua est & altare sancti Martini, juxta quod fenestra est, in qua lucerna poni solebat, de cujus oleo super oculos suos posuerunt, & sanitatem receperunt. Pro qua causa Fortunatus beatum Martinum in tantum dilexit, ut patriam dimittens, ad sepulchrum ejus Turonum veniret, antequam Longobardi Italiam intrarent: indeque Pictaviam tendens, ibique manens, multas passiones sanctorum, alias per versus, alias per prosas composuit, ibique primum presbyter, postea episcopus factus est.

Belisarius Theodotæ Augustæ gratia exilias Silverium

Arator.

Cassiodorus.

Dionysii abbatis Cycli.

Fortunatus.

Iisdem temporibus sanctus pater Benedictus post hæremiticam vitam quam duxit, in loco cui Sublatus vocabulum est, in monte Cassino, doctrina & miraculis claruit. Quo cum primum tenderet, relicta priore habitatione, ex divina jussione, tres corvi quos quotidie nutriebat, prope ipsum semper volando secuti sunt eum, ut in Longobardorum historia scribitur. Cumque veniret ad quoddam bivium, duo Angeli apparebant ei in specie duorum juvenum, ostendentes ei, per quam viam ire deberet. In loco autem ipso quidam Dei servus habitabat, cui vox de cœlo dicebat: His tu parce locis, alter amicus adest. Quod apertius dicitur: Amice, exi de loco isto, quia alter amicus debet hic habitare. Veniens autem sanctus Benedictus in summitatem montis, in magna se constrinxit abstinentia: facto que monasterio, habitavit ibi, sicut in dialogo legitur.

S. Benedictus Abbas.

Historia Longobardorum.

Hoc eodem tempore gens Longobardorum, amica tunc Romano populo, in Pannonia habitabat, cui tunc in regni gubernaculo Audoin præerat, omnique tempore quo Longobardi in Pannonia habitabant, Romanæ Reipublicæ adversus æmulos adjutores erant. Vnde & Alboin Audoin

Audoin.

Alboin.

Digitized by Google

filius rogatus à Narſete, quem Juſtinianus exarchum Italiæ fecit, & in defenſionem Romanorum contra Totilam Gothorum regem direxit, validam ei manum in auxilium miſit, qua fretus Narſes, Totilam vicit omnemq; Italiam à poteſtate Gothorum liberam deinceps fecit. Beliſarius autem patritius accuſatus apud imperatorem, quod adverſus eum conſpiraſſet, ablatis omnibus, miſſus eſt in cuſtodiam: ſed poſt non multum tempus dimiſſus, omnia recepit. Juſtinianus vero imperator poſtquam 38. annis regnavit, rebus humanis exceſſit.

Vide de geſtis Rom. lib. 19. in Eutropio.

ANNI JUSTINIANI.

Beliſarius.

PRimo hujus anno miſſus contra Perſas Beliſarius patritius magnis eos prælijs fudit, & ex voluntate principis Conſtantinopolim triumphans intravit. Anno domini 528. Terræmotus magnus Antiochiæ factus eſt. Anno domini 529. Juſtinianus ſententiam promulgavit, ne militarent Pagani vel Hæretici, dans illis menſes ad inducias converſionis. Anno domini 530. Anno domini 531. Anno domini 532. Dionyſius abbas Romanus paſchales cyclos ab hoc inchoavit anno. Anno domini 533. Anno domini 534. in Pompejopoli Myſiæ civitate, ſciſſa eſt terra à terræmotu, & obrutum eſt medium civitatis cum habitatoribus, & voces eorum auditæ ſunt de ſubtus terra clamantium, ut ſibi ſuccurreretur: & imperator ad educendos eos multa donavit, viventesque liberaliter liberavit. Eodem anno tradidit Juſtinianus ad pſallendum Eccleſiæ illud quod canitur, Unigenitus filius & Verbum Dei. Anno domini 535. Anno domini 536. Silverius papa 60. ſedit annos duos, obiit 12. kalen. Julii. Anno domini 537. Theodericus filius Clodovei, frater Lotharii, obiit anno regni ſui 23. relinquens filium Theodebertum. Anno domini 538. Vigilius papa 61. ſedit annos 14. Anno domini 539. Mundus quidam ex genere Gepidarum, ſociatus eſt Romanis. Anno domini 540. Anno domini 541. Hypapante domini ſumpſit initium, ut celebraretur apud Bizantium, cum eſſet eo anno ibi magna mortalitas. Anno domini 542. Anno domini 543. Factus eſt terræmotus magnus in univerſo mundo. Eodēq; anno apparuit quidā ex regione Italorū, nomine Andreas, per villas diſcurrens, habens canē ruffum & cæcū, qui juſſus ab eo fecit miranda. Cū enim ſtaret in foro, & turba incircuitu adeſſet, clam eodem cane deferebantur annuli aurei, & argentei; ac ferrei & ponebantur in terra, quos ille cooperiebat: ipſoq; præcipiente, canis tollebat, & unicuiq; ſuum dabat. Similiter & diverſorum imperatorum numiſmata mixta porrigebat per nomina. Turba etiam aſtante, interrogatus oſtendebat, in utero habentes fornicarios & adulteros, avaros & magnanimos, & quicquid de ſingulis interrogabat, cum veritate demonſtrabat. Unde dicebant quidam, quod ſpiritum Phitonis haberet. Anno domini 544. Diffuſum eſt mare per Thracen militaribus 4. Corpus ſancti Antonii repertum, Alexandriæ reconditur. Anno domini 545. Anno domini 546. Theodora Auguſta defuncta eſt. Arator ſub diacono librum ſuum publice coram Vigilio papa legit.

Hypapante 2. die Februarii Sic dicerant feſtum Luminationis, à voce Græca ὑπάντησις, id eſt, obviam Simeon obvius puero Jeſu & parentibus. Luc 2. De Februis vide Blondum lib. 2. Triumph. Rom.

Canis ruffus mirabilis

His temporibus Caſſiodorus Romæ floruit, & apud Conſtantinopolim Priſcianus Cæſarienſis Juliano conſuli librum ſuum de arte grammatica obtulit. Anno domini 547. Quinta Synodus univerſalis in Conſtantinopoli congregata eſt ſub Vigilio papa, contra Theodorum & omnes hæreticos. Anno domini 548 Anno domini 549. Facta ſunt Encœnia ſanctorum Apoſtolorum Conſtantinopoli, menſe Junio, & recondita ſunt lipſana Andreæ & Lucæ ac Timothei Apoſtolorum, & tranſiit Menas epiſcopus cum ſanctis lipſanis, ſedens in carruca imperatoris aurea & gemmata, tenens tres thecas ſanctorum Apoſtolorum in genibus ſuis, & ita celebravit Encœnia. Anno domini 550. Anno domini 551. Victor Capuanus epiſcopus librum de Paſcha ſcribens, Victorini redarguit errores. Theodebertus filius Theoderici filii Clodovei, obiit anno regni ſui 14. cujus filius Theodobaldus fuit. Anno domini 552. Pelagius papa 62. ſedit annis 12. Anno domini 553. Terræmotus terribilis factus Conſtantinopoli, & urbibus circunquaq; poſitis per dies quadraginta. Anno domini 555. Apparuit ignis in cœlo quaſi ſpecies lanceæ. Anno domini 556. Sanctus Medardus obiit. Anno domini 557. Radegundis regina uxor quondam Lotharii regis ſanctitate claruit. Anno domini 558. Gregorius ex prætore Urbano monachus Romæ floret. Anno domini 559. Theobaldus filius Theoderici, obiit anno regni 9. Anno domini 560. Anno domini 561. Anno domini 562. Anno domini 563. Hilpericus Lotharii filius regnare cœpit. Anno domini 564. Johannes papa 63 ſedit annis 33. Juſtinianus imperator obiit. Lotharius filius Clodovei rex Francorum obiit anno regni ſui quinquageſimo primo, relinquens quatuor filios.

V. Synodus univerſalis Conſtantinopolitana.

Encœnia id eſt, fana.

Jornandis ſive Jordanus monachus ſcripſit librū de ſumma temporum, quem habet apud Trecenſem.

Hucuſq; Jordanis epiſcopus Chronicam ſuam perduxit ab Adam.

HISTORIA.

Juſtinus.

Sophia Auguſta

ANno Dominicæ incarnationis 565. urbis autem conditæ milleſimo 316. Juſtinus Minor, Juſtiniani nepos, genere Thrax, 54. loco ab Auguſto monarchiam accepit, & 13. annis regnavit, habens uxorem nomine Sophiam, quam coronavit Auguſtam, coronat' & ipſe ab Eutychio patriarcha. Hic cū eſſet pi⁹ & orthodoxus, adornavit eccleſias,

eccleſias, quas Juſtinianus ædificavit, dans eis theſauros & omnem redditum, miſitq; Photimum monachum privignum Belisarii patritii, dans ei poteſtatem contra omnem perſonam & cauſam, ut pacificaret univerſas eccleſias Ægypti, & Alexandriæ. Fuit autem, ut dictum eſt, in initio bonus, poſtea vero in omnem avaritiam incidit, factus exemptor pauperum, ſpoliator ſenatorum, faciens arcas ferreas, in quibus quæcunq; rapiebat auri talenta, reconderet. *Photimus pacificator Eccleſiarum.*

Hujus anno octavo rupta eſt pax inter Romanos & Perſas, eo quod Homeritæ Indi legationem miſerint ad Romanos, & imperator miſerit Julianum magiſtrum cum epiſtola ad Archetam regem Indorum. Qui ſuſceptus eſt cum gaudio multo ab Archeta rege, appetente nimirum amicitiam imperatoris Romanorum. Enarrabat autem idem Julianus cum rediſſet, quod idem Archeta rex quando eum ſuſcepit, nudus eſſet, habens in lumbis cincturam, & linea veſtimenta auro contexta: circa ventrem vero portabat indumenta ſciſſa, margaritis precioſis conſerta: habens in brachiis quinos circulos, & aureas armillas in manibus ſuis: in capite autem pannum gemmatũ, habentẽ ex utroq; ligamento plectus quatuor, & in collo torquẽ aureũ; ſtabat ſuper quatuor elephantes ſtantes & habentes iugum, & rotas quatuor, & ſuperius currum velatũ petalis aureis ut ſunt principum currus: ſtansq; ipſe deſuper, ferebat ſcutum parviſſimum deauratum, & duas lanceolas aureas: & Senatus ejus omnes erat cum armis, canentes modulationes muſicas. Introductus ergo legatus Romanorum, cum adoraſſet, juſſus eſt ab eo erigi, & adduci ad ſe. Cum autem accepiſſet imperatoris ſacram, oſculatus eſt ſignaculum quod habebat imperatoris pectuſculum: ſuſceptis autem & donis, gaviſus eſt valde. Porro cum legiſſet epiſtolam, invenit ut ſe armaret contra regem Perſarum, & ejus regnum vaſtaret. Quod protinus fecit, tenensq; caput Juliani, dedit ei pacis oſculum, dimiſitque eum in magna benevolentia, multisque muneribus. *Pax rumpitur inter Romanos & Perſas.* *Archeta regis Aethiopum cultus.* *Senatus muſicus.* *Lib. 16 rerum Romanarum, cum ea geſſit ſacram.*

His temporibus Narſes carthularius quondam Imperatoris Juſtiniani, ſed pro bono ſervitio factus patritius, Totilam regem Gothorum auxiliantibus Longobardis Romanorum tunc amicis, ſed adhuc in Pannonia poſitis occidit, gentemq; Gothorum de Italia exterminavit. *Narſes carthularius.*

Idem etiam Narſes Bucellinum ducem Francorum à Theoderico rege miſſum ad devaſtandam Italiam, occidit: & Sindoaldum regem Brendorum, qui remanſerat de generatione Herulorum, quos Odoacer duxit in Italiam, apprehendit, & in alta trabe ſuſpendit, totamq; Italiam ab hoſtibus liberam reddidit. Erat enim vir ſapientiſſimus, in fide Chriſti catholicus, in pauperes largus, recuperator Eccleſiarum, in vigiliis & orationibus aſſiduus, in tantum, ut victoriam magis obtineret oratione, quàm armis. *Narſes Bucellinũ cælsa de trabe ſuſpendit.* *Laus Narſetis.*

His temporibus facta eſt magna mortalitas in Italia, incipiens à Liguria, ita ut pene deſtitueretur habitatoribus terra illa. Inter hæc mortuus eſt Juſtinianus, & ſucceſſit Juſtinus. *Mortalitas in Italia.*

Narſes autem patritius, cum ſuperata gente Gothorum Italiam ſecutus jam teneret, Romani per invidiam accuſationem adverſus eum direxerunt, Juſtiniano Auguſto & Sophiæ uxori ejus dicentes: Melius eſſet nobis ſervire Gothis, quàm Græcis, ubi Narſes caſtratus imperat, & nos ſervitio præmit, & noſter ſanctiſſimus princeps hoc neſcit. Aut libera nos de manu ejus, aut certe civitatem Romanam & noſmetipſos Gentibus trademus. Audiens hoc Narſes, ſcripſit ad Auguſtum dicens: Si male feci cum Romanis, male inveniam. Sed Auguſtus ira commotus adverſus Narſetem, Longinum ſtatim præfectum miſit in Italiam, qui locum Narſetis teneret. Sophia quoque Auguſta inter alia verba Romanis ſic ſcripſit de eo. Ponam illam caſtratum in gynæo, ut penſam filet lanam cum puellis. Ad hæc Narſes reſpondit. Talem eidem ordiar telam, ut quam diu vixerit ipſa Sophia, non poſſit deponere eam. Et quia timuit redire Conſtantinopolim, contulit ſe Neapolim, & præſentialiter legatos ſuos ad Longobardos miſit, eosque in Italiam introduxit. Cujus gentis adventum in Italiam, & habitationem ejus in ea uſque in præſens ut apertius deſcribamus, de origine ejus, regumque illius ſucceſſione aliqua hic carptim inſeramus. *Sophia contemptum de Narſete, quod exactus eſſet* *Adventus Longobardorum in Italiam.*

HISTORIA LONGOBARDORUM.

SEptentrionalis plaga, quanto longius eſt a bardore ſolis, & frigida de aſſiduis nivibus, tanto ſeniores homines ſemper habet, & eo aptior eſt ad multiplicandas gentes. Unde fit, ut tanta multitudo populorum in ea parte naſcatur, quæ ibi vivere non poſſit, ſed in partem meridianam alii precio vendantur, alii ſponte egrediantur. Qua de re, ut in hiſtoria Gothorum dictum eſt, multæ gentes ex eiſdem partibus exierunt, Gothi, Gepidæ, Rugi, Vuandali, Heruli, Turcilingi, Huni, qui & Avares, ſimiliter & Vuinuli, qui & Longobardi. Eſt itaque Inſula quædam in partibus Septentrionalis Oceani, dicta Scandanavia vel Scanzia, quæ ut quidam dicunt, non eſt in Oceano poſita, ſed propter planitiem ejus, unde maris exæſtuationes circundant eam. In hac ergo, dum multus populus excreviſſet, ita ut in ea habitare non poſſet, conſilio inito, multitudo illa omnis in tres partes eſt diviſa, quæſitumque eſt per ſortis divinationem, quę pars ex illis patriam relinquere, novasque ſedes deberet exqui- *De emmigratione Longobardorum vide Paulum Diac. con. Vide B. Rhenanum in Procopium & in libros rerum Germanicarum & in veteres qui ad hanc Francorum, Hunorum, Gothorum hiſtoriam conducunt.*

Vuinuili à viro primario cum eo non conuenit. Vuinuili erat, Ibor & Agio Ambri & Affi Paulus Diaconus dicit.

Vuinuili significant prouincia liberta tis.

Agelmundus rex Longobardorum.

Mortuus in uno mense septem filios habet.

Aqua Longobardorum longua.

Lama dicitur. Paulus Diaconus prouincia legit pro lamam.

Lamissio regnat post Agelmundo. Longobardi della gualanda egredian tur.

tere. Iglam illa pars, quam sors jubebat exire, ordinavit super se duces fratres duos, Ibor & Agionem, ætate juvenes, & corpore aliis majores & valentiores, quorum mater Gambara erat sapientissima, & consiliatrix ampla, de cujus prudentia magnam confidentiam omnes habebant. Oculantes igitur parentes & amicos, recesserunt, venientesque in regionem Scoringam, aliquantos annos ibi sederunt. Illo itaque tempore Ambri & Affi, duces Vuandalorum fortiter premebant vicinas sibi regiones, & cum jam gloriarentur de multis victoriis, mandaverunt Vuinolis, qui & Longobardi, ut aut tributa illis darent, aut ad pugnam se præpararent. Tunc Ibor & Agio per consilium matris sue Gambaræ definierunt, melius sibi esse, aut pugnando mori, aut per arma defendi, quàm tributis turpiter subdi, miserunque legatos Vuandalis, se paratos esse ad pugnandum magis quàm ad serviendum. Commisso vero prælio, Vuinuli pro libertatis gloria fortiter pugnantes, victoriam habuerunt, sed postea famem magnam passi in eadem provincia Scoringa, valde humiliati sunt. De qua exeuntes, venerunt in Maringam, indeque item in Godolandam provinciam, & ibi aliquanto tempore steterunt. Mortuis interea Ibor & Agione ducibus, Longobardi jam nolentes habere duces super se, Agelmundum regem sibi primum constituerunt, adhuc militudinem aliarum gentium, qui regnavit super eos annis 33. Fuit autem Agelmundus filius Ajonis, de gente Thuringorũ, qui gens apud eos melior & fortior esse dicebatur. His temporibus quædã meretrix in uno partu septem filios generavit, ultraq; bella crudelis, in quibus eos jactavit, Qui pisana cũ prædictus Agelmundus forte præteriret, videns infantulos, doluit, habitaque mitteus, eos hũc illuc q; volvit. Quorum unus cum apprehendisset challam regis, misericordia motus rex, levavit eũ de aqua, dicens, Quia ille magnus futurus est. Et cum omnibus dedit eum ad nutriendum. Et quia cum de piscina levavit eorum que lingua aqua lama dicitur, Lamissio ei nomen impositũ. Qui cum creuisset, factus est fortissimus pugnator & sapientissimus, & post Agelmundum ipse regnavit. Defuncto post hæc Lamissione rege secundo, tertius regnavit Lethus. Qui cum regnaret annis quadraginta, filium suum Childeoc quartũ regẽ reliquit. Et hoc defuncto, regnavit Gudoge. Quo mortuo, filius ejus Calpho regnavit sextus. Et illo mortuo, regnavit septimus Tado. Post hæc egressi Longobardi de Rugulan la, quæ latine eloquio Rugorum patria dicitur, habitaverunt in apertis campis, qui sermone Barbarico appellantur Feit. In quo loco dum per trevanos habitassent, pugna fur rexit inter Tadonem & Rudolphum regem Herulorum, qui prius amici fuerunt, & hoc fuit malum, unde in eos discordia intravit. Frater Rudolphi regis pro causa pacis ad Tadonem venerat & cum ad suam patriam reverti vellet, ante domum Rumetrudæ filiæ regis transfixit, illa vero cum videret multos viros nobiles ire cum eo, interrogavit qui esset, dictumq; est illi quod frater Rudolphi regis fuisset, Tunc illa misit puellam, quæ cum invitaret, ut diu maneret cum ea bibere. Qui ut hoc audivit, cum simplici corde venit. Sed quia mos fuit aliquam habebat, puella superb a, & gloriosa, despiciebat eum, & deridebat. Ille autem talem vere cundiam non sustinens, amplius cam injuriavit, illa vero accensa ira fœminea, malum quod in mente concepérat, com plevit. Finxit enim se per patientiam lætam esse, & invitans eum ad sedendum, fecit eum in tali loco sedere, ubi fenestra erat post dorsum ejus, & ne ille aliquam suspicionem mali posset habere, pannum preciosissimum ante fenestram iussit tendere, dixitq; puers ius, ut in qua hora diceret misce, illi eum a dorso lanceis transforaret. Sicque factum est. Quod cum Rudolpho regi nunciatum esset, nimis iratus de tam funesta morte fratris sui, distripit pacem, quam cum Tadone rege habuit, & cripugnam indixit. Cumq; venissent ambæ partes in campum apertum, Rudolph fuos mandavit ad pugnam, ipse vero in tentorio sedens, jocabatur ad tabulam, non dubitans aliquid de sua victoria. Gens enim Herulorum multum docta erat pugnandi, & cuelt ves essent ad pugnandum, omnes nudi pugnabant, foli modo verenda corporis membra coopertirentes. Rex vero audubitanter de virtuti bus eorum confidens, securus, ut diximus, ad tabulam jocabatur, unum tamen de suis in arborem jussit ascendere, qui ei victoriam suorum nunciaret, promittens eis se caput ejus abscindere, si Herulos suos nunciaret fugere. Sed ille cum videret eos fugere, & Longobardos fortiter infare, interrogatus à rege, quid Heruli facerent respondit, optime pugnant. Nec aussi fuit antea dicere malum quod videbat, quàm omnes Heruli terga vertebant. Tunc quamvis tarde vocem emisit, dicens, Væ tibi misera Herulia, Dei cœlestis ira percussa. Rudolphus vero hoc audiens, commotus air, Forsitan Heruli mei fugiunt, Ille dixit, Non ego, sed tu rex dixisti. Tunc, ut in talibus fieri solet, rex ipse & omnes qui cum eo erant turbati, quid agerent nesciebant. Longobardi vero supervenientes, regem & omnes qui cum eo erant, occiderunt. Herulorum vero exercitus, dum hinc & illuc fugeret, tanta ira de colo super eos venit, ut frutices virides in campo videntes aquas esse putarent, & dum quasi ad natandum brachia extenderent, crudeliter ab hostibus cedebantur. Longobardi itaque victores effecti, prædam magnam inter se diviserunt: Tado vero vexillum & galeam Rudolphi regis accepit, quam postea semper in bello portavit, Ex illo tempore Herulorum virtus fic humiliata est, ut ipser se regem amplius non haberent. Longobardi vero ex hoc divites facti, ceperunt de propria voluntate pugnas quærere, & gloriam, virtutemq; suam ubiq; extendere. Post hæc Tado de sua victoria non mulcum lætatus est, nam irruit super eum Vuitchi filius fratris sui Zuchilonis, & occidit eum.

Calt campi feldi.

Rudolphi fratris mors a pers it.

Heruli nudi pugnabant.

Pisicem mirabilem in lacu capiunt, & aquæ putant.

Tunc

Digitized by Google

Tunc Hildegis, filius Tadonis pugnavit adversus Vuachonem, sed vicit eum Vuacho, Qui fugit ad Gepidos, & ibi mortuus est. Pro qua causa Longobardi cum Gepidis ex eo tempore inimicitias habuerunt. Habuit autem Vuacho uxores tres. Primam Ranigundam, filiam regis Thuringorum, deinde tulit Austrigosam filiam regis Gepidorum, de qua fecit duas filias, nomen uni Vuiselgarda, quam Theodebertus rex Francorum tulit uxorem, altera dicta est Vualderada, quam iterum tulit uxorem Chusabaldus rex Francorum, quam odio habens, dedit uni de suis, qui dicebatur Gariebald, in conjugium. Tertiam uxorem habuit Vuacho Salingam, filiam regis Herulorum, è qua natus est Vualthari, qui patre mortuo, super Longobardos regnavit octavus. Isti omnes Litingi fuerunt de quadam stirpe, quæ nobilissima dicebatur apud eos. Vualthari regnavit annis 7. & mortuus est. Post quem regnavit nonus Audoin, qui post non multum tempus, Longobardos in Pannoniam introduxit. Hic habuit uxorem Rodelindam, quæ peperit ei filium Alboin, qui fuit fortis & astutus in omnibus. Gepidis igitur cum Longobardis rixam facientibus, pugnam sibi ambæ partes præparant. Commisso itaque prælio, dum ambæ partes fortiter pugnarent, & in nullam partem terga verterent, contigit ut in ipsa pugna Alboin filius Audoin, & Thurismondus, filius Thurisindi, regis Gepidorum sibi invicem obviarent, sed Alboin Thurismondum spata percutiens de equo dejecit, & sic mortuus est. Gepidi vero videntes filium regis mortuum, in quo magnam habebant fiduciam, statim fugerunt. Longobardi autem sequentes illos fortiter iternunt, multisque ex eis occisis, ad spolia recurrunt. Finita victoria, Longobardi ad sua loca cum rediront, rogaverunt regem Audoin ut filium suum Alboin secum ad mensam permitteret sedere & prandere, eo quod per eum victoriam haberent, ut sicut patri suo socius fuit in periculo, ita esset & in convivio. Sed pater Alboin respondit eis. Hoc facere non possum, ut rumpam constitutam legem gentis nostræ. Vos scitis talem consuetudinem apud nos esse, ut filius regis cum patre suo ante non prandeat, quam ab extraneo rege arma recipiat. Alboin ut hoc audivit à patre, tulit secum 40. juvenes & perrexit ad Thurisindum regem, cum quo antea pugnavit, & pro qua causa venisset, ei indicavit. Rex autem bene suscepit eum, & invitavit ad prandium, fecitque eum sedere ad dexteram suam, ubi filius ejus Thurismondus sedere consuevit, quem Alboin interfecit. Postquam autem jam læti facti sunt, Thurisindus rex videns interfectorem filii sui sedere in loco ejus, alta traxit suspiria, & dolorem quem habuit in corde, aperuit dicens. Amabilis est mihi locus iste, sed persona quæ ibi sedet, multum mihi gravis est ad videndum. Tunc alter filius regis audiens sermones patris, ira succensus est, & Longobardos nimis injuriare cœpit, & quia fasciolas albas habebant in cruribus, deridebat eos dicens, Tibias albas habetis usque ad pedes, & similes estis jumentis variis, & fœtus facientibus. Tunc unus de Longobardis sic illi respondit. Perge in campum qui vocatur Affelt, & ibi sine dubio cognoscere poteris, quales sunt isti, quos tu jumentis similes esse dixisti, quomodo possunt calcitrare, ibi enim invenies ossa fratris tui dispersa, quasi de vili jumento in mediis pratis. Gepidi hæc audientes, & turpitudinem tantam non sustinentes, nimis irati sunt, & de tam manifesta injuria se vindicare voluerunt. Econtra Longobardi ad pugnam se præparantes, omnes apprehenderunt gladios. Rex vero surgens à mensa, in medium illorum se misit, & suos ab ira compescuit, jurans se illum occidere, qui primus auderet pugnam committere. Dixit enim. Non est illa victoria adeo placita, cum quis in domo propria inimicum suum in pace susceptum, occiderit. Et sic pace inter eos facta, iterum læti convivium ineunt. Completo convivio, Thurisindus rex tollens arma filii sui Thurismondi, tradidit ea Alboin. & salvum illum in pace dimisit. Alboin vero reversus ad patrem suum, conviva ejus factus est. Et dum ad mensam cum patre suo sederet, dixit illi omnia quæ circa eum facta sunt, & omnes qui aderant, admirantes laudabant Alboin pro audacia sua, Thurisindum pro tali fide maxima.

Longobardi in Pannoniam veniunt.

Affelt, Paulus Diaconus.

His temporibus Justinianus Imperator Romanũ regebat imperium, qui per Belisarium patritium multas victorias perficit, leges renovavit, Ecclesias reparavit, basilicam quoque, quam ad ἁγίαν σοφίαν, id est sanctam sapientiam nominant, fabricavit: cujus opus in tantum super omnia ædificia extollentius æstimatur, ut in tantis terrarum spatiis ei simile non inveniatur. Tunc enim Cassiodorus, Dionysius, Arator, Romæ, claruerunt, Priscianus Constantinopoli floruit, S. quoque Benedictus virtutibus effulsit. Igitur Audoin mortuus est, & Alboin filius ejus regnum accepit. Qui cum esset nominatissimus & fortis multum, Clotharius rex Francorum filiam suam nomine Glotsuindam dedit ei in conjugium, de qua fecit unam tantũ filiam nomine Albsuindam. Interea mortuus est Thurisindus rex Gepidorum, & accepit regnum Chunimundus. Qui cum vellet vindicare injurias Gepidorum, rupit pacem cum Longobardis, & plus amavit pugnam quàm pacem. Alboin vero fecit pacem firmam cum Avaribus, qui primum Huni vocabantur, sed postea de nomine regis sui Avares sunt appellati, deinde ivit ad pugnandum cum Gepidis. Sed cum Gepidi contra Alboin pergerent, Avares statim in terram eorum intraverunt, sicut cum Alboin constituerunt. Hac de causa, cum tristis nuncius veniret ad Chunimundum, ille nimis afflictus, cœpit orare suos, ut primum cum Longobardis pugnarent, & postea ad depellendos Avares repedarent. Inito autem prælio, Alboinus occidit Chunimundum, & de capite ejus postea fecit scyphum, qui dicitur apud eos

Justinianus Imperator Rom.

S. Benedictus.

Alboinus de capite Chunimundi, facit Scyphum.

ſchala apud latinos patera, & filiam ejus Roſemundam cum magna multitudine virorum ac mulierum ſe cum abduxit captivam. Gepidi enim ſic ſunt deleti, ut ab illo tempore jam de ſuis regem non haberent. Vtaũt mortua eſt Gloſuinda regina, filia Clotharii, Alboin ad interitum ſuum, ut in ſequentibus dicetur, duxit Roſemundam uxorem, filiam Chunimundi. Inter hæc Juſtinianus princeps mortuus eſt, & Juſtinus minor ſucceſſit ei ad regendam Conſtantinopolim. Apud quem, ut ſupra ſcriptum eſt, accuſatus Narſes patritius, quem loco Beliſarii, ad defenſionem Italiæ miſit Imperator Juſtinianus, in vindictam injuriæ ſuæ miſit legatos ad Longobardos amicos ſuos, dicens. Dimittite paupertatem Pannoniæ, & venite ad fertilem Italiam, omnibus divitiis plenam. Et ut animos eorum amplius incitaret ad veniendum, miſit eis de omnibus generibus pomorum, & quicquid delectabile poterat excogitare de divitiis terræ. Longobardi hæc audientes, graanter acceperunt, & qualiter irent, præparaverunt. Et continuo apud Italiam apparuerunt ſigna in cœlo, ſcilicet igneæ acies, ſanguinem humanum qui poſtea effuſus eſt, ſignificantes. Alboin igitur petiit auxilium ab antiquis Saxonibus amicis ſuis, ũt ſpatioſam Italiam intraret cum multis. Cui Saxones plus quam cum 20. millibus juncti ſunt, & ſecundum ejus voluntatem cum uxoribus & filiis Italiam cum eo intraverunt. In ipſo tempore Alboin Pannoniam dimiſit Hunis amicis ſuis, ea conditione, ut ſi aliquando Longobardis reverti neceſſe eſſet, unuſquiſq; in ſua rediret. Habitaverunt autem Longobardi in Pannonia per annos 42. Exierunt vero de Pannonia cum mulieribus & filiis, & cũ omnibus ſuis, anno Dominicæ incarnationis 568. indictione prima, ſecundo die poſt Paſcha, quod ſanctum Paſcha celebratum eſt in ipſis kalendis Aprilis. His igitur diebus, quibus Longobardi invaſerunt Italiã, Clotharius rex Francorum mortuus eſt, relictis quatuor filiis, Heriberto, Guntrammo, Helberico, Sigiberto. In hoc tempore Romanam regebat Eccleſiam vir ſanctus, Papa Johannes, poſt quem Benedictus. Civitatem aũt Aquilejam, & populũ ejus regebat beatus patriarcha Paulus. Qui timẽs crudelitatem Longobardorum, ex Aquileja ad inſulam Gradus ſeceſſit, & omnem theſaurum Eccleſiæ ſuæ portavit. Narſes itaq; de Campania Romam reverſus, nõ poſt multum tempus mortuus eſt. Cujus corpus in cantra plumbea cũ omnib. divitiis ſuis collocaverunt, & Conſtantinopolim tranſmiſerunt. Igitur Alboin intravit Liguriã indictione tertia, 3. Nonas Septemb. & ſub tempore Honorati, Archiepiſcopi Mediolanũ intravit, deinde cæteras Liguriæ civitates apprehendit. Obſedit autem Ticinenſem civitatem quæ nunc Papia dicitur, per tres annos, quib. peractis, poſtaliquantos menſes tradita eſt ũ manus ejus. Qui cũ introiſſet per portam, quæ dicitur ſancti Johannis, à parte Orientis, equus ſuper quem ſedebat, fixit ſe in medio portæ. Quem cum ille truderet cum calcarib. & omnes qui circũſtabant cæderẽt verberibus, omnino moveri nõ potuit equus. Tunc unus ex Lõgobardis ſic ait ad regem. Memento domine rex quid voviſti, & frange tam durum votum, & ingredieris civitatẽ, vere enim Chriſtianus populus eſt in civitate illa. Voverat enim Alboin antea, quod univerſum populum occideret gladio, qui ſibi ſe tradere nolebat. Quod votum ubi diſrupit, equus ſe continuo movit, & ſic civitatem intravit. Tunc data pace, omnis populus ad eum tandem cucurrit ad palatiũ quod aliquando rex Theodericus fecit, Alboin igitur poſtquam regnavit in Italia annos 3. & menſes 6 interfectus eſt conſilio conjugis ſuæ, pro hac cauſa. Cũ ſederet Alboin apud Ravennam in cũvivio, & bibiſſet plus cõgruo, præcepit afferri vinum reginæ Roſemundæ in vaſculo, quod de capite patris ejus fecit Chunimundi regis, dicens ei, ut læta biberet cum patre ſuo. Pro qua re illa maximum concipiens in corde dolorẽ, cogitavit qualiter maritum interficeret, & patrem vindicaret, cõſiliumq; habuit pro hac re cum Helmiche armigero regis, qui cum regina unius ætatis erat. Helmichis vero dedit ei conſiliũ, ut ad hanc perficiendã aſſumeret Peredeũ, quendã fortem virũ, qui cum Veſtiaria ejuſdem reginæ ſolebat dormire. Cui cum illa ſuã volũtatem indicaret, & ipſe in interfectionem regis ſui conſenſum ſuũ denegaret, regina in tempore noctis collocavit ſe in lecto Veſtiariæ ſuæ, quam ille amavit, veniensq; Peredeus, reginam adulteravit. Qua re perfecta, cœpit illa dicere Peredeo. Quam me cõſideras eſſe? Cumq; ille nominaret nomen amicæ ſuæ, illa reſpondit. Non eſt ut tu ſperas, ego ſum Roſemunda, certe talem cauſam modo feciſti, ut ſi tu non interfeceris Alboin, ipſe te interficiet. Qui intelligens malum quod fecit, licet invitus, in mortem regis conſentit. Tũc Roſemunda crudelior omni beſtia, cum Alboin in meridio ſe ſomno dediſſet, præcepit magnũ ſilẽtiũ in palatio fieri, & oia arma inde ſubtrahi, & gladiũ illius fortiter ligavit ad caput lecturi, ne poſſet evaginari, aut tolli, ſicq; interfectores ejus introduxit. Alboin v. excitatus à ſomno, & intelligens malũ quod imminebat, concite manũ ad gladium, qui alligatus erat, tẽdebat, ſed non valens eũ extrahere, ſcabellum apprehendebat, & aliquandiu ſe defendebat, ſed illi prævalentes, eum occidebant. Helmichis aũt accipiens Roſemundã in uxorem, decertavit, ut regnũ Alboin apprehenderet, ſed nõ potuit, qa Longobardi multũ dolentes de ejus morte, quæſierũt Helmichin interficere. Inter hæc Roſemũda madavit Lõgino, præfecto Ravẽnæ, ut cõcite navim mitteret, quæ eos deportare. Quã cũ ille miſiſſet, per ſilẽtiũ noctis Helmichis & Roſemũda navim intraverunt, & Albſuindã, filiã regis Alboin, & omnẽ theſaurũ ſecũ deportaverunt. Longinus aũt præfectus, ſuaſit Roſemundã, ut Helmichin occideret, & ſe maritũ acciperet. Quæ cum conſenſiſſet, quadam die dum Helmichis ad balneum iret, perrexit cum eo, ut ei deſerviret, portans ſecum venenum quo eum interficeret. Cumq; ille de balneo exiret, porrexit ei venenum in poculo dicens. Si hoc biberis, magnã ſalutem

inde

Longobardos refert inter Sueuorum gentes Taciti.

Argumentum quia ſchalam paterã vocant, & vivarium piſcium qualamam vide Rhe. lib. 1. rerũ Ger.

Juſtinus ſuccedit Juſtiniano.

Longobardi invitantur in Italiam.

Prodigia.

Longobardi ad inſtantiam Narſetis cum Saxonib. è Pannonia, Italiam ingrediuntur.

Clotharius rex Francorum moritur.

Narſetis corpus in Cantra plumbea.

Alboini equus immobilis.

Votum contra Chriſtianos diſrumpere.

Roſemunda cogitat de interficiendo marito. Vide Paulum Diac. de geſtis Longobardorum lib. 2 cap 14.

Pered ut reginam Roſemundam ad miterat.

Alboinus occiditur.

Digitized by Google

Inde habebis. Qui cum biberet, ac venenum esse sentiret, apprehenso gladio Rosemundam per capillos tenuit, & venenum quod remanserat, illam bibere coegit, sicq; Dei judicio, ambo perierunt veneno. Longinus vero præfectus Albsuindam cum omni thesauro misit Constantinopolim Imperatori Justino. Longobardi aũt omnes, habito inter se consilio, fecerunt regem Cleph, virum nobilissimũ gentis Longobardorum, in civitate Ticinensium. Hic multos potentes viros Romanorũ alios occidit, alios de Italia ejecit. Nec enim Romanis illo tempore virtus fuit, ut resistere possent Longobardis, quin & mortalitas, quæ sub Narsete fuit, & fames quæ postea venit, õnẽ Italiã dissipavit. Cumq; per unum annum & menses sex Cleph regnaret, à quodam puero, familiari suo, cum gladio, quem in mensa ad obsequiũ suum habebat, occisus est. Post cujus mortem Longobardi regem jam per annos decem non habuerunt, sed duces unaquæq; civitas suum ducem. Ex quibus ducibus aliquanti cum multis pugnatoribus, Gallias ingressi, prædati sunt, contra quos Amatus patritius, qui erat ex parte Guntrammi regis, movens exercitum, ab eis occisus est, ipsiq; cum multa præda reversi sunt. Quibus discedentibus, rex Euniũ, qui & Nummulus dictus est, ad se vocavit, eumq; patritium fecit. Iterum Longobardi intraverunt Galliam, Nummulus aũt jungens se Burgundionibus, ivit contra eos, & circundans eos insidiis, multos ex eis occidit, cæteros redire vacuos coegit. Posthæc Saxones, qui cum Longobardis Italiam intraverunt, cum viderent Longobardos regnare, nec ipsi vellent sub eis vivere, cum omnibus suis per Galliam redierunt, & per adjutoriũ Sigiberti regis in patriam suam tetenderunt. Quo cum pervenissent, invenerunt eam tenere Suevos & alias gentes. Insurrexerunt ergo contra eos, & certabant inde expellere illos. At illi dederunt illis tertiã partẽ regionis, dicentes, quia possumus communiter vivere. Saxonibus non consentientibus, iterũ dederunt eis aliã tertiã ut ipsi tenerent unã, sed Saxonibus nullo modo acquiescentibus, cõmiserunt pugnã, in qua de Saxonibus mille 20. mortui sunt, de illis vero 400. millia, & 80. sicq; Saxones terrã suã obtinuerunt. Hoc tempore Sigibertus rex Francorũ occisus est, fraude Hilperici fratris sui, & regnum ejus suscepit filius ejus Hildibertus cũ Brunihilde matre sua. Justinus quoq; minor, cum 11. annis regnasset, eisdẽ temporibus obiit, & Tyberiũ Constantinũ successorẽ reliquit. Quo post annos septẽ defuncto, Mauritius ei successit in imperio. Longobardi vero cũ per decẽ annos essent sub ducibus, postea cõmuni consilio constituerunt sibi regẽ Authari, filiũ Calphurnis supradicti principis, qui antea Tadonẽ regnavit, & pro magno honore vocaverunt eũ Flaviũ, & istud prænomen postea in usu habuerunt reges Longobardorũ. Duces vero qui tunc erant, pro restauratione regni medietatẽ omniũ suarũ substantiarũ in expendiũ reipublicę dederũt, ut esset unde vivere potuisset ipse rex, vel qui in servitio ejus erant, vel qui ad eum veniebant. Hoc aũt erat mirabile in regno Longobardorũ, quod nullus alicui faciebat violentiã, nulla fraus ibi erat, nemo aliquem injuste angariabat, non ibi latrones erant, sed unusquisq; ubi volebat, securus pergebat. Hoc tempore Mauritius Imperator quinquaginta millia solidorũ misit Hildiberto regi Francorum, ut Longobardos de Italia expelleret. Quo veniente cum magno exercitu, Longobardi civitates suas intraverunt, & xenia Hildiberto regi miserunt, pacemq; cum eo fecerunt. Qui reversus est in Galliã. Quod audiens Mauritius, solidos quos ei pro dissipatione Longobardorũ dedit, repetere cœpit, sed ille in virtute sua confidens, nullum ei responsum dedit. Interea Hildibertus pugnavit cum Hispanis, & vicit eos, & ista fuit causa, unde inter se pugnare ceperunt. Hildibertus rex, sororẽ suam nomine Ingundem dederat uxorem Ermengildo, filio Leovigildi regis Hispanorum. Qui Ermengildus per prædicationem Leandri Episcopi, & per monita uxoris suæ de Arriana hæresi, quam pater suus colebat, ad fidem catholicam conversus fuerat, pro qua causa impius pater ejus in ipsa festivitate Paschæ, cum securi eum percuti jussit. Uxor vero illius fugiens de Hispania, voluit reverti in patriam suam, sed milites Romani, qui in illis partibus erant, apprehenderunt illam cum filio suo parvulo, & adduxerunt illã in Siciliã, ibiq; mortua est, filium vero ejus direxerunt in Constantinopolim Mauritio Imperatori. Iterum Mauritius Imperator misit ad Hildibertũ, rogans illum ut exercitum dirigeret in Italiam contra Longobardos. Qui sperans q̃ soror sua adhuc viveret, & in Constantinopoli esset, volens eam recolligere, complevit voluntatẽ Imperatoris, & misit exercitũ Francorum in Italiam, sed Longobardi frequenter pugnabant contra ipsos. Post hæc Franci & Alemanni rixam inter se habentes, egressi de Italia, redierunt ad propria. Hoc tempore inundatio aquarũ facta est in Italia, de qua beatus Gregorius scribit in dialogo: & pestilentia illa pro qua ipse jã archidiaconus, septiformen letaniã constituit, ipseq; Romanũ pontificatũ invitus accepit. Post hæc misit Autharus legatos suos ad Garibaldũ regẽ Bavariorũ, petens filiã suã uxorẽ. Qui bene legatos suscepit, & filiã suã nomine Theodelindã ei promisit. Quod dũ missi renunciarẽt Autharo, ille cupiens videre sponsã suã, elegit secũ paucos juvenes fortissimos, & unũ fidelissimũ, quasi pro domino, & cũ summa festinatione, perexit in Bavariã. Cũq; starent in conspectu Garibaldi regis, & ille q̃ quasi senior videbatur dicta sua cõplesset, dixit Authar' ad regẽ. Dominus meus Authar' proprie pro ista causa me misit, ut videã filiã vestrã, dominã nostrã, ut qualis sit forma ejus, possim domino meo verè nunciare. Qui statim fecit eã venire. Quæ cũ placuisset Autharo, dixit ad regẽ. Si placet vestræ potestati, de sua manu det nobis bibere, sicut & post hęc debebit facere. Quod cũ rex fieri jussisset, illa tollens calicẽ plenũ mero, dedit primũ illi, qui senior videbatur, deinde porrigebat Autha-

Helmichis & Rosemunda venenum pereunt

Sigibertus Francorum rex occiditur.

Flavii dicti reges Longobardorum. Justitia & securitas in regno Longobardorum.

Ermengildus Christianus, occiditur à patre.

Rixa inter Francos & Alemannos.

Septiformis letania Gregorii Magni

Legati Autharis ad Garibaldum regem Bavariorum.

ro neſciens quis eſſet. Ipſe vero poſtquam bibit, & calicem reddidit, nemine vidente, digito eam tetigit, & manum ſuam per faciem ejus duxit. Quæ verecundans cum hoc nutrici ſuæ indicaret, nutrix reſpondit, Si rex & ſponſus tuus non eſſet, te nullo modo tangere præſumpſiſſet. Sed taceamus, nec audiat hoc pater tuus. Iſte qui talem habet perſonam, dignus eſt & imperium habere, & te uxorem ducere. Erat enim Autharus juvenis pulcherrimus, & boni ſtatus. Poſt hæc commeatū petentes à rege, perrexerunt ad patriam ſuam. Autharus vero cum perveniſſet prope fines Italiæ, comitantibus aliquantis Bavariis, appropinquavit arbori, quæ ſtabat juxta viam, & erexit ſe ſuper caballum, quantum potuit, & ſecurim quam portabat in manu, in ipſam arborem impegit, ibiq; dimiſit dicens. Taliter ferire ſolet Autharus. Quo dicto intellexerunt Bavarii, q ipſe eſſet Autharus. Poſt aliquantū tempus conturbatus eſt rex Garibaldus de adventu Francorum, & Theodelinda filia ejus cum fratre ſuo nomine Gundoaldo fugit ad Italiam, & mandavit ſponſo ſuo Autharo, ut veniret obviam ei. Qui gaviſus eſt, & faciens magnam præparationē perrexit in campū, qui dicitur Sardis ſuper Veronā, & ſuſcepit eā cum gaudio. Erat autem ibi tunc inter alios Longobardos Egilolfus dux de civitate Taurinenſi. Tunc ſubito conturbatus eſt aer, & cepit tonare, & coruſcare fortiter, ſtatimq; fulmen percuſſit unum lignum, quod erat poſitum in cluſura regis. Egilolfus autē habuit puerū quendam, qui (neſcio per quam artem) intelligens quid hoc ſignificaret, ait Egilolfo ſecrete. Iſta mulier, quam modo rex tulit uxorem, poſt non multum tua conjunx erit. Qui iratus ait, Si alia vice hoc dixeris, caput tuum abſcāida. Cui ille reſpondit. Verum eſt, quia caput meum abſcindere poteris: ſed & hoc verum eſt, quia iſta fœmina ad hoc venit in iſtam patriam, ut uxor tua ſit. Quod & poſtea factum eſt. Interea mandavit Authari rex verba pacifica Guntrammo regi Francorum, patruo Hildiberti regis, ut faceret pacem cum eo. Ille verò cum gaudio ſuſcepit miſſos Authari, & direxit ad Hildibertum nepotem ſuum, ut propter voluntatem ſuam & conſilium, faceret pacem cum Longobardis. Erat enim ipſe Guntrammus rex pacificus, & omni bonitate prædi-

Autharus Longobardorum rex 12. Paulus dictus ob dignitatem. Paul. dia. lib. 2. c. 8.

tus. Cum autem legati tardarent in Francia, Authari apud Ticinum veneno, ut dicunt, mortuus eſt, poſtquā regnavit annis ſex. Statimq; Longobardi miſerunt ad Hildibertum regem, qui ei mortem Authari nunciarent, & pacem ab eo poſtularent. Quos ille benignè ſuſcepit, pacemq; dedit. Reginaverò Theodelin la quia placebat Longobardis, demiſerunt eam regnare, dicentes ei, ut quemcunq; amaret virum, tolleret maritum, talem tamen, qui dignus eſſet regere regnum. Quę habito conſilio cum ſapientibus, elegit ſibi maritum ducem Egilolfum, qui erat vir ſapiens et bellator, & per omnia aptus ad regnandum. Cui ſtatim mandavit ut veniret ad eam, ipſaq; ad caſtellum quod Laomellum vocatur, perexit ei obviam. Qui cum inter ſe colloquium haberent, juſſit regina afferri vinum, bibensq; ipſa prior, dedit Egilolfo. Qui cum acciperet, honoravit manum ejus oſculatus eſt. Quæ ſubridens ait: Non debes manum meam oſculari, quia rex & maritus meus eris. Et ſic eum amplexata eſt, & manifeſtavit ei omnia quæ per conſilia ſapientum de gubernatione regni & nuptiis ſuis ordinata eſſent. Inter hæc fiunt nuptiæ cum lætitia magna, & Egilolfus qui erat cognatus regis Authari, cœpit regnare intrante menſe Novembri: poſtea tamen congregatis Longobardis apud Mediolanum in menſe Majo, confirmatus eſt in regno. Igitur Egilolfus, qui & Agio dictus eſt, confirmata ſibi regia dignitate, mandavit Agnellum epiſcopum de Tridento in Franciam pro illis hominibus qui captivati fuerant à Francis de caſtellis Tridentinis. Qui cum veniret, Brunihildis regina multos ex eis precio ſuo redemit, eiq; reducendos dedit.

Regina Theodelinda nubit Egilolfo.

Dialogum Gregorii, Theodelindæ reginæ pro munere miſſit. Paulus dia. lib. 4. cap. 2.

His diebus beatus Gregorius papa Romanus, dialogum ſcripſit, eumq; Theodelindæ reginæ pro munere miſit, quia ſciebat eam eſſe Chriſtianiſſimam, & timentem Deum, per ipſam quippe multa bona in eccleſia Dei facta ſunt. Nam Longobardi cum adhuc gentilitatis errore tenerentur, prope omnes ſubſtantias eccleſiarum abſtulerunt: ſed iſta ſupplicando & ipſum regem ad catholicā fidem adduxit, multas poſſeſſiones eccleſiis contulit: epiſcopos quoq; qui antea nullum honorē habebant, ad propriam dignitatem reſtituit. Hoc tempore ordinatus eſt rex Taſſilo in Bavaria, ab Hildiberto rege Francorum, ſtatimq; ivit cum exercitu in provinciam Sclavorum & victoriam habens, cum magna præda ad terram ſuam reverſus eſt. Igitur dominantibus per omnem Italiam Longobardis, dum veniret Egilolfus in partes Romanas, beatus Gregorius de adventu ejus in tantum territus eſt, ut ab expoſitione Ezechielis, ſicut ipſe teſtatur, ceſſaret. Cœpit autem frequenter per epiſtolas ſuas Theodelindam reginam monere, ut hortaretur Egilolfum maritum ſuum pacem cum Romanis habere. Quod & factum eſt. Unde idem venerabilis vir gratias agendo, epiſtolas ad eandem reginam, & ad ipſum Egilolfum regem transmiſit, quæ in libro vitæ ipſius ſcriptæ reperiuntur. Hoc tempore Hildibertus rex per venenum, ut dicunt, occiſus eſt cum uxore ſua; mortuus eſt & Guntrammus rex.

Bis Ecclaria Thaſilo.

Gregorius terretur adventu Egilolfi, ut ab expoſitione Ezechielis ceſſaret.

Hic legis in Paulo dia. Epiſtolam Greg. papæ ad Theodelindā reginam Longobardorum Item ad Agilulfum regem Longob.

Circa hæc tempora deſtructum eſt à Longobardis monaſterium ſancti Benedicti in caſtro Caſſino. Nocte quippe illuc intraverunt, & omnia inde abſtulerunt. ſed juxta prophetiam viri Dei nullū ex monachis apprehendere potuerunt. Fugerunt nanq; & venerunt Romam, portantes ſecum codicem ſanctæ regulæ, quam idem beatus pater compoſuit, & alias ſcripturas, necnon & pondus panis, & menſuram vini, & quicquid exinde tollere potuerunt. Poſt beatum nanq; Benedictum

texe

itized by Google

rexit ipſum monaſterium Conſtantinus: poſt quem Simplicius: poſt ipſum Vitalis: poſt hunc Bonifatius, ſub quo illa deſtructio facta eſt. *Caſſini monaſterii deſtructio Paul. dia. lib. 4. cap. 6.*

His diebus fecit Theodelinda regina eccleſiam beatī Johannis Baptiſtæ in Modicia, qui locus 12. miliario eſt à Mediolano: & decoravit eandem eccleſiam multis ornatibus auri & argenti: & dedit ei multas poſſeſſiones.

Conſtantinus ſucceſſor hic.

In eodem loco fecit quondam palatiū Theodericus rex Gothorum, eo quod æſtatis tempore locus ipſe temperatus eſt, & bonus, eſt enim vicinus alpibus. Tunc quoq; natus eſt Egilolfo filius de Theodelinda regina, in palatio Modeciano, & baptizatus eſt ibi, vocatusq; eſt Adoland⁹, & ſuſcepit eum de ſacro fonte Secundus ſervus Dei de Tridento.

Uſq; ad hæc tempora rebellis fuit Longobardis Patavium civitas, eo quod milites qui ibi erant, fortiſſime reſiſtebant: ſed poſtea jactantes ibi ignem incendebant eam, & juſſione regis Egilolfi everſa eſt uſq; ad terram: milites tantum qui in ea erant, dimiſſi ſunt redire Ravennam. Hujus Egilolfi temporibus beatus Columbanus venit in Italiam, & fecit monaſterium quod vocatur Bobiū in montibus Cocciis. Igitur Egilolfus qui & Agio dictus eſt, poſtquam regnavit annis 20. defunctus eſt, relinquens in regno filium ſuum Adolandum adhuc puerū cum matre ſua Theodelinda. Qui cū regnaret 10. annis, perdidit ſenſum, & ejecerunt eum de regno, & in locū ejus conſtituerunt Arioaldum quendam, cujus generatio non eſt deſcripta. Qui poſtquā tenuit regnum per annos 12 mortuus eſt, & regnum ſuſcepit Ruotheri vir, fortis & ſtrenuus, ſed Arriana perfidia maculatus. *Patavium civitas rebellis Longobardis.* *Bobium monaſterium in montibus Coccii.*

Hujus temporibus pene per omnes civitates regni ejus duo erant epiſcopi: unus catholicus, alter Arrianus. Hic Ruotheri rex legem Longobardorum compoſuit, & ipſum codicem Edictum appellavit. Erat autem jam 77. annus, ex quo Longobardi venerant in Italiam. Poſtquam vero 16. annos regnavit, & quatuor menſes, mortuus eſt, regnumq; filio ſuo Radoaldo dimiſit, ipſe aūt ſepultus eſt juxta Eccleſiā beati Johannis Baptiſtæ. Poſt aliquod tempus quidā homo pro maligna cupiditate aperuit ſepulchrum ejus nocte, & tulit omnia ornamenta corporis illius. Apparuit autem ei per viſionē beatus Johannes dicens: Quare auſus es tangere corpus hominis iſtius? Quamvis non recte crediderit, tamen ſe mihi commendavit. Quia igitur hoc facere præſumpſiſti, nunquā amodo eā eccleſiā intrabis. Quod & factum eſt. Nam quotiens eandē eccleſiā intrare voluit, ſubito quaſi aliquis cū magno cultello vellet eū in guttur ferire, retro cedit. Radoaldus igitur poſt mortē patris accipiens regnū, tulit uxorē Gumbirgam, filiā Egilolfi & Theodelindæ. Iſta Gumbirg fecit eccleſiā ſancti Johannis Baptiſtæ in Ticinenſi civitate, ſicut mater ejus fecit in Modicia, & decoravit eam ornatibus, & ditavit opibus, in qua & ipſa ſepulta eſt. Hæc dum accuſata eſſet apud maritum ſuū, quod commiſiſſet adulteriū, Carellus ſervus ejus petivit à rege, ut ad ſingulare certamen pugnare ſibi liceret, cum illo qui dominā ſuā infamavit: pugnansq; cū eo corā omni populo, eum proſtravit, ſicq; regina priſtinū honorē recuperavit. Rex vero Radoaldus (ut dicunt) cū adulteraſſet uxorē cujuſdam Longobardi, ab eo occiſus eſt, cū jā per quinq; annos & 7. dies regnaſſet. Cui ſucceſſit Aripertus, filius Gundoaldi, qui fuit frater Theodelindæ reginæ. Hic fecit eccleſiam in honore Domini Salvatoris in Ticino, & decoravit eā variis ornamentis, ditavitq; ſubſtantiis. Igitur Mauritius imperator poſtquā regnavit annis 21. cum filiis ſuis Theodoſio, & Tyberio, & Conſtantino, occidit illos Phocas, qui fuit ſtrator Priſci patritii, & ipſe regnavit. Qui poſtquam regnavit annis 8. Heraclius qui regebat Africam rebellavit ei: & veniens cum exercitu, occidit eum, & ſuſcepit imperium. Quo poſt 27. annos defuncto, filius ejus Conſtantinus ſuſcepit imperiū. Sed hoc poſt quatuor menſes per venenum extincto, Heraclonas frater ejus cum Martino regnū invaſerunt. Quib. mox dejectis, Conſtans, filius Conſtantini, regnavit annis 28. Aripertus rex poſtquam apud Ticinū Longobardos rexerat per annos novem, mortuus eſt, & reliquit regnum ipſum duobus filiis ſuis, Perthari, & Gotebertō: & Gotebertus ſedebat in Ticino, Pertharit in Mediolano. Deniq; facientibus malignis hominibus, ſurrexit odium & diſcordia inter ambos fratres, in tantum, ut alter ab altero regnum tollere decertaret. Pro hac cauſa Gotebertus direxit Garibaldum, ut alter ab altero regnum tollere decertaret. Pro hac cauſa Gotebertus direxit Garibaldum ducem Taurinenſiū ad Grimoaldum ducem Beneventanum, ut veniret & adjuvaret eum contra fratrem ſuum, promittentes ei dare ſororem ſuam uxorem, ſi eum adjuvaret. Garibaldus vero fecit fraudem contra dominum ſuum, deditq; Grimoaldo conſilium, ut veniret, & regnum Longobardorum, quod ambo fratres qui erant adoleſcentes diſſipabant, apprehēderet, ut pote qui habebat jam maturam ætatem, & erat conſilio bonus, & fortis in virtute. Audiens hæc Grimoaldus, ſtatim elevavit animum ſuum ad accipiendum regnum Longobardorum, & ordinans filium ſuum Romoaldum, ducem in Benevento, ipſe cum electa multitudine virorum apprehendit viam contra Ticinum, & per omnes civitates miſit. & faciebat ſibi amicos, ut regnum accipere poſſet: Traſemundum vero Capuanū comitatem miſit per Polentiam & Tuſciam, ut Longobardos de partibus illis in ejus adjutorium invitaret. Quod fecit: & cum magno adjutorio apud Æmiliam ei occurrit. Igitur Grimoaldus cum veniſſet Placentiam, miſit Garibaldum ante ſe, ut Gotebertō nunciaret de ejus adventu. Audiens hoc Gotebertus, quæſivit conſilium ab eodē Garibaldo, in quo loco præparet hoſpitiū Grimoaldo. At ille reſpōdit dignū eſſe ut Grimoaldus q cauſa illius venerat, & ſororē ej⁹ acci- *In omnibus civitatibus epiſcopi catholici & arriani, Paul dia. lib. 4. cap. 15.* *Rex Radoaldus occiditur.* *Phocas ſtrator.* *Hic videſ fortunæ luſum. Fuit primo patritius cuiuſdam ſtrator, poſt miles, ad ultimū imperator. Otto Friſin lib. 5. c. 8.* *Heraclonas cum Martino regnat.* *Hic fuit 25. imperator Conſtantinopolis.*

pere debebat, hoſpitium haberet intra palatium. Quod ita factum eſt. Prædictus ergo Garibaldus ſeminator malitiæ dixit ad Gotebertum: quando veneris cum Grimoaldo ad colloquium habeto loricam ſubtus veſtimentum, quia ipſe te occidere quærit. Deinde dixit eadem verba ad Grimoaldum. Cumque die altera veniſſent ad colloquendum, videns Grimoaldus quod Gotebertus lorica eſſet indutus, evaginato gladio interfecit eum, & invaſit imperium ejus. Habebat autem Gotebertus filium parvulum nomine Riginbertum quem rapientes fideles ejus nutrierunt occulte,

Pertharitus occiſo fratre fugit.

Sed nec curavit Grimoaldus eum perſequi quia puer adhuc erat. Audiens autem Perthari qui apud Mediolanum regnabat, q̃ frater ejus mortuus fuiſſet, quanta velocitate potuit fugit: & ad Cacanũ regem Avarum abiit. Uxorẽ vero illius nomine Rodelindam, & parvulũ filium nomine Chunibertũ, tranſmiſit Grimoaldus in Beneventũ. Poſt hæc malignus homo Garibaldus, cujus conſilio hęc omnia facta ſunt, non diu ſuper his gaudebat. Erat enim in civitate Taurinenſe parvus quidã homũculus, natus de propria gente Goteberti. Iſte cum ſciret q̃ Garibaldus ipſo ſacratiſſimo die paſchali venturus eſſet ad orationẽ in eccleſiã beati Johannis Baptiſtæ, abiit, & aſcendit ſuper fontem ſacrũ baptiſterii, & cum ſiniſtra manu tenuit ſe ad unam columnellã, ubi Garibaldus tranſire debuerat, cum dextra vero evaginatum gladiũ ſub veſtimento tegebat. Cumq; prope eum Garibaldus veniſſet, ille homuncio evaginato gladio cum tota virtute qua potuit, percuſſit eum in cervicẽ, & amputavit caput ejus. Homines aũt ejuſdem Garibaldi, multas illi plagas facientes, ad ultimũ occiderunt eum. Qui quamvis ſic punitus mortuus fuiſſet, tamen injuriam & mortem domini ſui vindicavit. Grimoaldus aũt confirmatus in regno apud Ticinum, occidit Chunibertum filiũ Gotheberti, & ſororẽ ejuſdem Goteberti, filiam Ariperti, duxit uxorẽ. Beneventanũ vero exercitũ cũ quo regnũ apprehendit, remiſit ad propria, ditatũ magnis muneribus, ſed aliquantos ſecũ retinuit, quibus largiſſimas poſſeſſiones conceſſit. Audiens aute q̃ Perthari in Scythia fugiſſet, & apud Cacanũ regem Hunorum ſtetiſſet, mandavit eidem Cacano, quod ſi Perthari in regno ſuo manſiſſet, pacẽ cum Longobardis ſicut hactenus habere non poſſet. Quod Cacanus ut audivit, Perthari dixit: In qualemcunq; partem volueris, vade, quia in meo regno non poteris ſtare, ne ptopter te inimicitiam Longobardorum incurtam. Perthari hæc audiens, delegit reverti ad Grimoaldũ, quia audierat eum eſſe miſericordiſſimum. Cum vero veniſſet ad Laudenſem civitatem, miſit Unulfum fideliſſimum ſibi virum ad Grimoaldum, qui ſuum ei nunciaret adventum. Hoc audiens Grimoaldus, gaviſus eſt nimium, & mandavit ei promittendo, quod nullum malum haberet, ſi ad eum veniret. Igitur Perthari ad Grimoaldum ingreſſus, voluit ſe ad pedes ejus jactare: ſed Grimoaldus nõ permittens eum hoc facere, retinuit eum, & oſculatus eſt eum. Tunc dixit Perthari ad Grimoaldũ: Servus tuus ſum. Potui quidem vivere inter Paganos, ſed audiens te Chriſtianiſſimum & miſericordiſſimum, pro tuo nomine bono veni ad te. Tunc rex promiſit ei jurejurando coram omnibus dicens: Per eum qui me naſci fecit, quandoquidem ad meam fidem veniſti, nullum malum erit tibi. Et dedit ei optimam domum, præcipiens ſuis miniſtris, ut omnia quæ ſibi eſſent neceſſaria, ex publico abundantius haberet. Tunc Ticinenſes omnes cœperunt ad eum currere, & quaſi notum ſalutare: ſtatim maleloqui accendetes ad Grimoaldum, dixerunt ad eum: Niſi Perthari citius occideris, regnum non habebis, omnes enim ad eum concurrunt, & propter eum te forte occidere habebunt. His verbis Grimoaldus credulus, oblitus eſt illi quod illi juravit: & qualiter illum occideret, cum ſuis tractavit. Denique per conſilium miſit ei ad cœnam diverſos cibos, & optimum merum, ac diverſos potiones, ut cum per noctem quaſi mortuus jaceret, levius occidi poſſet. Sed cum ad cœnam ſediſſet, venit ad eum ſuus quondam ſerviens, afferens ei cibum, quem miſit ei rex: & cũ poſuiſſet eum ſuper menſam, finxit ſe ſalutare Perthari, & mittens caput ſub menſam, clam nunciavit ei conſilium Grimoaldi. Qui ſtatim vocavit ad ſe pincernã ſuum, præcepitq; ei, ut in phiala aurea ſibi miſceret, ſemper aquam ſolam in eam mitteret. Tunc miſſi regis rogabant eum ex mãdato ejus, ut lætus biberet, & in honore Grimoaldi totam phialam conſumeret. Ille autem dicebat ſe cum gaudio bibere, totamq; phialam in honore ejus effundere. Nihil autem bibebat niſi aquam. Pergebant igitur miniſtri regis, nunciantes ei, quod multum vinum biberet Perthari, etiam ebrioſus eſſet. Ille vero cum gaudio dixit: Bibat ille ebrioſus hodie, cras enim evomet eadem vina cum ſanguine. Interea clamavit Perthari ad ſe Unulfum fideliſſimum ſuum, & indicavit ei regis voluntatem & conſilium. Quod audiens Unulfus, vocavit puerum ſuum, & præcepit ei, ut lectum ſibi faceret juxta Perthari lectum. Cœna vero peracta, cum miſiſſet rex homines ſuos, qui Perthari cuſtodirent, ne aufugere potuiſſet, intravit Perthari in cubiculum, ubi dormire debuit cũ Unulfo & veſtiario ſuo fideliſſimo, nunciavitq; eidem veſtiario, quod de morte ſua rex cogitaret, & ait: Si ego effugere potuero, tu finge loquendo ad homines regis, quod ego dormiã in iſto cubiculo, & forſitan effugiens, de manibus eorum me liberabo. Quod cum ille gratanter ſe facturum promitteret, tulit Unulfus culcitram & pellem urſinam, & poſuit ſupra dorſum Perthari, & cœpit eum quaſi ſervum ruſticanum cum vecte cædere, & cum pugno in collo pellendo, extra regiam jactare. Cumque milites regis interrogarent quid hoc eſſet, Unulfus dixit: Servus iſte ruſticanus fecit mihi lectum juxta lectum Perthari, qui ſic ebrius eſt, ut dormiat quaſi ſit mortuus.

Beneventanos exercitus remittitur.

Pertharitus fugatis emulis.

Hoc

Hoc illi audientes, & verum esse credentes, læti facti sunt, & Perthari quasi servum rusticanũ exire dimiserunt. Vestiarius aũt ille fidelissimus in cubiculo mansit, illudq; claudens, firmiter obseravit: Quod videntes servi regis, reversi sunt ad dominum suum. Unulfus aũt per funem deposuit aliquantos viros ad Perthari dominum suum, qui cum illo irent. Pergentes igitur simul fugere cœperunt: & cum invenissent caballos in prato, apprehenderunt eos, & caballicaverunt, & in ea nocte pervenerunt ad civitatem Astensem, ubi erant verissimi amici Perthari, quia eadem civitas necdum subdita erat Grimoaldo: indeq; fugiens in civitatem Taurinensem, pervenit in Franciam: sicque Deus omnipotens Perthari innocentem à morte liberavit, & Grimoaldum ne homicidium faceret, custodivit. In crastinum ergo Grimoaldus sperans, quod Perthari dormiret in hospitio suo, misit ad eum homines qui eum adducerent: & ab eodem loco suo usq; ad palatium fecit stare homines hinc & illinc, ne per quale cunq; ingenium posset effugere. Cumq; venissent missi à rege, cœperunt clamare ad regiam ubi vestiarius ille manebat, ut Perthari à somno excitarent. Vestiarius autem ille dicebat: Misericordiam cum eo facite, & dormire illum permittite, quia de via lassus est, & adhuc nimium dormit. Qui cum hoc regi nunciarent, ait: Sero sic ebrius fuit, ut adhuc evigilare non possit. Iterum misit, ut festinantius adduceretur. Qui venientes ad januam ubi eum dormire sperabant, magnis vocibus ut eum excitarent, clamabant. Vestiarius ille iterum eos rogabat, ut aliquantulum dormire permitterent. Qui irati, dixerunt: Satis jam dormivit ebriosus ille, & calcibus rumpebant regias: & ingressi cubiculũ, requirebant eum in lecto: & non invenientes, interrogabant vestiarium quid factum sit de illo. Qui eum fugisse respondit. Quem illi apprehendentes per capillos, fustibus cædebant, eumq; ligatis post tergum manibus, ad regem ducebant, dicentes: Iste sapit quomodo Perthari fugit, & ideo dignus est morte. Rex autem solvi eum præcepit, & per ordinem qualiter Perthari fugisset, edicere jussit. Qui omnia sicut facta fuerant, enarravit. Tunc rex interrogavit circunstantes dicens: Quid homo iste promeruit, qui tale malum fecit? Qui omnes responderunt, mala morte illum mori debere. Rex autem dixit: Per illum qui me nasci fecit, bene debet homo iste habere, qui se pro domino suo morti voluit tradere. Tunc præcepit eum inter suos vestiarios esse, multa ei promittens, si sibi talem fidem servaret, qualem Perthari servavit. Deinde requisivit rex, quid de Unulfo factum sit. Qui ait: In Ecclesiam sancti Michaelis Archangeli fugit. Statim rex misit ad eum, promittens nullum malum eum habiturum, tantum festinantius veniret ad eum. Unulfus hoc audiens, festinanter ad palatium venit, & ad pedes regis se protinus misit. Quem cum rex interrogaret, qualiter Perthari effugeret: Ille omnem rei veritatem ei narravit. Tunc rex coram omnibus eo laudans prudentiam ejus & fidem dedit omnes divitias suas in illius potestatẽ, ut esset honoratissimus in palatio suo. Post aliquantos dies interrogavit eũ rex, utrũ secum, an cum Perthari libentius esset. Ille autem cœpit juramdo dicere, quod magis optaret cum Perthari mori, quàm ubicunq; in maximis delitiis vivere. Deinde vocavit vestiarium illum, & jussit eum, utrum melius sibi videretur in palatio esse, an cum Perthari in peregrinationẽ ire? Ille autem eadem verba dicebat, quæ & Unulfus antea dixerat. Rex autem cum audisset, gavisus est valde, & laudavit fidem illorum, dixitq; ad Unulfum: Quotcunq; volueris de domo mea tolle, homines, vel caballos, vel quæcunq; alia, & vade ad dominum tuum sine aliqua læsione. Similiter dixit ad vestiarium illum. Illi autem tulerunt omnia sibi necessaria, & cum licentia regis Grimoaldi, perrexerunt ad dilectissimum dominum suum Perthari in partes Francorum.

Fidele servitij prudentes.

Dagobertus Francorum rex.

Hoc tempore Dagobertus regnum Francorum tenebat, cum Grimoaldus pacem firmam habebat. Romanum vero imperiũ Constantinus, Constantis filius accepit, & per 17. annos tenuit. Post hæc Grimoaldus flebotomavit se in palatio, & cum post 9. dies vellet sagittare columbam unam, disrupta est vena de ejus brachio, & mortuus est. Hic in edicto quod rex Rutheri fecit, aliquanta capitula annexuit. Fuit autem corpore maximus & audacissimus, capite calvo, barba longa, consilio & virtute primus. Sepultus est in ecclesia sancti Ambrosii, quam ipse fecit. Reliquit autem filium suum Garibaldum, quem de filia regis Ariperti habuit, successorem regni adhuc puerum, Romoaldum vero filium suum jam in Beneventо ducem constituit.

Vena post. 9. dies rupta Grimoaldo.

Perthari reditus.

Igitur Perthari cum esset in Francia propter timorem Grimoaldi, quia fœderatus erat cum rege Francorum, voluit fugere in Britanniam. Cumq; navigasset per pelagus, subito audivit à littore dicentem Si Perthari est in ista navi, dicite illi, ut revertatur in patriam suam, quia jam dies tres sũt, ex quo rex Grimoaldus mortuus est. Quod cum audisset Perthari, ibat prope littus, ut videret illum qui loquebatur: sed cum neminem invenirut, consideravit quod angelus hæc diceret, statimque reversus venit Ticinum, & invenit ibi multitudinem Longobardorum, qui eum cum gaudio susceperunt. Expulit autem Garibaldum puerum Grimoaldi de regno, & post mensem tertiũ ordinaverunt eum Longobardi regem super se: erat enim homo justus, & in fide Christi rectus, & nutritor pauperum. Misit autem in Beneventum, & fecit exinde venire Rodelindam uxorem suam, & Chunibertum filium suum, quos Grimoaldus illuc direxit in exilium. Post hæc idem Perthari fecit monasterium in eodem loco unde prius fugerat, & fecit illud dedicari in honorem Dei & sanctæ virginis Agathæ, in quo multas virgines congregavit, multaque ornamenta & substantias ibi de-

Monasterium virginum extruit Perthari.

quamvis ebriosus sit, tamen satis est fortis. Nam tempore patris sui quoniam eramus pueri, erant in palatio vervveces majores, & Chunibertus apprehendit quemvis illorum per lanã de dorso, & portavit cum una manu, quod ego facere non poteram, Quod audiens Tuscus ille, dixit: Si tu cum illo pugnare non poteris, nec me amplius in adjutorium habebis: & statim relicto eo, ivit ad Chunibertum, & indicavit ei omnia hæc. Cum autem jam prope esset, ut jungere se deberent ad pugnã, diaconus quidam nomine Sceno, multum amans Chunibertum, & timens quod ineasset pugna moreretur, dixit ad eum: Domine mi rex, omnis spes nostra in te est, si tu mortuus fueris in pugna, omnes nos ille crudelissimus Alachis per diversa occidet tormenta. Placetit itaq; tibi consilium meum & da mihi omnia arma tua, & ego vadam & pugnabo cum illo adversario. Si ego mortuus fuero, non recuperabis causam tuam si vivero, majorem inde habebis gloriam, quia per servum tuum habebis victoriam. Cumq; Chunibertus hoc omnino recusaret, rogaverunt eum fidelissimi sui, quia deberant, ut ei consentirent. Tunc ille consensit, indutumq; diaconem omnibus armis suis pro se ad pugnam misit. Cumq; pugnarent ambæ partes, Alachis semper intendebat, ubi Sceno diaconus erat, putans, quod Chunibertus esset, impugnavit eum & occidit, & cum gaudio caput ejus abscidi præcepit, levansq; illud in hasta, gratias egit Deo quos Chunibertum occideri. Sed ut cassidis de capite ejus fulsiret, apparuit quod clericus esset. Tunc Alachis cum ira magna exclamavit: Heu me, nihil fecimus quando hanc pugnam commisimus, in qua clericum occidimus, & statim tale votũ vovit, quod si victoriam de Chunberto haberet, ipsum unũ de clericorum testiculis impleret. Igitur Chunibertus videns suos deficere, putantes ipsum mortuum esse, ostendit se eis, confortans eos, & dicens, Nolite timere, modo enim debemus inimicos nostros vincere. Iterũ præparaverunt se ambæ partes ad pugnã, & cum jam prope esset, ut se conjungerent, rursum mandavit Chunibertus ad Alachisium dicens. Cur pent populus? Pugnemus nos duo, qui vicerit, dominetur omnibus populo. Cumq; Alachisio sub hæc nunciato, quarenon pugnaret cũ eo, ille respondit, Non possum hoc facere, quia video imaginem S. Michaelis Archangeli inter hastas suas, ubi ejus ravi. Tunc unus ex illis dixit ei, Propter tam otem videbitur tibi quod non sit, & jam tibi turbatum est hoc dicere. Congredientibus autem utrisq; partibus, multi utrinq; cecidernnt, Alachis quoq; cecidit, & Chunibertus, adjuvante domino, victoriam habuit. Caput autem Alachis & cruta abscisa sunt, & solum corpus truncum remansit. Rex vero cum gaudio & victoria reversus est Ticinum.

Diaconus pugnat pro Chunberto.

Votum Alachis emplende partendi de clericorum testiculis.

Cum ibi fuerent, apud Lo ugobardos trans Padum, Romoaldus filius Grimoaldi, dux Beneventanus, congregato exercitu, cœpit expugnare Tarentum, & Bantulum, & totam illam regionẽ sibi subjugavit. Dederat ei vero uxor ejus fecit monasterium in honore S. Petri Apostoli, foris muros civitatis Beneventanæ, in quo clericum Christi fecit conventum. Postquã regnavit Romoaldus per annos 16. mortuus est, & filius ejus Grimoaldus sexta Beneventanum per tres menses, duxitq; uxorem Vuigilindam, filiam Perthari, sororem Chuniberti. Post mortem Grimoaldi, *Gisolfus* frater ejus dux factus est, & tenuit ducatum per annos 17. hic uxorem habuit Vumbergam, filiam Radoaldi ducis. Circa hæc tempora, cum jam per multos annos monasterium S. Benedicti, in Casino monte esset derelictum, venerunt Franci de Colonaria, & de Aurelia in eundem locum, & dũ se fingerent jacere in eo dem loco, ubi jacebant corpora S. Benedicti, & sanctæ Scholasticæ, tulerunt ofa eorum, & portaverunt in patriam suam, ubi facta sunt duo monasteria, unum in honore S. Benedicti, aliud in honore sanctæ Sholasticæ. Sed nos scrutum credimus illud venerabile os divina semper ruminans verba, & oculos semper cœlestia videntes, & alia membra illius, quamvis dissoluta, in eo dem loco remansisse. Solum enim corpus domini non vidit corruptionem, aliorum vero corpora sanctorum quamvis in æterna gloria reparanda sint, tamen in hoc sæculo dissoluta sunt, Dum hæc in Italia gerunturtur, orta est hæresis apud Constantinopolim, quam excitaverunt Georgius patriarcha Constantinopolitanus, & Macharius, & Pyrrhus, & Petrus, & Paulus separantes in Christo Deitatem & humanitatem. Propter quam causam Constantinus Imperator fecit congregari centũ quinquaginta Episcopos, inter quos fuerunt duo legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ missa a papa Agathone, Johannes diaconus, & Johannes Portuensis Episcopus, fecitq; concilio, ddinaverunt hæresim prædicti, Eadem vero hora tenuit tela arantearum in medio populi ceciderunt, ut omnes exinde mirarentur. Hoc autem vitæ fuit significare, ut hæresis illa esset exstinienda. Prædictus autem Georgius patriarcha ab Episcopis a monitus & correctus est, alii vero in sua perfidia permanentes, ab omnibus Episcopis anathematizati sunt. Hæc est sexta synodus universalis, id est, quam mundus universus tenet. His quoque temporibus per octavam indictionem eclipsis lunæ apparuit, & secundo die intrantis Maii, eclipsis solis facta est, hora diei decima, ac deinde mense Julio, Augusto, & Septembre, mortalitas magna facta est, Tunc visibiliter multis hominibus apparuerunt duo angeli, unus bonus, & alter malus, ambulantes per urbem tempore nocturno. & ille malus tenebat venabulum in manu, & per jussionem boni angeli, de quacunque domo januam percutiebat, alia die omnes homines de eadem domo mortebantur.

Decretalari ordo S. Benedicti & Scholasticæ apparuit.

Hæresis separantium in Christo Deitatem & humanitatem.

Tela aranearum.

Sexta Synodus.

Defixi.

Post hæc cuidam homini bono per visionem dictũ est, quòd ipsa mortalitas nõ cessaret, nisi in Ecclesia S. Petri, quæ dicitur ad vincula, dedicaretur altare in honore S. Sebastiani martyris. Quo

S. Sebastianus contra pestem Paulus Diac. lib. 6. cap. 2.

Digitized by Google

Θεομάχων τὰ στόματα ἐνεφράγη τῶν ἐν τῇ ὁδῷ ἰόντων.

facto, mortalitas ceſſavit. Interea rex Chunibertus cum quodam fideliſſimo ſuo conſiliatus eſt, quomodo Aldonem & Grauſonem occideret. Cumq; de hac re inter ſe loquerentur, ſtantes prope feneſtram quandam, ſubito in feneſtra illa muſca conſedit. Quã Chunibertus occidere volens, cũ cultello quod in manu tenebat, pedem illius tantum abſcidebat. Cumq; Aldo & Grauſo ad palatium regis tenderent, & jam appropinquarent, obviavit eis unus homo pede truncato, & dixit eis, quod Chunibertus rex vellet eos occidere. Hoc illi audientes, fugerunt in Eccleſiã S. Romani martyris, & abſconderunt ſe poſt altare ipſius Eccleſiæ. Cumq; hoc regi nunciatum fuiſſet, ſtatim vocavit ad ſe illum fideliſſimum cui hoc ſoli crediderat, & dixit ei, Quare conſilium meum credidiſti cuiquam homini. Ille cum tremore reſpondit. Domine mi rex, tu ſcis quia poſtquam mihi locutus es, nunquã de tuo conſpectu foras exivi, quomodo hoc alicui homini dicere potui? Tunc rex mandavit ad Aldonem & Grauſonem, ut quid in eccleſiam fugiſſent. Qui reſponderunt. Quia audivimus quod rex nos occidere vellet. Iterum mandavit ad eos rex, interrogans quis eis hoc nunciaret, & dixit quod gratiã ſuam non haberent, niſi hoc ſibi manifeſtarent. Tunc illi omnia quæ facta fuerant, manifeſtaverunt dicentes, quia obviavit nobis unus homo pede truncato uſque ad geniculum, & ipſe hoc nobis nunciavit. Tunc rex Chunibertus intellexit, quod muſca illa diabolus fuiſſet, & ipſe hoc eis nunciaſſet, ſtatimq; vocavit eos ad ſe, & reddidit eis gratiam ſuam, & uſq; ad mortem habuit eos honoratos. Inter hæc Conſtantinus Imperator mortuus eſt, & Juſtinianus filiũs ejus minor tenuit regnum per annos decem. Contra hunc Leo quidam venit, apprehenſumq; naſo de truncavit, ejiciensq; de regno, ipſe per annos tres regnavit, & illum in inſulam quandam exiliavit. Iterum Tyberius hunc Leonem de regno expulit, ipſeq; regnum tenuit, & illũ in cuſtodiam poſuit. Poſt hæc Juſtinianus regnum ſuum per adjutorium Terebelli, regis Bulgarũ, recepit, & Leonem atq; Tyberium coram populo in medio circulo decollari fecit.

Diabolus in ſpecie muſcæ.

Conſtantinus moritur.

Leo Juſtinianum naſo truncat.

Cedoaldus rex Anglia, ad fidem converſitur.

His diebus rex Angliſaxonum, nomine Cedoaldus, qui multas pugnas in ſua patria commiſit, ad Chriſtum converſus eſt, & tendens Romam, venit ad Chunibertum regem, à quo cum magno honore ſuſceptus, ivit Romam, & à beato Sergio papa baptizatus, Petrus nominatus eſt, & cũ adhuc in albis eſſet, mortuus eſt, & in Eccleſia S. Petri ſepultus. Hoc etiam tempore fuit in regno Francorum vir nomine Arnoldus, Deo amabilis, qui relicto ſeculo, poſtea Epiſcopus factus eſt. Chunibertus vero poſtquam regnavit annis 12. ſolus poſt mortem patris, mortuus eſt, regnumq; filio ſuo Lieperto adhuc parvulo, dimiſit: cui Aſprandum virum ſapientem nutritorem conſtituit. Poſt octo menſes Reginbertus, dux Taurinenſium, venit cum exercitu contra Aſprandum & Rothariũ, duces Pergamenſium, & pugnans cum eis, vicit eos & apprehendit regnum, ſed eodẽ anno mortuus eſt. Cujus filius Aripertus iterum pugnavit adverſus Liepertum regem apud Ticinum, & Liepertũ in pugna vivum apprehendit, Aſprandus vero nutritor ejus in inſulam Cumacinam fugit. Dux aũt Rotharius cum rediſſet Pergamũ, Haripertus cum magno exercitu obſedit & expugnavit civitatẽ, apprehenſoq; Rothario, fecit radi caput ejus & barbam, & exiliavit eũ, ubi poſt aliquantum tempus mortuus eſt. Liepertum vero puerum miſit in balneum, & clauſit januã ſuper ipſum, ſicq; nimio calore mortuus eſt. Aripertus autem cum ſecurus jam regnaret, apprehendit Sigebrandum filium Aſprandi, & excæcavit eum, & omnes parentes ejus per diverſa tormenta afflixit, Luiprandum autem filium ejus minorem tenuit in carcere. Et quia adhuc erat puerulus, perſonam ejus deſpexit, & noluit ei facere aliquod malum, inſuper dimiſit eum ire ad patrem ſuum. Igitur Luiprandus venit ad patrem ſuum in Bavariam, quo ipſe jam dudum fugerat eundem Aripertum, ad ducem Theodebertum, ſtetitq; cum eo per annos novem. Quo cum veniſſet Luiprandus, cum gaudio magno eſt ſuſceptus.

Anſgis Paul. Diac. lib. cap. 5. Arnuſſum dicit majorem domus fuiſſe. Deinde cap. 8. de Anchiſe majore domus loquitur.

Hoc tempore apud Gallias in regno Francorum, ſub nomine majoris domus principabatur Anſgis, filius Arnoldi ſupradicti qui nomen trahere videtur ab Anchiſa Trojano. Igitur poſtquã Aſprãdus per annos novem manſit in Bavaria, movit exinde Theodebertum, Bauvariorũ ducem & cum exercitu venit in Italiã, pugnavitq; cum Ariperto, & mortui ſunt multi de partibus utriſq;. Sed quãvis in ipſa pugna nox finem feciſſet, certũ eſt tamen quod Bauvarii, fugerunt, & Aripertus cum victoria rediit ad caſtra. Qui cum noluiſſet manere in caſtris, ſed iret in Ticinum, fecit deſperationẽ populo ſuo, & adverſariis dedit audaciã. Poſtquam vero civitatem intravit, & ſenſit iratum ſibi eſſe populum, pro tali facto habuit conſilium, ut fugeret in Franciam, & tulit de palatio aurũ quantum voluit, & exivit. Cumq; Ticinũ fluviũ oneratus auro tranſnatare voluiſſet, ſuffocatus ab aqua mortuus eſt. Alio die inventum eſt corpus illius, & ſepultum eſt in Eccleſia Domini ſalvatoris. Poſt cujus mortem Aſprandus Longobardorum regnum tenuit, & ſolummodo tres menſes regnavit, vir per omnia bonus & cujus ſapientiæ pauci homines aſſimilari poſſunt. Videntes autem Longobardi quod Aſprandus moreretur, fecerunt ſibi regem filiũ ejus Luitprandũ, patre adhuc vivente. Philippicus autem Juſtinianũ Imperatorem occidit, regnumq; ejus per annũ & ſex menſes tenuit. Surrexit enim contra eum Anaſtaſius, qui & Arthemicus dictus eſt, & ejecit eum de regno, oculoſq; ejus erumpere fecit. Anaſtaſius autem, cum mitteret naves in Alexandriã contra Sarracenos, divertentes milites Conſtantinopolim, exquiſierunt Theodoſium, orthodoxum virum, & invitum per violentiam poſuerunt in regnum. Exiens autem idem Theodoſius do Conſtantino

Philippicus occidit Juſtinianum

Digitized by Google

poſt in Niceam, pugnavit contra Anaſtaſium, & vicit eum, & tulit ab eo ſacramentum, & eum clericum fieri juſſit, & poſtea præsbyterum ordinari fecit. Mortuo autem Theodoſio, poſt annum unum Leo factus eſt Imperator. Apud regnum Francorum, in illo tempore Pipinus regnavit, qui fuit nimium audax, ſemperq; ab hoſtibus victoriam habuit. Hic habuit filios, ſed ex eis Carolus optimus extitit, qui poſteum regnum accepit. *Pipinus regnat apud Francos.*

Circa hæc tempora compunctus divino amore Petronax de Brixia, venit Romam, & ad exhortationem beati Gregorii, tunc temporis papæ, venit in Caſſinum caſtrum, cœpitq; ibi habitare cũ hominibus, qui tunc ibi reſidebant. Qui deinde eundem venerabilem virum Petronecem fecerunt ſibi ſeniorem. Cœperunt autem ſtatim ad eum concurrere multi viri nobiles, & adjuvante divina gratia, pro meritis beati patris Benedicti, reparavit priora habitacula, vivensq; cum omnibus ſub jugo ſanctæ regulæ, ſecundum ordinem beati Benedicti, ſanctum illud monaſterium ad bonum perduxerat ſtatum. Huic venerabili viro multa fecit adjutoria dilectus Deo Zacharias papa, dans ei libros ſanctæ ſcripturæ, & alia quæ ad utilitatem monaſterii pertinent, inſuper & regulam, quam beatus Benedictus manibus ſuis ſcripſit. Ab illo autem tempore, ex quo locus ille deſtructus eſt, uſq; ad jam dictum Abbatem Petronacem, completi fuerunt centum & decem anni. In Francia, mortuo Pipino, filius ejus Carolus, quamvis per multas pugnas tulit principatum de poteſtate Reginfridi. Inter hæc Luitprandus rex audiens, quod Sarraceni deprædarentur Sardiniam, dedit magnum preciũ, & miſit in Sardiniã, fecitq; inde adduci oſſa S. Auguſtini Epiſcopi, & poſuit illa honorifice in Ticino. Poſt hæc Carolus rex Francorum, miſit Pipinum filium ſuum ad Luitprãdum regem, ut tonderet capillos ejus, & faceret eum ſibi exinde comparrem, quod ille fecit, puerumq; cum donis multis ad patrem remiſit. Igitur Luitprandus rex multa Eccleſias per loca diverſa conſtruxit. Fecit enim monaſterium beati Petri Apoſtoli, foris muros Ticinenſis civitatis, quod dicitur ad cœlum aureum, & ſurſum in alpibus, in propria ſua villa fecit monaſterium, quod dicitur Barcetum. Itemq; in Lonna villa propria, monaſterium fecit in honore S. Anaſtaſii martyris. Similiter fecit Eccleſiam Domini ſalvatoris in palatio ſuo, & ordinavit ibi ſacerdotes & clericos, qui quotidie divina officia celebrarent ibi, quod nunquam alii reges ante ipſum habuerunt. Poſtquam vero regnavit per annos 31. & menſes 7. mortuus eſt, ſepultusq; eſt in Eccleſia S. Hadriani martyris, ubi & pater ejus ſepultus eſt. Fuit autem ſapiens & fortis, amator pacis, culpantibus miſericors, caſtus, orationibus & vigiliis deditus, in eleemoſynis largus: literas non novit, ſed tamẽ ſic ſapiens fuit, ut Philoſophis aſſimulandus ſit. *Patronax de Brixia.* *Zacharias papa.* *Carolus Pipini filius.* *Monaſterium ad cœlum aureum.* *Barcetum.* *Lonna.* *Dotes Caroli filii Pipini.*

Hucuſq; de Longobardorũ gentis origine, ejuſq; in Italiã ingreſſione, regumq; ejus ſucceſſione ſtrictim deſcripſiſſe, Imperatorũ quoq; Romanorũ interim regnãtiũ nomina & tẽpora breviter tetigiſſe ſufficiat, nunc ad cœptæ ſeriei digeſtionẽ, unde paululum digreſſi ſumus, deſcriptio redeat.

JUſtinus Imperator Tyberium comitem excubitorum ſibi filium faciens, Cæſarem appellavit, & conceſſorem ſuum conſtituit. Erat imperator pedibus æger, & per hoc magis in lectulo jacuit. Poſt hæc infirmatus, ſed poſt paulũ à languore dimiſſus, convocavit tam Euticium Pontificem & ſenatum, quàm omnes ſacerdotes & cives, & adducto Cæſare Tyberio, palam omnibus appellavit eum Imperatorem, his ſermonibus uſus. Ecce Deus benefecit tibi, hunc habitum Deus tibi dedit, non ego. Honora illum, ut tu quoq; honoretis ab illo, honora matrem tuam, quæ aliquando tibi domina fuit, noſti quod primum fueris ejus ſervus, nunc autem filius. Ne gratuleris in ſanguinibus, nec communices homicidio, ne malum pro malo reddas, ne in malo inimicitiæ mihi ſimilis efficiaris, non elevet te habitus hic, quemadmodum me, ſic attende omnibus ſicut tibi, ſcito quis fueris, ne ſuperbias, & non peccabis. Omnes iſti filii tui ſunt & ſervi, hos cum videas, omnes qui ſunt reipublicæ vides. Hæc cum dixiſſet, & facta oratione à patriarcha, cum dixiſſent omnes Amen, cecidit Cæſar ad pedes Imperatoris, & dixit ei. Si vis ſum, ſi vis non ſum. Et Imperator ait. Deus qui fecit cœlum & terram, ipſe omnia quæ dicere oblitus ſum, in cor tuum mittat. Hæc cum loqueretur Imperator, replebat lacrimis totum collegium. Poſt hæc Juſtinus anno 11. ſui mortuus eſt, relicto Tyberio ſucceſſore. *Juſtinus Tyberium Cæſarem appellat.* *Præcepta Chriſtiana digna Cæſare.*

ANNI JUSTINI.

PRimo autem anno Juſtini, qui eſt annus Dominicæ incarnationis 565. Armenii ſuſcipiunt fidẽ. Anno domini 566. Anno domini 567. Sophia Auguſta accerſitis notariis, deferri juſſit cautiones debitorum & breves, & dimiſit eis omnia. Eodem anno Narſes patritius Totilam regem occidit, Gothosq; diſperſit. Anno domini 568. Longobardi Italiam petentes, de Pannonia egreſſi ſunt. Anno domini 569. Anno domini. 570. Longobardi Mediolanum intraverunt. S. Vedactus obiit. Anno domini 571. Gregorius Turonenſis Epiſcopus claruit. Anno domini 572. Anno domini 573. Anno domini 574. Anno domini 575. Juſtinus Imperator obiit. Quidam ſcribunt, quod in hæreſim Pelagianam inciderit, & ideo juſto Dei judicio ſenſu perdito cum amentia vitam finiverit. *Armenii fidem ſuſcipiunt.* *Sophia Auguſta remittit debita.* *Juſtinus Pelagianus.*

HISTORIA.

ANno dominicæ incarnationis 576. urbis vero conditæ milleſimo 327. Tyberius Conſtantinus genere Thrax 55. loco ab Auguſto imperium accipiens, coronatus eſt ab Euticio Patriar- *Tyberium coronatur & Anaſtaſio*

Digitized by Google

cha, regnavitque annis 7. Qui mittens adduxit uxorem ſuam Anaſtaſiam, & coronavit eam. Quæ cum coronaretur, clamabant partes. Anaſtaſia tu vincas. Salva Domine quos juſſiſti imperare. Hoc audiens Sophia, uxor Juſtini, animo perculſa eſt, neſciebat enim quod haberet uxorem, volebatq; ipſa nubere Tyberio, & permanere Auguſta. Quidam vero dicebat, quod vivente Juſtino, adoptata fuerit Tyberio, & ipſa perſuaſerit Juſtino, ut eum Cæſarem faceret. Qui cum adhuc vivente Juſtino præeſſet palatio, & cum, ut vere Chriſtianus, theſaurum multum, quē Juſtinus male congregavit, pejusq; in ferreis arcis repoſuit, pauperibus diſtribueret, Sophia Auguſta frequentius eū increpavit dicens. Quod ego per multos annos congregavi, tu in modico temporis expendis. Cui ille ait. Confido in Domino, quia pecunia non deerit fiſco regali, tantum pauperes eleemoſynas accipiant, & captivi redimantur. Hic cum imperialem coronam acceptarus eſſet, eumq; juxta conſuetudinem in ſpectaculo circi, ubi reges coronari ſolebant, populus expectaret, quidam adverſarii inſidias ei paraverunt, & Juſtinianum, nepotem Juſtini, in imperium ſublimare voluerunt. Ille autem prius loca ſancta perambulavit, poſtea vocans ad ſe Pontificem urbis Euticium, eum conſulibus & præfectis, cæterisq; honoratis, palatium intravit, & induens ſe purpura, coronamq; ſibi imponens, ſedit ſuper ſedem imperialem, & cum magnis laudibus in gloria regni eſt confirmatus. Quod videntes ejus adverſarii, magna confuſione ſunt cooperti. Juſtinianus vero poſt paucos dies veniens, projecit ſe ad pedes ejus, & ut gratiam ejus haberet, quindecim centenaria dedit ei. Ille autem, ut ſemper fuit patiens, ſuſcepit eum bene, juſſitq; eum in palatio ſemper manere. Sophia quoq; immemor promiſſionis, quam aliquando fecerat Tyberio, tentavit ei fraudem ingerere, exeunte enim illo ad villam, ut juxta conſuetudinem imperialem per 30. dies jocunderetur cū ſuis ad vindemiam, Sophia Juſtinianum clam vocavit, eumq; in regnum ſublimare quæſivit. Hoc audiens Tyberius, feſtinanter Conſtantinopolim rediit, apprehenſamque Sophiam omnibus ſuis rebus eam ſpoliavit, dimittens ei tantum unde viveret, & tollens omnes pueros ejus, de ſuis fidelibus poſuit, qui ei ſervirent, præcipiens ut nullus ex hisqui ei antea ſerviebant, ad eam accederet. Juſtinianum vero ſolis verbis corripiens, in tantum eum poſtea dilexit, ut filiam ſuam filio ejus promitteret, rurſumque filio ſuo filiam ejus expeteret, ſed neſcio qua de re hoc ad effectum non pervenit. Hic itaque quia multas elemoſynas quotidie fecit, multum ei Deus aurum demonſtravit. Quadam itaq; die ambulans per palatium, vidit in pavimento petram, in qua ſculptum erat ſanctæ crucis ſignum. Et ait: Cruce domini frontes & pectora noſtra ſignare debemus, & ecce ſub pedibus noſtris eam calcamus, & juſſit eam auferri. Quæ cum levaretur, invenerunt aliā ſimili modo ſignatam. Cumq; & hanc ſublevari juſſiſſet, apparuit tertia, hanc quoq; cum levaſſent, invenerunt plus quàm mille centenaria auri. Quo ſublato, multum pauperibus largitus eſt ex eo. Narſes quoq; patritius magnam domum habuit, in qua ciſternam faciens, multum aurum & argentum in ea recondit, occidens hujus rei conſcios, præter ſenem unum, à quo juramento exigens omnia ei commendavit. Mortuo autem Narſete, prædictus ſenex ad Tyberium venit, & de eadem pecunia ei indicavit. Qui gaviſus, miſit pueros ſuos cum eo, qui aperientes ciſternam, tantam pecuniam invenerunt, ut per multos dies vix potuiſſet deportari. Quam more ſuo penè omnem pauperibus erogavit. Hic, cum temporibus Benedicti papæ vaſtantibus omnia Longobardis, Roma fame laboraret, multa millia modiorum frumenti navibus ab Ægypto dirigens, eam miſericordiæ ſu lio relevavit. Tertio hujus anno rex Perſarum, congregavit exercitum copioſum contra eum, ſed miſſus ab eo exercitus duce Mauritio, Perſas vicit, reverſusq; Mauritius cū victoria, honorificè Tyberio eſt ſuſceptus, dataq; ſibi filia Imperatoris Conſtantia, gener ejus eſt effectus. Similiter & Germano prætori junxit filiam ſuam Charito, utrumq; Cæſarem creans. Adhunc Tyberium Helpericus rex Francorum miſſos ſuos direxit, & multa dona accepit, & aureos tales, quorum unus ſolidus libram penſavit, & habebant ex una parte figuram Imperatoris, & per gyrum ſcriptum: Tyberii Conſtantini perpetui Auguſti, ex altera parte currum & hominem ſuper eum, qui minabat illum, & ibi erat circumſcriptum: Gloria Romanorum.

Iuſtinianum quidam, nepotem Iuſtini, volunt in Imperium ſublimare.

Sophia fraudem intentat Tyberio.

Petra cum ſigno crucis theſaurum occultans vide Agnar. lib. 18.

Mille centenaria auri inventa.

Tyberii miſericordia in pauperes.

Tyberius vincit Perſas.

Gloria Romanorū

His temporibus beatus Gregorius tunc Archidiaconus, cum fuiſſet à Pelagio Papa Conſtantinopolim miſſus, rogantibus fratribus ſecum cōmorantibus, maximeq; Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo qui etiam tunc temporis illuc miſſus fuerat, motalia Job ſcripſit, & Euticium ejuſdem urbis Epiſcopū, præſente Tyberio Auguſto, in fide reſurrectionis erraſſe convicit. Tyberius aūt, cum regnaret annis 7. & infirmatus, mortem ſibi propinquam ſentiret, cum conſilio Sophiæ Auguſtæ, Mauritium generum ſuum, genere Cappadocium ad imperium elegit, eiq; principatum dedit, dicens. In mente habe, ut rectitudinem & juſtitiam ſemper ames, hoc poſtquā dixit, de hac luce migravit. Quem omnes populi multum planxerunt pro bonitate ejus. Fuit enim ſummę bonitatis, ad elemoſynas promtus, in judiciis juſtus, in diſcretione cautiſſimus, nullum deſpiciebat, ſed omnes cum bonitate ſuſcipiebat, & quia dilexerat omnes, ab omnibus dilectus eſt. Cujus anno primo theſaurus magnus ſub pavimento palatii, & in domo Narſetis patritii inventus eſt, ut ſupra dictum eſt.

Moralia Gregorii.

Mauritii dotes.

ANNI TYBERII CONSTANTINI.

ANno Domini 577. Benedictus Papa 64. ſedit annis 4. Ab hoc Gregorius ad prædicandum Anglis

Anglis missus est. Anno Domini 578. Sigibertus filius Lotharii interfectus est anno regni sui 14. Anno domini 579. Anno domini 580. Anno domini 581. Pelagius papa 65. sedit annis 10. menses. 2. Anno domini 501. Tyberius Constantinus obiit.

HISTORIA.

Mauritius Cappadocum sub hoc Sclavinorum gens primum innotuit.

ANno Dominicæ incarnationis 583. ab urbe condita, millesimo 334. Mauritius genere Cappadocius 56. loco ab Augusto, primus ex genere Græcorum adeptus est imperium, regnavit annis 21. Hic secundo imperii sui anno consul appellatus est. & multos thesauros urbi donavit. Provexit autem Philippicum quendam prætorem orientis, cui & filiam suam Gordiam uxorem dedit, quem tamen postea quasi regni usurpatorem suspiciosum habuit Hujus temporibus ipso annitente, beatus Gregorius ad gradum Romani Pontificatus provectus est, cujus filium idem Gregorius antea de baptismate suscepit, postea tamen idem Mauritius Gregorio Papæ infestissimus erat. Magnæ quippe avaritiæ & rapacitati deditus erat, pro quare Gregorius, quantum potuit, eum corripiebat. Et quia Imperatorem non verebatur, ad exercendam in eum tyrannidem prodire nitebatur. Sed eodem anno, qui fuit Imperii sui 19. vir quidam monachico indutus habitu, spatam dextera tenens, à foro usq; ad æneam gladiatoris statuam discurrit, & Imperatorem gladio moriturum omnibus pronunciavit. Quod Mauritius ut audivit, à tyrannide Gregorio inferendâ, semet continuit, & reversus in se, cogitavit quod dominus reddit hominibus secundum opera eorum, recognoscens etiam excessum; quē in captivatione multorum fecerat. Multa enim bella in diversis mundi partibus, per diversos duces suos exercuerat, expedire sibi judicavit in hac vita recipere pro peccato, & non in futura, compositasque scripto preces eidem Gregorio, & ad omnes Patriarchales sedes, & ad omnes civitates & monasteria civitatum, sive solitudinum cum cæteris & thymiamatibus & pecuniis transmisit. & ut pro peccatis suis intercederent, supplicavit, hoc potissimum deprecans, ut hic, & non in futuro, quæ meruit, reciperet. Cumq; hoc & ipse vehementius per tempora multa lacrymis postularet, quadam nocte dormiens, vidit in visu apud æneam palatii portam, se coram populo multo imagini Domini salvatoris assistere, & vocem terribilem ex eadem imagine se audire, dicentem, Date Mauritium. Et tenentes eum judiciorum ministri, posuerunt eum apud purpureum umbilicum qui illic erat. Cui eadem vox characteris ait: Ubi vis reddam tibi mala quæ fecisti? Hic, an in futuro sæculo? At ille respondit. Amator hominum, domine & judex juste, hic mihi potius quàm in futuro retribue. Et jussit divina vox tradi Mauritium & Constantiam uxorem ejus, & filios, & omnem cognationem ipsius, Focæ militi. Evigilans ergo Mauritius, vocavit eum qui ante se dormiebat, misitq; & vocavit ad se Philippum generum suum, quem dudum suspicabatur velle sibi regnum subripere. At ille pro suspitione prædicta se perdendum conjiciens, advocatæ ad se Gordiæ uxori suæ, tanquam ultra se non visuræ, vale dixit; Sacramentoq; communionis accepto, ad palatium venit, & cubiculum Imperatoris ingrediens, ad pedes ejus procidit. Cui assurgens Imperator, ad pedes ejus nihilominus corruit, dicens. Ignosce mihi deprecor propter Deum, quia peccavi in te: nunc enim certissimè novi, quod nihil peccaveris in me Si quem vero scias in agminibus nostris, qui soleat Phocas nominari, dicito mihi, Et Philippicus diu secum recogitans, dixit: Unū sic vocatum scio, qui nuper ab exercitu procurator positus, nio contradicebat imperio. Cū aūt imperator quæreret de ejus qualitate, Philippicus ait; Est quidē juvenis, & temeratus, attamē timidus. Tūc Mauritius ait: Si est timidus, profecto & homicida. Et narravit Philippico somniū q̄ vidit. Porro nocte illa visa est stella, quæ dicitur Cometa. In crastinū v. venit magistrianus, quē misit ad hæremitas, ferens ab eis hujusmodi responsū: Deus recepta pœnitētia tua, salvabit animā tuam, & cū tota domo tua in numero sanctorum te constituet: ab imperio vero cum ignominia & discrimine discedes, His auditis, Mauritius glorificavit Deū magnifice, & pœnitentiam quidē tenuit, sed avaritiæ malum adeo non reliquit, ut exercitum in periculosis locis hyemare, & victū ab extraneis juberet cū periculo quærere, ne videlicet alimēta publica deberet eis ministrare. Quod audiens exercitus, in seditionē convertitur, exaltatumq; super clipeum Phocam, Centurionem adclamavit exarchum Commoto aūt gravi tumultu Constantinopoli, Mauritius mutata veste, cum uxore & filiis noctu Dromonem conscendit, & fugiens apud sanctum Antonium venit. At Phocas cum exercitu in septimum veniens, imperator efficitur: à quo Mauritius cum uxore ac filiis penes Calcedonem missus, decollatur. Verum Mauritius patienter infœlicitatem sustinuit, Deum in omnibus invocans, & crebro pronuncians: Justus es Domine, & rectum judicium tuum. Aiunt autem quidam, quod occiso, lac cum sanguine fluxerit, ita ut omnes inspicientes, dire lamentarentur. Sic ergo imperator etiam naturæ legibus celsior factus, vitam commutavit. Porro ex illo tempore non defuerunt Romano imperio variæ ac ingentes ærumnæ.

Mauritium infestissimus Gregorio.

Avaritia Mauritii, & somnium eius.

Intercessio pro peccato.

Lac cum sanguine fluit ex Mauritio occiso.

ANNI MAURITII.

ANno domini 584. Anno domini 585. Anno domini 586. Legivildus rex Vuisigotharum Arianus, Herminigildum filium suum ob fidem catholicam quam ab Alexandro episcopo percepit, in sancta dominica paschæ securi fecit occidi, Hilpericus filius Lotharii, unus ex

Hujus temporibus Anaſtaſius Perſa monachus, nobile pro Chriſto martyrium paſſus eſt. Hic natus in Perſide, magicas à patre puer didicit artes. Sed ubi à captivis Chriſtianis Chriſti nomen acceperat, in eum mox animo toto converſus, relicta Perſide, Calce doniam Hierapolimque Chriſtum quærens, ac deinde Hieroſolymam petiit. Ubi accepta baptiſmatis gratia, quarto ab eadē urbe miliario monaſteriū abbatis Anaſtaſii intravit. Ibi ſeptem annis regulariter vivens, dum Cæſaream Paleſtinæ orationis gratia veniſſet, captus à Perſis, & multa diu verba paſſus, inter carceres & vincula, judice Mazobana, tandem mittitur ad regem Coſdroe, à quo tertio per intervalla temporis verberatus, ad extremum una manu per tres horas ſuſpenſus, ſicq; decollatus, nobile martyrium cū aliis 70. peregit. Mox tunica ejus indutus quidā dæmoniacus, curatus eſt. Interea ſuperveniens cum exercitu Heraclius princeps, ſuperatis Perſis, Chriſtianos qui erant captivati, reduxit gaudentes. Reliquiæ autem beati Anaſtaſii martyris primum monaſterio ſuo, deinde Romam advectæ, venerantur in monaſterio beati Pauli Apoſtoli, quod dicitur ad aquas Salvias.

Anaſtaſius martyr.

Supplicii genus, una manu per tres horas ſuſpendi.

Monaſterium ad aquas ſalvias.

Anno imperii Heraclii 15. Arabum qui & Sarraceni dicuntur, Muhummad princeps habebatur. Hic erat Pſeudopropheta, ſed apud illos magnus æſtimabatur, ita ut etiam in principio adventus ejus æſtimarent hunc eſſe illum, qui ab eis expectatur Chriſtus. Erat aūt oriundus ex ſtirpe Iſmahelis filii Abrahæ. Cum autem inops & orphanus eſſet idem Muhammad, viſum eſt ſibi ad quandam mulierem locupletē & cognatā ſuam, nomine Cadigam introire, mercenarius ad negociandum cum camelis ejus apud Ægyptum & Paleſtinam, ſicut in illis locis mos erat. Paulatim autem fiducia penes ipſam mulierem percepta, quæ vidua erat, accepit eam uxorem, & habuit camelos illius, omnemq; ſubſtantiam. Cumq; veniret in Paleſtinam, converſabatur cum Judæis & Chriſtianis, capiebatq; quaſdam ſcripturas ab eis. Porro habebat paſſionē epilepſiæ, id eſt, morbum caducum. Quo comperto, uxor ejus valde contriſtabatur utpote nobilis, quod ſe hujuſmodi viro copularet, egeno ſcilicet, & epileptico. Procurabat verò ille placare ipſam, taliter dicens: Viſionem quandam Angeli Gabrielis contemplor, & haud ferens hujus aſpectum, mente deficio & cado. Ipſa vero, cū haberet alterū quendam talē amicum ſuum, propter infidelitatem ſuam ibi exulantem, indicavit ei omnia verba viri ſui, & nomen Angeli. At ille volens eam reddere certam, dixit ei: Veritatē locutus eſt ille: etenim Angelus mittitur ad omnes Prophetas. Ipſa ergo prima ſuſceptis verbis ejus, credidit ei, & prædicavit aliis mulierib. contribulibus ſuis Prophetam eum eſſe: & taliter ex fœminis fama venit ad viros. Primo ad Hebuber, quem & ſucceſſorem dimiſit, & tenuit partem hæreſis ejus & heredis. Docuit aūt aditores ſuos, quod qui occidit inimicum, vel occiditur ab inimico, paradiſum ingreditur: paradiſum vero carnalis cibi ac potus & cōmixtionis mulierum perhibebat. Capacem fluvitum quoque vini & mellis & lactis ibi eſſe, & adfluentem voluptatem, multaque alia luxuria & ſtultitia plena, quæ ſtultis videbantur delectabilia, ideoque credibilia.

Muhammad oſeudopropheta. a Iſis Mahomet. Antichriſtus, quod malum orbi prodiit ex Arabia.

μαλακία.

Vide Pomp. Lætū Ro. hiſt. compendium.

Hebuber.

Doctrina Muhammad falſi prophetæ

Heraclius à Sergio patriarcha, & ab Anaſtaſio quodam, aliisq; hæreticis circumventus, in Euthicianam incidit hæreſim, & Mathematicus factus & Aſtrologus, vidit imperium ſuum à circumciſis gentibus eſſe vaſtandum: mittensq; ad Dagobertum regem Francorum, omnes regni ejus Judæos baptizari petiit, & impetravit, ipſeq; per omnes imperii ſui fines & provincias idem fieri decrevit. Poſt hæc Agareni & Sarraceni gens circunciſa provincias Heraclii vaſtant. Contra quos dum Heraclius dimicat, 150. mill. militum ejus Sarraceni interficiunt, & ſpolia eorum Heraclio remittunt. Quæ ille percipere nolens, ſed vindictam ab eis quærens, portas Caſpias quas Alexander Magnus Macedo ſuper mare Caſpium fecit, & propter multitudinem ſæviſſimarum gentium ſerari juſſit, aperuit, indeq; 150. millia auro armata, cum omnib. univerſarum provinciarum militibus, contra Sarracenos in prælium miſit. Cumq; in craſtinum eſſent præliaturi, ipſa nocte 52. millia de exercitu Heraclii in caſtris percuſſit Angelus Dei: reliqui cum regredientes appropinquaſſent Hieroſolymam, vidēs Heraclius ſe nequaquā reſiſtere poſſe, mœrore correptus eſt, factusq; hydropicus mortuus eſt.

Petitur à Dagoberto, ut Iudæos regni ſui curet baptizari.

Caſpia porta Vide Plin. lib. 5. c. 27.

ANNI HERACLII.

Anno domini 613. Anno domini 614. Sanctus Columbanus à Theoderico rege, inſtinctu Brunihildis aviæ expellitur. Anno dom. 615. Anaſtaſius Perſa monachus factus eſt. Anno domini 616. Deuſdedit papa 70. ſedit annis 7. Anno dom. 617. Anno dom. 618. Eduinus rex efficitur Anglorum. Anno dom. 619. Anno dom. 620. Anno dom. 621. Anno dom. 622. Anaſtaſius paſſus eſt. Anno dom. 623. Bonifacius papa 71. ſedit annis 5. Anno dom. 624. Anno dom. 625. Anno domini. 626. An. dom. 627. Iſidorus Hiſpalenſis doctrina claret. Anno dom. 628. Honorius papa 72. ſedit annis 10 menſes 11. dies 14. Eduiuus rex Anglorum baptizatur à Paulino Epiſcopo, anno regni ſui 11. adventus autem Anglorum in Britanniam 180 An. dom. 629. Heraclius interfecto Choſdroe rege Perſarū, crucem dominicam quam ille abſtulit, Conſtantinopolim revexit, annoq; ſequenti Hieroſolymā cum debita veneratione reduxit An. dom. 630. S. Gallus cellam ſuam conſtruxit. An. dom. 631 Lotharius Hilperici filius anno regni ſui 44. moritur, relinquens ſucceſſorem filium ſuum Dagobertū An. dom. 632. Anno dom. 633. An. dom. 634. Anno dom. 635. An. dom. 636. An. dom. 637. An. dom. 638. Heraclius hydropicus factus moritur. Severinus papa 73. ſedit annum unum, menſes duos.

Iſidorus Hiſpalenſis.

S. Gallus.

Heraclius Hydropicus moritur.

Digitized by Google

HISTORIA CONSTANTINI.

ANno Dominicæ incarnationis, 639. ab urbe autem condita milleſimo 390. Conſtantinus filius Heraclii & Eudoxiæ, 59. loco ab Auguſto ſuſcepit imperium. Qui cum regnaret menſibus 4. à nove rca ſua Martina, & Pyrrho patriarcha, veneno potionatur: illoque extincto, ipſa cum filio ſuo Heraclona dominatur. Unde omnis ſenatus Conſtantinopolitanus cum omni populo indignatione juſta commotus, Heraclonam repulit; linguaque Martinæ, & naſo Heraclone abſciſo, eisque in exilium deſtinatis, Conſtantem filium Conſtantini, nepotem Heracli provehunt. Cyrus Alexandrinus Epiſcopus, & Pyrrhus Conſtantinopolitanus, & alii multi, hæreſim inſtaurant: ſed ſenatus & tota civitas Pyrrhum ut impium cum Heraclona ac matre ſua expulerunt: & regnante Conſtante, Paulus conſecratur epiſcopus, & ipſe hæreticus. Johannes autem præſul Romanus, collecto epiſcoporum concilio, omnes hujus hæreſis fautores anathematizavit. Quo defuncto, Theodorus pro eo papa conſecratur. Pyrrhus vero tendens in Africam, Maximi religioſiſſimi illo tempore abbatis, ſanctorumque pontificum illic conſiſtentium præſentatur aſpectibus. Qui hunc redargutum ac perſuaſum ad papam Theodorum Romam miſerunt. Sed ille ficta, ut poſt apparuit, pœnitentia orthodoxiæ libello papæ tradito, ab eo receptus eſt. Mox autem, ut à Roma deſcendit, Ravennamque pervenit, quaſi canis ad vomitum ſuum rediit. Quo comperto, papa convocatis cunctis ſacerdotibus & clero, in eccleſia principis Apoſtolorum condemnavit eum ſub vinculo anathematis. Johannes papa 73. ſedit annos, 2. menſes 9. dies 18.

Heraclonas imp. Conſtan. cum matre Martina in exilium mittuntur.

Maximus abbas.

ANNI HERACLONÆ.

ANNO Domini 640. Heraclonas filius Heraclii, occiſo per venenum fratre ſuo Conſtantino, regnum invaſit, & cum matre ſua Martina regnavit annos duos. Anno domini 641. Heraclonas turpiter deiicitur cum matre.

HISTORIA.

ANno dominicæ incarnationis 642. ab urbe condita milleſimo 393. Conſtans, filius Conſtantini, nepos Heraclii 60. loco ab Auguſto in regnum eligitur, dejecto Heraclona cum matre ſua, & regnavit annos 28. Hoc regnante, ut ſupra dictum eſt, in loco Pyrrhi hæretici conſecratur Paulus epiſcopus, & ipſe hæreticus, qui non tantum doctrina væſana, ſicut deceſſores ſui, ſed etiam aperta perſecutione catholicos cruciat: apocriſarios ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, qui ad ejus correctionem miſſi fuerant, partim carceribus, partim exiliis, partim verberibus afficiens. Altare quoque eorum in domo Placidiæ conſecratum in venerabili oraculo, deſtruxit, prohibens eos ibidem miſſas celebrare. Unde Martinus papa qui Theodoro ſucceſſit, incenſus à Maximo abbate ſupradicto, ab Africa Romam veniente, collecta ſynodo 100. & 10. epiſcoporum, Sergium, & Pyrrhum, ac Paulum, & Cyrum, anathemate damnavit. Quibus agnitis, Conſtans qui ſeductus erat à Paulo, ſicut & avus ejus Heraclius à Sergio, ejuſdem regiæ civitatis Epiſcopo, miſſo Theodoro exarcho, Martinum papam & Maximum Conſtantinopolim fecit adduci, injuriisque affectos Cherſonam fecit exiliari: ubi beatus Martinus papa defunctus, multis virtutum ſignis reſulget. Conſtans vero permotus zelo Dei, ſynodo ſacra & ipſe convocata ſub Vitaliano papa nuper ordinato, hæreſim abdicavit: miſitque beato Petro Apoſtolo Evangelia aurata, gemmis albis mitræ magnitudinis in circuitu ornata. Ipſe poſt aliquot annos Romam veniens, obtulit ſuper altare ſancti Petri pallium auro textile, toto exercitu cum cæreis eccleſiam intrante. Voluit autem & regnum transferre Romam, quia odioſus factus eſt Bizantiis, eo quod Martinum papam ignominioſe tractans exiliavit, & Maximi ſapientiſſimi viri manum linguamque truncavit, duosque Anaſtaſios diſcipulos ejus tormentis & exiliis tradidit, & multos orthodoxorum verberibus, & proſcriptionibus, & exiliis damnavit. Propter talia cunctis odioſus effectus, ſex annos fecit in Sicilia. Ibi cum quadam die balneum fuiſſet ingreſſus, introivit cum eo quidam Andreas obſecundans illi. Et cum cœpiſſet ſapone Gallico deliniri, ſumens Andreas ſitulam, dedit eam in verticem imperatoris, & ſtatim fugit. Imperator vero cum tardaret in balneo, inſiliunt hi qui foris erant, & reperiunt eum occiſum. Quo ſepulto, Mitium quendam Armenium fecerunt imperatorem, vi cogentes eum. Erat autem valde decorus & ſpecioſus. Filius autem ejus Conſtantinus audiens de patris obitu, cum multo navigio Siciliam intravit, & aggreſſus Mitium, interfecit eum cum occiſoribus patris ſui, ordinatisque Heſperiis, Conſtantinopolim rediit, & Romanis cum Tyberio & Heraclio fratribus imperavit. Theodorus papa 74. ſedit annis ſeptem.

Conſtans.

Paulus hæreticus.

Apocriſarii.

Vitalianus papa.

Conſtantis liberalitas in S. Petrum

Odium Conſtantis in ſuos.

Conſtans à ſuis necatur in thermis Siciliæ.

Mitius, hic ab aliis Mezentius vel Miſſefius dicitur.

ANNI CONSTANTIS.

ANno domini 643. Oſuualdus rex interficitur. Anno domini 644. Anno domini 645. Dagobertus rex filium ſuum Sigibertum regnaturum in Auſtraſia miſit Pipino & ſancto Chunibertо. Anno domini 646. Anno domini 647. Pipinus moritur. Grimoaldus filius ejus pro eo major domus efficitur. Anno domini 648 Sanctus Furſeus in Hibernia claruit. Anno domini 649

Martinus

Digitized by Google

Martinus papa 75. sedit annis 10. Hic collectis 100. & 10 Episcopis, condemnavit Cyrum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum. Pro qua re Constante imperatore ab eis seducto, exiliatus est in Chersonam. Anno domini 650. Hitta, Pipinni relicta, instinctu S Amandi, monasterium Nivalis fundavit. Anno domini 651. Anno domini 652. Cinis de cœlo descendit, & timor magnus factus est in populo. Anno domini 653. Anno domini 654. Anno domini 655 Anno domini 656. Anno domini 657. Anno domini 658. Martinus papa apud Chersonam migravit 4. Idus Novembr. Anno domini 659. Eugenius papa 76. sedit annos duos, menses 9. Anno domini 660. Anno domini 661. Anno domini 662. Vitalianus Papa 77 sedit annis 9. menses 6. Anno domini 663. Anno domini 664. Anno domini 665. Dagobertus, filius Lotharii, cum regnasset annis 14. sancta Gertrudis obiit. Anno domini 666. Sigibertus regnavit in Austrasia. Anno domini 667. Anno domini 668. Anno domini 669 Constans in balneo occisus est.

HISTORIA.

ANNO Dominicæ incarnationis, 670. urbis conditæ millesimo 421. Constantinus filius Constantis, 61. loco ab Augusto regnavit cum fratribus suis Heraclio & Tyberio: sed cum venirent aliqui orientalium partium, & dicerent: Si in Trinitatem credimus, tres etiam coronemus: turbatus est Constantinus, qui solus erat coronatus, & per Theodorum patricium convocans majores natu ex eis, quasi in colloquium & consilium ut fieret voluntas eorum, in patibulum eos suspendit. Quod videntes cæteri, fugerunt, ipse vero regnavit cum filio suo Tyberio annis 17.

Constantinus hic cognomento Pogonatus, quod imberbis Siculum profectus, barbatos reddiderit.

Hujus temporibus Agatho pontifex Romanæ Ecclesiæ, legatos suos pro admonitione sanctarum Dei ecclesiarum in urbem regiam misit: in quibus erat Johannes Romanæ Ecclesiæ tunc archidiaconus, sed non longe post episcopus. Qui benigne suscepti à reverendissimo catholicæ fidei defensore Constantino, iussi sunt, remissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de fide vera perquirere, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum patrum libris quos petebant, collecta universali synodo 150. episcoporum, sive ut quidam libri habent 289. præsidente Georgio patriarcha Constantinopolitano. & Macario Antiocheno, qui renovabant hæresim eorum, qui unam voluntatem, & unam operationem astruebant in Christo: convictique sunt falsasse sanctorum patrum dicta per plurima. Finito autem conflictu, Georgius patriarcha correctus est: Macharius vero cum suis sequacibus simul & prædecessoribus, Sergio, Cyro, Honorio, Pyrrho, Paulo, Petro, anathematizatus est, & in locum ejus Theophanius abbas de Sicilia factus est episcopus Antiochiæ, tantaque gratia legatos catholicæ pacis comitata est, ut Johannes Portuensis episcopus, qui erat unus ex ipsis, in dominica octavarum paschæ missas publicas in ecclesia sanctæ Sophiæ coram principe ac patriarcha latine celebraret. Hæc est sexta synodus universalis, Constantinopoli celebrata, & græco sermone conscripta, temporibus Agathonis papæ, exequente ac præsidente pissimo principe Constantino, intra palatium suum, simulque legatis Apostolicæ sedis, & episcopis 150. sive 289. residentibus. Prima enim universalis synodus in Nicea congregata est contra Arium, 318 patrum, sub Constantino principe, temporibus Silvestri papæ. Secunda in Constantinopoli. 150 patrum, contra Macedonium & Eudoxium, temporibus Damasi papæ, & Gratiani principis, quando Nectarius eidem urbi ordinatus est episcopus. Tertia in Epheso, 200. patrum, contra Nestorium, Augustæ urbis episcopum, sub Theodosio Magno principe, & Sixto Papa. Quarta in Calcedone. patrum 630. sub Leone Papa, temporibus Martiani principis, contra Euthicen nefandissimum præsulem Manichæorum. Quinta item in Constantinopoli, temporibus Vigilii papæ, sub Justiniano principe contra Theodorum & omnes hæreticos. Sexta hæc de qua in præsenti diximus.

Agatho siculus.

Synodus sexta generalis in contra Macharium. In hac Græcis sacerdotibus uxores promissæ, nostris nequaquam.

Sex Synodi.

1. Nicena.
2. Constantinopolitana.
3. Ephesina.
4. Calcedon.
5. Constantinopolitana.
6. Ibidem.

Hoc tempore regnum Longobardorum tenuit Chunibertus, Francorum vero Clodoveus. His etiam temporibus fuit in Gallia homo præpotens & Deo dilectus, nomine Arnoldus, qui renuncians seculo, postea factus est Metensium episcopus: cujus filius Angisus, qui de nomine Anchisæ Trojani creditur appellatus, sub nomine majoris domus principatum in regno Francorum postea tenuit.

Arnoldus episcopus Metensium.

His temporibus sanctus Lampertus in Trajectensi episcopatu successit sancto Theodardo, sub Hilderico rege Austrasiæ. Eisdem temporibus sancta Perpetua virgo Christi, Edildrudis filia, Annæ regis Anglorum, primum alteri viro permagnifico, postea Ekfrido regi conjunx data, postquam 12. annis thorum virilem incorrupta servavit, sumpto velamine sacro, sanctimonialis ex regina efficitur: nec mora, etiam virginum mater, & nutrix piarum existit. Cujus merita testatur etiam caro mortua, quæ post 16. annos sepulturæ cum veste qua involuta est, incorrupta reperta est.

Perpetua Edeldrudis.

ANNI CONSTANTINI.

ANno domini 671. Anno domini 672. Adeodatus papa 78 sedit annis 4. An. dom. 673. Anno domini 674. Anno dom. 675. Anno dom. 676. Dominus Papa 79. sedit annum unum, menses 5. Anno domini 677. Anno domini 678. Agatho Papa 80. sedit annos 5, menses 6. Anno dom. 679 Anno

Digitized by Google

Anno domini 680. Anno domini 681. Sexta ſynodus univerſalis Conſtantinopoli congregatur ſub Agathone papa, qui Donino ſucceſſit, in qua damnatis hæreticis, tantæ aranearum telæ in medio populi ceciderunt, ut ſordes hæreſium expulſas omnes intelligerent & mirarentur. Clodoveus filius Dagoberti obiit. Cui Lotharius filius ſucceſſit. Anno domini 682. Anno domini 683. Leo Papa 81. ſedit annum unum, menſes decem. Anno domini 684. Anno domini 685. Benedictus Papa 82. ſedit menſes decem, deceſſitque Non. Mai. Anno domini 686. Conſtantinus Imperator obiit. Johannes Papa 82. ſedit annum unum. Cui ſucceſſit Conon Papa 83. ſeditque annos duos menſes 11. à quo S. Kilianus Pontificalem poteſtatem accepit. Cononi Sergius ſucceſſit. Apud Gallias in Francia ſub nomine majoris domus principatum gerebat Angiſus.

Aranearum tela in medio populi.

S. Kilianus Epiſcopus.

HISTORIA.

ANNO Dominicæ incarnationis 687. urbis conditæ, milleſimo 438. Juſtinianus filius Conſtantini 62. loco ab Auguſto regnum accepit, & 10. annis regnavit. Hic pacem firmam decennio fecit cum Sarracenis, terra, marique, ſed provincia Aphrica ſubjugata eſt Romano imperio, quæ à Sarracenis fuerat tenta. Hic beatæ memoriæ Pontificem Romanæ Eccleſiæ Sergium, quia erraticæ ſuæ ſynodo, quam Conſtantinopoli fecerat, favere & ſubſcribere noluit, miſſo Zacharia protoſpatario ſuo, juſſit Conſtantinopolim deportari, ſed militia Ravennatæ urbis vicinarumque partium nefanda principis juſſa prævenit, & eundem Zachariam contumeliis & injuriis ab urbe Roma pepulit. Idem Juſtinianus à Gallinico Patriarcha exegit, ut orationem faceret ad deſtruendam Eccleſiam ſanctæ Dei genitricis juxta palatium ſitam, quæ Metropolitæ dicebatur, volens ibi ædificia facere, ubi à populo ſuſciperetur. Patriarcha verò dicebat: Orationem quidem ad ſtatuendam Eccleſiam habemus, in deſtructionem vero Eccleſiæ orationem non ſuſcipimus. Cogente autem Imperatore, & omnimodis exigente orationem, dixit Patriarcha: Gloria Deo, qui jugiter ſuſtinens patitur, nunc & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum. Quo audito, deſtruxerunt Eccleſiam. Alia quoque multa improvide faciens, odium populi in ſe excitavit. Unde Leontius Patritius, quem ipſe quondam prætorem & magiſtrum militum Orientalium fecerat, ſed jam per tres annos in cuſtodia renuerat, cum exinde protractus in exilium mitteretur, contra eum ſenſit, junctiſq; ſibi multis, Juſtinianum comprehendit, naſoque præciſo, in inſulam quandam relegavit, ipſeq; regnavit.

Juſtinianus pacem facit cum Sarracenis decem annis.

Zacharias protoſpatarius Juſtiniani. Spatha inter inſignimenta ornamenta & ſymbola dignitatis in Protoſpatharium, vide Carol. M. Hermannum Notkerum Balbulum. Aquila comitis. Corona cuſtos eſt Juſtiniani qui et Juſtinianus abſciſis naſibus in ponto relegatur.

ANNI JUSTINIANI.

ANNO Domini 688. S. Kilianus cum ſociis ſuis paſſus eſt. Anno domini 689. Pipinus filius Angiſi major domus efficitur in Gallia, regnumque Francorum adminiſtravit annis 27. cujus etiam anni, ſuorumque ſucceſſorum deinceps annotantur in catalogo regum. Anno domini 690. Sergius Papa 84. ſedit annis 16. menſes octo, deceſſitque 5. Idus Septemb. Hic conſtituit ut Agnus Dei cantetur inter ſacrificium. Hic magnam portionem ſanctæ crucis invenit. Anno domini 691. Anno domini 692. Clodoveus filius Theoderici, fratris Dagoberti cum fratre Hildiberto regnare cœpit. Anno Domini 693. Anno domini 694. Sanctus Remaclus Trajectenſis Epiſcopus migravit. Duo Euvaldi presbyteri Angli, Niger & Albus ſunt paſſi, & à Pipino Coloniæ ſepulti. Anno domini 695. Vuillibrordus, qui & Clemens à Sergio Papa ordinatur Epiſcopus, ad prædicandum gentibus. Annó domini 696. Juſtinianus ob culpam perfidiæ ſuæ, regno privatur & exiliatur.

Kilianus martyr.

Sergius papa inſtituit Agnus Dei.

HISTORIA.

ANNO Dominicæ incarnationis 697. urbis vero conditæ, milleſimo 448. Leo; qui & Leontius, 63. loco ab Auguſto, depulſo Juſtiniano, regnum invaſit, tribuſque annis regnavit. Cujus anno primo Sergius Papa in ſacrario beati Petri Apoſtoli capſam argenteam, quæ in angulo obſcuro diutiſſime jacuit, domino revelante invenit, & in ea crucem diverſis ac preciosis lapidibus adornatam repperit. De qua tractis quatuor petalis quibus gemmæ incluſæ erant, miræ magnitudinis portionem dominicæ crucis interius repoſitam conſpexit, quæ omnibus annis in Baſilica ſalvatoris, quæ dicitur Conſtantiniana, die exaltationis ejus, ab omni populo ſalutatur.

Leo ſive Leontius

Capſa argentea habens crucem.

ANNI LEONIS.

ANNO Domini 698. Anno domini 699. Sanctus Guntpertus Epiſcopus ex Anachoretæ obiit, cujus corpus poſt 11. annos ſepulturæ ejus, integrum inventum eſt. Leontio itaque apud Conſtantinopolim poſito, venit Tyberius, qui & Apſimarus, ex adverſo civitatis cum multis. & prodita ſibi civitate, Leontium cœpit, preciosoq; naſo ejus in monaſterio Dalmati, ſub cuſtodia conſtituit, ipſeque regnavit.

Leontius truncatus naribus, in carcere eum conjiciunt, habent alii.

HISTORIA.

ANNO Dominicæ incarnationis 700. urbis autem conditæ, milleſimo 451. Tyberius, qui & Apſimarus dictus eſt 64. loco ab Auguſto imperium invaſit, dejecto Leone, & regnavit annis 7. Cujus tempore Synodus in Aquileja facta, quam tamen univerſale concilium ſuſcipere diffidit.

Tyberius Apſimarus.

Digitized by Google

re diffidit, ob imperitiam fidei, donec ſalutaribus beati Papæ Sergii monitis inſtructa, & ipſa cum cæteris Chriſti Eccleſiis huic annuere conſentit. Hujus tempore occiſus eſt S. Lampertus Epiſcopus, ſub Hilduberto rege. Anno Domini 701. Anno domini 702. Anno domini 703. Synodus Aquilejæ congregatur ſub Sergio Papa. Anno domini 704. Anno domini 705. Anno domini 706. Johannes Papa 85. ſedit annos 3.

Beda venerabilis presbyter, Anglorum Chronicam minoris libri ſui hucuſque perduxit.

HISTORIA.

Iuſtiniani exilium.

ANno dominicæ incarnationis 707. urbis conditæ milleſimo 458. Juſtinianus filius Conſtantini, quem ſuperius à Leone de regno expulſum diximus, & per adjutorium Terbellis regis Bulgarum expugnata Conſtantinopoli, regnum recepit, & poſtea ſex annis regnavit. Recepto autem regno, multa dona & regalia vaſa Terbelli tribuit, eúque in pace dimiſit. Apſimatus autem, qui & Tyberius, ex urbe profugit, ſed inſecutione captus, & ad Juſtinianum eſt adductus. Adducto quoque Leontio, qui eum dejecit, fecit ambos cathenis conſtrictos, dum ludi equeſtres agerentur, per plateas trahi, tractoſque publice ante pedes ſuos, dum in ſolio reſideret, proiici, calcavitque colla eorum fortiter, univerſa plebe clamante, Super aſpidem & baſiliſcum ambulaſti, & leonem, draconemque conculcaſti, ſicq; eos præcepit decollari, innumerabilem quoque multitudinem eorum, qui contra eum conſenſerunt diverſa morte fecit necari. Quia enim ſe naſo detruncaverant, quoties defluentem guttam reumatis manu deterſit, toties penè aliquem ex illis iugulare præcepit. Callinicum vero patriarcham, erutis oculis, Romam exiliavit, & pro eo Cyrum in Epiſcopatum provexit, qui fuit Abbas in Ponto. qnique illum exulem alebat, & eum in imperium reſtituendum prædicebat. Natus eſt autem ei filius eodem anno, quo recepit imperium, ex Theodora filia Chajani, quam accepit dum eſſet in exilio, quem vocavit Tyberium, coronavitque eum cum matre ſua, & regnaverunt cum eo. Hic Conſtantinum Papam accerſiens, honorifice ſuſcepit, proſtratusque in terram, pro ſuis peccatis intercedere rogavit, cunctaque Eccleſiæ privilegia renovans eum cum honore remiſit. Qui cum mitteret exercitum in Pontum ad comprehendendum Philippicum, quem illic relegaverat inultum, Conſtantinus Papa eum prohibuit, ſed animum ejus revocare non potuit. Exercitus autem quem miſerat converſus ad partem Philippici, fecit eum ibidem Imperatorem, reverſuſq; cum eo Conſtantinopolim, pugnavit cõtra Juſtinianum miliario ab urbe 12. victoque illo & occiſo, accepit regnum Philippicus. Filius quoque Juſtiniani adhuc puer, ab his qui à Philippico præmiſſi ſunt, occiſus eſt.

Tyberius Apſimatus capitur.

Callinicus patriarcha exilabatur.

ANNI JUSTINIANI.

ANNO Domini 708. Anno domini 709. Johannes Papa 86. ſedit annos duos, menſes ſeptem. Anno Domini 710. Dagobertus junior regnare cœpit. Anno domini 711. Siſinnius papa 87. ſedit dies 20. Cui ſuccedens Conſtantinus Papa 88. ſedit annis 6. Anno domini 712. Juſtinianus à Philippico interficitur.

Dagobertus iunior.

HISTORIA.

ANNO Dominicæ incarnationis 713. ab urbe vero condita, milleſimo 464. Philippicus 66. loco ab Anguſto invaſit imperium, occiſo Juſtiniano, regnavitq; anno uno & menſibus ſex. Hic priuſquam imperaret, habuit quendam amicum, monachum inclufum, qui erat hæreticus, & tamen proviſor, qui dixit ei: Imperium tuum eſt. At ille turbatus eſt. Cui ait incluſus: Si Deus jubet, tu quare contradicis. Hoc autem dico tibi, quia ſexta Synodus male acta eſt. Si ergo regnaveris, hanc abiice, & efficietur imperium tuum forte atque longævum. Qui cum juramento ſpopondit ſe hoc eſſe facturum. Cum vero regnaret, fecit ſynodum pſeudoEpiſcoporum, juxta illius pſeudomonachi, & incluſi ſermonem, & abjecit ſanctam & univerſalem ſextam Synodum. Eodemq; anno vanus ille incluſus, oculorum cæcitatem incurrit. Reperiens autem Philippicus quendam ſui ſenſus Johannem, fecit eum Conſtantinopolitanum præſulem. Cyrum vero deponens, ad monaſterium ſuum redire præcepit. Idem Philippicus in diſputationibus quidem ſuis rationabilis videbatur & prudens: in actib. autem inhoneſtæ ac indignæ vitæ, conſummatis improbabilis ubiq; demonſtrabatur. Erat enim hæreticus & adulter. Hic Conſtantino papæ miſit literas pravi dogmatis, quas ille cum Apoſtolicæ ſedis concilio reſpuit. Hac de cauſa fecit Conſtantinus picturas in porticu S. Petri, quæ ſex ſanctarum Synodorum acta continerent. Nam & hujuſmodi picturæ habebantur Conſtantinopoli, quas Philippicus juſſit auferri. Statuit autem populus Romanus, ne hæretici Imperatoris nomen aut chartas, aut figuram ſolidi ſuſcipetent. Vnde nec ejus effigies in Eccleſiam introducta eſt, nec nomen ad miſſarum ſolennia prolatum. Sabbato autem Pentecoſtes, cum lavaret in balneo publico, ingreſſus cum equitatu & organis, habitoq; prandio cum civibus antiquæ proſapiæ requieſceret meridie, repente per auream portam introivit Rufinus primus ſtratorum, cum Theodoro patritio, feſtinansq; in palatium, & inveniens eum quieſcentem, apprehendit eum, & eruit oculos ejus, in craſtinum vero, id eſt, die Pentecoſtes, congregato in magna Eccleſia populo, coronatus eſt Artemius, mutato nomine Anaſtaſius.

Monachi cuiuſdam in ſanctam Synodũ.

Philippicus Imperio hæreticus & adulter diſpus, ſunt qui putent id eo ſit traduci, quia Papa Romano reſiſtit, unde ultimo ſummitur cum imperio privatur.

Picturæ actã ſex Synodorum continentes.

Rufinus primus Stratorum.

Digitized by Google

ANNI LEONIS TERTII.

ANNO Domini 719. Anno Domini 720. Sanctus Othmarus efficitur. Anno domini 721. Sarraceni Conſtantinopolim obſident, & per triennium ibi morantes, multasque provincias devaſtantes, tandem populo ad Deum clamante, fame, peſteque depulſi ſunt, multique frigore & ferro naufragioque perierunt. Theodericus regnavit in Francia annis 16. Anno Domini 722. Anno domini 723. Luitprandus rex Longobardorum audiens quod Sarraceni depopulata Sardinia etiam illa loca fœdaſſent, ubi aliquando propter devaſtationem Barbarorum oſſa beati Auguſtini translata fuerant, miſit & per precium adduxit ea Ticinum, ibique, ut decuit, honorifice recondidit. Leo Imperator coegit Judæos & Montanos baptizari, ſed Judæi abluebant unctionem criſmatis, & poſt cibum participabant ſacramentis, & contaminabant fidem: Montani vero definientes ſibi diem, introierunt domos errori ſuo deputatas, & incenderunt ſemetipſos. Anno domini 724. Anno domini 725. Sanctus Priminius Epiſcopus Augiam intravit, eamque à ſerpentibus emundavit.

Sarraceni Conſtantinopolim obſident.

Leo cogit Judæos & Montanos ad baptiſma.

Hucuſque Beda Chronicam ſuam in majori libello perduxit. Anno Domini 726. Anno domini 727. Gregorius Papa 90. ſedit annos 8. deceſſitque 4. kalend. Decembr. Hic augmentavit in canone: Nec non illorum omnium ſanctorum quorum ſolennia &c. Anno domini 728. Anno domini 729. Anno domini 730. Primnius ex Augia venit in Alſatiam. Anno domini 731. Germanus ſanctiſſimus patriarcha, videns impietatem Leonis, abrenunciavit ſummo ſacerdotio tradens pallium, & in domo ſua quieti operam dedit, functus ſacerdotio annis 13. menſes 5. In cujus locum Anaſtaſium ejus quondam diſcipulum, ſed tunc impietati conſentientem Leo conſtituit. Sane Gregorius ſanctus præſul Romanus hunc anathematizavit, & Leonem tanquam impie agentem per Epiſtolas redarguens, Romam cum tota Italia ab ejus imperio recedere fecit. Beda venerabilis Anglorum presbyter obiit. Anno domini 732. Carolus filium ſuum Pipinum, ad Luitprandum regem Longobardorum pro tondenda cæſarie miſit, quod ille fecit, cum multiſque muneribus ad patrem miſit. Anno domini 733. Carolus major domus Freſiam vaſtat. Anno domini 733. Carolus Vaſconiam invaſit. Eto Augentis Abbas, Argentinæ Epiſcopus factus, cœnobium nominis ſui Ettenheim, conſtruxit. Anno domini 735. Zacharias papa 91. ſedit annis 18. Hic quatuor libros dialogorum beati Gregorii tranſtulit in Græcum. Anno domini 736. Anno domini 737. Theodericus rex Francorum obiit. Anno domini 738. Anno domini 739. Sarraceni Gallias iterum invadentes, ceperunt civitatem Arelatem. Tunc Carolus miſit ad Luitprandum, qui venit ad eum cum omni exercitu Longobardorum. Quod audientes Sarraceni, fugerunt de terra illa. Anno domini 740 Carolus Saxoniam intrat. Anno domini 741. Leo Imperator impius obiit.

Priminius ex Augia venit in Alſatiam.

Beda moritur.

Eto Augen. Abbas, & ... Epiſcopus.

Etto[nis]heim mona[ſ]terium.

Dialogi Gregorii verſus in Græcum.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 742. urbis conditæ, milleſimo 493. Conſtantinus filius Leonis 70. loco ab Auguſto Romanum ſuſcepit imperium, regnavitque annis 34. menſes duos diebus viginti ſex. Hic erat perniciosiſſimus, ferus & agreſtis, perſecutor legum à patribus traditarum, tyrannice, non legitime uſus imperio, primo quidem à Deo & intemerata ejus genitrice, & omnibus ſanctis abſcedens, magicis maleficiis & luxuriis, ac cruentis ſacrificiis, & invocationibus dæmonum delectatus, molliciebus quoque ac omnibus animas corrumpentibus, à tenera ætate convivens, perſecutionibus etiam ſanctarum Eccleſiarum, ac peremptionibus monachorum, ac violationibus monaſteriorum, maliſque variis ſupercreſcens, non minus quàm Diocletianus, cæteriq; antiqui tyranni. Hujus anno primo, qui eſt dominicæ incarnationis 742. Carolus Pipini filius, major domus in regno Francorum obiit, relinquens filios tres, Pipinum, Carlomannum, & Griphonem. Quorum Gripho, qui cæteris minor natu erat, matrem nomine Suanahildem habebat, neptem Vdilonis Bauuariorum ducis, hæc illum maligno conſilio ad ſpem regni totius incitavit, in tantum, ut ſine dilatione Laudunum civitatem occuparet, ac bellum fratribus indiceret. Qui celeriter exercitu collecto, Laudunum obſidentes, fratrem in deditionem accipiunt, atque inde ad ordinandum regnum ac provincias, quæ poſt mortem patris à Francorum ſocietate deſciverant recuperandas, animos intendunt, & ut in externa profecti, domi omnia ruta dimitterent. Carlomannus Griphonem in novo caſtello, quod juxta Arvernum ſitum eſt, cuſtodiri fecit, in qua cuſtodia uſq; ad id tempus, quo idem Carlomannus Romam profectus eſt, dicitur permanſiſſe.

Conſtantinus dictus Copronymus, quod infans baptiſmi lavacro admotus, medijs ſacris alimonijs excrementa aquam polluerat. B. Ego.

Carolus Marcellus moritur, tres filios reliquit.

Laudunum.

Auaricimeminit Cæſar lib. 7. belli Gallici.

ANNI PIPINI ET CARLOMANNI.

ANno dom. 743. Pipinus & Carlomannus principatu potiti, primo Aquitaniam ingrediuntur, & capto quodam caſtello, quod dicitur Lucas, priuſquam ex ea provincia ſecederent, regnũ quod communiter habuerunt, inter ſe diviſerunt, in loco qui vocatur vetus Pictavis. Carlomannus Auſtriam & Alemanniam atque Thuringiam ſortitur. Pipinus verò Burgundiam, Neuſtriam atque provinciam, ſicq; Carlomannus uſque in annum 6. Pipinus uſq; in 11. principabantur.

Vide Plin. lib. 4. cap. 19. de Pictonis legi.

Neuſtria. ſorte Vueſtria. Beatus Rhe. Vuestrichum appellat.

Neuſtria vero pars eſt Galliæ Celticæ, illa ſcilicet, quæ Sequanæ Ligeriq; interjacet. Omnis nan-

Gripho Saxonũ fidei diffidens, cum copiis quæ ad eum de Francia confluxerant, Bauvariam petiit, ipſumque ducatum in ſuam poteſtatem redegit: Taſſilonem cum Hiltrude in deditionem accepit. Suigerium in auxilium ſibi venientem ſuſcepit. Hæc audiens Pipinus, cum exercitu maximo venit in Bauuariam, fratremque ſuum Griphonem cum omnibus ſuis cepit, Taſſilonem in ducatum reſtituit, domumque reverſus, Griphoni more ducum 12. comitatus dedit: ſed ille tali beneficio non contentus, eodem anno ad Vualfarium Aquitaniæ ducem profugit, Anno domini 750. Anno domini 751. Sanctus Burchardus accepit pontificatum Vuirziburgenſem, in quo ſedit annis undecim. Hic itaque ſanctus Burchardus, & Folradus archicapellanus, quem quidam abbatem, quidam presbyterum ſcribunt, ad Zachariam Romanum pontificem miſſi ſunt, ut conſulerent eum, ſub regibus qui tempore illo fuerunt in Francia, nomen tantum regis ſed nullam poteſtatem regiam habentes. Solebant enim Franci ex antiqua regum ſtirpe, reges habere, qui à Meroveo, Clodii ſecundi regis eorum filio, Merovingi dicebantur: quorum genealogia uſque ad Hildericum tunc temporis regem permanebat, in quo etiam deficiebat. Sed licet in illo finita poſſet videri, jam dudum tamen nullius vigoris erant, nec quicquam clarum in ſe, præter inane regis vocabulum præferebant. Nam & opes & potentia regni penes palatii præfectos, qui majores domus dicebantur, & ad quos ſumma imperii pertinebat, tenebantur: nec aliud quicquam regi permittebatur, quàm ut regio tantum nomine contentus, crine profuſo, barba ſummiſſa, ſolio reſideret, ac ſpeciem dominandi effingeret, legatos undecunque venientes audiret, eisque abeuntibus, reſponſa quæ doctus erat, aut juſſus, ex ſua velut poteſtate redderet, cum præter inutile regis nomen & precarium, vitæ ſtipendium, quod ei præfectus aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud poſſideret: quanquam unam & eam perparvam redditus villam, in qua domum, & ex qua famulos neceſſaria ſibi miniſtrantes, atque obſequium exhibentes, paucæ numeroſitatis haberet. Quocum ſue eundem erat, carpento ibat, quod junctis bubus & bubulco more ruſtico agente trahebatur. Sic ad palatium, ſic ad publicum conventum, qui kalendas Maii, ob regni utilitatem annuatim celebrabatur, ire ſolebat, & coram tota gente præſidens, omnesque ſalutans, & ab eis ſalutatus, debitisque obſequiis honoratus, ſic domum redibat, ſicque ſecum uſque ad alium Majum domi reſidebat. At regni adminiſtrationem, & omnia quæ vel domi, vel foris agenda erant, ac diſponenda, præfectus aulæ procurabat. Quo officio tunc cum prædicti legati Romam mittebantur, Pipinus Caroli filius, itemque Caroli Magni pater, jam velut hæreditario jure fungebatur. Zacharias verò, papa ſuper hujuſmodi negotio conſultus, remandavit, melius eſſe illum vocari regem, apud quem ſumma poteſtatis conſiſteret: data que autoritate ſua, Pipinum regem conſtitui juſſit. Anno domini 752. Pipinus per autoritatem Zachariæ papæ, more Francorum, electus ad regnum, per manus ſancti Bonifacii archiepiſcopi Mogonciacenſis elevatus eſt in regni ſolium in Sueſſionum civitate. Translatio ſancti Kiliani facta eſt. Beatus papa Zacharias in venerabili patriarchio repperit caput beati Georgii martyris, in capſa reconditum, quod in Romanam urbem tranſtulit.

Burchardus Epiſcopus Vuirzeburgenſis.

Folradus hic fuit abbas S. Dionyſii, & archicapellanus Pipini regis. Autor mon. Leberacen.

Alb. K. Vocat Furadum.

Merovingi, de quibus ſupra.

Majores domus & eorum pompa.

Vide Albertum Krantzium lib. 1. Saxo. cap. 33. Et Trithemium in compendio hiſtoriarum, de origine gentis Francorũ.

Item Sigibertum.

Præfectus aulæ Pipinus à Zacharia rex conſtituitur. Hic Parlamentum primus inſtituit.

Patriarchium.

Caput S. Georgii.

ANNI REGNI PIPINI.

ANno domini 753. Stephanus papa 92. ordinatur, ſeditque annis quinque dies 28. Anno dominicæ incarnationis 754. Pipinus rex cum exercitu magno Saxoniam ingreſſus eſt: & quamvis Saxones ei obſtinatiſſime reſiſterent, pulſi tamen ceſſerunt, & ipſe uſque ad locum qui dicitur Rinne, juxta fluvium Vuiſaram acceſſit. In qua expeditione Hulugarius epiſcopus occiſus eſt in monte qui dicitur Viburg. Revertenti vero regi de Saxonia, nuncius venit de morte fratris ſui Griphonis, à quo, vel qualiter interfectus eſſet. Eodem anno Stephanus papa multa mala paſſus ab Hauſtulfo Longobardorum rege, venit ad Pipinum regem in villa quæ dicitur Pariſius, ſuggerens ei, ut ſe & Romanam Eccleſiam ab inſeſtatione Longobardorũ defenderet. Venit & Carlomannus frater regis, jam monachus factus, juſſu abbatis ſui, ut apud fratrem ſuum precibus Romani pontificis obſiſteret. Invitus tamen hoc feciſſe putatur, quia nec ille abbatis ſui juſſa contemnere, nec abbas ille præceptis regis Longobardorum, qui ei hoc imperavit, audebat reſiſtere. Stephanus autem papa apud Pariſium aliquandiu infirmatus, rurſumque per ſanctum Dionyſium convaleſcens, poſtquam à rege Pipino pro ſanctæ Romanæ eccleſiæ defenſione firmitatem accepit, ipſum ſacra unctione in regiæ dignitatis honore confirmavit, & cum eo duos filios ejus, Carolum, & Carlomannum, cum matre eorum Berthrada conſecravit: Francorũque proceres, una cum populo, benedictione Apoſtolica ſanctificans, autoritate beati Petri Apoſtoli obligavit, & proteſtatus eſt eos, ut nunquam ipſi, vel quique ex eorum progenie, per ſuccedentium curricula temporum progeniti, de alia ſtirpe regem ſibi præponerent, niſi ex eorum propagine, quos divina providentia tunc in defenſionem eccleſiæ eſt dignata ſublimare. Sic ergo Pipinus ex præfecto palatii, autoritate Apoſtolica ſublimatus & unctus in ſedem regni, poſtea regnavit annis 15, abſolutus per eundem papam Stephanum à juramento, quod regi Hilderico cum cæteris

Rinne. Vuiſara. Viburg.

Stephanus papa implorat auxilium Pipini contra regem Longobardorum.

Pipinus cum uxore & duobus filiis conſecratur à papa.

Papa abſolvit Pipinum à juramento Hilderici.

Hildericus in monaſterium miſſus.

Digitized by Google

regni primoribus fecerat. Hildericus vero, qui falso regis nomine fungebatur, tonso capite, in monasterium missus est. Anno domini septingentesimo quinquagesimo quinto, Pipinus rex, invitante ac rogante prædicto papa Stephano, propter justitiam beati Petri Apostoli exigendam à rege Longobardorum Haustulfo, Italiam cum manu valida intravit: resistentibusque Longobardis, & claustra Italiæ tuentibus, ad ipsas montium clusas acerrime pugnatum est: cedentibusque Longobardis, omnes copiæ Francorum intraverunt. Haustulfus vero rex in Papia civitate se inclusit, quem Pipinus rex tam diu obsedit, donec firmata causa pro facienda sanctæ Romanæ Ecclesiæ justitia, obsides quadraginta recepit. Quibus datis, promissisq; jureiurando firmatis, Pipinus quidem domum rediit, Stephanum vero papam, cum Folrado capellano, & non minima Francorum manu, Romam remisit. Carlomannus autem frater regis, qui cum Berthrada regina in Vienna civitate remansit, correptus febre priusquam reverteretur obiit, cujus corpus jussu regis ad monasterium sancti Benedicti, ubi monachus erat, relatum est. Sanctus Bonifacius passus est. Anno domini 756. Haustulfus rex Longobardorum, cum nihil eorum quæ datis obsidibus, & facto juramento promisit, compleret, Pipinus rex iterum cum exercitu Italiam veniens, eum in Papia obsedit, & ad implenda quæ promisit, obsidione coegit: redditamq; sibi Ravennam & Pentapolim, omnemque exarchatum ad Ravennam pertinentem, sancto Petro dedit, hisque pactis in Galliam rediit. Post cujus abscessum, Haustulfus cum ea quæ promisit, denuo commutare meditaretur, in venatione de equo suo prolapsus, & ex hoc infirmatus, intra paucos dies vivendi finem fecit. Cui Desiderius successit. Anno domini 757. Constantinus imperator misit Pipino regi munera, inter quæ & ornatum, quæ ad eum in Compendio villa pervenerunt, ubi tunc populi sui generalem conventum habuerunt. Illuc & Thassilo dux Bauuariorum cum primoribus gentis suæ venit, fidelitatemque tum ipsi regi Pipino, quàm filiis ejus Carolo & Carlomanno jurejurando supra corpus sancti Dionysii promisit: nec solum ibi, sed etiam supra corpus sancti Martini, itemque sancti Germani idipsum sacramentum cum omnibus primoribus suis firmavit. Anno dom. 758. Pipinus rex cum exercitu Saxoniam aggressus est: & quamuis Saxonibus validissime resistentibus & se munitionibus tuentibus, pulsis propugnatoribus prælio, per ipsum, quo patriam defendere conabantur, vallum intravit. Commissoque passim prælio, plurimam ex ipsis multitudinem occidit, & eos ad hoc coegit, ut promitterent se omne quod juberet facturos, & annis singulis 300. equos causa honoris daturos. His ita compositis, & more Saxonico, ut rata essent, confirmatis, in Galliam repedavit. Paulus Papa 93. sedit annis decem. Anno domini 759. Natus est Pipino regi filius, quem suo nomine Pipinum vocari voluit: sed puer immatura morte præventus, tertio post nativitatem suam anno decessit. Anno domini 760. Vualfarius dux Aquitaniæ, cum res Ecclesiarum quæ in sua potestate erant, & ad Ecclesias sub manu Pipini regis constitutas pertinebant reddere noluisset, ipsumque regem pro his per legatos suos se commonentem, audire contempsisset, contumacia sua eundem regem ad suscipiendum contra se bellum concitavit. Contractis ergo rex undique copiis, Aquitaniam intravit, seque res ac justitias Ecclesiarum exacturum pronunciavit. Cumque in loco qui dicitur Redoad, positis castris consedisset, Vualfarius bello concertare non ausus, missa legatione ad regem, spopondit se imperata facturum, & Ecclesiarū justitias redditurum: dedit etiam duos obsides de primoribus gentis, Adalgarium, & Tiberium. Quibus acceptis, rex à bello abstinuit, domumque rediit. Sanctus Othmarus in insulam quæ dicitur Stein, relegatus, migravit ad dominum. Anno domini 761. Vualfarius, licet obsides dedisset, & sacramento jurasset, satius tamen ratus, si de illato sibi bello superiori anno, ultionem exigeret, exercitum qui Francorum possessiones popularetur, usque ad Cabillonem civitatem fecit accedere. Quod cum Pipino regi, generalem conventum agenti in villa Duria, nunciatum fuisset, coactis undique copiis, cum magno belli apparatu in Aquitaniam ingressus, omnia ferro, & igni vastavit, & quædam oppida & castella manu cepit, quædam victori se ultro dederunt. Cumque omnia vastando Lemonicas venisset, regressus est iterum, in Parisiaco hibernis habitis, natalem Domini, & pascha ibi peregit. In hac expeditione fuit cum eo filius ejus primogenitus Carolus, ad quem post patris obitum omnis imperii summa pervenit. Anno domini 762. Pipinus rex susceptō à se bello, finem imponere cupiens, tertio Aquitaniam intravit: captisq; Biturica civitate, & castello Toarcis, revertitur, hiemavitq; in villa Gentiliaco. An. dom. 763. Pipinus habito conventu in Nivernis, quarto Aquitaniam intravit, cunctisq; extra munitiones vastatis, usq; ad oppidum Cadurciam, cum integro exercitu in Franciam se recepturus, per Lemonicum regreditur. Tassilo dux Bauuariæ postponens sacramenta quæ juraverat, & oblitus omnia bona quæ sibi avunculus suus Pipinus rex fecerat, simulata infirmitate, ab hac expeditione per dolū se subduxit, & in Bauuariā rediit: firmatoq; ad defectionē animo, ad conspectū regis se ulterius venturū abjuravit. Rex aūt dimisso exercitu, in villa Longlare hiemavit. An. do. 764. rex Pipinus distracto in diversa animo propter duo bella, Aquitanicū scilicet, jā olim susceptum, & Bauuaricū propter Tassilonis ducis defectionē susci piendū, conventū populi sui habuit in Vuormacia, dilataq; in futurū expeditione, illo anno se domi continuit. An. dom. 765. Pipinus generalē conventum in Attiniaco villa habuit, sed & hoc anno nusquam movens expeditionem, Aquis hiemavit, Corpora sanctorum Gorgonii, Naboris & Nazarii

de Roma-

Carlomannus frater Pipini moritur.

Qua Pipinus Ecclesiæ Romanæ addiderit.

Constantinus Pipino regi munera mittit

Thassilo Bavarus iurat Pipino.

Pipinus Saxoniam oppugnat.

300. Equos velut tributum pendebant.

Vualfarius Aquitaniæ dux.

Redoad.

Adalgarius.

Duria.

Lemonica.

Carolus Pipini filius

Biturica.

Toarcis.

Longlare.

Conventus Vuormacia.

Conventus in Attiniaco.

de Roma translata sunt in Franciam. Anno domini 766. Turci egressi sunt è Caspiis portis, cum Avaribus bellum inierunt, multique ex utrisque perierunt. Pipinus contra conficiendum Aquitanicum bellum conventu in Aurelianis habito, in Aquitaniam quinto profectus est, & destructum à Vualsario, Argentomagum castrum reædificavit, dispositoque ibi & in Biturica civitate præsidio regreditur. Anno domini 767. orta quæstione de sancta Trinitate, & de sanctorum imaginibus, inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam, id est, inter Græcos & Romanos. Pipinus rex in villa Salmonciaco synodum habuit, ventilataque quæstione, ad bellum prædictum conficiendum post natale domini septimo in Aquitaniam proficiscitur. Multis castellis & pagis captis, Viennam revertitur, ibique pascha celebrato, & exercitu recreato, mense Augusto ad reliquias belli profectus est, & Bituricam veniens, conventum in campo habuit: indeque ad Garunnam fluvium accedens, multa castella & petras atque speluncas, in quibus se hostium multitudo plurima defendebat, cepit, reversusque Bituricam, exercitum in Hiberna dimisit. Anno Domini 768. Pipinus in Biturica natalem Domini celebravit. Et cum primum ad gerendum bellum tempus aptum videret, evocato undique exercitu, ad Santonicam civitatem contendit: captoque in itinere Runistemo cum ad urbem prædictam venisset, mater & soror & neptes Vualfarii ducis ad eum adductæ sunt. Quas cum pie susceptas servari jussisset, ad Garunnam fluvium proficiscitur. Ubi ei Hereuuigis cum alia præfati ducis sorore occurrit, seque & illam regi tradidit. Rebus igitur aliquot prospere gestis, rex revertitur, & in castello quod dicitur Sels, pascha celebravit. Assumptaque secum uxore sua atque familia, iterum ad urbem Santonicam venit: dimissaque ibi uxore ac familia, cum omnibus copiis ad persequendũ Vualfarium ducem animum intendit: nec prius desistere instituit, quàm aut vivum caperet, aut rebellantem interficeret. Quo interfecto in territorio Petragorico, confectoque bello Aquitanico, Sanctonas reversus est, ibique demorans aliquandiu, ægritudine decubuit, delatus tamen Turonos apud sancti Martini memoriam oravit, indeque Parisium veniens, 8. kalend. Octobr. obiit, corpusque ejus in basilica sancti Dionysii humatum est. Filii vero ejus Carolus & Carlomannus omnium Francorum consensu ambo reges creati sunt, ea conditione præmissa, ut totum regni corpus ex æquo partirentur: & Carolus eam partem quam pater ejus Pipinus tenuerat, Carlomannus vero eam quam patruus eorum Carlomannus possedit, susceperat: & Carolus 7. Idus Octobris in Noviomo civitate, Carlomannus vero in Suessiona, regni susceperunt insignia. Carolusque qui major erat natu, Aquasgrani profectus, natalem domini celebravit, pascha vero in Rotomago civitate. Susceptæ sunt itaque conditiones utrinque, & pars regni divisi juxta modum sibi propositum, ab utroque recepta est: mansitque ista, quamvis cum magna difficultate concordia, multis ex parte Carlomanni societatem separare volentibus, adeo ut quidam eorum etiam bello committere sint meditati. Sed in hoc plus suspecti quàm periculi fuisse, ipse rerum exitus approbavit, cum defuncto Carlomanno uxor ejus & filii cum quibusdam ex primoribus ejus Italiam fuga petiit, & nullis existentibus causis spreto mariti fratre, sub Desiderii Longobardorum regis patrocinium cum liberis suis se contulit. Et Carlomannus quidem post amministratum communiter biennio regnum, morbo decessit: Carolus autem defuncto fratre, consensu omnium Francorum rex constituitur. De cujus nativitate atque infantia vel pueritia dicit actuum ejus scriptor Eginhardus, ab eodem principe educatus, quod neque scriptis unquam aliquid declaratum sit, neque quisquam suo tempore inventus sit, qui horum notitiam se habere direxerit: de actibus vero & moribus, cæterisq; vitæ illius partibus ita explicuit.

Turci cum Avaribus.

Argentoma

Quæstio de Trinitate & imaginibus.

Garunna fluvius

Santonica civitas

Selsa, Germani vocant, aliàs Salatio, vel Salesia, oppidum sex milliariis infra Argentoratum.

Pipinus moritur.

Carolus & Carlomannus, ambo reges.

Carlomanno defuncto, solus rex Carolus omnium consensu constituitur.

Eginhardus alumnus Caroli atq; Scriba admiratur vitam Caroli Magni describere, vel ut alii volunt, Taciturnitatem.

AD LECTOREM.

A Carolo Magno initium est Imperii Germanorum, qui Romæ sub Leone tertio coronatus fuit in Augustum, die Natalis, Anno mundi 4843. Anno Imperii Romani 1551. Anno Christi 801. Italia verò & Occidens hac translatione Imperii à Græcis ad Germanos, rursus potentissimum caput, & firmissimam tutelam assequuta sunt. Quamvis enim Imperatores Germanorum non omnes æque potentes fuerint, uti in nullo regno Reges ac præsides pari potestate & fortuna præditos fuisse constat, tamen semper Imperatorum quidam admodum potentes fuerunt. Italiam vindicarunt præclara facta designantes, unde pacem, regimen, & religionem in Occidente conservarunt. Quod si quis magnifica factа nostrorum Imperatorum expendat, facile iudicabit eos sublimes, ac prudentia præstantissimos fuisse principes, & nihil minus quàm Barbaros, & planè tales qui laudatissimis Romanorum Imperatoribus Augusto, Trajano, Adriano, Constantino, & similibus, conferri possint. Huc accedit, quod in his nostris plus honestatis invenias, quàm in illis. Præterea quod primaris nostri Imperatores non privato commodo, aut inanis gloriæ cupiditate compulsi, bellare cœperint, quin magis ex summa necessitate religionis, patriæ & subditorum defendendorum ergo adacti. Fuerunt autem hi Germanorum Principes & Augusti, in quibus prudens Lector, quicquid virtutis nomine commendatur, cognoscat & amet.

Digitized by Google

CATALOGVS IMPERAT. GERMAN.

1. Carolus Magnus.
2. Ludovicus Pius.
3. Lotharius primus.
4. Ludovicus secundus,
5. Carolus Crassus.
6. Arnolffus.
7. Ludovicus tertius.
8. Conradus primus.
9. Henricus primus, dictus Auceps.
10. Otto primus.
11. Otto secundus.
12. Otto tertius.
13. Henricus secundus.
14. Conradus secundus.
15. Henricus tertius.
16. Henricus quartus.
17. Henricus quintus.
18. Lotharius Saxo.
19. Conradus Suevus.
20. Fridericus primus.
21. Henricus sextus.
22. Philippus Barbarossæ filius.
23. Otto quartus.
24. Fridericus secundus.
25. Conradus quartus.
26. Vvilhelmus comes Holandiæ.
27. Rudolfus comes Habspurgi, Landtgravius (Alsatiæ.
28. Adolfus de Nassauu.
29. Albertus primus.
30. Henricus septimus.
31. Ludovicus Bavarus.
32. Carolus quartus.
33. Vuenceslaus.
34. Rupertus Palatinus Rheni.
35. Sigismundus.
36. Albertus secundus.
37. Fridericus tertius.
38. Maximilianus.
39. Carolus quintus.
40. Ferdinandus.

Inter hos sunt, qui Romanis sapientia, prudentia, & honestate longe anteferri possunt, ut sunt Carolus Magnus, Ludovicus Pius. Sex Saxones, Henricus primus, Otto Magnus, Otto secundus, Otto tertius, Henricus secundus, Lotharius Saxo. Item Franci, Conradus, Henricus, Conradi filius, Rudolfus, Sigismundus, Maximilianus, Carolus.

DESCRIPTIO CAROLI MAGNI, ET actuum ejus.

Omnium Bellorum quæ gessit primo Aquitanicum à patre inchoatum, sed nondum finitum, quia cito peragi posse videbatur, fratre adhuc vivo etiam, & auxilium ferre, rogato suscepit. Et licet eum frater malis quibusdam machinantibus, auxilio frustrasset promisso, susceptam expeditionem strenuissime executurus, non prius destitit, quàm hoc quod efficere molliebatur, perfecit. Nam & Hunoldum quendam qui post mortē Vualtarii Aquitaniam occupavit, bellumque jam penè peractum, reparare tentavit, Aquitaniam relinquere, & in Vuasconiam fugere coegit. Quem tamen ibi consistere non sustinens, transmisso amne Garunna, Lupo Vuasconum duci mandat, ut perfugam reddat, quod ni festinato faciat, bello se illum expostulaturum. Sed Lupus saniori usus consilio, non solum Hunoldum reddidit, sed etiā seipsum cum provincia cui præerat, ejus potestati permisit. Quo bello finito, rogatu & precibus Hadriani Pontificis Romani, insolentiam Desiderii Longobardorum regis ferre non valentis, bellum contra Longobardos suscepit, copiasque quas adduxerat, dividens, unam partem cum Bernhardo patruo suo, per montem Jovis ire præcepit, alteram ipse ducens per montem Cinisium, Italiam intravit, nec prius destitit, quàm Desiderium regem longa obsidione in Papia fatigatum in deditionem susciperet, & perpetuo exilio deportaret, filium vero ejus Adalgisum, in quo omnium spes stare videbatur, non solum regno, sed etiam Italia excedere compelleret, omnia Romanis ablata restitueret, Rotgisum Forojuliani ducatus præfectum nova molientem opprimeret, totamque Italiam suæ ditioni subjugaret, subactaque filium suum Pipinum regem præponeret. Post cujus belli finem, Saxonicum, quod quasi intermissum videbatur repetitum est, quo nullum neque prolixius, neq; atrocius, Francorumque populo laboriosius susceptum est, quia Saxones sicut omnes fere Germaniæ nationes, & natura feroces, & idolorum cultui dediti, neque divina, neq; humana jura polluere, vel transgredi arbitrabantur inhonestum haberi. Susceptum est igitur adversus eos bellum, quod magna utrinque animositate, majore tamen Saxonum damno, per continuos 30. annos gerebatur. Poterat siquidem citius finiri, si Saxonum perfidia hoc pateretur. Dictu difficile est, quoties superati ac supplices regi, se dederunt, imperata facturos polliciti sunt, obsides qui imperabantur absque dilatione dederunt, legatos qui mittebantur, susceperunt. Aliquoties ita edomiti & emolliti, ut etiam cultum dæmonum dimittere, & Christianæ religioni se subdere vere promitterent. Sed sicut adhæc facienda aliquoties proni, sic ad eadem pervertenda semper fuere præcipites. Regis vero magnanimitas, aut per se, aut per comites suos, nullo exercitu, perfidiam illorum semper ulciscebatur, donec omnibus qui resistere soleoant, profligatis, decem millia hominum ex his qui utrasque ripas Albis fluminis incolebant

Carolus contra Longobardos bellum suscepit.

Adalgisus.

Rod g jus.

Bellum Saxonicū omnium difficilimum 30. annis duravit.

lebant cum uxoribus, & parvulis ſublatos tranſtulit, & per Galliam & Germaniam multi modâ diviſione diſtribuit, eaque conditione bellum per tot annos tractum conſtat eſſe finitum, ut abjecto dæmonum cultu, Chriſtianæ religionis Sacramenta ſuſciperent. Hoc autem bellum licet tam diu pertraheretur, ipſe tamen non amplius quàm bis conflixit cum hoſte, ſemel juxtà montem qui Aſneggi in loco Thietmelle nominato, & iterum juxta Haſa fluvium, & hoc uno menſe paucis diebus interpoſitis. Sed his duobus prælus ita devicti ſunt, ut ulterius regem neque provocare, neque venienti reſiſtere, niſi aliqua loci munitione defenſi, auderent, plures tamen eo bello tam ex nobilibus Francorum, quàm Saxonum & functi ſummis honoribus viri conſumpti ſunt. Tandem anno triceſimo tertio finitum eſt. Nec minus interea Hiſpaniam quoque debellavit, nam Aquitaniam & Waſconiam primum ſubjecit. Britones quoq; domuit, miſſaque expeditione imperata facere coegit. Ipſe poſtea cum exercitu Italiam ingreſſus, ac per Romam iter agens, Capuam urbem Campaniæ acceſſit, ibique poſitis caſtris, Beneventanis ni dederentur, comminatus eſt. Prævenit hoc dux gentis Aragiſus, filiosque ſuos Rimoldum & Grimoldum cum magna pecunia regi obviam mittens, rogat ut filios ſuos obſides ſuſcipiat, ſeque cum gente imperata facturum, præter hoc ſolum, ſi ipſe ad conſpectum venire cogeretur. Rex utilitate gentis magis quàm ejus obſtinatione conſiderata, oblato ſibi obſides ſuſcepit, eique ut ad conſpectum venire non cogeretur, pro magno munere conceſſit, & minore filio gratia obſidatus retento, majorem patri remiſit, legatisque ob ſacramenta fidelitatis à Beneventanis exigenda, cum Aragiſo dimiſſis Romam rediit, conſumptiſque ibi in ſanctorum veneratione aliquot diebus Galliam revertitur. Bajoaricum deinde bellum & repente ortum, & celeri fine completum eſt, quod ſuperbia ſimul & ſocordia Taſſilonis ducis excitavit, qui hortatu uxoris, quæ filia Deſiderii regis erat, ac patris exilium per maritum ulciſci poſſe putabat, junctо fœdere cum Hunis, qui Bajoariis ſunt ab Oriente contermini, non ſolum imperata non facere, ſed regem bello provocare tentabat. Cujus contumaciam, quia nimia videbatur, animoſitas regis ferre nequiverat, ac proinde contractis undique copiis, Bajoariam petiturus, ad Licum amnem venit, qui Bajoarios ab Alemannis dividit. Cujus in ripa caſtris collocatis, priuſquam provinciam intraret, animum ducis per legatos ſtatuit experiri. Sed ille pertinaciter agere, nec ſibi vel genti utile ratus, regi ſe ſupplex permiſit, obſides qui imperabantur, dedit; inter quos & filium ſuũ Theodonem, data inſuper fide cum juramento, quod ab illius poteſtate ad defectionem nemini ſuadenti conſentiret: ſicque bello, quod maximum videbatur futurum, celerrimus eſt finis impoſitus. Taſſilo tamen poſtea evocatus, ad regem neque redire permiſſus eſt, neque provincia quam tenebat, ulterius duci, ſed comitibus eſt commiſſa. Nam cum Taſſilo dux reus majeſtatis judicatus, capitè damnaretur, clementia regis vita ſibi conceſſa, mutato habitu in monaſterũ miſſus eſt, filius quòq; ejus Theodo tonſus, monaſticæ converſationi deputatus eſt. His motibus ita compoſitis, Sclavis qui noſtra conſuetudine Vuilci, propriâ verò lingua Vualetabi dicuntur, bellum illatum eſt, in quo & Saxones, velut auxiliares inter cæteras nationes, quanquã ficta, & minus devota obedientia militabant, unaque hac expeditione iidem Sclavi ita ſunt domiti, ut ulterius juſſis non contrairent. Maximum omnium quæ à Carolo geſta ſunt bellorum, præter Saxonicum, hunc bello ſucceſſit illud videlicet, quod contra Avares ſive Hunos ſuſceptum eſt, quod ille & animoſius quàm cætera, & longè majori apparatu adminiſtravit. Unam tamen per ſe in Pannoniam (nam hanc provinciam ea gens incolebat) expeditionem fecit, cætera filio ſuo Pipino, ac præfectis provinciarum, comitibus etiam ac legatis perficienda commiſit. Quæ cum ab his ſtrenuiſſimè fuiſſet impleta, octavo tandem anno idem bellum conſummatum eſt. Quot prælia in eo geſta ſint, quantumque ſanguinis effuſũ teſtatur Pannonia omni penè habitatore vacua, & locus, in quo regia Cajani erat, ita defertus, ut ne veſtigium quidem humanæ habitationis in eo appareat. Tota in hoc bello Hunorum nobilitas, prout tota Gloria decidit, omnis pecunia, & congeſti ex longo tempore theſauri direpti ſunt, neque ullum bellum contra Francos exortum humana poteſt memoria recordari, quo illi magis ditati, & opibus aucti ſint, quippe cum uſque in id temporis penè pauperes viderentur. Tantum auri & argenti in regia repertum, tot ſpolia preciosa in prælis ſublata, ut meritò credi poſſit, hoc Francos jure abiuliſſe, quod Huni prius aliis gentibus injuſtè eripuerunt.

Saxones fiunt Chriſtiani.

Laici vocantur tem S. Adiutorii. Alb. Kranz.

Carolus Hiſpaniam, Vuaſconiã, Aquitaniam, ſubiecit.

Beneventani ſe dedunt.

Bajoaricum bellum.

Huni Bajoariis ab Oriente contermini.

Lacus Kranz habet Lycca.

Taſſilo.

Sclavi Vuilci, vel Vualetabi dicti.

Bellum Caroli contra Avares ſive Hunos.

Expeditio Caroli in Pannoniam.

Franci bello ditati.

DESCRIPTIO TERRÆ HUNORUM.

Terra quippe Hunorum, ut antiquorum temporum relatores teſtantur, novem circulis, quos Teutonici Hagi dicunt, cingebatur, quorum ſinguli ita ſtipitibus, quernis, ſive faginis, vel abiegnis erant extructi, ut de margine ad marginem 20. pedum, ſpatium tenderetur in latum, & totidem ſubrigeretur in altum, civitas autem univerſa aut durißimis lapidibus, aut creta tenaciſſima repleretur, porrò ſuperficies vallorum eorundem, integerrimis ceſpitibus, tegerentur. Inter quorum confinia plantabantur arbuſculæ, quæ, ut cernere ſolemus, abſciſæ atque projectæ comas caulium foliorumque proferunt. De primo autem circulo uſque ad ſecundum, 20. milliaria teutonica protendebantur, & inde ſimiliter

Huni qui & Abares Occennalo bello per Carolum edomiti.

Novem circuli, teutonice Hag.

De primo circulo ad secundum 20. milliaria Germanica.

ad tertium, & ita usque ad nonum, quamvis ipsi circuli, alius alio multo contractiores fuissent. Inter hos igitur aggeres ita vici, villæque erant locatæ, ut de aliis ad alias vox humana posset audiri. Contra eadem vero ædificia inter inexpugnabiles muros portæ non satis latæ erant constitutæ, per quas latrocinandi gratia non solum exteriores, sed etiam interiores solebant exire. De circulo quoque ad circulum sic erant possessiones & habitacula undique versum ordinata, ut clangor turbarum inter singula cujusque rei posset significantius adverti. Ad has ergo munitiones per 200. & eo amplius annos, qualescunque omnium Occidentalium divitias congregantes, cum & Gothi & Wandali quietem hominum perturbarent, orbem occiduum pene vacuum dimiserunt. Quos cum invictissimus Carolus in annis octo ita perdomuit, ut de eis ne minimas quidem reliquias remanere permiserit. A vulgaribus vero ideo manum retraxit, quia videlicet Hunis extinctis, regno Francorum nihil nocituri viderentur. Porrò prædam in Pannonia repertam per Episcopia vel monasteria liberalissima divisione distribuit. Duo tantum ex proceribus Francorum eo bello perierunt. Henricus dux Forojulianus, in Liburnia, juxta Tarsicam maritimam civitatem, insidiis oppidanorum interceptus. Et Geroldus Bajoariæ præfectus in Pannonia, cum contra Hunos præliaturus, aciem struxeret, incertum à quo cum duobus tantum, qui eum obequitantem, ac singulos cohortantem comitabantur, interfectus est. Cæterum incruentum penè Francis bellum hoc fuit, & prospertimum exitum habuit, tametsi diutius sui magnitudine traheretur. Post quod & Saxonicum sua prolixitate congruentem finem accepit. Boemicum quoque & Lilonicum, quæ postea exorta sunt, durare non potuerunt, quorum utrunque ductu Caroli junioris celeri fine completum est. Ultimum contra Nortmannos, qui Dani vocantur, primo piraticam exercentes, deinde majori classe littora Galliæ atque Germaniæ vastantes, bellum susceptum est, quorum rex Gotfridus adeo vana spe inflatus erat, ut sibi totius Germaniæ promitteret potestatem: Fresiam quoque atque Saxoniam, haud aliter atque suas provincias æstimabat, jam Obodritos vicinos suos in suam ditionem redegerat, jam eos sibi vectigales fecerat, jactabat etiam se brevi Aquisgrani, ubi regis comitatus erat, cum maximis copiis adventurum. Nec dictis ejus, quamvis vanissimis, omnino fides abnuebatur, quin potius aliquid tale inchoaturus, nisi festinata fuisset morte præventus, putabatur. Nam à proprio satellite, sive ut quidam verius æstimant, à proprio filio, cujus matrem abjecerat, & aliam duxerat, interfectus, & suæ vitæ & belli à se inchoati finem fecit. Hæc sunt bella, quæ rex potentissimus per annos 46. (tot enim annis regnavit) in diversis terrarum partibus summa prudentia atque felicitate gessit, quibus Francorum regnum quod post patrem Pipinum magnum quidem & forte susceperat, ita nobiliter ampliavit, ut pene duplum reddiderit. Nam cum prius non amplius quam ea pars Galliæ, quæ inter Rhenum & Ligerem fluvium, Oceanumque ac mare Balearicum jacet, & pars Germaniæ, inter Saxoniam & Danubium, ac Salē fluvium, qui Thuringos & Sorabos dividit, postea incolitur à Francis, qui Orientales dicuntur, & præter hæc Alemanni atque Bajoarii, ad regni Francorum potestatem pertinerent: ipse per bella memorata primo Aquitaniam & Vuasconiam, totumque Pyrenei montis jugum, & usque ad Hiberum amnem, qui apud Novarros ortus & fertilissimos Hispaniæ agros secans, sub Tercosæ civitatis mœnia Balearico mari miscetur, deinde Italiam totam ab Augusta prætoria usque in Calabriam minorem, in qua Græcorum ac Beneventorum constat esse confinia, tum Saxoniam, quæ Germaniæ quidem magna pars est, & ejus quæ à Francis incolitur duplum in lato habere putatur, cum ei longitudine possit esse similis, deinde utranque Pannoniam, & appositam in altera Danubii ripa Daciam, Histriam quoque & Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis civitatibus, quas ob amicitiam & junctum cum eo fœdus Constantinopolitanum Imperatorem habere permisit, deinde omnes Barbaras & feras nationes, quæ inter Rhenum ac Vistulam fluvios, Oceanumque ac Danubium positæ, lingua quidem penè similes, moribus vero atque habitu valde dissimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias efficeret. Auxit etiam gloriam regni sui quibusdam regibus ac gentibus per amicitiam sibi conjunctis. Adeo namque Adefonsum Galiciæ atque Asturiæ regem sibi societate devinxit, ut is cum ad eum literas, vel legatos mitteret, non aliter se apud illum quàm proprium suum appellari juberet. Scotorum quoque reges sic habuit ad suam voluntatem per munificentiam inclinatos, ut eum nunquam nisi dominum seque subditos & servos ejus pronunciarent. Cum Aaron rege Persarum, qui excepta India, totum penè tenebat Orientem, talem habebat in amicitia concordiam, ut is gratiam ejus omnium qui in toto erant orbe regum, ac principum amicitiæ præponeret, solumque honore ac munificentia sibi colendum judicaret. Imperatores etiam Constantinopolitani, Nicephorus, Michael & Leo ultro amicitiam & societatem ejus expetentes, complures ad eum misère legatos. Cum quibus tamen propter susceptum à se Imperatoris nomen, & ob hoc quasi qui imperium eis præripere vellet, valde suspectum, fœdus firmissimum statuit, ut nulla inter partes cujuslibet scandali remaneret occasio. Erat enim semper Romanis & Græcis Francorum suspecta potentia. Unde & aliud Græcum extat proverbium, τὸν Φραγκὸν φίλον ἴχειν, χρὴ καὶ ἐν ἴχοις. Id est, FRANCUM AMICUM HABEAS, VICINUM NE HABEAS. Qui cum tantus in ampliando

Prædam Pannoniæ in Monasteria & Episcopia divisit Carolus.

Hæc erat ex Thesauris Caiani principis, quos ea gens ad temporis in Pannonia habitans, ex toto orbe spoliato congesserat, nec unquam opinatorem prædā nactos Francos legimus.

Hinc illa d. vitia templi Mogontiacensis, vide B. Rhe lib. Rerum Germanica. & Chronicon Veterum rerum Mogūtiac. per Conradum Episcopum conscriptum.

Gotfridus à filio interemptus, Carolus regnavit annis 46. quibus continuo bellavit.

Quas nationes Tributarias fecerit Carolus.

Fœdus Imp. Constantinopolitani cum Carolo.

Societas Caroli cum Adefonso rege Galiciæ.

Scotorum reges subditos habuit.

Amicitia Caroli cum Aaron rege Persarum, qua munera miserit, vide lib. 2. Alb. Kranz c. 19 & infra in annis imperii Caroli.

Prover. Græcum.

Opera Caro. Magni.

regno, & subigendis exteris nationibus existeret, & ejusmodi occupationibus assidue versaretur, opera tamen plurima ad regni decorem & commoditatem pertinentia, diversis in locis inchoavit, quædam etiam consummavit, inter quæ præcipua non immerito videri possunt, basilica sanctæ Dei genitricis Aquisgrani opere mirabili constructa, & pons apud Mogontiam in Rheno, quingentorum passuum longitudinis, nam tanta est ibi fluminis latitudo. Qui tamen uno anno antequam decederet, incendio conflagravit, nec refici potuit, propter festinatum illius decessum: quanquam in ea meditatione esset, ut pro ligneo lapideum restitueret. Inchoavit & palatia operis egregii: unum haud longe à Mogonciaca civitate, juxta villam, cui vocabulum est Ingelenheim. alterum Noviomagi super Vahalem fluvium Præcipue tamen ædes sacras ubicunque in toto regno suo vetustate collapsas comperit. Pontificibus & Abbatibus, ad quorum curam pertinebant, ut restaurarentur, imperavit, adhibens curam per legatos, ut imperata perficerent. Talem eum in ampliando & tuendo, simulque ordinando regno fuisse constat, cæterum qualis in domestica cura fuisset, dicatur. Post mortem patris, cũ fratre regnũ patritus, tanta patientia simultates & invidiã ejus tulit ut omnibus mirũ videretur, quod ne ad iracundiã quidẽ ab eo provocari potuisset. Deinde cũ matris hortatu, filiã Desyderii regis Longobardorũ duxisset uxorem, post annũ repudiavit eam, & Hildigardam de gente Suevorum, præcipue nobilitatis fœminam in matrimonium accepit, de qua filios tres, Carolum videlicet, ac Pipinum & Ludovicum, totidemq; filias, Ruothrudem & Bertham & Gislam genuit. Habuit & alias tres filias, Theoderatam & Hiltrudam, & Ruotheidem: duas de Fastrada uxore, quæ de Orientalium Francorum, scilicet Germanorum gente erat, tertiam de concubina quadam. Defuncta Fastrada, Luitgardam Alemanniam duxit, de qua liberos non habuit. Post cujus mortem tres habuit concubinas, Gersundam Saxonici generis, de qua ei filia nomine Adeltrud nata est: Regenam quæ ei Druogonem & Hugonem genuit: Adelindam quoque, quæ Theodericum procreavit. Mater quoque ejus Berthrada in magno apud eũ honore contenuit: colebat enim eam cum magna reverentia, ita ut nulla unquam invicem sit exorta discordia, nisi in divortio filiæ regis Desyderii, quam illa suadente acceperat. Decessit tandem post mortem Hildigardæ, cum jam tres nepotes suos, totidemque neptes in filii domo vidisset. Quam ille in eadem basilica, qua pater situs est, apud sanctum Dionysium magno cum honore fecit humari. Erat ei unica soror nomine Gisla, à puellaribus annis religiosæ conversationi mancipata, quam similiter ut matrem magna coluit pietate, quæ etiam paucis ante obitum illius annis, in eo quo conversata est monasterio, decessit. Liberos suos ita censuit instituendos, ut tam filii, quàm filiæ primo liberalibus studiis (quibus & ipse operam dabat) erudirentur: tum filios cum primum ætas patiebatur, more Francorum equitare, armis ac venatibus exerceri fecit. Filias vero lanificio aluescere, colo, fuscque ac fuso, ne per otium torperent, operam impendere, atque ad omnem honestatem erudiri jussit. Ex his omnibus duos tantum filios & unam filiam, priusquam moreretur, amisit. Carolum, qui major natu erat, & Pipinum, quem regem Italiæ præfecerat, & Ruothrudem, quæ filiarum ejus primogenita, & à Constantino Græcorum Imperatore, filio Leonis & Hirene fuerat desponsata. Quorum Pipinus unum filium Bernhardum, filias autem quinque superstites reliquit, in quibus rex pietatis suæ præcipuum documentum ostendit, cum neptem patri succedere, & neptes inter filias suas educari fecit. Filiorum ac filiarum tantam in educando curam habuit, ut nunquam domi positus, sine ipsis cœnaret, nunquam iter sine illis faceret. Adequitabant ei filii, filiæ vero ponè sequebantur, quarum agmen extremum ex satellitum numero ad hoc ordinati, tuebantur. Quæ cum pulcherrimæ essent, & ab eo plurimum diligerentur mirum dictu, quod nullam earum cuiquam, aut suorum, aut exterorum nuptum dare voluit, sed omnes secum usque ad obitum suum in domo sua retinuit, dicens se earum contubernio carere non posse. Ac propter hoc licet aliàs fœlix adversæ fortunæ indignitatem expertus est, quod tamen ita dissimulavit, ac si de eis nulla unquam alicujus peccati suspicio exorta, vel fama dispersa fuisset. Erat ei filius nomine Pipinus, ex concubina editus, cujus inter cæteros mentionem facere distulit, facie quidem pulcher, sed gibbo deformis. Is cum pater bello cum Hunis suscepto in Bajoana hiemaret, cum quibusdam è primoribus Francorum, qui eum vana regni promissione illexerant, adversus patrem conjuravit. Quem post fraudem detectam, & conjuratorum damnationem detonsum, in cœnobio Pruinia religiosæ vitæ jam volentem vacare permisit. Facta est & alia prius contra eum in Germania valida conjuratio, cujus autores partim luminibus orbati, partim incolumes, omnes tamen exilio deportati sunt, neque ullus ex eis interfectus est, nisi tres tantum, qui cum se ne comprehenderentur, strictis gladis defenderent, aliquos etiam occidissent, quia aliter coerceri non poterant, interempti sunt. Harum tamen conjurationum Fastradæ reginæ crudelitas causa & origo dicitur extitisse, & idcirco in ambabus contra regem conspiratum est, quia uxoris crudelitati consentiens, à suæ naturæ benignitate, ac mansuetudine videbatur exorbitasse. Cæterũ per omne vitæ suæ tẽpus ita cũ summo omniũ amore atq; favore domi & foris conversat' est, ut nũq; ei vel minima injustę crudelitatis nota à quoꝝ fuisset objecta. Amabat peregrinos & in eis susci-

basilica Aquisgrani

Pons Mogontiæ.

Ingelheimum prope palatium Mogunticum. Nunc Vualam vocant.

Dotat basilicas Carolus.

Carolus repudiat uxorem, ducit aliam.

Carolus matrem pie tractat.

Institutio liberorum Caroli.

Carolus domi cũ liberis cœnat.

Carolus indignitatem fortunæ expertus in liberis.

Pipinus contra patrem. ideo monachus factus tondetur tum probro damnatur.

Carolus minimam crudelit.

scipiendis

scipiendis magnam habebat curam, adeo ut eorum multitudo non solum palatio, verum etiam regno non immerito videretur onerosa. Ipse tamen præ magnitudine animi hujuscemodi pondere minime gravabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis, ac bonæ famæ mercede compensaret. Corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quæ tamen non excederet, nã septem suorum pedum proceritatem ejus constat habuisse mensuram, apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis, naso paululum in mediocritatem excedenti, canicie pulchra, facie læta & hilari, unde formæ autoritas ac dignitas tam stanti quam sedenti plurima acquirebatur. Quanquam enim cervix obesa & brevior, venterque videretur projectior, tamen hæc cæterorum membrorum celabat æqualitas. Incessu erat firmo, totaque corporis habitudine virili, voce clara quidem, sed quæ minus corporis formæ conveniret, valitudine prospera, præter quod antequam decederet, per quatuor annos crebro febribus corripiebatur, ad extremum etiam uno pede claudicabat. Erat eloquentia copiosus & exuberans, poteratque quicquid vellet apertissime exprimere, nec patrio sermone contentus, etiam peregrinis linguis ediscendis operam dabat, in quibus latinam linguam ita didicit, ut ea ac patria lingua orare sit solitus, Græcam vero melius intelligere quam pronunciare poterat. Artes liberales studiosissime coluit, earumque doctores plurimum veneratus, magnis extulit honoribus. In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconum senem audivit, in cæteris disciplinis Albinum cognomento Alcuuinum, item diaconum de Britannia, virum undecumque doctissimum præceptorem habuit, apud quem & rhetoricæ & dialecticæ, præcipue tamen astronomicæ ediscendæ plurimum, & temporis & laboris impertivit. Discebat & artem computandi, & intentione fagaci siderum cursum curiosissime rimabatur. Tentabat & scribere tabulas, & codicillos ad hoc in lecto sub cervicalibus circumferre solebat, ut cum vacuum tempus esset, manum literis effigiandis assuesceret, sed parum successit, labor præposterus ac sero inchoatus. Assidue exercebatur equitando ac venando, quod illi gentilitium erat, quia vix ulla in terris natio invenitur, quæ in hac arte Francis possit coæquari. Delectabatur etiam vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu corpus exercens, cujus adeo peritus fuit, ut nullus ei juste valeat anteferri. Ob hoc etiam Aquisgrani regiam extruxit, ibiq; extremos vitæ annos usq; ad obitum perpetim duxit.

Descriptio corporis Caroli Magni.

Facundiæ linguæ Græcæ intellexit Artes liberales. Hinc & Carolus sciens eruditionem esse instrumẽtum maximarum rerũ, tres Scholas, Parisiis, Bononiæ, Patauii instituit & multa monasteria in Germania, quæ tam etiã Scholæ fuerunt.

In cibo & potu erat temperans, sed in potu temperantior, ita ut super cœnam raro plus quàm ter biberet, cibo non adeo abstinere poterat, ut sæpe quæreretur noxia suo corpori esse jejunia. Convivabatur rarissime, & hoc præcipuis tantum festivitatibus, tunc tamen cum magno hominum numero.

Ter bibere in mensa, Carolinum.

Cœna quotidiana quaternis tantum ferculis præbebatur, præter carnem assam, quam venatores verubus inferre solebant, qua ille libentius quàm ullo alio cibo vescebatur. Inter cœnandum aut aliquod ἀκροάμα aut lectorem audiebat. Legebantur ei historiæ, & antiquorum res gestæ, delectabatur etiam libris S. Augustini, præcipueque his, qui de civitate Dei prætitulati sunt. Circa pauperes sustentandos, & gratuitam liberalitatem, quam Græci ἐλεημοσύνην vocant, devotissimus erat, ut qui non in patria solum, & in suo regno id facere curaverit, verum trans maria, in Syriam & Ægyptum, atque Aphricam, Hierosolymis, Alexandriæ, Carthagini, ubi Christianos in paupertate vivere compererat, penuriæ illorum compatiens, pecuniam mittere solebat. Ob hoc maxime transmarinorum regum amicitias expetens, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus, refrigerium aliquod ac relevatio proveniret. Colebat præ cæteris sacris locis apud Romam beati Petri Apostoli Ecclesiam, in cujus donaria magnam vim pecuniæ congessit. Neque ille toto regni sui tempore quicquam duxit antiquius, quàm ut urbs Roma sua opera, suoque labore vetere polleret autoritate: et Ecclesia S. Petri per illum non solum tuta ac defensa, sed etiam suis operibus præ omnibus Ecclesiis esset ornata atque ditata. Quam cum tanti penderet, tamen intra 46. annorum quibus regnaverat spatium, quater tantum illo votorum solvendorum, ac supplicandi causa profectus est. Ultimi adventus sui non solum hæ fuerunt causæ, verum etiam quod Romani Leonem Pontificem multis affectum injuriis, erutis scilicet, ut quidam dicunt, oculis, linguaque amputata, fidem regis implorare compulerunt. Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Ecclesiæ statum, ibi totum hiemis tempus extraxit. Quo tempore Imperatoris & Augusti nomen accepit, quod primo in tantum adversatus est, ut affirmaret se eo die, quam vis præcipua festivitas esset, Ecclesiam non intraturum, si præscire potuisset Pontificis consilium. Invidiam tamen suscepti nominis, Romanis imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua eis procul dubio longe præstantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, & in epistolis fratres eos appellando. Post susceptum imperiale nomen, cum adverteret multa, legibus populi sui deesse, nam Franci suas habent leges, in plurimis locis valde diversas, cogitanti quæ deerant, addere, & discrepantia unire, prava quoque ac perperã prolata corrigere. Sed de his nihil aliud ab eo factum est, nisi quod pauca capitula, & ea imperfecta legibus addidit. Omnium tamen nationum, quæ sub ejus dominatu erant, jura quæ scripta non erant, scribi, ac literis mandari fecit.

ἀκρόαμα argute et subtiliter dictũ.

Lectio mensæ, Historia, & Augustini de civitate Dei.

Dilectio Caroli, ut se extendit.

Liberalis in Ecclesiam S. Petri Romæ.

Leo Pontifex, male à Romanis tractatus.

Augusti nomen gravatim accepit

Reformator legum Francorum.

Item

Item barbara & antiquissima carmina, quibus veterum regum actus & bella canebantur, scripsit, & memoriæ mandavit. Inchoavit & grammaticam patrii sermonis: mensibus etiam juxta propriam linguam vocabula imposuit, qui ante id temporis apud Francos, partim latinis, partim barbaris nominibus pronunciabantur, & Januarium appellavit Wintermonath / Februarium Hornung / Martium Lenzinmonath / Aprilem Ostermonath / Majum Wunnemonath / Junium Brachmonath / Julium Heumonath / Augustum Erntmonath / Septembrem Witemonath / Octobrem Windemonath / Novembrem Herbstmonath / Decembrem Hilletmonath. Item ventos 12. propriis appellationibus insignivit. cum prius non amplius quàm 4. ventorum vocabula possent inveniri. Et Subsolanum vocavit Ostarwint / Eurum Ostsundroni / Euroaustrum Sundostroni / Austrum Sundroni / Zephyrum Westroni / Corum Westnordroni / Circium Nordwestroni / Septentrionem Nordroni / Aquilonem Nordostroni / Vulturnum Ostnordroni. Religionem Christianam qua ab infantia fuerat imbutus, sanctissime & cum summa pietate excoluit, ac propter hoc plurimæ pulchritudinis basilicam Aquisgrani extruxit: auroq; & argento, & luminaribus, atq; ex ære solido cancellis & januis adornavit. Ad cujus structuram cum columnas & marmora aliunde habere non posset, Roma atq; Ravenna devehenda curavit. Ecclesiam mane & vespere, item nocturnis horis, & sacrificii tempore, quo ad valetudo eum permiserat, impigre frequentabat, curabat q; magnopere, ut omnia quæ in ea gerebantur, cum maxima fierent honestate, ędituos creberrime commonens, ne quid indecens aut sordidum, vel inferri, vel in ea remanere permitterent. Sacrorum vasorum ex auro & argento, vestimentorumq; sacerdotalium tantam in ea copiam procuravit, ut in sacrificiis celebrandis ne janitoribus quidem, qui ultimi ordinis sunt, privato habitu ministrare necesse fuisset. Legendi atq; psallendi disciplinam diligentissime emendavit: erat enim utriusque admodum eruditus, quanquam ipse nec publice legeret, nec nisi summisse & in commune cantaret. Fuit autem consuetudo, ut in basilica ejus magister scholæ designaret pridie singulis, quod responsorium quis cantare deberet in nocte, lectiones vero nullus cuiquam recitandas injunxit, nullus ad terminum vel cæram imposuit, vel unguibus saltem quantulumcunq; signum impressit: sed cuncti omnia quæ legenda erant, ita sibi nota facere curarunt, ut quando inopinate legere juberentur, irreprehensibiles apud eum invenirentur. Digito autem vel baculo porrecto, vel ex latere suo ad procul sedentes aliquo directo, demonstravit quæ legere voluisset. Finem vero lectionis sono gutturis designavit. Ad quem universi ita intente suspensi sunt, ut sive finita sententia, sive in media distinctione, sive subdistinctione significaret, nullus sequens superius aut inferius incipere præsumeret, quantumcunq; incongrua finis, aut initium viderentur: & hoc modum factũ est, ut etiam si non intelligerent, omnes in ejus palatio lectores optimo fuissent. Nullus alienus, nullus etiam novus, nisi legere sciens & canere, chorum ejus aulus est intrare. Extremo vero tempore cum jam & morbo & senectute præmeretur, evocatum ad se Ludevicum filium suum Aquitaniæ regem, qui solus filiorum Hildigardæ reginæ supererat, congregatis solenniter de toto Francorum regno primoribus, cunctorum consilio consortem sibi totius regni & imperialis nominis hæredem constituit: impositoq; capiti ejus diademate, Imperatorem & Augustum jussit appellari. Susceptum est hoc ejus consilium ab omnibus qui aderant, cum magno favore: nam divinitus ei propter regni utilitatem videbitur inspiratum: auxitq; majestatem ejus hoc factum, & exteris nationibus non minimum terroris incussit. Dimisso deinde in Aquitaniam filio, ipse more solito, quamvis senectute confectus, non à regia longe Aquæ, nisi venatum profiscitur, exactoque in hujusce modi negocio quod reliquum erat autumni, circa Kalen. Novemb. Aquisgrani revertitur. Cumque ibi hiemaret, mense Januarii febre valida correptus, decubuit, statimque, ut in febribus solebat, cibi abstinentiam sibi indixit, arbitratus hac continentia morbum posse depelli, vel certe mitigari. Sed accedente ad febrem lateris dolore, quẽ Græci παλιγγενεσία dicunt: illoque adhuc inediam retinente, neque corpus aliter quam rarissimo potu sustentate, septimo postquam decubuit die, sacra communione percepta, decessit, anno ætatis suæ 72. & ex quo regnare cœperat 46. 5. kal. Feb. Indict. 7. hora diei 3. Cujus corpus more solenni lotum & curatum, maximo totius populi luctu ecclesiæ illatum atque humatum est. Dubitatum est primo, ubi reponi deberet, eò quod ipse vivus de hoc nihil præcepisset. Tandem omnium animis sedit, nusquam honestius eum tumulari posse, quam in ea basilica, quam ipse propter amorem Dei & domini nostri Jesu Christi, & ob amorem sanctæ & æternæ virginis genitricis ejus, proprio sumptu in eodem vico construxit. In hac sepultus est, eadem die qua defunctus est: arcusq; supra tumulum deauratus, cum imagine & titulo extructus est: qui titulus hoc modo descriptus est

Grammatica Germanica.

Nomina mensium.

Et hinc colligitur Francos Germanica lingua usos fuisse vetere ab rerum Ger. B. Rhen.

Nomina ventorũ.

Religio Caroli.

Magister scholæ.

Ludovicum Aquitaniæ regem, filium Carolo, sit Augustus.

Febri & pleurisi laborat.

Moritur anno ætatis 72.

SUB HOC CONDITORIO SITUM EST CORPUS CAROLI MAGNI ATQUE ORTHODOXI IMPERATORIS, QUI REGNUM FRANCORUM NOBILITER AMPLIAVIT, ET PER ANNOS XLVI. FOELICITER TENUIT. DECESSIT SEPTUAGENARIUS, ANNO DOMINI DCCCXIIII. INDICTIONE VII. V. KALEND. FEBR.

Stephanus papa 94. sedit annis 3. menses 5. dies 28

ANNI

Digitized by Google

CAROLVS M. 1 German. Imperator.

ANno Dominicæ incarnationis 769. Carolus magnus, Pipini filius, diviſo poſt patrem regno, cum fratre Carlomanno regnare cœpit, & 46. regnavit annis: tribus cum fratre, 43. ſolus poſtea. Cujus anno primo Hunoldus quidam Aquitaniam, quæ in ſortem Caroli ceſſerat, invaſit, & provincialium animos ad concitanda nova excitans, bellum quod pater ejus Pipinus occiſo Vualfario conſummaſſe viſus erat, renovavit. Contra quem Carolus profectus, fratis auxilium poſtulavit: ſed impedientibus malis hominibus, haberenon potuit: colloquio tamen cum eo habito, ad perſequendum Hunoldum profectus eſt, eumque ad Lupum Waſconium ducem fugitivum, miſſa legatione recepit cum uxore ſua, ipſoque Lupo cum tota Waſconia ſibi obediente regreſſus eſt. Anno domini 770. Carolus rex habuit generalem conventum in Wormacia civitate. Berthrada vero mater regnum cum Carlomanno minore filio, apud Saluſſam locata pacis cauſa, in Italiam proficiſcitur: peractoque negotio pro quo ibat, adorans etiam Romæ ſanctorum Apoſtolorum liminibus, ad filios regreditur. Corpus ſancti Othmari in inſula qua defunctus eſt per decem annos, incorruptum invenitur, ablatumque in baſiliſca ſancti Galli ſepelitur. Anno domini 771. Carlomannus in villa quæ dicitur Salmontiacus, defunctus eſt 2. Non. Decemb. & Carolus rex ad capiendum ex integro regnum animum intendens, Carbonacum villam venit, ibique Wilibarius epiſcopus Sedunenſis, & Folradus præsbyter, aliique plures ſacerdotes, comites etiam atque primates fratris ſui ad eum venerunt, uxor vero Carlomanni cum filiis & parte optimatum ad Italiã profecta eſt. Hadrianus papa 95. ordinatur, ſedit annis 24. Anno domini 772. Rex Carolus congregato Wormaciæ generali conventu, Saxoniam bello aggredi ſtatuit, eamque ſine mora ingreſſus, cunctique ferro & igni depopulatus, Eresburg caſtrum cepit, idolum quod à Saxonibus Irminſul vocabatur, evertit. In cujus deſtructione cum in eodem loco per triduum moraretur, contigit, ut propter continuam cœli ſerenitatem, exiccatis omnibus illius loci rivis & fontibus, aqua ad bibendum inveniri non poſſet. Sed ſubito divinitus, ut creditur, in cujuſdam torrentis concavo tanta visaquæ eruperat, quieſcentibus cunctis tempore meridiano, ut omni exercitui ſufficeret. Tunc rex idolo deſtructo, Wiſaram fluvium acceſſit, ibique acceptis à Saxonibus duodecim obſidibus, receſſit. Anno domini 773. Hadrianus papa, cum inſolentiam Deſiderii regis, & oppreſſionem Longobardorum ferre non poſſet, legationem ad Carolum mittens, opem ejus imploravit. Qui collecto exercitu veniens, Deſiderium intra Ticinum obſedit, totumque hibernum tempus multa moliendo in hac obſidione conſumpſit. Dum hæc in Italia geruntur, Saxones nacta occaſione pro abſentia regis contiguos ſibi Haſſorum terminos populantur: venientesque in locum qui Friteslar nominatur, eccleſiam à beato Bonifacio dedicatam, incendere moliti ſunt, quam ipſe ſanctus martyr per ſpiritum prophetiæ nunquã incendio violari prædixit. Cumq; multa vi incendere eam conarentur, apparuerunt quibuſdã & ex Chriſtianis atque paganis duo juvenes in albis, qui eam protexerunt ab igne: nutuq; divino immiſſo terrore, omnes in fugam converſi ſunt, nemine extrinſecus perſequente. Inventus eſt autem poſtea unus ex eiſdem Saxonibus mortuus juxta eccleſiam ipſam genibus acclivis, ligna & ignem habens in manibus, & quaſi ore flans ad incendendam eandem baſilicam. At rex dimiſſo ad obſidionem & expugnationem Ticini exercitu, orandi gratia Romam proficiſcitur: peractisque votis, ad exercitum reverſus, fatigatam longa obſidione civitatem, ad deditionem compulit: quam cæteræ civitates ſecutæ, regis ſe poteſtati ſubdiderunt. Et rex ſubacta ac pro tempore ordinata Italia, in Franciam revertitur, captivum ducens Deſiderium regem. Adalgis vero filius ejus in Græciam ad Conſtantinum imperatorem, diffidens rebus patriæ, ſe contulit, ibiq; in patritiatus honore vitam finivit.

Conventus Vuormatiæ.

Carlomannus in Gallia S. Montiaco moritur.

Saxoni invaſtat Carolus.

Eresburg abbera Irmine. ſed obtinuit Martis honor. ut Merſiburg vocetur.

Irminſul, quaſi Idermanſuel, hoc eſt. commune profugium, & aſylũ omnium.

Habuerunt aũt Saxones idolorũ nomina & vitus à Romanis Druſus Nero, & Germanicus eam provinciam gubernarunt. A. K. Friſiar.

Ticinum.

Eo anno Hirene piiſſima unà cum Conſtantino glorioſe divinitus imperium accepit. Primo hujus imperii anno, cum Conſtantinus decem eſſet annorum, homo quidam in longis Thrace muris fodiens, invenit arcam lapideam. Quam cum expurgaſſet, & revelaſſet, repperit virum in ea jacentem, & literas arte conglutinatas, continentes hæc: Chriſtus naſcetur ex Maria virgine, & credo in eum. Sub Conſtantino vero & Hirene imperatoribus, ò Sol iterum me videbis. Anno domini 774. Carolus domum regreſſus, priusquam Saxones eum veniſſe ſentirent, tripertitum in eorum regiones miſit exercitum, qui direptionibus & incendiis cuncta vaſtantes, compluribus qui reſiſtere conati ſunt interfectis, cum ingenti præda regreſſi ſunt. Anno domini 775. Carolus rex conſilio habito decrevit Saxoniam ingredi, & in ea tandiu perſeverare, dum aut Chriſtianæ religioni ſubderentur, aut omnino tollerentur. Totis ergo regni viribus Saxoniam petens, primo impetu Sigiburgum caſtrum, in quo Saxonum præſidium erat, cepit. Eresburgum caſtrum à Saxonibus deſtructum, munivit, in eo Francorum præſidium poſuit, multaque ſtrage facta obſides ab eis & Weſtfalis accipiens, regreſſus eſt. Corpora ſanctorum Gordiani & Epimachi de Roma in Alemanniam translata ſunt. Conſtantinus imperator, filius Leonis, perſecutor Chriſtianorum & eccleſiarum, legisque deſtructor, obiit.

Hirene accipit imperium.

Arca lapidea reperta

Bap. dicit, laminam inventam ſuper cadaver.

Sigiburgum caſtrum capitur.

Eresburgum deſtruitur.

HISTO-

HISTRIA.

ANno dominicæ incarnationis 776 ab urbe condita milleſimo 527. Leo filius Conſtantini perſecutoris, 71. loco ab Auguſto Romanum ſuſcepit imperium, regnavit annis 5. Hic ad breve tempus viſus eſt pius eſſe, ſanctæque Dei genitricis ac monachorum amicus; unde & metropolitanos ex monachis in primis ſedibus collocavit, multosq; ordines in urbe bene ampliavit. Quapropter principes omnes cum multitudine populi copioſa ingredientes, petierunt filium ejus Conſtantinum Imperatorẽ. Qui cum diceret illum ſibi unicum eſſe & parvulum, ſeque vere ri pro hoc, ſi forte ſibi cõtingeret, quod bellũ eſt, illũ ab eis interfici, & aliũ promoveri, juraverũt ei omnes, ſe non admiſſuros alios Imperatores, præter Leonem, & Conſtantinum: & ex ſemine ipſorum, & hoc ſcripto confirmaverunt, & ſic in ſancto die paſchæ coronatus eſt Imperator. Leo autem cum regnaret annos 5. mortuus eſt, & regnavit filius eius Conſtantinus pro eo, cum Hirene matre ſua. *Leo Conſtantini filius.*

ANNI LEONIS.

PRimo autem anno Leonis, qui eſt 8. Caroli, nunciatur eidem Carolo Ruotgaudum Longobardum, quem ipſe Forojulienſibus ducem dederat, novas res in Italia meditari, & complures civitates ad eum defeciſſe. Qui ſtatim tendens, Ruotgaudum interfecit: civitates quæ à ſe defecerant, recepit, impoſitis que Francorum præſidiis redit, & ſtatim audiens Saxones rebellaſſe, illuc tetendit: ſed inveniens eos denuo ſupplices, veniam dedit baptizatis, qui volebant: & obſidibus acceptis, iterum in Franciam regreſſus eſt. Anno domini 777. Carolus rex habito concilio in loco qui Paderbrunno vocatur, iterum Saxoniam intravit, omnesque fallaciter devotos invenit. Cuncti quippe ad eum venerunt, propter Vuitikindum ex primoribus Vueſtfalorum, qui multorum ſibi conſcius facinorum, regem timuit, & ad Sigefridum Danorum regem cum paucis profugit. Cæteri qui venerant, in tantum ſe regis poteſtati permiſerant, ut ea conditione veniam tunc mererentur, quatenus ſi ulterius ſua ſtatuta violarent, patria & libertate privarentur. Baptizata eſt autem & multitudo magna, quæ ſe, licet falſo, Chriſtianam promiſerat. Anno domini 778 Carolus rex partes Hiſpaniæ petens, quaſdam urbes ſubegit, obſides à Saracenis accepit: ſed inde regreſſus, fraude Vuaſconum plerique aulicorum per inſidias interfecti ſunt. Interea Saxones comperto quòd longe receſſiſſet, ſumptis armis, Rhenum uſque profecti ſunt; ſed cũ Amnem tranſire non poſſent, quicquid à Tuicio civitate uſque ad fluvium Salam, vicorum villarumq; fuit, ferro & igni populati ſunt, nullum diſcrimen ſexus aut ætatis ira hoſtis fecerat, ut liquido appareret eos non prædandi, ſed ulciſcendi ſe gratia terminos Francorum introiſſe. Quod cum rex Antiſiodoro poſitus audiſſet, orientales Francos & Alemannos ad propulſandos eos, continuo miſit. Quorum adventum Saxones audientes, receſſerunt: ſed illi eos veſtigio ſecuti, invenerunt eos in partibus Haſſorum ſuper fluvium Adernam; ſtatimque in ipſo fluminis vado illos adorti, tanta cæde ſtravetunt, ut ex ingenti multitudine vix pauci redierint. Anno domini 779. Venit ad Carolum Hiltibrandus dux Spolitanus cum magnis muneribus in villa Vuircinaco, quem ille benigne ſuſcepit, donatumque in ſuum ducatum remiſit: ipſe vero animo in Saxoniam tendẽs, Rhenum in loco qui Lippia vocatur, cum exercitu trajecit. Cui cum Saxones in eo loco qui Buochholtz dicitur, reſiſtere tentarent, victi fugatique ſunt: & rex Vueſtfalorum regionem ingreſſus, eos omnes in deditionem accepit: indeque ad Vuiſaram veniens, caſtra poſuit: ibi Angrarii & Oſtfalai obſides dederunt, & ſacramenta juraverunt. Quibus peractis, rex Vuormaciam in hiberna ſe recepit. Anno domini 780. Carolo Saxoniam venienti, omnes orientalium partium Saxones occurrerunt, multique de populo baptizati ſunt: veniensque in locum ubi Hora & Albis confluunt, ordinavit res tam Saxonum, quàm Danorum: reverſusque in Franciam, habito conſilio, Romam cauſa orationis cum uxore ſua Hiltigardi & liberis perrexit, & natale domini Papiæ celebravit. Leo Imperator obiit.

Ruotgaudus Longobardus.

Comitia in Paderbrun.

Vuitikindus.

Multitudo Saxonum baptizata.

Tuicium cœnobiũ eſt Dietze, e contra Agrippinam, vulgus Tuitium vocat corrupte. Locum hunc Beatus Rhenanus lib. 1. rerũ Germanic. carumpulchre reſtituit in quo habet totum tractũ quem è Chaucis progreſſi Franci, priuſquam trans Rhenũ in Galliã migrarent, non paucis annis tenuerunt.

Buochholtz. Angarii. Oſtfalai.

ANNI CONSTANTINI.

ANno dominicæ incarnationis 781. urbis autem conditæ milleſimo 532. Conſtantinus filius Leonis, 72 loco ab Auguſto, cum matre ſua Hirene regnum ſuſcepit, & annos 17. regnavit. Huic filia Caroli & Hiltigards reginæ Ruothrudis deſponſata fuerat, ſed mater ejus aliam ei invito conjungebat. Cujus anno primo Carolus Romam veniens, ab Hadriano Papa honorifice ſuſcipitur. Et cum ibi ſanctũ paſcha celebraret, baptizavit idem pontifex filium ejus Pipinum, eumque de ſacro fonte ſuſcepit, & unguens eum in regẽ Italiæ, impoſuit ei coronam: fratrem verò ejus Ludovicum in regem Aquitaniæ unxit, ipſique coronam impoſuit. Rex vero Romam digrediens, Mediolanum venit, ibique baptizata eſt filia ejus Giſela ab archiepiſcopo Thoma, & ab eodem eſt de ſacro fonte levata. Miſit autem Hadrianus Papa Formoſum & Damaſum epiſcopos, cum legatis regis, Richolfo diacono, & Eberhardo pincernarum magiſtro, ad Thaſſilonem ducem, ut commonerent eum de juramento, quod Pipino & filiis ejus olim juraverat. Qui venientes, cor ejus emollierunt, ut cum eis Vuormaciam veniret, datisq; 12. obſi-

Baptizatur Pipinus, & à pontifice de ſacro fonte ſuſcipitur.

dibus, regi fidelitatem juraret: ſed ubi domum rediit, non diu in fide permanſit. Ann. domini 782. Carolus in Saxoniam eundum, & ibi ut in Francia quotannis generalem conventum cenſuit habendum: trajectoq; apud Coloniam Rheno, ad fontem Lippiæ venit, ibique poſitis caſtris, inter cætera negocia legatos Sigifridi regis Danorum, & quos Cajanus & Vigurrus principes Hunorum qui ſi pacis cauſa miſerunt ad ſe, audivit & abſolvit. Cumque ſoluto conventu in Franciam rediſſet, Vuitikindus in patriam reverſus, Saxones rebellare perſuaſit. Nunciatum eſt autem regi quòd Sorabi Sclavi, qui campos inter Albiam & Salam jacentes incolunt, in fines Thuringorum & Saxonum ſibi confines deprædandi cauſa ſuiſſent ingreſſi. Contra quos cum tres miniſtros ſuos cum orientalibus Francis direxiſſet, illi Saxonũ audientes motũ ad illos diverterunt: ſed incaute agentes, à Saxonibus circumventi, & pene omnes occiſi ſunt. Ad quẽ rem examinandam cum rex veniſſet, omnes Vuitikindum hujus ſceleris autorem proclamaverunt; ſed illum quia aufugit tradere non valentes, ex aliis qui ei conſenſerunt, uſque ad quatuor millia & quingentos tradiderunt, qui omnes una die juſſu regis decollati ſunt. Cum ad expeditionem Saxonicam rex ſe præparaſſet, antequàm moveret exercitum, Hildegardis uxor ejus regina obiit 2. kalend. Maij. in quibus tunc erant vigiliæ Aſcenſionis. Cujus funeri cum ſolenni more juſta perſolveret, Saxoniam tetendit: pugnansque cum eis in loco qui Thietmelle vocatur, vicit eos; indeque ad Paderbrunnen veniens audivit eos in finibus Vueſtfalorum iterum paratos ad pugnam, ad quos tendens, eadem qua prius fœlicitate, cum eis dimicavit. Inde reverſus in Franciam, duxit uxorem filiam Ratolfi comitis, de orientali Francia nomine Faſtradam, de qua habuit filias duas. Eodem anno defuncta eſt bonæ memoriæ Berthrada regina mater regis. 4 Idus Julii. Anno domini 784. Carolus tranſiecto Rheno in loco qui Lippeheim vocatur, pagos Vueſtfalorum vaſtavit: veniensque ad Vuiſaram, cum inundatio aquarum tranſitum negaret, dimiſit filium ſuum Carolum in finibus Vueſtfalorum: ipſeque per Thuringiam divertens, depopulatus eſt partes quæ ſunt circa Albiam: reverſusque eſt in Franciam. Saxones vero congregati pugnabant cum filio eius Carolo: ſed ille magna cæde facta, cum victoria rediit ad patrem Vuormaciam. Anno domini 785. Vuitikind & Abdio ex tranſalbiana regione, venerunt ad Carolum regem apud Atiniacum adducente Amaluuino aulicorum uno, ibique in gratiam recepti baptizati ſunt: quievitque Saxoniæ perfidiæ pervicacitas per aliquot annos. Anno domini 786. audiens rex Anglos & Saxones Britanniam invaſiſſe, miſit illuc cum exercitu Audolfum præpoſitum menſæ regiæ. Qui veniens, perfidæ gentis contumaciam cito repreſſit: acceptosque obſides cum plurimis populi primoribus Vuormaciam ad regem adduxit. Rex autem pace undique parta, ſtatuit Romam ire, & partem Italiæ quæ eſt circa Beneventum ſuæ poteſtati ſubiicere: cujus majorem partem, capto Deſiderio, jam ibi ſubdiderat. Veniens igitur in Italiam natale domini celebravit apud Tuſciæ civitatem Florentiam. Anno domini 787. Carolus rex Romam veniens, honorifice ſuſceptus eſt ab Apoſtolico Hadriano: moratusque ibi per aliquot dies, cum eodem pontifice Beneventum contendit. Quod audiens Aragiſus dux Beneventorum, miſit ad regem filium ſuum Rumoldum, cum magnis muneribus, rogans, ne terram illam intraret. Quod ille abnuens, & Rumoldum ſecum detinens, Capuam venit: indeque bellum geſturus, caſtra ibi poſuit. Aragiſus vero relicta Benevento, quæ caput eſt illius terræ, Salernum ſe quaſi munitionem contulit: miſſaque legatione utrosque filios ſuos regi obtulit; promittens ſe per omnia obedituram, tantum ne ad conſpectum eius venire cogeretur. Cujus precibus rex annuens, minorem filium nomine Grimoldum ſecum retinuit: majorem patri remiſit. Accepit inſuper à populo obſides 11. miſitq; legatos qui & ipſum ducem & omnem populum Beneventanum ſacramento confirmarent. Ipſe poſt hæc cum legatis Hirene & Conſtantini filii ejus, qui propter petendam filiam ſuam miſſi fuerant, locutus eſt, illisq; dimiſſis, Romam reverſus, ſanctum paſcha ibi cum magna hilaritate celebravit. Tunc venerunt ad Papam legati Taſſilonis ducis Archiepiſcopus, & Hunericus abbas, rogantes ut inter ſe & regem mediator pacis fieri dignaretur. Quod cum ille obnixe faceret, & rex id velle diceret, interrogati miſſi quo pacto pacem firmare vellent: reſponderunt ſibi ſuper hac re nihil imperatum fuiſſe. Unde Papa commotus, quaſi fallaces ac fraudulentos anathemate ſtatuit feriendos, ſi à fide olim regi promiſſa diſcederent: hocque duci remandans, hos infecta pace remiſit. Apoſtolicus autem & rex invicem ſibi valedicentes diſceſſerunt: acceptaque benedictione rex in Franciam redit, & filios ac filias cum uxore ſua Faſtrada Vuormaciæ invenit. Ibi ergo habito generali conventu coram optimatibus ſuis, omnia quæ facta ſunt in itinere ſuo, narravit: eorumque conſilio legatos miſit ad Taſſilonem, qui experirẽtur ſi apoſtolici juſſis obedire, ſibique fidem ſervare diſponeret. Quo juſſa contemnente, ſtatim rex tripertito exercitu Bajoariam petere & filio ſuo Pipino cum Italicis copiis in Tridentinam vallem confluente, Saxonum vero atq; orientalium Francorum exercitu, ſuper Danubium in loco qui Pheringa dicitur conveniente, ipſe cum exercitu quem adduxerat, ſuper Licum fluvium in civitatis Auguſtæ ſuburbio conſidebat. Videns autem Taſſilo ſe undique circumfuſum, ad regem ſupplex venit, veniamque de ante geſtis ſibi dari rogavit. Rex autem ut ſemper erat mitis, deprecanti pepercit, acceptoque ab eo filio ejus Theodote cum aliis 12. obſidibus in

Hildegardis moritur.

Faſtrada Ratolfi comitis filia.

Lippeheim.

Carolus honorifice ſuſcipitur ab Hadriano apoſtolico.

Beneventum, Salernum.

Legati Taſſilonis ad Carolum.

Confertum, Vuormacia.

Pheringe locus ſuper Danubium. Carolus in Tajſilonem Bavarum.

Franciam

Franciam rediit. Anno domini 788. Carolo apud Ingilinheim paſcha celebrante, & generale concilium habente, Taſſilo dux ſicut & cæteri regni primates advenit, ſed à Bauvariis accuſatus, quod poſt datos proximè obſides fidem non ſervaverit, ſed ſuadente uxore ſua Lintburga, Deſiderii Longobardorum regis filia, Avares in diſſipationem regni vocaverit, multaque alia hoſtiliter & dixiſſe & feciſſe, cum hæc negare nequit, majeſtatis reus judicatus eſt. Et dum omnium ore capitali damnaretur ſententia, rex ob amorem dei, & quia conſanguineus ejus erat, liberare eum cupiens, interrogavit quid jam agere veller. Ille autem rogans licẽtiam ſibi dari pro peccatis pœnitendi, tonſuratur, & in monaſterium miſſus eſt, ſimiliter & filius ejus Theodotus. Cæteri vero hujus perfidiæ conſortes per diverſa exilia damnati ſunt. Anno domini 789. Carolus contra gentem Sclavenorum qui Vuilci dicuntur exercitum ducens, amnem Albiæ duobus pontibus conjunxit quorum unum ex utroq; capite vallo munivit, impoſita turri ex lignis & terra, ingreſſusq; terram Vuilzorum, ferro & igni cuncta vaſtavit, donec eos ſubjugavit. Hoc anno Hirene imperatrix ſoluta pace nuptialis fœderis cum Francis, miſit & adduxit puellam de Armeniacis nomine Mariam, & junxit eam filio ſuo Conſtantino Imperatori, multum contriſtato propter affectum quo erga filiam Caroli flagrabat quam antea deſponſaverat. Anno domini 790. Carolus nullam expeditionem fecerat, ſed reſidẽs in Vuormacia, legatos Hunorum audivit, ſuoſq; ad eorum principes miſit. Agebatur autem inter eos de confiniis regnorum ſuorum, quæ res futuri belli fuit ſeminarium. Anno domini 791 Sanctus Burchardus Vuirziburgenſis epiſcopus obiit 4. Nonas Februa. Eodem anno diſſenſio facta eſt inter Conſtantinum & matrem ejus Hirenen, malorum hominum inſtigatione, in tantum ut ipſa vellet eum regno privare. Carolus autem de Vuormacia movens exercitum, Bajoariam tetendit, ea intentione ut Hunis belluminferret, diviſoq; exercitu, Theodericum comitem & Meginfridum Camerarium ſuum, cum una parte, per aquilonare Danubii latus ire juſſit, ipſe cum altera per auſtrale deſcendit, venientesque ad Anaſum fluvium, qui eſt limes Pannoniæ atque Bavariæ, caſtra poſuerunt, & per triduum letanias ibi fecerunt. Huni autem videntes exercitus, utrasque ripas tenentes, divinitus immiſſo terrore munitiones ſuas dimittentes fugerunt, & uterque exercitus libere ingreſſus, magnam partem Pannoniæ uſque ad fluvium qui dicitur Raba devaſtavit, ſicque rex per Sabariam reverti ſtatuit, altera pars exercitus per viam qua venerat redit. Anno domini 792. Carolo à natali domini per æſtatem Ratiſponæ commorante, quibuſdam Francis agentibus, conſpiravit contra eum filius eius Pipinus ex concubina, itemque alii propter Faſtradam reginam: cujus crudelitatem, ſe ferre non poſſe Franci dicebant. Quæ conſpiratio cum per Faldulfum Longobardum detecta fuiſſet, ipſe ob meritum fidei obſervatæ, monaſterio ſancti Dionyſii donatus eſt. Autores vero conjurationis partim gladio cæſi, partim patibulo ſuſpenſi ſunt. Rege autem propter bellum cum Hunis ſuſceptum, Regenſpurg ſedente, perſuaſum eſt ei à quibuſdam poſſe percommode à Danubio in Rhenum navigari, ſi inter Radantiam & Altmonam fluvios ejuſmodi foſſa duceretur, quæ eſſet navium capax: quia horum fluviorum alter Danubio, alter Rheno miſceretur. Confeſtim rex cum omni comitatu ſuo ad locum huic operi aptum, venit, ac magna hominum multitudine congregata, totum autumni tempus in hoc cõſumpſit. Ducta eſt itaque foſſa inter prædictos fluvios duum millium paſſuum longitudine, trecentorũ pedũ latitudine, ſed fruſtra: nam propter juges pluvias & terram quæ paluſtris eſt naturaliter, opus quod fiebat ſtare non potuit, ſed quantum terræ à foſſoribus interdiu egeſtum fuerat, tantum noctibus iterum relabente ſubſidebat. In hoc opere occupato nunciata eſt Saxonum omnimoda defectio, & Francorum plurima à Sarracenis interfectio. Quibus rebus cõmotus, in Franciam revertens, natale domini celebravit apud ſanctũ Kilianum Vuirciburg, ſcilicet juxta Mœnum fluvium; paſcha vero ſuper eundem in villa Franconovurt, ubi & hiemaverat. Anno domini 793. Carolo in Franconovurt paſcha celebrante, ſynodus epiſcoporum magna collecta eſt ex omnibus regni provinciis, legati quoque Hadriani Papæ in ejus vice affuerunt. In hac ſynodo hæreſis cujuſdam epiſcopi Fœlicis nomine damnata eſt, qui Chriſtum ſecundum hoc quod homo eſt, adoptivum Dei filium dicebat, & liber contra eum communi epiſcoporum autoritate compoſitus eſt, in quo omnes ſubſcripſerunt. Synodus etiam quæ ante paucos annos in Conſtantipoli congregata ſub Hirene & Conſtantino filio ejus, ſeptima & univerſalis ab ipſis appellata eſt, ut nec ſeptima nec aliquid diceretur, quaſi ſupervacua ab omnibus abdicata eſt. Mortua eſt autem ibi & Faſtrada regina, & Mogonciæ apud ſanctum Albanum ſepulta eſt. Anno domini 794. Rex diviſo inter ſe & filium ejus Carolum exercitu, Saxoniam cum magno intravit apparatu: ſed ipſi faciem ejus ſolito reveriti, datis obſidibus ſe per omnia obſecuturos juraverunt. Anno domini 795 Rex perfidiæ Saxonum nõ immemor, conventum generalem habuit, in villa quæ dicitur Cuſeltein ultra Rhenum contra Mogonciam, juxta Mœnum fluvium, atque inde cum exercitu Saxoniam ingreſſus, pene totam populando peragravit, itemque acceptis obſidibus in Galliam remeavit. Anno domini 796. Leo Papa 96. ordinatur, ſedit annis 20. alii dicunt 25. Hic Carolum fecit Imperatorem. Qui mox ut ordinatus eſt, claves confeſſionis

Taſſilo maieſtatis reus iudicatur.

Tonſuratur.

Carolus contra Sclavenos.

Diſſenſio inter Conſtantinum & Hirenen.

Anaſum fluvius limes Pannoniæ atque Bavariæ hie Enns.

Donatur monaſterio Faldulfus qui inſidias imperatori detexit.

Navigatio à Rheno in Danubium. Altmona alii Altmula, alii Alemannum, fluvius piſculentus, Danubiũ intrant. Radantia Regnitz hodie vocat. 10. millibus paſſuum diſtans ab Alemanno fluvio hic Rheno confunditur.

Huius veſtigia cernuntur propè Vuiſſenburgum Nordgavia, ubi Graben foſſa & viculus teſtantur opus.

Forte Rinigſtein.

Leo Papa Carolum facit Imperatorem.

sancti Petri & vexillum Romanæ urbis ad regem Carolum cum aliis muneribus misit: & ut aliquem sibi de optimatibus suis ad confirmandum sacramento populum Romanum mitteret, rogavit. Missus est ad hãc rem Angilbertus abbas monasterii sancti Richardi, per quem etiam magnam partem thesauri quem Heinricus dux Forojulienſis spoliata Hunorum regia, quæ Ringus vocabatur, eodem anno regi de Pannonia detulerat, misit: reliqua inter optimates & aulicos & palatio deservientes, liberaliter distribuit. Rex autem post hæc Saxoniam petens, filium suum Pipinum Italiæ regem in Pannoniam misit: ipseq; depopulata Saxonia, Aquisgrani revertitur: Pipinus vero fugatis ultra fluvium Tizaha Hunis, cum residuo Hunorum thesauro ad patrem regreditur. Anno domini 797. Expeditio facta est in Saxoniam, & usque ad Oceanum, ultra omnes paludes & invia loca transitum est, & rex de Hadoloha regressus, nam id nomen est loco ubi Oceanus Saxoniam alluit, totam Saxonum gentem in deditionem per obsides accepit & ad palatium Aquisgrani regressus, Abdellam Sarracenum filium ibi Maugæ regis à fratre depulsum, sibique se commendantem suscepit. Illuc & legatus Niceræ qui tunc Siciliam regebat venit, portans epistolam Imperatoris Constantini. Quem magnifice suscipiens, post paucos dies absolvit. Mediante autem mense Novembre, ad hibernandum cũ exercitu Saxoniam intravit, positisque in castris apud Vuisaram, locum castrorum Heristal vocari jussit. Illuc legati Hunorum cum magnis muneribus venerunt indeque Abdellam Sarracenum cum filio suo Ludevvico in Hispanias reverti fecit, Pipinũ in Italiam remisit, ipse vero ad disponendam Saxoniam totum hiemis tempus impendens natale domini, & pascha sequentis anni ibi celebravit. Anno domini 798. Saxones transalbiani seditione commota, legatos regis, qui tunc ad faciendas justitias missi sunt, comprehendentes, alios trucidant, alios ad redimendum conservant. Unde rex collecto exercitu, ad locum qui Munda dicitur perrexit, habitoque consilio, Saxoniam inter Albiam & Vuisaram populando peragravit. Transalbiani vero superbia elati contra Abodritos regi semper fideles arma corripiunt. Sed dux eorum Thrasico commisso cum eis prælio 4. millia ex eis occidit, reliquos turpiter fugatos ut regi se dederent coegit. Atrex in Franciam reversus, ubi ad Aquisgrani venit, missos Hirene imperatricis de pace agentes audivit. Cujus filius Constantinus ob insolentiam morum à suis captus, excæcatus est: vel ut quidam verius fatentur, ipsius matris suæ consilio hoc factum est, ipsiq; regnum sola tenere contendit. Hos ergo legatos ubi rex absolvit, venerunt de Hispania legati Hadefonsi regis Galitiæ & Asturiæ, Basiliscus & Froja, deferentes munera: quæ ille de manubiis quas victor apud Olisiponiam ultimam Hispaniæ civitatem à se expugnatam cæperat, mittere regi curavit: Mauros videlicet septem cum totidem mulis atque loricis. Quos & benignè suscepit, & honorifice remuneratos dimisit. Constantinus Imperator filius Leonis & Hirene, postquam excæcatus est consilio matris suæ, post breve tempus obiit, sicque mater de cætero per quinque annos imperavit. Obscuratus est autem sol, eo tempore per dies 18. ita ut oberrarent naves in mari, & omnes dicerent, quod propter Imperatoris obcæcationem, sol obscuratus sit. Anno domini 799. Leo Papa à Romanis excæcatus est. Romanis enim in sua securitate gloriantibus, levatum est cor eorum secundum consuetudinem illorum, volueruntque ea quæ imperialis erant potestatis sibi vendicare. Resistente autem Leone Papa, quidam ex cognatis beatæ memoriæ Hadriani Papæ seditionem moventes in populo, concitaverunt eum adversus Papam. Unde factum, ut in letania majore cum processurus de Lateranis, ad ecclesiam sancti Laurentii quæ ad Craticulam vocatur, equo sedens pergeret, insidias à Romanis dispositas, juxta eandem ecclesiam incidit: dejectusque de equo, & erutis oculis ejus, ut sibi visum est, linguaque amputata, nudus ac semivivus in media platea dimissus est. Quidam autem dicunt quod unum tantum oculum sibi eruerent, alii vero neutrum, sed rasoris per medios oculos inciderent, nec tamen visum auferrent. Deinde jussu eorum qui hujus facinoris autores erant, in monasterium sancti Herasmi martyris missus, Albini cujusdam cubicularii sui cura, noctu per murum dimissus, à Vuinigiso duce Spolitano, qui audito hujusmodi facinore, Romam festinatus advenerat, susceptus, ac Spoletum deductus est. Cujus rei nuncium dum rex accepisset, ipsum quidem ut vicarium sancti Petri cum summo honore ad se præcepit adduci; iter tamen suum quod in Saxoniam disposuerat non intermisit. Habitoque conventu super Rhenum in loco qui dicitur Lippeheim transfretavit, & ad Paderbrunnen veniens, pontificis adventum ibi expectavit. Misit autem interea Carolum filium suum ad Albim cum exercitu, propter quædam negocia cum Vuilzis & Abodritis disponẽda, & cum ejus reditum expectavit, pontifex venit, susceptumq; ab eo honorifice, mansit apud eum dies aliquot, intimatisque regi omnibus propter quæ venerat, per legatos regis cum honore reductus, atque in locum suum restitutus. Eodem anno Avares qui & Huni, à fide quam promiserant defecerunt. & Geroldus Bauuariorum præfectus pugnans contra eos, in prælio interfectus est. Anno domini 800. Carolus rex, Turonum pergens causa orationis, moratus est ibi aliquot diebus, propter adversam valitudinem dominæ Luitgardæ conjugis suæ, quæ 2. Nonas Junii ibidem defuncta & humata est. Mense autem Augusto inchoante, Mogonciacum veniens, iter in Italiam condixit. Cui Romam tendenti pridie quam urbem intraret, occurrit ei Leo Papa apud Nomentum 12. lapide ab urbe prandensq; cum eo, die

Tizaha.

Hadaloha.

Vuisara. Herstal.

Saxones legatos regis nacti excipiunt.

Constantinus Hirenæ filius excæcatus.

Alii Vlyssibonam

Obscuratus sol propter Imperatoris obcæcationem.

Leo papa misere tractatur à Romanis.

Lippeheim.

Avares à fide deficiunt.

Carolus Turonẽ redit.

Leo papa suscipit Carolum

eo,dimisit eum ibi nocte illa,& præcessit eum ad urbem. In crastinum vero ordinatis per loca congrua turbis,ipse stans in gradibus cum episcopis & clero, honorifice illum suscepit,cunctisq; psallentibus,in basilicam sancti Petri eum introduxit. Facta sunt autem hæc 8. kalend. Decemb. Post septem vero dies rex contione vocata,omnibus cur venisset patefecit, inter quæ potissimum erat de discutiẽdis quæ objecta sunt pontifici criminibus. Ut enim se quasi absolutiores redderent,ejus calumniatores mortiferum ei crimen imposuerunt. Rege autem de hoc inquirente, cum nullus esset criminis probator, põtifex assumpto Evangelii textu coram rege & omni populo,ambonem conscendit,astantibusque incusatoribus, invocato sanctæ Trinitatis nomine, abobjectis se expurgavit. *Pontifex se pro ictione purgat.*

Hucusque Romanum imperium à temporibus Constantini Magni, Helenę filii apud Constantinopolim,in Græcorum Imperatoribus mansit, ex hoc jam ad reges Francorum, & ad Imperatores per Carolum transiit.

HISTORIA.

ANno Dominicæ incarnationis 801. ab urbe vero condita, millesimo 552. Carolus Magnus,rex Francorum, Pipini regis filius 73. loco ab Augusto, Romanorum Imperator consecratus est, anno regni sui 33. sic imperavit annis 14. Cum enim pro calumnia Leoni Papæ ingesta Romam veniret,& natale Domini ibi celebraret, in ipsa die sacratissima ad missarum solennia veniens, dum ante confessionem beati Petri Apostoli ab oratione surgeret,nihil minus speranti,Leo Papa coronam imposuit,& Imperatorem Romanum pronunciavit,& à cuncto Romano populo acclamatum est. Carolo Augusto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria. Post quas laudes unctus ab Apostolico, & antiquorum more principum ab eo adoratus, ablato patritii nomine,Imperator & Augustus appellatus est. Post paucos dies habita quæstione de adversariis Papæ, secundum legem Romanam, ut majestatis rei decollationi adjudicati sunt. Pro quibus tamen Papa pio affectu intercessit, nam & vita & membrorum integritas eis concessa est, cæterum pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt. Quidam autem dicunt,quòd de majoribus eorum, uno die in Lateranensi campo, trecenti decollati sunt. Innocentiam vero beati Leonis Papæ ita Dominus approbavit, ut clariores postea oculos ei donaverit. Sed in signum virtutis illius pulcherrima cicatrix in modũ tenuissimi fili, rutturinas acies niveo candore decoravit. Ordinatis deinde Romanæ urbis & Apostolici, totiusque Italiæ non tantum publicis, sed etiam Ecclesiasticis & privatis rebus, Imperator 8. kalend. May Romam egressus est. Hic est annus regni ejus 33 imperii vero primus. *Acclamatio populi Roma in Carolum.*

ANNI CAROLI MAGNI.

ANno domini 802. Hyrene imperatrix de Constantinopoli misit legatum suum nomine Leonem,ad Imperatorem Carolum,de pace firmanda,inter Francos & Græcos, & Imperator vicissim misit Jesse episcopum Ambianensem, & Helingaudum Constantinopolim pro eadem causa,& ut postularent Hyrenen imperatricem,ut illi jungeretur in conjugio. Quæ in hoc consensisset,si non Ætius patritius inhibuisset,prævalens & imperium in fratrem suum Nicephorum transferre satagens. Nam cum adhuc in urbe essent legati Caroli, Nicephorus Imperium invasit,& Hyrenen in monasterium,quod ipsa construxit in insula quadam relegavit. Anno domini 803. Imperatoris Caroli legati de Constantinopoli reversi sunt,& venerunt cum eis apocrisarii Nicephori, qui tunc rempublicam apud eos regebat, Michael episcopus,& Petrus Abbas,& Calistus Candidatus, qui invenerunt Imperatorem in Germania,super fluuium Sala,in loco qui dicitur Saltz,& pactum faciendę pacis in scripto susceperunt,indeque cum epistola Imperatoris Romam regressi,domum sunt reversi. Anno domini 804. Imperator Aquisgrani hiemavit,æstate autem ducto exercitu in Saxoniam, omnes qui trans Albiam habitabant, Saxones cum mulieribus & infantibus trastulit in Franciam,& pagos transalbianos Abodritis dedit. Eodem tempore Gotefridus rex Danorum,venit cum classe & omni equitatu suo ad locum qui dicitur Sclieſdorph,in confinio regni sui,& Saxoniæ, promisit enim se ad colloquium Imperatoris venturum,sed consilio suorum territus,propius non accessit,sed quicquid voluit,per Legatos mandavit, nam Imperator super Albim fluvium sedebat,in loco Holdunstein dicto. Eadem quoq; æstate perlatum est ad Imperatorem,sanguinẽ Domini in Mantua civitate fuisse repertum,misitq; ad Papam,ut hujus famæ veritatem perquireret. Qui nacta occasione exeundi,primo in Longobardiam,quasi pro inquisitione prædicta profectus est,indeq; subito arrepto itinere ad Imperatorem mãdavit ei, medio Novembre se velle natale Domini cum eo celebrare. Qui statim misso filio suo Carolo ad S. Mauritium,honorifice eum suscipere jussit,ipseq; obviam illi Remos pergens,apud Parisiacum villã natale Domini celebravit,deinde Aquasgrani perduxit,donatumq; magnis munerib,*per Bajoariam ire volentem,deduci fecit usq; Ravennam, Ann.dom. 805. Imperator misit filiũ suum cum exercitu in Boemiam,qui depopulatis omnibus,ducem terræ illius nomine Lechonẽ occidit.indeq; regressus ad patrem,in Volego silva venatui studentem invenit. Ann. dom. 806. Imperator habito conventu iniit consilium cum primoribus Francorum,de pace constituenda & conservanda,& de *Hyrena imperatrix.* *Nicephorus.* *Sala. Saltz.* *Carolus Aquisgrani hyemat.* *Regis Danorum legati ad Carolũ.* *Sanguis Dominĩ Mantuæ repertus.* *Parisiacum villa, nam Archischolæ nobile.* *Lecho dux Boemiæ occiditur.* *Vosagus, aliàs Vosegus ad Gallias*

...ādam ...nunc ad- ...aram opus ...kalens au- ...rrij, venas.

divisione regni faciẽda inter filios suos in tres partes, ut sciret unusquisq; illorum, quam partẽ tueri & regere deberet, si sibi superstes deveniret. De hac partitione testamentum est factum, & jurejurando ab optimatibus confirmatum. Anno dom. 807. Legati regis Persarum venerunt ad Imperatorem, deferentes ei munera, papilionem & tria tentoria, vario colore facta mirę magnitudinis, omnia byssina tam tentoria quàm funes eorũ. Præterea pallia serica multa & preciosa atq; unguenta & balsamum, nec nõ & horologium ex aurichalco, arte mœchanica mirifice compositũ, in quo 12. horarum cursus ad clepsydram vertebatur, cum totidem cereis pillulis, quę ad completionem horarum decidebant, & casu suo subjectũ sibi cymbalũ tinnire faciebãt, additis in eodem ejusdem numeri equitibus, qui per 12. fenestras completis horis exibant, & impulsu egressionis suę totidem fenestras, quæ prius erant apertæ claudebãt. Alia quoq; multa erant in ipso horologio, quæ enumerare longum est, Anno dom. 808. Imperator audiens Gotefridum regem Danorum in Abroditos cum exercitu trajecisse, Carolum filium suum cum valida Francorum & Saxonũ manu misit contra eum, si forte Saxoniæ terminos aggredi tentaret. Ille autem expugnatis aliquot Sclavorũ castellis, cum magno copiarum suarum detrimento reversus est. Nam manu promptissimos amisit, inter quos & filium fratris sui nomine Reginoldum. Anno domini 809. Ludewicus rex, filius Imperatoris, cum exercitu Hispaniam ingressus, Dercosam civitatem obsedit, sed non valens eam capere dimissa obsidione, in Aquitaniam se recepit. Anno dom. 810. Pipinus rex Italiæ, filius Imperatoris perfidia Ducum Veneticorum incitatus, Venetiam bello, terra, mariq; jussit appetere, subjectaq; Venetia, Duces ejus in deditionem accepit. Imperator autem adhuc Aquisgrani agens, & contra Gotefridum regem expeditionem meditans, nuncium accepit, classem ducẽtarum navium de Normannia Fresiam appulisse rotasq; Fresiaco littore adjacentes insulas vastasse, jamq; exercitum in continenti terra esse. Qui congregatis quanta potuit celeritate copiis, à regione contendit, positisq; juxta Vuisaram castris, minarum Gotefridi præstolatur eventũ. Nam rex ille superbus vanissima spe victoriæ inflatus, cum Imperatore se congredi velle jactabat. Sed dum Imperator stativa castra haberet, diversarum rerum nuncii ad eum venerunt, classem scilicet prædictam fugisse regressam, Gotefridum regem à quodam satellite suo, sive, ut quidam dicunt, a filio proprio, cujus matrem nuper alii conjuge ducta, dimiserat, interfectum, Castellum Hoheburi, Albiæ flumini appositum, in quo Uto legatus Imperatoris, & Orientalium Saxonum erat præsidiis à Vuilcis captũ, & Pipinum filium ejus regem Italiæ 8. Idus Julii defunctum. Quibus auditis, dispositis pro temporis conditione Saxonia, domum revertitur. Eo anno Sol & Luna bis defecerunt Sol 7. Idus Junii, & 2. kalen. Decemb. Luna 11. kalen. Julii, & 18. kalend. Januarii. Ruothdruth filia Imperatoris major natu, 7. Idus Junii obiit. Gotefridi rege Danorum mortuo, Hemmingus fratris sui filius in regnum successit, ac pacem cum Imperatore fecit. Ann. dom. 811 Imperator pace cum Hemmingo firmata, & placito generali Aquis habito, in tres partes regni sui totidem exercitus misit, unum trans Albiam in Limones, qui & ipsos vastavit, & castellum Hoheburi superiori anno à Vuilcis destructum restauravit, alterum in Pannonias ad controversias Hunorum & Sclavorum finiendas, tertium in Britones, ad eorum perfidiam puniendam. Qui omnes prospere egerant. Carolus filius Imperatoris major natu, 2. Non. Decemb. obiit. Ann. dom. 812 Nicephorus Imperator Constantinopolitanus pugnans contra Bulgares, occiditur: & Michael gener ejus imperio potitur. Qui legatos Caroli Imperatoris ad Nicephorũ missos, suscepit, & absolvit, cum quibus & legatos suos direxit, per quos pacem à Nicephoro cœptam, firmavit. Anno dom. 813. Imperator habito generali conventu Aquisgrani, filium suum Ludevicum regem Aquitanię ad se vocavit, eiq; coronam imponens, imperialis nominis sibi consortem fecit. Bernhardum vero nepotem suum, filium Pipini filii sui, Italiæ præfecit, & regem appellari jussit. Concilia quoq; jussu ejus super statu Ecclesiarum corrigendo per totam Galliam ab Episcopis celebrata sunt, quorum unum Mogontiæ, alterũ Rotomagi, tertium Remis, quartum Cabillone, quintum Arelato. Michael Imperator Bulgares bello appetens, haud prosperis successibus utitur, ac proinde domum reversus, depositio diademate, monachus efficitur, in cujus locũ Leo, filius Bardæ patritii constituitur. Pons Rheni apud Mogontiacum, quem Imperator per decem annos ingenti labore, & opere mirabili, de ligno ita cõstruxit, ut perenniter durare posse videretur, in mense Majo ita tribus horis fortuito incendio cõflagravit, ut præter hoc quod aqua tegebatur, nec una quidem hastula ex eo remaneret. Ann. dom. 814. Carolus Imperator dum Aquisgrani hyemaret, febre & pleuresi, id est, lateris dolore tactus 7. Kalen. Febr. rebus excessit humanis, anno ætatis circiter 71. regni autẽ 46. subactæ vero Italiæ 43. ex quo vero Imperator & Augustus appellatus est, anno 14. Cujus rei nuncium cum Ludevvicus filius eius in Aquitania accepisset, tricesimo postquàm id acciderat die, Aquisgrani venit, summoq; omnium Francorum consensu ac favore patri successit, & ad suscepti regni administrationem cura conversa, primo legationes, quæ ad patrẽ venerant, auditas absolvit, inter quas præcipua fuit Leonis Imperatoris, qui Michaeli successit. Habito autem Aquisgrani generali conventu, ad justitias faciendas legatos in omnes regni partes misit, duos ex filiis suis Lotharium Bajoariæ, Pipinum præfecit Aquitaniæ.

Munera regũ Persarum Carolo missa.

Carolus contra Gotfridũ regem Danorum.

Ludovvicus rex Dertonam obsidet.

Pipinus Venetos subiicit.

Defectus Solis & Lunæ.

Placitũ generale.

Nicephorus occiditur.

Ludovvicus Pius II. imperator Germaniæ.

Ludovvicus rex fit Imperator.

Pons Rheni incendio absumitur.

Carolus moritur ex pleuritide.

Ludovvicus filius succedit.

HISTO-

HISTORIA LUDOVICI PII.

ANno Dominicæ incarnationis 815. ab urbe autem condita, mil. 566 Ludovicus Caroli Magni filius 74. ab Augusto loco regnavit, regnumq; annis 26. obtinuit. Huic anno primo regni sui allatum est quosdam de primoribus Romanorum ad interficiendum Leonē Papam conspirasse, hocq; indicio ad Pontificem delato, omnes illius factionis autores jussu illius trucidatos fuisse. Quod cum moleste ferret, Bernhardum nepotē suum, regem Italiæ ad se vocavit, eumq; ad investigandum quod dictum est, misit. Qui cum Romam venisset, ægritudine decubuit. De rebus vero propter quas venerat, per Heroldum comitem qui ad hoc legatus ei fuerat datus, regi Ludevico remandavit quicquid compererat. Quem legati Pontificis subsecuti, de his quæ domino suo obiiciebātur, regi Ludevvico per omnia satis fecerunt. Quo eti im anno cœnobiū Svvaarzhense à Meginguado comite, & Ymina uxore ejus, in honorem Domini salvatoris, & sanctæ Dei genitricis, sanctiq; Sebastiani, & sanctæ Fœlicitatis martyris, sub primo ejusdem monasterii Abbate Benedicto nomine, libera tori' servitutis & exactionis cōditione cōstruitur, & postmodū primo mōnasterio collapso, in honorē sanctæ Dei genitricis & sanctæ Fœlicitatis, ac 7. filiorū ejus reparatur.

Ludovicus Imō. Hic Caiche sic lisse dicitur liberam eligendorum episcoporum potestatem quæ antea ex Imperatorum voluntate pendebat. Observa pro hoc tempore certe ab hoc Lud. Leo, Stephanus. 4. item Gregorius 4. confirmationem petierunt.

Suarzach monasterium construitur in Herbipolensi diœcesi.

ANNI REGNI LUDEVICI.

ANno domini 816. Dominus Leo Papa, anno Pontificatus sui 21. de corpore migravit 8. kalend. Junii. Stephanusq; Diaconus in locum ejus Papa 97. ordinatus est, qui sedit menses 7. Hic ergo post consecrationem suam, nondum duobus mēsibus exactis, quàm maximis potuit itineribus, ad Imperatorem venire contendit, missis interim duobus legatis, qui quasi pro sua consecratione Imperatori suggererēt, quod ille audiens, Remis ei occurrit, missisq; obviam his, qui eum illo deducerent, honorifice illum ibi suscepit. Pontifex vero statim adventus sui causam ei insinuans, celebratis deinde ex more missarum solenniis, eū diadematis impositione coronavit, Romanorumq; Imperatorem pronunciavit, anno regni sui secundo, secundum alios septimo. Anno domini 817. Stephanus Papa tertio mense, postquàm Romam venerat, nondum exacto 8. kalend. Febr. obiit, cui Paschalis successor electus, post completam solenniter ordinationem suam, munera & excusatoriam Imperatori epistolam misit, sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum pœnitenti, Pontificatus honorem impactum asseverans. Paschalis Papa 98. sedit annis 7 juxta alios novem. Imperator vero generalem conventum Aquisgrani habens, filium suum primogenitum Lotharium, nominis atque imperii sui socium constituit, cæteros reges appellatos, unum Aquitaniæ, alterum Bajoariæ præfecit. Post hæc nunciatum est ei, Bernhardum nepotem suum Italiæ regem, quorundam pravorum hominum consilio, tyrannidem meditatum fuisse, jamque omnes introitus Italiæ, quos clusas dicunt, impositis præsidiis firmasse, atque omnes Italiæ civitates in ejus verba juravisse, quod ex parte verū, ex parte fuerat falsum. Ad quos motus cōprimendos, Imperatore celeriter cum exercitu magno veniente. Bernhardus rebus suis diffidens, armis depositis, apud Cabillonem Imperatori se tradidit. Anno domini 818. detecta fraude conjurationis, & seditiosis omnibus, in sua potestate redactis, Imperator Aquisgrani revertitur, transactoque quadragesimali jejunio, paucis post sanctum Pascha diebus, conjurationis autores simul & regem, judicio Francorum, capitali damnatos sententia, luminibus tantum jussit orbari. Irmingardis regina 5. Non. Octobr. obiit, quæ genuit Imperatori, Lotharium, Pipinum, & Ludevvicum. Anno domini 819. Conventus Aquisgrani, post natale Domini habitus est, in quo multa de statu Ecclesiarum tractata sunt, legibus etiam capitula quædam pernecessaria, quæ deerant, addita sunt. Quo peracto, Imperator inspectis plerisque nobilium filiabus, Vuelphi comitis filiam, nomine Judith, duxit uxorem, quæ genuit ei Carolum Calvum. Anno domini 820. Propter juges pluvias & aerem, nimio humore resolutum, magna incommoda contigerunt. Nam & hominum & Boum pestilentia grassata est. Frumenta quoque & legumina corrupta sunt. Anno domini 821. Allatum est Imperatori Ludevvico de morte Leonis Imperatoris Constantinopolitani, quod anno præterito in basilica sanctæ Dei genitricis, intra palatium interemptus sit, conspiratione quorundam optimatum suorum, & præcipue Michaelis comitis domesticorum, qui prætorianorum militum studio, insulas imperii susscepit, & novem annis regnavit. Secundum quosdam Leo Papa obiit, eique Stephanus successit. Anno domini 822. In regione Thuringorum, quodam in loco, juxta fluvium quendam, cespes longitudine pedum quinquaginta, latitudine quatuordecim, altitudine sesquipedali, de terra sine manibus præcisus & sublatus, ab eo loco in quo sumptus est, 52. pedum spatio distans inventus est. Papa Stephanus obiit, cui Paschalis successit. Item in parte orientalis Saxoniæ quæ Soraborū finibus contigua est, in quodam deserto loco juxta lacum qui dicitur Atuse, in modum aggeris terra intumuit, & limitem unius leugæ longitudine porrectum, sub unius noctis spatio, absque humani operis molimine instar valli subvexit. Dominus Imperator filium suum Lotharium pro disponendis regni negociis in Italiam misit, cui præcedenti anno Hirmingardam Hugonis comitis filiam, de qua ille suscepit

Leo papa moritur.

Stephanus papa moritur.

Comitia Aquisgrani.

Clusa Italiæ præsidiis formata.

Seditiosi in Imperatorem luminibus privantur.

Concilium Aquisgrani.

Carolus Calvus.

Michael comes domesticorum.

De Cespite translato in Thuringia.

Atuse.

Lotharium, poſtea excommunicatum, Ludovicum poſt ſe regnantem, & Carolum Pipinum vero filium ſuum imperator in Aquitaniam miſit, cui filiam Theoderici comitis Matricenſis junxit. Anno domini 823. Menſe Majo conventu habito apud Francofurt, inter cæteras Barbarorũ legationes, venerunt ad imperatorem duo fratres de regno Vuilzorum, controverſiam habentes, Milegaſt, & Celeadrogo, filii Lubit regis Vuilzorum. Qui cum orientalibus Abroditis pugnans, cum interiſſet, populus Vuilzorum filium ejus Milegaſtum majorem natu regem ſibi conſtituit. Sed cum is ſecundum ritum gentis, non digne adminiſtraret regnum, illo abjecto, juniori regium honorem deferunt. Quamobrem ad præſentiam imperatoris ambo venerunt. Qui cum vidiſſet gentis voluntatem, promiorem ad juniorem fratrem, ſtatuit ut is regnum teneret, ambos tamen muneribus donatos, & ſacramento confirmatos, in patriam remiſit.

Comiti Francofordia.

ANNI LOTHARII.

Lotharius primus eius nominis, III. Imperator Germanorum. Ab hoc Lotharingia.

LOtharius diſpoſita Italia, cum jam redire ſtatueret, rogante Paſchali papa Romam venit, & honorifice ab eo ſuſceptus in ſancto paſchæ die apud ſanctum Petrum & regni coronam, & imperatoris auguſti nomen accepit, ſicque menſe Junio ad patrem venit. Imperator Drugonem fratrem ſuum apud Metenſem eccleſiam ſub canonica vita degentem, clero ejuſdem urbis conſentiente atque eligente, rectorem ibi cõſtituit, eumque ad pontificatus gradum promoveri cenſuit: Celeadrogo Abodritorum princeps, cum quibuſdam populi ſui primoribus ad imperatorem venit, dilatiq́ue per tot annos adventus ſui rationem, unde inculabantur non improbabiliter reddidit. Et licet in quibuſdam cauſis culpabilis eſſet per merita parentum ſuorum, tamen non ſolum impunitus, verum etiam muneribus donatus ad regnum redire permiſſus eſt.

Prodigia.

Hoc anno prodigia quædam extitiſſe narrantur, in quibus præcipua erant terræmotus in Aquenſi palatio, & in territorio Tullenſi, juxta villam Commercia cum puella quædã annorũ circiter 12. poſt ſacrã communionẽ, quam in paſcha de manu ſacerdotis accepit, ſine omni victus deſiderio plenũ biennii uſq; in tertium annum dimidium cõplevit, nulla penitus corporis alimenta percipiens. Cœpit aũt jejunare anno dominicæ incarnationis 823. à paſcha & in 825. circa initiũ Novembris, peracto jejunio cibum ſumere, ac cæterorũ hominũ more manducando vivere cœpit. *Puella iciunans ad biennium a ſumptu Euchariſtiæ.* In Saxonia quoq; in pago Firihaze, 23. villæ igne cœleſti crematæ ſunt, & fulgura in ſereno viſa ſunt, atque interdiu de cœlo ceciderunt. In territorio Cumetenſi Italiæ civitatis in vico Grabadona in eccleſia ſancti Johãnis Baptiſtæ imago ſanctæ Mariæ puerũ Jeſum gremio continens, in abſida ejuſdẽ eccleſiæ depicta, & ob nimiã vetuſtatẽ obſcurata, penecq; deleta, tanta claritate per duorũ dierũ ſpatia effulſit, ut omnem ſplendorẽ novæ picturæ, ſuæ venuſtatis pulchritudine penitus vincere videretur. Imagines ẽt Magorũ munera offerentiũ juxta eam erant depictæ, quas præter munera quæ offerebant, claritas illa minime irradiabat. An. dom. 824. Paſchalis papa vita deceſſit. *Paſchalis papa moritur. Eugenius ſuccedit.* In cujus locum cum duo per cõtentionem populi fuiſſent electi, Eugenius tamen presbyter tituli ſanctæ Sabinæ, vincente nobiliũ parte papa 99 ordinatur, ſeditq; annis tribus. Legati Michaelis imperatoris Conſtantinopolitani, ad imperatorem Ludovicum pro pace confirmanda, cũ muneribus & literis venerunt, condignoq; reſponſo abſoluti ſunt. Hoc anno paucis poſt æſtivale ſolſtitium diebus, in territorio Auguſtunenſi, aere in tempeſtatem ſubita mutatione converſo, ingens fragmentum ex glacie ſimul cũ grandine decidiſſe narratur, cujus longitudo pedes 15. latitudo 7. craſſitudo duos habuiſſe dicitur. An. dom. 825. *Legati Bulgarum ad imperatorem veniunt.* Habito Aquiſgrani conventu, legati Bulgarũ pro conſtituendis terminis inter Francos & Bulgares ad imperatorẽ venerunt, reſponſoq; acc epto redierunt. An. do. 826. Hilduuinus abbas monaſterii ſancti Dionyſii apud Pariſium, ſacrique palatii archicapellanus Romam mittens, annuente precibus ejus Eugenio ſanctæ ſedis Apoſtolicæ tunc præſule, *De corpore S. Sebaſtiani.* corpus beatiſſimi martyris Chriſti Sebaſtiani accepit, & illud apud Sueſſonam civitatem in baſilica ſancti Medardi collocavit: ubi dum adhuc inhumatum in loculo quo allatum fuerat, juxta tumulum ſancti Medardi jaceret, tanta ſignorum multitudo enituit, ut à nullo mortalium aut numero comprehendi, aut verbis valeat enarrari: quorum quædam tanti ſtuporis eſſe narrantur, ut humanæ imbecillitatis fidem excederent, niſi certum eſſet, dominum pro quo ipſe paſſus eſt, omnia poſſe. Anno domini octingenteſimo vigeſimo ſeptimo, Eugenius papa menſe Auguſto deceſſit, in cujus locum Valentinus diaconus à Romanis papa ordinatus, vix unum menſem in pontificatu complevit. Quo defuncto, Gregorius preſbyter tituli ſancti Marci papa 101. electus eſt: ſed ante non eſt ordinatus, quàm imperatoris legatus Romam veniens, electionem populi qualis eſſet, examinavit. Quo decedente, Sergius papa 102. ſucceſſit: poſt quem Leo centeſimus tertius extitit. *Frumentum de cœlo.* Corpora ſanctorum Marcellini & Petri, de Roma in Germaniam translata menſe Novembri, miraculis clarificata ſunt. Anno domini 828. In regione Vuaſconia Tangarona in pago Agienſi annonam de cœlo quaſi pluviam deſcendiſſe ferunt, ſimilem frumento, ſed paululum breviora ac rotundiora grana habuiſſe, de qua domino imperatori allatum eſt ad Aquiſgrani palatium. *Vuettinus monachus Augienſis.* Vuettinus Augienſis monachus in ſpiritu raptus, admirabilem vidit viſionem. An. dom 829. In ipſo quadrageſimali jejunio paucis ante ſanctum Paſcha diebus Aquiſgrani terræmotus noctu factus eſt, ventusq; tam vehemens exortus, ut nõ ſolum *Terræmotus.*

humi-

humiliores domos, verum etiam ipsam sanctæ Dei genitricis Basilicam, quam capellam vocant, tegulis plumbeis tectam, non modica denudaret ex parte. Anno domini 830. Michael Imperator obiit. Anno domini 831. Secundum quosdam Paschalis Papa obiit, eique Eugenius successit. Corpora sanctorum Valentis, Senesii, & Theopontii, in Augeam insulam deferuntur. Theophilus, filius Michael, regnavit annis duodecim. Anno domini 832. Anno domini 833. Imperator filio suo Carulo ex Judith nato dedit Alemanniam, Rhetiam, & partem Burgundiæ, indignantibus cæteris filiis. Anno domini 834. Anno domini 835. Anno domini 836. Anno domini 837. Anno no domini 838. Pipinus filius Imperatoris obiit. Anno domini 839. Anno domini 840. Ludovicus Imperator obiit 12. kalen. Jul. sepultusq; est in Ecclesia Metensi.

ANNI LUDOVICI, II.

ANno dominicæ incarnationis 841. ab urbe vero condita millesimo 592. Ludovicus superioris Ludovici filius 75. loco ab Augusto regnare cœpit, & 36. annis regnavit. Post mortem vero patris sui Ludovici Imperatoris, frater ejus Lotharius reversus de Italia, & Pipinus, filius Pipini patrui sui de Aquitania voluerunt Carolum filium Judith, cognomine Calvum ea parte quâ sibi pater concesserat privare: & secundum id testamentum quod avus eorum Carolus Magnus statuerat, in tres partes regna inter se dividere. Quo de re apud Antisiodorensem pagum in loco qui dicitur Fontaneth, grave prælium inter eos commissum est: & magna strage pugnatum, à neutra parte est triumphatum. Tandem vero pacificati per quatuor tetrarchias regna dividunt. In divisione regnorum Lotharius cum nomine Imperatoris possedit Italiam, Ludovicus Germaniam, Pipinus Aquitaniam, Carolus Galliam.

Ludovicus II, quartus Germanorum Imperat.

Carolus Calvus. Dissidium & strages fratrum apud Fontaneth. Sunt qui putent maximum omnium seculorum prælium fuisse. At Deus manifeste vindicavit impietatem quam in parentem ostenderunt.

Theophilus Imperator Constantinopolitanus obiit, cujus filius Michael regnavit annis 16 Anno domini 842. Anno domini 843. Anno domini 844. Bellum fuit inter Pipinum filium Pipini & Carolum. Anno domini 845. Anno domini 846. Anno domini 847. Judith imperatrix uxor Ludevvici prioris obiit. Anno domini 848. Anno domini 849. Anno domini 850. Anno domini 851. Anno domini 852. Anno domini 853. Anno domini 854. Anno domini 855 Ecclesia sancti Kiliani in Vuirciburg fulminibus exusta est. Lotharius Imperator tonsura & monachico habitu susceptо, Prumiæ obiit, cui Lotharius filius successit cum fratre Ludovico. Corpus sancti Martini levatur è tumulo. Anno domini 856. Anno domini 857 Leo Papa migravit, cui Benedictus Papa 104. succedens, & ipse anno eodem decessit. Hiltigart regina obiit. An. domini 858 Nicolaus Papa 105. ordinatur, regnavit annis 9. Anno domini 859. Anno domini 860. Anno domini 861. Anno domini 862. Sanctus Meginradus hæremita occiditur. Anno domini 863. Anno domini 864. Anno domini 865. Huni Christianitatis nomen aggressi sunt. Anno domini 866. Anno domini 867. Basilius occiso domino suo Michaele, regnavit annis 20. Anno domini 868. Hadrianus Papa 106. sedit annis quinque. Anno domini 869. Anno domini 870. Lotharius filius Lotharii imperatoris, cum legitimæ uxori superduxisset aliam, Romam vocatus est: nolensque papæ contentire, excommunicatus est, sicque in redeundo Placentiæ mortuus est. Anno domini 871. Anno domini 872. Johannes Papa ordinatur centesimus septimus. Qui à quodam toxicatus, & ab alio malleo percussus, obiit: centesimus octavus Hadrianus, centesimus nonus Agapitus. Anno domini 873 Anno domini 874. Anno domini 875. Ludovicus filius Lotharii imperatoris, itemque Lotharius frater obiit. Et Carolus rex Romam tendens, à Johanne papa efficitur Imperator, Anno domini 876. Ludovicus Imperator obiit.

Huni Christiani.

Lotharius, Lotharii filius excommunicatur.

ANNI CAROLI JUNIORIS.

ANno Dominicæ incarnationis 877. ab urbe vero cõdita millesimo 628. Carolus junior, filius Ludovici, qui fuit nepos Caroli, 76. loco ab Augusto regnare cœpit, & cum fratribus suis Carlomanno & Ludovico annis undecim regnavit. Ludovicus quippe, ut ajunt, tenuit Oltrofranciam, Carolus Alemanniam, Carlomannus Bajoariam, cujus filius Arnulfus postmodum obtinuit monarchiam. Anno domini 878. Carolus rex Galliarum, cognomento Calvus, frater Ludovici secundi obiit. Anno domini 879. Ludovicus Balbus, filius Caroli obiit. Anno domini 880. Ludovicus frater Caroli, vivente fratre suo Carlomanno, Bajoariem ingreditur: Carlomannus obiit. Anno domini 881. Carolus junior cum uxore sua Richgarda imperiali benedictione sublimatur. Anno domini 882. Ludovicus rex Francorũ frater Caroli Imperatoris obiit. Anno domini 883. Anno domini 884. Anno domini 885. Anno domini 886. Otto vir militaris & strenuus, à principibus Galliæ rex creatur in palatio Compendii. Hic patrem habuit ex equestri ordine Ruotpertũ, avum vero paternũ Vuitichinũ ex Germania profugũ. Hunc autẽ idcirco in regnũ promoverũt, quia Carolus filius Caroli, nepotis Caroli Calvi, Galliarũ regis cui

Carolus Crassus filium Ludovici filii sui, cui fuit cognomen Pio.

Carolus Calvus obiit.

Ludovicus Balbus.

Post Ludovicum Balbum, filium Caroli Calvi, habent historia Carolum III. cognomento Crassum, Erhic 5. est Germanorũ Imp.

cui regnum debebatur, vix adhuc triénis erat, patre defuncto, cum puer biennis fuit, matre vix per quadriennium superstite. Anno domini 887. Carolus Imperator vivus dimisit regnum, Basilius Imperator regno decessit.

ANNI ARNOLPHI.

Arnolphus 6. Roman. Imper.

ANno Dominicæ incarnationis 888. urbis conditæ mille. 639. Arnolphus filius Carlomanni fratris Caroli junioris, 77. loco ab Augusto regnum suscepit, annisque 12. regnavit, quinque verò imperavit. Cujus anno primo Carolus Imperator, dimisso prius imperio obiit.

Pugnarum sævitia.

Leo & Alexander, filii Basilii, regnum Constantinopolitanum tenuerunt annis 22. postea Alexander anno uno: deinde Constantinus Porphirogenitus, Leonis filius 6. cum matre sua Zoe: postea Romanus Armeniacus cum eodem Constantino annis 26. post hæc idem Constantinus cum filio suo Romano puero annis 15. Arnolphus itaque rex potens principabatur Bajoariis, Suevis, Francis orientalibus, & post mortem Caroli Calvi Lotharingis, audacibusq; Saxonibus. Cui Zuentebaldus Maravanorum dux viriliter repugnavit.

Clausura, Klausen.

Arnolfus contra Zuenteboldum.

Usque autem ad hæc tempora Ungariorum gens, cujus omnes pene nationes expertæ sunt sævitiam, quibusdam difficillimis interpositionibus, quas clausuras nominat vulgus, separata erat à nobis, ut neque ad meridianam, neque ad occidentalem plagam, exeundi facultatem habuerit.

Gravissimum periculum ab Hungaris.

Arnolfus igitur rex, cum Zuenteboldum supradictum superare nequiret, depulsis proh dolor his munitionibus, Ungariorum gentem scelerum cupidam, in auxilium vocat, si tamen auxilium dici potest, quod paulo post eo moriente, cum genti suæ, tum cæteris in meridie occasuque degētibus, grave periculum, immo exitium fuit. Devicto itaque Zuenteboldo, Arnolfus secure potitur regno. Ungarii vero interim observato exitu, contemplatique regionem, malum cordibus, quod post in propatulo apparuit, machinabantur. Anno domini 889. Luitperto archiepiscopo Sunderold successit. Arn Vuirtziburgensis episcopus in Saxonia occisus est, inter missarum solennia. Sedit autem annis 36. menses 7. Anno domini 890. Arnolfus rex exercitum Nortmannorum delevit. Anno domini 891. Ratispona incendio flagrat. Anno domini 892. Anno domini 893. Sunderoldus archiepiscopus à Nortmannis occiditur. Pro quo Hatto ordinatur, obscurus quidem genere, sed acutus ingenio, & qui difficile discerneretur, melior consilio foret, an pejor. Anno domini 894. Anno domini 895. Arnolfus Italiam Burgundiamq; sibi subjecit. Anno domini 896. Arnolfus rex Romam veniens, Imperator efficitur. Hujus temporibus Formosus erat Papa. 113.

HISTORIA.

Carolus quindennis in regem creatur.

ANno Dominicæ incarnationis 897. Carolus jam quindennis creatur in regem Galliæ, Ottone adhuc vivente, & injuriam dissimulante: eo tamen anno defunctus est. Cujus Ottonis frater Ruopertus à Carolo dux Celticæ prælatus, cum postea regnum affectaret, à militibus Caroli interfectus est. Cujus filius Hugo ob necem patris regi semper infensus, consilio egit per quoscunq; potuit, ut Ruodolfus filius Richardi Burgundionis, eo multum reclamante, rex recrearetur, & Carolus rex ab Heriperto ejusdem cognato, per insidias caperetur, carcerique manciparetur, in quo post quinquentium defunctus est, anno regni sui 36. vitæ vero 54. Idem autem Carolus ex sorore Adelstani regis Anglorum, filium procreavit, nomine Ludovicum, qui inter perturbationes patris infantulus adhuc transmarinis partibus advectus ad avunculum Adelstanum, post patris necem, & Ruodolfi mortem, paternum & avitum rexit imperium. Hic etiam ex Gerbirga Heinrici Saxonum ducis, & postea regis filia, sorore Ottonis magni, quam extincto Gisilberto eius viro conjugem duxit, Lotharium filium accepit, qui in eodem regno patri successit. Anno domini 898. Magna fames homines se invicem comedere persuasit. Anno domini 899. Arnolfus Imperator obiit, moxque anno Ungarii morte illius audita, collecto permagno exercitu, Maravianorum gentem, quam illorum auxilio Arnolfus Imperator sibi subdiderat, invadunt sibiq; vendicant, Bajoariorum quoq; fines occupant, castella diruunt, ecclesias igni consumunt, populos jugulant, & ut magis magisque timeantur, interfectorum sese sanguine potant. Hujus Arnolfi tempotibus Formosus Papa vehementer adflictabatur à Romanis, cujus & hortatu Arnolfus Romam advenerat. Qui ingressus urbem, multos Romanorum principes obviam sibi properantes, ulciscendo Papæ injuriam decollari præcepit. Causa autem simultatis inter Romanos & Formosum papam hæc fuit: Formosi decessore defuncto, quædam pars Romanorum Sergium quendam Romanæ diaconum ecclesiæ Papam sibi elegerat, quædam vero pars non infima natu Formosum Portuensis civitatis episcopū pro vera religione, divinarumque scripturarum & doctrinarum scientia papam fieri anhelabat. Cum autem in eo esset ut Sergius ordinari debuisset, pars quæ Formoso favebat, non sine mediocri tumultu & injuria Sergium ab altari expulit, & Formosum papam constituit. Unde Sergius descendit in Tusciam, quatenus Adelberti Marchionis potentissimi juvaretur per potentiam.

Ludovicus.

Magna fames.

Ungari in Maravianos ac Bajoarios.

Interfectorū sanguinem bibunt.

Simultas inter Romanos & Formosum Papam. Vbi hic Spiritus sanctus.

Quod

Digitized by Google

Quod & factum est. Nam Formoso defuncto,& Arnolfo in patria miserabili morte, scilicet vermium,quos pediculos dicunt, tanta scaturitione,ut nullis medicorum curis minui possent,extincto,is qui post necem Formosi constitutus est,expellitur, Sergiusque per Adelbertum papa constituitur. Qui constitutus,ut impius sanctarum doctrinarum insçius, Formosum de sepulchro extrahi,atque in sede Romani pontificatus sacerdotalibus vestimentis indutum,locari,sicque decollari præcepit. Cui & ait: Cum Portuensis esses episcopus,cur ambitionis spiritu Romanam universalem sedem usurpasti? Dein sacris exutum vestibus, abscisisque digitis tribus, in Tyberim jactari præcepit, cunctosque quos ipse ordinaverat gradu proprio depositos, iterum ordinavit. Quod quàm male & injuste egerit,in hoc animadverti poterit,quoniam & hi qui avida proditione,ante proditionem,salutem seu benedictionem Apostolicam perceperunt,ea post proditionem, propriiq; corporis suspensionem non sunt privati,nisi quos improba forte fœdarunt flagitia. Benedictio siquidem quæ ministris Christi impenditur,non per eum qui videtur, sed qui non videtur sacerdotem infunditur. Neque qui rigat est aliquid, neque qui plantat, sed qui incrementum dat, Deus.

Arnolfum pediculari morbo absumptus.

Sergii crudelitas in Formosum mortuum.

Quantæ autem autoritatis,quantæque religionis, Formosus Papa fuerit, hinc colligere possumus,quoniam dum à piscatoribus postmodum esset inventus,atque ad beati Petri principis Apostolorum ecclesiam deportatus, sanctorum quædam imagines sese inclinantes, hunc in loculum positum venerabiliter salutaverunt. Quod religiosissimi Romanæ urbis testati sunt. Post Formosum Iohannes Papa 114. extitit: cui Stephanus 115. successit.

ANNI LUDOVICI.

ANno dominicæ incarnationis 901 ab urbe vero condita millesimo 652. Ludovicus, Arnolfi Imperatoris filius, 78. loco ab Augusto admodum puer imperium suscepit, & 12. annis regnavit. Cujus anno primo Vngarii Bajoariam vastaverunt: sed Ludovicus gentis suæ depopulationem non ferens, magno exercitu coacto, juxta Licum fluvium cum eis pugnavit,& plus quàm mille ex eis interfecit. Cumque pugna usque ad horam septimam jam protraheretur,& regis victoria æstimaretur, Vngarii callidi, positis ex adverso insidiis fugam simulant. Quos dum regis milites,doli ignari,impetu validissimo insequerentur,omni ex parte prodeunt insidiæ,& quasi victi ipsi victores interimunt: rex ipse è victoria se victum esse miratur,fitque illi non opinatus gravior casus. Vngarii vero ut rabiem perfidiæ suæ satiarent, Bajoariaorum, Suevorum, Francorum regna percurrunt, cunctaque vastando incendunt.

Ludovicus III. septimus Germanorum Imperator.

Vngari omnia vastant.

Hujus temporibus Adelbertus non quilibet mediocris,sed ex primatibus magnus ille heros, filius sororis Henrici ducis, sed postea regis, nepos Ottonis ducis Saxoniæ, simultatem non modicam in castello Babenberg, contra Rempublicam exercebat. Nam cum inimicitiæ essent inter Chunradum patrem Chunradi postea regis, primum à Chunrado interfectus, est frater Adelberti: in cujus ultionem Chunradus quoque postea occisus est ab Adelberto: nec ullus regũ potuit tam ingens bellum inter eminentes viros ortum sedare. Cumque ipsi etiam regi Ludovvico rebellis existeret Adelbertus,sæpe rex congregatis omnibus,super castellum ejus irruerat. Cui nominatis heros non juxta castellum,ut plerique solent, sed procul à munitione præparat bellum. Regis itaque milites priusquam hujus virtutem reipsa experirentur, regem præeuntes, pugnæ præludio hunc extra castrum elicere,atque interficere cogitabant. Sed ipse hujusmodi præludii non solum non ignarus sed etiam deliberatus,his obviam tam longe à castro processerat,ut hunc milites eousque ex adversariis esse non cognoscerent, quoad in eorum cervices istius mucro cædis impatiens desiviret. Igitur cũ septennio termè Adelbertus heros rebellionem hujusmodi exerceret, sciens Ludovicus fortitudinem illius audaciæ,haudquaquam se, nisi tergiversatione quadam posse devincere. Hattonem Moguntinæ sedis Archiepiscopum,quid super hac re faciendum esset,consuluit. Qui ut erat versutia plenus: Desine,ait, ego te securum meis sollicitudinibus reddam: ego ut ad te ille adveniat,providebo:tu,ne redeat,curato. Hatto itaque animi confidentia, qua nonnullas res ex infortunio secundas effecerat, animatus, Babenberg quasi Adelberti rebus consultus adit,multaque locutus,in dolo suasit ei ad regem venire,spondens ei jurejurando, aut ei pacem cum rege facturum, aut incolumem illum suo loco restituturum. His pactis consentiens, Adelbertus fidei & amicitiæ gratia, ut dignaretur prandere rogavit Episcopum. Quo callidi-tatis obtentu negante,ilico urbem egressi sunt,Episcopo dexteram Adelberti tenente. Cumque pertransissent oppidum cum omni comitatu,fertur Episcopus clamasse: Proh inquiens,quàm sæpe petit,qui oblata spernit: tædet me longioris viæ,& tardioris horæ,nam jejuni tota die nõ possumus ambulare. Hæc audiens Adelbertus,nihilque mali suspicatus,ad genua pontificis se lætus inclinavit,& ut in urbem gustandi gratia reverteretur, deposcit. Pontifex in urbem revertitur cum Adelberto, deputans se liberatum à vinculo juramenti, eo quòd incolumem illum sic restituisset loco suo. Post hæc cũ Pontifice exiens,regi Ludevvico ab eo præsentatur,moxq; habito judicio

Adelbertus rebellis Ludovico.

Hatto proditor Adelberti.

Iudicium Ottonis Frisingensis Christianum, de hoc Hattone legis lib. 6. cap. 15. Nullius molumenti gratia, fraude circumveniendum est Christianus,ne in cerde quidem.

Adelbertus decollatur.

judicio, principum qui affuere decreto, capitalem subiit sententiam, & in proprio castello Thanfa accepit sepulturam. Anno domini 902. Vngarii Charentaniam invadunt, & commissa in sabbato paschæ pugna, occiduntur. Anno domini 903. Anno domini 904. Anno domini 905. Anno domini 906. Vngarii à Montanis occiduntur, Berenger, Reginolt, & Gerhart Germani fratres interficiuntur. Anno domini 907. Pugna inter Adelbertum fratrem eorum, & Chunradum fratrem Ludevvici Imperatoris committitur, in qua Chunradus occiditur. Anno domini 908. Rudolphus Episcopus Vuirciburgensis obiit. Adelbertus perfidia Hattonis Archiepiscopi, & cujusdam Luitpaldi deceptus, Ludevvico rege jubente decollatur. Bojoarii ab Vngariis interficiuntur. Anno domini 909. Vngarii Saxoniam & Thuringiam vastant. Anno domini 910. Vngarii Alemanniam petunt. Leo Imperator Constant. obiit. Anno domini 911. Franci pugnant cum Vngaris.

Ludevvicus rex ultimus Caroloꝝ.

Anno domini 912. Ludevvicus rex moritur. Hic juxta quosdam ultimus dicitur Carolorum, apud Orientales Francos imperantium: juxta quosdam vero Chunradus qui post eum regnavit, ultimus computatur, à quibus pater illius Chunradus, qui ab Adelberto interfectus est, frater Ludevvici hujus fuisse æstimatur. Sed hujus diversitatis error scriptoribus regnorum imputetur.

Ludevvicus igitur cum accepisset uxorem, nomine Mathildam sororem Brunonis, ac magni ducis Ottonis, non multis post hæc vixerat annis. Horum pater erat Luitolphus, qui Romam profectus, transtulit inde reliquias Innocentii Papæ. Ex quibus Bruno cum ducatum administraret, totius Saxoniæ duxit exercitium contra Danos & inundatione repentina circumfusus, non habens locum pugnandi, periit cum omni exercitu, fratri, natu quidem minori, sed omni virtute multo potiori, relinquens ducatum. Regi autem Ludevvico cum non esset filius, post mortem ejus omnis populus Francorum atq; Saxonum, quærebat Ottoni diadema imponere regni, sed ipse qua si jam gravior recusabat onus imperii: ejus tamen consultu Chunradus quondam dux Francorum, filius Chunradi, quem Adelbertus occidit, ungitur in regnum, penes Ottonem tamen summum semper & ubique fiebat imperium. Natus est autem eidem Ottoni filius, mundo necessarius, optimus Heinricus, qui primus libera potestate regnavit in Saxonia, cui pater moriens, totius Saxoniæ ducatum reliquit, Chunrado jam in regnum sublimato.

Otto petitur ad regnum cum Ludovico non esset filius.

HISTORIA. CHUNRADI.

Conradus primus eius nominis R. Germa. Imp.

ANno Dominicæ incarnationis 913. urbis aũt cõditæ, millesimo 664 Chunradus, filius Chunradi quẽ Adelbertus occidit, Francorũ ex genere oriundus, vir strenuꝰ, belli q; rumque exercitio doctus, omnium electione 79. loco ab Augusto regnum accepit, & 7. annis regnavit. Sub quo potentissimi erant principes, Arnoldus in Bajoaria, Burchardus in Suevia, Heberhardus Comes potentissimus in Francia, Gisilbertus Dux in Lotharingia, inter quos Heinricus Saxonum & Thuringorum Dux præpotens claruit. Secundo autem regni ejus anno, memorati principes huic præsertim rebelles exiterant, quos ille tam sapientiæ quàm fortitudinis robore superavit, suamq; ad fidelitatem perduxit. Arnoldus autem nimio terrore coactus, cum uxore ac filiis ad Vngarios fugit, ibique usque ad obitum Chunradi permansit. Primo anno Chunradi reges Vngarii ab Alemannis & Bojoariis, juxta fluvium Isanum qui vulgariter Ine dicitur, occiduntur.

Arnoldus fugit ad Vngaros. Isanus fluvius.

ANNI CHUNRADI.

ANno domini 914. Prædicti Principes regi rebellant. Rudolphus rex moritur, post quem Ludevvicus, Caroli filius, in regnũ patris, cõsilio Hugonis Ducis, filii Ruperti, ex transmarinis partibus, ad Gallias reducitur, cui idem Hugo tamẽ postea accusatur. Hoc tempore Martinus Papa 116. extitit. Anno domini 915. Vngarii Alemaniam devastant. Hatto Archiepiscopus obiit, cui Heriger successit. Anno domini 916. Anno domini 917. Salomon Episcopus captus est. Vngarii Alemanniam totam igne & gladio vastant. Anno domini 918. Erchenger Dux & Bertholdus Germani fratres decollantur. Basilea ab Vngariis destruitur. Anno domini 919. Vngarii per Alemanniam & Alsatiam transeuntes, Lotharingiam invadunt. Burchardus dux constituitur, Chunradus rex moritur, cujus consilio & præcepto Heinricus dux Saxoniæ, filius Ottonis Ducis in regnum provehitur. Sed quia Carolorum stirpe in regno Francorum deficiente, regnum jam ad Saxones per Heinricum transfertur, genealogiam Carolorum causa memoriæ breviter depingamus, de hinc de origine gentis Saxonicæ, cujus opinio varia est, aliqua describamus, sicque ad initium regni pertendamus.

Vngari vastant Alemanniam.

Duo duces fratres decollantur. Vngari Alsatiam invadunt & Lotheringiam.

Genealogia

Digitized by Google

Genealogia Carolorum.

CAROLUS MAGNUS IMP.

LUDOVICUS Pius Imp.

Ludovicus Germanicus habebat Germaniam superiorem, vicitq; Boemos.

Lotharius Imp. tenens Lotharingiam & Italiam.

Carolus Calvus rex Gallie.

Ludovicus gessit bellum cũ Calvo.

Carolus Crassus Imp. & ad extremũ adeptus Galliam. Huic successit Arnolphus.

Carlomannus rex Bavarie. Arnolphus.

Ludovicus II. Imp. Sarracenos ex Italia fugavit, post hunc volebat Papa imperium in Gallia convertere, sed filii Ludovici Germanico hoc retinuerunt & servarunt Germanis. Huic successit in imperio, Carolus Calvus rex Gallie.

Ludovicus Balbus, cumque de imperio dimicavit Carolus Crassus: Pontifex ad Balbum confugit.

Ludovicus. III.

Huic successit Cunradus Bombergen. quem scribunt fuisse nepotem hujus Ludovici, ex fratre Cunrado.

Cunradus.

Eberhardus, a quo originẽ habent principes Francorum.

Cunradus ultimus Imperator ex hac familia. Hunc Italici scriptores, inter Imperatores non nominant, quia Italiam non habuit.

DE ORIGINE SAXONUM.

Lege hic Albertum Kranz. de genere Saxonum primordiis, & hoc citante Saxonem Stalandicum Danice antiquitatis scriptorem.

SUper origine gentis Saxonum varia opinio est. Aliis æstimantibus de Danis Nortmannisq; eos originem duxisse, aliis vero, quibus & Græci consentire dicuntur, eos reliquias fuisse Macedonici exercitus, qui secutus Magnum Alexandrũ, immatura ipsius morte per totum orbem sit dispersus. Invenimus autem in scriptis cujusdam antiquitate tradente, quod ab Anglis Britanniæ incolis sint egressi, & per Oceanum navigantes, Germaniæ littoribus studio & necessitate quærendarum sedium sint appulsi, in loco qui vocatur Hathuloga, eo tempore quo Theodericus rex Francorũ contra Irminfridũ ducẽ Thuringorum dimicans, terrã eorũ crudeliter ferro vastavit & igni. Cũq; primũ terræ applicuissent, incolæ ipsius terræ qui Thuringi fuisse traduntur, adventum eorum graviter ferentes, arma contra eos moverunt. Saxones vero acriter resistentes, portum obtinuerunt. Diu deinde inter se dimicantibus, & multis hinc inde cadentibus, tandem utrisque placuit de pace tractare. Initumque est fœdus eo pacto, quo haberent Saxones vendendi emendique copiam, cæterum ab agris, à cædo hominum atque rapinis abstinerent: steritque illud fœdus inviolabiliter multis diebus. Cumq; Saxonibus jam defecisset pecunia, quid emerent aut venderent non habentes, inutilem sibi pacem esse arbitrati sunt. Ea igitur tempestate contigit adolescentem quendam egredi de navibus oneratũ multo auro, torque aurea, simulq; armillis aureis. Cui obvius quidã Thuringorum, quid sibi vult inquit, tã ingens aurum circa tuum famelicum collũ? Emptorem, inquit, quæro, ad nihil aliud istud aurum gero. Qui enim fame periclitor, quo auro delecter? At illo qualitatem quantitatemque præcii roganti, nullum inquit Saxo mihi est discrimen in precio: quicquid dabis gratum habeo. Ille vero subridens, qd si, inquit, de pulvere isto sinum tibi impleo? Erat aũt in præsenti loco egesta humus plurima. Saxo nihil cunctatus aperit sinum, & accipit humum: illico Thuringo tradens aurum: lætusque ad suos uterque redit. Thuringi Thuringum laudibus ad cœlum tollunt, qui nobili fraude Saxonem deceperit: fortunatumque eum inter mortales fuisse, qui vili precio tam ingens aurum possederit. Cæterum certi de victoria, de Saxonibus, jam quasi triumphabant. Interea vero Saxo privatus auro, oneratus vero multa humo, appropiat navibus. Sociis igitur ei occurrentibus, & quid ageret admirantibus, alii amicorum eum irridere cœperunt, alii arguere: omnes partim eum amentem crediderunt. At ille postulato silentio, sequimini me inquit optimi Saxones, & meam vobis amentiã probabitis utilem. At illi licet dubii, sequuntur tamen. Ille aũt sumpta humo, per vicinos agros quam subtilius potuit, eam dispersit: & castrorum loca occupavit. Ut autem viderunt Thuringi castra Saxonum, intollerabilis est eis visa res: & missis legatis conquesti sunt de fœdere rupto ac violato ex parte Saxonum. Saxones responderunt se hactenus fœdus inviolabiliter servasse: terram vero proprio auro comparaãt, cum pace velle obtinere: aut certe armis defendere. His auditis, incolæ cœperunt aurum Saxonicum jam maledicere: & quem paulo ante fœlicem prædicabant, autorem perditionis suæ atque regionis fatebantur. Ira deinde accensi, cœco marte, sine ordine & consilio irruunt in castra. Saxones vero parati, hostes excipiunt sternuntque;

Hæc prime legũ in unum Vuittichindi monachi Benedictini, de rebus gestis Saxonum.

Thuringus Saxoni pulverem vendit.

Alb. Kranz. vult non aurũ, sed sanguine mercatum agrum accepisse nec unquã possedisse Thuringos agros ad Hadelartam.

Spargitur pulvis per vicinos agros.

& rebus prospere gestis, proxima circũ circa loca jure obtinent. Diu itaq; cũ ab alterutris pugnatũ foret, & Thuringi Saxones sibi superiores fore viderent, per internuncios pacificari cum eis quærũt, eosq; in terra quam acceperunt, fœdere concedunt.

Austrasiæ sedes apud Metensem civitatem.

Eo tempore mortuo Clodoveo rege Francorum, quatuor filii ejus regnum ipsius æqualiter diviserunt. Ex quibus Theodericus cum Austrasiam accepisset, cujus regni sedes apud Metensem fuit civitatem, mittere curavit legationem ad Irminfridum regem Thuringorum pro pace & concordia: mandans ei non se cupere sibi esse dominum sed amicum: non imperatorem sed propinquum: propinquitatisq; jura inviolabiliter se velle servare: sororem quippe Theoderici Irminfridus acceperat, tantũ, ut à populi Francorũ concordia, qui eum regem constituerant, non discordaret, rogabat. Ad hæc Irminfridus cũ benigne respondisset, Francorũ statuta sibi placere, pace omnimodis se indigere, super negotio regni responsionẽ suam in amicorũ præsentiã se velle differre. Audiens regina legatum fratris supervenisse, & super regni negocio cum rege locutum fuisse, egit cũ Iringo milite regis, qui erat vir audax, fortis manu, acer ingenio, acutus consilio, pertinax in rebus agendis, facilis ad suadenda quæ vellet, unde & animum regis sibi connexerat, ut pariter regi suaderent, regnũ sibi jure hæreditario cessisse, ut pote quæ filia regis esset & reginæ. Theodericũ vero suum servum esse, tanquã ex concubina natum, & ideo indecens fore proprio servo manus unquã dare. Convocatis ergo principibus, & necessariis amicis. Irminfridus verba legati in præsentia eorũ contulit. At illi unanimiter suadebant, quæ pacis & concordiæ sunt eum sentire, qui impetus Francorũ ferre non posset, maxime qui acrioribus hostium armis ex alia parte premeretur. Iringus vero lascivæ mulieris satisfaciens votis, suasit Irminfrido Francis cedere non debere, super negocio regni justiorem se causam habere, latum præterea imperium, militum manus & arma, cæterasq; belli copias sibi à Theoderico parum æque procedere. His igitur Irminfridus persuasus, secundũ hæc verba legato respondit, amicitiam quidem sui & propinquitatem Theoderico non negare, mirari se tamẽ satis non posse, quomodo usurpare vellet prius imperium quàm libertatem, servum illum natum, & quomodo sui quæreret dominum, se non posse proprio servo manus dare. Legatus his satis commotus, mallem inquit, hoc caput meum tibi tradere, quàm hujusmodi verba à te audire, sciens ea multo sanguine Francorũ atq; Thuringorum diluenda. Et hæc dicens, reversus est ad Theodericũ, & quæ audivit, non cælat. Theodericus autem nimiam iram vultu celans sereno, oportet nos, inquit, ad servitium Irminfridi festinare, quatenus qui libertate privamur, inani saltem vita fruamur. Et cum gravi exercitu appropians terminis Thuringorum, invenit eum valida quoque manu se expectantem, in loco qui dicitur Runiberg, & commisso certamine, pugnatũ est ancipiti bello per biduũ, tertia vero die victus Irminfridus cessit Theoderico, fugiensq; tandẽ se recepit in urbem, quæ dicitur Schidinga sita super fluvium Onestrod. Theodericus aũt congregatis principibus exercitus sui, rogat sententiam, utrũ nam censerent Irminfridum persequendum, an patriam remeandum? Erat aũt Theoderico servus ingeniosus satis, cujus consilium expertus est sæpius probũ, eique propterea quada familiaritate fuit conjunctus. Cumq; quidã censerent mortuos sepeliendos, saucios curandos, & ad majorem exercitum congregandum esse repatriandũ, rogatus ille servus, sententiam dixit. In rebus honestis pulcherrimam semper esse arbitror perseverantiam, quam ita coluerunt majores nostri, ut acceptis negociis raro vel nunquã deficerent. Nec tamen labores nostros eorũ æquandos putaverim, qui parvis copiis ingentes gentium copias superaverunt. Nunc terra in nostra est potestate, & discessione nostris occasionẽ vincendi præstabimus. Amplecteret & ipse patriam redire, familiarẽ necessitudinem providere, si hostem nostrum eo spatio scirem vacare. Sed vulnerati nostri forsitan hac re indigent, castrorũ ergo labor impigris animis reor pro maxima voluptate est. Cæsar multitudine exercitus est vehementer attenuatus, hostes ne omnes evaserunt? certe rarissimi. Ipse nanq; dux, ut quædã bestiola, suo munitur latibulo, urbis circundatur claustro nec ipsum cœlum audet secure inspicere, nostro timore cogente. Sed non desunt ei pecuniæ, quibus conducantur nationes Barbaræ, non deest militũ manus, licet lassa, quæ tamen omnia nostra redintegrantur absentia. Indecorũ est victoribus victis vincendi locum dare. Num singulis urbibus administranda sufficimus possidia? Et eas omnes perdimus, dum imus & redimus. Hæc eo prosequẽte, placuit Theoderico, omnibusq; victoriæ avidis, manere in castris, & mittere ad Saxones, Thuringis jã olim inimicos, ut ei essent auxilio, ea conditione, ut si vincerent Irminfridũ, urbẽq; caperent, terrã eis in hæreditatẽ perpetuam traderet. Saxones nihil cunctati, novem duces cum singulis millibus militum destinabant. Et ingressi duces in castra, singuli cũ centenis militibus, reliqua multitudine extra castra relicta, Theodericũ verbis pacificis salutabant, & ab eo hilariter suscepti, dextras dabant & accipiebant, seq; illi devotos, & ad omnia promptos, à Saxonica gente missos dicebant, eisq; cordi esse aut vincere velle, aut vincere nolle. Illis hæc loquentibus, mirati sunt Franci, præstantes corpore & animo viros mirati sunt, & habitũ novũ, arma quoq; & diffusã scapulis Cæsariẽ. & super omnia ingentẽ animi constantiã. Vestiti aũt erant sagis, & armati longis lanceis, stabantq; subnixi parvis scutis, habentes ad renes cultellos magnos. Quidã v. ex Francis dicebãt, tantis ac talibus

Iringus.

Runiberg.

Schidinga.

Perseverantia in rebus honestis, pulcherrima res.

Vestitus Saxonum & arma.

ac talibus amicis Francos non indigere, genus indomitum fore, etsi præsentem terram inhabitarent, eos proculdubio esse, qui Francorum imperiũ quandoq; destruerent. Theodericus vero propriis utilitatibus consulens, in fide suscepit viros, demandans, ut ad oppugnandam urbem præpararentur. At illi à rege regressi, castra metati sunt ad meridianam plagam urbis, in pratis fluvio contiguis, & postera die prima luce surgentes, sumptis armis, oppidum oppugnant & incendunt, statimque aciem ordinant ex adverso portæ Orientalis. Hi vero, qui intus erant clausi muris, dum vident acies ordinatas, ac se in ultimis constitutos, audacter portis erumpunt, cæcoque marte in adversarios irruunt, & telis emissis, res perinde agitur gladiis. Cumque grave bellum oriretur, plures hinc inde sternuntur, illis pro patria, pro uxoribus ac natis, postremo pro vita pugnantibus, Saxonibus vero pro gloria, & pro terra acquirenda certantibus. Cumque ubique fierent cædes, & ululatus, & neutrum agmen loco cederet, jam tardior hora prælium diremit. Eo die ex Thuringis multi interfecti, multi sauciati sunt, de Saxonibus vero numerata sunt sex millia cæsa. Mittitur igitur Iring ab Irminfrido cum supplici legatione, & omnibus thesauris suis, ad Theodericum pro pace ac spontanea deditione. Et accedens Iring, hæc ait. Tibi misit tuus quondam propinquus, modo servus, rogans, ut si non sui miserearis, miseræ saltem sororis tuæ miserearis, nepotumq; tuorũ in ultima necessitate constitutorum. Dum hæc lacrymans dixisset, interpellatio Principum auro corruptorum adjecit decere clementiam regalem, non spernere legationem talem, nec communem naturam oblivisci, meliusq; esse eum in fide suscipere, quem jam superatum ita contereret, ut nunquam se contra eum levare posset, quàm illud genus hominum indomabile, & ad omnem laborem perdurabile, à quo nihil aliud expectaret Francorum imperium, nisi solum periculum, ideoque melius esse ut susceptis Thuringis, pariter eos ejicerent, de finibus suis. His dictis licet invitus flectitur Theodericus, promisitq; postera die Irminfridum se susceptũ, Saxonesq; abjectũ. Quibus Iring auditis, ad pedes prosternitur regis, laudansq; sententiã regis, ipse nocte illa mansit in castris, & misso ad dominum optato nuncio, ipsam urbem securitatis replevit gaudio. Interea urbe ex pace promissa securiore reddita, egressus est quidã cum accipitre, victum quæritans supra littus fluvii supradicti, sed emissum volucrẽ quidam de Saxonibus in ripa suscepit ulteriori. Emissore vero rogante ut remitteretur, Saxo negavit. Ille aũt ait, Remitte & proda mihi secretum, sociisq; tuis utile. Saxo econtra die, inquit, ut accipias quod quæris. Reges, inquit, pace inter se facta, decreverunt, ut si eras in castris inveniamini, aut capiamini, aut certe occidamini. Ad hæc ille, Serio hæc ais, an ludo? Secunda, inquit, hora futuri diei probabit, quòd sine ludo vos agere oporteat. Qua propter vobis ipsis consulite, & fugæ salutem quærite. Saxo statim volucrẽ emisit, sociisq; rettulit quæ audivit. Qui satis cõmoti in promptu non inveniebant, quid super his agere debuissent. Erat aũt tunc in castris quidã in veteranis militibus jam senior, sed viribus adhuc senectute vigens, qui merito bonarũ virtutũ pater patrũ dicebatur, nomine Hatugato. Hic arripiens vexillũ quod apud eos habebatur sacrũ, leonis atq; draconis, & desuper aquilæ volantis insignitã effigie, quo ostentaret fortitudinis atq; prudentiæ, & earum rerum efficaciam, & motu corporis animi constantiã declarans, ait. Hucusq; inter optimos Saxones vixi, & ad hunc ferè ultimã senectutẽ ætas me perduxit, & nunquam meos fugere vidi, & quomodo nunc cogor agere quod nunquam didici? Certare didici, fugere ignoro, nec valeo. Si fata non sinunt ultra vivere, liceat saltem quod mihi dulcissimum est, cum amicis occũbere. Exemplo mihi sunt paternæ virtutis amicorum corpora, circa nos prostrata, qui maluerunt mori, quàm vinci, impigras animas amittere, quàm coram inimicis loco cedere. Sed quid necesse habeo exhortationem protrahere, tantum de contemptu mortis. Ecce ad securos ibimus, ad cædem tantum non ad pugnam. Nam de promissa pace ac nostro gravi vulnere securi, nihil suspicantur adversi, hodierno quoq; prælio fatigati, quemadmodum sunt sine metu, ita sine vigiliis & solida custodia manent. Irruamus igitur super improvisos, & somno sepultos, parũ laboris est, sequemini me ducẽ, & hoc canũ caput meũ vobis trado, si non venerit quod dico. Illius igitur optimis verbis erecti, quod supererat diei in reficiendis corporibus suis, expendebant, deinde prima vigilia noctis, qua solet sopor gravior occupare mortales, dato signo sumunt arma, & præcedẽte duce, irruunt super muros, invenientesq; eos sine vigiliis ac custodibus, ingressi sunt urbẽ cum clamore magno. Quo excitati adversarii, alii fuga salutem quæsierunt, alii per plateas & muros urbis ut ebrii erraverunt, alii in Saxones cives suos putantes, inciderunt. Illi vero omnes perfectæ ætatis morti tradiderunt, impuberes prædæ servaverunt. Irminfridus aũt requisitus, cũ uxore ac filiis, paucoq; comitatu evasisse cõpertus est. Quod audiens Theodericus, egit ut dolo revocaretur, & Iring eũ interficeret, quatenus Theodericus quasi alienus ab ejus cæde consisteret. Hoc cũ Iring ægre suscepisset, victus fallacibus promissis, quasi magnis muneribus foret donandus, ac potestate magna in regno sublimãdus, tandẽ consensit, seq; voluntati ejus parere promisit. Revocatus igitur Irminfridus, prosternitur vestigiis Theoderici, Iring vero stans juxta quasi armiger regis, evaginato gladio prostratũ dominũ trucidavit, statimq; rex ait ad eũ. Quia dominũ interfecisti tuũ, pro tali facinore omnib. mortalib. merito odiosus, viã habeto apertã discedendi à nobis, sortẽ vel partẽ tuæ nequitiæ nolumus habere. Merito, inquit, Iring odiosus cunctis appareo, qui tuis parui dolis,

Vuitichindi lib. 1.

Sex millia Saxonum cæsa.

Victum quæritans accipitre.

Vide Alb. Kranz. lib. 1 c. 28 & Vuitichindi lib. 2.

Hatugato alias Hathagat.

Vexillum Saxonum leonis & draconis effigie item aquilæ volantis.

Oratio masculi & veterani militis Hathagati.

antequam tamen exeam, purgabo hoc ſcelus meum, vindicando dominum meum. Et evaginato gladio ſtetit, ipſum quoq; Theodericum obtruncavit, ſumensq; corpus domini, poſuit ſuper cadaver Theoderici, ut vinceret ſaltem mortuus, qui vincebatur vivus, viamq; ferro faciens, diſceſſit. Si qua fides his dictis adhibeatur, penes lectorem eſt, mirari tamen non poſſumus ſatis, famam in tantum prævaluiſſe, ut lacteus cœli circulus, Iringis nomine, Iringes ſtraza uſq; in præſens ſit vocatus. In Francorum vero geſtis legitur, quod Theodericus data fide Irminfrido, ad Tulbiacam civitatem eum ad ſe venire fecerit, & cum ſupra muros civitatis colloquerentur, compulſus ille de muro in terram corruerit, ſicq; mortuus ſit, ſuosq; filios Theodericus interficere juſſerit. Saxones autem bello peracto reverſi ad Theodericum in caſtra, bene ab eo ſunt ſuſcepti, ſatisq; laudati, & præſenti terra in æternam poſſeſſionem donati, ſocii quoq; & amici Francorum appelati ſunt, moxq; urbem cui ab igne, ut propriis manibus perpecerunt, primum incoluerunt. Terram vero acceptã ſorte dividentes, cum multi ex eis in bello cecidiſſent, & pro raritate ſui totam occupare non poſſent, partem illius, & eam quàm maxime quæ reſpicit ad Orientem, colonis tradebant ſub tributo exercendam, cætera vero loca ipſi poſſederunt. A meridie quidem Francos habentes, & partem Thuringorum quos præcedens hoſtilis turbo non retigit, alveo fluminis Unſtrode diriminuntur, à Septentrione vero Nortmannos gentes ferociſſimas, ab ortu autem ſolis Abodritos, & ab occaſu Frieſos, à quibus ſine intermiſſione vel fœdere vel incertatione finium ſuorũ ſpatia neceſſario tuebantur. Erant enim inquieti nimis, & finitimorum ſedibus infeſti, domi vero pacati, & civium utilitatibus placida benignitate conſulentes, generis quoq; ac nobilitatis ſuæ proviſiſſimam curam habentes, nec facile ullis aliarum gentium vel ſibi inferiorum connubiis infecti, propriam & ſinceram & tantum ſui ſimilem gentem facere conati ſunt. Unde habitus quoq; ac magnitudo corporũ, comarum color tanquam in tanto numero hominum idem penè omnibus. Quatuor igitur differẽtias gens illa in genere habuit, nobilium ſcilicet ac liberorum, libertorum atq; ſervorum, & id legibus firmatum eſt, ut nulla pars in copulandis conjugiis propriæ ſortis terminos tranſferat, ſed nobilis nobilem ducat uxorem, & liber liberam: libertus conjungatur libertæ, & ſervus ancillæ. Si vero quiſpiam horum ſibi non congruentem, & genere præſtantiorem duxerit uxorem, cum vitæ ſuæ damno componat. Legibus etiam ad vindictam malefactorum optimis utebantur, & multa utilia atq; ſecundum legem naturæ honeſta in morum probitate ſtuduerunt habere, quæ eis ad verã beatitudinem promerendam proficere potuiſſent, ſi notitiam ſui creatoris haberent. Coluerunt enim eos qui natura non erant dii, maximeq; Mercurium, cui certis diebus humanis quoq; hoſtiis litabant. Deos ſuos neq; templis includere, neq; ulli humanæ ſpeciei aſſimilare pro magnitudine & dignitate divinitatis licitum arbitrati ſunt, lucos ac nemora conſecrantes, deorumq; nominibus appellantes, ſecretum illud ſola reverentia contemplantur. Auſpicia & ſortes quàm maxime obſervabant, quarum ſorti non conſuetudo ſimplex erat. Virgam frugiferæ arbori deciſam in ſurculos amputabant, eoſq; notis quibuſdam diſcretos, ſuper candidam veſtem temere ac fortuito ſpargebant. Mox ſi publica conſultatio fuit, ſacerdos populi: ſi privata, ipſe paterfamilias precatus Deos, cœlumq; ſuſpiciens, inter ſingulos tulit, ſublatisq; ſecundum impreſſam antea notam interpretatus eſt: & ſi prohibuerunt, nulla de eadem re ipſa die conſultatio erat: ſi permiſſum eſt, eventuum adhuc fides exigebatur. Avium voces volatusq; interrogare, proprium gentis illis erat: equorum quoq; præſagia ac motus experiri, hinnitusq; ac fremitus obſervare, nec ulli auſpicio major fides adhibebatur, non ſolum apud plebem, ſed etiam apud proceres. Erat & alia obſervatio auſpiciorum, quo ſolebant eventus gravium explorare bellorum, ejus ſcilicet gentis, cum qua bellandum fuit, captivum quo modo interceptum eum electo popularium ſuorum patriis quemq; armis cõmittere, & victoriam hujus vel illis inprævidentia habere. Quomodo autem certis diebus, cũ aut luna inchoatur aut impletur, agendis rebus auſpicatiſſimum initium crediderint, & innumerabilia, vanarum ſuperſtitionum genera, quibus impliciti tenebantur obſervaverint, prætereo: hæc vero ideo commemoravi, quo prudens lector agnoſcat, à quantis terrorum tenebris per Dei gratiam ſint libertati, qui erant ſicut omnes nationes Germaniam incolentes, & natura feroces, & cultui dæmonum deditiq;, veræq; religioni contrarii; neq; divina, neq; humana jura tranſigredi illicitum vel inhoneſtum putantes. Unde factum eſt, quod cum finitimis ſuis, maxime cum Francis lites atq; diſcordias habebant, quia ſuberant cauſæ, quæ quotidie pacem perturbare poterant, termini videlicet amborum penè ubiq; in planicie contigui, præter pauca loca in quibus vel ſaltus magni, vel mõtium juga interpoſita, utrorumq; agros certo limite diſterminant, in quibus cædes & rapinæ, atque incendia viciſſim fieri non ceſſabant. Quibus adeo Franci ſunt irritati, ut non jam viciſſitudinem reddere, ſed apertum contra eos deliberarent bellum ſuſcipere. Suſceptũ eſt igitur contra eos bellum, quod magna utrorumq; animoſitate, majore tamen Saxonum damno per continuos 30. annos gerebatur. Poterat ſiquidem citius finiri, ſi Saxonum perfidia hoc pateretur. Difficile quippe dictu eſt, quotiens ſuperati ac ſupplices regi ſe dederunt, imperata facturos polliciti ſunt, obſides qui imperabantur abſq; dilatione dederunt, legatos qui mittebantur, ſuſceperunt: aliquotiens ita domiti & emolliti, ut etiam cultum dæmonum dimittere, & Chriſtianæ religioni ſe ſubdere velle promitterent.

Fidem dictorum relinquit lectori. Iringes ſtraz.

Saxones ſocii Francorum.

Termini Saxonum compendium.

Vnſtrode fluvius, alias Vnſter.

Quatuor differentia Saxonum. 1. Nobiles. 2. Liberi. 3. Liberti. 4. Servi.

Mercurium colebant Saxones, hinc Irmenſul quaſi Mercurii ſtatuam interpretantur. Is enim græce Ερμῆς dicitur.

Auſpiciorum obſervatores.

Obſervatio eventuum ex captivo hoſtium.

Superſtitio Saxonum ex luna.

A quantis tenebris errorum Saxones & Germani liberati his annis, utinam vere agnoſcamus viſitationis tempus.

Bellum durans annos 30.

Sed ſic

Sed ſicut ad hæc facienda aliquotiens proni, ſic ad eadem pervertenda ſemper fuere præcipites: nec facile eſt æſtimare, ad utrum horum faciliores dici verius poſſint. Frondoſis arboribus fontibuſq; venerationem exhibebant. Truncum quoq; ligni non parvæ magnitudinis in altum erectum ſub divo colebant, patria cum lingua Irminſul appellantes, quod Latine dicitur univerſalis columna, quaſi ſuſtinens omnia. Igitur defuncto Pipino, qui Hilderico rege quo Merevingorum finitum eſt imperium, depoſito. & in monaſterium miſſo, primus ex præfecto aulæ per autoritatem Zachariæ Romani pontificis, monarchiam regni Francorum ſolus obtinuit: Carolus filius ejus ſucceſſit, qui contra Saxones bellum, quod quaſi intermiſſum patris ejus morte videbatur, repetivit. Pater enim ejus prius eos ſuperatos, trecentorum equorum per ſingulos annos tributo multavit. poſt renovatum cum eis à Carolo bellum, vix ullus exactus eſt annus, quod non ab eis facta ſit pacti permutatio. Sed magnanimitas regis, ac perpetua tã in adverſis, quàm in proſperis conſtantia mentis, nulla eorũ mutabilitate vel vinci poterat, vel ab his defatigari quæ agere cœperat. Nã nunq̃ eos hujuſmodi aliquid perpetrãtes, impune ferre paſſus eſt, quin aut ipſe per ſe ducto, aut per comites ſuos miſſo exercitu, perfidiam eorum ulciſceretur, & condignam ab eis pœnam exigeret, uſq; dum omnibus qui reſiſtere ſolebant, profligatis, & in ſuam poteſtatem redactis, decem millia hominum ex his qui utraſq; ripas Albiæ fluminis incolebant, cum uxoribus & parvulis tranſtulit, & huc atq; illuc per Galliam & Germaniam multimoda diviſione diſtribuit. tractumq; per tot annos bellum ea conditione conſtat eſſe finitum, ut abjecto dæmonum cultu, Chriſtianæ religionis ſacramenta ſuſciperent. Quod & factum eſt. Witikint quoq; qui inter eos & claritate generis, & opũ amplitudine eminebat, & qui perfidiæ eorum autor, & incentor indefeſſus erat, ad fidem Caroli ſponte veniens, apud Tiuracum baptizatus, & à rege de fonte ſuſceptus eſt: ſicq; Saxonia tota ſuperata & ſubjecta eſt.

Irminſul erat armati toto corpore effigies [illegible] in dextera ſignum militare, noſtri vexillum vocant, præferens roſam, cujus brevis mon[illegible] & facilis ortus ac interitus vitæ hominum pingebat. In ſiniſtra libram expandit dubiam pugnæ ſortem, facile huc & illuc inclinantem. Pectus inerme ursum præferebat. In clypeo leo [illegible] cruſtro campo, in quo ſtabat Vitie in bello Arminii nobiliſſimi principis Germani poſita. Georgii Spalatini de [illegible] ni vel Hermanni ſtatua in memoriam tanti herois Germani erecta.

Tributum 300 equorum.

Conditiones pacis, ut abjecto dæmonum cultu, Chriſtiana religionis ſacramenta ſuſciperent.

Witikint baptizatur. alii Vuitekindus.

Hujus Witikindi filius Wuigbertus Chriſtianæ religionis cultor devotus, filiũ procreavit, quẽ Walbertun. vocavit, qui & ipſe ab infantia religioſus, cum factus eſſet vir, Romam cauſa orationis & reliquiarum acquirendarum tetendit, corpusq; ſancti Alexandri, filii ſanctæ Fœlicitatis, integrum accipiens à papa tunc temporis Leone, in Saxoniam detulit, & in loco qui dicitur Vuigaltingohuſon, locavit. Ex ejuſdem Saxonicæ gentis ſtirpe vir nobilis & permagnificus eſt egreſſus, nomine Luitoldus, qui & ipſe religionis gratia Romam profectus, beati papæ Innocentii reliquias inde adduxit. Hic habuit duos filios, Brunonem & Ottonem: quorum major Bruno, cum totius Saxoniæ ducatum amminiſtraſſet, exercitum contra Danos duxit, ibiq; occiſus, ducatum fratri Ottoni reliquit. His erat ſoror nomine Luitgart, quam Ludovicus rex, filius Arnolfi imperatoris, uxorem duxit, ſed non diu poſtea vixit. Quo ſine filiis mortuo, omnis Francorum Saxonumque populus voluit Ottoni duci diadema imponere regni. Quod cum ille quaſi jam ſenio gravior recuſaret, ejus conſultu Chunradus Francorum dux ungitur in regem, ſumma tamen imperii ſemper ubique fuit penes Ottonem. Natus eſt eidem Ottoni filius nomine Heinricus, qui primus libera poteſtate regnavit in Saxonia. Qui cum in primæva ætate omni virtutum genere vitam ſuam exornaret, pater ejus videns prudentiam adoleſcentis, reliquit ei exercitum adverſus Dalmatiam, contra quam ipſe diu militavit. Dalmatii vero impetum illius ferre non valentes, conduxerunt adverſus eum Avares, quos modo vocamus Ungarios, qui ut quidam putant, reliquiæ ſunt Hunorum: qui, ut in Gothorum legitur hiſtoria, egreſſi à Gothis, multa mala inferebant gentibus finitimis, quos poſtremo Pannoniam inhabitantes, Carolus Magnus devicit, & ut dicitur, à conſueta gentium depopulatione ingenti vallo circumcluſos prohibuit; quod opus Arnolfus imperator deſtruxit, eosq; contra Zuentebold um Maravanorum regem in auxilium ſibi eduxit. Qui deinde quantam ſtragem, quantamque injuriam Francorum regno fecerint, urbes ac regiones adhuc dedeſolatæ teſtantur. Hi etiam à Dalmatiis evocati, magnam cladem in Saxonia fecerunt, multamq; prædam abduxerunt. Igitur Pater patriæ, magnusq; dux Otto defunctus, illuſtri & magnifico filio ſuo Heinrico, totius Saxoniæ ducatum reliquit. Rex autem Chunradus, cum ſæpe expertus fuiſſet virtutem novi ducis, veritus eſt ei committere omnem poteſtatem patris. Quo factum eſt, ut offenſionem incurreret totius exercitus Saxonici. Quorum vultum erga ſe auſteriorem rex cernens, nec ducem eorum publico bello ſe poſſe conterere, præ innumera exercitus multitudine perpendens, egit, ut quo modo interficeretur dolo: ad hoc habens, ut refertur, maxime idoneum Mogontinæ ſedis epiſcopum, nomine Hattonem, cujus conſilio & Adelbertus Babenbergenſis deceptus eſt. Hic prædictum ducem aggreſſus dolo, fecit ei fabricari Torquem auream, & invitavit eum ad convivium, quo magnis ab eo muneribus honoraretur. Interea pontifex conſiderandi operis gratia ingreſſus ad aurificem, viſaq; torque, ferrum ingemuiſſe. Gemitus cauſam cum aurifex requiſiſſet, reſpondit: quia optimi, ſibiq; chariſſimi viri, ſcilicet, Heinrici ducis ſanguine, torques illa deberet intingui. Aurifex audita ſilentio texit, & opere perfecto ac reddito,

Vuigaltingohuſen

Bruno.

OTTO.

Conradus Francorum dux fit rex.

HENRICVS.

Avares Vngari contra Henricum.

Damnum Germaniæ illatum ab Vngaris.

Hattonis practica contra Henricum, cũ torque aurea. Alb. K. lib. 3. c. 1.

Aurifaber prodit dolum Archiep. ſcops.

missionem petiit & accepit: obviansq; duci eunti ad ea negocia, indicavit ei quæ audivit. Ipse autē vehemēter iratus, vocat legatum pontificis, qui jam pridē aderat, invitandi eum gratia, & ait: Vade dic Hattoni, quia durius contra illum non gerit Heinricus quam Adelbertus: & quia melius ratisumus domi sedere & de ejus servitio tractare, quam comitatus nostri multitudine eum gravare. Et statim reversus, omnia quæ juris ipsius erant, in omni Saxonia vel Thuringia, occupavit. Burchardū quoq; & Bardonem, quorum alter gener regis erat, in tantum adflixit, ut terra cederent, eorumq; possessiones ipse militibus suis totas divideret. Hatto autem episcopus videns suis calliditatibus finem impositum, nimiæ tristitia ac morbo pariter non post multos dies confectus, interiit. Fuerunc etiam qui dicerent, quia fulmine tactus, ejusq; ictu dissolutus, post tertium diem defecisset. Rex autem misit fratrem suum Eberhardum cum exercitu, ad devastandam Saxoniam. Qui appropians urbi quæ dicitur Heresburg, superbe, ut tradunt, locutus est, quod nulla sibi cura major esset, quàm quod Saxones pro muris se ostendere non auderent, quo cum eis dimicare potuisset. Adhuc sermo in ore ipsius erat, & ecce Saxones ei occurrerunt multario uno ab urbe: introq; certamine, tanta cæde Franci multati sunt, ut à inimis declamaretur, ubi tantus ille infernus esset, qui tantam cæsorū multitudinē capere posset. Frater aūt regis à timore absentiæ Saxonū liberatus est quia eos & præsentes vidit, & ab ipsis turpiter fatigatus discessit. Audiens autē rex male pugnatum à fratre, congregata omni virtute Francorum, perrexit ad requirendum Heinricum. Quo comperto in præsidio urbis quæ dicitur Gruona, tentavit illud oppugnare præsidium. Et missa prius legatione pro spontanea deditione, spondet se per hoc sibi amicum affuturum, non hostem experturum. Huic legationi intervenit Dietmarus ab Orientalium Saxonum parte, vir disciplinæ militaris peritissimus, varius, consilioq; magnus, & qui calliditate ingenita multos mortales superaret. Hic superveniens, legatis regis præsentibus interrogat ducem, ubi vellet exercitum metari? At ille jam persuasus cedere Francis, accepit fiduciam, audiens de exercitu, credens ita esse. Dietmarus vero fictus loquebatur, cum quinque enim tantummodo viris venerat. De numero autem legionū scisciante duce, ad 30. ferè legiones se producere posse respondit. Ita delusi legati, regressi sunt ad regem. Vicit vero illos calliditate sua Dietmarus, quos ipse dux ferro vincere non potuit Heinricus. Nam ante lucanum relictis castris Franci, unusquisq; rediit in sua. Septimo autem anno regni sui Chunradus rex ægrotare cœpit: sentiensq; vocationis suæ tempus adesse, principes regni, excepto Heinrico, convocavit, & eos ita convenit: Vocationis meæ tempus agnosco, & ut cernitis, præsto est, proinde pacem concordiamque vos sectari etiam rogo. Me hominem exeunte, nulla vos regnandi ambitio inflammet. Heinricum Saxonum Thuringorumque ducem prudentissimum, regem eligite, dominumque constituite: is enim est & sapientia pollens, & justæ severitatis censura abundans. Quibus in hæc verba consentientibus, vocat fratrem suum Eberhardum, sicq; alloquitur illum; Sentio frater, me diutius istam vitam tenere non posse, idcirco consideronem tui habeto: & quod ad te maxime respicit, omni Francorum regno consulito, in eo fratris tui intendendo consilio. Sunt nobis copiæ exercitus congregandi atque ducendi: sunt turbes & arma cum regalibus insigniis, & omne quod decus regium deposcit, præter fortunam & mores. Fortuna frater cum nobilissimis moribus Heinrico cedit: rerum publicarum summa fecus Saxones est. Sumptis igitur his insigniis, lancea scilicet & armillis aureis, cum clamide, & veterum gladio regum, ac diademate, ito ad Heinricum, pacemque facito cum eo, ut eum fœderatum possis habere in perpetuum. Quid enim necesse est, ut cadat populus Francorum tecum coram eo? Ipse enim vere rex erit, & imperator populorum multorum. His dictis, frater lachrymans, se consentire respondit. Post hæc rex moritur, vir fortis & potens, domi militiaque optimus, largitate serenus, & omnium virtutum insignis clarus: sepelituruque in civitate sua Wilinaburg, cum mœrore ac lachrymis omnium Francorum. Ut ergo rex imperavit, Eberhardus Heinricum adiit, & que cum omnibus thesauris illi tradens, pacem cum eo fecit, amicitiamque ejus promeruit, quam fideliter familiariterque usque in finem obtinuit. Deinde congregatis principibus, & natu majoribus exercitus Francorum in loco qui dicitur Fritislare, designavit eum regem coram omni populo Francorum atque Saxonum.

Hatto tristitia moritur.

Eresburg.

Vrbi Gruona.

Dietmarus.

Impostura Dietmari.

Conradus mortis victimus, Heinricū præficit regno.

Conradus Eberhardum fratrem mittit ad Heinricum cum insignis.

Alii moritur in Vuilinaburgo sepelitur Fuldæ.

Heinricus in Fritislaria eligitur anno 920 nec sum nisi tamen postea pontifex consulebatur. Alb.

HENRICVS primus. IX. Gier Imperator.

Hic divitus successoribus adolescentiæ cum patrum rebus præsecit plurimum indulgeret aucupiis: primus ludos equestres, quos Thurnamenta vocant, mihi ritu Germanica exhibuit.

HISTORIA HEINRICI. I.

ANno dominicæ incarnationis 920. ab urbe condita millesimo 671. Heinricus genere Saxo, filius Ottonis ducis, 80. loco ab Augusto in regnum eligitur, regnavitque annis 17. Hic cum non haberet gratiam Chunradi regis sui decessoris: propter morū probitatem animiq; virtutem, idem rex in extremis suis, ut prædictū est, prætermisso fratre proprio hunc elegit: & ut ab omnibus id ageretur principibus, consilium dedit. Cui cum unctio & diadema offerretur à summo pontifice, qui eo tempore Herigerus erat, non sprevit, nec tamen susc̄epit. Satis, inquiens, mihi est, ut præ majoribus meis rex dicar & designer, divina annuente, vestraque pietate: penes meliores vero nobis unctio ac diadema sit, tanto honore nos arbitramur indignos. Placuit iste sermo coram universa multitudine: & dextris in cœlum levatis, nomen novi regis clamore valido salutantes frequentabant. Hoc ordine rex factus

Heinricus,

Heinricus, perrexit cum omni comitatu suo ad pugnandum contra Burchardum ducem Alemanniæ, cujus filiam habuit vxorem Rudolfus Burgundio, qui post interfectionem Ruperti regis Galliarum, patris Hugonis ducis, fratris vero Ottonis regis, ab inimicis Caroli regis rex elevatus est, sicut & Rupertus decessor ejus. Burchardus verò dux, licet esset bellator intolerabilis, sentiens tamen, cum valde prudens esset, congressionem regis se sustinere non posse, tradidit ei semetipsum cum universis urbibus & populo suo. Eodem tempore Arnoldus dux cum vxore & filius ab Ungaria rediens, honorificè à Baioariis suscipitur: nec solum suscipitur, sed etiam ut rex fiat, vehementer ab eis exoratur. Rex autem Heinricus cum inter omnes regni principes sibi obtemperantes, Arnoldum solum resilire cerneret, collecto exercitu prævalido, in Baioariam tetendit, eumque juxta quosdam in præsidio urbis Ratisponæ obsedit. Quod ille videns, seque regi resistere non sufficere perpendens, portis apertis egressus est ad regem, tradens semetipsum cum omni regno suo: & honorifice susceptus, ab eo amicus regis appellatus est. Quidam vero scribunt, quod non passus sit Arnoldus præsumptuosi adventum regis in Baioaria, sed collectis quibus potuit copiis, obviam ei processerit ad pugnam. Cum que in eo esset ut bellum inire deberent, rex Heinricus, ut vir sapiens & Deum timens, cogitans ex utraque parte damnum irreparabile posse accidere, Arnoldo, ut solus cum solo loquatur, denunciat. Qui putans se acciri ad singulare certamen, ad condictum solus pervenit. Quem Heinricus ut erat prudens animo, & potens eloquio, prudenti sermone alloquitur, increpans eum, cur Dei ordinationi resisteret, cùm se ab omni populo electum sciret, quod, nisi Deo disponente non fieret: affirmans, quia si populus æque illum communiter eligeret, se fore, qui primus in ejus electione acclamaret: sicque copioso dicendi genere animum ejus demulceans, ad suos redit. Arnoldus quoque rediens ad suos, indicavit eis Heinrici sermones. Qui dixerunt, verum esse quod audirent sapientiam per Salomonem dixisse, per ipsam scilicet reges regnare, & prudentes justitiam decernere. Neque enim in ejus electione totius populi animum fieri unum, nisi hunc à Deo constaret electum: unde sibi æquum bonumque videri, ut à cæteris non dissentiens, hunc regem eligeret, ea tamen conditione, si sibi hoc quod decessores ejus non habuere concederet, scilicet, ut totius Baioariæ pontifices suæ potestati subjacerent: unoq; defuncto, alterum sibi ordinare liceret. Connivens igitur huic suorum consilio, huiles Heinrici efficitur, & ab eo ut dictum est, concessis sibi totius Baioariæ pontificibus honoratur. Hic est Arnoldus ille super cujus denotatione sancto Vdalrico episcopo, ut in libro gestorum legitur, ostensus est gladius sine capulo, qui rex fieri frustra cupiens, invasor regni extitit; & pro hac ambitione destructis ecclesiis, earum redditus militibus suis in beneficium concessit. Rex autem Heinricus de die in diem proficiens & crescens, robustior & clarior habebatur. Cum regnũ ab antecessoribus suis ex omni parte confusum civilibus bellis & externis colligeret, pacificaret, & adunaret, signa movit contra Galliam & Lotharii regnum. Lotharius autem erat primogenitus filius Ludovici imperatoris, à Magno Carolo nati. Huic erant fratres, Pipinus, Carolus, & Ludovicus. Sub his fratribus bellum famosum factum est in Phontinich, antequam divisio regni fieret. Facta autem divisione. Pipino cessit Hispania, Carolo regnum Aquitaniæ & Vuasconiæ, ab Occidente habens terminum Barcelonam Hispaniæ urbem, ab Aquilone Britannicum mare, ad Meridiem juga alpium, ad Orientem Masam fluvium. Inter Masam vero fluvium & Rhenum, Lothario regnum cessit cum Italia, quam vivente patre regendam accepit. A Rheno usq; ad fines Illyrici & Pannoniæ, Odoram quoq; fluvium, & terminos Danorum Germania tota Ludovici regnum erat. Hæc divisio inter eos facta, inviolabiliter permansit, quo usq; jure hæreditario hæc regna omnia cederent Carolo simplici Ludovici filio, qui erat filius Caroli cognomento Calvi. Ad hunc itaq; Carolum, cui diximus regna cessisse per hæreditatem, quidam vir nomine Otto ex Orientalib. Francis venit, & ab eo susceptus, cum esset vir fortis & prudens, egit consilio suo, ut cum Danis pugnaretur, qui jam multis annis Lotharii regnum vexabant. Cumque pugnaretur cum eis, una die ex eis centum millia cæsa referuntur. Ex hoc ille Otto clarus & insignis habebatur, & à rege secundus, cũ ad eum veniret, uno tantum servulo comite contentus. Moriens autem Carolus, rogavit Ottonem beneficii sui memorem fore, ut misericordiam sibi præstitam à se, filio suo si nasceretur, nõ negaret: nam filius et nondum erat, sed regina pregnans adhuc fuit secũdum quosdam: alii vero dicunt, quod jam ferè biennis fuerit filius. Mortuo autem Carolo, Otto filium ejus, & regno pariter & nomine paterno declaravit. Sed Arnolfus imperator qui Carolum seniorem de Germania expulit, post mortem ejus omne regnum ipsius sibi vendicavit. Huic Otto & diadema & sceptrum, & cætera regalia ornamenta obtulit, regnumq; domini sui gratia imperatoris Arnolfi obtinuit, & hoc juxta quorundam relationem. Alii vero dicunt cũ propter infantiam pueri principes nimia rerum cupidine sese præire contenderunt, resq; suas p out quisq; poterat, dilataverint, nemo vero regis profectum, nemo regni tutelam quæreret, hocq; cernentes hostes, regnum undiq; incursaverint, principes tãdem pro hoc doluisse, convenientesq; in unũ, quia puer adhuc vix triennis erat, Ottonem propter sapientiam & fortitudinem suam ad tuendum regnum delegisse, nõ ut desertores, sed velut hostium incursum deligantes. Sed quia Otto dicitur regnum ipsum ab Arnolfo imperatore obtinuisse, inde usq; hodie certamen est de regno Turpi Caroli & posteris Ottonis: concertatio quoq; regib. Carolingorum & orientalium Francorum, super regno Lotharii.

Heinricus non curat unctionem & diadema Lont. Rom.

Heinricus contra Burchardum ducem Alemanniæ.

Arnoldus fortis contra stat Heinrico.

Prudentiss. sermo Heinrici ad Arnoldum.

Pontifices Baioariæ principi Baioario subjacebant.

Arnoldi visio gladius sine capulo.

Bellum famosum in Phontinich, de quo fuit in annis regni Ludovici.

Divisio regni cum pendiaria.

Otto venit ad Carolum, fit secundus à rege.

Arnolfus imperator Carolum seniorem de Germania expulit.

Certamen de regno Turpi Caroli, & posteris Ottonis

Digitized by Google

coram principibus, qui confluxerant, liberalissime contulit. Hic cum esset opibus & genere inclytus, & conjugio Gebirgæ Heinricis transrhenensis illæ, satis beatus, in nimiam præ insolentia temeritatem præceps ferebatur, multaque pro abjectione regis moliebatur. Quo agnito Carolus à Celtica cum exercitu rediens, cum bellum pararet inferre Belgis, quorum dux erat Gisilbertus, Belgæ mox non inaperto cum Gisilberto nisi sunt resistere, sed oppidis ac municipiis sese recludunt propere. Ad quos rex legatos dirigens, promisit eis se omnia donaturum, si ad se confluerent, quæ à Gisilberto prius in beneficio haberent. Quo capti mox ad regem per Sacramenta redeunt, & contra Gisilbertum pariter consurgunt. Ille vero in oppido Harburg, quod hinc Mosa & inde Gullo fluviis vallatur, alias autem immani hiatu, multoque horrore veprium tutissimum videbatur, cum paucis tunc claudebatur, Huc rex cum copiis properat, obsidionem locat hinc & inde navalem, aliàs vero equestrem. Et cum violentius instaret, Gisilbertus clam per murum dilapsus, fluvium enatando transmeavit, & cum duobus clientibus Rhenum exulaturus, pertransiens, annis aliquot apud socerum suum Heinricum patrimonio privatus, exulavit. Oppidani vero absque duce relicti, se subdiderant regi. Evoluto autem tempore, Heinricus egit apud regem, ut Gisilbertus reciperetur in gratiam, ea tamen conditione, ut beneficiis, quæ ipse insolenter deduxerat, quæque rex faventibus, sibi postea contulerat, quamdiu possessores eorum viverent, careret, ea vero, quorum possessores per annos exilii sui excesserant, regis miseratione reciperet. Recepit itaque Trajectum, Juppilam, Harstalium, Marsinam, Littam, Capræmontem, quæ à defunctis derelicta vacabant, cæteros vero qui sua habebant, ingenti cæde vexabat, donec omnia suarecipiebat. Postea multa contra regem machinans, socerum adit, ac plurimum regi adhærere dissuasit, Celticam solam regi sufficere posse asserens, Belgicam vero atque Germaniam regealio plurimum indigere, unde ut ipse dux Heinricus creari rex non abnueret, multiplici permovebat suasione. Heinricus vero cum illicita eum suadere adverteret, dictis suadentis admodum restitit, & utà nefariis quiesceret, crebro admonuit. Gisilbertus vero cum apud socerum non proficeret, nec regnum sibi parare posset, in Celticam secedit, & in Neustriam transit, sicque cum Ruperto Ottonis regis fratre, qui erat dux Celticæ, de negotio eodem consilium pertractat, suggerens ei de regni susceptione, & Caroli abjectione. Exultat tyrannus, & sine mora suadenti favet. Deliberant ergo, sibique per Sacramenta consentiunt, sicq; procedenti tempore collectis principibus rex efficitur, anno dominicæ incarnationis 922. Hæc sunt verba illius Gallici historiographi, quæ si in aliquo à præcedentibus Saxonici scriptoris dictis dissentiant, lectoris diligentia perpendat. Annus vero in quo Rupertus in regnum elevatus dicitur, ille est, qui apud nos Heinrici tertius in regno inscribitur. Rupertus post hæc à militibus Caroli interficitur, sed Rudolphus, ut dictum est, subrogatur Deinde Carolus captus, custodia manet patur.

Carolus contra Gisilbertum.

Harburg inter Mosam & Gullam fluvina.

Gisilbertus in Celticam & Neustriam secedit.

Verba Gallici historiographi.

Illud autem tempus erat, quo ut supra scriptum est, Heinricus ad dilatandum imperium suum super Lotharingos tendebat. Nam in ipsa profectione, ubi Rhenum transiit, legatus Caroli ei occurrit, & salutato eo verbis humillimis: Dominus meus, inquit Carolus, regia quondam potestate præditus, modo privatus, misit me ad te, demandans tibi, quia sibi ab inimicis circumvento, nihil jocundius, nihil possit esse dulcis, quàm de tui magnifici profectus gloria, aliquid audire, famaque virtutum tuarum consolari, & hoc tibi signum fidei & veritatis transmisit, protulitq; de sinu manũ precios martyris Dionysii, auro, gemmisq; inclusam, hoc inquiens habeto pignus fœderis perpetui & amoris vicarii, hanc partem unici solatii Francorũ, Galliam inhabitantium, postquã nos sanctus martyr ad nostrã perniciem deseruit, & ad nostram perpetuam pacem Saxoniam visitavit, cõmunicare tecum maluit. Neq; enim postquam corpus ejus translatũ est, à nobis civilia vel externa cessavere bella. Eodem quippe anno Dani & Nortmanni regionem nostram invaserunt. Rex autem divinum munus omni gratiarum actione suscipiens, reliquiis sanctis prosternitur, & deosculans eas summa veneratione veneratur. Sanctum vero Vitum, de quo legatus Caroli disseruit, Folradus quidam nomine, de Roma transtulit, & in pago Parisiaco locavit, inde regnante Ludeuuico Imperatore, translatæ sunt in Saxoniã, & ut legatus ille confessus est, ex hoc res Francorũ cœperunt minui, Saxonum dilatari, Burgundionum rex Rudolphus, qui nonnullis annis Italicis imperabat, lanceam quandam ibi à Samsone quodam comite dono acceperat, quam Cõstantini Magni sanctę Helenæ filu fuisse dicebant, quæ excepta cæterarum specie lancearum, novo quodammodo opere, novaque elaborata arte & figura, juxta mediã spinã habuit, utrobiq; quasi fenestram, & in media spina cruces ex clavis, manibus & pedibus salvatoris nostri Domini Jesu Christi affixis. Heinricus itaq; rex audiens Rudolphũ tam cœleste donum habere, ut erat Deũ timens, totiusq; religionis amator, legatis directis tentavit, si prẽmiis aliquibus posset illud acquirere. Quod cũ Rudolphus modis omnibus se nunquam acturum diceret, rex Henricus, quia hunc muneribus mollire nequiverat, minis terrere magnopere curabat, omne quippe regnum ejus cæde atq; incendiis se depopulaturum esse minitabat. Quia vero munus quod petebatur, illud erat, quod cœlestib. terrena conjunxerat, Rudolphi regis cor, Deus emollivit, justoq; regi justa juste petenti, protinus tradidit. Neq; enim pace præsente, simulati locus erat. Quanto autem amore rex Heinricus prædictum cœleste munus dilexerit, cum in multis rebus, tum in hoc præsertim claruit, quod hujus datorem non solum auri, argentique muneribus, verum etiam Suevorum provinciæ, parte non minima honoravit.

Legatus Caroli ad Heinricum cum brachio S. Dionysii.

Vitus de Roma translatus.

Lancea Constantini à Rodolpho Burgundionum rege obtenta.

Oz. lan.

Digitized by Google

tum,consilio providum,vultus nitore egregiosum. Tertium quoque filiũ genuit,nomine Brunonem quẽ Pontificis summi,ac ducis magni officium vidimus gerentem. Frater quippe ejus Otto,dũ post patris excessum regeret imperium,hunc omni literarum scientia imbutum, præsulem fecit Colonienſium. Factaque de hinc nimia perturbatione in regno,ita ut etiam filius regis Luitolphus contra patrem consentiret,pravorum consilio. Rex Otto ad disponendum regnum secedens in partes Orientis,fratri Brunoni præsuli providendas,commisit Occidentis. Ita cum magna religione usus est officio sacerdotis, & exigente necessitate, jussu regis functus est virtute magnanimi ducis. Nemo autem super hac re illum culpabilem dicat, cum Samuelem sanctum & alios plures sacerdotes pariter legamus & iudices. Duxit autem Otto filius regis vivente adhuc patre,uxorem ex gente nobilissima Anglorum filiam fratris Adelstani regis,quæ ab aliis appellatur Otgit,ab aliis Edidis. Hæc peperit ei filium,quem vocavit Lutolphum,quem ille multum dilexit, sed ipse sibi postea rebellavit. Heinricus autem rex,cum esset sedulus in exaltando gentem suam,rarus aut nullus nominatorum virorum in omni Saxonia erat,quem aut præclaro munere,aut officio aliquo non promoveret. Erat autem ingenti prudentia pollens,forma quoq; corporis regiæ dignitati decorem adiiciens. In exercitiis etiam ludi tanta eminentia omnes superabat, ut terrorem cæteris ostentaret. In venatione tam fuit acer, ut una vice 40 aut amplius caperet feras. Et licet in conviviis satis jocundus esset, nihil tamen regalis disciplinæ minuebat. Tantum quippe favorem pariter & timorem infundebat, ut etiam ludenti non crederent,ad aliquam lasciviam se dissolvendos. Perdomitis itaq; circunquaque gentibus,postremo Romam proficisci statuit,sed infirmitate correptus,iter intermisit. Infirmatus est autem in castello quod dicitur Hiemelenua,quod est inter Saxonum & Thuringorum confinia,ubi & defunctus est. Cumq; se jam gravari morbo sensisset,convocato omni populo, designavit Ottonem filium suum regem,cæteris filiis suis prædia cum thesauris distribuens. Ipsum vero Ottonem,qui maximus natu & optimus fuit,fratribus & omni Francorum imperio præfecit. Et in hoc quantæ sapientiæ fuerit & religionis,probari potest, quod eum quem potissimum & religiosissimũ noverat,licet in imperio natus non esset,regem constituit. Testamento itaque legitime facto, & rebus omnibus rite compositis,defunctus est anno regni sui 17,vitæ autem ferè 60: Translatum est autem corpus ejus à filiis suis in civitate quæ dicitur Quidilingaburg, & in basilica S. Petri ante altare sepultum,cum planctu & lacrymis plurimorum.

Bruno Episcopus Colonienſis & dux

Uxor Ottonis Angli.

Dotes Heinrici.

Hiemelenua.

Otto fit rex post Heinricum.

Quidelinberg oppidum abbatissæ constructum, al. Kranz.

ANNI HENRICI I.

ANno domini 921. Anno domini 922. Rupertus frater Ottonis regis,& pater Hugonis, machinante Gisilberto duce, genero Heinrici regis in dejectionem Caroli,regno Galliarum præponitur Anno domini 923. An.dom.924. An. dom. 925. Hiltine Augustensis Episcopus obiit, cui S. Vdalricus successit. An.dom.926. Sanguis Domini in Augiam insulam venit à quadam matrona. An.dom. 927. Burchardus dux Alemanniæ in Italia occiditur. Hermanno Alemannia committitur. An.do. 928. An.do.929. An.do.930. Herigerus archiepiscopus moritur,pro quo Hildibertus ordinatur. An.do.931. Heinricus rex Boemiam petiit. An.do 932. Dieto Vuirciburgensis Episcopus obiit. An.do.933 An.do.934. Heinricus Ungaros interfecit. An.do 935. Notingus Episcopus Constantiensis obiit,cui Cunradus successit,genere clarissimus. Anno domini 936. Henricus rex obiit. Post Marinum papam Agapitus Romanæ sedi præfuit 117. dein Octavianus 118. Leo 119. Benedictus 120. Johannes 121.

Hiltine Episcopus Augustæ Vdal.

Dieto Vuirciburgensis Episcopus. Cunradus Constan.

HISTORIA OTTONIS PRIMI.

ANno dominicæ incarnationis 937. ab urbe condita, millesimo 688. Otto Magnus Henrici filius 8i. loco ab Augusto eligitur in regnum,ab omni populo Saxonum & Francorum,regnavitq; annis 38. Electus est aũt apud Aquasgrani,ubi & mox unctus in regem,à summo Pontifice Moguntinæ sedis nomine Hildiberto,genere Franco,professione monacho,qui nutritus in Fuldensi monasterio,ad id honoris merito provectus est, ut pater ejusdem loci constitueretur, deinde ad fastigium summi Pontificatus Mogonciacæ sedis proveheretur. Erat enim vir miræ sanctitatis & præter naturalem animi sapientiam literarum scientia satis illustris. Qui ẽt inter cætera gratiarũ dona spiritum prophetiæ accepisse prædicatur. Rex autem unctione benedictionis accepta, quam sapiẽter in regni moderamine, quã fortem in adversantium certamine, quã strenuũ in religione se exhibet,facile enarrari nõ valet. Primum itaq; Barbaris ad novas res moliẽdas de sçvientibus, Bolizlaus fratrẽ suũ percussit,virum Christianum, regno fidelem,& ut ferunt,religiosum Dei cultorem. In cujus ultionem cum rex exercitum mitteret adversus Bolizlaum,primo nostri victores extiterũt, deinde pro recenti victoria securius agentes, repentina incursione omnes occisi sunt. Et bellum hoc perseveravit usque ad 15. regis imperii annum, ex eo regi fidelis servus & utilis permansit.

Otto primus decimus Ger. Imp.

Hildibertus summus Pont. Mogon. sedis.

Bolizlaus oppugnatur ab Ottone.

Post hæc antiqui hostes Vngarii venerunt,probare virtutem novi regis, & intrantes Franciã, statuerunt si possent intrare ab Occidentali parte Saxoniã. Quod rex audiens, nil moratus, cũ exercitu valido occurrit illis,fugavitq; illos à terminis suis. Cessantib.aũt bellis externis,civilia oriri cœperũt.

Bellum Ottonis cum Vngaris.

Mortuus

Mortuus est quippe Arnoldus, dux Bajoariæ, & filii ejus superbia elati, jussu regis contempserunt ire in comitatum, cujus ducatum rex dedit fratri ejus Bertholdo. Mortuus est & Sigefridus comes optimus Saxonum, qui secundus à rege procurabat Saxoniam. Cujus legationem cum sibi vendicasset affinitatis causa Dankmarus frater regis ex patre non ex matre, & regali dono cessisset Geroni comiti, afflictus est Dankmarus tristitia magna. Erat autem manu promptus, acer ingenio, bellandi peritus, cujus mater filia erat materteræ Sigefridi comitis, de qua suscepit eum rex Heinricus, & ditavit eum prædiis multis absque his quæ fuerant matris. Eberhardus quoque comes iratus, contra Bruningum quendam ex primoribus, collecta manu succendit civitatem illius vocabulo Elmeri, interfectis omnibus ejusdem civitatis habitatoribus. Pro qua præsumptione condemnavit eum centum talentis, omnesque principes qui ad hoc eum juvabant dedecore canum, quos portabant usque ad urbem regiam quæ dicitur Magedeburg. Unde commotus Eberhardus, junxit se Dankmaro, collectaque valida manu, oppugnat præsidium, quod dicitur Badiliki, in quo erat Heinricus frater regis iuvenis adhuc, dataque militibus suis præda urbis, adduxit secum Heinricum quasi vile mancipium. Dehinc cœpit Dankmarus urbem quæ dicitur Hereburg, seditque in ea, & multa inde exercuit latrocinia. Rex autem licet invitus cum multo comitatu perrexit illuc, ad reprimendam illius insolentiam. Cives autem urbis ejusdem apertis portis, introduxerunt exercitum regis. Dankmarus vero fugiens in Ecclesiam beati Petri Apostoli, stansque juxta altare depositis desuper armis, à quodam per fenestram à tergo perfossus est. Eberhardus autem Heinricum habuit secum. Qui audiens necem Dankmari, fractus animo prosternitur suo captivo, veniam petit, ac nequiter promeruit, ea scilicet conditione, ut contra dominum & fratrem suum secum faceret conjurationem, & si fieri posset, ipse sibi coronam imponeret. Heinricus vero eo tempore nimis adolescens erat, & regnandi cupiditate fervebat. Eberhardus sane Gisilbertum Lotharingorum ducem, regis fidelitate disiunxerat, cujus adjutorio regi non modice resistebat. Qui Gisilbertus quanquam sororē regis haberet uxorem, maluit tamen & ipse suscipiendi regni spe regi resistere, quam ei ut debuerat adjutorio esse. Habuerat autem rex nonnullas maximas & fortissimas copias, Hermannum scilicet Suevorum ducem, fratremque ejus Vtonem, atque Chunradum cognomine Sapientem. Qui quamvis affinitatis linea Eberhardo jungerentur, maluerunt tamen juste, si necessitas ingrueret, cum justo rege occumbere, quàm cum sanguineo injuste triumphare. Eberhardus itaque haud secus valuit Gisilbertum à regis fide se jungere, donec ei promitteret se illum regem facturum. Gisilbertus vero Heinricum hac voluit arte decipere, ut dum suo adjutorio regem vinceret, ipse regni solium obtineret, verum Eberhardus longe aliter dispositerat, voluit enim si regem posset devincere, utrosque regno privare, illudque sibi usurpare, sicut ex verbis ipsius, quæ paulo antequam occideretur, uxori suæ dixerat, possumus conijcere. Quam dum foveret in sinu, jocundare inquit in gremio comitis, in brevi lætatura in amplexibus regis. Igitur Heinricus ardens cupiditate regnandi, celebre convivium fecit in loco qui dicitur Salaveldon, & cum esset magnus ac potens, majestate & potestate regali plurimis plurima donavit, & factionis hujuscemodi socios sibi ob id plurimos conciliavit. Dein profectus in Lotharingiam, ad Gisilbertum ducem Belgicæ, cum ipso pariter & Eberhardo bellum fratri cœpit præparare. Quod cum regi esset nunciatum, primum non credidit, sed mox certificatus econtra properat lætus, non eorum multitudine territus, sed in Dei pietatem confisus. Cumque ad Rhenum cum suis perveniisset, jamq; fluvium transmeare cœpissent, Heinricus cum suis insperato, in tanta vicinitate erat, quod ab his videri jam poterat, perpauci deniq; de navibus egressi, vix equos ascendere, seseq; armis induere poterant, cum legiones adversæ non nunciantur venientes, sed intuitu ipso cernuntur præsentes. Rex aūt in altera parte fluminis, cū multitudine adhuc manens, & hæc intuens, dolorem animi motu corporis non celabat, eo quod nō adessent naves, per quas Rhenum transcendere posset. Nec tempus subitanei certaminis in ulteriore ripa constitutos aliud sinebat cogitare, nisi aut coram hostibus cadere debere, aut certe armis vitam defendere.

Danquari dotes.

Elmeri civitas incensa.

Dedecus portantium canes. Canes dedecore elisa ate. tribuum habebatur.

Hereburg à Dankmaro capitur.

Hermannus dux Suevorum, & Vto frater.

Chunradus cognomento sapiens.

Heinricum cupidus regni.

Oratio regis cruci lancea.

Recordatus itaq; populi dominus, qui repugnantes sibi Amalchitas orationib. Moysi, servi Dei, devicit, protinus de equo descendit, lacrymansq; cum omni populo, ante lanceam, in qua victoriosi clavi manib, pedibusq; redemptoris nostri affixi, erant inclusi, sese prostravit, quantumque justi viri oratio (secundū quod Jacobus ait) valeat, res manifesta probavit. Hi namq; qui in ripa ulteriori erant sarcinas & impedimenta quæq; in locum qui dicitur Xantus, transmittebant, sese invicem cohortati, hostes præcipiti cursu invadebant. Cumq; esset piscina inter hos & hostes, Saxones divisi, una pars ex adverso ruit in hostes, altera insequitur à tergo, & in medio hostes opprimentes, pauci vehementer urgebant plures. Neq; enim nostratiū supra centum armatos fuisse perhibetur, hostium vero satis magnus erat exercitus. Sed cum fronte pariter & à tergo urgerentur, qua parte potissimum cavere debuissent, in promptu non erat. Rege itaq; orante, cum ex suis nullus occumberet, hostes omnes in fugam conversi sunt, nonnullique eorum cur fugerent, ignorabant, quoniam quidem præ paucitate hostes insequentes, videre non poterant.

Ex nostris etiam fuere, qui Gallica lingua loqui sciebant, qui clamore in altum Gallice levato, exhortati sunt adversarios ad fugam. Illi socios hujusmodi clamantes arbitrati, fugam, ut clamatū est, inierunt.

inierunt. Cæſis igitur plurimis, Heinricus vehementer in brachio eſt percuſſus, & quanquam lorica triplicis fortitudo, uſque ad carnem non admitteret enſis aciem, pondere tamen percuſſionis acerbæ, brachium adeo ĕſt in livorem converſum, ut nullis medicorum curis ita mederi poſſet, quin toto illo anno percurrente, dolorem magnum ſentiret. Quidam ex Thuringis nomine Teti, mandavit ad præfectos urbium, quæ erant in Oriente partis Heinrici, de victoria regis, & quia ipſe Henricus cecidiſſet in bello, egitque callide, ut omnes ſe traderent regiæ poteſtati. Ipſi autem duæ tantum modo ex omnibus remanſerant urbes, Meresburg, & Schidingori. Qui audiens de defectione urbium ſuarum, fractuſque recenti regis victoria, cum novem tantum armatis iter arripuit, Saxoniamque jam tardius adiens, urbem Meresburg ingreſſus eſt. Quo rex comperto, & ipſe reverſus eſt, urbemque in qua frater erat, obſedit. Ille autem cum non poſſet fortiori reſiſtere, poſt duos ferme menſes tradita urbe, egreſſus eſt ad regem. Cui datæ ſunt induciæ 30. dierum, quatenus cum militibus ſibi cohærentibus ſecederet à Saxonia, ſi cui vero illorum regem adire placeret, veniæ locum haberet. Heinricus itaque diſcedens à Saxonia, Lotharingos iterum adiit, & cum duce Giſelberto aliquandiu manſit. Iterum ducitur exercitus contra Giſilbertum, & omnis regio ejus ſubjacens imperio, igni traditur, obſeſſuſque in caſtello Kieuermont, quod eſt Capræ mons elapſus fuga inde proficiſcitur. Et cum obſidio difficultate locorum parum procederet, vaſtata undique regione, reverſus eſt in Saxoniam.

Teti.

Mere burc. Schidingori.

Kieuermont id eſt mons Capra.

Eſt autem in confinio Alſatiæ caſtellum, vocabulo Briſach, de quo omnis adjacens Pagus appellatur Briſachgouue, quod fertur olim fuiſſe illorum, qui Harelungi dicebantur. Tunc autem temporis erat in ditione Eberhardi, in quo ipſe ſuorum multitudinem poſuit militum. Quorum terrore non ſolum magnam partem præfatæ provinciæ ſibi vendicabat, verum etiam circa fideles regis miſere laniabat. Ad quod obſidendum rex profectus cum caſtra poſuiſſet, conſilio, ut fertur, Friderici Moguntinæ ſedis archiepiſcopi ex ponte fixis in circuitu tentoriis, ſed noctu relictis, à fide defecerunt: deſerentesq; regem, clam domũ redierũt, Friderico ſubdole ibi remanente, ut fertur. Erat autem idem Fridericus ſucceſſor Hildeberti prædicti ſancti viri, & ipſe quantũ ad humanũ judiciũ bonis operib. deditus, niſi quod adverſa iorũ domini ſui regis fovebat partibus, quod quidem fama multis cõmendabat ipſe vero omni annuſu negabat. Milites vero regis conſiliantes pontificum diſceſſionem, ſuadebant ei, ut & ipſe Saxoniam repetens, hanc deſereret regionẽ. Quib rex imperterritus, ut Judas Maccabæus ſuis quondam: Nolite, ait, talia loqui, & ſi appropinquaverit tempus noſtrũ, moriamur omnes in virtute, & nõ inferamus crimen gloriæ noſtræ. melius eſt enim pro vera juſtitia mortem ſubire, quàm fugiendo turpiter vivere. His & aliis talibus dictis non ſolum eos à fuga propoſito revocavit, verum etiam vehementer ut pugnarent animavit.

Mons Briſiacus dictus apud Antoninum opidum alio quando nobilissimum Harungorum.

Briſacum obſidetur ab Ottone rege. Ottonibus ſemper ne quidem cum monete uſus eſt. V. de German. lib. cap. 3.

Comes quidam cum eo tunc erat, cujus militũ multitudo regis aciem condecorabat. Hic videns plurimorũ ab rege defectionem, reputabat ſecum, nihil ſibi tunc à rege negari propter inſtantem neceſſitatẽ, rogavitq; ſuis ſuorũq; uſibus concedi abbatiam Laureshey menſem. Rex autem intelligens quid petitio illa portenderet, ei cõram omnibus ait: Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Quis enim ſanum ſapiens ignorat, te hæc non humilitate petitionis, ſed cõminationis autoritate dixiſſe. Scriptum eſt: Nolite ſanctum dare canibus. Quod quamvis ſpiritualiter intelligendum prædicetur, ego tamẽ ſanctum me canibus dare judico, ſi monaſteriorum prædia, quæ à religioſis viris tradita ſunt Deo, militantibus tulero, & ſeculo militantibus tradidero. Tibi vero tam procaciter injuſta petenti, ſub teſtimonio totius populi, nec hoc, nec aliud unquam te à me accepturum teſtificor. Si tibi cordi eſt cum cæteris infidelibus avolare, quanto citius, tanto melius. His ille auditis, rubore perfuſus, ad pedes regis corruit, ſeſeque peccaſſe coram omnibus pœnituit.

Comes petit Laureshey menſis cum bis provenit.

Memorabilis Vita Ottonis.

Eberhardus autem & Giſilbertus audientes regem eſſe in partibus Alſatiæ, collecto permagno exercitu, alveum Rheni apud Andernacum tranſeunt, regis fideles circumquaq; demoliri procedunt. Vto ſanè frater Hermanni ducis Suevorum, nec non & Chunradus cognomento Sapiens, ipſis in partibus erant: ſed quia eorum copiæ illorum copiis impares extiterant, his occurrere trepidabant, eos tamen cum ſpoliis multis redeuntes pone ſecuti ſunt. Cumque paululum proceſſiſſent, quidam ſacerdos flens & ejulans eis obviavit: interrogatusque ab eis unde veniret, aut cur fleret: Ab iſtis inquit, prædonibus unicum paupertatis meæ ſolatium quod habui, ablatũ eſt jumentum. Quem cũ interrogarent, ſi Giſilbertum & Eberhardum vidiſſet, aut ubi eſſent? Cunctis, ait, cũ præda Rhenum tranſmiſſis, ipſi ſoli cum ſuis electis, quod nec bene vertat, cibum capiunt. Hoc illi audientes, ſumma cum celeritate ſuper eos irruunt, moxque Eberhardus occiditur. Giſilbertus vero in fluentem equo proſiliens undis ſubmergitur: quas quia abſorbere non potuit, anima recedente defecit, cæterorum vero nullus aufugit, quin aut vivuus caperetur, aut gladio truncaretur. Cujus rei nuncius cum regi juxta conſuetudinem mane ad eccleſiam, quæ longe à caſtris aberat, tendenti occurreret, mox de equo deſcendit, ſeſeque cum lachrymis Deo gratias agens, in oratione dedit: qua expleta, itinere cœpto ad eccleſiam pertendit. Hujus tamen eventum rei Gallicus ille ſcriptor, cujus ſuperius mentionem feci, aliter narrat, dicens: Ludovicus Caroli filius, qui de tranſmarinis partibus revocatus, tunc regnavit in Gallia cum Hugone Ciſalpino principe in pago Alſatio, Belgas ex-

Vto. Cunradus ſapiens

Eberhardus occiditur

Giſelbertus aquis ſuffocatur.

Gallicus ſcriptor.

teriores, qui ad se nondum venerant, asciscebat: & qui Ottonis partibus favebant, ultra Rhenum fugere cōpellebat. Præsenserat etenim Ottonem velle Belgicam in suum jus transfundere: unde & truculentius contra illum agitans, quicunq; illius videbantur, à Belgica exturbavit: qui vero sibi cōsentiebant, consilio Gisilberti ducis Belgicæ, & Theoderici comitis, sacramento sibi astringebat. Otto vero Belgas comperiens à se defeciſſe, & ad Ludovicum confluxiſſe, Rheno transmisso, Belgicam cum exercitu ingreditur, ejusq; loca plurima incendiis, ac ingenti præda devastat. Nitebatur enim, ac si ex paterna traditione, princeps fieri Belgicæ. Id vero contra jus agere calumniabatur, cū ejus pater propter Sclavorū infestationē Saxoniæ tantum, quæ est pars Germaniæ, dux constitutus sit eo quod Carolus Ludovici pater, cui rerū summa debebatur, tūc adhuc in cunis vagiret. Multam itaq; prædā Otto abducens, Rhenum transit. At Gisilbertus dux dedecoris injuriā ultū ire festinās, collecto exercitu post hostē accelerat: transiensq; Rhenū, terrā illā solotenus incendiis ingentib. vastat, armentorum etiam pecudumq; prædam nimiā exercitus congregat, & abducit. Jam vero flumen ingredi parabant, & ecce Otto ex tota Saxonia collectas copias accelerantib. induxit. Belgæ itaque cum duce suo indubitanter renitentes, cū Germanis secus flumē signis infestis congressi sunt, & ex utraq; parte multi funduntur. Qua die Germanorum victoria ægre sustentata, tamen enituit. Nā cū duæ tertiæ eorū fusæ jacerēt, & Gisilbertus suos defeciſſe adeo, adversarios aūt illæsos arbitaretur, in tanta cōfusione rerū, fuga periculum evadere nitebatur, in fluentūq; equo prosiliit. Qui cū fluminis pelagus enatare non posset, vi undarum victus, periit, sessorēq; immersit. At Belgæ interitū ducis ignorantes, totis virib. decertabant, tantoq; egerunt robore, donec post execrabilem innumerabilemq; interitum eorum qui relicti fuerant, alii caperentur, alii in fluvium demergerentur. Ludovicus autem rex Gisilbertum extinctum comperiens, multā in ejus casu miserationem habuit: profectusq; in Belgicam, uxorem ejus Gerbirgam, Ottonis sororem, conjugio duxit. Hac occasionis diversitate, uno tamen exitus fine, necem ducis uterq; scriptor, Gallicus scilicet & Saxonicus testatur: penes lectorem vero erit, cui magis credatur.

Otto Belgicam vastat.

Gisilbertus contra Ottonem.

Paul. Aemil. lib. 3. de reb. gestis Francorum. Gisilbertus dum Rhenū transire tentantem arcere conatur, ipse rapidate altitudine aquæ amnis submergitur. Hactille, Bertholdus Bajoariorum dux Ottoni favet.

Hoc in tempore Bertholdus Bajoariorum dux, Arnoldi ducis frater, vir strenuus, toto conamine favebat regis partibus. Volens itaq; rex, ut quemadmodum tribulationis præteritæ, ita & lætitiæ præsentis fieret particeps: sequenti statim die ut de morte adversariorum audivit, quāta erga se Dominus fecerit, directis nunciis ei aperuit. Et cum conjugali connubio minime tenebatur, in augmētum lætitiæ demandavit sub juramento, ut si sororem suam scilicet Gisilberti viduam posset habere, eam conjugio illi copularet: si vero hoc minus procederet, filiam ipsius Gisilberti ex eadem sorore sua genitam, quam penes se habebat ferè jam nubilem ei jungeret. Quo audito, Bertholdus immenso est gaudio affectus, elegitq; nondū nubilem potius filiam expectare, quàm matrem quæ jam nupserat tollere. Fridericus igitur archiepiscopus, ut infidelitas quam occulte gestabat, cunctis pateret, decē diebus ante necē prænominatorū discessit à rege, Mogontiamq; concitus veniens, nil ibi moratus, Metensem urbem adit. Dispoſuerat enim Heinricus frater regis redeuntibus Eberhardo & Gisilberto cum eodem Friderico illic exercitum congregare, sicq; regi in Alsatia manenti, bellum maximū præparare. Cūq; illō tenderet idem archiepiscopus, insperato occurrentes ei nuncii, mortem jam sæpius nominatorum ei indicaverunt. Quo audito consternatus animo, quid ageret ignorabat. Interea rex Alsatiam deserens, Franciam occupabat. Cujus metu Mogontiæ cives perterriti, redeuntem archiepiscopū intra urbis mœnia non suscipiunt. Unde factum est ut nō multo post à quodam regis fideli captus, & in sui præsentiam ductus, custodiæ in Saxoniam sit traditus. In qua parvo tempore commoratus, miseratione regis ut erat clementissimus, pristinæ dignitati est restitutus. Henricus autem fratris timore compulsus, castellū Kieuermont non solum ingeniis hominū, verum ēt natura ipsa munitum ingredi voluit, sed soror eius vidua Gisilberti eum prohibuit, dicens ad eū: Non te miseriarum mearum, quas perempto marito meo perpetior, piget, quin ēt munitionibus meis te includendo, regis iram super hanc regionem velut aquam effundas. Nō patiar: nec enim tanta vecordia mihi erit innata, ut ex meis incommodis tua compares cōmoda. His auditis, Heinricus Lotharingos deseruit, & in regnum Ludovici secessit. Præfecit autem rex regioni Lotharingorum Ottonē filium Richuuini ut regnum procuraret, & nepotem suum Gisilberti filium, bonæ spei puerulum, nomine Heinricum, nutriret. Henricus autem frater regis dū aliud quid faceret ignoraret, assumptis secum quibusdam episcopis, quorū juvaretur auxilio, quædam die nudis pedibus ad pedes regis ipso ignoránte, pervenit, supplexq; misericordiam imploravit. Cui rex ait: indignum facinus tuum veniam non meretur, verū quia video te humiliatum cōram me, non inducam malum super te. Jussit itaq; rex eum ad Ingeleheim proficiſci, solertiq; cura eum custodiri, quo ad remota paululum mentis ægritudine, quid super eo faceret, consilio prudentum definiret. Post hæc vicina sibi semper clementia, quantis urbibus illius visibus concessis, permisit eum in Lotharingorum regione habitare. Deinde in processu temporis defuncto duce Bajoariorum Bertholdo, monitu, & intercessione sanctæ matris suæ, præfecit eum regno eidem, faciens cum eo concordiam & pacem, in qua etiam fideliter permansit in finem. Erat autem ipse Heinricus copulatus matrimonio filiæ ducis Arnoldi fœminæ egregiæ formæ, mirabilisque prudentiæ. Igitur cum bella intestina simul & externa cessarent, legesq; divinæ & humanæ autorali vigore pollerent,

Otto relicta Alsatia, Franciam occupat. Evictum archiepiscopum Mogunt. excludunt à Mogontia.

Henricus fratri regis fit supplex.

Henricus in Ingelheym custoditur.

Henricum præficit eum regno Lotharingiæ.

gravis

Digitized by Google

gravis perſecutio monachis oritur illis diebus, affirmantibus quibuſdam pontificibus, melius viri paucos vita claros, quam plures negligentes in monaſteriis eſſe, ideoque oportere converſationes eorum per monaſteria perſpicere, & non bene converſantes abiicere, obliti niſi fallor ſententiæ patrisfamilias perhibentis, ſervos zizania de tritico non eruere, ſed ſinere utraque ad meſſem creſcere, ne uno incaute eradicato, damnum fieret in altero. Quod & in his factum eſt. Nam plures propriæ infirmitatis conſcii, depoſito habitu, & relictis monaſteriis, grave onus ſacerdotum devitabant. Fuerunt plures, qui ſummum pontificem Fridericum hoc non pure, ſed ſubdole effeciſſe arbitrati ſunt, quatenus virum venerabilem, regique fidelem, Hademarum abbatem Fuldenſem, ſi quo modo poſſet, dehoneſtaret. Ipſe enim abbas vir erat magnæ prudentiæ & induſtriæ, ſub cujus temporibus Fuldenſe templum famoſum eſt igne conſumptum, ſed ab eo in melius reſtauratum. *Hic* eundem Epiſcopum ſecunda conjuratione culpabilem ſub cuſtodia tenuit, primũ quidem honorifice: ſed cum literas ab eo ſcriptas reprehendiſſet, ſatis ſevere. Pontifex vero dimiſſus, dum ultionem quæreret, nec contra tantum virum prævaleret, humilima monaſteria ſtatuit tentare, ſi forte ad excellentiſſima poſſet æqualiter procedere. Sed hujuſmodi ſimulationes incaſſum profuſæ ſunt: nam abbas in gratia & amicitia regis permanſit, & cauſis intercurrentibus, Pontifex quod voluit, non implevit. Rex autem de die in diem proficiens, paterno regno non contentus, abiit in Burgundiam, regemque cum regno in ſuam accepit poteſtatem. Defuncto autem Ottone Lotharingorum præſide, ac regis nepote Heinrico Giſelberti filio, ducatum regionis Chunrado rex conceſſit, cui & unicam filiam ſuam Luitgardam deſponſavit: qui erat adoleſcens acer & fortis, domi militiaque optimus, commilitonibus ſuis charus. Huic Luitolfus filius regis nimia dilectionis familiaritate aſtrictus eſt. Poſt hæc rex Otto cum Ludovico rege per legatorum interventum conciliatur, quod eidem Ludovico poſtea multum profeciſſe probatur. Soror autem regis Gerbirga genuit Ludovico filios duos, Carolum & Lotharium, qui & patri poſtea ſucceſſit. Ludovicus itaque à ducibus ſuis circumventus, primum à Rhodomenſibus, ad quos Hairoldum filium Thurmodi Bajocenſium principis fugiens, ſolus ingreſſus eſt, capitur, *H*iorolddoque traditur: ſed dato minore filio obſide, dimittitur, ſtatimque à duce Hugone captus, Lugdunum ſub cuſtodia publica eſt miſſus. His auditis, rex ſuper amici fortuna fatus doluit, imperavitque expeditionem in Galliam contra Hugonem in annum ſecundum. Ille annus notabilis factus eſt, de morte Edidis reginæ, 7. kalend. Febr. defunctæ, quæ nata ex gente Anglorum, non annus ſancta religione, quam regali potentia claruit. Decem annis regni conſortia tenuit, undecimo obiit. Saxoniam vero 19. annis inhabitavit. Reliquit filium nomine Luitolfum, omni virtute animi & corporis, ea ætate nulli ſecundum: filiam quoque nomine Luitgardam, quæ nupſerat Chunrado duci. Sepulta eſt autem in civitate Magdeburgenſi. Poſt cujus exceſſum rex omne ſtudium transfert in filium: factoque teſtamento, creavit eum regem poſt ſe. Ipſe autem tener adhuc erat adoleſcens annorum 16. Rex autem in Galliam proficiſcens, expeditione feſtinat intrare regnum Caroli, cauſa vindicandæ injuriæ amici ſui Ludovici. Quod audiens Hugo, legatione miſſa jurat per animam patris ſui, quod tanta ſibi armorum copia eſſet, quantam rex nunquam vidiſſet: addiditque contemptum loquendo vane tumideque de Saxonibus, quia imbelles eſſent, & quia facile poſſet una potione ſeptem Saxonica tela abſorbere. Adhoc rex famoſum ſatis reddidit reſponſum, ſibi fore tantam multitudinem pileorum fœminorum, quos ei repræſentari oporteret, quantam nec ipſe, nec pater ſuus unquam videret: & revera cum eſſet magnus valde exercitus, 30. ſcilicet duarumque legionum, non eſt inventus, qui fœnino non uteretur, pileo, niſi abbas Corbejus, cum tribus ſuis ſequacibus. Dimiſſus igitur Ludovicus occurrit regi, jungiturque cum ſuis ejus exercitui. Occurrit eis cum magna expeditione & Chunradus rex Genaurorum, quem Ludovicus etiam vocavit in auxilium. Juncti ergo pariter Lugdunum adeunt, ſed eam locorum aſperitate capere non valentes, Remenſem civitatem expetunt, ubi nepos Hugonis ducis Hugo contra jus & fas ſubrogatus erat epiſcopus, legitimo pontifice adhuc ſuperſtite. Vrbem vero armis capientes, injuſtum ſacerdotem expellunt, legitimumque ſedi propriæ reſtituunt. Poſt tres itaque menſes rex Saxoniam cum incolumi exercitu rediit, omnib. quæ armis exquiſita ſunt Ludovico regi relictis. *H*ugo aũt expertus potentiam regis, Saxonumq; virtutẽ, non paſſus eſt eos ultra terminos ſuos hoſtiliter intrare: ſed anno ſequenti in eandem expeditionem regi pergenti occurrit, juxta fluvium qui dicitur Kar, & juxta imperium regis, cum domino ſuo Ludovico pactum iniit, manus dedit, utilisq; perinde manſit. Concurrentibus autem undiq; ad regem proceribus, venit & vir ditiſſimus Suevorum dux Herimannus, qui poſt congratulationis affabilitatem, talibus eſt regem aggreſſus ſermonibus: Non clam domino meo eſt, me prædiorum latitudine ac pecuniarum univerſitate prædivitem, abſq; liberis eſſe: nec eſt præter unicam filiam meam parvulam qui mearum rerũ hæres exiſtat, me excedente. Placeat itaq; tibi domino meo regi filium tuũ Luitolfum mihi adoptare in filium, quatenus unicæ filiæ meæ conjugio copulatus, mearum rerum fiat hæreditate magnificus. Placuit regi conſilium ducis, & quod popoſcit, ſine dilatione cõplevit. In brevi poſt hæc ſocer moritur, cum ducatu, omni poſſeſſione derelicta genero. Quiaccepta po-

Perſecutio gravis in monachos.

Monachalis habitus deponitur.

Hademarus abbas Fuldenſis.

Cunradus fit rex, defuncto Ottone.

Ludovicus capitur.

Forte Rothomagenſib. vel forte Belvacenſibus.

Edidis regina moritur.

Luitolfus. Luitgarda.

Superbia Hugonis qui aſſimilatus eſt Capetes.

Schaubüt.

Exercitus 30. legionum cum pileis ſtramineis. Vide Alb. Krantz. lib. 8 cap. 23.

Krantz. habet præter Fuldenſem abbatem

Herimannus dux Suevorum petit Luitolfum Ottonis filium adoptare.

teſtate, animum tranquillum quem in puero geſſit, exuit: armatumque militem in Italiam ducens aliquantis ibi urbibus captis, & ſub cuſtodiam traditis, redit in Franciam.

Luitolfus in Italiam.

Berengarius auarus homo regnat in Italia.

Eo tempore uſurpato imperio, regnavit in Longobardia homo ferus & avarus, & qui omnem juſtitiam pecunia venderet, Berengarius: qui ad eundem regem Ottonem quondam venit, *Hugo*nem regem Italiæ fugiens, benigneque ab eo tractatus, cum multam pecuniam *Hugo* pro eo dare vellet, non eſt redditus. Hic cum poſtea depulſo *Hugone* regnaret, veritus virtutem ſingularis prudentiæ reginæ Adelheidis, à Lothario Hugonis filio relictæ, in multis eam adflixit, quo tanti decus ſplendoris aut extingueret, aut certe obſcuraret. Hæc autem filia fuit Rudolfi regis Burgundionum, & in Italia regnavit, & dominæ Berthæ reginæ Burchardi Alemannorum ducis filiæ, quam defuncto Rudolpho, rex Hugo in conjugium duxit, filiamque illius filio ſuo Lothario copulavit.

Otto contra Bolizlaum regem Boemorum.

Illo in tempore proficiſcitur rex in militiam contra Bolizlaum regem Boemorum: & cum capienda eſſet urbs, quæ dicebatur Nova, in qua clauſus obſidebatur Bolizlai filius, prudenti rex conſilio diremit prælium, ne miles in capiendis hoſtium ſpoliis, aliquod incideret periculum. Conſiderata itaque virtute regis, & innumera exercitus multitudine, Bolizlaus egreſſus urbe, maluit tantæ majeſtati ſubinci, quam ultimam perniciem pati. Sub ſignis igitur ſtans, & regem audiens, reſponſaque reddens, veniam tandem promeruit. Inde rex plena victoria glorioſus factus, in Saxoniam eſt regreſſus. Cumque virtus præfatæ reginæ illum non lateret, ſimulato itinere Romam proficiſci ſtatuit. Et ubi Longobardiam intravit, amorem reginæ prædictæ muneribus ſuper ſe probare tentavit. Quo fideliter petito, in conjugium ſibi eam ſociavit, & cum ea urbem Papiam, quæ ſedes eſt regni, obtinuit. Quod audiens filius ejus Luitolfus, triſtis ab eo diſceſſit: profectusque in Saxoniam, aliquandiu moratus eſt in loco conſiliis funeſto Salaveldon. Rex vero in Italia celebratis juxta regalem magnificentiam nuptiis, proficiſcitur inde cũ novi matrimonii claritate, acturus proximũ paſcha in Saxonia. Perſuaſus quoq; rex Berenganus à Chunrado duce, cui Papia cum præſidio militari relicta erat cuſtodienda, regem ſubſecutus eſt in *Germaniã*, pacem cum eo facturus, & per omnia juſſis ejus obtemperaturus. Qui regiam veniens ad urbem, juſſus eſt in hoſpitio ſibi parato manere: neq; enim faciẽ regis per triduum promeruit videre Quod ægre tulit Chunradus, qui eum adduxerat, pariterq; Luitolfus filius regis, qui unum cum eo ſentiebat. Poſt hæc rex regem alloquitur, & in gratiam regis ac reginæ ſuſceptus, deditionis ſponſionem dat, fœderiſq; ſpontanei diem locumq; urbem Auguſtam deſignat. Vbi cum conventus fieret, Berengarius manus filii ſui Adelberti manib. ſuis implicans, coram omni exercitu famulatui regis cum filio ſe ſubjugavit, & ita dimiſſus cum gratia & pace in Italiam remeavit. Ibi miræ magnitudinis lapis tonitru ac tempeſtate jactus de cœlo, ingens miraculum multis præbuit. Nati ſunt autem regi filii ex ſereniſſima regina, primogenitus Heinricus, ſecundus Bruno, tertius paterni nominis majeſtate deſignatus, quem jam tum poſt patrem dominum ac patrem ſperabat orbis univerſus: filiam quoq; ſanctæ matris vocabulo inſignitam, Luitolfus autem filius regis, & Chunradus gener ipſius, nova quædam moliuntur contra regem. Quod cum eũ non lateret, circa kalend. Julii moto exercitu contra eos, obvias urbes partis adverſæ, aut armis, aut deditione cepit, quouſq; Moguntiam perveniret, quam filius jam cum exercitu intravit, patremq; dictu miſerabile, armatus expectavit. Ibi plus quam civile omniq; calamitate acerbius bellum cœptum eſt: machinæ multæ muris admotæ, ſed ab urbanis deſtructæ ſunt vel incenſæ: crebræ ante portas pugnæ, raro forinſecus ſtationes fuſæ. Cunctando enim res variabant, dũ dominatorem regni foris, intus ſucceſſorem timebant. Obſidio itaq; dum ſexaginta fermè dies excederet, ſermo fit de pace: unde datur obſes in urbem, conſobrinus regis Ekbertus, quo liber in caſtra illis pateret acceſſus. Filius cum genero caſtra ingreſſi, regalibus veſtigiis proſternuntur, ſpondentes pro ſcelere omnia ſe paſſuros, ut auxiliarii tantum amici nihil mali paterentur. Rex autem non inveniens quomodo meritas pœnas filio inferret, fautores inſidiarum expoſtulat. Illi autem juramentis vicariis obligati, & quodammodo arte antiqui hoſtis conſtricti, hoc omnino negabant. ſicque infecta re, in urbem redibant. Ekebertus autem, qui obſes datus erat in urbẽ, ſuaſibilibus verbis regi fit adverſus, cum & antea propter correptiones ejus illi fuiſſet iratus. Sequenti igitur nocte, Bijoarii comites Heinrici fratris regis, relicto eo, juncti ſunt Luitolfo, cũ quib. ipſe pergens, urbem regiam Ratiſponam cepit, cũ cæteris in ea regione munitiſſimis, omnemq; pecuniã ducis Heinrici ſuis militib. diviſit: conjugem ejus cum filiis & amicis non ſolum urbe, ſed & regione excedere coegit. Hæc omnia fiebant conſilio Arnoldi junioris, fratrũq; ſuorum, eo quod ipſe Heinricus paternũ haberet ducatum. Rex vero filium ſubſequens, urbem Ratiſponam obſidione circundedit: ſed cum multitudo machinas urbi applicari non ſineret, ſatis dure interdum ab utriſq; pugnatum eſt pro muris. Vrbani crebris attriti prœliis, fame quoq; periclitari cœperunt. Vnde Luitolfus urbe egreſſus, cũ principalib. viris pacem poſtulat, ſed non impetrat, quia patri obedientiam negat. Reverſus vi, in urbem portam orientalẽ obſidentẽ armis cõperit Geronẽ, tot victoriis, quot prœliis clarum. A tertia igitur hora uſq; in nonam, cum acriter pugnaretur ante portã urbis, equo cadente, aſcenſor Arnoldus armis exutus, illicoq; telis perfoſſus, occubuit. Poſt biduũ à mulliere famẽ urbis fugiente, mors illius notificatur, dũ antea neſciretur. Cujus morte urbani ſatis conſternati, jã de pace tractabant.

Salveldia locus quarationi ſolitus

Auguſta conventus.

Lapis miræ magnitudinis.

Filii Ottonis Heinricus, Bruno, & Otto.

Filius contra patrem.

Moguntia 60. diebus obſeſſa.

Ratiſbona à Luitolfo & Arnoldo capitur

Ex Kranz lib. 4 cap. 5.

Otto comes totius Bavariæ quot pugnis clarus.

Proinde

Proinde interventu principum Luitolfus iterum de urbe progressus, dum mense integro & dimidio obsideretur, pacem obtinuit, usque ad condictum diem, dum de his causis dijudicaretur, locusque concilii apud Friteslari notabatur. Rex inde in patriam reversus est, Heinricus vero novam urbem obtinuit: Ratispona proxima nocte penè tota exusta est. Post hæc exercitandi gratia cum rex venationem ageret, in loco qui dicitur Suueldon, filius patri nudatis plantis prosternitur, intima tactus pœnitentia, patris primum, deinde omnium præsentium movebat lachrymas. Amore itaque paterno susceptus in gratiam, spondet se obtemperaturum omni paternæ voluntati. Interea summus pontifex Fridericus ægrotare nunciatur, propter regis placitum modice differtur. Defuncto pontifice, universalis conventus populi celebratur. Mogontia post annum dimidium cum omni Francia regi traditur. Filius & gener in gratiam susceptus sunt, qua & in finem fideliter usi sunt. Rex ingressus Saxoniam circa kalend. Jul. obvios habuit legatos Vngariorum, tanquam ob antiquam fidem & gratiam eum visitantes: revera autem, ut quibusdam videbatur, eventum belli civilis considerantes. Quos cum secum aliquantis diebus retinuisset, & aliquibus munusculis donatos, in pace remisisset, audivit à nunciis fratris ducis scilicet Baioariorum, quia ecce Ungarij diffusi invadunt terminos tuos, statuuntque tecum inire pugnam. His auditis quasi nihil laboris præterito anno toleraset, cœpit ire contra hostes, sumptis secum paucis admodum ex Saxonibus, eò quod jam bellum Sclavonicum urgeret. Castris igitur positis in Augustæ urbis confiniis, Francorum & Baioariorum multitudo eiocurrit. Cum valido quoque venit equitatu in castra dux Chunradus, cujus adventu milites erecti, jam optabant non differri certamen. Erat dux idem natura audacis animi, & quod rarum est audacibus, bonus consilio, & dum pedes & dum eques iret in hostem, bellator intollerabilis, domi ac militia charus sociis. Igitur ab vtrisque exercitus latrocinantibus agminibus notificabatur, non longe ab invicem forè uterque exercitus. Jejunio itaque in castris prædicato, jussum est omnes ad bellum paratos esse crastino. Primo diluculo surgentes, pace data & accepta, operaque sua primum duci, deinde ab uno quoque alteri cum sacramento promissa, erectis signis, numero quasi octo legiones procedunt è castris. Ducitur exercitus per aspera & difficilia loca, ne daretur hostibus copia turbandi sagittis agmina, quibus utuntur acerrime, arbustis ea protegentibus. Primam & secundam & tertiam legionem direxerunt Bajoarii, quibus præfuerunt præfecti ducis Heinrici: nam & ipse bello aberat, eo quod valetudine corporis laborasset, qua & mortuus est. Quartam legionem ordinaverunt Franci, quorum rector ac procurator erat dux Chunradus. In quinta quæ erat maxima, & quæ dicebatur regia, ipse princeps erat vallatus lectis ex omnibus militum millibus, alacrique juventute: coramque eo angelus (sic enim vocabitur vexillum ejus) densо agmine circumseptus. Sextam & septimam legionem constituerunt Suevi, quibus præfuit Burchardus, cui nupserat filia fratris regis. In octava erant Boemi electi milites mille, armis potius instructi, quam fortuna: in qua & sarcinæ omnes ac impedimenta quæque, quasi ipsi esset tutissima quæ & novissima. Sed aliter res acta est. Nam Ungari nihil cunctantes Licum fluvium, qui Lech dicitur, transierunt: circumeuntesque exercitum, extremam legionem sagittis lacessere cœperunt, & impetu, cum ingenti vociferatione, facto, aliis cæsis, aliis captis, sarcinis omnibus potiti, exteros legionis illius armatos fugere compulerunt. Similiter septimam & sextam aggressi, plurimis ex eis fusis in fugam verterunt. Rex autem cum advertisset bellum ex adverso prætendi, sed post tergum novissima agmina perichtari, misit illuc ducem Chunradum, cum quarta legione qui veniens captivos eripuit, prædam excussit, latrocinantiaque hostium agmina perturbavit. Fusis latrocinantibus undique adversariorum agminibus, dux ad Regem revertitur, signis victricibus, mirumque in modum cunctantibus, veteranis militibus gloria victoriæ assuetis, cum novo milite, & terè bellandi ignaro, triumphum peregit. Totum igitur pondus prælii jam exadversо esse rex conspiciens, exhortationis gratia suos allocutus est, monens eos antiquarum victoriarum, & rerum sedulo bene gestarum, & ut modo in patria non cederent, qui sæpius & in aliena terra victores existerent, & postquam hujusmodi verba plurima dedit, ad ultimum intulit: Plura loquerer milites mei, si nossem verbis virtutem, vel audaciam animis nostris augeri, modo melius gladiis quàm linguis incipiamus. His dictis arrepto clipeo ac sacra lancea, ipse primus equum vertit in hostes, fortissimi militis, ac optimi Imperatoris officium gerens. Hostium audaciores primum restiterunt, deinde ut socios terga vertere viderunt, obstupefacti, nostrisque intermixti extincti sunt. Cæterorum vero alii equis fatigatis, villas proximas intrant, circumfusique armatis cum mœnibus pariter concremantur, alii flumen contiguum transnatantes, dum ripa ulterior ascendentes non sustinet, flumine obvolvuntur & pereunt. Chunradus autem dux fortiter pugnans, animi fervore & solis ardore, qui eo die nimius erat, æstuavit, vinculisq; loricæ solutis, dum auram captavit, vulnere sagittæ in adverso gutturis defixæ cecidit. Cujus corpus imperio regis honorifice collectum, transportatur Vuormaciam, ibique sepelitur cum fletu & planctu omnium Francorum. Ipsa vero die belli invasa sunt castra, & captivi omnes erepti, secundo die aût ac tertia à vicinis urbibus reliqua multitudo in tantum consumpta est, ut nullus aut rarus evaderet. Tres duces

Fritslaria conventus.
Ratisbona exusta.
Luitolfus nudatis plantis patris supplex.
Fridericus Mogontinensis episcopus ægrotat.
Alb. Aquicin. Germaniam dicit.
Castra Augustæ contra Vngaros.
Irruptio in castra Ottonis.
Legionum ordo.
Quinta legio maxima. Vexillum Ottonis, Angelus.
Extrema legio ab primis impetitur ab Vngaris.
Chunradus cum quarta legione in hostes Vngaros.
Oratio Ottonis regis ad suos.
Gladiis quam linguis utendum est.
Chunradus ex sagitta aperit Vuormatiæ sepelitur.

Tres duces Vngarica gentis suspendio crepuerunt.

gentis Vngaricæ capti, ducique Heinrico præsentati, mala morte, ut digni erant, multati sunt, suspendio nanque crepuerunt. Triumpho celebri rex factus gloriosus, ab exercitu pater patriæ ac Imperator est appellatus.

Gratitudo Ottonis pro victoria.

Decretis proinde honoribus, & dignis laudibus, summæ divinitati per singulas Ecclesias, hoc idem sanctæ matri suæ per nuncios demandans, cum tripudio ac summa lætitia Saxoniam revertitur, & à populo suo libentissime susciptur. Neque enim tanta victoria quisquam regum intra decentos annos ante eum lætatus est. Rebus igitur rite compositis, per omnem Franciam, Saxoniamque, & vicinas circumquaq; gentes, Romam proficisci statuens, Longobardiam perrexit. Vbi qualiter regem Longobardorum, Berengarium multa mala cum filio suo Adelberto, Ecclesiis Dei inferentem, duobus annis obsederit, captumq; cum conjuge & filiis in exilium miserit, Romanos duobus præliis vicerit, duces Beneventū subjecerit, Græcos in Calabria & Apulia superaverit, interra Saxonica venas argenti aperuerit, imperium cum filio sibi æquivoco quàm magnifice dilataverit, majoris est operis, ideoque conscribi non valet à nobis. *Hoc* tantum breviter notandum, quod à Johanne Papa literis suppliciter exoratus, quatenus pro amore Dei, sanctorumq; Apostolorum Petri & Pauli, sanctam Romanam Ecclesiam ex faucibus Berengarii, suorumq; liberaret, aliorumque multorum Episcoporum, alteriusque ordinis & laicorum quæstibus motus, filium suum Ottonem contra morem priorum in puerilib, annis regem constituens, in Saxonia dereliquit, ipse collectis copiis Italiam percitus venit. Berengarium cum uxore sua Vuilla, & filio Adelberto captivos Babenberg in exilium misit, ubi & idem Berengarius defunctus & sepultus est. Ipse vero Romam veniens mirifico apparatu susceptus, & ab eodem Apostolico Johanne imperiali unctione & benedictione sublimatus, Imperator & Augustus est appellatus. Aliquanto autem tempore in partibus illis commoratus, filium suum Ottonem ad se venire fecit, qui & in natali Domini coronam regni ab Apostolico accepit. Missa etiam legatione Constantinopolim, filiam Imperatoris Theophanii nomine inde accepit, quam celebratis in Italia nuptiis, eidem filio suo conjunxit. Post hæc regressus de Italia Imperator Otto, cum filio rege Galliam ingressus est, inde Germaniam transiturus, & proximum Pascha Quitilingaburg celebraturus. Mansens autem ibi decem & septem diebus, descendit inde, Ascensionem Domini apud Meresburg celebraturus.

Vide Alb Krantz. lib. 4. cap 9. Extabidē exemplar literarū de Leonis Papa restitutione, Ottoni facta.

Berengarius Babenberg in exilio moritur.

Tertia vero feria ante Pentheccosten, venit ad locum, qui dicitur Numileuua. Proxima nocte transacta hora constituta, lætus ad mensam consedit, venienteque tempore vespertinis laudibus interfuit, sed peracto cantu Evangelii, ad luare ac satigare jam cœpit. Quod cum intellexissent Principes circumstantes, imposuerunt eum sedili. Inclinantem autem caput, quasi jam defecisset, refocillaverunt eum, expetitoq; sacramento dominico, & accepto, sine gemitu cum magna tranquillitate spiritum reddidit Domino, Non. Maii, quarta feria ante Pentecosten. Inde transportatur in cubiculum, & cum jam esset sero, transitus ejus nunciatur populo. Cujus corpus cum magnis lugentium exequiis, à filio rege jam facto, translatum est in civitatem, quam ipse construxit, vocabulo Magadeburg, ibiq; honorifice tumulatum est. Hujus anno primo, qui est à Dominica incarnatione 937. Vngarii Franciam & Alemanniam, & Galliam, usque Oceanum Burgundiamque devastantes, per Italiam redierunt, Monasteria S. Galli, & sancti Bonifacii cremantur. Rudolphus rex Burgundiæ, & Arnoldus dux Noricorum obierunt.

Numileuua.

Otto moritur & in Magdenburg sepelitur. Hic Otto Magnus universalis Augustus, sub hoc titulo imperiales à Romanis, Gallis, & Longobardis oblati, in Germaniam translati sunt

ANNI OTTONIS, I.

ANno domini 938. Heinricus frater Ottonis regis, ab Eberhardo comite comprehenditur. Anno domini 939. Otto rex cum fratre Heinrico & Gisilberto, Eberhardoque pugnantibus, militibus suis victoriam reportat. An. dom. 940. Rege in partibus Alsatiæ, castellum Brisach obsidente, Episcopi quidam nocte relictis tentoriis, subtraxerunt se. Eberhardus comes ab Ottone & Chunrado juxta Rhenum occisus est. Gisilbertus dux in aqua suffocatur. Burchardus Vuirciburgensis Episcopus obiit. An. dom. 941. Otto rex Gallias petit. Anno domini 942. Otto & Ludeuuicus reges pacificantur. An. dom. 943. Anno dom. 944. Vngarii cum Baioariis pugnant, & vincuntur. Anno dom. 945. In Italia Cometa miræ magnitudinis apparuit, portendens famem, quæ secuta est. Anno dom. 946. Otto rex totam Lotharingiam sibi subjugavit. An. dom. 947. Bertholdus dux Bajoariorum, frater Arnoldi ducis moritur, & *Heinrico* fratris regis ducatus committitur. Edith regina obiit. Anno dom. 948. An. dom. 949. *Heremannus* dux Alemannorum moritur, pro quo Luitolphus filius regis Ottonis dux constituitur. An. dom. 950. Otto rex Italiam petit, eamq; sibi subjecit, rediensque Papiam, Chunrado duci Lotharingorum tuendam commisit. Anno dom. 951. Berenger rex Longobardorum, Chunrado suadente, apud Augustam cum filio suo Adelberto ad deditionem venit, tactusq; miles regis, remissus est in regnum cum pace. Anno dom. 952. Otto rex Italiam intravit, causa Adelheidæ reginæ, ipsaque accepta uxore, nuptias celebravit Papiæ. Anno dom. 953. Luitolphus dux patri rebellat, & dux Chunradus cum eo. Anno domini nongentesimo quinquagesimo quarto. Vngarii Italiam petunt. Noricum & Franciam. An. domini 955. Vngarii totam Baioariam depopulantes, juxta Augustam Alemanniæ urbem, ab Ottone rege pugna victi, immensa cæde necantur. An. do. 956. Luitolphus dux Italiā hostiliter intravit,

Cometa.

Vngari ab Ottone apud Augustam cæsi.

Digitized by Google

travit Anno domini 957. Luitolphus Adelbertũ vincit, & ipſe eodẽ anno moritur. Anno Domini 958. Cruces in veſtibus hominum apparuerunt. Anno domini 959. Anno domini 960. Poppo Wirciburgenſis Epiſcopus obiit. Anno domini 961. Anno domini 962. Otto rogatu Johannis Papæ & querimonia multorum de Berengario & filio proclamantium, Romam tendit, ibiq; imperator ab eodem Papa factus, Berẽgarium capit, & cum conjuge ſua Willa nomine, ad caſtellum Babenberg miſit, ubi & præſentem vitam clauſit. Anno domini 963. Otto Imperator natale domini Papiæ agit. Anno domini 964. Otto Imperator natale Domini Romæ moratur, ubi & filius ejus Otto coronatur. Anno domini 965. Anno domini 966. Anno domini 967. Otto Imperator de Italia redit. Anno domini 968. Anno domini 969. Mahthildis mater Imperatoris obiit. Anno Domini 970. Anno domini 971. Signum quoddam ignei coloris in cœlo apparet. Anno domini 972. Anno domini 973 Anno domini 974. Otto Imperator obiit Non. Maji. Eodem anno S. Udalricus migravit, anno Epiſcopatus ſui quinquageſimo. Poſt Johannem Papam Benedictus ordinatur 321. poſt quem item Benedictus 123.

Cruces in veſtibus.

Berengarius capitur.

HISTORIA OTTONIS, II.

Otto ſecundus II. German. Imp.

ANno Dominicæ incarnationis 975. ab urbe autem condita, mil. 726. Otto ſecundus, Magni filius 82. loco ab Auguſto regnare cœpit, & annis 9. regnavit. Hic vivente patre in regnum electus, Romæq; ab Apoſtolico regni corona decoratus, mox ut pater defunctus eſt, ab omnibus qui aderant, denuo eligitur, & in regni ſede locatur. Anno domini 976. Anno domini 977. Anno domini 978. Ignea acies viſa ſunt in cœlo per totam noctem 5. kal. Novemb. Anno domini 979. Anno domini 980. Anno domini 981 Anno domini 982. Otto Imperator apud Calabriam, occiſo à Græcis exercitu, de navi exiliens, natatibus auſugit. Otto dux Sueworum obiit, Chunradus ſucceſſit. Anno Domini 983. Otto Imperator Romæ moritur 6 Idus Decemb. ibiq; ſepelitur. Poppo junior Wirciburgenſis Epiſcopus obiit,

Duo Ottones, alter pallida mors. Saracenorum alter mirabilis mũdi. Vide Otto Friſing. lib. 6. c. 27. Vide Sigiberti Chronicam.

HISTORIA OTTONIS, III.

Otto tertius III. Imp. Germ. hic dictus mirabilis mundi, ob ſingularem prudentiã, ſub hoc primum electores Imp. conſtituti ſunt. Vide infra in Henr.

ANno dominicæ incarnationis 984. ab urbe condita mil. 737. Otto tertius, ſecundi filius, ad nondum puer 83. loco ab Auguſto Romanum imperium ſuſcepit, & annis 17. regnavit. Anno Domini 985. Anno domini 986. Anno domini 987. Anno domini 988. Fames facta eſt magna. Anno domini 989. Hugo Wirciburgenſis Epiſcopus obiit. Anno domini 990. Carolus dux moritur, Otto filius ejus ſuccedit. Anno domini 991. Anno domini 992. Remis ſynodus congregatur. Anno domini 993. In Burgundia Udelo ex clerico Primatenſi monachum profeſſus, in Cluniacenſi cœnobio præficitur. Anno domini 994. Sanctus Adelbertus Epiſcopus de Praga civitate à Pruſis martyrio coronatur. Berenuuardus Epiſcopus Wirciburgenſis obiit. Anno domini 995. Heribertus Colonienſium Archiepiſcopus ordinatus, multa ſanctitate claret. Anno domini 996. Anno domini 997. Conradus dux obiit, Cui Herimannus ſucceſſit. Anno domini 998. Anno domini 999. Terræmotus maximus factus eſt. Anno dominicæ incarnationis Milleſimo, anno regni ſui 18. Otto Imperator tertius obiit 5. kal. Feb. eo videlicet anno, qui ab incarnatione Domini inſcribitur milleſimus primus. Cujus inteſtina Auguſtæ, reliquum corpus Aquiſgrani ſepelitur.

Ottonis tertii inteſtina Auguſtæ, corpus Aquiſgrani ſepelitur.

HISTORIA HEINRICI, II.

Heinricus II. Imp. Germ. Bavarus cognomento Claudus, ſub hoc inſtitutum fuit, ut in futurum non per ſanguinis ſucceſſionem duceretur imperiũ, ſed eſſent RR. Imp. Electores. Anno, 1400

ANno Dominicæ incarnationis, milleſimo 1. ab urbe autem condita milleſimo 752. Heinricus ſecundus primum dux Bajoariæ, deinde Ottone tertio, abſq; filiis defuncto, in regni provectus culmine 84. loco ab Auguſto regnum accepit, & annis 23 ac menſes 5. regnavit 12. annis ſub nomine regis 11. dignitate & nomine Imperatoris. Hic in regni ſede ſublimatus, cum Heinricum Marchionem, alioſq; in initio regni ſui ſibi reſiſtentes ſuperaſſet, Italiam & Boemiam ac Bolizlaum cum omni gente Sclavorum ſubjugaſſet, data ſibi requie a domino, conſiderans ſe filios non habiturum, quippe qui ut multi teſtantur, conſortem regni Chunigundam nunquam cognovit, ſed ut ſororem dilexit, Dominum bonorum omnium datorẽ habere delegit hæredem, ſexto q; regni ſui anno, ſapienti conſilio Epiſcopatum Babenberg, in honore S. Petri, ſanctiq; Georgii conſtituit, locumq; ipſum prædiorum, divitiis & omni ornatus decore, ut in præſentiarũ cernitur, copioſiſſime ditavit. In meridiana quoq; parte civitatis, monaſteriũ in honore S. Stephani Protomartyris, ſub ordine canonico conſtruens, ex altera vero, hoc eſt Aquiloniari aliud monaſterium, ſub monachali regula in honore S. Michaelis archangeli, ſanctiq; Benedicti Abbatis conſtituens, ſibi ſuæq; civitati ſupra petram Apoſtolicæ firmitatis fundatæ, muroq; & propugnaculis meritorum S. Georgii & cæterorum ſanctorum munitæ ac exornatæ, contra incentivos vitiorum jactatus, turrim fortitudinis in Stephano, & contra refrigerantes flatus illius qui in aquilone, unde malum omne pandetur, ſedem ponere diſpoſuit, refugium certum in Eu angelico præparavit præſidio, ut à dextris & à ſiniſtris juſtitiæ armis vallatæ, in nullo ſufficiat inſidiator prævalere. Aliis quoque ſanctorum locis per regni latitudinem non minus, prout

Chunigunda.

Heinricus Chriſtum hæredem conſtituit. Babenberg ditata per Heinricum.

Bruno Augustensis Episcopus.

opus erat munificentiæ suæ impertivit largitatem, quædam dilapsa jam in melius restituens, quibusdam quæ minus suppetebant adjiciens. Regis autem frater erat Bruno Augustensis sedis Episcopus, qui fœlicibus fratris actibus invidens, multa ei adversitatum injurias, in quantum potuit, inferebat: & ubi per se non poterat, inferentibus se adjungebat, vel alios ad inferendas exhortando, stimulos ei incitationis subigebat. Cui frater non solum talionem non reddidit, verum etiam fraterna instructus dilectione, omnia dissimulando & patienter sustinendo, illum bono vincere satagebat. Horum sororem bonæ memoriæ fœminam Giselam rex Ungariorum, qui Stephanus dicebatur, in conjugium expetivit, sed eam ducere non promeruit, donec se Christianæ religionis rudimenta, & sacri baptismatis sacramenta, cum omni gente sua susceperum, promisit. Quam pollicitationem ubi rebus perfecit, religiosus, Deoq; devotus, postea in executione bonorum operum permansit, quod divina pietas post mortem ejus evidentibus indiciis, ad sepulturam ejus factis signorum miraculis demonstravit. Rex autem Heinricus, postquam bonæ opinionis odorem longe lateq; redolere fecerat, locumq; sibi dilectum cum cæteris monasteriis ditando & ornando, & excolendo ad perfectum adduxerat, divina vocatione viam universæ carnis ingressus, Deo reddidit animã fœliciter, ut credimus 3. Idus Julii, anno regni sui 24. imperii aũt 11. vitæ vero 52. sepultusq; est Babenberg in episcopio à se facto, in S. Petri Apostoli monasterio.

Gisela Vngaria regina.

De hoc plura habes in lib. 4. Alb. Kranz.

ANNI HEINRICI SECUNDI.

ANno Domini millesimo 2 Heinricus rex Heinricum Marchionem & alios sibi resistentes, cum exercitu petit. Anno domini millesimo 3. Heinricus rex Italiam, Boemiam, Bolizlaũ ducem, cum omni Sclavorum gente subjugavit. Anno domini Millesimo 4. Fames facta est, Cometes longum tempus apparuit. Anno domini Millesimo 5. Anno domini Millesimo 6. Episcopium Babenberg à rege Heinrico constituitur, & Eberhardus ibi Episcopus præficitur. Anno domini Millesimo 7. Anno domini Millesimo 8. Bruno Episcopus ex monacho à Prucis multis supplicijs afflictus, & manibus pedibusq; abscisis, postremo capite plexus, cœlos petiit. Eberhardus Episcopus ordinatur. Anno domini Millesimo 9. Anno domini Mill. 10. Anno domini Mill. 11. Heinricus rex Metum urbem obsidet, donec mediante justitia, pax inter eos convenit. Anno domini Millesimo 12. Anno domini Millesimo 13. Heinricus Romæ imperiali benedictione coronatur à Benedicto Papa. Anno domini Millesimo 14. Ernest dux in venatu occiditur. Anno domini millesimo 15. Simeon monachus de monte Syna hoc tempore claruit. Anno domini 1016. Heinricus Wirceburgensis Episcopus obiit. Anno domini 1017. Anno domini 1018 Anno domini 1019. Benedictus Papa Babenberg veniens, Ecclesiam S. Stephani dedicavit. Eodem anno Wernherus Argentinæ Episcopus, cum Alemannis contra Burgundiones pugnavit & vicit. Anno domini 1020. Terræmotus magnus factus est 4. Idus Maji, feria 5. Eo anno Heribertus Colonienſis Archiepiscopus obiit. Cui Piligrinus successit. Anno domini 1021 Indict. 5. 4. Non. Febru. 5. anno regni gloriosi Imperatoris Heinrici secundi 21. imperii autem nono, ipso præsidente ac disponente, Eberhardus primus Ecclesiæ Babenbergensis Episcopus, ordinationis suæ anno 13. dedicavit Ecclesiam S. Michaelis in monte, in honore ejusdem S. Archangeli, sanctiq; Benedicti Abbatis. Huic igitur consecrationi interfuerunt Episcopi multi, scilicet Aribo Mogontinus, qui Altare S. Martini dedicavit. Piligrinus Colonienſis, qui altare S. Petri. consecravit, cum aliis multis. Eundem autem locum inhabitare cœpit primus pater ejusdem monasterii Rato, anno Dominicæ incarnationis Mil. 15. eodemq; anno fundamenta ipsius monasterii locata sunt, & secundo anno Heinrici Abbatis secundi, templum ipsum dedicatum est. Anno domini Mil. 22. Heinricus Imperator novam Trojam deditione cœpit, & mortalitas magna in exercitu facta est. Gebehardus Ratisponensis Episcopus obiit, pro quo item Gebehardus ordinatur. Anno domini Mill. 23. Anno domini Mill. 24. Heinricus Imperator secundus migravit.

Bruno martyr.

Poetnberi Episcopi Argentinen. bellum.

HISTORIA CONRADI II.

CONRADVS XI. II. Imp. Ger. Francorum rex, alijs Suevum fuisse volant.

ANno dominicæ incarnationis Mill. 25. ab urbe condita, Millesimo 776. Chunradus ex regni primoribus unus, sed regno antea per rebellationem adversus, principibus pro ejus electione dissidentibus, Aribone autem Mogontino Archiepiscopo, & Eberhardo Babenbergensi præsule sibi faventibus, 85. loco ab Augusto regnum suscepit, & annis 15. regnavit. Sublimatus autem in regni sede, consilio Brunonis Episcopi Augustensis, fratris Heinrici Imperatoris, qui semper, ut supra dictum est, fœlicibus ejus invidebat actibus, Babẽbergensem Episcopatũ meditabatur destruere, quia idem Bruno episcopus promisit reginæ Giselæ omnia prædia hæreditario jure ad se pertinentia, filio ejus Heinrico contradere. Locus igitur & tempus conventui statuitur, ubi hæc res ad certum perducatur. Nocte vero quæ diem præcesserat, in qua hæc ventilanda erant, Eberhardus Episcopus ad tentorium prædicti Brunonis clam accessit, lectoq; ejus assidens, multa super hac re monendo, obsecrando, memoriam fratris animo inculcando, cum eodem sollicitus egit. Qui ubi jam multa noctis hora transacta recesserat, & Episcopum pro auditis sollicitatum, somnus oppressserat, visus est ei frater suus Imperator Heinricus lecto suo astare, faciemq; suam barba ex una parte depilata turpatã objectare. Cui super hac re stupido & admiranti, ac quis tam temerarios ausus in eum præsumeret? interroganti, tu, ait, hæc feci-

Heinricus Brunonis fratris in somnis astat.

Digitized by Google

sti, qui me & sanctos Dei, quos rebus à Deo mihi concessis dotavit, despoliare disposuisti. Cave jam ulterius super hac temeritate, ne incepta luas magna infœlicitate. Ad hæc ille expergefactus, ac de visione non parũ perterritus, membrorũ quoq; horrore ac tremore non leniter est attactus Mane aũt facto, cũ diu expectatus, ad conventũ procerũ non veniret, regina pro filio sollicita, nunciis missis obnixe rogavit, ut adveniens promissa perficeret. Ille vero affirmabat se tanta infirmitate gravari, ut nec de lecto surgere, nec pedẽ posset quoquã movere. Cumq; rogaretur, ut se in lecto ad cõventũ deportari pateretur, quo vel sic promissio perficeretur, omnino abdicavit, seq; in Deũ & in sanctos ejus, & in fratrẽ suũ peccasse, libera tandẽ voce proclamavit. Sic itaq; divina pietas, per merita famuli sui, ne spe, quã in se posuit, fraudaretur, illius pravæ conspirationis machinamenta repressit, idq; quod ab eo bene cęptũ est, cõfirmãdo, sẽp exinde ad meliora provexit. Secundo igitur regni sui anno, Chunradus rex filiũ suũ Heinricũ regẽ fecit, & ipse Romã pergens, imperialẽ benedictionẽ accepit. Post hæc Knuth, regis Danorũ filiã, nomine Chunigundam, filio suo conjunxit, seq; ad bene agendum studiosius accinxit. *Knuth.*

In proprio quippe castello Lintburg dicto, ad alios usus quondam sibi grato, monasterium construxit, prædiorumq; copia illud ditans, monachorum congregationem, sub Abbatis provisione illuc introduxit. Spirense quoq; Episcopiũ provehere statuens, sed in vivendi meta, eo usq; non pertingens, filio suo Heinrico, suæ voluntatis effectum commisit, quem ipse magnifice cœpit, sed filius ejus item Heinricus magnificentius perfecit. *Spirense Episcoptum.*

ANNI CHUNRADI, I.

PRimo itaq; Chunradi regis anno, dissensio magna contra eum in regno tumultuatur, sed divinitus cito sedatur. Anno dn. mill. 26. Heinricus, Chunradi regis filius, rex efficitur. Chunradus vero Romã tendens, imperiali benedictione provehitur. Anno dn. mill. 26. Bruno Augustensis Episcopus, & Welpho comes, prædas & incendia inter se faciunt. Anno dn. mill. 28. Ernest dux Alemannorũ, & Welpho comes Chunrado Imperatori ad deditionẽ veniunt. Anno dn. mill. 29. Bruno Augustensis Episcopus obiit, cui Eberhardus successit. Anno dn. mill. 30. Chunradus Imperator, Stephanũ Pannoniæ regem cum exercitu petit. Interea in Alemannia Ernest dux, & Wernherus comes, cũ aliis multis, occiduntur, 16. kal. Septẽb. Anno dn. mill. 31. Stephanus rex per legatos cum Imperatore pacificatur. Anno dn. mill. 32. Rudolphus rex Burgundiæ moriens, diadema suũ Chuntado Imperatori misit. Anno. dn. mill. 33. Meginhardus Episcopus Wirciburgensis obiit. Chunradus Imperator in hieme Burgundiam petit. Eclipsis Solis facta est 3. kal. Julii, hora sexta. Anno dn. mill. 34. Imperator Franciam petit contra Ottonem. Anno dn. mill. 35. Wirbinam castellum, in confinio Saxoniæ positum, pagani qui Luitici dicuntur, obtinent, multis ex Christianis occisis & captis. Quos Imperator cum exercitu petit. Anno dn. mill. 36. Gebehardus secundus Ratisponæ Episcopus obiit, pro quo item Gebehardus tertius successit. Heinrico imperatoris filio, Knuth regis Danorũ filia, cõjungitur. Luitici tributarii facti sunt Imperatori Piligrinus Coloniensis Archiepiscopus moritur, pro quo Herimannus ordinatur. Anno dn. mill. 37. Chunradus Imperator Italiam cum exercitu petit, & Mediolanensem Episcopũ in custodiã mittit, qui fuga lapsus, Imperatori rebellat. Otto princeps Carolingorum à Gozelone Lotharingorum duce pugna victus, fugiensq; à quodam milite occiditur. Anno domini mill. 38. Stephanus Ungariorum rex religiosus obiit. Anno dn. mill. 39. Chunigunth imperatrix, mater pauperum, dives ipsa, divitem migravit ad Christum 5. Non. Martii. Herimannus dux Alemannorum filius Giselæ imperatricis obiit. Chunradus Imperator obiit 2. Non. Junii, & sepultus est Spiræ. Reginboldus Spirensis Episcopus obiit 3. Idus Octob. Eclipsis Solis facta est 11. kal. Sept. *Heinricus Conradi filius rex.* *Conradus Italiã cum exercitu petit.* *Chunigunth mater pauperum.*

HISTORIA HEINRICI TERTII.

ANno Dominicæ incarnationis Millesimo 40. ab urbe autem condita, mill. 791. Heinricus tertius, Chunradi Imperatoris filius, dudum patre vivente, rex constitutus 86. loco ab Augusto, patri successit, & 17. annis regnavit. Eberhardus primus Babẽbergensis Episcopus obiit. Anno dn. mill. 41. Heinricus rex ducẽ Boemiæ Fratislaũ bello petiit: sed multis proceribus & militibus in præstructione sylvę citra ultraq; occisis vel captis, nil memorię dignũ efficere potuit. Petrus quoq; Ungariorum rex eidẽ duci contra regẽ auxilia misit. Anno dn. mil. 42. Ungarii quenda Vuouẽ sibi regẽ fecerunt, & Petrũ regẽ suũ expulerunt. Qui profugus & exul Heinrici regis, cui priori anno rebellavit, gratiam quærit & invenit. Heinricus rex Boemiã ingressus, igne prædaq; cuncta devastat, & rebellẽ ducẽ obsides dare, ipsumq; post se Ratisponã ad deditionẽ humilimã venire, sibiq; jure jurando fidelitatẽ ac servitiũ confirmare coartat. Vuo rex Ungariorũ ob susceptum à rege Heinrico Petrum à se expulsum fines Bajoariæ prædis depopulatur, sed magna pars exercitus ejus ab Adelberone Marchione deletur. Anno dn. mill. 43. Heinricus rex Pannoniam ingressus, duas populosissimas civitates evertit, plures deditione sibi subjecit. Gisela imperatrix obiit 19. kal. Mart. & sepelitur Spiræ. Anno dom. millesimo 44. Heinricus rex iterum Pannoniam invadens, satisfactionem & obsides, ac munera, pacisq; confirmationem per jusjurandum accipiens, discessit, indeque reversus, synodo Constantiensi adfuit, ubi cunctis in se delinquentibus, debita dimisit: omnibusque inimicitiis destructis, pacem hactenus inauditam tam in tota Suevia, quàm in aliis regni sui provinciis, per edictum regiæ censuræ confirmavit, *Heinricus tertius Augustus, pius ac niger cognomine, 15. Imperat. Ger. hunc alii comitem de Kalb, nonnulli Bavarum fuisse asserunt.* *Ungaria rex pellitur.* *Boemicum bellũ.* *Pannonicum bellum.* *Synodus Constantiensis.*

Digitized by Google

Nuptiæ Heinrici in Ingelheym. Dein Agnetem Willehelmi Pictavienſis principis filiam, apud Mogontiam ungi faciens in reginam, regalibus ſibi nuptiis apud Ingeleheym copulavit: unde infinitam hiſtrionum & joculatorũ multitudinem non ſolum muneribus, ſed etiam cibo potuq; vacuam & mœrentem, abire permiſit. *Hiſtriones reiecti.* Luitpoldus Marchio, Adelberti filius, maxima Ungariorum clades, immature obiit, Peſtis pecudum maxima, hiems dura fuit & nivoſa.

Anno domini milleſimo 45. Bruno Wirciburgenſis epiſcopus obiit 6. kal. Junii. pro quo Adelbero ordinatur. Heinricus rex tertio Pannoniam ingreſſus, Dei favente clementia, victor effectus, Vuonẽ cũ uxore & filiis ac cognatis, quibus locus fugiendi erat, effugabat. Petrũ reſtituit in regnum, ſubditoq; ſibi Vngariorum regno, cum honore ſummo revertitur. Gotefridus dux Lotharingorum Heinrico regi rebellans, ad deditionem coactus in caſtello Gibichſtenſteyn, uſq; ad dignã ſatisfactionem cuſtodiæ mancipatur. *Otto dux Sueuorum.* Otto dux Suevorum efficitur. Anno domini mill. 46. Heinricus rex Italiam ingreſſus, à Romanis pacifice ſuſcipitur: papas tres non digne conſtitutos ſynodaliter depoſuit, & Suidegerum Babenbergenſis eccleſiæ ſecundũ epiſcopũ, papam conſtituit, à quo ipſe & conjunx ejus Agnes in ſancto dominici natalis die benedictione imperiali ſublimantur. Imperatrix vero Agnes inde revertens, apud Ravennam genuit filiam. Imperator autem per Apuliam multasq; provincias fœliciter ducens exercitum, cũ honore magno revertitur. *Suidegerus papa,* Suidegerus papa obiit 7. Idus Octob. Pro quo Poppo patriarcha Aquilejenſis ordinatur. Anno domini milleſimo 47. Petrus Ungariorum rex à quodam tyranno Pannonico captus & cæcatus eſt: ille vero qui eum expulerat, regnare cœpit. Anno domini milleſimo 48. Poppo papa obiit, necdum completo anno ex quo conſtitutus eſt. Pro quo Bruno qui & Leo poſtea dictus eſt, Tullenſium epiſcopus ordinatur papa. Otto dux Suevorum obiit, pro quo item Otto de Suuinfurt ſurrexit. *Sanguis domini Mantuæ per cæcũ manifeſtatur.* Sanguis domini Mantuæ per cæcum manifeſtatur. Anno domini milleſimo 49. Heinricus imperator, anno imperii ſui quarto, quaſdam Galliæ partes invaſit, contra Gotefridum & Balduinum duces, quibus ad deditionem coactis, & regno hu partibus pacificato, victor cum honore revertitur. *Synodus Mogunt.* Synodus Mogontiæ habetur, cui interfuerunt Bruno Apoſtolicus, & Heinricus imperator. Anno dn. mill. 50 Ungari iterũ bellant. *Vngarorũ bellum.* Quibus Gebehardus Ratiſponenſis epiſcopus, qui erat imperatoris patruus, obviam veniens, vice ipſius imperatoris in fugam convertos, non mira ma eos cæde adflixit. Inſuper urbẽ Hemmenburg in Marchia poſitam, ædificiis reſtauravit, & militari cuſtodia muniri fecit, ipſeq; ſumma cum pace regreſſus eſt. Anno domini mill. 51. Bartho dus epiſcopus Mogũtinus in pace quievit, cui Luitpoldus Babẽbergenſis præpoſitus ſucceſſit. Heinricus imperator iterum Pannoniam adiens, diviſa in duas partes multitudine militum, utrinq; regionem ipſam ſylvis, & maxime aquarum collectionibus circumſeptam occupans intravit. Sed gens illa ductor cæteris, cum rege ſuo doloſe agens, ſuaq; pariter cum aliis diripiens, fame & ſiti multis cladibus laſſatũ imperatoris exercitum fugiens evaſit. Milites aũt imperatoris vaſtata magna parte provinciæ, mulus inſuper inibi, pacifice, licet inacte, ad propria cum imperatore redierunt. Anno domini milleſimo 52. Imperator iterum Pannoniam petit, & inacte redit, habens ſecum in comitatu Brunonem, Apoſtolicæ ſedis præſulem. Qui papa veniens Ratiſponam, reliquias beati Dionyſii martyris, de quib. diu dubitatum eſt, an ibi haberentur, præſentibus Pariſiorum legatis perſpexit, ibiq; teneri probavit. *Sanctus Vuolfgangus.* Sanctum Wolfgangum ejuſdem urbis epiſcopum de tumulo levavit: indeq; Babenberg cum imperatore tranſiens, privilegia ejuſdem loci à Cancellario ſuo Friderico, qui ſibi poſtea ſucceſſit, perſpici, & coram imperatore populoq; pronunciari mandavit, ſuaq; autoritate illa confirmavit. *Reliquiæ Zenonis Vlmæ.* Reliquiæ ſancti Zenonis à Waltario Veronenſe epiſcopo Ulmam ſunt delatæ.

Synodus Vuormatiæ. Anno domini milleſimo 53. Apoſtolico & Imperatore natale dominicum divino & regio cultu Wormaciæ agentibus, miſſarũ celebratione in ſancta die peracta, ut oportuit, ab Apoſtolico, in ſequenti die Luitpoldũ Mogũtinæ ſedis archiepiſcopũ, ut pote in ſua diœceſi præcipuũ, huic ſubrogavit officio. Qui peracta proceſſione, & ubi ad hoc ventum eſt dicta oratione, poſtquam ſe in ſua ſede locavit, quidam ex diaconibus ſuis, Hunibertus nomine, ſicut multi ob illius feſtiv venerationem ſolent, lectionem decantavit. Quod quidam ex Romanis papæ aſſiſtentibus vituperantes, & contra papam, quia Romano more non ageretur, objurgantes, perſuaſerunt ei, ut ad eundem diaconum mitteret, & decantationem interdiceret. Quod cum ille juvenum more contemneret, iterũ mittendo papa interdixit: qui mox eadem vocis ſonoritate qua prius cantavit, legendo decenter lectionem uſq; ad finem perduxit. Qua finita, papa illũ ad ſe vocavit, & quaſi pro inobedientiæ cõtumacia degradavit. *Luitpoldi archiepiſcopi Mogunt. parrhſia erga Pont. Rom.* Archiepiſcopus vero miſit ad illũ, ut ſuũ ſibi redderet miniſtrũ. Quod ubi papa abnuit, pontifex ut erat antiquæ diſciplinæ, licet ægre, patienter tamen interim tacendo ſuſtinuit. Perlecto autem Evangelio, & decantato offertorio, ubi ſancti ſacrificii tempus advenit, pontifex in ſede ſua reſedit, vere conteſtans, nec ſe, nec alium quempiam completurum illud officium, niſi reciperet proceſſionis ſuæ miniſtrũ. Quod ubi Apoſtolicus intellexit, pontifici ceſſit, reindutumq; miniſtrum continuo remiſit. Quo recepto, debito ſe præſul injunxit officio. Qua in re & pontificis autoritas, & Apoſtolici conſideranda eſt humilitas, dum & ille officii ſui dignitatem defendere

fendere condendebat, & iſte, licet majoris dignitatis, metropolitano tamen in ſua diœceſi cedendum perpendebat.

Poſt hæc & Apoſtolicus Romam rediit, multis cũ diverſarum provinciarũ militibus, imperiali præceptione, & amicorum ſubventione comitantibus: & poſt paſcha exercitũ ducens, per Apuliã contra Nortmannos, illius terræ quondam advenas, ſed tunc poſſeſſionum apoſtolicarum invaſores, & Romani imperii hoſtes pugnavit & infinita utrobique cæde peracta, papa cum paucis fugiẽs abſque victoria regreditur, relictis illic Suevorũ ac Noricorum militibus optimis, & in urbe Beneventana conſedit, ubi tunc Udalricus genere Noricus, epiſcopatũ tenuit. Anno domini milleſimo 54. Religioſus papa Bruno, qui & Leo, glorioſe vitam finivit, 13. Kal. Mai. & magnifice ſepultus Romæ in eccleſia ſancti Petri miraculis claruit. Cuno dux Noricorũ fœderatis ſibi Ungariis, graviter rebellat. Itẽ Balduuinus & Gotefridus Hermannus contractus, obierunt. Anno domini milleſimo 55. Leoni papæ Gebehardus, qui & Victor, Eihſtatenſis epiſcopus ſucceſſit. Huic cũ diaconus ejus venenum in calicem miſiſſet, calicem de altari levare non potuit. Pro hoc populo orante, diaconus à dæmonio vexatur: confeſſoque crimine, liberatur, calixque cum ſacramentis in quodam altari pro reliquiis includitur. Adelbertus Marchio obiit. Fames magna fuit.

Leo nonus moritur.

Hermannus contractus comes à Vueringen, monachus ſancti Galli doctiſſimus.

Diaconus venenо calicem inficit Victoris Eiſtatenſi epiſcopo.

Heinricus imperator Italiam cum exercitu petens, omnia in pace diſpoſuit, revertensque neptẽ ſuam Beatricem matrem Mathildem ſecum duxit, indigne eam tractans, propter quaſdam inſolentias ejus, quibus vivere conſueverat, mortuo viro ejus Bonifacio duce. Vuelfo dux Carinthiorum obiit. Cuno dux antea Noricorum, ab Imperatore propter perfidiæ ſuæ culpam expulſus, in Pannonia male exul obiit. Arnoldo Spirenſi epiſcopo Chunradus ſucceſſit. Anno dn. mill. 56. Hermannus comes orientalium Francorum obiit 6. kal. Febr. Gebehardus Ratiſponenſis epiſcopus, imperatoris Heinrici patruus, hoſtis occulte peſſimus, deprehenſus & convictus, atq; cuſtodiæ mancipatus, ſed miſericorditer tractatus, exilio remittitur & ſedi priſtinæ reſtituitur. Gotefridus dux ad deditionem venit. Magna cædes à Luiticis in Chriſtianos facta eſt, quorum quidam gladio, quidam fugientes in aqua perierunt, inter quos Wilhelmus Marchio occiditur.

Arnoldus & Conradus epiſcopi Spirenſes.

Cades Chriſtianorum à Luiticis. Alb. K. Lauſaten. eſſe putat.

Eiſdem temporis multi diverſarum principes provinciarum perierunt. Fames multas regiones adflixit, ægeſtas & penuria undiq; prævaluit, multaq; mala tunc temporis facta ſunt. Heinricus imperator pro his rebus cordetenus dolore compunctus, infirmari cœpit: & perductus ad mortem, ſapienti uſus conſilio, ab omnibus quibus potuit, veniam petiit: quibuſdam prædia quæ abſtulit, reſtituens, cunctis qui contra eũ & regnũ culpas damnabiles fecerunt, relaxans. Filium quoq; ſuum Heinricum, Romani pontificis, cunctorumq; pontificũ & principum regni electione, regẽ conſtituit. His & aliis, prout vitæ poſſibilitas admiſit, bene diſpoſitis, 3. Non. Octob. hanc vitam præſentẽ in Deo finivit. Poſt cujus obitum, quia filius ejus Heinricus adhuc puerulus fuit, domina Agnes imperatrix, mater pueri, regnum ſub ſua cura aliqu undiu tenuit, ac ſapienter & ſtrenue rexit, donec principes aliqui invidia ducti, puerũ matri abſtulerunt, eamq; regimine regni abalienaverunt, quorum numero dominus Anno Colonienſis archiepiſcopus ſe immiſcuit, qui puerũ in loco qui Vuerida dicitur, navi imponens, matri abduxit. Quod ille qua intentione fecerit, vel qualiter divino judicio placuerit, diſcernere non valemus: multa tamen incommoda extunc orta, & deinceps aucta, certum tenemus. Nam perinde diſſenſiones in regno, eccleſiæ perturbatio, monaſterium deſtructio, clericatus deſpectio, totius juſtitiæ ac religionis conculcatio, & cœpit, & permanet. Ipſa vero imperatrix rerum permutationes conſiderans, Italiam ſe contulit, & apud monaſterium quod Frut ria dicitur, religioſam vitam aliquanto tempore duxit: poſtea Romæ defuncta, & in eccleſia ſanctæ Petronellæ honorifice eſt ſepulta.

Henricus Agnetі imperatrici matri auferitur.

AD LECTOREM.

Optime Lector, ne graveris per otium legere vitam Henrici IIII. Cæſaris Auguſti, impreſſam apud inſigne Eutropii volumen. Item epiſtolas aliquot huius ad Pontificem Rom. & alios principes, inter quas una, hanc, ἐπιφανῆ habet: Henricus non uſurpative, ſed pia Dei ordinatione rex: Hildebrando iam nõ Apoſtolico, ſed falſo monacho &c. Lege quoq; quæ in Chronica parva Germaniæ habes de Henrico. Item quæ de unitate Eccleſiæ conſervanda, & ſchiſmate inter Henricum 4. & Greg. 7. à quodam eius temporis Theologo ſcripta ſunt, & è Fuldenſi Bibliotheca in lucem prodierunt anno 20.

HISTORIA HENRICI, IIII.

ANno dominicæ incarnationis mill. 57. ab urbe condita mill. 808. Heinricus quartus, Heinrici imperatoris filius, admodum puer, patri ſuccedens, regnare cœpit: & quando hæc conſcriptio facta eſt, 42. anno, regnavit, 87. loco ab Auguſto. Agnes imperatrix, mater ipſius, ducatum Bajoariæ ſuſcepit. Gebehardus, qui & Victor, pontifex Romanus, multis bene in Germania, aliisq; regni Romani partibus, Pontificum vel Principum ſecularium conſilio diſpoſitis. Romam cum pace rediit, incipiente anni illius quadrageſima. Hic etiam eodẽ anno vitam finivit; pro quo Fridericus Gotefridi ducis frater, jam monachus factus, à Romanis põtifex ordinatur, & Stephanus appellatur. Saxones congregato exercitu, gentem efferam Luiticiorũ hoſtiliter invaſerunt, diverſisq; malis eam adfligentes, Romanæ ditioni ſubdiderunt: & acceptis obſidibus ac tributis, ad propria redierunt.

Henricus quartus Senior appellatus 16. Imp. Germ.

Digitized by Google

Eodem tempore quidam Fridericus & fratres ejus in Germaniæ partibus tyrannidē exercentes contra imperium Romanum, ab Agnete imperatrice & principibus regni victi, ad deditionē venerunt. Otto de Suuinfurte dux Suevorum. 4. Kalen. Octobr. obiit, & Rudolfus de Rinueldon, qui postea rex esse contendit, ducatum accepit, quod magnum fuit seminarium earum, quibus regnum perturbabatur, commotionum. Eundē namq; ducatum, vivente adhuc Ottone duce, Heinricus imperator Bertholdo comiti, qui post Carinthiorum accepit ducatum, promiserat, eiq; annulum suum, velut hujus rei commonitorium dederat, quem ille diligenter servans, post amborum obitum, imperatoris scilicet & ducis, imperatrici Agneti imperium tunc disponenti obtulit, eamque annulum agnoscentem pro ducatu sibi promisso, commonuit. Sed quia prædictus Rudolfus mox post imperatoris obitum, filiam ejus Rumoldo Constantiensi episcopo commendatam, utrum consilio raptam an dolo, nescitur, uxorem duxit, receptam jam in gratiam, eundem ducatum illi, causa filiæ, imperatrix dedit, quod animum Bertholdi nō parum commovit. Pro qua cōmotione lenienda, ducatus Carinthiorum ei committitur, quem postea filio suo æquivoco ipsius rogatu rex Heinricus commisit: sed postmodū quorundā instinctu eundem ducatū Luitolfo consanguineo suo dedit, sicq; patrem & natū parvipendens, offendit. Unde quasi re[illegible]vata priore injuria, cum Bertholdus dux permoveretur, omnia consiliorum machinamenta, qu[illegible]s satis pollebat, ad hoc vertebat, ut ab utroq;, id est, rege & Rudolfo, se ulciscereturab hoc sci[illegible]et, quoniam à ducatu sibi promisso se supplantavit, ab illo vero quia se accepto privavit. Multæ interim causæ, quæ inconsulte tunc gerebantur, sibi concurrebant, & huic machinationi occasiones præbebant. Otto dux Bajoariorū, dejicitur. Chunradus genere Suevus, à militib. regis interficitur, & quasi à rege jussum sit, ipsi crimen indicitur. Conspirat igitur Otto in Saxonia, Bertholdus in Suevia. Fiunt motus & conventus utrobiq;, in quib. odia in regem suscitantur & invidiæ, multa quoq; interea in regno fiebant, quæ utroq; populos justis & necessariis, ut videbat ur causis, ne regi adhærerent, avertebant: eoq; res perducta est, ut Rudolfus in damnationē sui regnū invaderet, dominūq; suū regē deponere aut interficere quæreret. Sed hæc res quē effectū haberet, nec rusticos latet. Anno dn. millesimo 58. Fridericus, qui & Stephanus, pontifex Romanus, vitam finivit, & Alexander Lucensis episcopus ei succesit. Hujus tempore Hiltebrandus postea pontifex archidiaconus, officio functus est Romæ. Anno domini mill. 59 Anno domini mill. 60. Luitpoldus archiepiscopus Mogontinus obiit, cui Sigefridus Fuldensis abbas successit, qui postea cum aliis contra dominū suum regem consensit. Anno domini mill. 61. Anno domini mill. 62. Anno domini mill. 63. Anno domini mill. 64. Sigefridus episcopus Mogontiacensis, & Guntherus Babenbergensis, & Willehelmus Trajectensis, aliiq; quamplures præsules vel nobiles, multo comitatu Hierosolymam tendentes, multas infestationes à Barbaris perpessi sunt, tandemq; perventione fruentes optata, numero & rebus admodum attenuati redierunt. Anno domini mill. 65 Guntherus episcopus Babenbergensis ab Hierosolyma rediens, in Pannonia moritur, perlatusq; Babenberg, ibi sepelitur, post quem Hermannus ordinatur. Gozuuinus comes in episcopio Wirciburgensi tyrannidem exercens, à comitibus Adelberonis præsulis occisus est. Anno domini mill. 66. Cometes per totum orbem diu apparuit. Eodem anno Anglia per Willehelmum Normannum miserabiliter adflicta, tandemq; subacta, ipse rex ejus effectus est. Qui mox omnes penè regni ejusdem præsules exilio, nobiles vero morti destinavit, mediocres autem suis militibus in servitutem, uxores indigenarum universorū advenis in matrimonium subjugavit. Chunradus de Phullingen ortus, apud Treverim electus, à comite Dieterico passus, Dolegio est sepultus. Anno domini mill. 67. Heinricus rex Bertham Ottonis cujusdā Italici, & Adelheidæ filiam accepit uxorem, nuptias celebrans Triburiæ. Anno domini mill. 68. Heinricus rex adolescentiæ usus libertate, Saxoniam solam ex omni Romano imperio cœpit incolere, principes despicere, nobiles opprimere, inferiores sustollere, venatui, lusibus, cæterisq; hujusmodi exercitiis plus quàm justitiis faciendis (ut incusatus est) operam dare, filias illustrium quibuslibet obscure natis conjugare, privata præsidia, nimirum potentibus regni non satis fidens, instituere. His discordiæ seminariis contigit regi quàmplurimos insidiatores tam vitæ quàm regni sui crescere. Qui tamen ut maturitatis necdum plene attigisset annos, erant qui non tam ipsum, quam Adelbertum Premensem archiepiscopū culpandum judicarent, quod ejus consilio hæc omnia ageret. Anno dn. mill. 69. Agnes imperatrix, mater regis Heinrici tædio affecta, vel potius divinitus compuncta, ducatū Bajoariæ deposuit, & regni gubernacula penitus contemnens, pro Christo se Romam contulit, ibiq; dignis pœnitentiæ fructibus mira inserviens humilitate, post aliquot annos in domino præsentē vitā finivit. Anno domini mill. 70. Teti Marchio non sine Saxoniæ principum consilio, tyrannidem in partes regias ordinatur, quæ tamen mox cœlesti simul & terrena majestate compescitur, scilicet castellis suis, Bichilingon, & Schidingon, à rege destructis, filio suo æque militari viro, à proprio servo interempto, ipsoq; communi morte in brevi finito. Constantiæ Rumoldus episcopus obiit. Anno dn. mil. 71. Otto dux Bajoariæ ducatū amisit. Hic itaq; Saxo genere, vir amplissimæ nobilitatis, prudentia rebusq; bellicis perpaucis erat comparabilis: & in tanta apud universos primates excellentia habitus, ut rex qui jā Saxonib

Otto de Suinfurt dux Suevorum.

Rodolfus de Reinfelden & Bertholdus de Zaringen, ob Suevia ducatum contendunt.

Otto dux Baioariorum dejicitur.

Hiltebrandus pontifex.

Luitpoldus archiep. Mogontinus obiit.

Sigefridus episcopus Mogontinus.

Profectio quorundam Germanæ episcoporum Hierosolymis.

Cometa.

Anglia afflicta.

Alias Cuono primicerius Colonensis.

Prudens sit hic lector, & cū judicio legat. quæ sunt ex ista eorum narratione in historiis passim. Et hic de Henrico 4. & Hilteb. sunt plura alibi, locum habeat. quod scribit Otto Frisingensis, aliud esse res gestas scribere, aliud audisse, vel secus res acta sit.

Adelbertus Premensis episcopus.

Agnes mater Henrici Romam se confert.

Teti Marchio.

Bichilingen.

Schidingen.

Otto Bajoaria dux.

omnino ſuſpectus & inviſus erat, ipſum contra ſe in regni veſtigium elevari poſſe formidaret, ſi res ſua ſecus cederet. Hinc perverſitatis materiam arripiens, quidam Egino, mediocri natus loco, re- *Egino.*
bus admodum tenuis, audacia tamen & nequitia ſatis diffamatus, patrocinantibus quibuſdam regis fidelibus, curiam irrepſit, & magnum illum heroem, qui ſe nunquam noverat, ſecum de regis nece tractaſſe commentatus eſt: ſeipſum etiam ut mos eſt, poteſtati regiæ vadem obtulit, quouſq; campionis duello cum duce confligens, vera comprobarentur quæ retulit. Qui multa? Placitis *Duellum Ottonis & Eginonis.*
vel colloquiis regalibus, uno Mogontiæ, altero Goslariæ, condictis, Otto cum Eginone, utpote, dux cum latrone, primas cum ignobili congredi contempſit, ſua tamen innocentia, vel Eginonis improbitas minime latuit. Sic ducatum Bajoariæ Otto ut reus majeſtatis amiſit, quem Vuelfo quidam illuſtris & acer, atq; bellicoſus, natu Suevus, accepit: idque tam principalis diſcordiæ ſemen, in perpetuos heu præliorum & ſeditionum, prædarum & incendiorum, ſciſmatum etiam & hæreſium, atque mortium lamentabiles fructus germinavit atque ſuccrevit. Anno domini 1072. Rex Ottonem uſquequaque perſequutus, quàm plures munitiones ejus deſtruit, prædia vaſtat, & ut veræ Reipublicæ hoſtem omnino eum delere pertractat. Econtra ille militibus electis inſtructus, ipſe quoque manu fortiſſimus, & animo nimis efferatus: quia cum regiis copiis confligere non poterat, nunc præda, nunc flammis, nunc etiam ferro quacunque ſe ſors obtulit, ſuas injurias ulciſci ſatagebat. Ipſo denique mediante non ceſſat gens Saxonum, ut eſt animis acerrima, conjurationem adverſus regem unanimi conſpiratione confirmare, accuſationes blaſphemas & inauditas ad ſedem Apoſtolicam in illum referre, ſociosq; ſibi ex omni regno Teutonico literis & nũciis aſciſcere. Nam primo Sigifridum Mogontinæ ſedis metropolitanum, Adelbertum Vuormacienſem, *Conjuratio quorundam epiſcoporum in Henricum 4.*
Adelberonem Vuirciburgenſem, Gebehardũ Salzburgenſem, alioſq; quamplures prælules, indeq; per ipſos etiam Papam Alexandrũ ſibi fautores efficiunt. Quidã quoq; ſummæ ſanctitatis virũ Annonem archiepiſcopum Colonienſem conjurationis ejuſdem conſcium aſſerunt. Quorum inſi- *Querela Romanæ in Henricum quartum.*
diis rex territus, Saxonia ceſſit, & in aliis regni partibus agendis rebus inſtitit. Anno domini milleſimo 73. Anno Colonienſis epiſcopus, & Hermannus Babenbergenſis, Romam miſſi ſunt, pecuniam quæ regi debebatur, congregandi gratia. Qui legatione peracta, reverſi, literas Alexandri apoſtolici deruleruntregem vocantes ad ſatisfaciendum pro ſimoniaca hæreſi: aliisque nonnullis emendatione dignis, quæ de ipſo Romæ fuerant audita. Poſt hæc Saxones adiciunt etiam præſidia multa conſtruere: necdum enim plures habebat Saxonia munitiones. Inſuper caſtella quæ rex dudum ædificaverat, funditus evertunt, inter quæ præcipuum illud caſtrum, quod Zartesburg Zartesburg.
dicebatur, diruunt, monaſterium & clauſtrum canonicorum quod ibi erat, multa furentes audacia, ſolotenus deiciunt: & quod dictu nefas eſt, innocentis cujuſdam filii regis ibidem ſepulti oſſa, in contumeliam patris de ſepulchro proiiciunt. Anno domini milleſimo 74. Beatæ memoriæ Alexandro papa defuncto, Hiltebrandus qui poſtea Gregorius dictus eſt, profeſſione monachus & *Hildebrandus papa.*
archidiaconus, Romanæ ſedi ſucceſſit, ſub quo Romana Reſpublica & omnis eccleſia novis & inauditis ſciſmatum erroribus periclitari cœpit. Qui cum abſque regis conſenſu ſolis tantum Romanis favent ibus, hunc apicem conſcendiſſet, ſunt qui illum non canonice conſtitutum, ſed tyrannice papatum ſibimet aſſeverent uſurpaſſe. Pro quare & à nõnullis epiſcopis abdicatus eſt. His regem Heinricum crebris nunciis & epiſtolis denuo ad ſynodalia reſponſa vocavit.

Hermannus Marchio, filius Bertholdi ducis, Cluniaci monachus obiit. Hoc etiam anno mona- *Monaſterium* Schwarzach.
ſterium Suuartzahenſe ab Adelberone Vvirciburgenſi Epiſcopo dedicatum eſt in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ, & ſanctæ Fœlicitatis martyris, ſub Ekkeberto ejuſdem monaſterii venerabili Abbate.

Anno domini milleſimo 75. Heinricus rex manu valida tam ex Alemannia, quam Bajoaria, & Germania atque Boemia congregata, Saxones petit, eisque juxta Inſtruot fluvium congreditur: *Fluvium Inſtruot.*
& non modica ſtrage utrinque peracta, tandem victoria potitus revertitur. Ibi Rudolphus dux Alemanniæ atque Burgundiæ, qui poſtea regnum invaſit, fortiter cum ſuis pro rege dimicaſſe notatus eſt. Hermannus Babenbergenſis Epiſcopus, ob hæreſim ſimoniacam, autoritate Hiltebrandi Papæ deponitur, eique Rupertus à rege ſubrogatur. Anno Colonienſis epiſcopus, plenus ſanctitatis meritis, defunctus eſt, & in monaſterio Sigebergenſi, quod ipſe conſtruerat, poſitus. Cui Hildolfus ſucceſſit. Dominus Ekkebertus Abbas hujus congregationis tranſivit ad Dominum, ſeptimo kalend. Decembr. Anno Domini milleſimo 76. Habitum eſt concilium apud Vuormaciam, ubi præſente rege Heinrico, univerſi penè Teutonici epiſcopi, præter Saxonicos, Hiltebrandum Papam abdicarunt, mittentes ad illum epiſtolam, poſt multas culpationes in illum injectas, ita concluſam: Quia ergo & introitus tuus tantis periuriis eſt initiatus; & eccleſia Dei tam gravi tempeſtate per abuſionem novitatum tuarum periclitatur, & vitam per converſationem tuam tam multiplici infamia dehoneſtati, obedientiam quam tibi nullam promiſimus, nec de cætero ullam ſervaturos eſſe renunciamus, & quia nemo noſtrum, ut tu publice declamabas, tibi hactenus fuit Epiſcopus, tu quoque nullis noſtrum amodo eris Apoſtolicus.

Epiſcopus Bambergenſis Hermannus deponitur.

Concilium Vuormatiæ, in quo Hildebrandus papa abdicatur.

Digitized by Google

Colloquium in Oppenheim.

Eodem itaque anno circa 18. kal. Octob. colloquium maximum apud Oppenheim factum est, ubi penè totius regni principes, sed maxime Saxonũ & Alemannorum, subjectioni regis renunciabant, causam prætendentes, quòd à duobus jam Apostolicis vocatus ad satisfactionem non venisset, & pro hoc contemptu sententiam excommunicationis in Romana Synodo à Papa accepisset, cum ipse tamen inauditus & absens fuisset. Hac commotione coactus rex, Romam humiliter, utpote veniam ab Apostolico postulaturus, inimicis non sperantibus, tetendit: inventoq; Papa in Oppido Canusino ibi per triduum ante portam castri, depositio omni regio cultu, discalciatus, & laneis indutus perstitit. Nec prius cum multo fletu Apostolicæ miserationis, auxiliũ & consolationem implorare destitit, quàm omnium qui ibi aderant, precibus & lacrymis intercedentibus, laxato tandem anathematis vinculo, in communionis gratiam, & sinum matris Ecclesiæ receptus est, acceptis ab eo correctionis in futurum vitæ suæ securitatibus multis. Inter hæc quæ gesta sunt, totus jam mundus sui commotione testatur. Sed quia quidam dicunt ipsius Papæ autoritate & consilio, Rodolphum in regno sublimatum, quidam vero negant Heinricum regem ab eo fuisse excommunicatum, ejusdem Papæ dicta quædam super his potissime, non incongruum videtur annotare.

Quæ Heinricus in Canusio fecerit.

Hic vide Chronica parva Germaniæ, Tubingæ excusa.

Epistola Hildebrandi de excõmunicatione Heinrici.

Ait enim in quadam Epistola ad universos Teutonici regni Principes missa. Audivimus quosdam inter vos de excõmunicatione, quam in regem fecimus dubitare, ac quærere, utrum juste excommunicatus sit, an injuste? Admonuimus eum, ut pœnitentiam ageret de factis suis, verum ipse indigne ferens se à quoquam reprehendi, non solum à perpetratis ad emendationem revocari non potuit, sed ampliore furore correptus, non prius cessavit, donec omnes ferè Episcopos Italiæ in Theutonicis vero partibus, quotquot potuit circa fidem Christi naufragare fecit, dũ eos beato Petro & Apostolicæ sedi debitam obedientiam & honorem à Domino nostro Jesu Christo concessum, abnegare fecit. Pro his illum causis, primum videlicet, quod ab eorum communione, qui sacrilegio & reatu simoniacæ hæresis excommunicati sunt, se abstinere noluit, deinde quod pro criminosis actibus pœnitentiam non dico suscipere, sed nec promittere voluit, Synodali judicio eum excommunicavimus. Item in alia Epistola, post datam reconciliationem: solam, inquit, ei communionem reddidi, non tamen in regno, à quo eum in Romana synodo deposueram, restauravi. Et quibusdam interpositis, Episcopi, inquit, & Principes ultramontani, audientes illum non servare quod mihi promiserat, quasi desperati de eo, sine consilio meo, elegerunt sibi Rudolphum in regem. Centius quidam civis Romanus ex fautoribus Heinrici, in nativitate Domini Gregorium Papam in Galli cantu missam celebrantem, de altari graviter vulneratum, rapuit: & in turre sua in custodiam misit. Unde populus iratus, eodem die turre Centii destructa, eique vita vix impetrata, loco suo restituit. Prius tamẽ missa ad altare sustentatus percantata, quam prius inceperat, sed nondum finierat.

Centius Heinrici fautor, vsurpatus in papam.

1077. Rudolphus Suevus eligitur in regem.

Anno domini Millesimo 77. Rudolphus indigena Sueviæ, quæ regalibus omnino stemmatis est aliena, mediantibus Sigefrido Metropolitano, & Adelberone Vuirciburgẽsi Episcopo, Bertholdo quoq; duce Carinthiæ, ac prædicto Ottone, aliisque nõnullis Principibus in præsentia quorundam Romanæ sedis legatorũ non volũtarie annuentiũ, apud Forcheim in regẽ elevatur. A quibus etiam deductus Mogontiam, in media quadragesima 12. Kalend. April. à Sigefrido Episcopo in regnum ungitur. Ubi eodem die pessimo auspicio, seditione facta, multa turba vulgi cæsa est ab ejus militibus, unde vulgus accensum in ipsos exarsit, magnisque ictibus multos obtruncans, cæteros in curiam palàm fugavit, ipsasque regias ædes incendere voluit, nisi quòd Episcopus Sigefridus pro veloci discessione Rudolphi, obsidem se interposuit. Ita Rudolphus, & cuncti qui cum eo venerunt, ejecti sunt, ipse quoque Sigefridus Episcopus magnis blasphemiis criminatus, Mogontiam non intravit amplius. Collectio dehinc à Saxonia exercitu copioso, Rudolphus, Vuirciburgenses Heinrico regi fidem servantes, & tam Episcopum suum Adelberonem, quàm se contemnentes, obsedit. Sed jam diversis machinis ad urbis oppugnationem instructis, terrore Heinrici regis circa kal. Julii ab Italia reversi, inacte regreditur. Heinricus autem rex Alemanniam cum exercitu petit, ibique quendam ex indigenis Hugonem, aliosq; sibimet inibi rebelles, non sine magna ejusdem provinciæ vastatione debellat. Bertholdus autem de Zeringen, dux quondam Carinthiæ, in quodam oppido suo Lintberg, naturaliter munito positus, dum videret ex arbitrio regis impune cuncta vastari, præ dolore animi dicitur eo morbo, quem Medici φρένιτιν vocant, occupatus fuisse, septemque diebus postea superstes multa amentiæ verba quasi delirans protulisse, sicque vitam finisse. In ea expeditione Uto Trevirorum Archiepiscopus defunctus est. Agnes mater Heinrici regis 20 annis vidua, Romæ obiit, in Ecclesia S. Petronellæ sepulta. Anno Domini Mil. 78. Heinricus rex properanti contra se cum multo exercitu Rudolpho, juxta Stronui occurrit. Initoque prælio, non pauci ex his atque illis prosternuntur, ac incerta fit victoria, utrisque certatim fugientibus ad propria. Ubi à vulgaribus hominibus Vuecil Magdeburgensis Archiepiscopus in fuga occiditur, sive ut quidam dicunt, suspenditur, Magnus dux despoliatur. Hermannus comes ejusdem Magni patruus, & Adelbertus Vuormaciensis Episcopus comprehensi, ac plurimi de militi-

Seditio Mogontiæ

Vuirtzburg obsidetur à Rudolpho

Bertholdus de Zeringen, dux Carinthiæ.

Uto Trevirorum Episcopus.

Bellum Heinrici et Rudolphi Stronui

Vuecil Magdeburg. Archiepiscopus occiditur.

Digitized by Google

de militibus Saxonicis turpiter sunt interempti. Ex parte quoq; regis Heinrici, Poppo vir mirè fortis occubuit. Ann. dom. 1079. iterum bellum fit inter Heinricum & Rudolphum in loco qui dicitur Fladeheheim, hieme nimis aspera, ubi in primo congressu Saxones terga vertunt. Ibi dux Boemiæ, Fratizlaus, regalem lanceam Rudolphi adeptus est, quæ exinde permissione regis Heinrici semper quem vis illius gentis ducatu insignem, in omni festiva processione præcedit. At rex Heinricus propriis castris redditus, de armigeris quos reliquerat, pene nullum invenit. Una quippe ex legionibus Saxonum, in primo congressu pugnam deserens, quia obscurus erat aer, furtim castra regis invasit, multosque pueros comprehendens, strangulabat eos, multaque abradens spolia, fugam iniit. Rex autem dimisso exercitu, Orientalem Franciam cum paucis divertit.

Bellum Heinrici & Rudolphi in Fladenheim.

EX VITA ET GESTIS HILDEBRANDI QUI ROMANUS Pontifex factus Gregorius VII. dictus est, per Brunonem Cardinalem, qui eo tempore vixit, descripta.

EPiscopos ipse turbis laicorum stipatus, convocavit, & Sacramentum ab eis cum terrore & minis exegit & extorsit, & in manu sua iurare coegit, ne unquam ab eo dissentirent, nunquam regis causam defenderent, nunquã superordinato sibi Papæ faverent, vel obedirent.

2. Scripturas sacras violenter intorsit in adiutorium falsitatis, quod genus idololatriæ quantum sit, late patet in scripturæ sacræ campis spatiosis.

3. Imperatorem in nulla Synodo Canonice accusatum, præcipitanter excommunicavit, in qua excommunicatione nullus Cardinalium subscripsit.

4. Imperator Heinricus IIII. solitus erat frequenter ire ad orationem, ad Ecclesiam S. Mariæ, quæ est in monte Aventino. Hic promissa pecunia Hildebrandus, quendam induxit, ut supra trabes Ecclesiæ, occulte lapides magnos collocaret, & ita aptaret, ut de alio super orantis Imperatoris caput demitteret, & ipsum contereret. Quod minister tanti sceleris cum festinaret implere, & lapidem magni ponderis super trabes aptare vellet, lapis pondere suo eum traxit, & fracta sub trabibus tabula, & lapis, & ille miser homo, Dei iudicio, in pavimentum Ecclesiæ cecidit, & eodem lapide contritus est. Hujus res gestæ ordinẽ, postquam Romani cognoverunt, pedem illius miseri, fune ligaverunt, & triduo per plateas urbis, ad exemplum trahi fecerunt. Imperator autem solita clementia, jussit sepeliri.

5. Idem Hildebrandus Sacramentum corporis Domini, responsa divina quærens contra Imperatorem, fertur igni injecisse, contradicentibus Cardinalibus qui assistebant, teste est Johannes Portuensis Episcopus à secretis Hildebrandi.

6. Prophetiam sibi arrogat de morte Heinrici, & de ambone clamat in feriis Paschalibus. Non habete me pro Papa, sed ab altari me avellite, si usque ad Pentecosten hoc non fiat.

7. Eisdem diebus paravit Imperatorem perdere per occultos proditores, Deus autem eum custodivit. Hæc illa ille Prophetiæ spiritus, qui proditoris ordinator erat.

8. Tres homines nõ convictos, nõ confessos absq; secularibus Judicibus, Hildebrandus morti adjudicavit, & eos in patibulis juxta Ecclesiam S. Petri, in loco qui dicitur Palatiolum, suspendi præcepit.

9. Familiarem sibi librum Necromanticæ artis semper solebat secum ferre. Multa & alia fecit Hildebrandus, in quem clamat sanguis Ecclesiæ, gladio linguæ eius miserabili proditione effusus, propter quæ à communione eius, justissime Ecclesiæ recessit, sicut fecerunt Imperatores nostri, temporibus Apostatarum Liberii & Anastasii. Hæc Bruno.

ANno domini Millesimo 80. Cum apud Brixiam, Noricam, triginta Episcoporum conventus, nec non & optimatum exercitus, non solum Italiæ, sed & Germaniæ jussu regis Heinrici congregaretur, factus est omnium contensus adversus Hiltebrandum Papam, cognominatum Gregorium septimum quem pseudomonachum, totiusq; vasaniæ pestiferum Principem, & præcipue sanctæ Romanæ sedis invasorem affirmãtes, ab Apostolica sede depellendum, quamvis absentem dijudicabant, & Vuigbertum Ravennensem Archiepiscopum, ipsi subrogandum eligebant. Hujus Decreti conclusio hæc est. Quia inquiunt illum, constat non à Deo electum, sed à seipso, in fraude ac pecunia impudentissime objectum, qui Ecclesiasticum subvertit ordinem, qui Christianum imperium perturbavit regnum, qui regi catholico ac pacifico, corporis & animæ intentat mortem, qui periturum defendit regem, qui inter concordes seminavit discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, inter conjuges divortia, & quicquid quietæ inter pie viventes stare videbatur, conturbavit: nos, autore Deo, congregati in unum, legati ac literis freti, decem & novem Episcoporum, die sancto, præteritæ Penthecostes Mogontiæ congregatorum, contra eundem Hiltebrandum procacissimum, sacrilegia ac incendia prædicantem, periuria & homicidia defendentem, catholicam & Apostolicam fidem de corpore & sanguine Domini, in quæstionem ponẽtem, hæretici Berengarii antiquum discipulum, divinationum ac somniorum cultorem, manifestũ necromanticum, phitonico spiritu laborantem, & idcirco à vera fide exorbitantem, judicamus Canonice deponendum & expellendum, & nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, imperpetuum condemnandum. Facta sunt autem hæc 7. kal Julii, feria 5. Indict. 3. Scripsit post hæc Anshelmus, Lucensis Episcopus, epistolam ad eundem Vuigpertum, in qua illum prævaricatorẽ ac superbum

Comitia Brixiæ contra Gregorium septimum papam.

Pavysia Episcoporum contra papam Hiltebrandũ.

Epistola Anshelmi Lucensis.

cognominat, inter alia subinferens Ut ergo de beato Gregorio patre nostro dicã, quod de Cornelio scripsit beatus Cyprianus, factus est Episcopus, de Dei & Christi ejus judicio, de clericorũ penè omnium, & ut verius dicam, omnino omnium testimonio, de plebis, quæ tunc aderat suffragio, de sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cũ Alexandri locus, id est, cum locus Petri, & gradus sacerdotali cathedræ vacaret. Quo occupato, & de Dei voluntate, atq; omnium nostrum consensu ordinato, quisquis jam Episcopus voluerit fieri, foras fiat necesse est, nec habet Ecclesiasticam ordinationem, qui Ecclesiæ non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, licet multum de se jactans, sibi plurimum vendicans, prophanus est, alienus, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus debet esse, factus est, jam non secundus ille, sed nullus est. Hæc priori sententiæ valde contraria scripsit Anshelmus Episcopus, vir literis apprime eruditus, ingenio acutissimus, facundia præcipuus, & quod omnibus majus est, in Dei timore & sancta conversatione nominatissimus, adeo ut tam in vita quàm post mortem, referatur miraculis clarus.

His ita gestis, inter Henricum regem, & Rudolphum, rursus geritur bellum, juxta fluvium Elestrã, in quo idem Rudolphus cecidit, sed à suis Meresburg vivus delatus, & in brevi defunctus, honorifice ibidem est humatus. Fertur autem in extremis positus, & abscisam dexteram intuitus, ad Episcopos, qui forte aderant, graviter suspirans, dixisse, Ecce hæc est manus, qua domino meo Henrico fidem sacramẽto firmavi, ecce ego jam ejus regnum & vitam derelinquo præsentem, videte qui me solium ejus conscendere fecistis, ut recta via viæ vestra monita sequentem duxisse tis.

Hoc etiam prælio ex parte regis Heinrici Ratpoto comes, regi satis fidus interiit. Anno domini 1081. Rex Heinricus Italiam cum exercitu petiit, Romamq; perveniens, in vigilia Pentecostes, resistente sibi Hiltibrando Papa, cum Romanis ante castellum S. Petri castra posuit, ubi etiam crebris per biennium incursibus urbanorum infestatus, parva manu multa viriliter peregit. Monasterium Babinbergense crematur, in vigilia Paschæ. Saxones & Alemanni ad colloquium venientes, in Orientalem Franciam, non sine magna clade ejusdem provinciæ redierunt. Bellum inter Chunradum in Orientali Bajoaria ducis Boemiæ fratrem, & Luitpoldum Marchionem, commissum est 4. Idus Maij. Item aliud inter Alemannos & Bajoarios, 3. Idus Aug. juxta Danubium apud Hohenstein, ubi Palatini comitis, Chunonis filius Chuno occisus est. Anno Domini 1082. Hermannus quidam vir præpotens ac nobilis ex Germania, à Saxonibus & Alemannis rex constituitur. Cui cum suis in partibus, hoc est in Lothoringia vel Germania nemo bellicis in rebus atq; divitiis posset æquiparari, sumpto regis nomine, tam suis quàm alienis cœpit in brevi despectus haberi. Anno domini 1083. Hermannus cum paucis Orientalem Franciam hostiliter invadit, & per eandem partẽ visus est quasi equitum discurrens exercitus, quorum tamen vestigia nullo modo poterant agnosci. Heinricus rex Pascha celebravit apud sanctam Rufinam, moxq; Romam tendẽs, castra posuit, ubi & prius ad Occidentalem partem castelli S. Petri, captaq; est urbs 4. Non. Junii, feria sexta ante octavã Pentecostes. Hoc tempore Hiltibrandus Papa in Castello Crescentii, quod vulgo domus Theodorici appellatur, inclusus expectabat eventum rei: Rex vero in Palatino monte munitionem instituens, non paucos quos in præsidio posuerat, ingravescẽte super eos æstatis insueto fervore amisit, sed & alios de exercitu multos eadem mortalitas absumpsit. Eodem tempore legati Græcorum venerũt, munera multa & magna in auro & argento, vasisq; ac sericis afferẽtes. Romani autem viginti obsides regi dantes ex nobilibus, petierunt diem constitui, in quo Papa & omnes Senatores in præsentiam ejus venirent. Qui diem statuens kal. Novemb. ipse ad montana conscendit, intrante Julio, ibiq; commorans usque ad statutum tempus, Romam rediit, sed Papa in præsentiam ejus non venit. Unde Romani commoti, manus regi dederunt: Hiltibrandum vero Papam unanimiter abdicarunt. Qui occulte fugiens, Salernam secessit, ibidem ad diem mortis suæ permansit. Eodem anno Vuelpho Bajoariorum antea dux Augustam civitatẽ, summo mane intravit, Sigefrido Episcopo vix evadente, Vuigoldum quendam ejusdem loci Canonicum inthronizavit. Anno dom. 1084. Heinricus natale domini Romæ apud S. Petrum celebravit, circa kal. vero Febr. in Campaniam transiens, ipsam & magnam Apuliæ partem cœpit. Post hæc per legatos Romanorum rogatus, ut pacificus rediret, Romam rediit, & ad portam Lateranensem castra ponens, omnes in deditionem accepit, ipsisq; petentibus, ut quia Hiltibrandus ab ipsis abdicatus aufugerat, Vuigpertum Ravennatem Episcopum eis Apostolicum præficeret 11. kal. April. feria 6. ante diem Palmarum multis stipatus, cum magna gloria intravit, ducens secum prædictum Episcopum. Qui sequenti Dominica per multos Pontifices, Apostolico nomini dicatus, nomenq; Clementis accipiens, reverenter est inthronizatus. A quo rex cum regina Bertha, in sancta Dominica Paschæ, imperiali benedictione sublimatus est. Post hæc Imperator Heinricus de Italia digrediens, Augustam civitatem ab Alemannis invasam obsedit & accepit. Defuncto Sigefrido Archiepiscopo Mogontino, Vuecil successit. Anno domini 1085. Synodus Mogontiæ habetur, cui interfuit Imperator, ubi præsentibus legatis Romanorum omnes Episcopi rebelles Imperatori, deponendi judicantur, cæteri vero anathemate ut videbatur, condemnantur. Ibi etiam communi consensu atque consilio constituta est

Hermannus rex.

Roma capitur

Legati Græcorum ad eum Heinricum.

Hiltebrandus deponitur, et recedit.

Vuigpertus Ravennas fit papa.

Heinricus 4. Augustam obsidet.

Synodus Mogentiæ.

pax Dei

Pax Dei. Non multo poſt ſubſtitutis ab Imperatore per parochias abdicatorum præſulibus, in locum Adelberonis Meginhardus converſatione probabilis, literis etiam & ingenio atque facundia nulli penè ſecundus, Vuirciburgenſi Eccleſiæ præſul ordinatur, dignus qui alius temporis eſſet Epiſcopus. Recepto jam à Saxonibus pacifice Imperatore Heinrico, quidam Marchio Eggibertus, Imperatoris etiam conſanguineus, armis ſtrenuus & animoſus, atque ditiſſimus, iterum in Saxonia contra Imperatorem tyrannidem ſuſcitavit, qua cognita, Imperator in Franciam propere rediit. Eodem anno condicto tam ab inimicis quàm amicis Imperatoris colloquio, in Thuringia loco, qui Berchach dicitur, convenebant, ex utraque parte, quicunque ſapientiſſimi de optimatibus judicabantur, canonum autoritate probaturi, cui parti juſtitia faveret, Imperatore tamē abſente, ſic enim ipſe conſenſit. Electis igitur ſatis literatis & eloquentibus viris, hinc Vuecilone Mogontino, illinc Gebehardo Salzburgenſi Archiepiſcopis diſputatio cœpta eſt. Affirmat Gebehardus proponente hoc prius Vuecilone, Imperatorem non injuſto, judicio tam regno, quàm communione Apoſtolici ſententia privatum, econtra Vuecil dominum ſuum præjudicium non minus à Papa, quam à Principibus paſſum contendit, dum ipſo apud Canuſium in ſatisfactione poſito, immo jam a Papa in communionem recepto, alterum ſuper ſe regem elevarent. Adjecit etiam idem Mogontinus, quòd Imperator diu jam à Saxonia depulſus, & regnandi copia etiam ab illa diſſenſione, quæ ante Rudolphū facta præſentitur ſpoliatus; nec vocari, nec judicari, nec damnari canonice debuiſſet. Hoc Gebehardus improbare nitēs aſſerit, neminē per hoc divinis abſolutū legib⁹, ſi forte ſua qualibetcunque familiari fuerit ſpoliatus, quanto minus rex qui Saxoniā, quæ non ſuum duntaxat prædium, ſed domini ſit regnum, qui Danielis, vel ipſo rege Nabuchodonoſor teſte, cuicunque voluerit, dat illud: cum etiam ante amiſſam Saxoniam prius ab Alexandro, deinde à Hiltebrando vocatus, ſatisfacere contempſiſſet. Sic itaq; utrinque parte ſua favente, atque acclamante diſceſſum eſt. Notum tamen eſt, quòd eandem ſententiam adverſarii Imperatoris tanto inſequebantur zelo, ut habito poſtmodum in Quintilingoburg concilio, ubi Otto Epiſcopus Oſtienſis interfuit, legatus Hiltibrandi Papæ, ipſum nimium ventilantes, hæreſim Vuecilonis, ipſumque hæreſiarcham appellarent, contra fidem ſcilicet illum dogmatizaſſe culpantes, quòd quamdiu quis ſuis ſpoliatus ſit rebus, divinis non ſubjaceat legibus Hiltiorandus Papa, qui & Gregorius ſeptimus apud Salernū moritur, & ibidem in Eccleſia ſepelitur. Cui Normannorum & Mathildis illius potentiſſimæ per Italiam fœminæ, cunctorumq; ejuſmodi ſectam æmulantium aſſenſu, Deſyderius Cardinalis Romanus, & Abbas Caſidenſis, verus Chriſti famulus, licet multū corde, ſimul & corpore renitens, ſubſtituitur, ſed cum infirmitate gravi laborans, ad ſummum hūc apicem invitus, immo captivus proveheretur, precibus obtinuit, ut infra non multos dies ex hac vita tolleretur. Poſt hæc per eoſdem electores & ordinatores prædictus Otto Epiſcopus Oſtienſis eidem officio delegatur, mutatoque Romano more vocabulo, Urbanus appellatur. Ann. dom. 1086. Heinricus Imperator Saxoniam vaſtat. Vuirziburg à Saxonib. & Alemannis obſidetur. Ad quē liberanda Imperator copioſum, tam peditum, quàm equitum congregat exercitum, pugnaq; juxta Bleichfelt commiſſa, digreditur abſque victoria. Mox urbe ab hoſtibus capta, Epiſcopus Adelbero introducitur, relictòque cum eo militari præſidio, ad propria quiq; proficiſcitur. Sed paulo poſt eadem urbs ab Imperatore recipitur, expulſoq; Adelberone cum ſuis, Meginhardus reſtituitur. Ann. domini 1087. Hermannus falſo regis nomine depoſito permiſſione Imperatoris ad propria reverſus, poſt paucos dies in cujuſdam oppidi obſidione interit, Metis ſepelitur. Ano dom. 1088. Bertha imperatrix obiit, & Spiræ ſepulta eſt. Bugco Halberſtatenſis Epiſcop⁹ occiditur Goſlariæ. Auguſta urbs infidus Suevorum in cœna Domini capta, ſecunda feria Paſchæ deſtruitur. Et Sigefridus ejuſdem urbis Epiſcopus cuſtodiæ mancipatur. Vuigoldus vero invaſor ejuſdem Eccleſiæ, intra paucos dies moritur. Meginhardus Epiſcopus Vuirciburgenſis obiit, cui Emehardus ſucceſſit, viventeadhuc Adelberone. Vuecil Archiepiſcopus Mogontinus obiit, cui Ruthardus ſucceſſit. Petrus Albanenſis Epiſcopus obiit. Iſte per judicium ignis immenſam pertranſiens illæſus piram, veſtimentis etiam per flammam volitantibus, ſed in nullo læſis, Petrum Florentinum Epiſcopum declaravit ſimoniacum, unde & ipſe poſtea igneus eſt appellatus. Anno dom. 1089. Otto Ratiſponenſis Epiſcopus moritur, pro quo Gebehardus adoleſcens cōſtituitur. Imperator nuptias Coloniæ celebravit, quandam Utonis Marchionis viduam, Ruſcorum regis filiā ducens uxorem. Poſt hæc congregato exercitu, oppidum quoddam Marchionis Eggiberti, in Thuringia poſitū, nimis firmum, Gliche dictum, obſedit. In vigilia vero natalis Domini, Dominico ſcilicet die, cū magna pars primatum, ob diem feſtum jam abiret, Eggibertus ſuis conſulens, audacter Imperatorem invadit, & naviter primo reſiſtentem, tandem cedere compellit. Ibi Burchardus, Loſannæ Epiſcopus, qui ea die ſacram Imperatoris lanceam ferebat, occiſus eſt. Anno domini 1090. Heinricus Imperator Italiam ingreditur, ibique ferè per ſeptem annos moratur. Prædictus Eggibertus à quibuſdam Imperatoris fidelibus, in quodam molendino, pauſandi gratia deprehenſus, turpiter occubuit. Adelbero Vuirciburgenſis de ſede ſua jam diu depulſus, in Bajoaria moritur, ibique in

Marchio Eggibertus ſeditionem excitat contra Heinricum

Conventus in loco Thuringiæ Barchach.

Diſputatio an impoſſe depoſitus Heinricus 4.

Hæreſis Vuecilonis,

Hiltebrand. moritur.

Deſiderius ſuccedit.

Otto Vrbicenſis fit papa Vuirciburg obſidetur.

Habent Chronica, Heinricum III. in rebus bellicis fuiſſe ſtrenuiſſimū, Bucinum & ſavagios ſignum collatis pugnando ſ. M. Marcellum, & alibi ſæpe ſe ſuperegreſſum. Quorum alter ſi regeſſet, alter quinquageſimā hū pars marte decertarunt, quib. præſtis Saxones ſæpe de victi, quorum duos Rudolphus.

Bertha Spiræ ſepulta.

Indicium ignit.

Petrus Albanenſis igneus.

Gliche obſidetur.

Heinricus 7 annis in Italia.

Vermiculorū prodigiosa visio.

monasterio suo Lambach sepelitur, Anno domini Millesimo 91. Visi sunt per multas regiones vermiculi nimis ignoti, non longe à terra volantes, hoc est, ut vel manu, vel virga tangi possent, grossitudine quidem muscis æquales, sed longitudine satis deductiores. Quorum tam infinitus extitit exercitus, ut unum pene miliarium, in latitudine duo vel tria, in longitudine viderentur occupare, densitate vero sua ipsam solis lucem terris negare. Per quam prodigiosam visionem, illam quæ post quadriennium facta est, Hierosolymam tendentium, profectionem quidam interpretati sunt figurari. Anno domini Millesimo nonagesimo secundo. Pestilentia magna facta est hominum atque pecudum. Anno domini Millesimo nonagesimo tertio. Fratizlaus dux Boemiæ, in venatu repente cadens de equo, subitanea morte obiit. Chunradus Imperatoris filius, & Berthæ Imperatricis, patri rebellasse infamatur. Visus est splendor quidam, quasi facula volans per aerem, ab Oriente in Occidentem. Eclipsis solis facta est. 9. kalend. Octobris hora tertia, & mortalitas magna subsecuta est. Anno domini Millesimo nonagesimo quarto. Ecclesia mortalitate immensa, incredibiliter vastata est, insuper pestilentia, turbinibus, imbrium inundationibus, cladibus nimium afflicta. Anno domini Millesimo nonagesimo quinto, Ladislaus rex Pannoniæ, misericordiæ operibus plenus, vitam finivit in Domino. Luipoldus quoque Marchio, nec non Heinricus Palatinus comes obierunt: Burchardus etiam Abbas transivit ad Dominū 13. kalend. Febr. Anno domini Millesimo nonagesimo sexto. Vuelpho dux antea Noricus, qui ab Imperatore jam dudum abjuraverat & ob id ducatum perdiderat, in gratiam eius rediit, ducatumque recepit. Signum in Sole apparuit 3. kalend. Mart. feria secunda incipientis quadragesimæ. Diversi quoque prodigia mundus parturisse ubique referebatur. Mox ex omnibus penè terræ, sed maxima ab Occidentalium regnorum partibus, tam regum & nobilium quàm etiam vulgi utriusque sexus innumerabiles turmæ armata manu Hierololymam tendere cœperunt, excitati scilicet in zelum frequentibus nunciis super oppressione Dominici sepulchri, ac desolatione omnium regionum Orientalium quas gens ferocissima Turcorum per aliquot annos suo subactas dominio, inauditis calamitatibus jam jamque deleverat. Quibus, ut dictum est, subvenire statuentes, sicut diversis agminibus, ita diversis & incertis plerisque ducibus properabant. Primi namque Petrum quendam monachum sequentes, quem tamen postea multi hypocritam fuisse dicebant, ad 15. mil. æstimati per Germaniam, indeque per Bajoariam atque Pannoniam pacifice transibāt, quamplurimi vero navali per Danubium, vel per Alemanniam, pedestri itinere, aliique ad duodecim mil. per Saxoniam atque Boemiam, à quodam presbytero Folemaro, itemque nonnulli à Gotescalco presbytero per orientalem Franciam ducti sunt. Qui & ipsi nefandissimas Judæorum reliquias, ut vere intestinos hostes ecclesiæ per civitates quas transibāt, aut omnino delebāt, aut ad baptismatis refugium compellebant: quorū tamen plurimi, sicut canes ad vomitum postea retro rediebant. Illi autem viatores plurimis ex inde manubiis onusti, Vngariam attingentes, quibusdam ob seditiones, ut videbatur, indigenis invisi facti, aut revera facultatum suarum abundantia eosdem semibarbaros in avaritiam accendentes, jussu regis eorum Colomanni dolis potius quàm armis capti, plurimi morte multati, pauci armis & rebus nudati, fugam pro maximo lucro reportabant, quamvis & amplissima utriusque multitudo à quodam Emichone viro militari seducta, vel potius ut Israhelitici quōdam exercitus spiritu fornicationis decepta, paucis sibi in Pannoniæ ingressu in præsidio Vueissenburg obstantibus, fuga, nemine persequente repatriaverit. Eclipsis lunæ facta est 6. Idus Augusti, luna 14. Anno domini Millesimo nonagesimo septimo. Heinricus Imperator ab Italia rediens, Ratisponam Bajoariæ urbem venit, ibique aliquandiu moratus, Judæis, qui baptizari coacti sunt, judaizandi ritum concessit. Interea Gotefridus dux Lotharingiæ, vir genere armis, & ingenio clarissimus, qui priori anno, cunctis quæ possidebat in precium redactis, militibus copiosis, fideque non modica instructus, iter per orientalem Franciam fecerat: neque ipsis ab Vngaria fugientibus territus, sed tam Imperatoris Heinrici, quam regis Colomanni permissione, Pannonias, Bulgariasque permearat, Constantinopolitano fœderatur Imperatori, ejusque præsidiis fultus, Romaniam attigit, ibique sociatis sibi tam Siciliæ quàm Græciæ, Danorum, Nortmannorum, cæterorumque transmarinorum exercitibus, immo universorum Christum colentium nationum auxiliis, frequenti congressu Barbaros atterere cœpit: tandemq; Romania occupata, in Antiochiæ consedit obsidio. Heinricus Imperator Mogontiæ cum principibus colloquium de pace habuit, circa kalend. Decembris, & natale domini apud Argentinam celebravit. Cometes apparuit. Eo anno æstas fertilissima, hiems vero lenis & pestilens fuit: imbrium & fluvium inundationes nimis increverunt.

Pratislaus Bohemiæ rex.

Ladislaus Pannoniæ rex.

Prodigia.

Profectio Hierosolymitana.

Duces profectionis.

Judæi ad baptismum compulsi.

Alb. K. lib 5. cap. 14. Judæi invitis baptizati redeunt ad Judaismū.

Heinricus Imper. Mogunt. & Argent.

Anno domini Millesimo 98. Inquisitione facta Mogonciæ ab Imperatore, de facultate Judæorum interfectorum, inter cæteros qui eas rapuerunt, quidam ex consanguineis archipræsulis incusati sunt. Quos cum Imperator perquireret, nec in præsentiam ejus venirent, pontifex causam eorum defendere volens, sed non valens, indignatione permotus, ex urbe discessit, & Thuringiam cum eis se contulit, quasi suis in hoc melius prospecturus, & exvicinitate, imperatori

Raptores facultatum Judæorum ex consanguineis archipræsulis Mogunt.

ratori rebellium quendam ei terrorem illaturus, ſicque commotionis ſuæ vindictam exacturus. Extiterunt autem qui dicerent, etiam ipſum pontificem multam partem de pecuniis invaſis accepiſſe, & idcirco defenſioni cæterorum tanto ſtudio cor appoſuiſſe. Vuelfo Bajoariorum denuo dux filios ſuos & ipſos rebellare tentantes, gratiæ imperatoris reconciliavit, & uni eorum ducatum poſt ſe committi impetravit.

Epiſcopus invaſor ludaicæ artis.

ANno domini milleſimo 99. *He*inricus imperator natale domini Coloniæ celebravit: in Epiphania vero Aquis filium ſuum juniorem Heinricum quintum regem fecit, reprobato majore ſuo Chunrado, quem prius coronavit. Chunradus vero cauſam rebellationis ſuæ paucis tantum, ſibiq; familiariſſimis in regno detegens, aſſumpto quodam ex ordine miniſterialium patris æque Chunrado nomine, forti admodum & prudenti viro, per quaſdam Italiæ partes & nomen & dignitatem regis annis fere novem obtinuit: tantum indolis ſuæ per orbem Romanum diffundens interim odorem, ut nemo religioſus, nemo ſapiens in ipſo ſaltem Rempublicam conſtituendam fore dubitaret. Erat enim vir per omnia catholicus, & Apoſtolicæ ſedis ſubjectiſſimus, plus religioni quam faſcibus vel armis deditus: fortitudine tamen & audacia ſatis & ſuper inſtructus, lectioni quàm luſibus vacare malebat: miſeris omnimodis, ſed præcipue militibus inopia ſtrictis, compaſſione & miſericordiæ fructu proximus fiebat, nemini contemptum, nemini vim, nemini præjudicium intendens, omni perſonæ, omniq; conditioni fuit affabilis: indeq; non immerito Deo & hominibus ſemper extitit amabilis: cœlibatus pudorem perpetualiter & ſervare cum propoſuiſſet, coactus tamen à ſuis filiam Ruggeri ducis Siciliæ, famoſiſſimi penè noſtrorum temporum viri, duxit uxorem: cujus tam caſte uſus eſt conjunctione, ut vix crederetur eam unquam cognoviſſe. Legale illud præceptum; Turpitudinem patris tui nō revelabis, itemq;: Honora patrē tuum. murmur quod per totum Romanum imperium patris ſui mores laniabat, quodq; ipſum ſibi offenſæ patris ac ſuæ ab illo diſceſſionis cauſa extitit, aurib. propriis nunquam patiebatur inferri, ſemper illum dominum ſuum & Cæſarem vel Imperatorem cognominans: univerſos à palatio patris adventantes, ſub appellatione conſervorum, licet infimos, ſociali benevolentia tractans. Præter animi virtutes, morumque compoſitionem, corpore fuit apprime decorus, ac ſtatura procerus.

Henricus quintus 17. Germ. imp.

Conradus Henrici filius.

Vxor Conradi filia Ruggeri ducis Siciliæ.

Modeſtia & humanitas Conradi.

Eodem Anno Gotefridus dux, Reginmundus comes ſancti Ægidii, Rupertus comes Nortmanniæ, Rupertus comes Flandrenſis, cum turbarum copiis quib. præerant multa uſq; Hieruſalem difficultate pertingunt 4. jam anno poſtquam in eandem militiam pro crucifixo ſibi Chriſto tanti ſe bellatores ſponte crucifixerunt. Reliqua enim multitudo præter eos qui cum Boimundo Antiochię confederant, vel cum Baldeuuino Rohas abierant, Laodiciæ Tyroq; remanſerant, per diverſas circunquaq; regiones diſperſi ſunt. Hic de militiæ vel expeditionis ejuſdem cauſa non tam humanitus quam divinitus ordinata, fert animus æſtuans aliqua præſcriptis adiicere, maxime ob imprudentiam, imo impudentium quorundam redargutionem, qui vetuſto ſemper errore contenti, novitatem hanc jam ſeneſcenti, & propè intereunti mundo perneceſſariam, ore temerario præſumunt reprehendere, ipſi Epicureo more voluptatum latam, quem artam divinæ ſervitutis viā amplectentes, appetitum mundi prudentiam, contemptum ejus ſtultitiā, hoc eſt, carcerem patriam, tenebras lucem, malum bonū, mortem vitam, proh pudor corde cæciſſimo cōſiderantes, lenocinatur eis in hoc, & audaciā hujuſmodi ſubminiſtrat. depravata jam undiq;, ſed maxime partibus in illis rerum vertigo, ubi ſapientia præ omnibus inviſa, virtus omnis eſt odioſa, religio deſpicitur, humilitas cōculcatur, aſſuti primatum præſtat, vitium amorem conciliat, crudelitas timorem, ſuperbia impetrat honorem. Nos aūt in Domino tantum confidentes, nec præſentibus, ſed futuris inhiantes, ac licet ſpectatores pigri, fautores tamen benivoli, laudemus eoſdem noſtri temporis viros, glorioſos, qui vicerunt regna mundi, qui relictis propter pium ovis centeſimę quæſitorem, conjugibus ac liberis, regnis & divitiis, poſuerunt animas ſuas in manibus ſuis, zelo zelantes pro Domino Deo exercituum: utroque condigne armati fortitudine, regis ſuæ cœleſtis ineuntes ſervitium.

Cauſa expeditionis Hieroſolymitanæ.

Epicurei & potentes Aſſaſinorum nostri.

Laudati qui vitam prodigunt.

Nota: Animas in manibus habere: hinc pictura divorum aliquot quibus nec vita chara fuit, unere Chriſti.

Tempore Heinrici 4. Romani, & Alexii Conſtantinopolitani principis, juxta præſagium Evangelicum, ſurrexit undiq; gens contra gentem, & regnum adverſus regnum, & terræmotus magni erant per loca, & peſtilentiæ, & fames, terroresque de cœlo, & ſigna magna: & quia jam in omnes gentes Evangelica tuba, juſti judicis adventum præconabatur: ecce etiam totum circunquaque mundum ſigna prophetata portendentem univerſalis eccleſia contemplatur. Jam Hieroſolyma Saracenis civibus poſſeſſa, Babylonia quæ nunc ſedes eſt regni, Ægyptiis ſerviebat: jam tenuis in ea Chriſtianæ profeſſionis religio, quotidiano ſe tributo redimebat. Bethleem domus panis angelorum, ſtabulum facta eſt armentorum: univerſæque circumcirca Eccleſiæ per omnia ludibriis numeroſo annorum circuitu ſubjacebant Paganorum. Orta ſunt interea bella ſorte miſerabili inter Chriſtianos Orientales, id eſt, Græcos & Armenios: Armenii utpote regnis & numero pauciores, affines aſciſcunt ſibi de Perſida bellatores inclytæ famæ Turcos: quorum auxilio ſedata juxta placitum ſuum ſeditione, dimiſerunt eos ad propria, nimis allectos

Bella inter Græcos & Armenos.

Digitized by Google

terrarum ipsarum copia, & fertilitate. Qua de re inito post annos aliquot consilio, emerserunt, ab
Sultani Satrapæ. aquilonari plaga, de terra Gorrizana quæ plus hominum quàm victuum fertilis esse narratur, præ-
scriptorum Paganorum copiæ multæ, quæ sub 4. Sultanis divisæ (sic enim satrapas suos nomina-
Nicea expugnata re solent) uni tantum Persico Imperatori, pene divini cultus more subjecti, per Armeniam, indeq;
Cappadociam, totamque Romaniam atque Syriam diffusi sunt. Primo quippe Niceam Catho-
licæ quondam fidei turrim firmissimam expugnant, trucidatis in ea Christianis quos ceperant. So-
lomannum quendam de suis tyrannum cum præsidiis locant, universas circumquaque regiones
usque ad paludem sive sinum maris, qui brachium sancti Gregorii dicitur, funditus devastantes
nulli animæ Christianæ, nulli ecclesiæ vel monasterio, immo nec ipsis sanctorum imaginibus par-
centes. Vidimus enim & adhuc videre miserabile spectaculum est, in semidirutis partium illa-
rum oratoriis, ipsam Salvatoris nostri, ejusque glorioſissimæ genitricis, seu quorumlibet elector-
Luctus desolatarum ecclesiarum. rum picturas, truncatis naribus & auribus, manibus vel pedibus, desolatarum ecclesiarum quo-
dammodo luctum visibiliter prætendere, divinique judicii super se vigilantem virgam plagis qua-
si semper recentibus ostentare. His te gladiis o nobilissima Constantinopolis nec regis tui tuta-
vit milleformis altutia, nec civium populositas innumera: non te frequentia nundinarum, vel
infinita congeries auri redemit: non te Vuaringorum, non te Turcopolorum tuorum, vel Pin-
cinatorum, classiumúe multitudo defendit, solum tibi magni prædicti interditum præsidio fuit,
immo sola te creatoris operatio munivit. Subjacuit furoribus istis præpotens quondam Antio-
Hierusalem duplici servitute gravata. chia: & ne multis morer, dextras dederunt tota simul Syria atque Palestina. Igitur terra repro-
missionis subacta, mater nostræ redemptionis, ac civitas Dei Hierusalem duplici captivitatis jugo
gravatur: solamen tamen erat utique perparvulum, quod opprimentium se Sarracenorum fu-
cis multo turpiorum plebs æqua sorte multatur. Posito inibi Sultano, militibusque numero-
sis, ad instaurandum antemurale, quod hactenus cernitur, aliáve quælibet ædificia, destruuntur
illa quæ extra civitatem erant monasteria: Domini vero sepulchrum quæstus duntaxat gratia, in-
temeratum relinquitur: templum domini famosissimum, & nulli ut arbitror humani operis struc-
turæ comparandum, sacrilegæ Paganorum religioni reservatur: tantæque semper apud illos ha-
bebatur veneration, ut nunquam illud nisi nudis & lotis pedibus intrarent: nulli unquam de Chri-
stianis, quos utique maxime immundos judicabant, per tot annorum curricula tam sanctum
quàm Turcorum tempore vel intra atrium ingredi permitterent. Cum ergo victores ipsi mutuis
armis, ut res poscebat, insudarēt, nunc lusibus ad delitias, utpote à glarea jejuna in terram ubertate
Crux superstitum Christianorum. fructiferam transplantati sibimet indulgerent, ut illorum servitio quæ tormenta, quæ cruces,
quasúe per omnia miserias superstites Christicolæ paterentur, vix cuilibet inexperto credibile est,
per legationes tamen frequentissimas, & epistolas etiam à nobis visas, universalem ecclesiam
ecclesiæ Hierosolymitanæ, in præsidium lugubriter inclamantes adverti facile poterit.

Alex. Imp. Const. Prædictus etiam Alexius Imperator Constantinopolitanus, super eisdem Barbaris prædo-
nibus per majorem jam regni sui partem diffusis, non paucas epistolas Urbano papæ direxit, quibus
in defensionem orientalium ecclesiarum se non sufficere deploravit, obtestans totum, si fieri pos-
set, occidentem, qui jam ex integro Christiana professione censeretur, sibi in adjutorium advocari,
promittens per se cuncta necessaria præliaturis terra marique ministrari. Inde commotus apo-
stolicus, & omnis ecclesia Romana, generale concilium in Hispaniæ confinio congregari fecit,
Concilium in Hispania vel Parisiis. vel, ut quidam dicunt, Parisii: quo etiam ipse laborioso nimis itinere perveniens, innumeris qui
ibidem convenerant populis, diversorumque regnorum legatis, universa quæ scripta sunt, & mul-
to ampliora ore facundissimo declamavit. Mox tot millibus in lachrymas resolutis, variarum quo-
que linguarum planctibus in altum levatis, in hoc eis doctor egregius remissionem omnium con-
donat peccatorum, si renunciatis omnibus quæ possidebant, crucem post Christum unanimiter
portantes, periclitantibus conchristianis ferrent auxilium. Qua sponsione at rectis animis omni-
Centum millia virorum crucifera exercitus. um, designata sunt ad præsens in domini militiam circiter cētum millia virorum ex Aquitania sci-
licet atque Normannia, Anglia, Scotia, & Hibernia, Britannia, Galitia, Vuasconia, Gallia, Flandria,
Lotharingia, cæterisque gentibus Christianis, quarum nunc minime occurrunt vocabula, crucis
signaculum in vestibus, id est, vere crucifer exercitus, ad mortificationis præferebat commonito-
rium, credens in hoc, juxta visionem magno quondam Constantino revelatam, ab inimicis crucis
Christi se triumphaturum. Mira autem & inæstimabili divinitatis dispensatione tot Christi
membra, linguis, tribubus, & nationibus differentia, subito in unum Christi charitate conglutina-
ti coaluerunt corpus: uno omnes Christo rege sunt singulis singulæ gentes procuratæ ducibus,
Duces exercitus crucifери. Gotefrido scilicet Lotharingensi, suisque fratribus Baldeuuino & Eustatio, Ruperto Flandrensi,
item Ruperto Nortmannico, Reginmundo comite de sancto Ægidio, Hugone fratre Philippi
regis Galliæ, cæterisque ejusdem industriæ nobilitatis atque fortitudinis bellatoribus. Quibus o-
Hademarus episcopus. mnibus venerandæ sanctitatis & sapientiæ virum Hademarum episcopum præfatus Apostolicus
præfecit, cui & ligandi solvendique potestatem à beato Petro Romanæ sedi hæreditariam sua vice
semper exercendam concessit, insignitumq; cœlestis militiæ stigmate exercitum Apostolica benedictione

dictione consignans, condicto ab universis tempore profectionis, ipse cum non modica ejusdem expeditionis turma Italiam rediit. Legatis denique singulis ad propria reversis, pervagata cis citraq; mox orbem cunctum hæc fama commovit: insuper quod dictu mirabile est, ipsum oceani limitem velocitate consueta supervolans, insulanorum etiam classibus maria ipsa cœlestis regis militia redundare fecit. Nam ut verissime comperimus, tam ignotos effudit oceanus populos, cujus non dicam mores & habitus, sed ne loquelam quisquam hujus littoris habitator vel de ipsis Marinariis agnosceret: rursumque alios, quibus nihil præter panem & aquam in usu victus esset: itemq; quosdam quibus argentum pro ferro in omnibus suis utensilibus esset. Hinc & undecunque augebatur quotidie circacircum signatorum numerus: & ut prælibavimus, in hujusmodi expeditionem totus fervet, totus cōcutitur, vel potius transformari videbatur mūdus. Francigenis occidētalibus facile persuaderi poterat sua rura relinquere: nam Gallias per annos aliquot nūc seditio civilis, nunc fames, nunc mortalitas nimis afflixerat: postremo illa, quæ circa Nivalensem sanctæ Gertrudis ecclesiam orta est, usque ad vitæ desperationem terruerat. Erat autem hujusmodi: Tactus quisquam igne invisibili, quacunque corporis parte, tam diu sensibili, immo incomparabili tormento, etiam irremediabiliter ardebat, quousque vel spiritum cum cruciatu, vel cruciatū cum ipso tacto membro amitteret. Testantur hoc hactenus nonnulli manibus vel pedibus hac pœna truncati. Reliquarum nationum plebes, personæ aliæ præter apostolicum edictum prophetis quibusdam inter nuper exortis, seu signis cœlestibus, ac revelationibus ad terram se promissionis vocatas, aliæ se quibusvis incommoditatibus ad talia vota compulsos fatebantur: magna quippe pars eorum cū cōjugibus ac prole, totaq; re familiari onusti proficiscebantur. Orientalibus autem Francis, Saxonibus & Thuringis, Bajoariis & Alemannis hæc buccina minime insonuit, propter illud maxime scilicet, quod inter regnum & sacerdotium à tempore Alexandri papæ usq; hodie, tam non Romanis, quàm Romanos nobis invisos & infestos jam heu cōfirmavit. Inde est, quod omnis pene populus Teutonicus in principio, profectionis hujus causam ignorantes, per terram suam transeuntes, tot legiones equitum, tot turmas peditum, torque catervas ruricolarum, fœminarum, ac parvulorum, quasi maudita stultitia delirantes subsannabant, utpote qui pro certis incerta captantes, terram nativitatis vane relinquerent, terram repromissionis incertam, certo discrimine appeterent, renunciarent facultatibus propriis, inhiarent alienis. Sed quamvis nostra gens cæteris multo sit insolentior, respectu tamen miserationis divinæ inclinatur tandem ad verbum ejusdem renunciationis furor Teutonicus, à commeantium scilicet turbis rem ad integrum edoctus, præterea signum in sole quod præscriptum est, visum, multaque quæ tam in aere quàm in terris portenta apparuerunt, ad hujusmodi exercitia non paucos antea torpidos excitaverunt. E quibus aliqua hic interseri duximus utilissimum, cūcta vero longissimum, & nos cometem in plaga meridiana stantem, suumque splendorem in obliquum gladii more protendentem, tūc circa Non. Octobr. vidimus. Anno vero post hæc tertio, stellam aliam in oriente locum suum longo interstitio saltibus mutantem, 6 kalend. Martii conspeximus. Nubes quoque sanguineas tam ab occidente, quàm oriente surgentes, sibique invicem in cœli centro concurrentes. Rursumque mediis fere noctibus à septentrione igneos exurgere splendores: plerumque etiam faculas per aërem volitantes, vidisse nos testibus plerisque comprobamus. Non multo ante hos annos quidam venerabilis vitæ presbyter, nomine Sniggerus, cujusdam diei hora fere nona, duos equites conspexit cōcurrentes in aere, diuque concertantes: alterum qui crucem non modicam ferebat, qua percutere videbatur: in altero victorem existere.

Fama Hierosolymitanæ expeditionis per totum orbem.

Gallia calamitas.

Plaga ignis invisibilis.

Revelationes de vocatione ad terram promissam.

Schisma inter regnum et sacerdotium impedivit in Orientalibus revelationem.

Teutones ignari hujus profectionis.

Furor Teutonicus edocetur à turbis commeantium.

Cometa.

Nubes sanguineæ.

Sniggeri presbyteri visio.

Eodem tempore Gregorius presbyter, qui nunc sub monachica professione nobiscum cum primogenitis asim debitum ovinum Christo persolvit, hora quadam meridiana cum duobus comitibus in sylva deambulans, gladium myræ longitudinis venti vertigine ignotum unde levaretur, in sublime deferri vidit: & quousque visum altitudo celaret, tam fragorem auribus, quàm metallum oculis discrevit. Referebant aliqui, qui in equorum pastibus vigilabant, civitatis se speciem in aere vidisse: diversas etiam turbas diversis ad eam partibus, tam equestri, quàm pedestri itinere properantes perspexisse. Nonnulli etiam crucis signaculum sibimet in frontibus vel vestibus, sive in quolibet loco corporis divinitus impressum ostendebant, ipsoque se stigmate ad eandem domini militiam præscriptos credebant.

Item aliis subita mentis mutatione compunctis, vel visione nocturna edoctis, prædia resque familiares distrahere, signumque mortificationis vestibus assuere placuit: & in his omnibus ultra quàm credi potest, catervatim currentibus ad ecclesias populis novo ritu gladios cum fustibus & capsellis sacerdotalis benedictio dispartivit. Quid referam temporibus ipsis mulierem quandam duobus annis continuis impregnatam, tandemque dirupto utero, filium loquentem fudisse: itemque infantulum per omnia bimembrem: alterum vero capite bino. Agnellos quoque aliquos binis capitibus exortos fuisse: pullos etiam equarum dentes majores, quos equinos vulgo appellamus, quosque non nisi trimis caballis natura concedit, in ipso partu protulisse. His & hujusmodi signis tota creatura in creatoris se militiam cohortante, nil moratur inimicus ille, cæteris etiam dormientibus semper pervigil, bono illi semini zizania sua

Mulier bicuspis pravida, puerum loquentem parit. Agnelli bini capitibus.

Zizania inimici.

sua superseminare, pseudo prophetas suscitare, dominicis exercitibus falsos fratres & inhonestæ fœminei sexus personas sub specie religionis intermiscere, sicque per aliorum hypocrisin atque mendacia, per aliorum vero nefarias pollutiones, Christi greges adeo turpabantur, ut juxta boni pastoris vaticinium etiam electi in errorem ducerentur. Inde fabulosum illud confictum de Carolo magno, quasi de mortuis in idipsum resuscitato. Et alio nescio quo nihilominus redivivo, frivolum quoque illud de anserе, quasi dominam suam deducente, multaque id genus. Idem tamē seductores, quemadmodum singuli suis à fructibus sint cogniti, quomodo vestе sub ovina lupi sint denotati, hi potissime, qui ex illis adhuc supersunt, licet ut perquirantur, scilicet, quo portu juxta promissum suum absque navigio mare transierint, quibus prælijs vel locis multos paganos parva manu straverint, quas eorum munitiones ilico ceperint, quáve postremo parte murorum Hierusalem castra posuerint, & cætera; nihilque habentes quid respondeant, tam de oblationibus fidelium per hypocrisim susceptis, quam de cæsis ob rapinam, quas seduxerant turbis, propria maxime apostasia, necesse est ut pœnitentiam agere cogantur. Nam ut prælibatum est, plebs Folemarum per Boemiam sequens, cum apud Nittram Pannoniæ civitatem seditione concitata partim captivitate, partim ferro dispersa esset, pauccissimi qui remanserant adhuc testari solent, quod crucis signum super se cælitus apparens ab imminētes eos nece liberasset. Gotescalcus vero non verus, sed falsus Dei servus, postquam non sine damno orientalis Noricæ, Vngariam cum suis intravit, admiranda falsæ religionis specie, munitionem in arce quadam constituere, & in ipsis locatis præsidiis, per reliquum vulgus Pannonias circuncirca vastare cœpit. Quo nimirum oppido ab indigenis sine dilatione capto, turba multa trucidata atque captivata, grex reliquus dispersus, ipseque mercenarius, non pastor, turpiter fugatus est. Surrexit etiam diebus ipsis quidam vir militaris, comes tamen partium illarum quæ circa Rhenum sunt, Emicho nomine, dudum tyrannica conversatione nimis infamis, tunc vero velut alter Saulus revelationibus, ut fatebatur, divinis, in hujusmodi religionem advocatus ferè 12. mill. signatorum sibimet usurpans ducatum: qui nimirum per civitates Rheni, Mœni, quoque Danubii deducti, execrabilem Judæorum quacunque repertam plebem zelo Christianitatis etiam in hoc deservientes, aut omnino delere, aut etiam intra ecclesiæ sategebant compellere sinum. Ad confinia quoque Pannoniarum innumeris jam utriusque sexus copiis cum pervenissent multiplicati, regnum ipsum, quod scilicet partim paludibus, partim sylvis cingitur, per obfirmata præsidia vetantur ingredi. Fama quippe Colomanni regis jam perculerat vel permoverat aures, inter Paganorum & Ungariorum necem, nihil apud Teutonicas differre mentes. Qua de re munitionem Vuetilenburg per 6. hebdomadas expugnantes, plura inibi patiuntur incommoda: inter quæ etiam quis illorum sub nomine regis Pannonarum potiretur terris, civili flutuissima que quatiuntur discordia. Itaque oppugnantes insudantes ultimo, jam muris interruptis, jam fugientibus oppidanis, jamque indigenarum exercitu vastante propria flammis, miro Dei omnipotentis nutu victor peregrinorum exercitus terga vi hilominus vertit; relictis, supellectilib⁹, nil quisq; præter misera animam emolumēti reportavit. Sic nimirum, sic nostræ gentis homines zelum Dei, sed non secundum scientiam habentes, quippe quam malitia, quam in liberandis Christianis Christus providerat alios vicissim Christianos persequi cœperant, miseratione divina fraterno sanguine repressi, Ungarii quoque liberati sunt. Hæcque est causa, qua quidam simpliciores fratres, utpote rem ignorantes, scandalizati, totum hujus profectionis conatum vanum atque frivolum ipsi nimis præproperi judices interpretati sunt. Paleis tamen ex area dominica hujusmodi ventilabro decussis, vidimus grana tritica naturalis soliditatis gravitate perdurantia, Gotefridum scilicet, cæterosque prænominatos, vere dominica militiæ duces, cum suis singuli super omnem stellarum dispositionem speciosis castris ab universis quas pertransibant gentium principibus, pacem ac favorem, humilitatis atque charitatis exemplo ut vere Christi discipuli consequentes, donec diversis itinerum difficultatibus Bulgaria permeata Constantinopolitanas attigerant arces.

Fabulosum de Carolo Magno.

Crucis signum à nece multos liberavit.

Gotescalcus falsus Dei servus in Vngaria.

Emicho olim tyrannus, tunc alter Saulus.

Judæos delere, aut ad fidem compellere satagebat.

Weissenburg.

Vngari liberati.

Legimus Hierosolymæ libellum à loco præsenti totam hujus historiæ seriem diligentissime prosequentem, plurimosque populi Dei per triennium labores in captæ Hierusalem lætissima victoria concludentem. Quapropter nos hinc iam pauca de pluribus assignamus, videlicet, quod fictis omnino beneficiis, Alexius Imperator tantos sibimet heroas amicaverit: postea vero sacramentis tortis, ne regno suo vim inferrent, constrinxerit, quamvis constet, quòd dum moram ibidem primæ quoque cohortes, alias adventantes expectando facerent, dolis eos interfecissent, nisi Gotefridi ducis solertia super gregem domini cautius vigilasset. Testantur seditionem ipsam suburbana quæ tunc destruxit, pons quem expugnavit. Quid multa? duorum fere mensium spatium novitios indies suscepit exercitus Bizantium, è quibus tandem absque vulgi parvulorum ac mulierum incredibili multitudine, recensita sunt 300. millia pugnatorum. Porro cohortes Petrum secutæ, jussu Alexii dudum transpositæ, Paganis fuerant jam ludibrium factæ. Motis itaque castris, Niceam applicuerunt, quam, fugato prædicto Solomano principe, expugnantes, captam imperatoris præsidiis tradunt. Sic enim sacramenta firmaverant, ut urbes quasque suo imperio detractas pristinæ ditioni si vincerent, redderent, ipsique vicissim tam armis,

Labor triennii in capta Hierusalem. Alexius Imper.

Gotfridi ducis solertia.

300. millia pugnatorum.

Nicea occupatur.

quàm

quàm ſtipendiis regiis infra metam eandem ſe foveri non dubitarent. Inde per regnum Conſtantini terram utique opulentiſſimam progredientes, mare contingunt Ruſciæ. Sicque, ut epiſtola docet à Ruperto comite delata, cum tanta alimentorum abundantia militiam ſuam Chriſtus deduxit, ut aries nummo, bosque ſiclo veniiſſet. Præterea inquit, quotiens reges vel principes Sarracenorum conſurrexerunt in nos, Deo volente, facile victi & conculcati ſunt. Ob hæc itaque fœliciter acta, quia quidam intumuerant, oppoſuit ei Deus Antiochiam urbem humanis viribus inexpugnabilem, ubi per novem menſes eos detentos, in obſidione eiuſdem ita humiliavit, ut omnis ſuperbia illorum & tumor deſideret. Igitur eis ſic humiliatis, ut in toto exercitu vix centum equi boni reperirentur, aperuit illis Deus copiam ſuæ benedictionis & miſericordiæ, & induxit eos in civitatem, atque Turcos & omnia eorum, poteſtati horum tradidit. Cumque & hæc quaſi viribus ſuis acquiſita obtinerent, nec Deum, qui hæc contulerat, digne magnificarent, tanta Sarracenorum multitudine obſeſſi ſunt, ut de civitate nullus ex tanta turba egredi auderet. Præterea fames in civitate ita convaluerat, ut vix ab inhumanis dapibus ſe aliqui continerent. Longum eſt narrare miſerias quæ in civitate fuere. Reſpiciens autem Dominus populum, quem tam diu flagellaverat, benigne conſolatur, ac primo quaſi pro ſatisfactione tribulationis lanceam ſuam, qua in cruce vulneratus eſt, munus non viſum a tempore Apoſtolorum, pignus victoriæ illis obtulit, deinde corda illorum adeo animavit, ut etiam quibus ægritudo vel fames ambulandi vires denegaverat, arma ſumendi, & viriliter contra hoſtes dimicandi, virtutem infunderet. Triumphatis itaque hoſtibus, cum fame & tædio exercitus deficeret, Antiochiæ maxime propter diſcordias Principum in Syriam profecti, Barram & Marram urbes Sarracenorum expugnaverunt, & caſtella regionis obtinuerunt. Ubi cum moram diſpoſuiſſent, tanta fames in exercitu fuit, ut corpora Sarracenorum jam ſe tertium à populo Chriſtiano comeſta ſint. Inde cum divino nutu in interiora Hiſpaniæ progrederentur, largiſſimam atq; miſericordem & victorioſiſſimã manum omnipotentis patris ſe tum habuerunt. Etenim cives & caſtellani regionis illius, per quam procedebant, ad eos cum multis donatis legatos præmittebant, parati ſervire & oppida ſua reddere. Sed quia exercitus non multus erat, & in Hieruſalem unanimiter feſtinabant, acceptis ſecuritatibus, tributarios eos fecerunt, quippe cum una de multis civitatibus, quæ in maritimis illis ſunt, plures homines habeat, quam in exercitu Chriſtiano fuiſſent. Cumque auditum eſſet Antiochiæ atque Laodiciæ & Rohas, quia manus Domini eſſet cum eis, plures de exercitu qui ibi remanſerant, conſecuti ſunt eos apud Tyrum. Sic itaque Deo conviatore & cooperatore, uſque ad Hieruſalem pervenerunt. Cujus in obſidione cum laborarent, maxime propter aquæ inopiam, habito concilio, Epiſcopi & Principes circinanda eſſe civitatem nudis pedibus prædicabant, ut ille qui pro nobis in humilitate eam ingreſſus eſt, per humilitatem illorum pro ſe ad judicium ſuis hoſtibus faciendum illis eam aperiret. Placatus itaque hac in humilitate, Dominus octavo poſt humiliationem illorum die civitatem eis tradidit, eo videlicet die, quo primitiva Eccleſia inde abjecta fuit, cum feſtum de diſperſione Apoſtolorum à multis fidelibus celebratur. Inter hæc minime prætereundum videtur, quòd dum exercitus in obſidione Antiochiæ moraretur, pavore perculſis univerſis per Orientem nationibus, diſcurrentibus ab omni parte orbis terrarum miſſis & exploratoribus, aliis pacem, aliis belli machinantibus, etiam Babylonici regis legati, conventui Principum ſe præſentes exhibent, inter alia pollicentes, ſi victis Antiochenis, etiam Turcos de Hieroſolyma pepulerint, dominum ſuum fratrem & amicum cum univerſis Sarracenis habeant, ut enim præſcriptum eſt, Judæam Hieruſalem totaque Paleſtina jam olim Turci Sarracenis abſtulerant.

Hac de cauſa ſecuritate accepta, non pauci lectiſſimorum militum Babyloniam diriguntur, quorum fortitudine, proceritate, habitu & inceſſu, omnique elegantia, attoniti Barbari, Francos (ſic enim univerſos Occidentales populos nominare ſolent) plus quam homines, id eſt Deos eſſe fatebantur, affirmantes omnino non eſſe mirum, quòd hujuſmodi bellatores totum affectarent ſibi ſubjicere mundum. Inito denique conſilio, rex Babyloniæ Hieruſalem obſidet, oſtenſisque legatis Francis ſe fœderatum affirmat, quorũ gladiis ſi ſibi civitatem non traderent, ipſos tradendos minitat. His itaque dolis rex Babarus non ſuo, ſed Francorum timore civitatem receptam, dimiſſis cum ſuis omnibus Turcis, omni conatu machinis, atque militibus, contra Chriſtianorũ adventum præmunivit, ſicque factum eſt, ut Hieruſalem bis uno caperetur anno, primo à Sarracenis, dein à Francis. De hoſtibus vero ibi repertis, quid actum ſit, ſi quis noſſe quærit, ſciat, quia in porticu quæ dicitur Salomonis, & in templum ejus, victores equitabant in ſanguine Sarracenorum uſque ad genua equorum. Deinde cum ordinatum eſſet, qui civitatem retinere deberent, & alii amore patriæ & pietate parentum ſuorum redire voluiſſent, nunciatum eſt eis, quod rex Babyloniorum Aſcalonem veniſſet cũ innumerabili multitudine Paganorum, ducturus Francos, qui Hieroſolymis erant in captivitatem, & expugnaturus Antiochiam, ſicut ipſe dixerat. aliter autem Dominus de his ſtatuerat. Itaq; cum in veritate comperiſſent, hi qui Hieroſolymis erant, exercitũ Babylonorum Aſcalone eſſe, contenderunt obviam illis, relictis ſarcinis & infirmis ſuis in Hieruſalem cum præſidio. Cumque hoſtium exercitum conſpexiſſent innumerabilem, genibus flexis Deum

Mare Ruſcia pertingunt.

Abundantia alimonia ut aries nummo, bos ſiclo veniret.

Antiochia & Turci traditi in poteſtatem Chriſtianorũ.

Rurſus Chriſtiani obſeſſi à Sarracenis.

Lancea Chriſti.

Barra & Marrha urbes Sarracenorum.

Corpora fœtentium Sarracenorũ à populo Chriſtiano comeſta.

Forte Syriæ, vel Phœnicia.

Pervenerunt eſt ad Hieruſalem.

Nudis pedibus circinanda civitas.

Legati Babyloniæ regis ad Chriſtianos.

Franci dicti omnes Occidentales populi.

Hieruſalem uno anno bis capta.

Equitare in ſanguine Sarracenorum uſque ad genua.

Oratio Chriſtianorum cum hoſte congredientium

Deum invocaverunt,ut qui in aliis ſibi neceſſitatibus ſemper affuerat, in præſenti bello confractis viribus Paganorum & diaboli,regnum Chriſti & Eccleſiæ, à mari uſque ad mare, uſque quaque dilataret. Nec mora,clamantibus ad ſe,Deus affuit,atque tantas audaciæ vires miniſtravit, ut qui eos in hoſtem currere videret,fontem aquæ vivæ ſitientem cervum ſegnem haud judicaret, miro videlicet modo,cum in exercitu Chriſtiano non plusquam quinque millia equitum,& quindecim millia peditum fuiſſent,& in exercitu hoſtium centum millia equitum,& 400 millia peditum eſſe potuiſſent. Tunc mirabilis in ſervis ſuis Deus apparuit, cum antequam cõfligerent,pro ſolo impetu eorum hanc multitudinem in fugam converſit,& omnia corũ arma diripuit, ita ut ſi deinceps illis repugnare vellent,non haberent arma, in quibus ſperarent. De ſpoliis vero non eſt quærendum quantum captum ſit,ubi theſauri regis Babyloniæ occupati ſunt. Ceciderunt ibi pluſquam centum millia Maurorum gladio: timor autem illis tantus erat,ut in porta civitatis ad duo millia ſuffocati ſint,de his vero qui in mari interierunt,non eſt numerus,ſpineta etiam ex ipſis multos obtinuerunt. Pugnabat certe orbis terrarum pro Chriſtianis. Et niſi ſpolia caſtrorum de ipſis multos detinuiſſent,pauci de tanta multitudine hoſtium eſſent, quod de bello renunciare potuiſſent. Pridie autem quàm bellum fieret,multa millia camelorum & boum, & ovium cœpit exercitus. Cumque juſſu Principum,populus hæc dimiſiſſet, pugnando progrediens, mirabile dictu, multas & multiplices turmas fecerunt cameli,ſimiliter autem & boves & oves. Hæc autem animalia ita comitabantur exercitum,ut cum ſtantibus ſtarent,cum procedentibus procederent,cum currentibus currerent. Nubes etiam ab æſtu ſolis Chriſtianos defendebant & refrigerabant. Celebrata itaq; victoria,reverſus eſt exercitus Hieruſalem,& relicto ibi duce Gotefrido, Reginmunt comes S. Ægidii,& Rupertus comes Nortmanniæ, & Rupertus comes Flandriæ, Laodiciam reverſi ſunt,ibi claſſem Piſanorum,& Boimundum invenerunt. Cumque Archiepiſcopus Piſanus, Boimundum & alios cum eo diſcordantes,concordare feciſſet, Reginmundus pro Deo & pro fratribus regredi diſpoſuit,magna vero multitudo, ut ſupra dictum eſt,ad patriam remeare contendit, cæteri qui remanſerunt,terram Deo diſponente,hactenus in pace obtinuerunt. Dux quoque magnanimus,& cui vix quiſquam in religione comparabilis inveniatur, parva licet manu fultus, magna quæque in Domino cœpit attentare,reliquias gentilium quacunque remanentes perſequi præſidia locis oportunis inſtituere, Joppen diu deſtructam, poſtumque ibi jam diu deſolatum renovare,Eccleſias,clerum,que quantum potuit,reparare: cœnobitas alibi congregare,donaria multa tam monaſteriis,quàm hoſpitali,quod nunquam defecerat,in Hieruſalem devotiſſime conferre. Pacem firmiſſimam cum Aſcalonitis atque Damaſcenis,gratia commerciorum habuit,noſtræ gentis milites,præ cunctis bellatoribus honoravit, feritatemque illorum ſuaviſſima urbanitate Gallicis caballariis commendans,invidiam quæ inter utroſque naturaliter quodammodo verſatur, per innatana ſibi utriuſque linguæ peritiam mitigavit. Hoc anno Chunradus, Trajectenſis Epiſcopus à ſuis occiſus eſt. Herimannus, Colonienſis Epiſcopus obiit. Cui Fridericus ſucceſſit. Raputo,Palatinus comes & Udalricus comes patruelis ejus,quem multum divitem dicebant, defuncti ſunt. Dum enim Imperator cum principibus colloquium Ratiſponæ haberet,mortalitas ſubito exorta, prænominatos duos magnates,de inferioribus vero quamplures abſumpſit, per civitates quoque atque regiones non modicam vulgi ſtragem fecit. Fames etiam improviſa multis locis invaluit. Urbanus Papa obiit.

Pauci Chriſtianorum vincunt multos Paganos.

Centum millia virorum ceciderint.

Orbis terrarum pugnat pro Chriſtianis.

Joppe a renovatur.

Epiſcopus Trajectenſis occiditur a ſuis.

Teſtis.
Inundatio.
Urbanus papa obiit.

Hic ſuper Eccleſiarum hactenus heu manente commotione,concilia multa congregavit: inter quæ etiam convocatis ad Placentinam civitatem 200. ferè patribus,Henricum Imperatorem tam à ſe quàm à prædeceſſoribus ſuis,cõmunione privatum declaravit: maxime regina Agnete,ipſius Imperatoris uxore,aſtante: multaq; nefanda in illum,ad aures totius ſynodi teſtificante. Sed antequam ex hac vita migraret,ſpiritu inſtructus divino,Reginherum cardinalem de ſancto Clemente ſanctæ cõverſationis & boni teſtimonii abbatem,nobilem Romanum deſignavit in regimen apoſtolicum eligendũ: quem etiam revelationibus aliis in ſuper denotatum,univerſa Romana Eccleſia paſtorem ſibi conſecrat,licet invitum,Paſcalem appellans eum.

Urbanus contra Henricum quartum aſtante nec te ſegnente.

Reginherus Paſchalis papa.

Conventus Hieroſolymitanus ingens, ſub Gotfrido.

ANno domini 1100. Sub Gotefrido duce Hierololymitanam Eccleſiam defenſante, conventus ingens factus eſt in Hieruſalem,ab omnibus qui ſunt in Oriente Chriſticolis, maximeq; qui vel Antiochiæ,vel Syria,Rhoas,vel Paleſtina reſiderant peregrinis,in tantum, ut in ipſis nativitatis Dominicæ feſtis,quàm plures regionibus adjacentibus, conſecrantur Epiſcopi, verſis in hiſtorias viſibiles eatenus myſticis prophetiis, Surge illuminare Hieruſalem. Et lætare Hieruſalem & diem feſtum agite omnes, qui diligitis eam,&c. Incaleſcente poſt hæc æſtate,corrumpitur per Paleſtinam aer, cadaverum fœtore. Sunt etiam qui dicant fontes à Barbaris infectos veneno, vel ciſternas occiſorum ſanie,unde exorta peſtilentia,multos ex noſtris, utpote ſub aere peregrino militates,occiderit: inter quos ipſum totius Eccleſiæ catholicæ lacrymis plangendum Gotefridum populo Dei, quem paterna ſolicitudine curabat,materna pietate fovebat,nimis immature ſubtraxit. Uno tantum anno populo Dei præfuit, languore ſuperatus prædicto 15. kalend. Aug. plenam fide, bonisque operibus præſentem in Chriſto vitam finivit. Exceptis ſive tacitis cunctis quibus

Myſtica Prophetia verſa in hiſtorias viſibiles.

Gotfridus cũ multis aliis moritur.

Digitized by Google

quibus pollebat virtutibus, tanta ſe manſuetudine conjunxerat tam indigenis quã cum peregrinis, ut vix adverteretur, Francis ne plus plangeretur quam Syris vel Græcis. Ante montem Calvariæ, in veſtibulo Golgothanæ Eccleſiæ extat ejus mauſoleum, lapide pario conſtructum. *Gotfridi ſepulchrum ante montem Calvariæ.*

Clariſſ. olim Principes, ut Turcæ & infidelibus reſiſterent, fortiſſime ſe geſſerunt, vitam & facultates contemnentes, Gotfridus Lotharingiæ dux. Anno MXCIX. Poſthac Fridericus. I. Barbaroſſa dictus Suevus. MCLXXXVIII. Fridericus. II. MCCXXVIII. eunc. Sigiſmundus bis, anno MCCCIX. Item MCCCCXX. anno. Uladislaus, qui apud Varnam occubuit, & Rex Ludovicus.

Hoc tempore Baluuinus comes in Rohas, quæ eſt civitas inclyta, immo regia: & pars Armeniæ conſederat, principatum jam gentis illius conſecutus, defuncto ſcilicet interim grandævo ſeniore illo Chriſtianiſſimo, qui ſe ab Antiochia ſibi in propugnatorẽ aſciverat, multaq; prælia naviter gerentẽ ẽt in filiũ & hæredẽ adoptaverat. A diebus quippe antiquis ſemper impugnata, nunquã manũ dederat urbs illa ampla Paganis, eo quod muris ultra humani operis qualitatem fitmis, fluvio quoq; intra ebulliente, omni etiam ſitu naturali, populiq; & victuum muniatur fertilitate. Non eſt operis hujus vel temporis literis tradere, quoties ibidem parva manu, vir prædictus, grandem multitudinẽ Barbarorũ ſtraverit, nonnunquã ẽt victus vicerit, amiſſo exercitu, aliũ ab Antiochiæ præſidio conduxerit, poſtremo falſo ſibi fœderati cujuſdã Turci, Balduc nomine, dolis ſemet expedierit ipſumq; comprehenſum necaverit, quæ omnia ſcribere volentem prius tempus deſeret quam materia. Audito tamen obitu fratris G. Baldeuuino juniore cognato ſuo, civitatẽ & populum commiſit, ipſeq; cum trecentis ferè viris Hieroſolymam tendit, inſidiantiũ ſibi Paganorũ millia deluſit, conq; reditur, vicit, onuſtuſq; ſpoliis cum triumpho Hieruſalem intravit. Rogatus & collaudatus ab omnibus, ut princeps eſſet eorum, conſenſit: nec multo poſt inclinans caput ſuũ ſuper Dominici ſepulchri tumbam, ipſius ſe ſervituti perpetualiter ſubjugavit. Poſt hæc quo major Paganis Chriſtianorum timor incuteretur, die Pentecoſtes per legatum Apoſtolicæ ſedis, acceptare gali bene dictione, coronatur. Deinde Aſſur & Cæſaream civitates maritimas debellavit, cæſisque qui inibi erant Sarracenis, regnum ſuum regis Babyloniæ damno dilatavit. Wigbertus Ravennenſis Archiepiſcopus, qui ſuper Hiltibrandum Gregor. poſitus, Clemens papa dictus eſt, obiit: vir utiq; ſatis ingenio, facundia, nobilitate, perſonaq; reverentia clarus, nec Roma tunc nec Ravenna bene uſus, & qui ſuper unum Papam viventem, quamvis coactus, ut ajunt, aſcendit, ipſe tres ſibimet alternatim ſuccedentes ſupervixit, exortis utraq; ſede Romæ & Ravẽnæ, malens, ut ab ipſius ore didicimus, Apoſtolici nomen nunquam ſuſcepiſſe.

Rohas civitas ſremiſſ.

Balduc Turca.

Baluuini comitis victoria.

Wigbertus ſucceſſor Gregorii. 7. moritur.

ANno Domini 1101. Chunradus rex adoleſcens 9. anno poſtquã à patris palatio diſceſſerat, Mathildis magnæ illius & nobiliſſimæ, & ut quidam dicunt, religioſæ fœminæ, ſicut ſanguine, ita & contubernio conjunctus, & in rebus per Italiam diſponendis tam illius qua Domini Apoſtolici, cæterarumq; Deũ timentiũ, perſonarũ conſilio ſemper uſus, immaturo præventus occaſu, plena fide & bona confeſſione à regno tranſitorio, ad æternũ creditur regnũ migraſſe. Sunt ẽt qui veneno eũ dicant interiſſe. Teſtari ſolent, qui aderant, in brachio corporis exanimi, crucis ſignaculũ ſubito exortum ſe vidiſſe, ipſasq; ejus exequias quibuſdã miraculis honorificatas fuiſſe. Viſus eſt à noſtro quodã familiari, ab Oriente in Occidentem volans ignis, ad inſtar non modicæ civitatis. Vermiculorum quoq;, quos papiliones à ſimilitudine tabernaculorũ vocant, exercitus incredibilis multitudinis, per tres continuos dies quaſi à Saxoniæ finibus in Bajoariam volabat. Mox profectio populoſa & quæ penè priori poſſet numero duntaxat æquari, ſubſequitur: quæ poſt auditas ultra ſpem res Hieroſolymæ proſpere geſtas, à reſiduis totius Occidentis gentibus, maxime ab his quorũ prius votis timor vel diffidentia, inopia vel imbecillitas obſiteraverant, denuo parabatur primũ ab Epiſcopis Mediolanenſi, Papienſi, cæteriſq; Longobardorũ populis ad quinquaginta millia ſignatis, deinde à diverſarum provinciarum Teutonicis, poſtremo ab Aquitanicis, quibus Willihelmus Pictavienſis præerat, præter vulgus ad 30. millia loricatis. Longobardorum plæbes permiſſu Heinrici ducis Carinthia permeata, dum poſt Ungaros tergo relictos in Bulgariæ civitatibus hiemarent, numero rareſcere cœperunt, tandemq; Conſtantinopolim pervenientes, in alterã ripã (illud enim beneficium maledictus Alexius peregrinus accelerare ſolet) tranſpoſitæ ſunt, immo Paganorum ſagittis expoſitæ, Turci enim explorata Longobardorum inertia, ſtipularũ eos terrebãt more in tantum, ut exercitus Teutonicus quieadem via ſubſecutus, circa Junii kal. ad eandẽ Metropolim pervenit, quid de præcedentibus ſe geſtũ ſit, nullo modo, ut pote nullo ſuperſtite de Romania redeunte, poſſet inveſtigare. Ab ingreſſu quippe vel prima civitate Bulgariæ uſq; ad ſedem Alexii, ſemper nobis ejus pacifici nuncii occurrebant, qui tamen aliquãdo nos præcedentes vel comitantes favillarum evaneſcentium more diſparebant. Militum ẽt ſuorũ quos Pincinatos vocitant, exercitus nunc nobis à tergo damnũ intulit, nunc à latere vim inferre, nunc à fronte directa acie manum conferre, nunc per noctes caſtra irrumpere diſpoſuit, ſemper tamen nobis pes 20. dies vicinus & infeſtus fuit, donec ſtatione fruentes prænominata cũ turma Welphonis ducis, exercituq; Willehelmi, diverſis quoq; quotidie confluentibus copiis, per dies 15. ad centũ mil. cõgregamur,

Obſervatarum hæc ſcribentis annotatio.

Chunradus Henrici filius moritur.

Volans ignis viſus.

Profectio alia populoſa ſub Willelmo Pictavienſe.

Alexii imp. Conſtantinopolitani perfidia.

Picinati milites Alexii.

Digitized by Google

Ex quibus omnibus ſingularum turmarum Principes. Alexius more ſuo appellatione filiorum ſuſcepit, eiſdemq; poſt manus acceptas, ſacramentaq; firmata, ſicuti prioribus exercitibus munera diſpertivit, pauperibus vero extra civitatem eleemoſynam largiti, mercatumq; parari præcepit. Nã obſiſtente ſuſpicione, pauciſſimis perſonis, & ipſis precio furtimq; cujuſdam urbis vel caſtri ſive munitionis per totum imperium ejus permittebatur ingreſſus. Qua etiam cauſa, dum Wilihelmus cum exercitu per mediam Hadrianopolim, qua regia ſtrata ducit, tranſire prohiberetur, Aquitani mox genitali tumeſcentes faſtu, ſymbola conclamant, ſubaurbna ſuccendunt, civitatem invadunt cujus oppugnationi dum acriter inſiſtunt, Pincinatorũ exercitum, qui ſemper, ut præmiſſum eſt, iter ipſum, juſſu Cæſaris, obſervat: à tergo ſuſcipiunt, quibus congreſſi multos ſternunt, multos amittunt, tandem via dudum contempta vadũt. Igitur totus ille, tantusq; populus per Romaniã iter dirigere diſponebat, neceſſaria ſibi quiſq; per deſerta coemebat, ultra brachiũ illud maris quod S. Georgii dicitur, tam compulſi quam voluntarii tranſvehimur, ſed quotidiani principũ conventus quotidiana ẽt ipſorum cum Imperatore colloquia, quẽ finem ſint habitura, pẽduli nimis operimur. Sed ecce ſubito murmur exoritur inviſum Imperatorem, Turcorũ potius quã Chriſtianorum parti favere, exploratisq; quæ circa nos erant, frequentibus illos contra nos nunciis animare. Hic eſt, inquiunt, perfidus ille Alexius, pui domino ſuo M. per quorundã Alemannorũ conductioſorum auxilium depulſo, imperium ejus uſurpavit, ipſosq; ſui ſceleris cooperatores exilio damnatos necari fecit: nuncq; ſe tanti facere dicit Francos cum Turcis præliantes, quanti canes ſe invicẽ mordentes. Cum aũt navigia quiſquã conducere tentaret, audivit Cæſarem inſidias peregrinis etiam in mari poſuiſſe, multaſq; dudum eodem facinore naves eum ſubmerſiſſe. Quapropter omnes eum maledicebant, & anathematizabant, omnes illum linguæ non Imperatorem, ſed traditorem appellabant. Incredibile memoratu eſt, & ad recordandum expertiſq; horribile, quanta in noſtro, hoc eſt Germanico collegio, quod omnibus erat rarius, tunc fuerit turbatio, dum videres patrem à filio, fratrem à germano, ſocium ab amico, multo amarius quàm mors ſeparat cum vita ſeparari, altero terræ, altero ſe committente mari, rurſumq; quoſdam poſt appenſum naulum, poſt unam vel duas in navi tranſactas noctes reſumpta ſupellectili, ad littus cum ingenti damno proſilire, redemptis precio ampliori, quos nuper diſtraxerant equis, ad necem fugiendo mortẽ properare. Nos quoq; eadã animi mutatione diu multumq; vexati, tandem inter eos, qui ſe ſalo credere præſumpſerant divina miſerias noſtras gubernante clementia, Joppe portum poſt ſex hebdomadas attigimus, benedictus per omnia Jeſus Chriſtus. Porrò exercitus univerſalis, ab Imperatore 300. Thurcopolis, qui legiones apto itinere deducerent acceptis, contra Nicomediã vertitur, indeq; Romaniã declinans ad aquilonarem plagam contra terrãChorizanam, quæ Turcorum eſt patria, convertitur. Loca quippe Romaniæ, quæ circa ſtratã publicã erant, perjurus Alexius devaſtaverat, dum noſtris in Antiochia dudũ obſeſſis, auxilium ferre non auderet, ut juraverat, ſuſpectus ſcilicet extunc tam Francis quàm Turcis. Inſuper militia hac nomen ſibi facere in gentibus, quemadmodũ anterior propoſuit. ſed ut rei probavit eventus, divinæ id prædeſtinationi non complacuit. Nam ante paucos dies iidem Pagani in Longobardorum, ut præmiſſum eſt, vix tædio ſanguine hebetatos, antea gladios duraverant, indeq; animati tam infinitæ multitudini bellatorum reſiſtere præſumẽbant. Nam non multo plus quàm quatuor erant millia Turcorũ, qui tamen ipſi electi, & equis velociſſimis, armis teliſq; ac ſagittandi peritia nimis inſtructi, fortunã ſuam ſeu virtutem ignoti exercitus experiri potius explorando, quàm aperte congrediendo veniebant. Unde in primis latrocinantium more vulgus extremum diripere, poſt hæc capere vel cedere, deinde per compita præcurrentes, incendio vel quocunq; molimine pabula prævaſtare, aliquando ẽt per vineta vel carecta gradientem exercitum, tota die flammis vel fumo vexare, nonnunquam fontes vel ciſternas obturare, à locis tutioribus teliis infeſtare, per noctes nunc hac, nunc illa caſtrorum parte irrumpentes, cunctis inferre inquietudinem. Inter hæc tamen omnia nunquã acie directa, nunquem fronte aperta, more præliantium congrediebantur, ſed reſiſtentibus cedebant, inſequentes fugiebant, revertentes denuo ſubſequuntur. Si miſerias illas omnibus miſeriis miſerabiliores ſtilo proſequi plene tentamus, poſſibilitatẽ, ſimul & modũ excedimus, ubi turpiter tot nobiles per inopiã, tot divites ſine ferro, tot fortes occubuiſſe referimus, dum domino ſervus præſens, locupleti pecunia ſufficiens, minime quievit ſubvenire, nec forte licuit pugnare. Loca quippe eadem erant arta, invia, atq; inhabitabilia, hoſtibus cognita, noſtris ignota, quæ tantũ Dei populũ Alexii traditoris incarcerabant machinamento. Quid moror? Sic per dies penè 30. quaſi ſignũ ad ſagittas expoſiti, ſic quotidie tanq̃ oves occiſionis æſtimati, tandẽ in extrema jam ſorte poſiti, nemorum ſe ſaltibus noctu tradunt, moroſam, ſed certã ſibi mortẽ accelerare ſatagunt, quamvis pauciſſimis fuga quicquã emolumenti contulerit, præter quos omniũ ultima fata tardantia cõſummavit. Nã de tã innumero populo Dei, heu heu, nõ credimus mille viros remanſiſſe, quos poſtea vix oſſibus hærentes Rhodo, Papho, cæteriſq; portub, raros aũt etiã Joppæ vidimus, è quibus Bernhardus comes & Heinricus comes Ratiſponenſis Hieroſolymæ obierunt, dux vero Wanilphus revertendo moriens, Papho eſt humatus. Inter longiſſimã cruciatuũ ſuorũ hiſtoriam, quã hic texere, nec ipſa compendioſi hujus operis proprietas permittit. De noſtratibus Archiepiſcopũ Salzburg. L. captũ, Marchiſiam, N. trucidatã, duos Brunon-

Aquitanorum nativa ſuperbia.

Brachium maris, quod S. Georgii dicitur.

Francos & Turcas præliantes tanti faciebat Alexius, quanti canes ſe invicem mordentes.

Tetrabatio in Germanico collegio.

Ioppe veniunt Chriſtiani.

Nicomedia. Romania. Cherizana.

Alexius ſuſpectus Francis & Turcis.

Quatuor millia Turcarum variã inquietudinem Chriſtianis inferunt.

Alexius proditor.

Ex innumero populo vix mille viros remanſiſſe, quos poſtea vix oſſibus hærentes Rhodo, Papho, cæteriſq; portub, raros aũt etiã Joppæ vidimus, è quibus Bernhardus comes & Heinricus comes Ratiſponenſis Hieroſolymæ obierunt.

Dux Wanilphus moritur.

tized by Googl

nes Canonicos nobiles viros, inedia, ſitiq; defeciſſe referebant, de latinis vero Principibus Willih. Reginum, Steph. cæterorumq; aliquam partem ſupereſſe dicebant. Dum hæc geruntur, nec his qui in Judæa ſunt, Chriſtianis parcitur, ſed tam ab Aſcalonitis atq; Damaſcenis quotidiana latrocinia, quam à Babylonis bella parabantur. Poſt Maij quippe kal. non longe à Rama caſtra metatus eſt Babylonicus exercitus, contra quem aciem direxit rex Baldeuuinus, ſuos hortatus, ut ſicut ante paucos dies per Dei gratiam, parva manu multam de Arabia prædam tulerant, ita nunc hoſtiũ multitudini non cedant. Illorum inquit damno vivamus, aut periculo moriamur. Ecce bellum ò boni milites quod olim optavimus, pro quo parentes, patriã, pacemq; contempſimus potrò pro Chriſti hæreditate contra invaſores ſanctæ terræ, prædonesq; alienigenas pugnare honeſtum eſt, vincere tales nequaquã incertũ, mori glorioſum. Illis patria miniſtrat fugã, nobis exilũ victoriã. Comprobemus ja quod ipſi exprobrant, Francos mortẽ non timere, immo Chriſti peregrinos, aut in Chriſto vincere, aut pro Chriſto mori velle. Talia multa poſtquã oravit, arrectis ſuorũ animis, miro Dei omnipotentis nutu, ingens Sarracenorum populus uni tantum, vel paulo plus legioni noſtratum ceſſit, adeo ut ne congredi quidem præſumerent, ſed poſt tranſactos aliquot in eadẽ ſtatione dies, turpiter & inacte redirent. Rurſum circa kal. Septemb. quo ſcilicet tempore Chriſtianorũ, quos ante memoravimus adventantium fima Babyloniæ regna terruerat, inito conſilio præoccupare in noſtram, hoc eſt univerſorum qui tunc in Judæa, vel in cunctis finibus illis reperirentur, internitionem diſponebant, miſſiſq; epiſtolis Damaſco, Tripoli, Gibel, cæteriſq; Barbaris civitatibus adverſus nomen Chriſtianitatis; ſe invicem qualicunq; pacto confortabant.

Chriſtiani in Iudea vexantur.

Baldeuuini oratio ad ſuos.

Sarraceni non audent congredi cũ noſtris.

Egreſſus itaq; 40. millium exercitus de Babylone, primũ ad obtinendã Joppen tendens, non lõge ab Aſcalone, ſuperis nimirum inde ſociis conſedit. Baldeuuinus vero rem non ignorans, ſuos undiq;, hoc eſt ab Hieruſalem, Neapoli, monte Thabor, Ebron, Cæſarea & Aſſur in Joppen congregat, ubi tunc non parva manebat peregrinorum turba. Vidimus iiſdem diebus tantam mortalitatem quam etiam vix evaſimus, in populo graſſari, ut ad 300. cadavera ſingulis diebus Hieroſolymæ exportata numerarentur: Joppe vero ingens campus intra paucos dies tumulis occuparetur. Deniq; cujuſdam diei hora tertia præcedente regem ligno Dominicæ crucis, quod anno priori terra diutiſſime abſconditum, Syri quidam Gotfrido duci demonſtraverant, extra civitatẽ Joppen totius populi conventus eſt factus, juſſuq; regis, Arnoldus, quidam honorabilis & bene literatus clericus, hic in medio concilii eſt exorſus. Beata gens, cujus eſt Dominus Deus ejus, populus. Vos, ô fratres chariſſimi, gens eſtis illa beata, illa gens ſancta, vos eſtis populus ille Chriſti hæreditatis, populus acquiſitionis, qui relictis omnibus patria, parentibus & rebus, crucẽ quotidianã poſt Chriſtũ tuliſtis, vos corpora veſtra pro Chriſto ad ſupplicia tradidiſtis. Vos pugnaſſe videmini, ſed Chriſtus veſtro voluntarie ſibi ſacrificato ſanguine, veſtrorumq; fratrũ & commilitonũ preciola morte, locum ſanctificationis ſuæ dignatus eſt mundare, civitatem requiei ſuæ Hieruſalem, voluit poſt tam annoſa ſpurciſſimæ gentis vincula, per veſtram devotam ſervitutem expedire. Hæc, inquit deus, requies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo, quoniam elegi eam. Contra quam divina ſponſione nobis inditam ſpem, ecce Paganorum literæ, Dei nutu, ante diem heſternam, comprehenſis legatis, ablatæ, vaticinata perhibentes dæmonia, nos illorum præliis hoc anno delendos, Hieruſalem ſunditus deſtruendam: & quo omnibus nefandis horribilius eſt dictu, ipſam dominici & glorioſi ſepulchri petram cruſtatim confringendam, ſicq; camelis ad mare delatam, in remotiſſimo, & quod nunquã à Chriſtianis reſciſci poſſit, pelago ſubmergendam eſſe. Unde quid facto opus ſit, ô Chriſticolæ videte: quem finem hæc tanta præſumptio tandem ſit habitura, perpendite. Plura diſputare volentẽ mox clamor interſtrepens compeſcit: & quaſi ex uno ore vox unanimis ſingulorũ inſonuit. Res, inquiunt, in articulo poſita eſt: breve, & quodammodo ſuccinctũ eſt conſiliũ noſtrũ, pro Chriſto, Chriſti legibus, & ſanctis noſtris, aut dimicandum fortiter, aut moriendum turpiter, aut glorioſe mori, & vivere æternaliter inſtat: aut turpiſſime cedere, & brevi turpiq; vita perpetuam mortẽ comparare reſtat. Sed nec temporaliter, nec æternaliter vivere liceat, quem contra tã prophanã, tam blaſphemam Paganorũ audaciam pugnare non libeat. Protinus ante crucẽ reparationis noſtræ, confeſſione peccatorũ unanimi humiliatione facta, ac poſt dictam indulgentia ab apoſtolico legato qui tunc forte aderat, benedictione accepta, domini inclamantes adjutorium, caſtro ſunt alacres redditi: indeq; ſummo mane ad 7 millia peditum, milleq; equites recenſiti, periculo ſunt ingenticum gaudio magno præſentati. Viſa igitur ſtatione Barbarorum, mirabile dictu, tanta ferveſcere cœperunt fide, ut unuſquiſq; ſe ſolum tot legiones ſternere poſſe non dubitaret: indeq; contigit ut dum per unum pene miliarium inordinate currendo minus caute ſe hoſtibus infundunt, prima cohors à latere invaſa ilico tota rueret. Quare Baldeuuinus efferatus animo, tanto illos equitatus impetu violat, ut quamvis idolorum reſponſis de victoria certificati, acrius quam antea nunquam reſiſterent, ſicut cæra à facie ignis, ante ipſum liqueſcerent. Referebat mihi venerabilis abbas Gerhardus, qui tunc crucem dominicam ſemper lateri regis contiguus præferebat, nunquã ſe tantã nivis vel pluviæ quantã tunc telorũ contra regem volare denſitatem vidiſſe: at poſt ligni precioſi intuitũ, nullũ ex hoſtibus, telis ſe vel armis, ſed univerſos fugæ præſidio ſe commiſiſſe.

Exercitus 40 millium egreditur ad obtinendam Joppen civitatem.

Trecenti ſingulis diebus mortalitate roſolymis.

Oratio Arnoldi, ad populum chriſtianum.

Paganorum literæ de crucedominã ſubmergenda.

Succinctum Conſilium mori pro Chriſto.

quem ſorte cui.

Septem millia peditum, & mille equites recenſiti contra Barbaros.

Fides Chriſtianorum.

Baldeuuini in Barbaros furor.

Abbas Gerhardus authoris reverendus.

ſitis.

Nunciat Ioppitarum.

Itaq; poſt victoriam à Deo (cui non eſt differentia ſalvare, vel in multis vel in pauciſ) ſibi conceſſã, interim dũ caſtra prædamq; diripiunt hoſtiũ: nuncius adeſt miſſus ab Joppitis qui civitatẽ terra mariq; diceret obſeſſam. Mox onuſti ſpoliis, reliquis vero incendiis traditis, nobis, qui jã portis intus obſtructis, à terra equitibus multis, à mari vero 42. navibus roſtratis cingebamur in auxilium quantotius properant: poſtq; tot hoſtium incurſus, tantasq; penuriæ peſtilentiæq; miſerias, feſtum nativitatis Dei genitricis, quod ipſo die cum merere cœpimus, maximo nos tripudio complere faciebant. Sequenti die multã nobis abundantiam frumenti, cunctorumq; victualiũ cum peregrinis fratribus ad 12. millia æſtimatis, naves 30. deferebant; quas, dum hoſtium claſſes invadere niterentur

Triginta naves nulla alia deferentes.

mira Dei potentia per virtutem ſanctæ crucis, quæ, dum nil carnalis adjutorii de civitate conferri poſſet, in altum econtra, jubente rege, levabatur, adeo repreſſit, ut nullo conatu vel arte remigandi de loco moveri vel unam de tot navibus poſſe, tam Pagani quã Chriſtiani populi nimis mirarentur. Neq; hoc ſilentio prætereundũ, quod eodẽ anno ibidem cognovimus contigiſſe venerabili Herimanno præsbytero, qui tunc in monte oliveti converſabatur, in hæc verba referente: Die, inquit, ſacratiſſimi ſabbati, quo ſecundum antiquæ miſericordiæ domini [illegible] baptiſmate jam conſecrato, lumen de cœlo nobis miniſtrari devoti nimis expectabamus uſq; ad veſperam, orationibus ſolitis inſtitimus: tuncq; propter peccata noſtra, deſiderato dono cœleſti, quod ẽt in conſpectu gẽtium olim Chriſtiani ante nos ſemper ſuſcipere ſolebant, omnimodo fruſtrati, abſq; omni feſtivæ ſynaxis officio, noctem illam dominicæ reſurrectionis lugendo tantum & mœrendo tranſegimus.

Herimannus presbyter in monte Oliveti versatus.

Officium feſtivæ Synaxeos Miſſam intelligit: Obſerva quid ſit ſynaxis.

Summo autem mane cum letaniis à ſepulchro domini nudi pedes proceſſimus: ingreſſiq; ante tẽplum domini, quo ſcilicet loco, id eſt, monte Moria in area David in maxima exauditum tribulatione, cunctosq; exaudiendos, qui ibidem corde devoto oraverint, Salomoni promiſſum legimus: mox poſt preces lachrymasq;, ne nos deſerendo, Chriſtus nomini ſuo blaſphemiam inter gentes præpararet, fuſas, nec dum atrium illud famoſum egredimur, & ecce concrepantia ſigna laudes altiſonas in occurſum nobis, ab his qui remanſerant, reboantes audivimus: intrantes vero eccleſiã

Duæ lampades immenſæ.

prænominatam, lampades duas, cœlitus incenſas, immenſo gaudio repleti, conſpeximus. Quid plura? A baptiſmi officio, quo pridie ceſſaveramus, incipientes, totum ſervitutis noſtræ pensum domino dudum ſubtractum, uſq; ad miſſæ completionem, lætiſſima devotione, perſolvimus; nobis quoq; egreſſis, inter miſſam Syrorum, qui ſemper poſt noſtrum egreſſum eodem pſallere choro ſolent, lampades aliæ divinitus accenduntur: ante veſperas vero, & inter ipſas veſpertinas laudes uſq; ad ſedecim hujuſmodi lumina viſibiliter ampliantur: ſicq; contigit ut pauci intra Hieruſalem ſeu Chriſtiani ſeu Pagani reperirentur, qui tam evidentem Chriſti potentiam ſe non vidiſſe teſtarentur.

Miſſa Syrorum.

Imp. Heinricus 4.

ANno domini milleſimo 102. imperator Henricus habito cum principibus colloquio, Romam ſe profecturum, ac generale concilium circa Feb. kal. inibi convocaturum condixit, quatenus ea ſua quã domini Apoſtolici cauſa canonice ventilata, catholica inter regnum & ſacerdotiũ confirmaretur unitas, quæ tot annis ſciſſa permanſit. Conſtat tamen nec ipſum juxta placitum veniſſe, nec nuncia dignitati Apoſtolicæ ſubjectionem profitentia miſiſſe. Nec hoc latet quod alterũ papã ipſi domino Paſchali ſuperponere ſi fieri poſſet conatus ſit, nec profecerit. Trãsacta poſt hæc media quadrageſima, convenientibus univerſis Apuliæ, Campaniæ, Siciliæ, Tuſciæ, totiusq; ſimul Italiæ præſulibus, ultramontanorũ aũt quãplurimorũ patrum legatis, ſynodus magna Romæ eſt habita, ubi præter antiqua patrũ inſtituta more ſolito reverenter confirmata, etiã ſæpedictũ noſtri temporis ſciſma inter præcipuas hæreſes computatur, ac perpetuo cũ ſuis autoribus atq; ſequacibus anathemate hujuſmodi ſubſcripta profeſſione condemnatur: *Anathematizo* omnẽ hæreſim, & præcipue eã, quæ ſtatũ præſentis eccleſiæ perturbat, quæ docet & aſſerit anathema contemnendũ, & eccleſiæ ligamenta ſpernenda eſſe. Promitto aũt obedientiam Apoſtolicæ ſedis pontifici, domino Paſchali, ejusq; ſucceſſoribus, ſub teſtimonio Chriſti & eccleſiæ, affirmans quod affirmat, & dãnans quod damnat ſancta & univerſalis eccleſia. Ibi etiam quam ſententiã in imperatorẽ vel patritiũ Romanũ Heinricũ idem Apoſtolicus Paſchalis promulgaverit, nos quoq; inter innumeras diverſarum gentium catervas proxima cœna domini in eccleſia Lateranenſi ab ipſius ore didicimus, nimirum poſtquam 8. kalen. Octob. maris fluctibus Joppæ traditi Romæ ſumus, per gratiam Chriſti prædicta majori hebdomada introducti; Quia, inquit, tunicam Chriſti ſcindere, id eſt, eccleſiam rapinis & incendiis devaſtare, luxuriis, perjuriis, atq; homicidiis commaculare non ceſſavit, primo à beatæ memoriæ Gregorio papa, deinde à ſanctiſſimo viro Urbano prædeceſſore meo propter ſuam inobedientiam excommunicatus eſt atq; condemnatus; nos quoque in proxima ſynodo noſtra, judicio totius eccleſiæ perpetuo eum anathemati tradidimus. Id notum volumus omnibus & maxime ultramontanis eſſe, quatenus ab ipſius ſe contineant iniquitate. Hartuuigus Magdeburgenſis archiepiſcopus obiit, vir per multa laudabilis, maxime tamen popularibus, & eccleſiæ cui præerat utilitatibus multum inſudans dilatandis, pro ſciſmate quoq; ſæpe dicto reſarciendo inter utranq; partem mediator infatigabilis. Rupertus epiſcopus Babenber-

Synodus magna Romæ.

Anathematizatio Heinrici à Paſchale.

Henricus 4. à tribus pontificibus excommunicatus.

Hartuuigus Magdeburgenſis, archiepiſcopus.

genſis

genſis obiit, cui per imperatorem Heinricũ Otto cancellarius ejus ſubſtituitur, vir, ut creditur, bene religioſus.

Erbo jam grandævus nobilis de Carinthia princeps, & quondam Palatinus in Bajoaria comes, migravit in domino. Commiſſum eſt prælium à Baldeuuino & his qui ſecum erant Hieroſolymitis contra infinitam Sarracenorũ multitudinem, ubi dum inconſiderate res agitur, circumventi ſagittariorum numeroſitate noſtri, ut pote jam admodum pauci facti, intra muros civitatis Rama, quæ vicina erat, cædere compelluntur, rex vero cum tribus, ut ajunt, equitibus evaſit. Barbari autem cũ plures lapidibus caſtri includi viderentur, in brevi univerſa mœnia demoliuntur: captisq; ac cæſis univerſis quos invenerant, ipſos captivos cum nunciis victoriæ ſuæ Babylonem præmittunt; caſtra autem ſua ſecuriter, & quaſi jam terram illam gladiis acquiſitam, poſſeſſuri interim, donec nuncii regis ſui redeant, in campeſtribus illis ponunt. Sed non ceſſit eis impune victoria illa, non ſua virtute, ſed divina diſpoſitione in his quos ipſe non terras ultra, ſed paradiſum voluit incolere conquiſita. Nam tertia die Baldeuuinus ſuperveniens cum exercitu copioſo, quem prius expectaſſe debuerat, tanta illos proterit internitione, ut nec libuerit, nec profuerit viciſſe. Novum autem illum exercitum tam Reginmundus à Tripoli, quam nuper devicerat, quàm ab Antiochia Dancheradus ducebat: nam ſuus avunculus Boimundus ante biennium à Turcis dolo captus, Antiochiæ ſibi principatum dimiſerat. *Baldeuuini victoria.*

ANno Domini mill. 103. Heinricus imperator nativitatem Domini Mogontiæ celebrans, filio ſuo Heinrico regi rerum ſummam dimiſſurum, ſeq; ſepulchrum Domini viſitaturum, per Emehardum epiſcopum publice prædicare fecit; indeq; favorem maximum, tam vulgi quàm principum & clericorũ, regniq; totius acquiſivit, multosq; è diverſis regni partibus ad ejuſdem itineris comitatum ſe præparare voto ipſo ſuccendit. Cuno filius Ottonis ducis, de magnis principibus unus, & cui nihil in omni rerum humanarum dignitate deerat, ſupernatu ſcilicet literarum etiam ſcientia, fortitudine, atq; divitiis ſatis præpollens, elegantia atq; facundia bonis omnibus amabilis & affabilis, quorundam funeſtorum hominum conſpiratione, noctu dum iter ageret invaditur & interimitur, ingentem relinquens nobilibus regni luctum ſimul & ſuſpiciones, dum ab infimis in ſummos tanta ſcelera præſumuntur. Ante triennium quippe Heinricus Craſſus, ejuſdem C. germanus, & natu ſenior, dum in Freſiæ marcham, cui præerat, res acturus proficiſcitur, à vulgaribus Freſonibus, quibus dominationis ſuæ jugum grave fuit, obſequium ſpectans inſidiis vallatur: re quoq; cognita, fugiens ad mare vulneratur à nautis ſimul & ſuffocatur. Hujus tanti viri, qui nimirũ totius Saxoniæ principatum ſecundus à rege regebat, interitus, ab univerſo regno Teutonico graviter ferebatur, isq;, ut diximus, dolor nunc fratris ejus Cunonis nece duplicatur. Heinricus Marchio, viri ſui temporis in Saxonia præpotentiſſimus obiit. *Henricus 4. ſepulchrum domini vult viſitare. Cuno. Henricus Craſſus C. Germanus.*

ANno domini mill. 104. Heinricus imperator natalem dn. Ratiſponæ celebravit. Cumq; ibidem aliquandiu moraretur, orto quodam prius murmure inter Bajoariæ principes, eò quod Saxones vel familiarius illic & honorabilius quam indigenæ ab imperatore tractarentur, Sigehardus comes qui hujuſmodi ſuſpicionem maxime notabat, cœpit Imperatori paulatim inviſus haberi: propter hoc autem maxime, quod ipſe ſolus præ cunctis qui tunc aderant principibus, abundantiori militum copia adducta, ad reſiſtendum ſe, ſi forte de curia quicquam ſecus cederet, videbatur communiſſe. Diebus poſt hæc aliquot exactis, cum jam ſecurior factus, idem comes ſuorum turmas defluere permiſiſſet, excitatur in illum conſpirantibus tam urbanis Ratiſponenſibus, quàm diverſarum partium miniſterialis ordinis hominibus, ſeditio furibunda, quæ nullo modo vel ipſo imperatoris filio interveniente ſedari potuit, donec ab hora diei tertia, uſq; ad horam nonam in hoſpitio obſeſſus, tandemq; fractis foribus ipſe prius confeſſione facta, ſumpto etiam Dominici ſacramenti viatico, capite truncatus occubuit. De quo ſcelere ſuper ſedemus plura referre, præſertim cum adhuc ultiones cæteraq; mala ſequentia verſentur in oculis, & quem ſint finem habitura, nequeamus ſcire. His tamen exceptis undiq; ſatis terra quievit, pace ſimul & fertilitate, necnon aeris qualitate, corporumq; ſanitate delectabiliter jucunda ta. Nonnulli etiam palmati de Hieroſolyma redeuntes Acris quæ & Accaron à noſtris expugnatam nunciant: alia quoq; præter hæc non pauca, quæ multa nobis lætitiã miniſtrarent, fauſta ſuper Hieroſolymitanæ eccleſiæ ſtatu narrant. *Sigebertus Comes Henrico inviſus. Accaron expugnata. Boto.*

Boto comes, cognomento Fortis, illius Erbonis, cujus ſuperius mentionem fecimus, germanus, jam plenus dierum, non longe à Ratiſpona defunctus eſt, & ad monaſteriũ Tharifienſe, quod ipſe ſuis opibus atq; prædiis large ditaverat, delatus, ibiq; humatus. Hi duo fratres, Erbo ſcilicet & Boto paterno de ſanguine, Noricæ gentis antiquiſſimam nobilitatem trahebant, illius nimirum famoſi Erbonis poſteri, quem in venatu ab inſonte beſtia confoſſum, vulgares adhuc cantilenæ reſonant, Hartuuigi Palatini comitis filii, qui germanus fuit illius Sigihardi, qui Sigihardum genuerat Ratiſponæ peremptũ. Maternũ vero illis erat ſtemma, de Saxonia Immidingorũ tribus egregia, quæ & Ottonũ inclytæ ſtirpi traditur vicina. Nam ejuſdem Immid his verbis Saxonũ hiſtoria meminit: Erat, inquit, clara & nobiliſſima, ac ſingularis prudentiæ regina, Mathildis ſcilicet, Magni Ottonis *Erbo. Vulgares cantilenæ de Erbone. Hiſtoria Saxonũ de Immid Vuitikint & Reginburg.*

Digitized by Google

mater, filia Theoderici, cujus fratres erāt, Witikint, Immid, & Reginbern. Reginbern aūt ipſe erat qui pugnavit contra Danos multo tempore Saxoniam vaſtantes: vicitq; illos, liberans patriam ab illorum incurſionibus uſq; in hodiernum diem. Et hi erant ſtirpis magni ducis Witikindi, qui bellū potens geſſit contra Magnum Carolum, per 30. fermè annos. Quorum, ut diximus, clariſſimorum principum ſemine nobilis Friderim, Erbonis & Botonis mater, à Retingo filio Botonis filii Retingi de ſecundo Botone nati procreatur, quæ poſt mortem Hartuuigi ſtatim viduitatis velamine conſecratur, adhuc Erbone parvulo, Botone impregnata poſthumo. Quorum utrunq; literis & armis atq; rebus ſatis profeciſſe cognovimus: attamen Botonem, ſicuti corpore proceriorem & elegantiorem, ita rebus bellicis præſtantiorem atq; famoſiorem, totius pene Germaniæ atq; Italiæ teſtatur populus. Pannonia vero talem illum ac tantum ſe fatetur aliquando ſenſiſſe ut is vere de gigantibus antiquis unus apud illos credatur fuiſſe. De quo plura referre copia ſuppeteret, ſi compendioſi hujus operis propoſitum non vetaret. Johannes Spirenſis epiſcopus tactus ulcere quodam circa verenda, de quo etiam aliqua notabilia diffamabantur, longa deficiens infirmitate, humatur in monaſterio Sunninsheym, quod ipſe conſtruxerat. Chunradus adoleſcens, filius Beatricis Marchiſiæ, poſtquam ſpretis literarum ſtudiis, quibus apprime imbutus erat, armis operam dedit, juxta Chriſti præſagium: Qui gladium accepit, gladio periit. Nec multo poſt etiam ipſa Beatrix obiit, & juxta patrem ſuum Ottonem dulcem, caſtello Suinfurtin ſepulturam accepit. Circa ſolſtitium æſtivale commutato in tempeſtatem aere, decidiſſe fertur inter grādinum lapides in pago Wirceburgenſi tantæ magnitudinis glacies, quæ in quatuor diviſa, totidem hominibus importabilis videretur. In epiſcopio vero Spirenſi ſanguis ex panibus fluere viſus, necnon & in lenticularum edulio prodigioſe repertus, civile, immo inteſtinum bellum portendere, ſecundum antiquam hiſtoriæ ſimilitudinem conjiciebatur.

Epiſcopus Spiren. in Sunninsheym ſepelitur.

Beatrix ſepulta Suinfurti.

Glacies.

Sanguis in panibus.

HISTORIA HEINRICI, V.

Filius contra patrem. Henricus 5. contra 4.

ANno Domini mill. 105. Dum imperator Henricus natalem domini Mogontiæ celebrat, Heinricus filius ejus, nominis illius quintus rex dictus, rebellationem adverſus patrem in Bajoaria parat, machinantibus ſcilicet Dieboldo Marchione, Berengero comite, & Ottone quodam nobili viro, ſibiq; materna ſtirpe cognato, quorum conſilio & adjutorio ante paucos dies à patris latere diſceſſerat. Primo quippe hæreſim præſcriptam anathematizans, Apoſtolicæ ſedis Pontifici debitam profitetur obedientiam: indeq; fœderatis ſibi Noricis principibus, atq; ab Alemannia, necnon orientali Francia nonnullis nobilibus, ad Saxones convertitur. A quibus honorifice ſuſceptus, & in Quintilingeburg Paſcha celebrans, in brevi univerſis Saxoniæ civitatibus potitus, & optimatibus eſt dignitate regia ſatis honoratus. Conſilio tamen atq; miniſterio Ruothardi Moguntini, atq; Gebehardi Conſtatienſis epiſcopi, reſponſalium ſcilicet domini Paſchalis papæ, totam Saxoniam Romanæ eccleſiæ communioni reconciliavit: epiſcopis verò atq; clericis conventum generalem in villam regiā, quæ Northuſum dicitur, quarto kal. Junii, ubi ſuper eccleſiaſticæ inſtitutionis jā depravata diſciplina tractaretur, indixit. In quo concilio ſuper ſententiis inſtantibus patrum decretis primò relictis, quæq; poterant ad præſens laudabiliter corrigebantur: quædam verò quæ & graviora videbantur, ad adoſtolicam audientiā differebantur. Simoniaca quippe hæreſis patrum conſuetudine condemnata, Nicolaitarū quoq; forni cariacommixtio ibidem eſt ab omnibus abdicata: jejunium menſis Martii hebdomada quadrageſimæ, jejunū verò menſis Junii in ipſa hebdomada Pentecoſtes Romano more celebrandum, à præſcriptis præſulibus apoſtolica authoritate indicitur, & pax Dei confirmatur. His verò qui à pſeudoepiſcopis fuerant conſecrati, per catholicam manus impoſitionē reconciliatio proximo jejunio danda fore promittitur. Vidimus inter hæc, quod ſilentio prætereire non poſſumus, regem Heinricū non modicā bonæ indolis ſpem magna ſimul humilitate & autoritate corā omnibus prætendentem. Nam cum ſervorū Dei conventui non niſi vocatus intereſſe vellet, ingens enim ibi cum epiſcopis & clericis, ēt abbatum atq; monachorum eccleſiaſticā ſitiens unitatē turba confluxerat, tandē in abjecto productus habitu, locoq; ſtans editiori, omnibus juxta principum decreta, ſuas leges atq; jura rationabiliter innovavit: ſi qua verò irrationabilia rogabantur, mira ac ultra ſuos annos prudenti reſponſione, & avita magnanimitate confutavit: in omnibus his & ſibimet miro modo ſervans adoleſcentiæ verecundiam, & Chriſti ſacerdotibus dignam exhibens reverentiam. Inter hæc obortis lachrymis, ipſum regem cœli, cunctamq; militiam cœli teſtabatur, ſe nulla regnandi cupiditate paternum ſibi regimen uſurpare: neq; dominum & patrem ſuum à Romano deponi imperio exoptare, imò debitam pertinaciæ & inobedientiæ ejus compaſſionem exhibere: ſiq; ſancto Petro ſuisq; ſucceſſoribus lege Chriſtiana ſubjici velit, ſive regno cedere, ſive ſerviliter ipſi ſe ſubeſſe promiſit. Quod auditum omnis multitudo collaudans, lachrymas ſimul & preces, tam pro patris converſione, quàm pro filii proſperitate fundere cœpit, voce magna Kyrieel. declamans. Eadem hora Uto Hildinisheimenſis, & Heinricus Paderbrūnenſis, ac Fridericus Halberſtatenſis præſules, veſtigiis metropolitani proſtrati ipſius atq; regis ſtantis totiusq; præſentis eccleſiæ teſtimonio, apoſtolicæ ſe dederūnt obedientiæ. Quorum etiam commiſſa apoſtolico nihilominus judicio reſervantur, ſub officii ſui tantùm ſuſpenſione.

Saxonia per Henricum quintum Romanæ eccleſiæ conſiliatur.

Quid ſimoniacā hæreſim vocet, & Nicolaitarum commixtionem, prudens lector facile intelligit, ex ſuperioribus.

Laus Heinrici 5.

Oratio Henrici 5. coram populo.

His

Digitized by Google

His rite disposítis, rex idem Pentecosten Meresburg celebrans, Henricum Magdeburgensi Ecclesiæ dudum designavit archiepiscopum, sed ab imperatoris fidelibus repulsum, consecrari fecit: nec multo post expeditionem contra Mogontiam movit, expulsum inibi pontificem restituturus, patre intra muros expectante, cum non parva militum turba, nonnullisque primatibus, non tamen principibus. Sicut autem istis Rheni interfluentia, naviumq; subtractio urbis aditum denegabat, ita illis sacramentorum tam filio quam patri factorum consideratio, parricidale bellum interdicebat. Plura tamen hinc & inde nuncia navigabant: multa consilia communes regni proceres inter se trutinabant: patri regni divisionem, & hæreditariæ successionis confirmationem pollicente, filio vero nil nisi apostolicæ subjectionis, & ecclesiasticæ unitatis efficientiam expostulante. Sic inacte discedens, Vuirciburg devenit, Erlungum quendam, quem dudum, Emehardo defuncto, præsulem imperator designaverat, expellens. Rupertum ejusdem ecclesiæ præpositum, & tam prius quam tunc à clero & populo electum, per prædictum archiepiscopum R. inthronizavit, sicque ecclesia eadem apostolicæ communioni reconciliata, ac securitate ab urbanis accepta, dimissis Saxonibus ipse cum Bajoariis ad obsidium castelli Nurinberc conversus, illudq; post duos vel amplius menses prospere capiens, soluto exercitu, Ratisponam se contulit. Quem pater è vestigio subsequens, Erlungum Vuirciburgensibus, fugato Ruperto restituit, indeque omnia quæ fautorum erant filii, devastans, tandem faventibus sibi dolis Ratisponensium filium, urbe fugavit. Qua residens præsulem eidem cathedræ quendam adolescentulum nomine D præfecit, exercitum undecunque congregavit, progressusque marcham Diepoldi per Boemiæ gentis maxime crudelitatem devastavit. Nec plus una cum domino suo rege morantur, conventum usquequaque facere, cæsarianis à tergo flammis prædaq; vicem reddere, postremo cum decem millibus electæ juventutis in quinque legiones dispertitis, congressum expetere. Jam castris in contrarium positis spectaculo nimis horribili, per triduum continuum ex una ripa Regini fluminis imperatoris, ex altera regis volitabant signa: jam frequentia grassabantur in ipso fluminis alveo duella, inter quæ & Hartuuigus comes ex parte imperatoris occubuit, nec paucos ex utraque parte Martis sors anceps absumpsit. Attamen die quæ generalem certissime congressionem præcedebat, principes qui capita roburque utriusque videbantur exercitus, pacificis invicem concessis colloquiis, post morose ventilatam inter se belli præsentis causam, tandem divino, ut creditur, edocti spiritu, parum justitiæ, parumq; emolumenti tam duro, tamq; periculoso inesse negocio, unanimi consideratione conferebant: indeque nimirum fratrib. id est populo utraq; parte Christiano parcendum, immo parricidali pugna cessandum pari voto judicabant. Rex autem adolescens, dum jam, ut diximus, per ordinatas omni parte acies Mars cruentus cœpisset frendere, commotis visceribus, super patre suo lugubriter fertur inclamasse: Grates, inquit, ô boni commilitones, affectui circa me vestro summopere refero, unicuique vestrum par pari referre, si res exegerit, non abnuo: nemo tamen in hoc me sibi velit, vel credat fore fœderatum, ut dominum & patrem meum per se glorietur occisum, vel unquam æstimet occidendum. Ego quidem Christianis mihi legibus subarratum regnum ut hæres & successor Augusti tenere, si tamē rerum omnium dominatori placuerit, cupio: patricida vocari vel esse nolo. Quod si pater meus Apostolicæ se objecerit obedientiæ jugo, ego mox in his quæ sua duntaxat mihi clementia concesserit, contentus ero. Interim me non impugnatorem esse patris, sed paterni regni propugnatorem noveritis. Vesperascente itaque jam die, cessere loco regiæ phalanges imperatoriæ majestati se reverentiam exhibere clamantes. Imperator autem dum in castris de crastino certior conflictu disponit, nec pugnam, nec pugnandi votum principibus esse, per Boemiæ ducem, Marchionemq; Luitpoldum contra spem audivit. Quimox animo consternatus, supplex illorum adjutorium petit, nec impetrat: instructus etiam secretis filii nunciis, suorum conspirationem adversus se factam, latenter è castris cū paucis admodū viris subtrahitur: sicq; divina dispositione uno salvo, multorum, qui fundendus credebatur, sanguis salvatur. Nā protinus ut imperatoris absentia totis undiq; versum castris innotuit, unusquisq; propria repetere, maxime noctis opacæ latibulo divertendi securitatem ministrante, contendit. At rex dum disturbatis inimicis ad libitum frui posset, parcere quam persequi deliberans, civitatem, ob dati prius fœderis defectum, austeriori nimirum pacto sibi confirmat, Hartuuigum virum utiq; probatum catholicum atq; nobilem abdicato D. ibidem inthronizat: præsules etiam quosdam ac principes paternæ militiæ inter murum repertos sibi conciliat, moxq; Franciæ redditus, eodem propinavit calice perfidis sibi Vuirciburgensibus.

Expeditio contrà Magontiam.

Parricidale bellum.

Henricus 5 Vuirciburg episcopū facit.

Norinberga ab Henrico 5. capitur.

Lugubrè clamat Henrici quinti filius per patrem.

Hartuuigus.

Inter hæc prædictus E. qui præsulis inibi nomen usurpaverat, spe frustratus concepta R. secedens regi deditur, & ex hoc inter suos capellanos æque fidelis æstimatur.

Henricus 4. apud Sorabos, nunc Miss

Audiens iuterim rex patrem suum apud Vuigbertum quendam Illustrissimum & prudentissimū virum, qui partibus in illis quas Sorabi inhabitabant, principabatur, esse repertum, usque ad Rhenū illi ducatum, hoc enim per legatos ipse supplicabat, administrari permisit: ne tamen aliquo illius inibi infestaretur molimine, mature Vuirciburg digressus, non longe à Spira præscriptum flumen non sine periculo transfretavit: moxque civitate ipsa, patrisq; ibidem reconditis thesauris potitus, virum sapientem & nobilem, ac pro sanctæ conversationis fama morumque dignitate, omnibus sanum sapientib, amabilem Gebehardum Hirsaugauensem abbatem præfecit Spirensib, episcopum.

mensi dicti. Gebehardus abbas Hirsaugaumensis, episcopus Spirensis.

Digitized by Google

Buother eſt Ruothardus de quo ſupra.

His etiam diebus venerabilis Buother Archiepiſcopus à Thuringia, qua per annos 8. tyrannicam declinaverat rabiem, præſidio catholicorum Principum deductus, maximo nobilis Mogontiæ tripudio cathedræ ſuæ reſtituitur, ſicque tam populum quam clerum Apoſtolicæ reconciliationis Eccleſiæ, ab univerſis non ſolum, ut pater jam grandævus, ſed etiam velut ex mortuis redivivus omnimodis excolitur. Rebus igitur circa Rhenum compoſitis, Burgundiam rex Heinricus convertitur, ſed revocatus fidelium ſuorum nunciis, machinamẽta patris, quæ Sigifridi comitis auxilio molieba tur, mira velocitate prævenit. Nam illum Mogontiam tendentem, atque colloquium curiale, quod ab univerſis regis principibus ſuper præſenti negotio condictum in natali Dominico expectabatur, impedire tentantem, Bingæ circa Idus Decembr repperit, ore ad os de anathematis vinculo, cætero rumque inſolenter in rem publicam commiſſorum, ordine quidem præpoſtero, ſed neceſſariè cõmutato, filius patrem commonuit, obedientiæ debitum ſi reſipiſcere duntaxat dignetur, repromiſit. Senior has & hujuſmodi quam plures ſententias ad audientiam optimatum & ſenatum, conſulum inſtanti curiæ diſtulit, ſicque comitatus uterque pacificus ad invicem, pariter contra ſæpe dictam, ſe Metropolim convertit. Inter hæc aliqua, quæ huic pacto, pacique non convenirent, dum per occultos nuncios conari patrem filio fideles denotarent, viſum eſt eiſdem, ut pater ſeparatim cũ ſuis in caſtello quodam tutiſſimo Principum conventum expectaret, præſertim cum præſules Mogontinus atque Spirenſis, cæterique qui aderant inter nuper reconciliatas ſuas Eccleſiæ communicationem illi præſtare ſe non poſſe, publice reclamarent. His itaque diſpoſitis, cuſtodibus quoque, qui ne novi quicquam ab ipſo, vel ad ipſum procederet, adhibitis: rex Mogontiam publico conventui Principum occurrit, ſed vulgaris inde ſtultitia patrem à filio dolo captum, & cuſtodiæ mancipatum, circunquaque diffamavit. Hoc anno Baldeuuinus rex Aſcalonem à mari copioſiſſima claſſium multitudine, à terra vero nõ parvo cingens exercitu, tributariam ſibi fieri longa obſidione coegit. Poſt aliquot vero menſes centum millia Sarracenorum, improviſe ſe invadẽtium, virtus divina ante ipſum quatuor tantummodo millium manibus ſtravit quodam ſcilicet Admirate, qui ſe cundus à rege Babyloniæ videbatur, capto, altero inter cæteram multitudinem occiſo. Chriſti clementia, peregrinis ſuis apud Antiochiam, Syriam, Paleſtinam, rotamque per Aſiam proſperante, eorumque ſervitute barbaricas circumquaque ſpurcitias eliminente, invidus & occultus eatenus Eccleſiæ perſecutor Alexius, diu rectam ſuæ perfidiæ toxicatam rabiem evaginat, Turcis, quibus jã nulla vel rara in Oriente regnandi ſpes remanſerat, ſe tutiſſime conciliat, & ô turpiſsimum facinus Niceam, quam olim fidei noſtræ turrim, dudumque multo Chriſtianorum ſanguine comparatam præſcriptimus, Solamanni tyranni filiis reddidit, cuſtodias ad prohibendum tranſitum peregrinis, terra marique conſtituit, Babylonicum regem contra noſtros frequentibus nunciis animavit. Cujus claſſes contra Antiochenos directas, ipſi bello cœperunt & in confuſionem Alexii, naſis atque pollicibus omnib. abſciſis, unam de ſcaphis inde onerantes hujuſmodi pulmentum eidem reo multorum millum homicidæ tranſmiſerunt. Boimunt quoque jam trienni captivitate, per divinam ſolutus providentiam, Italiam navigio venit, ibique claſſes fabricari conſtituens, ipſe uſque ad *Hiſpaniæ* regna peragrare, cunctamque quam poſſet militiam, quocunque pacto contra tyrannum ꝑſcriptum cœpit congregare, Fridericus dux obiit, vir prudentia, moribus & nobilitate ſatis clarus, ſed clariſſimo & ſingularis, ac inclitæ famæ, Adelheidæ filiæ, ſcilicet Imperatoris matrimonio, & ex eadem miræ indolis prole decoratus. Pridie ante vigiliam nativitatis Chriſti, viſus eſt ab Occidente tantus inter ſidera ignis flammare, ut ſolis jubar crederetur, ſi in Orientis eſſet parte.

Heinricus quintus Burgundiam concedit.

Bunga Henricus 5. filius patrem commonet.

Cum Henricus 4. tenet Mogunciã ad Comitia, à filio insidiose per insidias contra fidem publicam datam, captus, captus in munitiſſimam arcem ducitur, & Henricus filius præſentibus Pontificis legatis, Alberone epiſcopo, & Gebehardo Conſtantien. epiſcopo coronatur, pater exinde & captivo Baldeuinus rex Aſcalonem tributariam facit.

Alexius Niceam Turcis reddit.

Pulmentum ex naſis & pollicibus abſciſis dignum proditore Alexio

Fridericus ſenior dux Suevorum moritur.

ANNI HENRICI JUNIORIS, EJUSdem nominis quinti.

Celebratur Mogontiæ totius regni Teutonici.

ANno Domini milleſimo 106. Mediante Heinrico juniore, tantus apud Mogontiam factus eſt in natali Dominico totius regni Teutonici conventus, quantus per multa annorũ curricula nunquam eſt viſus. Referunt enim qui aderant, 52. ibi tunc optimates vel eo amplius affuiſſe, adeo, ut ſolus dux Saxoniæ Magnus nomine, quem jam gravior ætas impediebat, notaretur defuiſſe. Ibi ſupervenientes apoſtolicæ ſedis legati, epiſcopus ſcilicet Albanus cum Conſtantienſi, ſententiam anathematis in Henr. ſeniorem, dictum Imperatorem, à tot ſibi ſuccedentibus Apoſtolicis ſæpius ſæpiusque promulgatam ſcriptis, ſimul & dictis teſtificantes, univerſam multitudinem, immo totam, toto orbe diffuſam Eccleſiam, ab ejus communione, Chriſti & beati Petri authoritate, multis jam annis ſequeſtratum confirmabant. Qua de cauſa dum ipſe ſe de caſtello quo manebat, Mogonciacam exhibere tentaret, principes propter cavendum tumultum vulgi, ſuæ potius quam filii parti favere ſolentis, ipſi Ingeleheim occurrerunt: tandemque circumvenientes conſilio, uſque ad reatus confeſſionem, ſatisfactioniſq; profeſſionem perducunt.

Heinricus 4. in Ingilheim.

Cui cum legati communionem ſeu pœnitentiæ modum abſque generalis ſynodi, & Apoſtolicæ diſcuſſionis cenſura reddere ad præſens non poſſent, ipſe partis utriuſque conſiliis annuens, regalia vel imperiali inſignia, crucem ſcilicet & lanceam, ſceptrum, globum atque coronam filii poteſtati tra-

ti tradidit, prospera illi imprecans, illum primatibus multo fletu commendans, & ex tunc juxta summi sacerdotis, totiusque Ecclesiæ Decreta, suæ consulturum animæ promisit. Hoc ordine Heinricus illius nominis quintus, primum à patre, deinde ab universis Germaniæ Principibus, in regem jam secundo electus, ab Apostolicis quoque legatis, per manus impositionem, catholice confirmatus, acceptis tam ab Episcopis quàm laicis, juxta morem patriæ, sacramentis, regnare cœpit 88. loco ab Augusto, 50. patris suo anno, ab urbe condita 857. anno ab origine mundi 6. mill. 305. Dominicæ vero incarnationis, ut dictum est millesimo 106. anno.

Alb. Krantz lib. 5 cap. 6 habet quod mandatum fuerit Mogunt. & Colonien. & Virdunen. episcopis, ut eum adeuntes imperialia insigna auferrent, invito & illos accepto conamine Imperatorem accessisse coronam capiti detraxisse, & sede detractum omnibus imperialibus exuisse.

Relatis igitur coram rege, cunctisque totius Germaniæ optimatibus & præsulibus, omnique clero simul & populo legationibus Romanæ sedis, Ecclesiarum regni istius commaculatione diversa & inveterata, econtra emēdatione ab universis unanimiter promissa, placuit tam regi quam primoribus, ad sanctam matrem Romanam Ecclesiam, tantos ac tales à partibus illis legatos transmitti, qui & de objectis rite rationem reddere, & de incertis sagaciter investigare, ac per omnia utilitatib. Ecclesiasticis sapienter consulere sint idonei. Separantur in hoc opus viri spiritu sapientiæ pleni, dignitatibus, natalibus & elegantia, seu divitiis præcipui, in illaque secundum Deum sive sæculum veneratione insignes, à Lotharingia Bruno Treverensis, à Saxonia Heinricus Magdab. à Francia Otto Babenb. à Bajoaria Eberhardus Eichstatensis, ab Alemannia Gebehardus Constantien. à Burgundia Curiensis, nonnulli etiam nobiles de latere regis laicæ professionis, idq; inter cætera suscipiunt in mandatis, ut si fieri possit Domini Apostolici præsentiam, citalpinis partibus impetrent exhiberi. Sic nimirum, sic per tot jam annos obnubilata lux oriri cœpit nostris in partibus, orthodoxa depublicatur & ventilatur, dejudicatur & convincitur, fœtet & respuitur, condemnatur & anathematizatur hæresis Vuigbertina, vel Heinriciana, abdicatis sive fugatis hæresibus, catholici cathedris pontificalibus destinantur, è quibus etiam aliqui inter ipsa festa consecrantur. Denique in tantum divinæ legis subito zelus efferbuit, ut etiam ipsa cadavera pseudoepiscoporum ab Ecclesiis eliminarentur, quotquot autem ab ipsis erant ordinati, usque ad generalem audientiam ab officiis suspenderētur. Jam enim exaltatis sibi divinitus Ecclesia Romana cornibus, ad incutiendum timorem cunctis usque quaq; scismatum membris, etiam capitis ipsius ossa, Vuigberti scilicet dicti Papæ de sepulchro suo, quod per quinque jam annos in Ecclesia Ravennensi possederat, proici fecerat, universaque ejus instituta, ut vere non Apostolici sacerdotis, sed apostatici invasoris annullari decreverat. Inter hæc Vuernherus quidam ex ordine ministerialium regis, qui Marchæ, quæ in partibus Aquinæ præerat, quasi hæresim eandem resuscitaturus, collectis undecunque per Italiam copiis, corruptis quoq; multa pecunia Romanis nonnullis, dum dominus Apostolicus Beneventanis immoratur finibus, quendam pseudoabbatem de Fasara, proh nefas cathedræ S. Petri imposuit, & ipsum Papam Cæsaris sub vocabulo Sylvestri appellari voluit. Qui tamen post paululum turpiter, ut merebatur catholicis eliminatus, vesaniæ suæ præmium male conquisiti, pejusque dispersi æris rettulit, damnū præter fidei quod miserunt, cæco non doluit corde dispendium: Porro proceres jam dicti, dum è suis singuli partibus in valle Tridentina convenientes, apud ejusdem nominis civitatem, id est Tridentum pernoctarent, quidam Adelbertus adolescens, partium illarum quodam insignis comitatu summo mane super ipsos, ut pote inermes & peregrinos cōcivibus armatis irruit, spoliat, capit, custodiæ tradit, idq; sibi per legationes Domini sui Heinrici ex imperatoris demandatum comprobat. Artibus quippe solitis, idem Heinricus usus, clamq; religiosis, epistolis, nunciis, quascunq; poterat regni civitates & provincias impleverat, quibus se vim à principibus passum, immo ab unico filio depulsum imperio, deplorabat regnum in suis miseriis confusum, cunctis usque quaq; patrib. ejusdem fortunæ timendum fore præmonebat exemplum. Qua de causa nullus jam per Italiam libet transitus eisdem patuit legatis, Gebehardus tantum Constantiensis episcopus cum suis per occultiores alpium semitas ingressus. Mathildis comitissæ, alterius nimirum Debboræ, præsidiis apostolicis præsentantur vestigiis. Reliqui, ut diximus, magnates, ut nimirum à stultissimo captivatore deprehensi, indigne tractantur, pter Ottonem Babenbergensem episcopū: cui idem Adelbertus, eo quod esset suus miles, parcere cogebatur. Quo etiam mediāte, Bruno Trevirēsis episcopus, & Vuigbertus comes eo pacto dimittuntur, quatenus & imperatorem, cum illo pacem facturi, conveniant, & quid de reliquis ipse præcipiat relaturi redeant. At Jesus, qui semper prope est omnib. se invocantib. & his juxta qui tribulato sunt corde, repente super eosdem sibi rebelles, Vuelphonē ducem Noricū, quasi gladium de vagina sua eduxit, qui tertia superveniēs die, manu valida clausas obstructas effregit. Gebehardum virum probatum Tridentinæ Ecclesiæ constitutum, à rege catholico novū Episcopū, quē nunquā se susceptuos cives ipsi cōspiraverāt, recipi coegit, ipsum quoq; Adelbertū, suiq; sceleris cōplices adeo perterruit, ut eductos quos clauserāt principes, ipsūq; castellū novo Episcopo redderent, ipsi insuper nudi pedes ab his quos afflixerant, veniā postularent. Tunc ēt à prima hebdomada quadragesimæ, qua & mediante hæc passi sumus, Cometam immensi fulgoris, usq; ad passionē Domini cōspeximus, revertentes quoq; tā pauperes, quā divites, nō sine proprio singuli damno, regem nostrū Henricum quiddā infortunii perpessum à rebellentib. sibi nonnullis per

Pseudoabbas de Fasara fit Papa.

Tridentum.

Heinricus eximperator.

Mathildis, alia Debbora, secus sentiunt alii.

Bruno.

Vuelpho, dux Noricus in rebellem.

Cometa.

Alsatiam

Alſatiam ſeditionis fama ſiniſtra percepimus, patrem vero regis nõ modica ſibimet auxilia contra filium attraxiſſe, hoc eſt Epiſcopum Leodienſem, Heinricum ducem Lotharingenſium, Coloniam, Juliacum, Bunnamque & Veronam, cæteraque partis illius oppida, hæcque nonnulli titubationis religioni minabantur Catholicæ.

Auxilia Henrici quarti contra filium.

Cæterum rex Heinricus, divina roboratus confidentia, nec minus magnanimitate animatus innata, dum quaſi partes inimicas humiliaturus, Leodium Paſchalem inibi curiam habiturus convertitur. Poſt feſtum Palmarum Coloniæ cædentibus hoſtibus, ſaris jocunde celebratum, moto comitatu rurſum fortunæ ſiniſtrorſum ſibi rotam volvi ſentit, dum nimirum inconſultius agitur. Nã cognita patris machinatione, qui utique ſe ut vir bellator ab adoleſcentia ſatis argumentoſe per cõductas ad civitatem, qua curiam indictam præſcripſimus, copias reſiſtere parabat, ipſe juvenili nihilominus animoſitate ſuccenſus, illo parva licet manu cinctus, ut cœperat ire, contendit. Qua de re præmiſſis 300. viris, qui pontem ſuper Maſam fluvium, loco qui Vuegeſar dicitur conſtructum, obſervarent: nam omnes ejuſdem fluminis tranſitus jam hoſtes interruperant, dum rex in palatio Aquiſgrani cœnam Domini celebrat, dux Heinricus cum exercitu Cæſariano, regios ad pontem invadit milites, naviterq; reſiſtentes, arte quadam equitandi, qua gens illa plus cæteris utitur in altiora deductos, multitudine legionum cingit, opprimit, ſternit atq; capit, nonnullos etiam cedentes fluvius voravit. Videres fortiſſimos Maccabæos in bello catholicæ pacis poſt ſtragem plurimam apoſtaticæ genti illatam, fide magna & lætitia, ſuas animas Chriſto pro ſe paſſo commendantes, ac hujuſmodi pro tranſitu priorum delictorum, veniam in eadem indulgentiæ die conſecutos, invicẽ conſolantes. His fortunæ fallaciis, immo ſummi diſpoſitione judicis, mens hæreticorum tumeſcere, nec tamen orthodoxorum ſpes decreſcere cœpit. Res autem inter ipſa Paſchalia feſta, quæ tunc pro eventu rei Bunno celebrabat, Heinricũ ducem judicio optimatum, reum majeſtatis & hoſtem reipublicæ, ducatu privat, ac generalem expeditionem contra Lotharingiam, accepto à Principibus Sacramento, per totum regnum indicit & præparat. Quo dehinc ſuperioribus ſe partibus conferente, pater ſe Colonienſibus reddit, & & Epiſcopo pulſo, civitatem ipſam vallis & propugnaculis, omniq; repugnandi genere permagnifice munivit, ipſeque cum fideliſſimis ſuis Leodio ſe contulit. Igitur menſe Junio jam ferè mediante, rex Heinricus cum exercitu ſuo copioſo, id eſt 20. millium Coloniam Agrippinam obſedit. Sed cum eſſet, ut dictum eſt, multus per omnem modum, tres aut quatuor inibi hebdomadas caſſo pene labore conſumpſit, excepto quod ut fieri ſolet, juventus, ut pote more impatiens, nonnunquam pro muris concurrens, ludo crudeli fugat alterutrum vel ſternit. Ibi etiam Dietericus comes regi fideliſſimus infirmitate preſſus, communi fine migravit, uir utiq; nobiliſſima Saxonum ſtirpe progenitus, & tam omnigenæ religioni quam catholicæ defenſioni non mediocriter deditus, literis etiam aliquantum inſtructus. Interea regi Heinrico patris legati de Leodio miſſi, præſentantur, literas tam ſibi quam principibus regni deferentes, quarum exemplar hic inſeri non abſurdum duximus, ob probandum ſcilicet ejuſdem viri multimodam tergiverſationem, qua ſe toto vitæ ſuæ tempore cunctis ſibi reſiſtentibus, ficta ſubjectione eatenus feciſſet ſuperiorem. Heinricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Epiſcopis, Ducibus, Marchionib. Comitibus, cæteriſq; regni Principibus, gratiam & dilectionem, dignantibus eam recipere. Conquerimur Deo omnipotenti, & dominæ ſanctæ Mariæ, & beato Petro, principi Apoſtolorum, patrono noſtro, & vobis Principibus omnibus, quod injuſte & inhumane & crudeliter confiſi in illa fide, in qua dubitare non debueramus, tractati ſumus, & tam honore regni quam prædiis, & omnib. quæ habebamus contra divinum & humanum jus, ad infamiam & improperium regni, ita expoliati ſumus, ut nihil penitus præter ſolam vitam nobis relictum ſit. Vbi cum fermè omnibus cæteris magna pars veſtri viſa eſt dolere & triſtari, ſed proh dolor, nihil nobis veſtra contulit triſtitia, quin de nobis ſibi ſatis faceret voluntas inimicorum noſtrorum odioſa. Et quia cum conſilio & rogatu filii noſtri, fide & ſecuritate vitæ & honoris ab eo primum acceptæ, fiducialiter & deſideranter Mogontiam in præſentiam legati Romani & Principum tenderemus, ut eorum diſpoſitione ageremus, tam de ſtatu Eccleſiæ & honore regni, quam de ſalute animæ noſtræ, ipſe non eſt veritus in hac voluntate & obedientia, nos contra datam fidem capere, & uſque ad articulum mortis ferme ducere, non auſi ſumus ita nos illi credere, ut injuriis & contumeliis nos pro voluntate ſua, ſicut prius, valeat tractare.

Henricus V. Coloniã.

Heinricus dux Lotharingenſis opprimit regios apud Maſam.

Hæreticos vocat Henricianos, Romanum Pontificem non agnoſcentes.

Expeditio contra Lotharingum.

Henricus 4. Coloniã.

Henricus quintus Leodii. Colonia obſidetur.

Legati patris ad filium.

Litera Henrici 4.

Alb. Krantz. lib. 7 cap 22.

Quapropter multum rogamus vos, & obnixe precamur, ut pro timore Dei & honore regni, & honeſtate veſtra dignemini ſtudere, quomodo de injuria in manibus veſtris nobis illata, per vos poſſimus recuperare iuſtitiam. Nos quoque pro conſilio veſtro & aliorum qui nos odio non habent, religioſorum virorum, parati ſumus, tam filio noſtro, ſi in aliquo eum offendimus, quam alicui in regno libenter emendare. Præterea ſicut domino Papæ in præſentia legati ſui, & veſtra obedire parati ſumus, ſic & nunc parati ſumus ei omnem debitam reverentiam & obedientiam, ſincero corde & devotione præſentialiter exhibere, & tam conſilio veſtro, quam ſpiritualis patris noſtri Hugonis Cluniacenſis Abbatis, ac aliorum religioſorum virorum, de ſtatu Eccleſiæ & honor regni, quantum in nobis eſt, diſponere. Cum igitur ad hæc omnia parati ſimus, rogamus vos, & ob-

nixe deprecamur, quatenus pro Deo, & honore regni & veſtro, inſtanter moneatis filium noſtrum, cum ſecundum præfatam ſententiam nulla ei adverſum nos reſidua ſit occaſio, amodo deſiſtat nos & fideles noſtros perſequi, & quiete & pacifice vivere permittat, ut ſupradicta integre cum tranquillitate perficiantur. Quod ſi noluerit, rogamus vos per autoritatem Romanæ Eccleſiæ cui vos committimus, & honorem regni, ne ſuper nos & ſuper fideles noſtros veniatis, quia manifeſtũ eſt eũm non divinæ legis zelo, vel Romanæ Eccleſiæ dilectione, ſed concupiſcentia regni, patre injuſte eo privato, hoc incepiſſe. Apud quem ſi interpellatio veſtra, nullaq; alia interventio ad præſens pro deſſe poterit, appellamus Romanum Pontificem & ſanctam univerſalem Romanam ſedem & Eccleſiam. *Appellat ad Rom. Pont. & Romanã Eccleſiam.*

Poſt lectas coram multitudine, tam has quàm alias literas, parum verbis, nihil autem ſenſu vel intentione prioribus diſſonantes, filii tamen perſonæ ſpecialiter directas, rex Heinricus, ex optimatum conſilio, legationem vicariam patri deſtinavit, quam tamen prius publice prædicari per Magdeburgenſem Archiepiſcopum Heinricum fecit, hocq; facto, ſuorum animos ſecum valde roboravit. *Legatio ad Hen. 4.*

Erat autem hujuſmodi. Poſt inveteratam, id eſt per annos circiter quadraginta, diſciſſionẽ imperii Romani, quæ tam divinas quàm humanas jam penè leges abolevit, & exceptis moribus omnimodis, ſacrilegiis, perjuriis, rapinis & incendiis, ipſum regnum noſtrum non tantum in ſolitudinem, ſed etiam ad apoſtaſiam catholicæ fidei, ſive in ipſum paganiſmum propemodum redegit, reſpiciente tandem ſuam Eccleſiam, divina clementia, nos ejuſdem Chriſti ſponſæ filii per ſpiritum ſanctum in unitatem fidei æquanimes reſipuimus, ipſum incorrigibile ſciſmatum illorum caput, Heinricum ſcilicet, dictum Imperatorem noſtrum, zelo Dei & Apoſtolicæ fidei obedientia abdicavimus, catholicum nobis licet ipſius de ſemine natum regem elegimus. Cujus regni principium ſui finem eſſe conſpiciens, etiam ipſe tanquam voluntarius, ſed ut jam ejus fatentur literæ, nimis invitus collaudavit, regalia reddidit, filii curam cum regno noſtræ fidei lacrimando commiſit, de reliquo nullã ſe regni pompam, ſed animæ potius ſuæ medelam ulterius affectaturum ſpopondit. At nunc ecce priſtinis ſe reddens tergiverſationibus, præjudicium ſe paſſum per orbem terrarum conqueritur, Gallorum, Anglorum, Danorum, cæterarumq; finitimarum gentium, gladios cordib, noſtris infigere meditatur, ſuper illatis etiam injuriis recuperari ſibi juſtitiam precatur, conſiliis quoque noſtris amodo promptum obedire ſe pollicetur. Re autem vera ſolitis argumentis, caſtra hæc domini diſpergere, Chriſti exercitum exarmare conatur, & ut in propatulo eſt, vineam Domini, quę jam ſero floreſcere cœpit, tam per ſe ſingularem utique ferum denuo depaſcere, quàm per vulpes illos, nimirum qui ſibi adhærent, peſtilentes homines, demoliri, ac per ſacrilegia ſacerdotum Belial, anathemati reciduo reddere, immo quod dictu nephas eſt, Chriſtum jam iterum in Eccleſia ſua ſurgentem in omnium cordib. crucifigere meditatur. Quapropter placet tam regi quàm univerſis regni principibus, immo cuncto exercitu orthodoxo, quo ſenior idem, ne ulla ſibi pateat adverſum nos juſta quærela, quacunque elegerit ſecuritate, quacunque maluerit ſtatione, coram præſenti ſenatu, ſimul & populo cauſam ſuam agat, juſtitiam ſuſcipiat, juſtitiam & reddat, quatenus ab ortu ſciſmatis, omnib. ſeditionum cauſis, ac ſi nil inde jam fuerit diffinitum undiq; diſcuſſis, tam filio quã patri ſua juſtitia reſpondeat. Eccleſiæ vero, regniq; ſtatus, non ut ipſe more ſuo proponit, poſt lõgas inducias, ſed impræſentiarum his controverſiis diremptis, vacillare deſinat. Quam legationem, pbaræ ſingularis prudentiæ perſonæ, Abbatis videlicet ac Rihuuin presbyteri, una cum quibuſdam laicali ſub habitu, viris religioſis, tam à rege quam univerſis principibus, immo toto exercitu ſuſceptam ex imperatori ſæpedicto, vix ejus præſentiam, ſandiq; licentiam conſecuti, cum rettuliſſent, horribile memoratu eſt, quàm ingenti vitæ ſuæ periculo per dies ſex, eo quòd nullo modo conventui malignantium communicare voluerint, indigne tractarentur: tandemque ab irruente ſibi in eadem, qua manebant, cuſtodia, vulgo liberati, abſq; omni ducatus præſidio, caſtris circa Coloniam poſitis, redderentur, id tamen præcipuum inter ſenioris reſponſa referentes, quatenus ad præſens armis diſcederetur, & in futurum ſuper hujuſmodi ſimultatibus, curiale colloquium indiceretur. Auditur præterea quia *Heinricus* eximperator, & Heinricus exdux, exercitum undecunque conflant, & adhuc, vel ſemel tentare fortunam omnimodis parant.

Præſidia Hen. 4. ab] Gallis, Anglis, Danis, &c.

Legati Hen. 5. in periculo vitæ.

Exercitus Heinrici eximp. & Heinrici exducis. Lotharingum intelligit.

Quapropter univerſa militia regis, immo Chriſti ſaltem ferrò rebus finem facere deliberans, ne forte, quod certiſſimum erat, Cæſarianis urbani contra auxilio forent, obſidionem ſolvunt, & contra Lotharingiam moti, munitiones ac cætera quæ rebellium erant, interim diripiunt, præmittentes ad Heinricum ſeniorem ſecundos nuncios, qui ſibi deliberationem proponerent, aut cauſa pacis pacto præſcripto componendæ, filio ad Aquiſgrani propediem occurrere, aut imminens ſibi bellum non dubitare. Quibus nimirũ legatis cuſtodiæ nihilominus traditis, ad reſiſtendũ omnimodis, occulte tamen præparari molitur, ſed dimiſſos poſt aliquot dies miſſos eoſdem, inopinata, & qua nihil acceptabilius caſtris illis inferri poſſet, fama mortis ipſius *Heinrici* Imperatoris ſubſequitur. Miſerabile tamen dictu eſt tanti nominis, tantæ dignitatis, tantique animi virum ſub profeſſione Chriſtiana mundum tanto tempore lucratum, nec ad inſtar cujuslibet pauperis defuncti pium vel compaſſivum luctum à quavis inter tot Chriſtianos perſona promeruiſſe, ſed potius univerſorum tam ibidem quam ubivis vere Chriſtianorum corda ſimul & ora infinito nimis tripudio ſui oblitos rumore repleſſe. Non altius concinebat Iſrahel Domino, Pharaone demerſo, *Expeditio contra Lotharingam.*

Fama mortis Henrici 4. grata multis.

Digitized by Google

Adhærentes Heinrico quarto,

nec augustiori ipsi Octaviano, sive ullo unquam Augustorum applaudebat Roma triumpho. Frenum quippe, quod erat in maxillis populorum, versum est illis in cantum, sicut vox sanctificatæ solennitatis. Igitur, quia cessante tandem exactore quievit, & tributum, mox omnes qui quæstus dum taxat gratia, eidem Principi eatenus adhærendo, suas animas venalitati proposuerant, deditioni regis simul & communioni catholicæ subiiciuntur. Leodiensis aurem Episcopus, ceteriq; coepiscopantes hac, inter cætera recipiuntur in communionem pœnitentiæ, conditione, quo cadaver ipsius excommunicati, per se pridie in monasterio tumulatum, effoderēt: & absque ulla sepulturæ vel exequiarum communione in loco non consecrato deponerent, comprobantibus his, qui aderant Archiepiscopis, & Episcopis, quia quibus vivis Ecclesia non communicat, illis etiam nec mortuis communicare possit. Quo facto, paulo post corpus ipsum Spirensi civitati est in sarcophago lapideo regis consensu delatum, sicque extra Ecclesiam ibidem per quinquennium mansit inhumatum. Hic suis, hic interitus, hæcque sors ultima Heinrici illo sub vocabulo 4. Romanorum Imperatoris à suis appellati, à catholicis vero, id est cunctis, beato Petro, suisque successoribus, fidem & obedientiam lege Christiana conservantibus, archipirata simul & hæresiarcha, nec non & apostata, persecutorque plus animarum quam corporum competenter dicebatur, utpote, qui nec naturalibus, nec consuetudinariis cōtentus sceleribus, nova & à sæculis inaudita, ideoq; nonnulla incredibilia excogitasse, & exercuisse infamabatur. Quæ si quis illorum arbitratu, qui tam perperam quam recte ab Imperatoribus gesta, literis digna judicant, scribere velit, nos loco cedimus, maxime cum aliqua ex his oblivione potius quam memoria digna non dubitemus. Pluribus autem testibus comprobare poterimus, quod nemo nostris temporibus, natu, ingenio, fortitudine & audacia, statura etiam totaque elegantia corporis videretur fascibus imperialibus ipso aptior, si tamen in conflictu vitiorum homo non degeneraret, vel succumberet interior. Porrò cum non pauci supersint, iidemq; in sublimitatibus constituti, quos operum ejusdem viri cooperatio radarguit, unum est quod, licet nimis timidi suggerimus, quatenus ipsum condemnationis ejus exemplum sibimet in remedium vertant, nec honoris prave consecuti florem, sed semen attendant, fatiusq; ducant malis plantariis eradicandis insudare, quam fructum inde perpetuæ mortis in futurum capere. Alioquin desipere nimis est vulnus ferro plenum sanari, credere Deo, simul & mammonæ deservire velle, monstrique simile est ex pharisaicæ elationis fastigio, ipsoque, ut dicunt, mercede sacrilegiorum ascensu, Apostolicæ humilitatis dignitatem usurpare, ab apostasiæ semine, fructum Hierarchiæ sperare. Hæc hactenus, Deo autem gratias, qui licet tarde, tamen permagnifice victoriam concessit Ecclesiæ suæ, cui etiam ejusdem Nabuchodonosor quinquagesimum exactionis annum, id est Galilæus, qui Julianum quondam vicerat, vertitin jubileum.

Leodiensis Episcopus.

Benitur in cadaver Heinr. 4. Vide Alb. Krantz lib. 5. cap. 14.

Heinricus 4. dictus Archipirata Hæresiarcha.

Fœtè carpere.

Heinricus, Nabuchodonosor, Julianus & Aman.

Si quis vero tam zelotes est cui quasi diem interitus Aman, etiam Heinrici obitum, & Ecclesiæ posteritatem ignorare non libeat, 7. Idus Aug. hanc esse sciat, quo scilicet die primo matrem suam ecclesiam apud Vnstruot invadens, innumeras animas ad inferos præmisit: eademque die Martis qua etiam cuncta sua prælia Paganico nimirum auspicio perpetrare consuevit. Post hæc hebdomada 4. Mensis Octob. habitum est concilium generale in provincia Longobardia super ripam Padi fluminis, loco qui Vuarstallis nuncupatur, ubi præsidente vere per omnia Apostolico viro Paschali 2. coram multitudine maxima clericorum, nec non laicorum, qui de diversorum regnorum ecclesiis convenerant, præsentibus etiam legatis domini Heinrici regis multa sunt, prout canonica dictabat æquitas, de inimici zizaniis evulsa, multa de structuris super harenam positis destructa, plura quoque pistici seminis plantaria profundius plantata simul & rigata, nonnulla etiam tutissimæ munitionis per ecclesias propugnacula sunt ædificata. Nam cum eadem dominica, quæ erat 12. kal. Novemb. Juvavensib. Chuntadum, Tridentinis Gebehardum, præsules consecrasset, enarrare longum est, quam indefesse prudens & fidelis ille summi patris familias dispensator conservos suos verbi Dei tritico lautissime quotidie reficeret, pseudoepiscopos deponeret, catholicos constitueret, archiepiscopis pallia, monasteriis privilegia concesserit, præsentes ovium Christi Pastores mellifluis absentes paternis commonitoriorum literis instruxerit, quædam olim abscisa membra ecclesiæ iterum incorporaverit, quædam etiam quæ insanabilia videbantur, anathematis abscisione truncaverit. Super ordinationibus autem tempore scismatis factis, unde permaxime ventilabantur quæstiones, decretum discretione maternorum viscerum artificiose meditatum, in hæc verba promulgavit: Per multos jam annos regni Teutonici latitudo, ab Apostolicæ sedis unitate divisa est. In quo nimirum scismate tantum periculum factum est, ut (quod cum dolore dicimus) vix pauci sacerdotes aut clerici catholici in tanta terrarum latitudine reperiantur: tot igitur filiis in hac strage jacentibus, Christianæ pacis necessitas exigit, ut super hos materna ecclesiæ viscera aperiantur. Patrum itaque nostrorum exemplis & scriptis instructi, qui diversis temporibus Novatianos, Donatistas, & alios hæreticos in suis ordinibus susceperunt, præfati regni episcopos scismate ordinatos, nisi aut invasores, aut simoniaci, aut criminosi sint probati, in officio episcopali suscipimus. Idipsum de clericis cujuscunque ordinis constituimus, quos vita scientiaque commendat. His & hujusmodi super ecclesiam divini luminis orientis auroræ jocundati splendoribus, quia nimirum

Concilium generale in Longobardia, præsidente Paschali.

Decretum Paschalis ad padum fluvium.

mirum tandem venerat tempus miſerendi ejus, pariterque Apoſtolicis macti benedictionibus, ad ſua quique convertuntur: nos vero, id eſt, alpium tranſcenſores ſpeciali quodam præ cunctis efferebamur tripudio, eò quod certi eſſemus domini Apoſtolici profectionem ſic fuiſſe diſpoſitam, quatenus iter noſtrum quam mature ſubſequens, natalem Domini Mogontiæ celebraturus eſſet, præſente cum univerſis regni principibus novo rege noſtro. Hoc anno dux Saxoniæ Magnus obiit. Pro quo Lotharius ſurrexit. Item Vto Marchio de Saxonia obiit. Rupertus Vuirciburgenſis epiſcopus dum tendit ad concilium, eundo defungitur. Quo decedente, dominus Erlungus tam à clero, quã à populo Vuirziburgenſium, ut verus paſtor ſibimet dudum injuſte ablatus, ſed juſto Dei judicio rurſum oblatus, ſummopere poſtulatur: conceſſuſque tam à rege quàm à papa per legatos Romanæ ſedis magna expectatione, & incredibili totius civitatis, ac multorum populorum tripudio ſuſceptus, nimis honorifice inthronizatur.

Pro malis, alibi & gnitati.

Magnus Saxoniæ dux moritur.

ANno Domini mill. 107. Rex Heinricus natalem Domini Ratiſponæ celebravit, præſentibus ſcilicet legatis domini Apoſtolici, vel cujus adventum jam aliquandiu apud Auguſtam Alemanniæ metropolim, cæteraſque ſuperiores partes præſtolatus fuerat. Ille vero ſuorum conſilijs quaſi proterviam Teutonicorũ declinans, maxime propter ſeditioſum quendam, qui ſibi Veronæ hoſpitanti dudum occurrerat: inſuper ſuggerentibus quibuſdam, quod non facile gens noſtra decretum illud recipiat, quod quamlibet eccleſiaſticam inueſtituram laicis à manibus vetat: necnon & animoſum cor regis adoleſcentis, quod nondum per omnia dominico jugo ſit habile, hæc in quam, multaque id genus vir Dei percepta conſiderans, necdum ſibi oſtium Germanicis in partibus apertum eſſe cum gemitu pronuncians, profectionem ſuam cum Hiſpaniarum legatis per Burgundiam ad Gallias convertit, & natalis Dominici gaudium ſua præſentia Cluniacenſibus multum ampliavit. Inde ſecedens, ab vniverſis finium illarum eccleſijs, ut vere Chriſti diſcipulus, & Apoſtolorum vicarius, ingenti honore ſuſcipitur, digna reverentia tractatur non aliter quam legiſer de cœlo miſſus auditur. Sic itaque per menſes aliquot, ut fidelis diſpenſator & prudens, quotidianam ſollicitudinem omnium eccleſiarum gerens, tandem circa Aſcenſionem Domini concilium non modicum apud Trecas habuit: ubi inter multa quæ pro tempore & neceſſitate corrigenda, correxit, ſententiam de libera paſtorum electione, & de coercenda laicorum in eccleſiaſticas dignitates præſumptione, juxta prædeceſſorum ſuorum decreta promulgavit. At rex Heinricus per agratis Saxoniæ finibus, poſt paſchale feſtum Mogontiæ actum, eidem ſe concilio vicinum, non tamẽ præſentem, cum nonnullis epiſcopis & optimatibus exhibuit: cum quibus etiam inito conſilio, legatos honorabiles ad Apoſtolicum tranſmiſit, per quos tam ipſi, quàm univerſæ ſynodo poteſtatem conſtituendorum epiſcoporum privilegiis Apoſtolicis Carolo imperatori conceſſam notificarent. Super qua quæſtione, quia in alieno regno quicquam diffiniri, utpote Romano jam incipiens potiri ſceptro H. non patitur, induciæ ſibi totum ſequentis anni ſpatium Romam veniendi, & eandem cauſam generali concilio ventilandi conceduntur. Tunc etiam nonnullos noſtrates epiſcopos, eò quod eidem concilio non intererant, officii ſuſpenſione dominus Papa multavit: quos tamen non multo poſt ſatisfacientes, clementer abſolvit. Rurſum necdum humilitatem quã quæſivit Germanicis in cordibus invenire ſe ſatis conqueſtus, nos nequaquam ut propoſuerat, viſitare, ſed finibus Italicis ſe comitatumq; ſuum diſpoſuit referre. Quo licet moroſe perveniens, tantis Romani tam clerici quàm populi tripudijs, ſuis ſuſcipiebatur, ac ſi de mortuis redivivus crederetur. Rex vero orientalibus redditus, colloquium Ratiſponæ cum Baioariis, in quo expeditionem verſus Flandriam contra Rupertum inſtituit. Qua circa Octobrem mota, terram rebellium ingreſſus, non ſine gravi exercitus ſui diſpendio, per unum & amplius menſem vaſtat, donec per internuncios res ad proximam curiam dilata, litem ſeparat.

Heinr. 5. Ratiſpona celebrat natalem Domini.

Sedetio Verona in Henricum 5.

Concilium apud Trecas de libera paſtorum electione.

Legati Henr. 5. ad Concilium.

Paſchalis non filij 5. germanis.

ANno Domini milleſimo 108. Rex Heinricus Mogontiæ natalem Domini celebrans, præſcriptum Rupertum in gratiam recepit. Eo tempore orta ſimultate inter Colomannum regem Pannoniæ, germanumq; ejus vocabulo Almum, eò quod uterq; ſibi potius regiam cõpetere dignitatem jure gentis illius contenderet, ſpoliatus tandem rebus quam ducatu quo inter Vngaros clarus, & ut decuit fratrem regis, à rege ſecundus claruit, Almus regem Heinricum adiit, & in auribus totius Senatus haud ſecus quam ille quondam Adherbal miſerias ſuas deplorans, Romam imperii magnificentiam in compaſſionem & defenſionem ſui flectere curavit. His querelis motus rex Henricus, inſuper etiam quod idem Colomannus fines regni noſtri, ſcilicet in locis maritimis invaſerit, Vngariam exercitu petit: ſed præparatis multiformiter adverſarijs, maximèq; per obſtructa fluminis undiq; vada, poſt moroſam & caſſam obſidionem caſtri Brasburg, penè inacte redit.

Simultas inter Colomannum & Almum.

Adherbal.

ANno domini milleſimo 109. Rex Heinricus natalem domini Mogontiæ celebrat: & paulo poſt Franckenfurt conventu procerum habito, Sigefridum Palatinum comitem apud Vvirciburgenſem epiſcopum cuſtodiæ deputavit, eò quod prodente Heinric prius duce Lotharingiæ jã in gratiam regis recepto, in necem & regnum ejus inſurgere conſiliatus ſit. Ibi etiam depoſito Gotefrido Fuldenſium abbate, Vuolfhelmum eis præfecit ex eadem congregatione. Poſt hæc ad Poloniam gentem longinquam movit exercitum, multoq; ibi atque diutino deſudans labore, diu negatum à terra illa tributi exegit debitum. Ruothardus Mogontinus archiepiſcopus obiit.

Hen. 5. Pranoſtiodie natalem Domini celebrat.

Sigefridum comes Palatinum capitur.

Gotfridus abbas Fuldenſium depoſitus.

Hen. 5. Bragam Boemiæ capit.

ANno Domini milleſimo 110. Rex Heinricus natalem Domini Babenberg celebrans, nunciis excitatur inopine ſiniſtris, Bragam Boemiæ metropolim cum exercitu occupaſſe, ac ducatum illius gentis contra regis voluntatem ſibimet uſurpaſſe. Qui mox efferatus animo, principes ſibi fideliſſimos illo cũ manu valida præmiſit, quæ mitis & velociter proſperata, civitatem cum hoſtibus intra deprehenſis capit, regiq; pedetentim ſubſequenti, cum triumpho occurrit.

Profectio Henr. 5. ut Roma benedictionem Imperialem accipiat,

In Epiphania Domini Ratiſponæ Heinricus colloquium cum principibus faciens, animi ſui propoſitum eis aperuit, ſcilicet, quod tranſalpinis partibus ſe exhibere vellet, quatenus & benedictionem imperialem à ſummo pontifice, Romana, quæ caput mundi eſt, in urbe perciperet, & latas Italiæ provincias in ſocietatem regni Germanici fraterna pace, & juſtitiis ac legibus antiquis commoveret: inſuper ad omnia quæ defenſio poſceret eccleſiaſtica, ad nutum patris Apoſtolici ſe promptum demonſtraret. Arrectis animis omnium ad votum pie providi conſulis, & indubitati jam patriæ amatoris, vir eſſe non crederetur, ſi quis à tam virilis negocii conſortio ſe ſubtrahere conaretur. Itaque ſacramento nimis voluntario in idipſum qui aderant, conſentiunt: rex alacre de hujuſmodi expeditione per ſingulas Germaniæ provincias inſtanter tractare non ceſſat; & licet terrente quorundam animos ortu cometæ ſyderis infauſti, per 6. ferè menſium inducias regia munificus libera litate datis ubique inæſtimabilis pecuniæ ſtipendiis, circa Auguſtum moveri undiq; exercitum imperat, aliis ſecum per montem Jovis, aliis per vallem Tridentinam alpes tranſcendentibus. Proviſerat autem rex nulli à ſeculo regum in omni providentia ſecundus, ſciens Romanam Rempublicam olim non tantum armis, quantum ſapientia gubernari conſueram, ſe non ſolum armatis, ſed ĕt literatis viris neceſſario muniri, paratis ſcilicet ad rationem omni poſcenti reddendam. Inter quos claruit quidam Scotigena nomine David, quem Scholas Vuirciburg regentem, pro morum probitate rex ſibi capellanum aſſumpſit. *Hic* itaq; juſſus à rege, totam hujus expeditionis ſeriem, rerumque in illa geſtarum, ſtilo tam facili, qui penè nihil à communi loquela differat, tribus libris digeſſit: conſulens in hoc etiam lectoribus laicis, vel aliis minus doctis, quorum hæc intellectus capere poſſit. Igitur juxta præſcripti teſtimonium hiſtoriographi ſuperata nimis laborioſe montium aſperitate rex cum ſuis lætus & incolumis Eborejum pervenit: alter vero exercitus captis antea quibuſdam caſtellis, apud Virunca ſia uti conditum fuerat, poſt expugnatam ab ipſo Novariam, ipſum lætanter excepit. Paucis ibidem diebus moratus, Padum proſpere tranſit: Placentiæ caſtra metatus, munera copioſa, magnamq; fidelitatem à civibus accipiens, & per tres ſeptimanas in his partibus commoratus, Parmamq; perveniens, Mathildem comitiſſam per internuncios ſibi ſubjectam gratia ſua propriis juſtitiis donavit. Poſt hæc aſperrima montis nimis adflictus hieme, montemq; Pardonis cum maximo exercitus diſpendio, rerum & equorum miſerabili defectu tranſcendit, inceſſanter cadentibus ſuper ſe, juxta qualitatem illius climatis, immenſis pluviis, hasque per 7. ſeptimanas paſſi, tandem Florentiam nimis adflicti pertingunt, inſtante feſto nativitatis Domini.

Literati viri cum Henr quinto.

Tres libri Scotigenæ Davidis de profectione Hen. 5. Romam.

Placentia, Parma,

Mons Pardonis.

Hen 5. Florentiæ natalem celebrat,

ANNo Domini milleſimo 111. Rex Heinricus poſtquam rebus proſpere per Longobardiam atque Tuſciam diſpoſitis, apud Florentiam Dominicæ nativitatis gaudia, cum ingenti ſuorum tripudio & mirando, ac eatenus illius patriæ civibus nunquam viſo decore & honore percelebravit. Moto inde adverſus Ariciam exercitu, illoque perveniens, à clericis benevole, à civibus ſubdole recipitur: quorum inſolentiam ſatis abundeque perdomuit, ſcilicet, civitate illorum cum turribus quas ad repugnandum regi præparaverant, funditus everſa eccleſiæ tamen omni ſua juſtitia, quam iidem cives violenter abſtulerant, juxta clericorum petitionem reſtituta. Inde ad Aquam pendentem progreſſus, legatos ſuos dudum ab Aricia miſſos, ab Apoſtolico boni nuncii bajulos repperit: remiſſisque aliis nunciis cum Romanorum qui ſupplices illic ſibi occurrerant, paulatim Sutriam proceſſit. Ibi legati Apoſtolici cum miſſis regiis advenientes, promptum eſſe papam ad conſecrationem & omnem regis honorem & voluntatem, ſi tamen ipſe ſibimet annueret, libertatem eccleſiarum, laicam ab illis prohibens inveſtituram, recipiendo nihilominus ab Eccleſiis ducatus, marchias, comitatus, advocatias, monetas, thelonea, cæterorũque regalium quæ poſſident ſummam. Præbunt rex aſſenſum, ſed eo pacto, quatenus hæc tranſmutatio firma & autentica ratione, conſilio quoq; vel concordia totius eccleſiæ, ac regni principum aſſenſu ſtabiliretur: quod etiam vix aut nullo modo fieri poſſe credebatur. Qua conventione facta, dimiſſis legatis & obſidibus utrinq;, rex hilariter ad urbem properat: dominus Apoſtolicus cum omni clero, immo tota Roma ſe in ejus occurſum adornat. Poſt hæc quæ geſta ſunt, longiſſimum eſt enarrare, utpote quàm immenſa honorificentia ſit receptus, & per argenteam portam uſque ad mediam rotam, antiquo Romanorum inſtituto deductus, ibique lectis publice privilegiis, tumultuantibus in infinitum principibus præ eccleſiarum ſpoliatione, ac per hoc beneficiorum ſuorum ablatione, quàm ingenti periculo, quàm varia diſceptatione tota dies illa conſumpta ſit, & poſtremo pater Apoſtolicus ab Epiſcopis & aliis fidelibus regis ſit cuſtoditus, uſque ad pacatam & eccleſiaſticam conſecrationem imperatoris, in exemplum patriarchæ Jacob, dicentis ad Angelum: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.

Aricia.

Aqua pendentes,

Sutria,

Laica inveſtitura prohibetur.

Papa cum omni clero obviam Heinrico.

Pater apoſtolicus conſecratur,

His

His ita in Dominica quadrageſimæ tranſactis, Romani tota nocte congregati, ſummo mane impetum undique fecerunt in exercitum regis, adeo ut commiſſa aliquandiu pugna, regem per ſeipſum neceſſe eſſet exercitui ſuccurrere: quod & impigre fecit, & uſque ad inclinatam jam diem fortiſſimi militis & optimi ducis opus agens, Dei gratia ſuis victoriam, hoſtibus poſt multam ſtragem fugam incuſſit. Poſt triduum Roma ſecedens, dominum Apoſtolicum ſecum duxit, & eo quo potuit honore tenuit, donec compoſitis quæres poſcebat per regiones negociis, pacatis omnibus adverſariis, inſtans paſcha non longe ab urbe in caſtris celebravit: ibique ſedatis inter ipſum & Apoſtolicum, inter regnum & ſacerdotium, diſſenſionibus inveteratis, poſt octavas Paſchæ cum nimio populi Romani, immo totius Eccleſiæ, ac inæſtimabilis exercitus tripudio ante confeſſionem ſancti Petri Auguſti nomen & imperium, à Chriſto ipſe chriſmate rite peruncſus & ſacratus, & ſub auguſtiſſima pompa coronatus ſuſcepit, dato ſibi in præſenti per manum Apoſtolici, ſub teſtimonio aſtantis eccleſiæ, privilegio, inveſtituræ eccleſiaſticę juxta quod utriuſque prædeceſſoribus placuerat, & permanere conſueverat, cujus invulſibilem ſtabilitatem dominus papa mox ſub anathemate confirmabat. Sic denique ea die, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, ut ita dicam, eſt recuperata, dum tam inveterata & eatenus incorrigibilia de regno Chriſti ſciſmatum ablata ſunt ſcandala. Nec multo poſt Heinricus imperatoria munificus liberalite, tam ſpirituali patri ſuo Papæ, quàm ſingulis ejus Epiſcopis, Cardinalibus, clericisque majoribus ac minoribus dona tot, tanta & talia diſpartivit, ut abſentibus omnino memoratu incredibile ſit: ſicque tam ab Apoſtolico, quàm ab omnibus proſpera ſibi imprecantibus, & nimio amoris vinculo eum aliquandiu deducentibus per Longobardiam ad alpes, indeque ad terras Germanicas fœliciter eſt reverſus.

Romani impetum faciunt in regios

Hen. 5. Roma ſecedens, apoſtolicum ſecum ducit.

Paſcha in caſtris celebrat.

Hen. 5. coronatur in Auguſtum.

Poſt reditum quoque ſuum, nonnulla tam ab ipſo imperatore, quàm ab epiſcopo ſecum comitantibus, quæ corrigenda videbantur, juxta quod ſummus pontifex conceſſerat unicuique, vel injunxerat, ad planum ſunt expolita, vitiata quoque ad purum excocta. Sic Chriſto reſpiciente in terram de cœlo ſancto ſuo, ſicut ubique devotio & religio Chriſtiana, ita etiam rerum proſperitas, & copia frugum ac nova circumquaque creſcere cœpit lætitia.

Igitur Imperator Heinricus menſe Auguſto quam plurimos Epiſcopos atque Abbates, nonnullos etiam principes Spiram vocat, quorum aſſenſu & cooperatione, patris ſui Anniverſarium permagnifice celebrat. Nam toto quinquennio ſuſpenſa communio ſepulturæ & orationum, Apoſtolica authoritate ab eiſdem ſacerdotibus, qui & Romæ coram Papa, pœnitentiæ illius teſtimonium reddiderant, tunc teſtificantibus conceditur, & quibus nulli unquam imperatorum auguſtiores impenſæ ſint exequiis, juxta majores ſuos in eccleſia ſepelitur. Habita poſt hæc Mogontiæ curia, Adelbertum cancellarium ſuum dudum ad eandem cathedram electum, baculo & annulo veſtivit,

Anniverſarium celebratur Spiræ

Hen. 4 præſentib epiſcopis & abbatibus.

Adelbertus Cancellarius Henrici 5. fit Epiſcopus Mogunt.

ANno domini milleſimo 112. Sigefridum Palatinum comitem diutina ſatis adflictum cuſtodia, juxta principum conſilium atque petitionem ſibi reconciliatum, dimittens, benigne tractare cœpit, adeo ut ejus filium baptiſmate ſuſciperet, & injuriarum præteritarum obliviſci ſe facturum ſponderet. Eo tempore dominus Apoſtolicus multas à Romana eccleſia paſſus eſt injurias, obiicientibus ei, quod contra inſtituta totius eccleſiaſticæ diſciplinæ, regem Heinricum tyrannicum Reipublicæ vaſtatorem, & eccleſiarum deſtructorem imperiali benedictione ſublimaſſet, inſuper privilegio ſacrilego condonaſſet. Inde coactus in concilio 15. kal. April. habito Lateranis in eccleſia Conſtantiniana, ultima die concilii, facta coram omnibus profeſſione catholicæ fidei, ne quis de fide ipſius dubitaret, dixit: Amplector omnem divinam ſcripturam veteris & novi teſtamenti, legem à Moyſe ſcriptam & ſanctis Prophetis: amplector 4. Evangelia, 7. Canonicas Epiſtolas glorioſi doctoris beati Pauli Apoſtoli, ſancta canones Apoſtolorũ, 4. univerſalia concilia, ſicut quatuor Evangelia, Nicenum, Epheſinum, Conſtantinopolitanũ, Calcedonenſe, & Antiochenum concilium. & decreta ſanctorum patrum Romanorum pontificum, & præcipue decreta domini mei papæ Gregorii 7. & beatæ memoriæ papæ Vrbani. Quæ ipſi laudaverunt, laudo: quæ ipſi tenuerunt, teneo: quæ confirmaverunt, confirmo; quæ damnaverunt, damno: quæ repulerunt, repello: quæ interdixerunt, interdico: quæ prohibuerunt, prohibeo, in omnibus & per omnia, & in his ſemper perſeverabo. Quibus expletis, ſurrexit Gerhardus Engeliſmenſis epiſcopus legatus in Aquitania, & communi conſenſu domini P. papæ, totiuſque concilii, coram omnibus legit hanc ſcripturam. Privilegium illud, quod non eſt privilegium, ſed vere debet dici privilegium, pro liberatione captivorum eccleſiæ, à domino P. papa per violentiam regis Heinrici extortum: nam omnes hoc in ſancto concilio congregati canonica cenſura, & autoritate eccleſiaſtica, judicio ſancti ſpiritus damnamus, & irritum eſſe judicamus, & omnino ne quid autoritatis & efficacitatis habeat, penitus excommunicamus: & hoc ideo damnatum eſt, quia in eo privilegio continetur, quòd electus canonice à nemine conſecretur, niſi prius à rege inveſtiatur, quod eſt contra Spiritum ſanctum, & canonicam inſtitutionem. Perlecta charta, acclamabant omnes:

Sigefridus Palatinus recipitur in gratiam.

Profeſſio fidei Hen. 5.

Privilegium

Electus canonice à nemine conſecretur, niſi à rege inveſtiatur.

Archiepiscopus Vien. contra Imp.

Amen, amen. Archiepiscopus Johannes Patriarcha Veneticus, Sennes Capuanus, & alii ferè centum episcopi subscripserunt. Ex hac occasione Viennensis archiepiscopus cum suis complicibus novum scisma nostras in partes seminare, & gladium anathematis in imperatorem molitur extendere. Sed quia cœptum ejus apostolica, indeque omni ecclesiastica autoritate videbatur carere, parum interim potuit vigere. Attamen ejusdem dissensionis seminatæ causa, circunquaque cœpit invidiæ serpere malum, adeo ut nonnulli quicquam contra Rempublicam intentantes, hujus rei materiam in suæ commotionis arripere meditarentur clipeum. Inter quos & prædictus Adelbertus designatus Moguntiæ pontifex, qui per omnia secundus à rege semper fuerat, sine cujus consilio nihil facere solebat, adversus Imperatorem (quod vix quisquam crederet) conspirare cum quibusdam principibus infamatur, reque cognita, custodiæ traditur. Moritur his temporibus quidam de Saxoniæ principibus, nomine Vdalricus, Ludovici comitis dudum gener, sed jam propter filiæ ejusdem repudium invisus. Cujus possessiones prædictus Sigefridus hæreditaria sibi vendicabat successione: sed dominus Imperator easdem in jus regni conabatur attrahere. Quæ causa recidivæ discordiæ fomitem cœpit ministrare. Nam idem comes priores miserias suas sequentibus exaggerans, totam pene Saxoniam, suam videlicet patriam, tantis implevit querimoniis, ut tam ducem Lotharium, quam Rudolphum Marchionem, *Fridericum* Palatin comitem, Vigbertum atque Ludovicum, nonnullosque alios ab obsequio traheret Imperat. Sed & Episcopus Halberstatensis, nec non Gertrudis illa præpotens per Saxoniam vidua, violentiam pati ab imperatoris præjudiciis invasione prædiorum suorum clamitabant. Hæc & his similia scandalorum zizania, murmur infinitum in nuper pacato regno suscitant. Altmannus abbas obiit.

Adelbertus Mog. contra Imp.

Vdalricus Saxonum princeps moritur.

Henr. 5. Erfordiæ natalem celebrat.

ANno Domini millesimo 113, *Heinricus* imperator natalem Domini Erpheffurt celebravit. Illuc cum præscripti Saxoniæ principes curiam non adissent, indignatione nimia commotus imperator, bona eorum diripi, possessiones incendiis devastari etiam inter ipsa festa præcepit: nec multo post castellum apprime munitum *Hornburg*, longa obsidione delevit. Deinde relictis per præsidia fidelibus suis, contemptores suos insidiis & congressibus adflixit: inter quæ sæpe dictus Sigefridus Palatinus comes, vir nobilissimus, & suo tempore nulli in omni probitate secundus, occubuit. Vuigbertus capitur. Ludovicus ad deditionem compellitur, sicq; rebus interim quies, licet modica, conceditur. Post hæc quidam Reginoldus provinciæ Burgundiæ comes, &, ut ajunt, imperatoris consanguineus, tyrannidem juvenili actus insolentia, contra Rempublicam orditur, qui tamen superveniente sibi cum manu valida H. Angusto, munitionem in qua maxime confidebat Monzun, ipse captus amisit: sicque lite cito dirempta, custodiæ traditur.

Hen. 5. Bomberga natalem celebrat.

ANno domini millesimo 114. Dominus Imperator natalem Domini Babenberg cum summa magnificentia, copiosaq; principum multitudine celebrat: & hoc simpliciter, quia virum Dei Ottonem inibi episcopum, propter quædam jam orientia in regno scandala, curiam frequentare renuentem ex parte suspectum habebat. Ipse verò transitoriis pro concordia ecclesiastica nō parcens, beneficus indefessis animositatem regis glorioſe devicit. Hunc indicto conventu Mogontiæ, nuptias post Epiphaniam Domini augustissime instituit, ubi etiam vix aliquos, aut certe nullum de magnatibus abesse voluit: quorum consilio vel consensu regis Angliæ filiam Mathildē nomine, dudum desponsatam, legitime sibi conjungens, regni consortem constituit. Deinde contra quosdam in locis palustribus ultra Fresonum insulas habitantes, imperator navalem expeditionem multo studio instruit. Quo dum tendit, Coloniam Agrippinam sibi rebellem, & in hoc quā plures transtheninos atque Vuestfalos consentientes invenit, quorum numerantur nominatissimi, Fridericus Colonienſis archiepiscopus, *Gotefridus* dux, Heinricus quondam dux, & Fridericus de Arnesburg. Intermissa itaq; profectione, manum in hostes præsentes extendere cupiens, Coloniæ partibus affedit: civitati vero mirifice munitæ non prævalens, regionem circumquaq; vastavit: tandemq; soluto conventu, recidivam expeditionem contra eosdem rebelliones indixit. Qua circa kalend. Octob. congregata, Friderici possessiones aggreditur. Qua undiq; vastata, & in medio regionis illius castro firmo constructo, eoq; militibus, armis, atque stipendiis instructo, hieme superveniente ab armis discedit.

Nuptiæ Henrici cum Mathilde regis Angliæ filia.

Rebelles Henrico V. Fresones & Colonienses.

Saxonia deficit ab Henrico.

ANn. do mill. 115. Considerans imperator Saxoniam manifeste jam à se deficere, cōtra eā ut iratus, ita etiam armatus venit: & ta ex his quos adduxerat, quam quos inibi sibi voluntarios invenerat, castra non modica instituit. Saxones vero periculis suis remagi cernentes, copias suas ex diversa locant, non pugnandi contra dominum suum audacia, sed defendendi se necessitate coacti, ipsi per internuncios imperatori confirmabant. Cumque per aliquot dies pars utraq; alteri minaretur & parceret, quidā vir fortis nomine Hogiat, qui dudū inter multa quæ bellicoſe egerat, Sigefridi Palatini comitis nece se famosissimū in aula regis effecit, assumpta omni electa juventute q ut ipse moræ fuit impatiens, Saxones suos nimirū cōpatriotas audacter invasit: ipseq; leonina ferocitate dimicans, gloriæ cupiditatem qua flagrabat multis secū cadentib. propria morte probavit. Interfuit huic conflictui, immo, ut ajunt, quodāmodo præfuit Episcopus Halberstatensis R. qui dudū ab Imperatore nō modice fuit injuriatus, qui nimirū suis magnā p̄dicavit justitiæ cōsolationem.

Hogiat comes Mansfeldiæ.

Impera-

Imperatoris vero de parte cæsis etiam sepulturæ interdixit communionem. Sic dominus Imperator non parum amaricatus, ad Rhenum convertitur: Saxonum vero consensus ad resistendum illi magis ac magis roboratur. Adhæc quendam Cardinalem Romanum nomine Dietericum, legatione in Pannonias functum, per nuncios asciscunt, quo etiam præscripti concilii actionem, & per ipsam Imperatoris excommunicationem prædicante, tam Archiepiscopus Magdeburgensis, quàm cæterarum Ecclesiarum præsules reconciliationem recipiunt, sicque scisso iterum regno, undique novę res oriuntur, sic contraria quælibet in invicem partes utræq; moliuntur. Interea directi ab Italia nuncii, obitum illius inclitæ Mathildis nunciant, ejusq; prædiorum terras amplissimas hæreditario jure possidendas, Cæsarem invitant. Qua nimirum fœmina, sicut nemo nostris in temporibus ditior ac famosior, ita nemo virtutib. & religione sub laica professione reperitur insignior. Convẽtus post hæc Imperator amicorum consiliis, immo totius regni compulsus quærimoniis, generalẽ in kalend. Novembr. curiam Mogontiæ fieri instituit, ubi liberam omnibus audientiam de sibi subjectis satisfactionem, de suis extraordinarie, vel juveniliter gestis correctionem, ad senatus cõsultum repromisit. Statuto itaque tempore, dum ipse Mogontiæ præsens condictum, frustra præstolatur conventum, nam præter paucos Episcopos nemo Principum adventabat: Mogontini aptũ sibi tempus arridere perpendentes, subito palatium loricati & armati vallant, alii atrium furiose irruentes, in turmas & cuneos se glomerant, omnia strepitu, cuncta clamoribus implentes, aulicis horribile spectaculum demonstrant. Quid multa? Dubium non est, quod nisi datis ad præsens obsidibus Imperator, ea, quæ sibi imponebantur, facturum se citissime confirmasset, ipsum fortasse palatium cum universorum, qui in eo erant, crudelissima nece illico corruisset. Ita sedato vix militum plæbisque ferventissimo furore, Cæsar ab urbe secessit, & post paucos dies Adelbertum, quem jam per annos tres artissima mancipaverat custodia, vix nimirum ossibus hærentem, ut coactus promiserat, cathedræ suæ remisit. Hic igitur non multo post sedis Apostolicæ, legato Dietherico se nunciis & literis subiiciens, ipsum sibi, cæteris que non paucis præsulibus Coloniam occurrere postulavit, ubi & mandata Papæ, quæ sibi detulerit, communiter percipi, & ille suam consecrationem, diu scilicet intercluſam, tanta autoritate consequi possit. Qui conventus, instante festo Natalis Domini, factus est, non absque indignatione Imperatoris, qui nec dum plene voluntarius erat in consensu ejusdem ordinationis.

Scinditur rursus regnũ sub Henr. 5. Mathildis mors nunciatur.

Conventus Mog.

Cives Mogun. Henric. 5. imp. cogunt.

Adelbertus restituitur.

ANno Domini millesimo 116. Imperator natalem Domini Spiræ cum paucis episcopis & Principibus celebrans, ea quæ interim Coloniæ gerebantur, graviter tulit. Audivit enim quam plurimos ibi convenisse, non solum Metropolitanos, sed etiam alios Episcopos, vel optimates regni, causa præcipua verbum excommunicationis in se manifestandi, quamvis ipse Cardinalis, cujus hæc initiabantur autoritate, in itinere defunctus, illo ad sepulturam potius, quam ad actionem delatus esset concilii. Missus tamen ab eo illuc præsul Vvirzburgensis, audientiam vel communionem, non nisi reconciliatus habere meruit, reversus post redditam legationem ei qui se miserat, denuo communicare renuit, sed vitę periculo coactus missam coram rege celebravit, indeque usque ad mortem contristatus, latenter discessit, sicque rursum communioni pristinæ, multis lacrimis reconciliatus, ultra Cæsaris aspectu, simul & gratia caruit. Qua etiam commotione succensus Imperator, ducatum Orientalis Franciæ, qui Vuirziburgensi Episcopo, antiqua regum successione competebat, Chuntado sororis suæ filio commisit, ipseq; scandala Principum declinans, in Italiam se una cum regina, totaque domo sua contulit, ac circa Padum negociis insistens regni, legatos ad Apostolicum pro componendis causis, quæ iterum regnum & sacerdotium disturbare cœperunt, suppliciter destinavit. Cujus legationis primatum Abbas Cluniacensis consanguineus, ut ajunt Domini Papæ tenuit, qui inter utranque partem pro componendis pacifice rebus fidelis & impiger apocrisiarius multis argumentis invigilare studuit. Eodem igitur anno, qui est 18. ordinationis Domini Papæ P. secundi 2. Non. Mart. Romæ in sede Lateranẽsi, in Ecclesia S. Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, celebrata est Synodus universalis concilii, congregatis ibidem ex diversis regnis & provinciis, Episcopis, Abbatibus, Catholicis, Ducibus & Comitibus, Legatis universarũ provinciarum quamplurimis. Prima itaq; die, quæ secunda feria tertiæ hebdomadę quadragesimalis, inter Mediolanenses Episcopos, Grosolanum & Jordanem in alterum de invasione in alterum, quod Ecclesiæ suæ desertor extiterit, ventilata est controversia, hanc causam dominus Apostolicus Cardinalium Episcoporum consilio tractandam distulit. Sequenti die in eandem causam plurima tractata sunt, sed res non finita. Quarta vero feria Lucensis Episcopus, de invasione terræ juris Ecclesiæ suæ Pisanos impetebat. Econtra dum Pisanus suos defenderet, inter utranq; jus partem utriusque populi suffragio longo litigio disceptabatur. Tunc quidam Episcoporum de medio concilii surgens, ita exorsus est, Dominum patrem Papam recordari decet, quare illius præsentis & generalis concilii multitudo sancta, per omnia periculorum genera, mari, terraque convenerit invitata, ibi non de spiritualibus vel Ecclesiasticis, sed sæcularibus ordine præpostero tractetur negociis. Expediendum prius, propter quod principaliter convenerint, ut evidẽtius pernoscatur, quid dominus

Henr. 5. natalem Domini Spiris celebrat.

Vuirtzburgen. præsul cogitur ad Missam coram rege celebrandam.

Ducatus Episcopii Vuirzburgensis Conrado datur.

Abbas Cluniacensis Apocrisiarius.

Synodus Romæ in Ecclesia Lateranẽsi.

Oratio Episcopi in medio Concilii.

Digitized by Google

Apoſtolicus ſentiat quicquid in Eccleſiis ſuis reverſi, prædicare debeant. Tunc Apoſtolicus cauſam concilii, & animi ſui intentionem his verbis expoſuit. Poſtquam Dominus de ſervo ſuo fecit, quod voluit, & me, populumque Romanum tradidit in manus regis, videbam quotidie paſſim fieri rapinas & incendia, cædes & adulteria. Hæc & ejuſmodi mala cupiebam avertere ab Eccleſia & populo Dei, & quod feci, pro liberatione populi Dei feci. Feci autem ut homo, quia pulvis ſum & cinis. Fateor me male egiſſe, ſed rogo vos omnes, orate pro me ad Deum, ut indulgeat mihi. Illud autem malum ſcriptum, quod in tentoriis factum eſt, quod pro pravitate ſui pravilegium dicitur, condemno ſub perpetuo anathemate, ut nullius unquam ſit bonæ memoriæ, & rogo vos omnes, ut idem faciatis. Tunc ab univerſis conclamatum eſt, fiat, fiat. Bruno autem Signinus Epiſcopus altius exorſus eſt. Gratias agamus omnipotenti Deo, qui Dominum Papam Paſchalem, qui præſenti concilio præſidet, audivimus proprio ore damnantem illud pravilegium, quod pravitatem & hæreſim cõtinebat. Adhæc quidem cavillatorie ſubjunxit, Si privilegium illud hæreſim continebat, qui illud fecit, hæreticus fuit. Johannes autem Cajetanus ad hæc commotus, Signino reſpondit. Tu ne hic & in concilio nobis audientibus Romanum Pontificem appellas hæreticum? Scriptum quod fecit dominus Papa, malum quidem fuit, ſed hæreſis non fuit. Et alter quidam adjecit. Immo nec malum dici debet, quia ſi liberare populum Dei bonum eſt, quod dominus Papa fecit, bonum fuit. Sed liberare populum Dei bonum eſt, autoritate Euangelii, qua præcipimur animas quoque pro fratribus ponere. Ad hæc patientia domini Papæ horrendo hæreſis nomine pulſata, expergefacta eſt, & manu ſilentium indicens, diffidentium clamores & murmura tali ratione compeſcuit. Fratres & domini mei audite, Eccleſia iſta nunquam habuit hæreſim, immo hic omnes hæreſes cõquaſſatæ ſunt. Hic Arriana hæreſis, quæ per trecentos ferè annos viguit, adnullata eſt. Ab hac ſede hæreſis Euticiana, Sabelliana contrita: Fotinus, cæterique hæretici deſtructi ſunt. Pro hac Eccleſia filius Dei in paſſione ſua oravit, cum dixit, Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua. Quinta feria Papa in concilio non ſedit, multis & maxime regis negotiis per dominum Cluniacenſem, Johannem Cajetanum, & Petrum Leonis, & urbis præfectum, cæteroſq; illius partis fautores impeditus. Sexta feria Apoſtolicus in generalem omnium Eccleſiarum cauſam animum advertit, & Johanne Cajetano, cum Petro Leone, cæterisque regis fidelibus, in faciem reſiſtentibus, prædicto Cunoni Preneſtino, ſæpius verbum excommunicationis exponere cupienti, murmur hujuſmodi verbis & manu ita cõpeſcuit. Eccleſia primitiva martyrum tempore floruit apud Deum, & non apud homines. Deinde ad fidem converſi ſunt reges, Imperatores, Romani principes, qui matrem ſuam Eccleſiam, ſicut boni filii honeſtaverunt, conferendo Eccleſiæ Dei prædia & allodia, ſæculares honores & dignitates, regalia quoq; jura & inſignia, quemadmodum Conſtantinus, cæteriq; fideles: & cœpit Eccleſia florere, tam apud homines, quam apud Deum.

Pravilegium pro privilegio.

Patientia domini Papæ horrendo hæreſis nomine pulſatur.

Eccleſia primitiva pauper.

Dives tam donatione regum.

Habeat ergo mater & domina noſtra, Eccleſia ſibi à regibus ſive principibus collata, diſpenſet & tribuat ea filiis ſuis, ſicut ſcit, & ſicut vult. Privilegium inveſtituræ, quod in tentoriis conceſſiſſe videbatur, obliterare volens, iterans ſententiam Papæ, Gregorii 7 inveſtituram Eccleſiaſticarum rerum à laica manu, rurſus excommunicavit ſub anathemate dantis & accipientis. Cardinalis vero dominus Cuno Preneſtinus, talem Papæ fecit inductionẽ legtionis ſuæ, & contra diſturbatores præſentis negocii competentem. Domine pater, ſi tuæ placet majeſtati, ſi vere tuus fui legatus, & quæ feci tibi, placent eſſe rata, in auribus ſancti hujus præſentis concilii, ore tuo edicito, & legationem meam tua autoritate corrobora, ut ſciant omnes, quia tu me miſiſti. Adhæc Apoſtolicus reſpondens, ait, Vere legatus ex latere noſtro miſſus fuiſti, & quicquid tu, cæteriq; fratres noſtri, Cardinales Epiſcopi, Legati Dei, & Apoſtolorum Petri & Pauli, hujus ſedis & noſtra autoritate fecerunt, confirmaverunt, probaverunt, ego quoq; probo & confirmo, quicquid damnaverunt, damno. Et dominus Preneſtinus conſequenter ſubjunxit, qualiter pro ſedis illius legatione, Hieroſolymis audierit regem Heinricum, poſt Sacramenta, obſides & oſcula, in ipſa beati Petri Eccleſia, dominum Papam tenuiſſe captum, indigne tractatum, potiora Eccleſiæ membra, Cardinales videlicet exutos, tractos & male tractatos, nobiles quoque Romanos occiſos, & captivos, & populorum ſtragem factam audiens, ſingemuerit, & pro hujuſmodi facinoribus Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, conſilio zelo Dei animatus, excommunicationis ſententiam in regem dictavit, & eandem in Græcia, Vngaria, Saxonia, Lotharingia, Francia, in quinque conciliis, conſilio prædictarum Eccleſiarum renovando confirmavit, orare ſe demum, ut ſicut dominus Papa legationem ſuam confirmaſſet, ita præſentis concilii Patres & Epiſcopi concorditer annuerent. Ad eundem modum legati, & literæ domini Viennenſis poſtulabant, dum tali ratione & ordine, tam variæ & diſſonæ multitudinis aſſenſus exquiritur, à ſaniori parte veritati, & aperte rationi nihil contradictum, à paucis ſubmurmuratum, ab Epiſcopis vel Abbatibus nullo modo reclamatum. Sabbatho denique inter Mediolanenſium Epiſcopos, controverſia tali diſpenſatione terminata eſt. Apoſtolico P. docente, translationes Epiſcoporum, duobus fieri modis, neceſſitate vel utilitate, Hujus autem translationis Groſolani, quæ videbatur utilitatem in animarum & corporum damna converſam, Groſolanum quidem in locum, unde translatus fuerat, reſtituit: Jordanem vero Mediolanenſibus conceſſit.

Cuno Preneſtinus legatus ex latere.

Translationes epiſcoporum duobus modis fiunt. 1. Neceſſitate. 2. Vtilitate.

His

His autem, qui propter concilium, & animarum ſuarum remedium Apoſtolorum limina viſitaverant, qui de capitalibus pœnitentiam agerent, quadraginta dierum pœnitentiam indulſit, & Apoſtolica benedictione concilii hexameron, laudabiliter abſolvit.

Scindebatur inter hæc & hujuſmodi, regnum Teutonicũ, quod jam decennio, vel paulo plus concorditer quieverat. Et quia rex abierat, unuſquiſq; non quod rectum, ſed quod ſibi placitum videbatur, hoc faciebat. *Scissio regni Teutonici.*

Primo erga pars utraq; conventibus aſſiduis agros alterius vaſtare, colonos deſpoliare cœpit, maximeq; in Epiſcopio Wirciburgenſi, per Cunradum fratrem ducis Friderici, lues iſta ſuccrevit.

Poſt hæc occaſione nacta, undiq; latrunculi pullulabant, qui nullam temporibus vel perſonis diſtantiam exhibentes, ut dici ſolet, rapere & deperdere, invadere & occidere, nilq; per omnia victis reliqui facere ſatagebant. *Latrunculi.*

Longum eſt præſulis Mogontini machinamenta, contra regis fideles, eorumq; adverſus illum inſidioſas diſcurſiones enarrare, ſeditiones nonnullorum urbanorum deſcribere, civitates aliquas ſuis præſulibus per has peſtes orbatas, munitiones locis inſolitis conſtructas, caſtella quàmplurima invicem deſtructa, regiones præda, flammaq; vaſtatas, congreſſiones & cædes mutuas, ab utriuſq; partis equitibus factas, oppreſſiones pauperum & peregrinorum, atq; captivitates more Barbarico à Chriſtianis in Chriſtianos exercitas, multaq; id genus literis tradere. Nam neq; pax Dei, cæteraq; Sacramentis firmata pacta cuſtodiuntur, ſed uniuſcujuſq; conditionis & ætatis, præter ſolos Eccleſiaſticæ profeſſionis homines, quibus jam penè nihil præter miſeram reſtat animã, cæteri inquam hoc tempore belvina furore bacchantur. Hinc undiq; vaſtatis agris, villis depopulatis, oppidis ac regionibus nonnullis in ſolitudinem jam penè redactis, deficiente quotidiana lericis per Eccleſias præbenda, ceſſabant in quibuſdam Eccleſiis clericalia nimirum officia, & ô effuſum calicem furoris Dei, locuplet iſſimum illud, & per totam Germaniam famoſiſſimũ ac principale cœnobiũ Fuldenſe, uſq; ad ultimam redactũ eſt inopiam, victus etiam neceſſarii. *Machinamenta Mogunt. contra regem.* *Fuldense cœnobium deperit, de hoc vide Chronica parva Germaniæ.*

ANno Domini Milleſimo 117. Dum cuncta per circuitum regna nationum, ſuis limitibus, rebusq; cõtenta, diu ſanguine madentes gladios, cæteraq; vaſa mortis jam in vagina concordiæ reconderent, univerſalis etiam Eccleſia mater, poſt numeroſa perſecutionum hæreſium ac ſciſmatum bella, jam ſub vera vite Jeſu laſſa oppido membra, per multas gratiarum actiones, mandatis divinis inſervitura, locaret: ſolus heu Teutonicus furor, cervicoſitatem ſuam deponere neſcius, & quã multa ſit pax legem Dei diligentibus, immo qualiter per præſentis proſperitatis tranquillitatẽ ad æternæ viſionem pacis pertingi poſſit, ediſcere nequaquã voluntarius, ſolus inquã noſtræ gentis populus, dũ præ omni terrarum orbe in perverſitatis inolitæ pertinacia, incorrigibiliter peritit, indeq; jã perjuriũ & mendaciũ, cæteraq; quæ vox lamentatur prophetica inundaverunt, & ſanguis ſanguinẽ tetigit, nec minus quã quondã Sodomorum & Gomorreorũ clamor hujuſmodi in aures Domini Sabaoth intravit. Quapropter inter ipſa Dominicæ nativitatis feſta, tertia Non. Jan. hora veſpertina, ſuper tantis divini judicii contemptibus commota eſt, & contremuit terra, ab ira nimirũ furoris domini, adeo, ut nemo inventus ſit ſuper terrã, qui tantũ ſe unquã ſenſiſſe fateatur terræmotũ. Nã multa inde ſubverſa ſunt ædificia, civitates ẽt quaſdã ſubrutas dicunt in Italia. Quin ẽt tonitrua valde terribilia 3. kal. Feb. cũ grandi turbine ſunt audita, fulgura ẽt eodẽ tempore crebro viſa, Leodium Lotharingiæ civitas eſt Beati Lamberti martyris ibidem quondam pontificis, patrocinio ſatis inclyta, ſtudiis etiam literarum præ cæteris apprime famoſa. In qua dum in vigilia Dominicæ Aſcenſionis, univerſus clerus, 10. videlicet congregationũ intra matrem Eccleſiã ex more convenisſent, ad veſpertinalem ſynaxin concenturi jam primũ Pſalmũ compleſſent, ſubito ſereniſſimus aer in turbinem verſus, tanta ſimul tonitrua terribiliter, & fulgura cum ſulphureis igneis excuſſit, ut jam extremã, jam ultimi judicii horam inſtare, nemo qui aderat, dubitaverit: duobus nimirũ clericis, & uno de illuſtribus milite, hac tempeſtate intra ſacras ædes abſumptis. 15 de hinc die, ex vicino quodam ejuſdem epiſcopii monte, qua nunquã aquæ præter pluviã viſa eſt, fluvius ingens erupit, non modicã civitatis partem diluens, cũ maximo Leodienſium damno, Trajectenſium ſe finibus infudit, 14. kal. Mart. hora veſpertina vidimus nubes, vel ſanguineas ab Aquilone ſurgere, & per mediũ firmamentum ſeſe extendendo, ipſi mundo terrorẽ non modicum incutere. Nam ut poſtea didicimus, unicuiq; civitati tam vicinus ipſe fulgor videbatur, ut ibidem rerum omnium finem minari putaretur. His & hujuſmodi cladibus rex Heinricus cordetenus ſauciatus, non ceſſat legationes ſatisfactorias ad Apoſtolicã ſedem, licet ipſe multum infeſtationibus Italicis inſudans, deſtinare, quas tamen conſtat minime profeciſſe. Nam dominus Apoſtolicus, propter ſecuritatem, quam regi, licet coactus fecerat, diffitetur illum ſe anathematis vinculo colligaſſe, ab Eccleſiæ tamen potioribus membris excommunicationem connexam, non niſi ipſorũ conſilio denegat ſe poſſe diſſoluere, conceſſo nimirum utrinq; Synodalis audientiæ jure. Ad hoc etenim ultramontanis, affirmat ſe quotidie literis impelli, & maxime Metropolitani Mogontini. Qua de re non deſinunt undiq; ſeditiones cœptæ per partes utraſq; bacchari, præcipue tamen tranſrheninis in finibus, immo in ipſa Mogontia urbe multis cadentibus, regiones nobiliſſimæ hinc inde vaſtari. Emicho comes à militibus Friderici ducis occiditur. *Teutonicus furor.* *Terræmotus subvertens ædificia & civitates.* *Leodium Lotharingiæ civitas.* *Vespertinalia Synaxis.* *Nubes sanguineæ.*

Paſchal. Pont. moritur.

ANno Domini Milleſimo 118. Dominus Apoſtolicus Paſchalis ſecundus, diutina purificatus ægritudine, præſentem in Domino vitam finivit. Pro quo Johannes Cajetanus, vir prudens & venerandus, in Romana ſemper Eccleſia irrepræhenſibiliter eidem Apoſtolico collaborans eligitur, & cunctorum catholicorum unanimi conſenſu rite conſecratur.

Ioh. Caietanus ſuccedit.

Baldeuinus moritur.

Baldeuuinus rex Hieroſolymitanus in expeditione contra Arabes poſitus, cum languorem, quo licet lenius, tamen diu vexabatur, ad vitalia perveniſſe ſentiret, alterum Baldeuuinum de Rohas, pro ſe regem deſignavit, ipſeq; Chriſto domino, pro quo multa jam bella præliatus eſt, animã ſuã fide plena, & confeſſione bona tradidit. In Dominica Palmarum, juxta fratrem ſuum Gotefridum, loco Calvariæ, Mauſoleum, Germani Mauſoleo ſimillimũ, cum maximo diverſorum populorum planctu ſuſcepit. Valde mane Dominicæ Reſurrectionis die, cœlum à parte Meridiana apertum, tantam lucis effudit abundantiam, ut Lunæ quæ tunc clariſſima nimirum videbatur, lumen inæſtimabili fulgore detergeret, & per unam, vel amplius horam (quod multis teſtibus comprobamus) omni Solis luce clarior permaneret. Ipſo tamen ſpatio crux non modica per idem foramen dependens, apparuit: cujus tam auri quã gemmarum varietas, evidenter diſcerni potuit. Heinricus Imperator, dum Paduanis regionibus immoraretur, audito tranſitu Apoſtolici, P. Romã properavit, & primo quidem in electione Domini Johannis, qui & Gelaſius 2. dictus eſt, aſſenſum præbens, poſtea vero eodem à ſua ſe communione ſubtrahente, non ſine quorundam Romanorũ favore alterũ quendã Burdinum ex Hiſpania ſupervenientẽ, Apoſtolicæ ſedi impoſuit, ſicq; ſciſma quod jã ſperatur emortuũ crudeliter revixit. Nã eodẽ Romanæ cathedræ libere potito, Gelaſius cũ his qui ſecũ abierant Cardinalibus, cæteriſq; catholicis, quos congregare poterat, apud Capuã, juxta quod literæ ab ipſo circumquaq; tranſmiſſæ teſtantur, Cæſarem unà cum idolo ſuo damnavit. Hinc per Campaniam cum ſuis ad Burgundiam traſmigravit, ac Viennæ Synodum congregari conſtituit.

Crux apparet è nubibus.

Schiſma revixit.

Gelaſius damnat Cæſarem cum ſuo Idolo.

Synodus Vienna.

ANno Dominicæ incarnationis 1019. Dominus Apoſtolicus Gelaſius ſecundus, apud Viennam Synodum congregavit, eaq; tranſacta, poſt paucos dies in monaſterio Cluniacenſi, vitã præſentem in Domino finivit. Quo, ut decuit, honorifica ibidem ſepultura depoſito, qualiter dominus Milo, Viennenſis Archiepiſcopus in locum ejus ſucceſſerit, ipſe poſtea Adelberto Mogontino Archiepiſcopo literis hoc modo deſignavit: Dominus noſter fœlicis memoriæ Gelaſius, à Vienna diſcedens, injunxit mihi, ut ad ejus præſentiam feſtinarem, poſtquã ipſe Cluniacum perveniſſet. Quod cum poſt dies aliquot implere ſatagerem, in itinere de ejus obitu mihi nunciatũ eſt. Ego, ut fratribus, qui cum domino eodem venerant, prout ratio exigebat, ſolatium exhiberem, Cluniacum cum gravi dolore perrexi. Dum autem ſuper eorum conſolatione attentius cogitarem ipſi graviſſimum mihi onus & vires meas omnino tranſcendens, impoſuerunt. Congregati nanq; in unum die altero poſt adventum, Epiſcopi, Cardinales, & centum clerici & laici Romanorum, invitum me penitus renitentem, in Romanæ Eccleſiæ Pontificem Caliſtum, unanimiter aſſumpſerunt. His etiam temporibus Cuno Præneſtinus adhuc legatione Gelaſii functus, ſynodum Coloniæ cum Teutonicis habuit, ubi Imperatoris omnimodis excommunicationem propalavit. Huic concilio interfuit Nortbertus, poſtea Præmonſtratenſis ordinis inſtitutor, tunc autem noviter converſus in peregrino habitu, ibiq; ab omnibus in multis accuſabatur, de quibus ſe prudenter excuſabat. Unde & ſcriptum legitur de eo, quia manus horum omnium contra eum, & ipſe contra hos omnes. Alteram quoq; Synodum in Friteslar, eadem pro cauſa indixit, qua & habita, eandem quã prius excommunicationem confirmavit. Imperator his auditis, inſuper etiam quod principũ conſenſus generale vel curiale colloquium, non multo poſt apud Wirziburg inſtituere propoſuiſſet, ubi ipſe aut præſens ad audientiam exhiberi, aut abſens regno deponi debuerit, efferatus animo Italiæ ſuis copiis cum regina relictis, Germanicis ſe regionibus nimis inſperatus exhibuit. Cumque ab æmulorum ſuorũm injuriis manum abſtinere nimiteras illum iracundiæ nullatenus permitteret, mox invaſionum, deprædationum, atq; incendiorum furor, qui jam ſopiri poſſe ſperabatur, hoc exemplo rectoris ſcilicet univerſalis excitabatur. Qua nimirum tempeſtate univerſæ provinciæ adeo devaſtationis continuæ importunitate inquietantur, uti ne ipſa pro obſervatione divinæ pacis profeſſa ſacramenta cuſtodiantur. Quapropter Heinricus totius regni ſacerdotum atq; procerum nunciis compulſus, generalem fieri apud Triburiũ conventum aſſenſit: ubi de omnibus quæ ſibimet imponerentur, juxta ſenatus conſultum ſe ſatis facturum ſpopondit. Quo ſcilicet conventu, Rheninis in partibus habito, tam adverſariorum, quã amicorum Imperator concorditer uſus conſilio, unicuiq; per totũ regnũ ſuis rebus ſpoliato, propria concedi præcepit, cunctaq; regũ antiquorũ fiſcalia, ſuã in ditionẽ interim recepit, paxq; per univerſas provincias ab omnibus haberi collaudatur, ſed parum profeciſſe res ipſa comprobatur. Aderant etiam legati tam Romanorũ quã Vienenſium, immo diverſarum Eccleſiarum miſſi, confirmantes electionem domini Caliſti. Cui profecto, dum univerſi noſtrates Epiſcopi obedientiam profeſſi, Synodũ, quæ ſibi juxtu feſtũ S. Lucæ indicebatur, collaudaſſent fieri, ipſe rex ſemetipſum ibidẽ pollicebatur, ob reconciliationẽ univerſalis Eccleſiæ præſentandum iri. Id .n. Catalaudenſis Epiſcopus, & Cluniacenſis Abbas, apud Argentinam ipſum convenientes, multis ratiocinationum conatibus obtinuerunt, ejuſdẽ tamen actionẽ concilii ſi quis plenarie cognoſcere quærit, in literis cujuſdã Scholaſtici nomine Hẽſſonis,

Aliàs Guido dictus.

Epiſtola Caliſti Papæ ad Adalbertum Epiſcopum Mogunt inum.

Synodus Colon.

Nortbertus inſtitutor ordinis Præmon.

Synodus in Fritesl ar.

Conventus apud Triburium.

Heinricus 5. Argentorati.

Digitized by Goo

eleganter enucleatum reperire poterit, id eſt qualiter rex inter regnum & ſacerdotium de concordia facienda conſenſerit, inſuper eidē concilio, cui videlicet 13. kal. Novemb. prædictus Papa Calixtus ſecundus vallatus 426. patribus coram innumera multitudine cleri ac populi præſedit, non adeo ſe præſentem, vicinum tamen exhibuerit, ubi & colloquio ſuo domini Papæ legatis conceſſo, tandem inducias denuo quæſierit, propter generale colloquium cum Principibus habendū, pro inveſtituris ſcilicet Eccleſiaſticis, quas tantopere cogebatur amittere, ad ultimū vero idem Apoſtolicus inacta inter ſe & regem concordia, Synodalia prædeceſſorū ſuorum decreta confirmaverit, aliaq; nonnulla, quæ res exigebat, naviter addiderit, ſicq; poſt dies ferè 12, in virtute ſpiritus ſancti rite finito concilio, cunctos Apoſtolica benedictione confirmatos, ad propria redire permiſit, unūquenq; cū gaudio. Ipſe quoq; non multo poſt ad Italiā converſus, incredibile memoratu eſt, quanto tripudio, quāq; immenſa pompa non ſolū totius Romæ, verum ēt univerſarum provinciarum quas pertranſierat, Chriſti vice ſit ſuſceptus. Ab illo tempore tam ipſe jam vere Apoſtolicus, quā univerſus illum ſequens Chriſti grex de die in diē proficere cœpit, donec cuncta pars Burdini, quem aliqui idolū cognominare ſolent, indies infirmata, conari contra Eccleſiam deſiit, regni tamen cœpta commotio ac ſcelus, nullatenus quievit. Hoc anno Adelgoz Magdeburgenſis Archiepiſcopus, homo juvenis, & tam Deo, quā omnibus bonis acceptabilis, immaturo præventus occaſu, vitā præſentem in Domino finivit. Cui etiā Ruggerus Canonicus, Canonica electione ſucceſſit.

Concilio. 426. patrū, præſidet Calixtus.

Adelgoz Archiepiſcopus Magdeburg. moritur.

ANno domini Milleſimo 120. Imperator Natalem Domini Wormatiæ non imperialiter celebravit. Poſtea ductu Friderici de Arnesberg. Saxoniam ingreſſus, ibiq; ab Epiſcopis, regionis illius, ab ejus cōmunione abſtinentibus, in Franciā convertitur, ubi nonnullis acceptus, compluribus ēt inviſus habebatur. Nec minus interea ſciſſionē inconſutilis tunicæ ſuæ, Dominus ipſe deteſtatus, inter multa, quibus pro ipſo orbis terrarū flagella pugnavit, in Epiſcopatu Trevirenſi, menſe Junio ſuſcitata tempeſtate, glaciem miræ magnitudinis effudit. quæ & ædificia evertit, & alia pericula intulit Saxoniā quoq;, & maxime in epiſcopatu Halberſtatenſi, dira grandine flagellavit, in tantum, ut in novem villarum finibus non ſolum frumenta, ſed & beſtias agri cum volatilibus innumeris conſumpſerit. Qua correptione ſtimulati Saxones, crebros conventus ob concordiam facere, diſſidentes inter ſe pacare, dextras invicem dare, prædones exterminare, ſuppreſſaq; imperatoris perſona contra omnem hominem terras ſuas invadere molientem, ſe unanimiter armare cœperunt, ac inter hæc etiam quoſdam milites cæſarianos Thuringiam vaſtantes, in caſtello Waſſenburg ſingulis præſidiis circuncludentes, tandem penuria adflictos expulerunt: ſicque brevi pacem jocundiſſimam, licet alibi Vuerra ſolita graſſante, ſuis in partibus inſtituerunt. Literis etiam ac legationibus papæ roborati, vacantibus cathedris canonice paſtores elegerunt, quos mediante Mogontino, qui tunc illo regis declinaverat iram probabiliter & eccleſiaſtica libertate conſecrari fecerunt.

Heinri. 5. Vuormacia natalem habet.

Glaciei Treverit.

Grando in Halberſtat.

Pax fit in Saxonia.

Friderico comiti Palatino.

His temporibus Fridericus Palatinus comes, qui nuper ſe à cæteris diſſocians regis fidelitati devinxerat, obiit, jam provectus ætate; & ut cuipam ſervo Dei evidenter revelatum affirmant, ad loca pœnalia ferтur deſcendiſſe.

Bonæ memoriæ Dieggerus, primum abbas cœnobii S. Georgii, indeq; per legatum Apoſtolicum Metenſi eccleſiæ ordinatus, poſt multas à regis fidelibus illatas ſibi injurias, requievit in Domino, in eccleſia Cluniacenſium ſepultus, vir apprime literatus, & in ſancta converſatione uſq; ad ultimā ætatem conſtantiſſimus.

Sunt in Saxonia duæ quædā munitiones, non longo à ſe interſtitio remotæ, quarum vocabula nunc minime occurrunt memoriæ, media ferè nocte videbatur utriusq; caſtelli vigilibus non imaginarie, ſed vere, perſona viri à muro unius progrediens, & ad alterum per totam campi interiacentis latitudinem procedens, toto corpore in modum faculæ vel maſſæ candentis exardens, quæ etiā prope caſtellū oppoſitum diſparuit. Hæc viſo non ſemel, ſed bis vel tertio ſimiliter apparuit.

Viſio.

ANno domini mill. 121. Dominus Heinricus, qui Burchardo Rufo dudum in legatione Heinrici imperatoris apud Conſtantinopolim defuncto, per electionem eccleſiaſticam in cathedram Monaſterienſem ſucceſſerat, à ſuis indigne tractatus, Saxonicis principibus querimoniam injuriarum ſuarum detulit. Et quia vir illuſtris natu, & virtutibus famoſus extitit, per Lotharium ducem congregato exercitu, ſedem ſuam etiam contra regis voluntatem repetit.

Contigit autem occulto Dei judicio, dum inimicas acies videndo cives terrentur, ac pro imminenti periculo ſinguli ſua molirentur, caſas aliquas incaute ſuccendi, paulatimq; dominante flamma, etiam baſilicam majorem, quæ ſedes illius erat eccleſiæ, funditus comburi. Sic quoq; miſerabili potuit victoria, pontificem pulſum reſtituunt, multam aūt pecuniam ad reſtaurationē eccleſiæ conferunt: interpretantes nonnulli cauſam tanti excidii non eſſe, niſi quod defuncti præſulis Burchardi, qui multa illic ex iniquitate comportaſſet, oblatio, manifeſtaretur Deo non placuiſſe. Auditur interea, nec non & nunciis à Roma venientibus approbatur, illū pſeudopapā Burdinū in caſtello Sutriæ, quo miſerrimo ſuo inſerviens officio reſidebat, per Romani exercitus zelū deſtructo, captū & poſt plures à vulgo ſibi contumelias & illuſiones illatas, vix à manib. eorum domino Apoſtolico illū eripiente, ob agendam pœnitentiam exilio relegatum. Sunt etiam qui talibus eum aſſerant deprehenſum flagitiis, quæ noſtris indignum duximus tradere ſcriptis. Igitur Heinricus

Burdinus antipapa.

Digitized by Google

imperator, inito fidelium ſuorum conſilio, rebelles ſibi Mogontinos affligere tractavit: ac prima navium commeatum omnibus modis intercluſit: deinde præſidiis circumcirca munitis, hujuſmodi inſidiis nundinas ſive mercatus fieri, ſive quicquã victualiũ in civitatẽ deferri inhibuit: ad extremum vero in obſidionem ejuſdem urbis publicã expeditionẽ undiq; indici conſtituit. His auditis, præſul Adelbertus totam Saxoniam ubi tunc manebat, commovet: & quia legationem Apoſtolicam ab ipſo papa dudum acceperat, hac autoritate pontifices & principes ipſius provinciæ pro utilitatibus matris eccleſiæ frequenter convocat: ubi vir eloquens & primatum in ciſalpinis partibus multiformiter tenens, ad defenſionẽ totius Germaniæ metropolis, animos omnium, catholicam obedientiã profitentiũ accendit. Huc etiam acceſſit, quod epiſcopi Spirenſis & Wormacienſis, & ſi qui alii reſiſtere non valentes, tamẽ Apoſtolicã obedientiã profeſſi, pulſi ſuis ſedibus vagabantur extorres: quos proprio quenq; loco reſtituere diſponebant iidem principes, pro domino Deo exercituum zelo zelantes. Deniq; circa ſolſtitium æſtivale, cum caram jam ubiq; propter vaſtatas nimirum regiones annonam timet, geminus ô nobilis Mogontia conflatur exercitus: alter ſcilicet in Alſatia, alter in Saxonia, diſpari animo annoſæ dignitatis tuæ mœnia ſuperba queritantes; alter deſtructionem tuam, alter defenſionem intentantes, ac ſi conquerendo dicenti tibi: Filii matris meæ pugnaverunt contra me, rebus reſponderet Chriſtus: Ecce iterum iſti congregati venerunt tibi. Fiebant interim per omnes eccleſias jejunia, ſupplicationes, vel letaniæ: nec erat ulla filia Syõ, quæ ſe faceret expertẽ tanti periculi matris ſuæ. Quapropter reſpexit Dominus in orationẽ humilium, & non ſprevit precẽ eorũ, ſed miſſo principali ſpiritu ſuo, ſpiritu conſilii, ſpiritu pacis, inter utriusq; principes populi, de via non longe ab invicem uterq; cum conſediſſet exercitus, pro eo quod in alterutrũ acies dirigere diſpoſuerant, miſſis utrinq; quibuſdam ſapientiſſimis atq; religioſis proceribus, de concordia ſua ſcilicet fraterna honorabiliter tractare cœperunt. Quid plura? Eo uſque ſpiritus Jeſu pro precio ſanguinis ſui filiis ſponſæ ſuæ dimicans, ſpiritui ſuperbiæ & maligno prævaluit, ut mentibus univerſorum jam, immo divinæ voluntatis aſſenſu connexis, ipſorum conſilio, ſuaſione, ac obſecratione, regis indignatio in tantum mitigaretur, ut ipſe præſens negotium non ſuo, ſed optimatũ utriuſq; partis arbitrio terminandum decreverit. Inde rerũ omniũ gubernatori cunctis gratias agentibus, denominati ſunt ex utraq; parte duodecim primates, quorũ corda timor dei poſſidens, inveteratã diſcordiã inter regnũ & ſacerdotiũ, ſedare nemine reſiſtente ſufficeret. Ad hæc determinanda, collaudantur conventus totius regni principũ curia Wirciburg. tempus feſtũ ſancti Michaelis, & unoquoq; propria manu in alterius manũ hujuſmodi pactum quaſi ſub ſacramento firmante, cum pace & gaudio diſceſſum eſt. Evolutis poſt hæc tribus ferè menſibus, Heinricus imperator venit cum ingenti comitatu in civitatẽ Wirciburg, juxta condictum: Saxonũ vero principes, unà cum Mogontino præſule cæterisq; caſtra metati ſunt juxta rivum qui Vuerna dicitur, unius diei iter habentes à rege interſtitium. Ibi ſecuritate per internuncios utrobiq; compoſita poſt triduũ loco prænominato regẽ conveniunt. A quo pacifice extra muros propter nimiam utriusq; populi multitudinem recepti, exinde per continuam ſeptimanam uni ſe quotidie curiæ colligunt, ibiq; ſemper ſuper præſens ſciſmate, regni videlicet & ſacerdotii, ſolerter tractare non ceſſaverunt. Sed licet nonnulli pacem odientes, ſcandala nova veteribus ſuperſeminare tentaverint, tamen quia divinæ ordinationis propoſito unde tot capita R. P. convenerant, reſiſtere nemo prævalet, tandem Heinricus imperator ſponſionis ſuæ non immemor, univerſas quæſtiones quæ ventilabantur, non ſuimet arbitrio, nec ſuorum quorumlibet contentione, ſed juxta ſenatus conſultum concludi per omnia in omnibus conceſſit.

Epiſcopi Spirenſis & Vuormatienſis pulſi ſuis ſedibus

Duo exercitus, alter in Alſatia, alter in Saxonia contra Mogen.

Res mitigatur.

Duodecim Primates electi rebus componendis inter regnum & ſacerdotium.

Heinricus Vuirtzib.

Saxones & Mogontini caſtrametatis juxta rivum Vuernæ.

Unde quia multa quæ tunc ibi magnanimiter diſpoſita ſunt, enarrare longiſſimũ eſt, ea tantum quæ etiam cauſa maxima ejuſdem cõventus fuerunt, huc annotare ſufficiat: utq; pacem firmiſſimã & ab omnibus univerſalem ſub vitæ periculo legaliter inſtitutam, regalia vel fiſcalia regno, eccleſiaſtica eccleſiis, prædia deprædatis, hæreditates hæredibus, omniq; perſonæ vel conditioni propriam adjudicatam eſſe juſtitiam. Adhæc prædones furesq; edictis imperialibus perſequendos, ſive legibus antiquitus conſtitutis coercendos, unanimi conjuratione confirmatum eſt: & quicquid ſcandali, quicquid perturbationis uſquequaq; per regna Germaniæ, inimici ſeminario ſuccreverat, omnimodis eradicari decretum eſt. De verbo autem excommunicationis, unde ſcandala penè cuncta pullulaverant, nihil eſt diffinitum, tamen ad Apoſtolici regiminis audientiam concorditer in timore divino dilatum, denominatis in præſenti legatis, qui Romam hæc omnia deferrent, quatenus indicto per autoritatem Apoſtolicam generali concilio, quæcunq; humano non poſſent, Spiritusſancti judicio terminarentur. His ita reverenter pro honeſtate ſimul & utilitate regni diſpoſitis, deſtinati ſunt in præſenti dominus Otto præſul Babenbergenſis, dux Heinricus, comes Beringenſis, qui omnia Noricis principibus, qui tunc forte aliis occupati Reipub. cauſis, prædicto conventui deerant, apud Ratiſponam kal. Novemb. convocatis intimarent, quos & ad omnia hæc voluntarios inveniebant atq; confirmabant.

Acta in hoc conventu.

Eodem anno in Suuarzahenſi monaſterio ob honorem & reverentiã piiſſimæ genitricis ſuæ Mariæ perpetuæq; virginis, & ſanctæ Fœlicitatis præclaræ martyris, ſeptemq; filiorũ ejus, in quorum

honore

honore idem monaſterium conſtructũ & dedicatum eſt, factum eſt quoddã ſignum memorabile. Sicut enim Dominus fecit ſalutem quondã in homine à nativitate cæco, ſic uſtis temporibus perpetravit in juvene à nativitate muto. Sed qualiter hoc contigerit, breviter pandimus & notificamus. Ex alia quippe provincia puer quidam pauperculus illuc ſupervenerat, qui à diſpenſatore fratrũ prò miſericordia clementer ſuſceptus, deſerviebat ibidẽ multis diebus, habens ſub ſe curam legenda & ſervanda fratribus poma. Deliteſcens itaq; ſerviens in tali ſervitio plurimo tẽpore, contigit ut magna illa feſtivitas omnium ſanctorũ appropinquaret, & in ipſa vigilia idem ſerviens, diem jejunum ad veſperum tranſiens, cum jã reſideret cibum ſumpturus, repente Dei nutu horror illum invaſit nimius, totusq; in extaſi factus, in impetu perrexit in monaſteriũ, ubi jã hymnus: Omnes ſuperni ordines, ad veſperas ſtudioſus decantabatur ab omnibus, & ſemes atq; bis in oratione, genu flexus, Deo ſanctisq; ſe commendabat attentius. Tum repente omnipotentis Dei reſpectu hactenus clauſum laxatũ eſt linguæ illius vinculum: excreansq; ex ore quaſi carunculam crudam cum cruore, loquebatur ad circunſtantes clara voce. Populis igitur omnibus in eccleſia cõmorantib. non modicũ de tam ſubita mutatione Dei dexteræ excelſi mirantibus, urgebant illũ qui curatus fuerat, chorum aſcendere, ſeq; in crucis modũ coram principali altari ſternere, & pro inenarrabili miſericordia Dei, ipſi immenſas gratias referre. Quo facto, etiam veſpertinali officio peracto, fratres patiter & populus cum compunctione cordis & ſpiritus, voces attollunt ad ſydera, hymnisq; ac laudibus Chriſti concrepant magnalia. Hujus itaq; rei ſunt teſtes, pene omnes comprovinciales, inſuperq; omnis familia, quæ ad eundem locum debita jugiter perſolvit ſervitia.

Signum memorabile factum in Suuarzach monaſterio.

Forte, tranſgreſſa.

ANno Domini mill. 122. Erlungus epiſcopus Wirciburgenſis per 4. annos elephantino morbo vexatus, 3. kal. Jan. obiit: & prohibente ſciſmate, non in civitate, ſed in monaſterio Suuarzaha, ſepulturam obtinuit. Dominus autẽ imperator vacanti cathedræ conſulturus, illò devenit, & conſilio ſuorum uſus, quendã adoleſcentẽ nomine Gebehardum bene quidẽ natum, ſed adhuc præ ſtudiis ſcolaribus nulla eccleſiaſtica promotione mancipatũ, pontificali inveſtitura ſublimavit, non modica quidem, & ut dicũt, ſaniori parte cleri ac populi idipſum conſtanter renuente, alterum autem nomine Ruggerum ejuſdem eccleſiæ diaconum, inibi videlicet nutritum, atq; canonicum canonice eligente. Hinc diſſenſiones non parvæ oriuntur, in tantum, ut eidem parti faventes, relictis quæ poſſidebant in civitate, cogerentur offensã imperatoris declinare. Dux quoq; Fridericus, fraterq; ejus Chunradus, electioni eidẽ dũ fruſtra conſentiunt, indignati, ab avunculo eodemq; domino ſuo diſceſſere. Qui tamen non multo poſt cum metropolitano Mogontino, nonnullisq; Saxoniæ principibus colloquium juxta fluvium Wirraha facientes, prædictam R. contra voluntatem regis, per autoritatem ejuſdem archiepiſcopi A. cæterorumq; legatorum papæ, qui tunc nuper à Roma venerant, præſulatus electione & inveſtitura confirmabant. Ipſo etenim tempore epiſcopus Spirenſis, & abbas Fuldenſis, legatione totius regni apud ſedẽ Apoſtolicã peracta, redierant, ducentes ſecũ Oſtienſem epiſcopũ, vicẽ domini Apoſtolici per omnia tenentem, cum duobus cardinalibus, qui nihilominus à ſede ſancti Petri ob reconciliationem regni & ſacerdotii miſſi fuerant. Hac de cauſa iterũ colloquiũ curiale per provincias indictũ eſt, cui locus Wirciburg. tempus feſtũ ſancti Petri præfinitum eſt. Quo propinquante, appropinquare cœperunt conductæ civitati, non ſine damno totius orientalis Franciæ diverſarum provinciarũ principes. Sed ubi nunciis veracibus dominũ imperatorẽ illo minime venturũ, ut pote circa Rhenum aliis irretitũ negociis, didicerant, unuſquiſq; in ſua redire diſponebant. Interim Gebehardus fœderatis ſibi jã firmiterque urbanis, intra muros copioſa cũ turba dũ reſidet, quadã die poſt meridiẽ, aſſumpta de his qui ſecũ erant manu valida, quoſdã qui jã uno pene miliario ab urbe caſtra poſuerant, nihil mali ſuſpicantes invadere tentavit, & quaſi inimicos regni deputans, ſive turpiter pellere, ſive incautos ſternere proponit. At illi clamore venientiũ excitati, gemina contra acie celeriter directa, naviter reſiſtendo ſe ſuaq; caſtra defendunt: & ex utraq; parte cæſis, vulneratis atq; captis nonnullis, die ẽt adveſperaſcente, hi ad urbẽ, iſti ad tentoria redeunt. Hinc efferati principes, ad civitatem unanimiter convertuntur, Ruggerũ inthrozinare contendentes: verũ id non ſine ſanguine fieri poſſe perpendentes, ad monaſteriũ quod dicitur Suuarzaha divertunt, ibiq, illũ corã omni concilio tã metropolitanus, quã cæteri legati Romani, præſulẽ eccleſiæ Wirciburgenſi cõſecrantes, ad propria ſe quiſq; convertunt. Exinde idem R. eã partẽ epiſcopii, quæ Necaro fluvio circunjacet, in proprios uſus tenuit. G. vero urbẽ, & quæ illi contigua ſunt, ſecure poſſedit. Interea præſul Mogontinus ab indignatione Cæſaris ſibimet undiq; proſpiciens, caſtrũ antiquũ etiam per multas generationes penè funditus dirutum, quod vel à rivo alluente Aſcafa, ſive ut quidã volunt ab Aſcanio conditore Aſaſinbuch dicitur, miro conatu cœpit munire: rex quoq; idipſum ob injuriam ſui, & contra Remp. fieri dijudicans, obſidionem econtrario ordinare decrevit. At benignus & amator hominum Jeſus per induſtriam ſervorũ ſuorũ ſedis Apoſtolicæ legatorũ, qui tunc Mogontiæ morabantur, immo per inhabitantem in eis ſpiritũ ſuum, ſpiritum principum paci contraivit auferre: charitatẽ quoq; nihilominus in eorum cordibus diffundere cœpit, quia nimirum ut vere creditur, poſt tot Chriſti tunicæ ſciſſuras, poſt tot Chriſtianorũ inteſtina bella, tempus miſerendi Syon, id eſt, eccleſiæ, licet

Erlungus epiſcopus monaſterio.

Gebehardus.

Ruggerus.

Necarus.

Aſcafa, Aſcanius, Aſaſinbuch, Aſciburgium, vel Graſa ἀπὸ τῆς ἀγχόνης. Plut. lib. 3.

ſero

sum colloquium, nunc hic, nunc illic turbas facere: circa nonã vero horã cuidam monti, à quo & exisse videbãtur, se reddere. Tandẽ quidã de incolis regionis illius nõ sine magno timore hujusmodi tam prodigiosæ concioni crucis signaculo munitus appropinquat: mox quandam ex illis occurrentem sibi personam per nomen omnipotentis Domini nostri manifestare causam populi, qui sic appareret, adjurat. Cui ille inter cætera: Non sumus, inquit, ut putatis fantasmata, nec militum ut vobis cernimur, turba, sed animæ militum non longe ante hac interfectorum. Arma vero & habitus atque equi, quia nobis prius fuerant instrumenta peccandi, nunc nobis sunt materia tormenti, & vere totum ignitum est, quod in nobis cernitis, quamvis id vos corporalibus oculis discernere non possitis. In hujusmodi comitatu dicitur etiam Emicho comes ante paucos annos occisus apparuisse, & ab hac pœna orationibus & eleemosynis se posse redimi, docuisse. Referunt quidam, quod nocte quæ diem Dominicæ cœnæ præcessit, dum ad vigilias more ecclesiastico properarent, vidisse se quasi stellas innumeras de cœlo cadere, in tantũ, ut pluviæ guttas & multitudine & casibus viderentur imitari. Claruit hoc tempore Dietericus Sicensis episcopus, literis apprime eruditus, semper contra scismata, quæ suis temporibus nonnunquam pullulabant, propugnator catholicus, & in omni pastorali sollicitudine commissæ sibimet ecclesiæ desudans utilitatibus. Hic itaque non longe à suburbano vel territorio suæ civitatis monasterium sive abbatiam, summo conatu, magnoq; sumptuum ac ædificiorum impensis per annos aliquot instituebat, in colle, quem antiquitas Bosouua nominaverat. Quo loco jam fere ad unguem perducto, utpote non modica consecrata basilica, congregatione quoque monachorũ ibidem locata, invenitur inter eos quos conversos fratres dicimus, quidam conversus ex eadem gente Soraborum progenitus, nequaquam sanctæ regulæ, sed propriis desideriis per omnia subjectus. Hic pro suis excellibus frequenter ab abbate corripitur: sed non melioratus, episcopo præsentatur corrigendus. Quem ipse frequenter acrius, ut dignum erat, corripuit. Ille autem in tantam proterviam erupit, ut episcopum ante altare in oratione stantem, cultro perfoderit, unde post triduum venerandus ad Christum migravit.

Anima militum non lõge ante hac interfectorum.

An anima exuta corporibus hic errare possint, vide Chrysostomum in Matth. cap. 8.

Dietericus Sicensis episcopus, Abbas Cicensis.

Bosouua.

Frater conversus episcopum cultro perfodit.

ANno Dominicæ incarnationis 1024. Imperator Heinricus natalem Domini Aquisgrani celebravit. Eclipsis lunæ apparuit in Purificatione S. Mariæ, unde etiam perterritus Chunradus consobrinus Imperatoris, conversionem morum suorum professus, Hierosolymam se profecturum, ibidemq; Christo militaturum devovit, indeq; favorem non modicũ ab omnibus qui hoc audierant, aequisivit. Nonnulli quoq; nequitiæ studiis ante dediti, eidem se sociari profitentur comitatui. Non multo post Imperator H. movit expeditionem contra eos, qui sibi in regione Holland contrarii existebant. Hisque licet tarde subactis, ad superiores se partes contulit, regina circa fines Lotharingiæ relicta. Circa mediam quadragesimam colloquium Vuormatiæ cum quibusdam optimatibus habebat: cæteris vero qui aderant, id est, Saxonibus, Bajoariis, atq; Boemis, ad curiam venire Babenberg Non. Maij indicebat, maxime propter Lotharii ducis insolentiam, quæ nova quædam moliri notabatur contra Rempub. ob sororis suæ præscriptæ illatam ab Imperatore injuriam. Factus est itaq; conventus idem non modicus: nam singularum provinciarum duces aderant, præter L. paucosque sibi consentientes de Saxonia principes. Quibus singulis necessarios sumptus vel ex toto, vel ex parte ministrabat venerandus episcopus Otto, præter publicum atq; constitutum antiquitus Imperatoriæ majestati, quod aulicis etiam importunius exigebatur servitium. Ab ipsis deniq; pater idem notabatur rarius quàm cæteri præsules palatium visitare: ipse vero monasteriis cõstituendis & restaurandis, eleemosynis dispensandis, orationibus invigilandis, cæterisq; tam practicæ quàm theoreticæ studiis insinuandis sese maluit occupare. Nec deerant qui id invidiæ causa mussitantes publicis potius functionibus impendendum judicarent: sicque Cæsaris animositatem contra virum Dei commovere tentarent. Sed quia Dominus custodit omnes diligentes se, & vias peccatorum disperdit, iste rebus transitoriis pro tempore non parcens, miro modo quamvis undiq; regiones stringente penuria, sufficienter omnibus ministrando bonitate malitiam vicit, non fictæ charitatis officiis, totius in se regni benivolum affectũ commeruit. Unde compositis causis ejusdem conventus insinuat, tam Angusto quàm primatibus universis, sẽ literis atque nunciis quàmpluribus à duce Poloniæ Polizlao vocatum, insuper etiam domini Papæ C. permissione atq; benedictione directum, ad gentem scilicet Pomeranorum, quàm nuper idem dux sibi finitimam subegerat, & ad Christianitatis confugium impulerat. Annuit tota quæ convenerat Ecclesia, annuit & aula prosperitatem piis conatibus imprecantes, soli Babenbergensis Ecclesiæ filii patrem dulcissimũ inviti deserunt, multis eum lacrymis ac si funus prosequentes. Postquam autem super confirmatione pacis diversis justitiis, regniq; negotiis, satis tractatum est, indignatus Imperator his, qui præsentem curiam adire cõtempserant, instituit expeditionem sequente Augusto generaliter fieri, specie quidem cõtra Saxoniam, re autem vera contra Galliam in regnum regis Ludovici, præbiturus nimirum auxiliũ socero suo Heinrico Angliæ regi pro possessione Nortmanniæ provinciæ, contra eundem regem Galliæ. L. contendenti. Cujus itaq; fines, postquam statuto tempore jam jamq; Teutonicus exercitus cœpit attingere, explorators quotidie affirmant Francigenas, maximo jam domi congregato exercitu, congressum expectare, immo

Expeditio Henrici 5. contra Flandros.

Otto Bambergẽsis episcopus Pomeranũ fidem Christi praedicat.

Expeditio Heinrici 5. in Galliam.

verbum, quæ multiformibus plagis toleramus, occultare videamur generationi ſubſecuturæ; *Frigus.* Quarta feria, hebdomadæ Penthecoſtes, diriſſimæ pruinæ, frigus, plagã magnã, tam novellis ubiq; frugibus, quam vineis abundantiſſimam jam fœtuum ſuorum ſpem turgendo promittentibus intulit, nec multo poſt, id eſt 16. kal. Julii, reſiduum frigoris tempeſtas tam immenſa, quæ diluvium *Tempeſtas.* minari videretur alicui, crudeliter devaſtavit. Item nebulæ quædam ex locis paluſtribus, ultra ſolitum erumpentes, ſegetes contiguas, & maxime triticeas aurugine vel uredine depravarunt. Alpium etiam fœtus, neſcio quo auſpicãte incommodo, ex toto penè deperiit. Nonnulli inſuper in Sole & Luna, vel ſtellis, diverſi diverſo modo ſe vidiſſe ſigna teſtantur, adeo, ut etiam fidem excedere quibuſdam videantur. Puero cuidam in pago Tullifelt nato, crus dextrum diutino livore tumefactum, tandem loco collecti puris crepuit, & pro ſanie mirabile dictu, grana non pauca tritici, ſiliginis, farris, hordei, ac avenæ evidenter effudit. *Nebula.* *Tullifelt.*

Heinricus Imperator hujus vocabuli quintus, apud Trajectum civitatem Penthecoſtẽ celebraturus, ægritudine quam jam diu celaverat ſuperatus, ad extrema cœpit propinquare, vocatiſq; qui ſecum erant, id eſt regina Mathilde conjuge ſua, cæteriſq; primatibus, prout potuit, de regni ſtatu conſilium dedit, coronam, cæteraq; regalia uſq; ad conventum Principum conſervanda in caſtello firmiſſimo, quod Hamirſtein dicitur, reponi diſpoſuit, ficq; viatico Chriſti, Sacramentorum cõmunicans, diem clauſit extremum 10. kalend. Junii. Cujus corpus more regio curatum, Spiram eſt delatum, & coram multitudine nobilium, & inferiorum clericorum atq; Laicorum, juxta majorum ſuorum mauſolea honorifice conditum. Anno regni ſui 20. Imperii vero 14. Hic ut præſcriptum eſt, primo ſub ſpecie religionis patrem excommunicatũ imperio privavit: confirmatus in honoribus mores mutavit, ſed poſt injurias Apoſtolicæ ſedi illatas, ſemper ſeipſo inferior fuit, juſtitiis regni non multum invigilavit: acer fuit ingenio, fortis & audax, licet parum fœlix in præliis, nimis in appetendis alienis. Pecunias, ut ajunt, infinitas congeſſerat, quas ſecundum ſcripturas cui thesaurizaſſet, ipſe ſine liberis obiens, heu ignorabat. Hoc etiam anno nonnullos ex nobilibus, unà cum innumera multitudine vulgarium ſæviens mortalitas abſumpſit. Inter quos Udalricum Ehſtatenſem, ac Ruoggerum Vuirziburgenſem, Arnoldum quoq; comitis Arnoldi filiũ, bonæ indolis adoleſcentem, pluresq; alios ſors ultima preſſit. Nam poſt vulgi ſtragem immẽſam tam fame quam peſtilentia, judicio divino, patrata lues tanta, tamq; indifferẽs per populos ubiq; graſſari cœpit, ut nulli conditioni, ſexui vel ætati parcendum fore, mors minitaretur pallida: vixque vivi ſufficerent ad curanda defungentium cadavera. *Hamirſtein.* *Heinricus 6. Spiræ ſepultus.* *Dotes Heinrici 5.* *Peſtis.*

ANACEPHALEOSIS CHRONICI URSPERGENSIS, de Imperatoribus, Conrado, Heinrico III. Heinrico IIII. Heinrico V.

MULTIS dum ſua facta vel dicta placent, aliena diſplicent: rectius autem erat ut nobiſmetipſis diſplicentes, dum aliis placere velimus, ipſiq; nobis placeant. Quia vero omnis ætas in malum prona eſt, facilisq; deſcenſus averni, rectum cõtemnitur, & quod vitioſum eſt, frequentatur. Ideoque tam ſcriptores ſingularum rerum, quàm etiam interpretes linguarũ, ſive expoſitores librorum, contra æmulos & detractores & invidos, in principiis operum ſuorũ volentes aliqua deſcribere, plurima commentati ſunt. Cæterum ut rudes & imperiti noſtræ loquelæ ſimplicitatem de medio uſu loquendi procedentem, & nullius dulcedinis ſive eloquentiæ ſtylum redolentem, credimus ab æmulis potius irridendum, quam livido dente huic detrahendum. Sane ſuper his fiat voluntas Dei expleta. Nos vero, ſicut fuerit voluntas in cœlo, de noſtro propoſito explebimus geſta regum, maximeque Romani imperii, ſicut cœpimus, & de diverſis regnis prioribus, ad id perduximus. In ſuperioribus vero geſta quatuor imperatorum, videlicet Cunradi, Heinrici, III. & Heinrici IIII. & Heinrici V. ſub ſtylo hiſtoriographo non ſunt conglutinata, ſed potius geſta temporum ſub ſingulis annis ſunt deſcripta. Ideoque ſeries hiſtoriæ de ipſis Imperatoribus difficilius contexitur. Recapitulando igitur de eiſdem Imperatoribus, quædam retexemus, ut ſeries & narratio noſtra melius ſtylo ſimplici procedat. Quia vero præfati quatuor Imperatores in Eccleſia Spirenſi, uſque in præſens evidentem habent ſepulturam & tumulos de marmore fabricatos & politos, ſicut eoſdem oculis noſtris proſpeximus. Primum ſuperſcriptiones eorundem mauſoleorum, ſicut meminimus nos ab eiſdem deſcripſiſſe, annotabimus: videbitur enim pauliſper forte diſcrepare ab his quæ prænotata ſunt. In quatuor igitur ſepulchris prænominatorum Imperatõrum continetur ſermo metrice factus, ad menſuram unius verſus hexametri, hoc modo incipiens, à Septentrionali plaga, ſuper primum ſepulchrum continentur duo verba exarata in marmore, hæc ſcilicet, FILIUS HIC. In marmore ſecundi ſepulchri exarata ſunt hæc verba. PATER HIC. Super marmore quoq; tertii ſepulchri ſcriptum eſt. AVVS HIC. Et in quarto exculptum eſt, PROAVVS JACET ISTIC. Sicque perficitur unus verſus hexameter. Adjunguntur autem his duo mauſolea eiuſdem operis marmorei, & ejuſdem ſtructuræ & elevationis, in quibus deſcriptus eſt unus verſus hexameter, à Septentrione in Auſtrum, qui in priori tumulo continet hæc verba ex culpta. *Roma 15.* *Mos ſcriptorum.* *Geſta regum, maxime Rom. Imper. tractat.* *Quatuor Imperatores Spiræ ſepulti.* *Superſcriptiones Mauſoleorum Spirenſis.*

HIC PROAVI CONJUNX. In ſecundo, HIC HEINRICI SENIORIS. Dies quoque & annos, quibus præfati Imperatores obierunt, annotavimus, ſicut ibi annotati continentur, in hunc modum. In primo itaque verſus Auſtrum, quod eſt noviſſimum in deſcriptione verſus prænotati, ſic ſcriptum reperitur. CUNRADUS. II. IMPERATOR ROMANORUM. ANNO DOMINICÆ IMCARNATIONIS MXXXIX. NON. JUNII OBIIT. In ſecundo, verſus Septentrionem ſic deſcriptum erat. HUJUS FILIUS HEINRICUS TERTIUS, QUI DICTUS EST NIGER ROMANORUM IMPERATOR. ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MLVI. NON. OCTOB. OBIIT. In tertio, verſus Septentrionem rurſum ſcriptum eſt. HUJUS FILIUS HEINRICUS IIII. DICTUS SENIOR, ROMANORUM IMPERATOR, ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M.CVI. IDUS JUNII OBIIT. In quarto ſcriptum eſt. FILIUS EJUSDEM HEINRICUS V. DICTUS JUNIOR, ROMANORUM IMPERATOR, ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCXXV. X. KALEN. AUGUSTI OBIIT.

Cunradum Imp.

Heinricum tertium, dictum Niger.

Heinricum quartum dictum ſenior.

Heinricum quintum dictum iunior.

Otto Friſingenſis lib. 6. cap. 28.

De iſtorum generatione, Otto Friſingenſis Epiſcopus, qui de eadem generatione deſcendit, dicit quod Cunradus proavus ex parte patris Cunrado à Vuormacienſium duce, qui in prælio cum Vngaris ſub Ottone habito occubuit, proſapiam ducens ex parte matris à probatiſſimorum Gallorum principum genere, qui ex antiqua Trojanorum ſtirpe deſcenderant, & à beato Remigio baptizati fuerant, qui Clodii ſive Clodovei multotiens nominabantur, originē duxit: de quibus ſupra in geſtis Francorū ſatis dictum eſt. Quod ex eo quoque probatur, quòd iidem Principes de Vuabilingin oriundi dicebantur, apparet autem uſque in præſens, titulus monumenti juxta præfatam villam, in modum turris, miro opere de quadris & ſculptis lapidibus conſtructus, quod vulgus Bajenſtein denominat, in quo ſculptum literis reperitur, CLODIUS HOC FECIT UXORI SUÆ. Præfatus. C. uxorem Giſelam nomine, de antiquo & glorioſo Carolorum ſanguine oriundā habuit. Sicut quidam his verſibus atteſtatur,

Principes de Vuabilingen.

Monumentum in Baienſtein.

Quando poſt decimam numeratur linea quarta,
De Carolo Magno proceſſit Giſela prudens.

Hinc coniectura eſt, quicquid inter Rhenum eſt et Nicrū, velut in Provincia formam redactum, aliquot annos Romanis paruiſſe. Hinc tantum vetuſtatis reperias nō ſolum in Nicri littore, ſed in intermediis etiam locis. Hinc apud Ettelingam, patriam meam, tabula lapidea fuit reperta, cui Neptunus erat inſculptus, de qua in Paralei pomenii meis infra.

Hæc primum uErnſto duci Suevorum, fratri Alberti Marchionis Pannoniæ nupta fuit, ex eoque filios, Ernuſtum & Herrhannum ſuſcepit. Quo mortuo præfatus rex C eam accepit uxorem. Genuitque ex ea Heinricum ejus nominis tertium, qui dictus fuit Niger, ut prædictum eſt. In quo propter maternum genus poſt multa curricula annorum, rediit imperium ad illuſtrem & glorioſam propaginem Caroli Magni. Dictus vero Heinricus ex Agnete Imperatrice, ut ſupra deſcriptum eſt, genuit rurſus Heinricum, ejus nominis quartum, qui dictus fuit ſenior, & à pleriſque nuncupabatur malus, eo quod multa mala terris & principibus propter ſuam excommunicationem & vitam ſceleratam intulerit, de cujus tamen excommunicatione præfatus Otto Friſingenſis ſic ſcribit: Lego & relego Romanorum, Regum, ſive Imperatorum geſta, & nuſquam invenio quenquam eorum ante hunc à Romano pontifice excommunicatum, vel regno privatum, niſi forte quis pro anathemate habendum ducat, quod Philippus ad breve tempus à Romano Epiſcopo inter pœnitentes collocatus, & Theodoſius à beato Ambroſio propter cruentam cædem à liminibus Eccleſiæ ſequeſtratus eſt: Licet præfatus Otto hæc ſcribat, conſtat tamen ex his, quæ ſuperius longe deſcripta ſunt in pluribus locis, quòd Imperatoribus ſive regibus quarundam nationum, vergentibus in multam perverſitatem, vel nequitiam, ſive in deſidiam, ut inutiles cenſerentur, multoties divino judicio reprobati ſunt, aliique in locum eorum ſubſtituti ſunt, quod plerunque nulla accedente autoritate Romanæ eccleſiæ factum eſt, ſicut frequenter de Imperatoribus apud Conſtantinopolim poſitis legitur, ut ſupra deſcriptum eſt, Quandoque etiam acceſſit autoritas Romani Pontificis, ſicut in geſtis Romanorum Pontificum legitur. Quod Gregorius tertius, fecit recedere totam Italiam de poteſtate Leonis Auguſti, & ipſum excommunicavit, & regno privavit, talia quoque alibi plerumque leguntur, & noſtris temporibus facta fuiſſe cernuntur. Licet autem Romani Pontifices hæc ſibi aſcribant, & ſe feciſſe glorientur, nos tamen animadvertimus hæc potius facta fuiſſe divino judicio culpis Imperatorum exigentibus, animisque Principum ſive gentium, ad reſiſtendum ſe coadunantibus. Quis autem flectit mentes hominum, niſi ille de quo ſcriptum eſt. Sicut diviſiones aquarum, ita cor regis, & corda hominum in manu Dei ſunt. In libro quoque Regum non dicitur quod Samuel Saulem reprobaverit, ſed quod à Deo fuerit reprobatus, & jubente Deo, per miniſterium Samuelis, David fuit inunctus. Exemplis quoque id ipſum approbatum cernitur. Sub temporibus nanque noſtris, Fridericus primus, ejus nominis Imperator Romanorum, ab Hadriano papa & Alexandro, aliiſq; ſucceſſoribus excommunicatus (ut ipſi aſſerunt) nunquam perdidit imperium. Philippus quoq; filius ejuſdem Friderici, poſt mortem fratris ſui Heinrici 6. acquirens ſibi imperium, ſive regnum Romanorum, propter excommunicationem Celeſtini Papæ 3. ſicut meminimus factum fuiſſe, ſub tem-

Heinricus III. niger.

Heinricus IIII.

Vide Otton. Friſing. lib. 6. cap. 35.

Theodoſius.

Gregorius III. excommunicat Leonem Imp.

Fridericus I.

ſub temporibus noſtris nunquam perdidit illud. Hæc omnia in ſubſequentibus deſcriptionibus & annotationibus temporum, plenius explicabuntur. Præfatus itaque Heinricus 4. de uxore ſua Bertha nomine, duos filios progenuit, & unam filiam. Cunradus quoque filius ejuſdem in Italia mortuus eſt, ſicut ſuperiora ſcripta demonſtrant. Henricus vero ejuſdem nominis V. poſtmodum factus Imperator Romanorum, patri in imperio ſucceſſit, & ſicut à patribus & avis ſive proauis, quædam diſcordia ad eum deducta fuit ſuper inſtitutionibus Epiſcoporum, hanc viriliter tenuit, & propter hoc Papam Paſchalem captivavit. Tandem ſicut in ſuperioribus annotatum eſt, hæc diſcordia, anno Dominicæ incarnationis milleſimo 122. determinata eſt, ſicut ſuperius deſcriptum eſt. Præfatus vero Heinricus V. anno Dominicæ incarnationis milleſimo 125. obiit.

Et Hein. V. excommunicatur opera Mogont. Salez. b. & Colonien. Epiſcopum, Otto lib. 7. ca. 15.

In civitate Gallia Spira, iuxta patrũ avum, proavum, Imperatores, cultu regio ſepelitur. Otto lib. 7. cap. 16.

LOTHARIUS SAXO, XVIII. GERM. IMP. HUJUS *laus eſt à vendicata religione & legibus.*

ANno Dominicæ incarnationis milleſimo 126. ab urbe condita milleſimo 877. Lotharius dux Saxonum, cujus mentio ſuperius facta eſt. 89. loco ab Auguſto regnum accepit, regnavitq; annos 13. Fridericus dux Suevorum, & Cunradus frater ejus, qui ducatum acceperat, pertinentem ad *Herbipolenſem* Eccleſiam à Heinrico juniore, ſicut ſupra deſcriptum eſt, nepotes fuerũt præfati *Henrici* filii, videlicet ſororis ejus. filia nanque Heinrici ſenioris, cuidam Friderico nobili de Stophen, matrimonio juncta fuit, mortuoque Rudolpho duce Suevorum in bello, qui ſibi regnũ vendicaverat, dictus Heinricus ſenior, ducatum Sueviæ præfato Friderico, genero ſuo contulit. Ipſe quoque Fridericus, de præfata filia dicta Agnete, duos filios progenuit, Fridericum videlicet & Cũradum, quorum Fridericus ducatum Sueviæ tenuit, quem à quibuſdam audivimus denominari monoculum. Cunradus vero ducatum Franconiæ, ut prædictum eſt, accepit: penes hos, mortuo avũculo ſuo, Heinrico juniore, inſignia imperialia remanſerunt. Ideoque cum quibuſdam Principibus peregerunt, ut ſæpe dictus C. in regnum eligeretur, in diſcordia contra Lotharium, pluribus tamen faventib. Lothario, iſti tamen bellum habuerunt contra Lotharium. Lotharius vero filiam Gerdrudim unicam, quam habebat, dederat uxorem H. duci Bavariorum, fratri Vuelphonis noviſſimi, quẽ nos vidimus, cujus generationis, quia inclyta fuit & nobiliſſima, & Deo ſemper devota, Romanæq; Eccleſiæ ſemper aſſiſtens, & Impẽratorib. ſæpe reſiſtens, quia mentio Vuelphonum ſuperius frequenter facta eſt, in hoc loco generationem illam latius deſcribamus.

Hic ab aliis dicitur Lotherus Saxo ſub hoc Cæſare cepit Europa denuo in re civili ſcripto in iudicio paſſim uti.

Stauffen, Otto habet Stoyphe.

Frid. monoculus.

Author vidit Vuelphonem.

De generatione Vuelphonum.

In hoc itaque genere, ſex Vuelphones leguntur fuiſſe, non ſimul ſed ſibi in generatione illa ſuccedentes. Creduntur autem viri illi inclyti fuiſſe de gentibus illis, quæ ſub Valentiniano Imperatore de Scythia erumpentes, diverſas partes *Germaniæ* occupaverunt, & dominatũ obtinuerunt. Licet autem ejuſdem generis tyranni & nobiles in genealogia præceſſerint, utpote Vuarinus & Ruothardus, qui beatum Othmarum in inſulam Rheni relegarunt, in qua hodie conſiſtit monaſterium monachorum, quod vocatur Staine. Primus tamen, de quo legitur, ejus generis fuit quidam inclytus Ethicho, qui genuit filium nomine *Heinricũ*, & filiam nomine Hultegardam, quam Ludeuuicus Imperator duxit in uxorem. Factum eſt autem, dum præfatus H. moreretur, in curia jam dicti Imperatoris L. perſuaſu ipſius Imperatoris, & quorundam aliorum, ipſi Imperatori fecit hominum & ſubjectionem, & ab eo accepit 4. millia manſuum pro beneficio in ſuperiori Bauuaria. Quod cum pater ejus percepiſſet, exiſtimans nobilitatem & libertatem ſuam nimis eſſe declinatam, valde cõſternatus eſt animo, & dolorem ſuum exponens amicis ſuis, faciem filii amplius videre noluit. Ipſe vero Heinricus patri ſuo, prout decuit, reverentiam in omnibus exhibuit, & neceſſaria abundanter largiri fecit ei reſidenti in villa, quæ dicitur Amergou, ubi & cellam monachorum conſtruxit, quã poſt mortem patris ſæpe dictus Heinricus tranſtulit in locum qui dicitur Altenmunſter à nomine S. Altonis ibi quieſcentis. Idem vero Heinricus uxorem duxit de Bauuaria Beatam nomine, ex qua tres filios progenuit, videlicet S. Chunradum, qui poſtmodum Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopus fuit, & eam multis prædiis ſuæ proprietatis ampliauit, & Ethichonem qui legitimo matrimonio carens, ex quadam de miniſterialibus ſuis unam filiam progenuit. Tertium quoq; filium, videlicet Rudolphum, habuit ſæpe dictus Heinricus, qui Rudolphus, accepit uxorem de Vuingin, Itham nomine, cujus pater Cuno nobiliſſimus comes fuit, mater ejus extitit filia Ottonis Magni Imperatoris, Richilint nomine. Dictus itaque Rudolphus de præfata Itha uxore ſua duos filios progenuit, videlicet Vuelphonem, qui primus hoc nomen accepit, & Heinricum, qui apud villam Lunum in venatione ſaxo percuſſus, interiit. Genuit & filiam, Richardam nomine, quæ poſtmodum moriens, in monaſterio Ebersberck ſepulta eſt. Maritus nanque ejus ditiſſimus comes Bauuariorum, cũ non haberet hæredem, tres Abbatias conſtruxit, videlicet Ebersberck, Giſenvelt, & Chubach. Vuelpho vero filius præfati Rudolphi, duxit uxorem de gente Salica, de caſtro Glizberck; Imiza nomine. Hic eſt ille Vuelpho comes, qui aliquando Imperatori Cunrado ſecundo, auxiliante ſibi duce Ernuſto, rebellavit. Auguſtenſem quoque Epiſcopatum & Friſingenſem, in prælio,

Vuelphones Scythæ

Staine monaſterium

Hominium.

Manſuum.

Amergaw.

Altenmunſter.

Conradus.

Ethicho.

Rudolphus.

Lunum.

Abbatiæ tres.
Ebersberck.
Giſenfelt.
Chuobach.

quod habebat cum Brunone, Auguſtenſi Epiſcopo, attrivit: & plurimum comminuit, pro qua re tamen in fine ſatisfecit, & villas plurimas eiſdem Epiſcopatibus tribuit, in tantum, quod judicio frigidæ aquæ innocentiam ſuam probavit. Hic de præfata uxore ſua Imiza, genuit filium cui nomen ſuum impoſuit Vuelpho, genuit & filiam Chunzam nomine, quam Azzoni ditiſſimo Marchioni Italiæ dedit in uxorem, in dote quoque dedit eidem curiam nobiliſſimam, quam habebat in Italia, Elſinam nomine, quam & ipſe ab uxore ſua in dotem acceperat. Cujus curiæ mille & centum manſus ſunt, uno vallo compræhenſi. Cujus filius Vuelphonis ſecundi, Vuelpho tertius, vir per omnia probatus, ducatum Carinthiorum & Marchiam Veronenſem acquiſivit, & ſtrenue texit. Dicitur de eo quòd contemptum exhibuerit Heinrico imperatori tertio, eo quod cum idem Imperator convocaſſet exercitum ſuum in Lombardiam, apud locum qui vocatur Runggalle. Iſte tertius Vuelpho cum armatis militibus ſuis, quos adduxerat contra voluntatem Imperatoris receſſit ab eo, & neque minis, neque promiſſionibus potuit detineri ab eo, quod ideo factum eſt, quia præfatum Imperatorem expectaverat in eodem loco per triduum, ultra ſtatutum tempus, & neque nuncium neque literas ſuas acceperat, quibus abſentiam ſuam excuſaret. Alio quoque tempore præfatum Imperatorem verbis ſuis coegit, ut Veronenſibus remitteret mille marcas, quas ab eis contra juſtitiam extorquere voluit. Iſte Vuelpho tertius, immatura morte præventus, ſine hærede deceſſit, & omnes poſſeſſiones ſuas Eccleſiis diſtribui mandavit. Sanè mater ejusdem hanc diſtributionem fieri non permiſit, ſed potius de Italia revocavit filium præfati Azzonis nepotem ſuum Vuelphonem quartum, cumque hæredem omnium poſſeſſionem ejuſdem generis inſtituit. Hic eſt ille Vuelpho quartus, qui primum ducatum Bauuariorum adeptus eſt, & multa magnifica peregit.

Nota. Judicio aquæ frigidæ innocentiam probare.

Cenſus Manſus.

Vuelphonis faſtus contra Imperatorem.

Vuelpho quartus, primus Bauuariæ dux

Temporibus quippe Heinrici Imperatoris quarti hic extitit, & bona fide ei adhæſit, donec idem Imperator multis facinoribus reus habitus, ſedi Apoſtolicæ ſe oppoſuit, & in mortem præfati Vuelphonis, ut dicitur, quædam machinatus fuit, extunc receſſit ab eo, & cum aliis Principibus Saxoniæ & Sveviæ, eum impugnavit. Hic etiam propter ſciſma, quod eiſdem temporibus extitit, Siphridum Auguſtenſem Epiſcopum ſciſmaticum captivavit, & comprehenſum in vincula jecit & in caſtro ſuo Ravensburck multo tempore cathenarum conſervavit. Civitates quoque Auguſtenſem & Friſingenſem deſtruxit.

Siffridus Aug. Epiſcopus capitur.

Civitates Aug. Friſingen deſtruuntur.

Accepit autem reginam Angliæ, tunc viduam, filiam ſcilicet Balduuini nobiliſſimi comitis Flandriæ Juditham in uxorem. Ex qua duos filios, Vuelfonem ſcilicet & Heinricum, quorum uterque ducatum Bauuariæ alter poſt alterum poſſederat, progenuit. Hic eſt ille qui primus eò quod fautoribus ſuis in tot commotionibus bellorum prædia ſua diſtribuendo paternos redditus comminuit, manus ſuas epiſcopis & abbatibus præbuit, & beneficia non modica ab eis recepit. Omnes poſſeſſiones Luitoldi comitis, quas in partibus iſtis habuit, præter iſtas quas in Zuuiviltun ſanctæ Mariæ contradidit, cum duobus caſtris, Achalmen & Vulnelingen, ipſo donante poſſedit. Patrimonium quoque comitis Ottonis de Buochorn eo vivente & bona voluntate tradente recepit & obtinuit. Denique cum ad ſenilem ætatem perveniſſet, & Ratisbuochenſem eccleſiam conſtruere cœpiſſet, & ſatis copiose ditaſſet, Altorfenſe quoque monaſterium prædiis, decimis & mancipiis, nec non & eccleſiaſticis ornamentis abundantiſſime ditaſſet, alias etiam eccleſias ad ſe pertinentes aliquo modo melioraſſet, volens Deo de exceſſibus ſuis difficiliorem ſatisfactionem exhibere Hieroſolymitanum iter arripuit. Quod in maximis perſecutionibus & periculis Ungariam & Græciam tranſiens, perſolvit. Sepulchrum enim Domini & alia ſancta loca, omnibus ſuis pene amiſſis, viſitavit: deinde ad reverſionem ſe parans, Cyprum adiit, ubi de hac vita decedens, ſepultus eſt. Oſſa tamen eius poſtea inde ſublata, ad Altorfenſe monaſterium translata & repoſita ſunt. Soeii autem peregrinationis & laborem ejus, vel interfecti, vel vivi Sarracenis, machinãte perfidiſſimo Alexio imperatore traditi ſunt. Inter quos Thiemo Juvavienſis archiepiſcopus comprehenſus, & regi Mempheorum præſentatus, ad idololatriam angariatur. Ille fanum ingreſſus, animi & corporis viribus robuſtiſſimus, idola quæ adorare debuit, non Deos, ſed opera manuum oſtendens, in fruſta comminuit. Ob hoc productus, exquiſitiſque ſuppliciis affectus, martyrio coronatus eſt. Itham marchioniſſam, matrem Luipoldi marchionis orientalis, quæ ſimiliter in eodem comitatu fuit, unus de principibus Sarracenorum rapuit, & impuriſſimo matrimonio ſibi copulavit, ex eaque Sanguinum illum ſceleratiſſimum progenuit. Igitur Vuelfo 5. ejus nominis, ſenior inter filios præfati Vuelfonis, mortuo patre accepit ducatum Bauuariorum, & tam curiæ ſuæ largitate & honeſtate, quam finitimarum gentium, maximeque Italiæ, bellis & honeſtatibus multa magnifice peregit. Accepit autem Mathildam nobiliſſimi ac ditiſſimi Italici marchionis Bonifacii filiam in uxorem, fœminam virilis animi, quæ ad inſtar fortiſſimi principis totam terram illam dominio ſuo ſubjugavit. Quam tamen poſtea, neſcio quo interveniente divortio, repudiavit. Denique omnibus bene compoſitis, morbo correptus in villa Chufringin, diem clauſit extremum: & in Altorff deportatus, juxta patrem & matrem ſepultus eſt.

Vuelfonis quarti filii, Vuelfo & Heinricus.

Zuuiviltun.

Patrimonium comitis Ottonis de Buochorn.

Vuelfonis 4. profectio ad ſepulchrum Domini

Thiemo archiepiſcopus martyr.

Itha marchioniſſa

Vuelfo quintus.

Heinricus

Heinricus frater ejus ducatum & omnia quæ illius erant, & potenter ditioni suæ subjugavit. Accepit autem uxorem de Saxonia, filiam Maginonis ducis & Sophiæ sororis regis Ungariæ Colomanni, Vulfhildem nomine. Ex qua præter illos quos infra annos sinus cœlestis patriæ suscepit, tres filios, Chunradum, Heinricum, Vuelfonem, & quatuor filias, Juditham, Sophiam, Mathildam, Vulfhildã progenuit. Juditha nupsit Friderico Suevorũ duci, quæ Fridericũ Imperatorẽ nostrum, & uxorẽ Mathæi ducis Lotharingiæ progenuit. Sophiam Bertholdi dux de Zaringen, & eo mortuo Luipoldus Marchio de Stiria in uxorem accepit. Mathildis primo Diepoldo filio Trepoldi Marchionis de Voheburch, postea eo mortuo, Geberhardo de Sultzebach copulata est. Vulfhildim Rudolphus Bregantinus comes duxit. Chunradus in clericum ordinatus, cum sub puerilibus annis domi literarum studiis informaretur, tempore maturo Colonienſi archiepiscopo altiori studio & disciplina claustrali educandus committitur. Ubi in utroque tantum profecit: sed & aliis virtutibus vitia declinans, tantum exornavit, ut ab omni & clero & populo amaretur, ab omnibus summo honore dignus judicaretur. Ipse vero honores, divitias, laudem humanam fugiens, quibusdam se monachis sociavit, cum quibus omnibus suis ignorantibus, Clarevallense monasterium adit, ibique se monachum fecit. Deinde procedente tempore Hierosolymam petiit, ubi cuidam servo Dei in hæremo manente adhæsit, eique cum omni humilitate necessaria administravit. Tandem sentiens se quadam infirmitate tactum, de reversione cogitavit: & ingressus navem, Baram civitatem sancti Nicolai pervenit. Ubi beato fine diem ultimum clausit, honorificeque sepultus, ibidem requiescit.

Heinricus, &c. Vuelfonis ejusdem.

Bertholdus de Zaringen.

Hohenburg. Sultzbach.

Nota. Apud episcopos claustralis disciplina.

Alii Patarani.

Circa idem tempus pater quoq; ejus & mater, pater in castro Ravensburch, mater in Altorf 16. die post mortem mariti, obierunt, & in monasterio sancti Martini sepulti sunt. Heinricus vero defuncto patre, ducatum ejus adeptus est. Hic est Heinricus ille, de quo supra dictum est, frater Vuelfonis novissimi, qui filiam Lotharii accepit uxorem, & nuptias cum ea apud Augustam civitatem, convocatis ferè omnibus principibus, magnifice celebravit, in loco qui dicitur concio legum. Quo facto, venit ad imperatorem Lotharium socerum suum apud civitatem Nurenberg, & ibi ducatum Saxoniæ, & omnia beneficia quæ Imperator ab episcopis & abbatibus habuit, in beneficio suscepit: & ibidem pollicetur eidem Imperatori auxilium, cõtra præfatum F. & Chunradum fratrem ejus. Licet autem in Bauuaria haberet bellum contra quendam nobilem Fridericum, Ratisponensis ecclesiæ advocatum, cujus etiam castrum fortissimum Falchensteyn obsidione cinxit: relictis tamen in obsidione militibus, festinavit socero suo venire in auxilium.

Nuptiæ Heinrici cum filia Lotharii.

Concio legum loci Augustæ.

Lotharius Spiram obsidet.

Imperator quippe Lotharius eo tempore obsederat Spiram civitatem eò quod civitas illa faveret Friderico & Chunrado ducibus, ad cujus auxilium adduxit milites 600. aut amplius, quos tamen ultra Rhenum apud se prope collocavit, ut impetus & irruptiones F. ducis præcaveret. Fridericus tamen dux, utpote vir armis strenuus, quadam nocte in castra ipsius irruit. Sane Heinricus præmonitus fuerat, armis & equitaturis instructus, ad fugam illum compulit, & ita fugientem illum usque Gruoningin insequitur. Deinde mediante Mogontino archiepiscopo, Spirenses in gratiam Imperatoris redeunt. Castrum quoque supradictum Falchensteyn à duce H. in Bauuariam regresso capitur. Non multo post F. dux memor pristinæ injuriæ, Altorf & Ravenspurg armata manu invasit, ubi quosdam captivavit, & villas circunquaque & Memingin incendio vastavit. Sequenti vero æstate H. dux cum exercitu copioso fines F. ducis ingressus à villa Tuogendorf, quæ est in ripa Danubii, incipiẽs, & ultra Stouphen perveniens, omnia circunquaque in transitu & in reditu incendio & præda devastat. Post hæc rediens in Bauuariam, bella plurima peregit, videlicet, contra episcopum Ratisponensem, Heinricum nomine, unum de nobilissimis Bauuariæ patruum Ottonis comitis de Vuolfratehusen, & contra supradictum Fridericum advocatum Ratisponensem, & dictum Ottonem de Vuolfratehusen. Hi quoque in auxilium suum habuerunt Luipoldum Marchionem orientalem: qui omnes, congregato copioso exercitu, castra juxta Isaram fluvium posuerunt, ut attentarent ducem de finibus illis expellere: cæterũ dux acies suas ordinavit econtra Cumq; pugnam inire debuissent, Otto Palatinus de Vuitilisbach considerans periculum utriusque partis, mediatorem se interposuit: & sive minis, sive promissionibus sæpedictum Fridericum advocatum consobrinum suum, & Ottonem comitem generum suum adhoc induxit, ut in potestatem ducis se traderent, & castrum Vuolfratehusen, quod milites ducis dudum obsederant. Dux itaque ipsum Ottonem comitem custodiæ militum deputatum abduxit, & castrum cum ædificiis incendit. Postmodũ quoq; episcopatus Ratisponẽsis in gratiam ducis rediit, & comitatum quẽ habet episcopatus Ratisponensis circa Enum fluvium, ei in beneficio concessit: sicq; factũ est, ut bella quiescerent in Bauuaria. Lotharius quoq; Imperator eo modo confortatus est in imperio: nam & supradictus C. qui ei adversabatur in imperio, à facie ejus ierat in Italiam, ut adversitates sibi susciteret ibidẽ. Sane interventu beati Bernhardi abbatis Clarevallensis, dicti duces C. & F. in gratiam Imperatoris recepti sunt, in generali curia Babenberg

Spirenſes redeunt in gratiam Imperatoris.

Altorff. Ravenſpurg. Memmingen. Tůzendorff. Stauffen.

Luipoldus Marchio orientalis.

Otto Palatinus.

Conradus & Fridericus duces interventu beati Bernhardi redeunt in gratiam Imper.

habita, sicque pax firmata est. Eo quoque tempore sedes Apostolica malis non caruit: nam Petrus Leonis contra Innocentium papam secundum se erexerat. Ideoque Innocentius de civitate egressus, in Francia & partibus Galliæ plerunque demorabatur, habens in comitatu suo præfatũ Bernhardum, sicut legitur in vita ejusdẽ abbatis. Eo quoq; tempore ipse papa adiit imperatorẽ Lotharium apud Leodium, petens ab ipso favorem & auxilium contra prædictum Petrum & suos fautores. Sane Imperator usus consilio super hujusmodi responso, cœpit à papa repetere investituras episcoporum, quas multo tempore imperatores ante se habuerunt. Ideoque apostolicus non modicum est turbatus, & de adventu suo est contristatus, de reditu quoque anxius effectus: nam petitionem principis exaudire non poterat super tali articulo, pro quo ecclesia tot mala sustinuerat. Interveniente tamen consilio & orationibus beati Bernhardi, securus recessit ab Imperatore. Post hæc imperator movit expeditionem in Italiam jam secunda vice: in qua expeditione præfatus *H*enricus dux mille quingentos milites duxit in Italiam; & cum Imperatore in citeriore Italia Gardam & Haristallum castra cœpit, quæ etiam in beneficio suscepit. Eo tempore Mediolanenses & Cremonenses diutumum bellum inter se habentes, causam guerræ coram Imperatore exponunt. Cremonenses vero, à principibus Italiæ tanquam habentes injustam causam hostes judicantur, proscriptique discedunt: quos ipse imperator subsequutus, territoria eorum ac villas seu castella destruxit. Indeque Papiam veniens, cives illos pactione pecuniæ in gratiam suscepit: ubi & Otto comes de Vuolfratehusen vita privatus occubuit Bononienses quoque & Æmilienses supplices, duce interveniente, recepit, Post usq; ad Taurinum progrediens, totam citeriorem Italiam sine ferro subegit. Inde Apenninum transiens Imperator, Anconam, Spoletum cum aliis urbibus seu castellis ulterioris Italiæ in deditionem accepit. Deinde contra Rogerium aciem dirigens, Campaniam & Apuliam peragravit. Porro Heinricus per Tusciam exercitum duxit, quam & ab Imperatore in beneficio obtinuit: Romamque veniens: summo Pontifici Innocentio usque ad Imperatorem conductum præbuit. Suburbia Albæ civitatis sibi resistere nitentis, expugnavit ac destruxit. Beneventum cepit ac papæ restituit. Imperatori non longe à Barra cum summo pontifice obviam venit, ibique castrum quoddam, ubi præsidia Rogerii fuerant artificiose valde expugnavit: militesque in eo repertos, & præcipue Sarracenos, patibulo suspendit. Post ejecto de Campania & Apulia Rogerio, Reginaldo vero viro forti ac nobili ducatu Apuliæ commisso, de reditu disponunt. Igitur de Italia per Tridentinam vallem redeuntes, Imperator morbo correptus in sylva quæ est inter Enum & Licum sub vilissima casa 13. regni sui Anno obiit, ac inde per Augustam & orientalem Franciam in Saxoniam deportatus, in monasterio suo Luther honorifice sepelitur.

Imp. Lotharius à papa repetit investituras episcoporum.

Mediolanensium & Cremonensium bellum.

Lotharius Italiã sine ferro subigit.

Barra.

Lotharius Imperator obiit. & in Luther sepelitur. Luther monasterium Saxoniæ. Otto Frising lib. 7. cap. 20. Actusq; ejus in plumbeis laminis descripti, juxta eum recondantur.

Hujus Lotharii quidam scriptor mores his verbis describit: Erat, inquit, vir ille strenuus belli ductor, præcipuus in armis, providus in consilio, terribilis inimicis Dei & sanctæ ecclesiæ, veritatis amicus, justiciæ socius, injusticiæ inimicus, cujus probitas patuit in Sicilia, viguit & in Saxonia: qui quam diu vixit, totum Romanum imperium, quod ejus custodiæ deputatum fuerat, titubare non potuit. Hic expulso Petro Leonis, Innocentium papam fortiter, invitis hostibus & adversariis, in sede sancta restituit: ab eo quoque restituto, consecrationem imperialem accepit. Hujus temporibus magister Gratianus canones & decreta, quæ variis libris erant dispersa, in unum opus compilavit, adjungensque eis interdum autoritates sanctorum patrum, secundum convenientes sententias, opus suum satis rationabiliter distinxit. Eisdem quoque temporibus dominus Vuernerius libros legum, qui dudum neglecti fuerant, nec quisquam in eis studuerat, ad petitionem Mathildæ comitissæ renovavit: & secundum quod olim à divæ recordationis Imperatore Justiniano compilati fuerant, paucis forte verbis alicubi interpositis, eos distinxit, in quibus continentur instituta præfati Imperatoris, quasi principium & introductio juris civilis. Edicta quoque prætorum & ædilium curulium, quæ rationem & firmitatem præstant juri civili, hæc in libro Pandectarum, videlicet, in Digestis continentur, Additur quoque his liber Codicis, in quo Imperatorum statuta describuntur. Quartus quoque liber est Autenticorum, quem præfatus Justinianus ad suppletionem & correctionem legum imperialium superaddidit. Claruerunt etiam illis temporibus viri venerabiles, sanctus Bernhardus Clarevallensis abbas, qui in multa facundia postmodum librum ad Eugenium papam conscripsit, & contra Petrum Bajolardum hæreticum firma disputatione contendit. Beatus quoque Norbertus institutor Præmonstratensis ordinis, in ecclesia Magdeburgensi, quam Parthenopolim vocant, archiepiscopus extitit: ipse cum Imperatore in expeditione Romam ivit, indeque reversus infirmitate correptus, brevi tempore post, cursum præsentis vitæ complevit.

Gratiani decreta

Vuernerii libri legum.

Instituta Justiniani.

Libri Pandectarum, Codex Autentica.

Bernhardus.

Norbertus.

ANNI

Digitized by Google

ANNI LOTHARII.

ANno Domini mill. 126. Lotharius electus rex est. Maxima quoq; inundatio aquarum facta est circa Romam in festivitate sancti Eleutherii. Ann. domini millesimo 127. Chunradus insurgit contra Lotharium, Anno domini millesimo 127. Chuuradus in Italiam fugit. Anno domini millesimo 129. Anno domini millesimo 130. Honorius papa 2. obiit, cui Innocentius 2. per electionem canonicam successit: sed propter intrusionem Petri Leonis, cui favebat multitudo Romanorum, sedem suam obtinere non potuit, ideoque in Franciam se contulit, ubi concilio Remis habito cum multis episcopis, prætatum Leonem & suos fautores excommunicavit, sicque in partibus Germaniæ usque ad septimum annum permansit. Sedit autem annos 13. menses 7. Sub isto papa vigere & crescere cœperunt ordines Cisterienſis & Præmonstratensis. Anno domini milleſimo centeſimo trigeſimo primo. Anno domini milleſimo 132. Augusta combusta est. Anno domini milleſimo 133. Eclipsis solis facta est. Anno domini milleſimo 134. Norbertus archiepiscopus obiit. Anno domini milleſimo 135. Huch abbas Præmonstratensis primus post Norbertum hoc anno accepit privilegium ab Innocentio 2. papa. Hoc etiam anno Vrspergensis ecclesia, quæ jam decem annis fundata constiterat, accepit privilegium ab eodem papa. Anno domini milleſimo 136. Lotharius ivit in Apuliam, in qua expeditione H. dux frater Vuelfonis duxit mille quingentos milites. Eodem anno Heinricus filius ejusdem ducis, pater Ottonis, postmodū per breve tempus regnantis, in Pentecoste baptizatus est. An. dom. milleſimo 137. Innocentius papa restitutus est in sede sua. Anno domini milleſimo 138. Lotharius rex obiit in autumno sine filiis. Dux vero H. in cujus finibus obierat, regalia reservavit, ut in generali conventu principum, qui in proxima pentecoste Moguntiæ condictus fuerat, præsentaret. Quidam autem ex principibus timentes, ne forte in generali curia H. dux qui tunc præcipui & nominis & dignitatis in regno fuit, per potentiam prævaleret, circa medium quadrageſimam consilio habito in oppido Rheni Confluentia, conventum celebrant, ibique Chunradum F. de quo supra diximus, præsente Theodeuuino episcopo cardinalis regem creant.

Honorius papa.

Innocentius papa.

Petrus Leo septem annis apud Germanos.

Augusta combusta.

Vrspergensis ecclesia.

Chunradus Friderici 1. frater inunctus eligitur confluentiæ, ubi Mosella in Rhenum influit. Otto l. 1. c. 22. de gestis Friderici.

HISTORIA CHUNRADI REGIS.

ANno Domini milleſimo centeſimo trigeſimo nono Ab urbe condita milleſimo 891. Chunradus præfatus 90. loco ab Augusto regnum accepit, regnavitque annis 14. Huic primum Saxones & dux Heinricus, aliique qui ejus electioni non interfuerunt, resiliunt, calumniantes eum non legitime, sed per surreptionem electum fuisse. Quibus omnibus in proxima pentecoste generalis curia Babenberg indicitur. Quo Saxones omnes simul cum viduata imperatrice Richinza venientes, ultro se Chunrado regi subdidere. Heinricus dux regalia servans aberat, ad quæ reddenda in festum Apostolorum Petri & Pauli dies ei Ratisponæ præfigitur. Quo veniens regalia quidem multis illectus promissis reddidit: sed ad ea quæ ulterius inter eos tractanda erant, dies ei in brevi post Augustæ præscribitur. Quo ex condicto assumptis fidelibus suis & milite non modico venit, ac super Licum ex opposito civitatis, rege civitatem tenente, castra posuit.

Comitia Babenberga.

Heinrici castra super Licum.

Internuncii autem ac mediatores ad hanc causam prænominati, per triduum huc ac illuc sæpius transmeantes, nihil profecerunt: rex enim non aliter compositionem fieri voluit, nisi dux quædam de his quæ à Lothario imperatore susceperat, resignaret. Quod cum dux renuisset, ac se potius dubiæ sorti supponi elegisset, colloquium infecto pacis negotio dissolutum est. Rex ergo metuens aliquid in se machinari, dum peracta cœna, cubitum se ire simularet, adductis clam equitaturis cum paucis civitatem, nulli de principibus valedicens, exivit, ac militē suum reliquum in magno discrimine relinquens, Herbipolim pervenit: ubi judicio quorundam principum dux proscribitur, ac in proxima nativitate Domini in palatio Goslariensi ducatus ei abjudicatur. Dux quoque in subsequenti die post egressum regis de Augusta, suis, prout poterat prope dispositis non multis comitatus in Saxoniam properat. At rex ducatum Saxoniæ Alberto Marchioni consobrino ejusdem ducis, Noricum vero post in Bavariam veniens, Luipoldo filio Luipoldi Marchionis fratri suo ex parte matris tradidit.

Chun fugit Herbipolim.

Heinricus ergo dux Saxoniam ingressus, cum casum & miserias suas fidelibus & amicis suis exponeret, ad rebellandum eos imperatori & Alberto excitavit. Unde in brevi eundem Albertum auxilio eorum, necnon & suorum qui de Bavaria & Suevia occulte eum insecuti sub specie peregrinationis terrā intraverant, adeo humiliavit, ut castris ejus dirutis, terris circunquaq; vastatis, ad regem auxilii gratia ire compelleret. Interea Luipoldus Marchio susceptо à rege ducatu Norico, omnibus pene baronibus ad ducatum pertinentibus, amore seu terrore ad se confluentibus, primo Ratisponam ditioni suæ subdit. Post collecto milite, superiores partes Bavariæ usque ad Licū pertransiens, amissis aliquot de suis, festinanter revertitur. Non multo post Heinri-

Henricus mutat Albertum.

Digitized by Google

Hein. dux moritur & in Luther sepelitur.

Heinricus dux dum in Saxonia omnibus ſuis rite diſpoſitis, in Bavariam redire diſpoſuiſſet, morbo correptus diem clauſit extremum, ac in monaſterio Luther juxta ſocerum humatur. Quo mortuo, Saxones amore filii ſui parvuli, quem eis adhuc vivens commendaverat, regi denuo rebellant. Luipoldus vero ducatum Noricum ex hinc ſe potenter habere confidens, dum in obſidione caſtri Valeja duorum fratrum, qui in parte ducis H. ſteterant, incaute moraretur, Vuelfo ducis ejuſdem frater, collecto milite ſuperveniens, fortiſſime pugnando, cæſis ex utraque parte pluribus, multis captis, Luipoldum ignominioſe fugere coegit. Ipſe enim Vuelfo prætatum ducatum jure hæreditatis ad ſe ſpectare proclamans, dum juſtitiam apud regem impetrare non poſſet, ad rebellionem ſe parat. Ob hoc rex circa idem tempus caſtrum ejus Vuinesberg obſedit. Quem Vuelfo collecto milite, in proxima hebdomata nativitatis Domini, dum incaute pugna aggredi attentat, amiſſis aliquot, multis captis, cum paucis fugit è prælio. Non multo poſt Luipoldus moritur, eique in marchiam frater ſuus Heinricus ſucceſſit. Cui rex Saxoniam ingreſſus, pacemque cum Saxonibus faciens, viduam H. ducis in uxorem dedit, eique ducatum Noricum conceſſit. Quæ rex maximæ diſcordiæ ſeminarium fuit. Vuelfo enim, ut dictum eſt, eundem ducatum impetens, extemplo armata manu ſub oculis ejuſdem Henrici partes illas ingreditur: cunctisque circunquaque vaſtatis, regreditur. Ob hoc Henricus ille inflammatus, coadunato milite, fines illorum, qui Vuelfonis fautores erant, ingreſſus, munitiones illorum & villas deſtruxit. Cui dum Vuelfo, reſtaurato milite, occurrere parat, audito quod rex ſuperventurus eſſet, ceſſit. Porro Henricus ille ſimul cum rege caſtrum Tachouue, ſcilicet comitis Chunradi, qui ex parte Vuelfonis erat, obſidione claudit: vaſtatisque in circuitu univerſis, adjutorio regis ad deditionem coegit, ac igne ſuccendit. Sic tota illa provincia in maximo bellorum diſcrimine laborabat. Interea Rogerius rex Siciliæ audiens hujuſmodi conflictationes inter Vuelfonem & regem, timens forte ceſſante guerra, Chunradus rex Italiam intraret, ac eadem quæ à Lothario, ab eo quoque perpeſſurus eſſet, Vuelfonem adverſus eundem muneribus illectum incitat: ſingulisque annis mille marcas ſe ob hoc daturum jutamento confirmat. Item quoque rex Vngariæ eundem Chunradum metuens, Vuelfonẽ ad ſe accerſivit; dataq; pecunia non modica, ac deinceps omni anno dandam pollicens, ad rebellandum nihilominus inſtigat. Vuelfo itaque ſtrenui militis exercens officium, modo in Bauuaria, modo in tranſalpinis partibus Sueviæ, modo circa Rhenum, tot tempeſtates bellorum movit, ut regem potius ad defenſionem ſui, quàm ad exterarum nationum invaſiones excitaret. Circa has tempeſtates gens Francorum cum rege ſuo Ludovico, gens quoque Teutonicorum cum rege ſuo Chunrado, ac aliis principibus, Friderico duce Sueviæ, poſtea Imperatore, epiſcopis, comitibus, ſeu aliis cujuſcunque conditionis hominibus querimonia transmarinæ eccleſiæ Hieroſolymitanum iter aggrediuntur. Quod & Vuelfo ducem, licet nondum ſedata guerra, ire compulit. Bernhardus nanque ſupra nominatus Clarevallenſis abbas, & alii viri religioſi ad prædicationem ejuſdem itineris firmiter inſiſtebant. Egreſſi itaque anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo, per Vngariam & Græciam innumerabilem exercitum ducunt. Qui totus pene, exceptis principibus, ſeu aliis plus cautis, vel inedia, vel aeris intemperantia, vel ciborum inſolentia, vel Sarracenorum invaſione, infecto negocio, interiẽrũt. In hoc ergo laborioſo itinere Chunradus rex comilitoni ſuo Vuelfoni (ſic enim eum nominare ſolebat) ſæpiſſime in neceſſitate ſubveniebat: ac de omnibus quæ à regio fiſco Conſtantinopolitani Imperatoris ſibi afferebantur, partem illi tradebat.

Vuel. fugat Luipoldum.

Vuinesperg Otto lib. 7, cap. 5.

Bellum inter regem & Vuelfonẽ.

Seminarium maximæ diſcordiæ.

Rogerius Siciliæ rex Vuelfonẽ muneribus contra regem provocat.

Idem agit rex Bohemiæ

Profectio Hieroſolymitana.

D. Bernhardus inſtigator hujus profectionis.

Conradus Vuelfoni benefacit.

Denique Hieroſolymam venientes, cum alii procinctum ſub rege C. contra Damaſcum moverent, Vuelfo infirmitate captus, ac in deſperatione poſitus, ad reverſionem ſe parat. Tranſito igitur mari, convaleſcens Siciliam attingit, ubi Rogerius eum cum magno domus ſuæ tripudio ſuſcipiens, ac honorifice dimittens, iterum ad rebellandum regi maximis muneribus illectum incitat. Igitur reverſus in proxima hyeme circa purificationem ſanctæ Mariæ, collecto milite, fines regis invadit, ac caſtrum ejus Flochberg forti impugnatione ſollicitans, dum in reverſione militem nimis diffuſe & incaute duceret, à militibus regis circumventus, ac congreſſione inita cum paucis, aliis circunquaque diffuſis, plus ex infortunio quã ex inſtantia belli milites Vuel. fugam arripiunt, plurimisque captis, nullo occiſo, ignominioſe reverteruntur. Ac ſic guerra diu anxie inter ipſum & regem agitata, finita eſt. Nam F. quia poſtmodum fuit Imperator, fratruelis regis & filius ſororis prædicti Vuelfonis, medium ſe ad compoſitionem faciendam interpoſuit: captivosque duci reddi, ac regem de cætero ſecurum penes illum eſſe, provida deliberatione confirmavit. Rex ergo accepto conſilio Vuelfoni aliquos reditus de fiſco regni cum villa Merdingen conceſſit: ac ſic firmata pace, ipſe rex relicto filio parvulo Friderico, in brevi poſt vita deceſſit, ac in monaſterio Loracenſi eſt ſepultus, & F. fratrueli ſuo ſedem regni reliquit, Statuens cum eodem ut filio ſuo cum ad annos perveniret, ducatum Sueviæ concederet.

Vuelfo redit.

Guerra inter Vuelfonem et regem finitur.

Conradus in monaſterio Lorch ſepultus.

ANNI

ANno domini 1139. qui eſt primus Chunradi regis, Innocentius papa, facta plenarie ſynodo, ut quidam dicunt, ferè mille epiſcoporum, mediante quadrageſima, totam partem Leonis condemnavit cum ordinatione illius. *Innocentius*

Eodem anno idem papa perrexit contra Rogerium Siculum ducem Apuliæ, cum exercitu Romanorum: ſed cum ſuis, præter quos fuga cepit, captus eſt ab eo, menſe Julio, die 24. Eodem anno Heinricus dux in Saxonia moritur, & in Luther ſepelitur. Anno dom. 1140. Dedo Reatinus Epiſcopus effectus eſt. Eodem anno Vuelfo dux Luipoldum ducem Bavariæ in Idibus Auguſti pugna juxta caſtrum Valejum aggreſſus vicit. Ipſe vero in eodem anno in feſto ſancti Thomæ à rege Chunrado apud Vuinsberg devictus eſt. Anno dom. 1141. Ann. dom. 1142. Reatæ maxima mortalitas fuit. Anno domini 1143. Innocentius papa obiit, cui Celeſtinus ſecundus ſucceſſit, genere Tuſcus, ſedit menſes 5. dies 13. Anno domini 1144. Celeſtinus Papa obiit, cui Lucius 2. ſucceſſit: ſedit menſes 5. dies 12. Anno domini 1145. incipiente, in ipſa ſacroſanctæ nativitatis Chriſti ſolennitate, lugubre & miſerabile ex peccato Chriſtiani populi accidit in Oriente periculum. Sanguinus enim Halapenſis Syriæ ac Meſopotamiæ, excepta Antiochia & Damaſco, princeps, Perſarum vero & Medorum regis, ſeu Soltani ſubditus, Ediſſam quæ nunc Rohas dicitur, unicum Hieroſolymitanæ eccleſiæ pro magnitudine ac abundantia ſui refugium, cum infinita Sarracenorum multitudine circundedit, ac in ipſa, ut dixi, nativitate Domini irrupit, cunctis ibidem cum urbe Chriſtianis in ore gladii occiſis, vel miſerabili captivitate in ſervitutem redactis. Eccleſias Chriſti, & præcipue beatæ Mariæ ſemper virginis baſilicam, & eam, in qua Thomæ Apoſtoli corpus reconditum eſt, ad ſalvatoris noſtri ignominiam intro ferens ea quæ non licebat, fœde polluit, noſtrisq; penitus exterminatis, Sarracenos ibi ad habitandum collocauit. Eo tem anno Lucius Papa obiit. Cui Eugenius tertius, natione Piſanus ſucceſſit, ſedit annos octo, menſes quatuor, dies viginti & unum. An. dom. Milleſimo cēteſimo quadrageſimo ſexto. Ann. dom. Milleſimo cēteſimo quadrageſimo ſeptimo. Expeditio magna facta eſt Hieroſolymam, in qua, ut prædictum eſt, Chunradus rex & rex Francorum Ludouuicus, & Vvelpho, & Fridericus tūc dux Suevorum, qui poſtmodum factus eſt Imperator, cum multis aliis iverunt. Anno domini Milleſimo cēteſimo quadrageſimo octavo. Anno domini Milleſimo centeſimo quadrageſimo nono. Anno domini Milleſimo centeſimo quinquageſimo, quarto Nonas Septembris, Reatina civitas, poſt longam obſidionem à Rogerio rege Siciliæ deſtructa eſt. Anno domini Milleſimo centeſimo quinquageſimo primo. Anno domini Milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo, Chunradus rex obiit.

Vuelfo vincit Luipoldum.

Lugubre martyrium Chriſtianorum in Ediſſa civitate.

Expeditio Hieroſolymitana

FRIDERICUS PRIMUS, DICTUS BARBAROSSA, XX. Germanorum Imperator.

ANNO Domini 1152. ab urbe condita, 1540. Fridericus hujus nominis primus, 91. loco ab Auguſto regnum accepit, magis ex delegatione patrui ſui, quàm ex electione Principum. Erat autem vir armis ſtrenuus, acer animo, exercitatus in bellis, corpore robuſtus, in conſiliis providus, in negotiis peragendis virilis, affabilis manſuetis, ſuperbis reſiſtens, ingenio ſubtilis, memoria excellentiſſimus. Quotiens enim hominum vultus vel perſonas ſemel agnoſcebat, etiam poſt multa interſtitia temporum, ſi ad eum rurſus veniebant, citiſſime eos nominatim ſalutavit, ac ſi quotidie cum eo morati fuiſſent. Erat quoque ſtatura mediocris, magis tamen longa quam brevi, pectore plenus, & ut dictum eſt, corpore robuſtus, facie ſatis eleganti, barba & capillo rufo. Huic imperium ceſſit, eo quòd præfatus Vuelpho, avunculus ejus, & alii Principes Alemanniæ, proxima linea conſanguinitatis eum attingerent. Et ideo quod cum ex nominis ſui interpretatione pacis dives vocitaretur, inter Principes Alemanniæ ſtuduit pacem potiſſimum reformare, ut ad expugnandas maxime Italicarum gentium virtutes bellicas poſſet efficacius inſiſtere. Regnavit autem annis 40. parum minus. Hinc in tribus annis primis pacem reformavit inter Principes Alemanniæ, quæ valde turbata fuerat, propter ducatū Bauuariæ & Saxoniæ, ſicut ſupra deſcriptum eſt. Fuit autem Heinricus junior de Saxonia fratruelis Velphonis filius auunculi ſui, Heinricus vero de Auſtria frater Luipoldi, de quibus ſupra dictum eſt, filius patrui ſui. Avia quippe ipſius, cujus mentionem ſupra fecimus, cum in Suevia genuiſſet duos filios, Conradum videlicet regem, & Fridericum ducē, mortuo marito, nupſit Luipoldo Marchioni Auſtriæ & Styriæ, ex quo tres filios, ſive quatuor, ut quidam dicunt, ſuſcepit, videlicet Luipoldum, qui primus iniit certamen pro ducatu Norico, ſed hic immatura morte præventus eſt, & fratri ſuo Heinrico idem certamen reliquit. Genuit quoque Chunradum, qui poſtmodum fuit Archiepiſcopus Juvaviæ, quam vocant Saltzburg. & Ottonem, qui fuit Epiſcopus Friſingenſis, qui & Chronicam conſcripſit, & uſq; ad tempora hujus Friderici perfecit.

De hoc Friderico Aventinus Bavarb ſcripſit Otto lib. 2 & Radevicus Cavenſis. Friſing. lib. 2.

Dotes Friderici.

Vuelpho Avunculus Friderici.

Friderich, pacis dives.

Regnavit Auguſtiſſime 37. annis.

Luipoldus. Heinricus. Conradus.

Juvavia, nunc Saltzeburga dicta, Baioariæ Metropolis.

Hæc libuit ex Ottonis Frisingensis Chronico adscripta in usum lectoris candidi.

ALBERTUS FRATER ERNESTI DUCIS SUBvarum, hic Austriam ab Hungarorum armis vendicavit.

Leopoldus in nuptiis Heinrici tertii Imperatoris mortuus, & sepultus Treveris est. | *Ernestus occisus in bello contra Heinricum, IIII.*

Leopoldus Secundus. Itha filia Heinrici Imp. uxor.

Leopoldus Tertius. Agnes filia Heinrici quarti, & soror Heinrici quinti, qua prius Friderico Suevorum duci nupsit, ex eoq; Fridericum & Conradum genuit.

Leopol. IIII. factus à Conrado rege dux Bajoariæ, sepultus in Austria, in Monasterio S. Crucis, ordinis S. Bernhardi.

Heinricus natu major, recepit Gertrudim filiã Lotharii secũdi Imper. relictam Heinrici ducis Bajoariæ, Hic fuit creatus primus dux Austriæ, à Friderico primo, & monasterium Viennæ erexit, quod vocatur Scotorum.

Conradus Episcopus Salizburgensis.

Otto Frisingen.

Gertrudis uxor ducis Bohemiæ.

Bertha uxor ducis Polomæ.

Judith uxor Marchionis Montis Ferrati.

Leopoldus Quintus, Avia ejus fuit Agnes, filia Heinrici quarti, Provincia Itha.

Mediante igitur Imperatore, compositio super ducatu Norico facta est. Hoc modo, ut Heinricus de Saxonia ducatum Bauuariæ reciperet, quem & pater & avus suus habuerant. Heinricus vero de Austria, cum ante susceptum ducatum, esset tantum Marchio, modo dux efficeretur, quę beneficia sæpe dictus Imperator concessit utrisque, sicque terminata est hæc discordia, quæ precipua erat in Alemannia. Vuelphoni quoque avunculo suo, ut ejus favorem plene obtineret, contulit in beneficium Marchiam Tusciæ, ducatum Spoleti, principatum Sardinię, & totam terram Mathildis comitissæ Habebat autem dictus Imperator fratrẽ, Chunradum nomine, ex parte patris. Nam pater ipsius, mortua Juditta matre ipsius Imperatoris, duxit aliam uxorẽ de genere comitũ illorum, qui dicebãtur de Zuuainbruck, & de Sarbruck ex qua genuit præfatũ Chunrado, & filiam quandam, quam duxit in uxorem Langravius de Thuringia, & ex ea genuit illum Langravium, qui postmodum proximæ consanguinitatis immemor, Philippo regi rebellavit. Imperator itaque prædictum Chunradum fratrem suum Palatinum Rheni effecit. Hæc ideo aliquantulum diffusius scripsimus, ut pateat, quomodo nobilissimi Principes Alemanniæ, proxima linea consanguinitatis Imperatori adhærebant. At ipse potius gloriabatur sede regia stirpe Vuaiblingensium progenitum fuisse, quos constat de duplici regia prosapia processisse, videlicet Clodoveorum, de quibus legitur supra in gestis Francorum, & Carolorum, de quibus nihilominus eorundem supra narrant historiæ.

Comites Zuuainbruck et Sarbruck, Nobilissimi Principes Germaniæ, consanguinei Friderico, Imp.

Fridericus gloriatur sede familiæ Vuaiblingensium. Vide Ottonem lib. 2 cap. de famosis familiabus Galliæ & Germaniæ, unde Henrici orti de Weibelinga, alteri Guelphorum de Altdorffio.

Sedatis igitur discordiis in Alemannia dispositisque negotiis Imperii, & rebus pacatis, aggressus est iter arripere in Italiam, quatenus & discordias ibidem sedaret, & more avito diadema imperatorium in Romana Ecclesia reciperet. Eo itinere invenit Terdonenses sibi rebelles. Est autem Terdona villa permaxima in Lombardia, per quam Mediolanenses iter habent usque ad Genuam, & ideo hanc quasi portum maris magni sibi esse volunt. Hanc in ipso itinere aggressus, Imperator expugnavit, & solo adæquavit, nihil eis valente auxilio Mediolanensium, in quo plurimum confidebant. Indeque progressus, Romam pervenit, & ab Hadriano papa consensu totius cleri, cum diademate regio, imperialẽ benedictionem accepit in Ecclesia beati Petri, ubi à civibus urbis seditio contra Imperatorem commota est, ubi multa Romanorum interfecti occubuerunt. Imperator vero rediens inde, in itinere Spoletanorum diras & inopinatas pertulit incursiones. Quarum impulsu Spoletum applicuit, quam dimicando succendit, & funditus evertit, parvulis tamen ac mulieribus, jussu Imperatoris, sine læsione liberatis. Dehinc per totam Italiam, multis edomitis rebellionibus, cum pervenisset, comitante exercitu suo, apud Veronam, ad quædam itinera angusta, quæ Lombardi vocitare solent clausuras Volerni, ubi ex utraque parte itineris mons præruptus, quasi

De itinere Romano & reditu.

Terdona.

Fridericum coronatur ab Hadriano papa.

Spoletum funditus evertitur.

Clementia Cæsarea in parvulos & mulieres.

Digitized by Google

quasi paries saxeus eminet in immensum, ibi Veronenses collocaverunt superius in planitie ejusdē montis quosdam malignos homines, quatenus in transitu Imperatorem cum exercitu suo, demissis lapidibus interficerent. Imperator vero sollertissimus, quosdam advocavit terræ illius prudentissimos, qui illecti promissionibus & muneribus per loca vix alicui hominum pervia, milites Imperatoris deduxerunt ad præfati montis collem quendam supereminentem. Qui inde consurgentes, in præfatos malefactores irruerunt, & eos in fugam verterunt. Ex eis quoq; penè sexcenti capti sunt, qui omnes tristia pœnarum tulere discrimina. Deinde imperator rediit in Alemanniā, ubi tūc duxit uxorem. Nam autea judicio Ecclesiæ in Synodo Constantiensi, inter ipsum & Adilam filiam Marchionis Diepoldi de Hochburg, quam habuerat uxorem divortium celebratū est, objectu cōsanguinitatis. Quam postea Diethо de Ravensburg ministerialis ipsius habuit uxorem. Imperator vero dominā Beatricem de genere Burgundionum nobilissimam, filiam comitis Bisuntini, quæ illi unica erat, hæres omnium bonorum ipsius, duxit uxorem, cujus opulentissima dote, ut fertur, ēt quinq; millia militum ejus subduntur imperio. Eodem tempore ducem Boemorum regio decoravit nomine & dignitate, regium sibi conferens diadema. Item discordias sedavit, si quæ erant in Alemannia, inter Principes vel Barones, & redire parat in Lombardiā, quæ maximis discordiis tunc efferbuerat. Nam Mediolanenses Imperatori resistere se parant, & in auxiliū suū multas civitates Lombardiæ asciscunt, Brixiā videlicet & Placentinā, & alias quā plures. Cremonenses vero & Papienses Imperatori fideliter adhærebant, & Laudenses & Cumani, suo subdebantur imperio. Ideoque bella frequentia totam commovebant Lombardiam. Mediolanenses enim superbi, rebelles consueverunt esse Imperatoribus exortis de Suevia. Illis vero, qui de Saxonia erant, devotius assistebant. Eo quòd, ut supradictum est, Lotharius imperator pro ipsis tulit sententiam contra Cremonenses. Cum sint etenim superbissimi, solent occupare terminos vicinarum civitatum, & ipsas quas possunt, suo subdere imperio. Quocirca contra Imperatoris edictum, Terdonam ab ipso erutā, eximiis reædificarunt muris. Quodq; hoc deterius fuit, illarū urbiū reliquias, quas ante dejecerant, Cumarum scilicet atq; Laudæ, ad imperii contemptum funditus exterminavere. Papiā quoq; atq; Novariam urbes egregias, ad ejusdem imperii despectum pariter appositerunt depopulare. Ac sic hanc regni portionem sc. Lombardiam, suo imperio paulatim subjicere satagebant. Ad quod patrandum omnes penè Lombardiæ urbes consentientes habuerunt. Placentia nempe Cremonenses à prædictarum urbium solitis amminiculis indigne prohibuit, atq; iter ad eas, eis omnimodo denegavit. Brixia quoq; se itidem eisdem cum exercitu adjecit Mediolanensibus. Quarum opitulationibus immania ausi sunt scelera, partimq; potiti sunt ausis. Nam Vegevalum & alia Papiensium oppida munitissima, prædictarum urbium præsidiis funditus destruxerunt. Cremona vero civitas egregia, pro summi Imperatoris majestate, contra Mediolanenses summi imperii contemptores, fere audacter ingessit. Quæ & eorum munitissima oppida, magnis evertit viribus, & eorundē plerosq; coartavit compedibus. Eo tempore imperator his discordiis opitulari censuit, ad quod discretissime patrandum viros præmisit industrios, cancellarium scilicet nomine Reinaldum, & cum eo Ottonem comitem Palatinum de Bauuaria. Qui à Cremonensibus, & ab Oberto Episcopo eorundem, & a quodam Arderico sacerdote, qui tunc magni nominis floruit. cum tota plæbe ejusdem civitatis magnifice susceptī sunt. Interea cum Imperator suum protelaret adventum, Cremonenses pro tam benignissimis subjectionibus, ab aliis Lombardis indignissima tulere convitia, & quod deterius est, in ipsum Imperatorem indigna relatu proferebant verba.

Clausura Veleni.

Veronensium insidiæ in Imp. frustratæ.

Divortium inter Frid. & Adilasiā. Marchionis Hochb.

Beatrix de genere Burgundionum.

Fridericus ducem Bohemiæ regem fecit.

Cremonæ pro Imperatore contra Mediolanenses.

Consilium Friderici componendi motus Longobardicos.

PRIMUM BELLUM FRIDERICI IMP. *contra Mediolanenses.*

Quamobrem Imperator, cum ingenti exercitu Italicas appetiit oras. Cui prævius fuit Boemorū rex acerrimus, ab Imperatore eodem in regiam dignitatem primo sublimatus. Et iste Brixienses oppressit, & damnificavit, quē subsecutus est Fridericus dux, supradicti Cunradi regis filius. Post hos Imperator adventavit. Territi igitur tanto exercitu Brixienses, Imperatoris jussa jurati se facturos promiserunt. Ad valens tamen sexaginta millia marcharum, ante tulerunt incommodum. Postmodum Imperator juxta flumen Padum tentoria fixit, ubi quidam Mediolanensium ex altera parte fluminis exilientes, in ipsum Imperatorem convitia indigna relatu vociferati sunt. Propter quas injurias Imperator suos milites arma capere jussit. Ipse quoq; sicut erat acer animo, ad subvehendum se, non navem acquisivit, neq; vadum fluminis exquisivit, sed quadā trabe lignea, hastis hinc inde sustentatus, fluvium transivit. & paucis se comitantibus in hostes prosiliit, qui territi à conspectu ipsius, fugam arripuerunt, & usq; ad Trecium quoddam castrum Mediolanensium fugerūt. Ubi Imperator Mavortius vix decem se comitantibus, fixit vexillum suum ante portas castri, ubi exercitus suus continuo adventavit, trepidantibusq; civibus, eos in deditionem accepit, sicut uti vellet. At ipse sicut erat assuetus, de regia benignitate, mulieres & parvulos conservari censuit, prædam vero castri militibus suis distribuit, & in præsidiis milites suos collocavit. Cæterū ex hinc transiens, civibus Laudensibus ad construendam novam civitatem locum designavit, super Padum flu-

Primum bellum Imperatoris contra Mediolanenses.

Brixienses oppressit.

Convitia in Imp.

Mavortius Imp.

Clementia Cæsaris in parvulos & mulieres.

vium, in quodam colle, ubi ex utroq; latere collis sunt loca paludinosa. Collis quoq; idem, ex antiqua consuetudine Lombardorum mons Guezionum appellatus est. In quo eis vexillo regio urbē designavit decoram. Post hæc cum exercitu Melegnanum se contulit, ubi Mediolanensium diu expectavit satisfactionem, & ipsi satisfacere contempserunt.

Pugna Friderici & Mediolanensium.

Advocat igitur Imperator exercitus de civitatibus Lombardiæ, cui adveniunt Cremonenses cū 30. millibus armatorum, & Episcopo suo Oberto. Papienses quoq; & Novarienses cum copioso & splendido exercitu junguntur. His Imperator circundatus, ad mœnia urbis Mediolani iter arripuit. Sane Mediolanenses cum multo exercitu, egrediuntur contra ipsum in pugnam. Committiturque pugna, ubi Mediolanenses fugam arripiunt, tendentes ad urbis suæ mœnia. Cremonenses vero & alii Lombardi eos viriliter insequuntur. Appropinquantes vero urbi suæ, equos reflectunt, & rursus pugnam ineunt. Ubi regius exercitus aliquantisper retroversus est. Imperator vero confidentissimus, cum tanti belli vicissitudines ita alternari conspiceret, continuo se in hostes invexit, & eosdem moribundos urbis suæ mœnia subire coegit. Post talem belli gloriā

Suburbia Mediolani incenduntur.

suburbia fecit incendi, relicta sola turri, quam coram porta Romana, Romani construxisse feruntur, quæ erat sublimis, quatuor subnixa columnis, à vallo distans, partim plus quàm sit jactus lapidis, quæ usq; ad ostium erat solida, & saxis compaginata quadris. Hæc ad urbis tuitionem fortibus erat repleta viris. Postea Imperator urbem cingit obsidione, & coram porta Romana sua fecit figi tentoria, aliis quoq; singulis in obsidione solertissime loca prævidit oportuna. Paucis diebus effluxis, jam hostibus intra mœnia clausis, ad prædictam turrim expugnandam bella fecit inire. Cumq; viri qui in turri erant, cernerent columnas ejus infringi martellis, & aliis instrumentis ferreis, terri formidare cœperunt, & se in deditionem imperatori obtulerunt. Quibus Imperator interventu quorundam vitam concessit, & per funem ab alto demissos, urbis mœnia incolumes intrare permisit. Moxq; ex Imperatoris edicto, Teutonici cū tubicine Cremonensium turrim conscendunt, exoriturq; undiq; in castris clamor virorum, & clangor tubarum. Ex quo eventu inopinato, cives concluſi, valde sunt territi, & quid consilii caperent, aut quo se verterent, titubare cœperunt. Sed tandem tubarum clangore & signorum, ad ineundum convocant consilium. Petitaq; pace, ad

Mediolanum cingitur obsidione.

Consilium in quo de pace danda Mediolanensibus agitur.

consilium Principes Imperatoris assumunt, regem videlicet Boemorum & ducem Luipoldum de Austria. Colonienſem quoq; Archiepiscopum Fridericum. & Babenbergensem Episcopum Eminhardum. Aderat quoq; cancellarius Reinaldus. & Otto comes Palatinus. Isti mediatores utriusq; partis communicatis consiliis, & Imperatori Mediolanensium justas subjectiones. & Mediolanensibus dignas Imperatoris præceptiones vicissim referebant. Postremo cives ad id devenere consilii ut se & sua Imperatoris traderent voluntati. Gladios itaq; denudatos, super colla ponentes, cruces quoq; & alia insignia præferentes, nudis plantis ad pedes Imperatoris miserabiliter se prostravērūt. Quibus Imperator, precibus Principum vix flexus, vitam donavit. Et qui prius erant maligni facti sunt abjecti. Ideoq; more regio subditis factus est mitis. Post tantos triumphos in die nativitatis beatæ Mariæ virginis diademate Imperiali processit insignitus, & cum eo rex Boemorum, corona regia decoratus. Alii quoq; Principes cum ipso processerunt, & facta est laus in cœlum, & exultatio non modica, resonantes simul tinnitu signorum. Exinde urbi proxima peragravit loca, ubi quæ à Mediolanensibus perperam fuerant constituta, justitiæ redigit ad normam. Acceptis igitur obsidibus, spes resistendi ablata est omnibus Lombardis. Ideoq; cunctas civitates & castella & oppida Lombardiæ peragravit, & vades ab eis accepit, quòd justitiam suam reciperent, & conservarent.

Triumphi Friderici.

Curia apud Rongaliam.

Pro reparando itaq; justitiæ vigore omnibus Lombardis & Italicis, Rongaliam, ubi mos Lombardorum est, justitiam suam requirere, & ab Imperatoribus recipere, diem certam, & curiam publicam ad præsentiam Principum, qui tunc aderant, eis designavit. Edictumq; est ab imperatore, ut de singulis Italiæ urbibus, viri idonei Rongaliam convenirent, & Barones. & alii qui causas haberent. Cumq; ibidem convenissent, assumptis nobilibus & prudentibus viris, causa singulorum determinare studuit, primo pauperum, deinde baronum, & postremo civitatum.

Nota

Causæ pauperum primo determinantur, postea Baronū & civitatum.

Ex hinc pactum pacis instituit, secundum quod Principes Alemanniæ facere consuerunt, & ne quis contra illud attentaret venire, Bannū. id est pœnā pecuniariā constituit, ita, ut si qua urbs pacis violaret jura, centum marchas auri persolveret. Marchio vero quinquaginta, comes quadraginta, capitaneus vero, seu alius invasor major viginti, alii vero decem, & usq; ad tres marchas, prout eis facultas suppetit, Imperatori persolvere deberent. Quod si quis nullum poterit exolvere præmissorum, verberibus diris in patria diu afflictus, per quinquennū deberet fieri exul, quinquaginta milliariis à patria sejunctus. Alias quoq; leges, secundum prudentissimorum virorum consilia ibidem instituit, in quibus inter cætera, & hoc cautum est, ne feudorum injuste fieri possint distractiones. Judices quoq; præfecit singulis civitatibus Lombardiæ, qui ex parte Imperatoris Banna suprædicta reciperent, & læsis justitiam facerent, super quo contra novas institutiones Imperatoris murmurare cœperunt Lombardi. Non est enim eorum consuetudo Banna solvere, sed ut secundū leges Romanas injuriā passis satisfaciant, secundū quod juraverint læsi, se talē velle pati injuriā. De quib.

acquisitis

acquisitis, judex tantùm vicesimam, vel minorem, secundum quod ab eis decretum est, recipit portionem. De damnis quoq; sive spoliationibus, sicut lege statutum est, satisfaciunt. Tunc Fridericus Colonien sis Archiepiscopus obiit. Cui Reinaldus Cancellarius successit in Episcopatu. Dissolutaq; itaq; curia, Imperator paterna visione Lombardiæ loca visitare cœpit. Multis vero peragratis locis, Astensium urbem tandem adventavit. Astenses vero confisi de munimine arcis novæ opponere se studuerunt. At ipse eorum urbe cito potitus est, & his quæ infra muri ambitum continebantur. Tandem ad inexpugnabilem arcem novam iter arripuit. Quæ licet esset sita in scopulo eminentissimo, habens aditum tantum per itet angustissimum: Imperator sollertissimus ipsam tamen fortiter expugnavit: gentemq; frenavit superbam. Demum Astensibus captivis, tam viris quã mulieribus ultro misertus est. Deinde Scurii & Martesiæ appetiit provincias Mediolanensibus cõtiguas; ubi plurima restauravit oppida, & nova castra construxit, in quibus Mediolanensium possit incursus propellere. Cumas quoq; adiit, & cives illos à propriis expulsos sedibus per Mediolanenses, sententia imperiali ad suam revocavit civitatem: nec inde prius recessit, quã Cumanorum & insulanorum sedaret discordiam. Erat autem Insula castrum quoddam in quadam insula laci Cumani, quod nunc penitus exterminatum est.

Astensium urbs.

Scurii.

Martesia.

Cuma.

Insula castrum.

Supra civitatem quoque Cumanam castrum construxit, muris & turribus munitum, quod Patarellum Teutonici vocant, ubi Mediolanensium declinare possit incursus: & in præsidijs milites Teutonicos collocavit. Deinde cum vellet adire Cremonam, & usq; ad quoddam castrum, Luciariam videlicet, perveniret, nunciatum est ei quod Mediolanenses perjuri, & imperialium decretorum rebelles & obstinati cum magno apparatu, magnisq; tam militum quam peditum turmis ad expugnandam urbem Laudam essent progressuri, ut noviter surgentia mœnia diruerent: & homines ibidem habitantes, aut interficerent, aut in captivitatem deducerẽt. Quod postquam Imperatoris insonuit auribus, agiliter properat ad auxilium novæ urbis. Quam tunc fossatis & muris munire cœpit: in quo opere Cremonenses & Papienses & Novarienses sibi auxilium præbuerunt. Vrbem quoq; conditam privilegijs libertatis decoravit.

Patarellum castrum.

Luciaria.

Lauda.

Post tantos itaq; triumphos, & judicia in Lombardia disposita, licet ad plenitudinẽ pacis nõ proficerent, decrevit Imperator suæ conjugis, & suæ patriæ revisere terram.

DE SECVNDA REBELLIONE MEDIOLANENSIVM

MEdiolanenses postquam perceperunt à suis partibus, imperatorem longe esse remotum, ad resistendum se erigunt: & supra nominatum castrum Trecium invaserunt: ubi mangos & alia instrumenta construxerunt, quib. lapides in castrum iactarent, ad portas quoq; arietantes, ipsas tandem confregerunt castrumq; improvisum ceperunt. Milites quoq; Imperatoris qui erant in præsidijs, ergastulis manciparunt. Quo audito tota penè Lombardia rebellare cœpit & decretis Imperatoris contradicere. Quocirca magnanimus Imperator audita Mediolanensium perfidia, cum Teutonicorum & Lombardorum gente ad eorum redivit loca urbi proxima: eorũque segetes in mense Iunio cũ iam maturæ sunt, partim succidit, partimq; pedibus equorum contrivit. Arbores quoq; penitus decorticavit: & vites succidit: sicq; maximũ damnũ Mediolanensibus intulit. Post hæc ad urbem Laudam redijt: quoniam brachii unius, & cruris infirmitate debilitabatur, ut ibidem membra læsa refocillaret. Tunc ad eum Cremonẽses convenerunt: eiq; injurias expoluerunt, quas ipsius cives Cremæ villæ contra instituta Imperatoris facere præsumpserunt. Nam cum apud Rongaliam decrevisset Imperator exquisita justitia, quatenus Cremenses cujusdã castri muros, quos in præjudicium Cremonensium erexerant, dejicerent; & decursus aquarum, quos eodem modo constrinxerant, ad proprios rivos redire permitterent: Cremenses id facere recusarunt, Mediolanensium & Brixiensium usi consilio perfidissimo, & confisi auxilio imbecillo. Erat enim Crema oppidum firmissimum continens unius miliaris Lombardici spatium, fossatis & aquarum decursionibus & locis paludinosis & muris fortissimis undiq; munitum. Sperabant itaq; Mediolanenses tam firmissimum castrum Imperatoriis posse resistere decretis & præliis. Ast Imperator, audita querimonia Cremonensium, permisit eis, & consuluit, bellifica virtute Cremẽses rebelles superare.

Mediolanenses invadunt Trecium. Vide Radevicum lib. 3. cap 30.

Cremenses inobedientes Friderico.

Cremonenses.

Cremenses.

DE OBSIDIONE ET EXPUGNATIONE CREMÆ.

IGitur imperator Cremonensibus remisit quadringentos milites, quos hi Cremonenses spoponderant, ad secundam obsidionem & vastationem Mediolanensium. Insuper concessit ei tres nobiles principes de parte sua, qui exercitum eorum conducerent & regerent: videlicet Cuntadum fratrẽ suum Palatinum Rheni, & Bertholdum ducem de Zaringia, Rupertũ quoq; comitem Basilæ, quẽ Wilelm⁹ cõsanguineus ejusdẽ de patria sua procul expulerat. Itaq; pariter juncti properant ad obsidionem Cremæ: quibus Cremenses ad pugnam occurrunt, confisi de auxilio Mediolanensium & Brixiensium: quorum milites quamplurimos apud se habebant. Committitur

Digitized by Google

Exercitus magnus de Alemannia advenit.

pugna: sternuntur hinc inde viri, & captivantur: tandem Cremenses compulsi sunt ad urbis suæ mœnia confugere, & ibi se portis concludere, cœperuntq; obsideri, Cremonensibus cohortantib. eos ad unam portam, & præfatis principibus ad alteram. Interea adventavit imperatori magnus exercitus de Alemannia, uxor videlicet ipsius, domina Beatrix multa militum corona stipata. Consanguineus quoq; ejus Heinricus dux Saxonum, & Bauuariorum, qui simul procedentes adduxerunt plus quam duo millia armatorum: qui dum castra ponerent in planitie apud Gardam arcẽ munitissimam, castrenses oppidi Pesenæ utriq; exercitui damna intulerunt, quocirca efferati oppidum illud oppugnarunt, & spolia ejus diripuerunt, ipsum incendio conflagrarunt: postmodum imperatoris exercitus reliquias ejusdem oppidi funditus destruxit, his exceptis, quæ amicos contingebant imperatoris. Innotuit interim, quod Papienses vellent cum exercitu ire super Mediolanenses, eò quod terras eorum plurimas depopulaverant. Imperator igitur consilio ducis Bertholdi de nocte consurgens, nemore medio inter Papiam & Mediolanum, latenter se cum multis militibus ad insidias collocavit, denunciavitq; Papiensibus, ut Mediolanensium urbi audacter appropinquarent, & spolia diriperent. Quod cum fecissent, Mediolanenses è portis erumpentes, insecuti sunt eos. Commissumq; est prælium, pugnatumq; est varia sorte belli, hinc inde à mane usq; ad meridiem. Papienses quoq; & Laudenses debiliores bello effecti, fugam inire decreverunt. Tunc talis eventus nunciatus est imperatori, ubi manebat in latibulo: qui consurgens cum exercitu Teutonicorum, vexillo suo commisso duci Zaringæ, ex improviso super hostes irruit, & eos in fugam vertit. *Dux Zaringæ.* In quo conflictu captivati sunt Mediolanensium plus quàm trecenti, & occisi fere sexcenti. Quorum corpora miserabiliter per dies aliquot jacuerunt in campo, bestiis & avibus dilaceranda & comedenda. Postmodum secedente aliquantulum imperatore, multa de ipsis corporibus delata sunt ad urbem, & cum maximo planctu & lamentatione totius urbis sepelierunt. Interim imperator ad obsidionem Cremæ iter reflexit, & captivos Mediolanenses secum adduxit, quibus offensis, suis fautoribus magnam lætitiam contulit, & inimicos contristavit. Indeq; progressus, conjugem suam, & ducem H. cum exercitu ipsorum honorifice suscepit. Tunc relictis Lombardis in obsidione Cremæ, cum exercitu Teutonicorum jam secunda vice processit, ad vastandam omnem segetem Mediolanensium, & arbores extirpandas, & oppida quæ remanserant, funditus destruenda. *Principes Alemanniæ Cremam obsidentes.* In obsidione autem Cremæ plures de principibus Alemanniæ remanere permisit, præ fatum videlicet C. fratrem suum, & Welfum avunculum suum, qui præter alias divitiarum & militum opulentias ex possessione comitissæ Mathildæ, habebat militum duo millia: Boemorum quoq; regem nepotem suum, & ducem de Austria. At ipse secum in expeditione adduxit H. ducem cum Bauuaris, & militibus uxoris suæ, cum quibus hanc devastationem perfecit.

INTERPOSITIO.

Conspiratio contra imp.

EO tempore conspiratio facta est contra imperatorem, ut asserit quidam scriptor Cremonensis, de cujus æditione hæc quæ narramus, excerpsimus. Idem quoq; scriptor testatur, hæc se audisse à viris probatissimis, & veracissimis, & valde religiosis. Mediolanensibus & Brixiensibus, qui se huic conspirationi interfuisse dixerunt. In qua conspiratione se astrinxerunt maxima pars cardinalium sedis Apostolicæ. Wilelmus quoq; rex Siciliæ, & pene universæ civitates Italiæ cum multis baronibus & viris potentibus: datáque est immensa pecunia domino Hadriano papæ ut ipse imperatorem excommunicaret. *Hadriani papæ astu compendio collecta habes apud doct. R. Bar.*

REDITUS AD PROPOSITUM.

POst hæc imperator cum exercitu suo versus Cremam iter arripuit: & primum legalibus innitens statutis, pactionem supradictam à Cremensibus fecit exposci. At illi confidentes in sui castri firmitate, eò quod olim Lotharius imperator viribus suis diffidens, non ausus fuerat idẽ castrum obsidere. De auxilio quoq; Mediolanensium & Brixiensium præsumentes, præceptis imperatoris superbe contradixerunt. Mulieres quoque castri, choros ducentes per plateas, cantionẽ decantarunt, in qua continebatur, quod sicut olim Lotharius, sic & iste imperator, recedere cogeretur inglorius. Ideoque provocatus imperator, ferocius accinxit se ad expugnationem castri, & ex omni parte murorum in circuitu machinas construi jussit diversi generis, quæ lapides jactarent in castrũ, & ipsum incessanter impugnarent. In ea quoq; parte quæ sibi aptior videbatur, à magistris operum fecit turrim ligneam erigi, & alia instrumenta, quæ gattos, sive aliis nominibus nuncupant præparari. Quæ repletis fossatis de terra, vel lignis, seu stipula, sive rebus quibuslibet ad muros possent propelli. Quibus præparatis, primum vades illorum castrensium, videlicet filios & nepotes nobilissimorum de castro, ad crates ligneas, quæ in turri erant appensæ, fecit alligari, & sic turrim ad castrũ propelli. Tunc illi immites, & omnis justitiæ & fœderatis naturalis obliti, de castro lapides jacientes, mangonibus seu aliis instrumentis illos crudeliter peremerunt. Cumq; nec adhuc expavescerent, quosda captivos eorũ in loco eminenti quodã in vitione ipsorũ fecit in paribulis suspẽdi. At ipsi econtra jã in miseria palpitantes, & tamen more canino furentes, quosda captivos in in-

Cantilena mulierum in Friderici.

Gatti.

Tormenta Mediolanenses vulgo mangas vocant, hic mangones habet.

juriam

juriam imperatoris ſupra muros ſuos erectis patibulis ſuſpenderunt. Interea dux H. progrediens, decē de militibus Mediolanenſiū captivavit, & eos imperatori tradidit. Imperator vero prædictis & aliis quāplurimis provocatus injuriis, eoſdē in conſpectu concivium ſuorum patibulis appendit. Tunc appulſis machinis, & diris habitis conflictibus, miſeri cives deſperare cœperunt, & ad deditionem ſe offerre, ut tantum perſonas ſalvarent. Quibus imperator mitis effectus, ut pote vir timens Deum, miſericorditer permiſit, ut de caſtro & de terra cū mulieribus & parvulis exirent: nec de rebus vel facultatibus ſuis quicquā aſportarent, niſi quanta quivis eorū una vice in humeris ſuis aut ſcapulis deportare potuiſſet. Mediolanenſes quoq; & Brixienſes abire permiſit, ut equos & arma ibi relinquerent. Nec dubium eſt imperatorē Chriſtianiſſimū, ob hoc talia permiſiſſe, ne maximā ſtragē in cæde hominum judicaretur feciſſe. Perpendat jā quilibet prudens lector, quanta miſeria ibi fuerit, ubi mulier parvulos ſuos, greſſu uti non valentes, potius quā res exportavit: vir quoq; mulierem febricitantem, aut mulier virū pro fide conjugii exportarunt: pregnans quoque jam parturiens ſemivivum puerum eduxit. O quanta miſeria, caſtrum & præda hoſtibus relinquitur, quia perfidiſſimi cives hoc meruerunt. Præda itaq; militibus diſtribuitur, & caſtrū ſunditus diruitur. Anno domini mill. 160. acta ſunt hæc.

Captivi in patibulis ſuſpenſi, vide Radevicum libro 4. cap. 50.

Clementia Frid. imp.

Vuelfi militia in Tuſciam.

Tunc Welfus totam militiam ſuam in Tuſciam movens, maximum conventum apud ſanctum Geneſium habuit. Ubi baronibus terræ 7. comitatus, cum tot vexillis conceſſit: cæteris quoq; de civitatibus ſeu caſtellis ad ſe confluentibus unicuiq; quod ſuum erat, tribuit. Sed & ipſe ſua quæ ſingulæ civitates ad ſe injuſte contraxerant, recepit.

Deniq; conventu ſoluto, à Piſanis & Lucenſibus & aliis civitatibus, ad quaſcunq; declinaverat, honeſtiſſime ſuſcipitur. Sicq; terra illa & Spoletana, plena poteſtate potitus, & ſuos ibidem collocans, filio ſuo Welfoni juniori commiſit eandem ſtrenuiſſimos de ſuis militibus, & optimos apud ipſum relinquens, ipſe per vallem Tridentinam rediit ad propria. Welfo vero junior excellentiſſime terras poſſedit, rexit, atq; defendit, ita ut etiam multotiens militibus imperatoris volentibus terram lædere, violenter reſiſteret: propter quod maximum favorem populi acquiſivit, & imperatoris offenſam nonnunquam incurrit.

Vuelfus junior.

DE SCISMATE SUBORTO.

Johannes ſacerdos ſcriptor Cremonienſis.

REfert ſupradictus ſcriptor Cremonenſis, videlicet Johannes ſacerdos, quod ſupradictis teſtimoniis bonorū virorum didicerit, qui interfuerunt, quod illa conſpiratio cum Apoſtolico Hadriano juramentis adeo firmata ſit, ut nullus ab altero recedere poſſet, vel imperatoris gratiam ſine omnium conſenſu requirere. Quod ſi mortuus eſſet papa ille, de numero conſpiratorum alium eligerēt cardinales. Sanè Deus qui per os Pſalmiſtæ David clamavit contra excommunicationem papæ per pecuniam corrupti, declaravit illud propheticum eſſe verum: Maledicent illi, & tu benedices: qui inſurgunt in me, confundantur, ſervus autem tuus lætabitur. Cujus verſus tres articuli in hoc negotio evidentiſſime ſunt adimpleti. Primum nanq; articulum de maledictione ſeu benedictione Dei, ipſi Deo relinquamus: cæterum ex duobus conſequentibus cōſtabit, primum non ex Deo, ſed diabolo proceſſiſſe. Vt enim adimpleretur illud propheticum: Qui inſurgunt in me, confundantur. Factum eſt, ut cum præfatus Hadrianus apud Anagniam denunciaret excommunicationem contra imperatorem, paucis diebus evolutis, cœpit procedere refrigerandi gratia cum ſuis. Cumq; veniſſet ad quendam fontem, hauſit de potu illius, & continuo, ut dicitur, muſca os ejus intravit, & gutturi ejus adhæſit, nulloq; artificio medicorum avelli potuit, quo aduſq; ſpiritum exhalaret. Tunc cardinales in electione ſummi pontificis diſſentire cœperunt: novem ſiquidem de numero ipſorum elegerunt Octavianum, virum per omnia religioſum & probatum: inter quos fuit Tuſculanenſis epiſcopus, & Wido Cremenſis, & alii. Pars vero adverſa elegit Rolandum Cancellarium. Factaq; eſt pactio inter electores, ut neutra pars ſuum publice denominaret, aut inthrozinaret, donec diſcordia inter partes ſopiretur. Interim, pars Rolandi, ut pote major, ſuam electionem promulgavit, & ipſum attrahens, quoddam inſigne quod mantum vocant, exhibuit. At ipſe manu hoc accipiens, longius à ſe abjecit, & papam fieri ſe denegavit. Pars vero adverſa cernens talia, ſuum Octavianum inthronizavit, & mantum ei appoſuit. Cūque turbatio facta eſſet, Octavianus in promotione appellatus eſt Victor, & obedientias recepit eorum qui ad ſe venire volebant: ejusque electioni populus Romanus aſſenſit plerunque. Erat enim vir bonus, humilis, & manſuetus. Rolandus quoque cum ſui fautores ei facere vellent obedientiam, reppulit eos à ſe dicens: Eatis ad illum quem videtis immantatum, & plurimum favorem populi obtinere: ſicque Rolandus receſſit ab urbe, & in vico quem caſtrum ſancti Petri nuncupant, permanſit. Sicque factum eſt, ut Octavianus, qui & Victor, undecim diebus reſideret in urbe. Interim multi cœperunt, qui prius faverant, ab eo diſſentire, inſtinctu cardinalium, qui in parte ſua erant, maximeq; Wilelmi regis Siciliæ, & plurimarum civitatum Italiæ. Tunc præfatus Rolandus duodecima tandem die mantum accepit, & inthronizatus eſt ſecundum morem ſedis Apoſtolicæ, & Alexander nominatus eſt. Conſtat igitur, quoniam grave in eccleſia Dei oportuit

Hadrianus apud Anagniam muſca enecatur.

Mantum in ſigne quo electus induitur. Hinc Immantare apud Radevicum lib. 4. c 35.

Octavianus Victor.

Rolandus accipit mantum.

Fridericus utrũq; electum Papam ad se vocat. Auctoritatem congregandi Concilii exemplo antiquorum imperatorum, Theodosii, Caroli, sibi competere putat. Radevicus lib. 4 c. 58. & cap. 61.

fieri scisma. Tunc imperator Fridericus tali turbatione comperta, Romanæ civitati condoluit, & qualiter subvenire posset, excogitavit. Tandem de concilio bonorum virorum utrosq; electos ad se venire statuit, apud Papiam, non ut eos judicaret, aut causam sedis Apostolicæ, sed ut à prudentibus viris addisceret, cui electo potius obedire deberet.

Ad pedes Octaviani papæ prosternunt se cardinales et imper

Quo Octavianus, qui & Victor, cum suis fautoribus adventavit. Rolandus vero, qui & Alexander, frequenter admonitus accedere contempsit. Tunc coram imperatore, & patriarcha Aquilejensi, & episcopo Crémonsi, & aliis quam pluribus episcopis, & ecclesiarum prælatis, causa Octaviani discussa est: & adhibitis testibus qui præsentes fuerunt, probatum est, quod sicut supra descriptum est, facta est utraq; electio. De jure quoque satis adjectum est, ut reprobata electione Rolandi, Octavianus verus præsul Romanæ ecclesiæ judicaretur. Tunc patriarcha Aquilejensis, alii quoq; episcopi & ecclesiarum prælati, ad pedes ejus se prostraverunt, imperator quoque idipsum fecit, ut ab eo indulgentiam acciperent, & sibi obedientiam facerent. Quem exinde imperator destinavit in Alemanniam ut cuncti ei obedientiam facerent, quod & factum est: nam Reinaldus Colonienſis archiepiscopus eum devote recepit. Mogontiensis quoque & Maidburgensis ipsi Victori papæ se subdidere cum suis suffraganeis. Manſitque Roma cum suis conspiratoribus in confusione, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam: Qui insurgunt in me, confundantur, & tertium dictum adimpleretur: Servus tuus lætabitur. Sequenti æstate imperator cũ magno exercitu segetes Mediolanensium jam tertio vastavit, & Brixienses arcem inerviũ obsidentes, fortiter fugavit. Cumque rediret, Mediolanenses & Brixienses, prout ante se jactaverant, cũ eo bellum inire simulabant: quos ubi conspexit, propius accedere, illico de equo prosiliit, ibiq; securus cibum sumpsit. Illisque territis pontem destruxit, per quem Mediolanensibus Brixiam, & econverso iter esse consuerat: & dum post hæc Placentinorum perfringere vellet pontem, illi propius civitati advexere ripam, ubi propter insultum civium pons infringi non posset.

Fridericus tertio vastat segetes Mediolan.

DE INFORTUNIO IMPERATORIS.

QUoniam ut ait Scriptura: Ante ruinam exaltabitur cor. Mediolanenses post hæc ad expugnandum Carcanum quoddam castrum, cum ingenti multitudine, tam Brixiensium, quàm Placentinorum militum processerunt. Quod postquam imperatori innotuit, collecto itidem exercitu de Papiensibus, & Novariensibus, & Laudensibus, & Teutonicis, intrepidus inter Mediolanum & Carcanum expedite ivit, ibiq; tentoria fixit. Ubi Mediolanenses doctissimos viros & facundos ad eum miserunt, supplicantes, quatenus sine bello ad urbem suam eos redire permitteret: quod ipse facere denegavit. Illi igitur tanquam in periculo mortis positi viaticum acceperunt. Econtra imperator acies suas disposuit, & inito conflictu, primo certamine de peditibus Mediolanensium multos prostravit & fugavit: & carociam, quod suum vexillum vocant, eis abstulit. Post hæc lassato exercitu imperatoris, jam usq; ad meridiem aut amplius, irruerunt super eos de novo subintroducti milites Placentinorum & Brixiensium, & aliorum. Qui multos de exercitu Imperatoris & captivaverunt, & peremerunt: ipse quoq; imperator cum paucis ad se collectis, in gyro se congesserunt, ut spicula adversantium possent effugere.

Carcanum.

Carocia & vexillum Venetorum.

Pluvia tempestuosissima dirimit bellum

Tandem Deus ex alto prospectans, ut servũ suũ liberaret, eo tempore pluviam densissimam & tempestuosam de nubibus emisit, ut nullus alium discernere posse aut cognoscere. Sicq; factũ est, ut imperator supplicatione suorum deflexus, à campo certaminis cederet: & Mediolanenses cum captivis & spoliis tabernaculorum tanquam victores ad sua mœnia læti redirent.

DE EVERSIONE MEDIOLANI.

Auxilium mittitur Friderico, infestante Mediolanensibus bello.

POst hæc, ut superbos Deus everteret, innotescente tali infortunio parentibus & amicis imperatoris, & suis fidelibus, ad auxilium ipsius properarunt, videlicet, F. Chunradi regis filius, & dux Boemorum supradicti regis filius. Pragensis quoque episcopus nomine Daniel, & Reinaldus Colonienſis archiepiscopus, & imperialis aulæ cancellarius: hi cum magna multitudine nobilium & procerum ad auxilium imperatoris adventarunt. Cumque imperator Mediolanenses assiduis infestaret bellis, contigit circa vesperas unius diei, inter eos commisceri prælium. In quo F. Cunradi regis filius, regis vexillifer juxta Mediolanensium portas turmas iuduxit imperiales & tunc imperator super ponte munitissimæ urbis pedes remansit, equo multis vulneribus interempto. Tandem supra Mediolanenses plena potitus est victoria: multisq; fugatis & interemptis, circiter mille captivos ad Laudam remisit, ubi in hiemali tempore in compedibus nudi & erumnose conservati sunt.

Mediolanum tradatur in manus imperatoris sine omni conditione.

His attriti Mediolanenses terroribus, fame quoq; & inediis perculsi, sine omni conditione se & sua, & ipsam urbẽ in manus imperatoris tradiderunt. Egressi igitur seorsum nobiles, & seorsum populares, processerunt usq; ad Laudam: plæbei vero vexillum sancti Ambrosii super carociã suã advexerunt, ut sic facilius ad misericordiam animum imperatoris inflectere potuissent. Cumque in tempore adventus eorum imperator resedisset in prandio, & imber gravissimus irrueret supra

Mediolanenses

Digitized by Google

Mediolanenſes ante portam adventantes, diſtulit aliquantulum eos intromittere, ut fatigati diſcerent ſe deliquiſſe. Denique intromiſſis eis, cum carocia per portas introire non poſſet, fecit imperator tranſtrum carociæ auferri, & ipſam in quatuor partes ſecari, & ita cum vexillo inferri, & homines ad ſe intromitti. Cumque ſine omni conditione jurata & tradita eſſet ei poteſtas ſuper urbem Mediolanenſium, noluit tamen facere ſtragem ſuper homines perfidos & perjuros, ſed permiſit eis potius tempus pœnitentiæ, ita ut muros ſuæ civitatis ab antiqua gente Barbarorum conſtructos, penitus diruerent. Turres quoque & ædificia civitatis funditus ſubverterent, & de civitate exirent, nec ulterius eam ſine licentia inhabitarent.

Cumque ad ſubverſionem urbis ipſi cives non ſufficerent, aut forte diſſimularent, adjunxit eis imperator in hujus rei auxilium Cremonenſes & Papienſes, & aliarum civitatum cives, qui in auxilio ſuo fuerant, ut eam viriliter diruerent. Sicque factum eſt, ut in urbe beſtiæ & feræ, & ſicut in Prophetis ſcriptum eſt, diverſa dæmonum genera inhabitarent & ferarum. Cives vero extra urbem in quatuor vicis aliquantulum longe ab urbe remotis collocati ſunt: ubi in tuguriis & mapalis & vilibus ædificiis multo tempore permanſerunt. *Subvertitur Mediolanum.*

Imperator vero nobili potitus triumpho, in olivarum feſto, in beati Ambroſii baſilica unà cũ oliva triumphalem geſtavit victoriæ palmam. Proinde imperator tanto ditatus trophæo, Ticinenſium urbem gratanter reviſit. Vbi in Paſchæ feſto cum conjuge ſua Beatrice multis ſtipatus principibus, coronatus proceſſit ſecundum decus imperiale, & ad convivium ſuum omnes tam cives quam adventantes convocari præcepit. *Triumphus Friderici in feſto olivarum cum oliva.*

Tunc amputato capite perfidiſſimorum Lombardorum, Placentini & Brixienſes, & aliæ civitates reſiſtentes, imperatori omnino ſe ſubdiderunt. At ipſe Placentinis & Brixienſibus, ſecundũ juramenta ipſorum, præcepit muros & foſſata deiicere, & turres civitatis evertere: & quatenus in una corte non conſiſtat plus ædificiorum quàm una domus: ſicque diſpoſuit omnes civitates quæ ſibi rebelles extiterant, & ſecundum hæc decreta juſtitiarios ſuos in eiſdem inſtituit. Ipſeq; partem Octaviani, qui & Victor, ubique firmaturus in quantum poterat, proceſſit. Multi igitur de archiepiſcopis & epiſcopis, & aliis eccleſiarum prælatis propter favorem imperatoris eidem Octaviano adhæſerunt, & forte propter hoc, quia apparebat valde religioſus homo. *Placentini & Brixienſes ſe dedunt.* *Victorem papam firmat Fridericus.*

Audivimus eo tempore apud Mediolanum in quadam baſilica annotatos inveniri duos verſus, excriptos in quodam lapide ex antiquiſſimo tempore, qui hanc deſtructionem credebantur prænunciaſſe his verbis:

REX EST VENTVRVS MEDIOLANVM TIBI DVRVS:
REX TIBI CRVDELIS, PER QUADRVM DIMINVERIS.

Hæc de bellis imperatoris plenius deſcripſiſſe ſufficiat exempli gratia, ut pateat, quàm virilem & animoſum ſe exhibuerit in aliis bellis, quæ in annotationibus annorum, ſive ex deſcriptionibus, ſive relationibus, prout potuimus invenire, breviter explicabimus. Cuncta ſiquidem plene deſcribere opus faceret immenſum. Annos igitur denotemus.

ANNI FRIDERICI IMPERATORIS.

ANno domini milleſimo 152. Fridericus rex efficitur, ut ſupra dictum eſt. Anno domini milleſimo 153. Eugenius Papa moritur, cui ſuccedit Anaſtaſius natione Romanus, ſedit annum unum, menſes quatuor. Eo anno capta eſt à Chriſtianis civitas Aſcalona. Divortium quoque factum eſt Conſtantiæ inter F. regem, & Aldam filiam Diepoldi marchionis. Anno domini milleſimo 154. Anaſtaſius papa obiit. Cui Hadrianus 4. genere Anglicus ſucceſſit, ſedit annos quinque, menſes tres. Eo anno Reatum civitas cœpta eſt reædificari. Et in kalendis Octobris ſol obſcuratus eſt per totam diem, ita quod ſicut luna videbatur. Tunc F. rex expeditionem Romanam aggreſſus eſt. Anno domini milleſimo 155. Fridericus imperiali benedictione ab Hadriano papa ſublimatur. In feſto ſancti Michaelis recedens, & poſt annum eodem tempore revertens. Anno domini milleſimo 156. Imperator veniens in Lombardiam, contra Mediolanenſes cœpit pugnare. Anno domini milleſimo 157. Nix magna, & frigus inſolitum circa paſſionem Domini inhorruit; quod mortalitas hominum ad tempus, & exuſtio maxima per totam æſtatem eſt ſubſecuta: & in kalend. Julii maxima ſeveritas grandinis, & tanta concuſſio ventorum invaluit, ut non ſolum ſegetes conſumeret, & arbores evelleret, ſed etiam ædificia, caſtrorum munitiones humo proſterneret, & in aliquibus eccleſiis campanaria cum campanis dejecta confringeret. Anno domini mil. 158. Imperator ſecundam expeditionem movit in Italiam, propter ſecundam rebellionem Mediolanenſium. Tunc Laudam muris firmavit, & Mediolanenſes obſidere cœpit & vaſtare. Anno domini milleſimo 159. Principes qui relicti fuerant, imperatorem ſubſequuntur H. videlicet, dux Saxonũ, circa Pentecoſten cum imperatore in mille ducentis loricis: Vuelfo vero circa feſtũ ſancti Michaelis cũ trecentis loricatis. Eo anno Hadrianus papa obiit, cui Alexander 3. natione Tuſcus ſucceſſit. Et ſciſma oritur, qd ferè per 20 an. duravit. Omnes aũt anni Alexãndri ſunt circiter 24. an. do. 1160. *Nix magna.* *Mediolanum ſecundo oppugnatur.* *Sciſma eccleſiæ 20 annis.*

Imperator jam tertio rura Mediolanenſium vaſtavit,& Cremam expugnavit. Vbi quidam principes ab imperatore ad ſua negocia receſſerunt. Anno domini milleſimo 161. Imperator à Mediolanenſibus fugatus eſt. Anno domini milleſimo 162. Imperator Mediolanum deſtruxit. Eodem anno apud Conſtantiam in feſto ſancti Clementis factum eſt diſſidium inter Heinricum ducem, & uxorem ſuam Clementiam, filiam C. ducis Zaringiæ. quod de conſilio imperatoris dicunt factum fuiſſe. Duxit quoque præfatus dux uxorem filiam regis Angliæ H. qui Thomam Cantuarienſem epiſcopum occidit,& dignum martyrem Deo effecit: de qua genuit tres filios: H. qui poſtea fuit Palatinus Rheni: & Ottonem, qui modico tempore fuit imperator: & quendam Vuilhelmum. Anno domini milleſimo 163. Imperator rediit in Alemanniam. Eo anno Hugo comes Palatinus de Toingen, in comitatu quem à duce Vuelfone habuit, quoſdam milites Vuelfonis pro ſuis excesſibus captivatos ſuſpendit, & caſtrum eorum Moringen deſtruxit. Pro quo dux Vuelfo querimonia eum impetens, pro ſatisfactione debile reſponſum accepit. Cumque patienter ſuſtinuiſſet, nec à quærimonia ceſſaret, procedente tempore, pater dux, filium de Italia revocavit. Ipſe illò iturus, & negocia terræ per ſe tractaturus, filio omne patrimonium, & poſſeſſiones quas ex parte matris habiturus erat, ex integro tradidit. Anno domini milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto, factum eſt ut Vuelfo junior propter præfatam diſcordiam cum multis principibus & baronibus terræ, exercitum deduceret ad caſtrum Toingen: in quo exercitu fertur habuiſſe militum, ſive armatorum, duo millia ducentos, vel amplius. Hi omnes octavo Idus Septembris, circa veſperam ſabbathi, non longe à Toingen caſtra poſuerunt, & diem dominicum in quiete & ocio deducere ſtatuerunt. Cumque die Dominico multi de nobilibus & principibus de facienda concordia & pace plus laborarent & orarent, quidam protervi & minus cauti de caſtris Vuelfi eruperunt, & caſtro Toingen appropinquare cœperunt: quibus alii de caſtro obviam proceſſerunt. Sicque inito conflictu, ortus eſt tumultus in caſtris utrinque, & veloces advolarunt, quod factum eſt circa horam nonam diei. Comes quoque Heinricus de Veringen vexillifer fuit Vuelphonis, & in comitatu ſuo fuerunt cum præfata turma militum tres Epiſcopi, Auguſtenſis, Spirenſis, Vuormacienſis. Bertholfus dux de Zaringen, & alii Marchiones & comites quam plurimi. In auxilio vero Palatini erat F. Cunradi regis filius, & Zolrenſes, & alii quamplurimi, multum tamen impares tantæ adverſariorum multitudini. Inito itaque conflictu de caſtro ſuper adverſarios acclamatum eſt, & ex firmioribus locis contra eos pugnatum eſt, ita ut in fugam tanta multitudo verteretur, ſed neque fugere potuerunt, nam diſperſi ſunt, & confuſi, ita ut ex eis nongenti ferè in captivitatem traherentur, & alii nemoribus vel ſpeluncis aufugerent. Ipſe quoque Vuelfo ad caſtrum Achalm, duobus vel tribus comitatus aufugit. Anno domini milleſimo 165. Vuelpho ſenior audito tali infortunio filii ſui, de Italia rediit, & cum imperatore hoc egit, ut captivi remitterentur. Facta eſt pax, quæ tamen uno tantum anno duravit. Anno domini mil. 166. Vuelpho memor injuriæ priſtinæ, terram Palatini rurſum depopulatur, & duo caſtra ipſius, Kelmunz ſcilicet & Vuilar deſtruit, in quibus 60. de ſuis captivavit. Tunc Palatinus fractus animo, F. ducem, qui Vuelphoni plerunque adverſabatur, interpellavit, Qui ejus conſilio ducem Boemorum cum gente ſua ſæviſſima eduxit, qui totam Germaniam à nemore Boemiæ, per Bauuariam & Sueviam, uſque ad lacum Lemannum immaniter vaſtaverunt, & ſuis ſpurcitiis fœdaverunt. Tandem tamen de providentia Imperatoris factum eſt, ut dictus Palatinus in manus Vuelphonis & poteſtatem ipſius omnino ſe traderet apud Ulmam, coram imperatore & Principibus. Imperator nanque exercitum contra Romanos movere decreverat, & ideo in Alemannia pacem reformavit. Eo nanque tempore imperator præmiſerat ad pugnandum contra Romanos Reinaldum Cancellarium, Archiepiſcopum Colonienſem, & Chriſtianum Archiepiſcopum Moguntinum, quos & ipſe cum exercitu conſecutus eſt.

Mediolanũ diſtruitur.

Forte Tubingen. Bellum Hugonis cum Vuelfone.

Vuelfo iunior obſidet Tubingen.

Comes Heinricus de Veringen.

Achalm.

Germania à Bohemis vaſtata.

Chriſtianus archiepiſcopus Moguntinus.

Anno Do. mil. 167. Vuelpho ſenior, circa Epiphaniam jam ſecundo iter Hieroſolymitanum aggreditur, & in Italia Imperatorem reperiens, ac filium ſuum cum omnibus ad ſe ſpectantibus gratiæ ejus commendans, Paſcha ſanctum apud ſepulchrum Domini peregit. Interea imperator Vuelphum juniorem multis illectum promiſſioibus, ad ſe in Italiam revocat, cum aliis Principibus, qui poſt eum remanſerant, qui ſtipendiis acceptis ad ipſum pervenerunt, non longe à Roma. Eo anno expugnati ſunt Romani apud montem Porcum, ab exercitu Reinaldi Colonienſis, & Chriſtiani Moguntini Archiepiſcoporum, ubi alii mortui ſunt, & multi captivati: & extunc cœpit imperator Romam obſidere, & terras inimicorum ſuorum vaſtare. Multi ſiquidem Romanorum, propter exortum ſciſma, in parte ipſius fuerunt. Cumque menſe Julio, circa Romam magnam vaſtationem, & ſtragem populorum faceret, & Vuelpho ſenior reverſus eſſet ad ipſum, hæc tanquam deteſtabilia aſpicere non potuit, ſed ad propria rediit, filium ſuum relinquens ibidem. Mox ultio divina ſubſecuta eſt, maxima enim pars exercitus Imperatoris mortalitate interiit. Epiſcopus Colonienſis ille, qui totius mali hujus, nec non & ſciſmatis diutini incentor fuit, Spirenſis, Ratiſponenſis, Bragenſis, Verdonenſis, Leodienſis, ac cæteri Principes, Fridericus ſcilicet Dux, filius Cunradi regis, Vuelpho Dux filius Vuelphonis Ducis, Berengarius Comes de Saltzbach, Heinricus Comes de Toingen, cum plurimis regni hujus majoribus occubuerunt. Quorum omnia pene oſſa, carnibus

Romani expugnati apud montem Porcum.

Exercitus Imperatoris mortalitate perit.

Digitized by Google

carnibus per exoctionem consumptis, ad propria reducta sunt. Translata sunt autem & ossa Vuelphonis, & in monasterio Steingademo à patre suo fundato, reposita sunt. Anno Domini millesimo centesimo 68. & sequentibus annis, prout oportunitas temporum concessit, cœpit Imperator in partibus Tusciæ & terræ Romanæ, castra ad se spectantia, suæ potestati vendicare, & quædam nova construere, in quorum præsidiis Teutonicos præcipue collocavit. In monte siquidem Radicophino, eminentissimum castrum ipse primus construxit. Ex quibus Romanos adeo perdomuit, ut Alexander Papa coactus secederet ab urbe, & in partes Franciæ, seu Angliæ, vel Aquitaniæ, sive Hispaniarum se conferret. Nam exortum scisma, durabat in tantum, ut mortuo Octaviano, Vuido in Papam eligeretur: quo defuncto, successit tertius Johannes Frumensis, quos Imperator fovit, & manu tenuit in Apostolica dignitate. Milites quippe Teutonicos in dignitatibus Italiæ constituit, nam quendam liberum Bideluphum, ducem Spoleti effecit. Marchiam quoque Anconæ, & principatum Ravennæ, Cunrado de Luzelinhart contulit, quem Italici muscam in cerebro nominabant, eo quod plerunque quasi demens videretur. Per singulas quoque civitates judicibus constitutis, recessit ab Italia, cœpitque in partibus Alemanniæ multa prædia, nunc emptione, nunc procerum donatione, seu quacunque successione fiscali, vel hæreditaria, conquirere. Rudolphus quippe comes de Phullendorff, omnia sua prædia contulit Imperatori. Iisdem quoq; temporibus, mortuo Adelgozo de Suabegge sine hærede, qui fuit advocatus Augustæ, ipse imperator tam advocatiam, quam alia prædia ipsius sibi vendicavit, sive ex concessione Episcopi, qui tunc erat, sive successione fiscali, aut hæreditaria. Sane, quia civitatis Augustæ mentionem fecimus, quod supra omisimus, in hoc loco de ea latius describamus.

Alexander Papa fugit Roma.

Cunradus de Luzelinhart musca in cerebro.

Rudolphus de Phullendorff.

Adelgozus de Suabegg.

DE AVGVSTA VINDELICORVM, VEL RHETIÆ.

SIcut ex scriptis veterum colligitur, hæc civitas tria nomina accepit. Germanorum quippe gentes primum considentes in partibus Rhetiæ, quæ nunc est pars Sueviæ, non longe ab Alpibus in planitie, loco tamen munito, propter concursum duorum rapidorum fluminum, hanc urbem construxerunt, & non muris, sed fossatis eam firmaverunt, & ex nomine Deæ Zizæ, quam religiosissime colebant, Zizerim eam nominabant. Hujus quoque Deæ templum, ex lignis Barbarico ritu constructum, etiam postquam Romani eam incolere cœperunt, inviolatum permansit, at vetustate collapsum, nomen colli servavit, in quo postmodum in lapide exculpti, hi versus sunt reperti:

Ziderisdilla à dea.

QVEM MALE POLLUERAT CVLTVRA NEFARIA DVDVM,
GALLVS MONTICVLVM HVNC TIBI ZIZA TVLIT.

Zizenberg.

Vnde usque in præsens ab incolis idem monticulus Zizenberg nominatur. Apud hanc urbem Romani deleti sunt magna cæde. Nam Titus Annius prætor, ad arcendas Barbarorum excursiones, cũ exercitu in kalen. Augusti eam circundedit, ipseque ad Meridianam oppidi partem, quæ sola patebat, castra sua cum legione Martia, operosissime communivit. Ad Occidentem vero ultra fluvium ubi Suevis aut Barbaris aditus patebat, Avar Bogudis regis filius, cum omni equitatu & auxilio Macedonico consedit. Igitur quinquagesimo nono die, quam eò ventum est, cum is dies Deæ Zizæ apud Barbaros celeberrimus esset, ludum & lasciviam, magis quam formidinem cives ostentarunt. Tunc etiam immanis Barbarorum multitudo, quæ de partibus Sueviæ illuc convenerat, de proximis sylvis repente erumpens, ex improviso castra irrupit, & Avaris exercitum delevit. Ipsum quoque Avar regio habitu indutum, vivum comprehendentes, crudeliter, in modum pecoris mactaverunt. A quo in loco, ubi mactatus est, vicus usque hodie appellatus est, Crieches Averon, in quo hi versus reperti sunt.

Crieches Averon.

HIS NOMEN TERRIS BOGVDIS DAT REGIA PROLES
GRAECVS AVAR, PECVDIS DE SVEVIS MORE LITATVS.

Oppidani vero non minori fortuna, sed majori virtute prætorem in auxilium sociis propetantem invadunt, quibus Romani haud segniter resistunt. In quo conflictu, duo principes oppidanorum, Habino & Caccus, in primis pugnantes cadunt, & inclinata jam res esset oppidanorum, ni maturassent auxilium ferre Suevi in altera ripa victoria jam potiti. De nominibus autem illorum Principum interfectorum, extant adhuc loca denominata, nam rustici de Habinone vocant monticulum Habinoberg, in quo hi versus reperti sunt.

Habino, Caccus.

PRAEFECTVS HABINO SE VICTVM ATQVE SEPVLTVM,
PERPETVO MONTIS NOMINE NOTIFICAT.

A Cacco vero dicunt Gegginen denominari. Denique coadunatis Suevis & oppidanis, castra irrumpunt: & prætorem, qui paulo altiorem tumulum frustra ceperat, Romana vi resistentem obtruncant: legionemque divinam, ut nec nuncius cladis superesset, funditus delent. De hac perdita legione adhuc Perlaich, quasi perdita legio nominatur: ubi postmodum hi versus sunt reperti.

Geggingen.

INDICAT HIC COLLIS ROMANAM NOMINE CLADEM,
MARTIA QUO LEGIO VOTA SIMUL PERIIT.

Lacus Vernis.

Solus Verres tribunus militum, amne transmisso, in proximis paludibus se occultans, honestam mortem subterfugit: lacui Vernse hucusque nomen dedit. Versus.

DAS NOMEN LACUI VERRES QUO TU LATUISTI.

Hic tamen non multo post Siciliæ proconsul effectus, turpem mortem promeruit. Nam cum se magistratui abdicaret, judicio civium damnatus est. Propter hunc Verrem tradunt Augustenses hanc cædem fuisse eandem, quam sub Augusto factam quidam describunt: sed Varum illum nominant his verbis. Ea tempestate cum tribus legionibus Varus, Romano more, superbe & avare erga subditos se gerens, à Germanis deletus est. Quam militis Romani cladem in tantum ægre tulisse fertur Augustus, ut sæpissime caput parieti collideret, ac per vim doloris diceret, Quintili Vare redde legiones. Gravissimum & atrocissimum hoc Romanorum & Germanorum bellum, & post Africanum maximum, tribus annis cum quindecim legionibus gestum, scribit Suetonius. Vnde notari potest quanti roboris prædicta gens germanorum fuerit, quæ in summa authoritate Romani imperii, tantam stragem Romani militis dederit. Vrbs eadem postmodum Vindelica à fluvio est nominata. Tandem ex nomine Augusti, per Claudium Drusum, qui eam reparavit, seu munivit, Augusta est dicta. Idem enim Drusus apud Rhenum, ut supra dictum est 4. ab Augusto imperator Mogonciam construxit: ubi adhuc monumentum ejus monstratur in modum piræ.

Cadet Augusta, sub Augusto per Varum facta.

Quintili Vare legiones redde.

Suetonius in Octavio Augusto.

Robur Germanorum.

Vindelica Augusta.

D. Georgius Spalatinus in historia Arminii, quam ex Plinio, Strabone, Cornelio Tacito, Velleio Paterculo, Paulo Oroso, Lucio Floro, Tetmaro episcopo Mersburgensi, & D. Alb. Kr. collegit diligenter, probat eadem legionũ Vari factam in ducatu Bergensi vel Iuliacensi, intra Rhenum & Vuisaram, ubi Maletus Heros Germaniæ, Brutus Arminius, vel Hermannus habitavit. Cornelius Tacitus lib. 1. Annalium scribit, ostendens inter Albim & Rhenum, imo inter Luppiam & Amisiam amnes in Teutoburg, saltu Varum cum copiis cecidisse. Verba eius sunt. Ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum, quantumq; Amisiam & Luppiam amnes inter vastatum haud procul Teutoburgiensi saltu, in quo reliquiæ Vari legionamque insepultæ dicebantur: hæc ille. Sunt qui putant, inter Cassulam Hesiæ urbem & Padebornam Vuestphaliæ Romanorum stragem factam. Eius oræ cultores digito monstrare poterunt saltum Teutoburgiensem & pugnæ locum. Æneas Silvius putat Mogonciaci gestam. Strabo libro 7. in Cheruscis editam affirmat. Recentiores historici, Otto Frisingensis lib. 3. cap. 4. Picus in Stauroslico, Nauclerus, Hutenus, & noster Vrspergensis apud Augustam Rhetiæ Vindelicorum. Iudicium esto apud Lectorem.

Sed etiam redeamus ad propositum, ut ulterius annos describamus. Anno domini mil. 169. Anno domini mil. 170. Terræmotus facti sunt, & ingens inundatio aquarum, mense Sept. Anno domini mil. 171. Anno domini mil. 172. Ann. dom. 173. Ann. dom. mil. 174. Civitas Interamne destructa est, mense Martio.

DE TERTIA REBELLIONE MEDIOLANENSIUM.

Alexandria obsessa a Friderico.

ANno domini millesimo centesimo septuagesimo quinto, Alexandria obsessa est ab Imperatore Friderico, Mediolanenses quippe pristinam renovantes perfidiam, conspirationem inierunt cum aliis civitatibus Lombardiæ. Quæ omnes uno die statuto, judices imperatoris cum suis fautoribus à se expulerunt, quosdam suspendentes, quosdam nudos relinquentes. Quod factum est propter multiplices insolentias, quas Teutonici in partibus illis exercebant. Accepta quoque occasione à schismate Romanæ Ecclesiæ, & ab excommunicatione Imperatoris, & ut creditur de autoritate Alexandri Papæ, spretis juramentis, cœperunt rebellare, & ideo Mediolanenses reædificantes quandam civitatem ab Imperatore prius destructam, ob honorem Alexandri Papæ vocaverunt eam Alexandriam.

Alexandria dicta in honorem Papa Alexandri.

Alexandria dicta Palea.

Cremonenses vero & Papienses, & alii fautores imperatoris, in derisionem Mediolanensium, & ob vilitatem ædificiorum, nominaverunt eam Paleam, quasi de stramine factam. Erat tamen circundata fossatis, & muris firmissimis, in quam plurimi Mediolanensium se contulerunt, alii vero, prout poterant, suam civitatem reædificabant. In hac obsidione Imperator non profecit, nam dux Heinricus de Saxonia, nepos suus perfide ab eo recessit, sumpta occasione de excommunicatione, & forte accepta pecunia. Quem ut referunt homines, secutus est Imperator, & ad ipsum veniens super lacum Cumanum, cum magna humilitate postulavit, ut se non desereret: ita, ut videretur pro tali petitione ad pedes ejus se velle demittere, quod dux discrete recusavit. Quidam autem Officialis ipsius Ducis, Jordanus nomine, narratur superbe dixisse. Sinite domine, ut corona imperialis veniat vobis ad pedes, quia veniet & ad caput. Tunc imperator compulsus exercitum suum dimittere, cum maximo labore, auxilio præcipue Tautinensium & Novariensium, egressus est de Italia, per montem Jovis, tendens in Burgundiam, terram uxoris suæ, in quibusdam etiam locis adeo angustiatus, ut accepta tunica servientis, servum se esse simularet, & equos tanquam servus procuraret. Tandem veniens in Alemanniam, præfatum ducem de traditione & crimine læsæ majestatis impetivit. Dux siquidem ipsum perveniens, in Suevia fecerat

Heinricus dux Saxonia perfide agit cum Friderico.

Iordani officialis argute dictum.

Fridericus Imperator servit.

conspi-

conſpirationem contra Imperatorem,& præcipue cum Zolrenſibus & Veringenſibus, & quibuſdam aliis comitibus. Aſt Imperator ipſum ducem frequenter evocat ad curiam, ad objecta reſponſurum. Vbi quidam Principes & Barones,fautores ducis,more Teutonicorum, qui ſine lege & ratione voluntatem ſuam pro jure ſtatuentes,contra Imperatorem hoc jus tenere volebant,ut Imperator ducem condemnare non poſſet,vel terras ſuas abjudicare,niſi infra terras ducis placitum ſtatueret. Portò quidam nobilis exurgens in medium, propoſuit quod lege duellionum, quo & lege & ratione firmatur, hoc vellet obtinere,contra quemlibet ſecum pugnare volentem, quod Imperator quemlibet Principem poſſet evocare pro juſtitia ad locum quemcunque vellet, infra terminos ſui imperii exiſtentem. Cumque nullus illi ſe offerret ad pugnam, edicto Imperatoris præfata ſententia pro jure perpetuo ſtatuta eſt, quam non dubium eſt autoritate & ratione firmari. Cumq; Imperator præfato duci abjudicaſſet ducatus ſuos,& alia bona,ſingula conceſſit his, quibus apta erant ad retinendum,Sicque factum eſt,ut ducatum Noricum concederet Ottoni Palatino de Vuttilinſpach, cujus & ſupra mentionem fecimus. Qui fretus auxilio fratrum ſuorum, Conradi videlicet Saltzburgenſis Archiepiſcopi qui poſtmodum fuit etiam Mogoncienſis Archiepiſcopus,Ottonis quoque fratris ſui,quem effecit Palatinum,cujus filius poſtea Philippum regem interfecit, nec non & Friderici, qui dicebatur Barbatus Horum inquam auxilio ducatum viriliter obtinuit,& ducem de partibus illis expulit. Ducatum vero Saxoniæ contulit cuidam nobili Bernhardo de Anhalde, filio ſupradicti Alberti, qui etiam uſque ad tempora noſtra ſupervixit Huic auxilium præbebat Colonienſis Archiepiſcopus Philippus,& Mogoncienſis,& Lantgravius de Thuringia, qui impugnantes ipſum ducem in Saxonia infra unum menſem, de caſtris ipſius firmiſſimis, ſicut relatu didici 16. expugnaverunt,& ipſum de terra uſque Brunſuwig expulerunt,dè qua civitate nec ipſe nec ejus progenies adhuc potuit expelli. Imperator vero bona ipſius multis diſtribuit,præterea quę Vuelphoni patruo ejuſdem & ſuo avunculo dereliquit,quę tamen omnia poſtmodum ceſſerunt imperatori, ſive hæreditaria ſucceſſione, ſive fiſcali.

Conſpiratio Henrici contra Fridericum.

Teutonicorum mos. Lex Duellionum.

Ducatus Noricus conceditur Ottoni Palatino de Vuttelinſ.

Ducatus Saxoniæ datus Bernhardo de Anhalt.

ANno Domini milleſimo 176. Imperator rurſus impugnare cœpit Lombardos, commiſſumque eſt prælium inter eos pridie kal. Julii. De quo tamen ſine victoria receſſum eſt. Eodem anno 9. kal. Auguſti, reformata eſt pax inter Alexandrum papam & Imperatorem apud Venetias. Nam pars Alexandri cœpit prævalere tam in civitate Romana,quam in tota Italia,propter favorem Vuilhelmi Siculi. Vnde poſtmodum 5. kal. Auguſti, Johannes Frumenſis, qui dicebatur Papa Caliſtus,renunciavit ſciſmati,& ivit ad pedes Alexandri,ſicque diutinum ſciſma quievit, & bella duriſſima cœperunt tepeſcere. Imperator quippe jam vergens in ſenium,quieti cœpit operam dare,& utilitatibus filiorum ſuorum intendere: quinque enim jam genuerat filios, Heinricum videlicet,quem effecit ducem Suevorum, & Ottonem, qui poſtmodum habuit terram matris ſuæ, necnon Cunradum, qui mortuo prædicto Friderico,fuit dux Suevorum, ſed & minimum Philippum, qui mortuo Heinrico, ſucceſſit in regnum.

Papa Caliſtus. Filii Friderici Barbaroſſæ.

1. *Heinricus.*
2. *Fridericus.*
3. *Otto*
4. *Conradus.*
5. *Philippus.*

Eo tempore jam bellis nimis fatigatus Imperator, Lombardis omnibus condixit curiam apud Conſtantiam,ubi Principes & poteſtates eorum ſe repreſentaverunt, & pacta quædam de faciendo ſervitio Imperatori, de ſingulis civitatibus Lombardiæ ibidem ſtatuta ſunt, quæ adhuc dicunt ſe tenere in ſcriptis,nec ad ſerviendum ultra hæc compelli volunt. Sicque pax reformata eſt. Anno Domini milleſimo 177. Anno Domini milleſimo 178. Anno Domini milleſimo 179. Anno domini milleſimo 180. Idus Sept,hora 9. Sol Eccliſim paſſus eſt. Anno dom. mil. 181. Imperator apud Moguntiam maximum feſtum & convivium celebravit. convocatis ibidem Principibus & Baronibus totius regni,ſed & de aliis regnis quam plurimis. In quo conventu duo de filijs ipſius, videlicet. H. rex & F. dux,gladios accinxerunt. Deſponſavit quoque poſtmodum prædicto H. filio ſuo dominam Conſtantiam filiam Rogerii, quondam regis Siciliæ, quam tunc in poteſtate habebat Vuilelmus patruus ejus,qui eam enutrivit,& ipſius nomine regnum gubernavit. Alteri quoque filio ſuo F. duci deſponſavit filiam regis Vngariæ, qui tamen morte præventus, ipſam non transduxit. Anno Domini milleſimo 182. Alexander Papa celebravit concilium generalem in baſilica Lateranenſi. 14. kal. April, licet alibi reperiatur, quod ipſum celebraverit anno Domini milleſimo 179. Sed poteſt eſſe quod tunc cum aliquibus Epiſcopis Italiæ Synodum habuerit. Anno domini milleſimo 183. Alexander obiit. Cui ſucceſſit Lucius 3. natione Tuſcus. Sedit annos 6. men. & diem. Hic rurſus contra imperatorem quaſdam controverſias excitavit, pro quibus ſedandis, condicitur placitum,apud Veronam, ubi cum eſſent ambo, Lucius mortuus eſt,& ibidem ſepultus. Super cujus tumulum hi verſus annotati referuntur.

Gladios accingere

Heinrico deſponſatur Conſtantia, Rogeri filia.

Friderico deſponſatur regis Vngariæ filia.

Lucius Papa.

LVCI LVCA TIBI DEDIT ORTVM, PONTIFICATVM
HOSTIA, PAPATVM ROMA, VERONA MORI.

Fuerat enim Epiſcopus Hoſtienſis,antequam eſſet Papa. An. do mil. 184 An. do. mil. 185. Lucius Papa obiit,ut dictum eſt Veronæ. Tunc Cardinales qui cum ipſo erant, de reditu ſuo plurimum ſunt angu-

multitudine infinita obſedit, credens illos propter paucitatem plenius poſſe delere: ſed, miſericordia favente divina, ei in contrarium ceſſit. Nam diebus paucis evolutis, venerunt Daci, Normanni, Gothi, Franci, & cæteræ gentes inſularum, quæ inter occidentem & ſeptentrionem ſitæ ſunt, gentes bellicoſæ, proceræ corpore, mortis intrepidæ: navibus rotundis, quæ Hilnachiæ dicuntur, advectæ. Hi, ſi non ſupervenisſent, Chriſtiani funditus eſſent demoliti. Iſti cum ipſis Italicis civitatem obſederunt. Dum hæc apud Acon geruntur, Fridericus imperator Romanorum, cum exercitu perſpicuo de Teutonica egrediens, per Vngariam & Bulgariam trãſiens, in manu forti & brachio extento in Licaoniam tranſvectus eſt: ibique de Philomena & Iconio & aliis civitatibus glorioſe triumphans, Soldano & Turcis rebellantibus, domitis, devenit in Armeniam: ubi peccatis noſtris promerentibus, dum in æſtu maximo in flumen, quod Serram incolæ appellant, lavandi gratia, deſcendiſſet, mortuus eſt: & acceſſit damnum inæſtimabile Chriſtianis.

Daci, Normanni, Goti, Franci gentes bellicoſa.
Naves rotunda Hilnachia.
Fridericus imperator ſuffocatur.

Fuit autem Fridericus imperator vir Chriſtianiſſimus, bellorum omnium triumphator, animoſus, manſuetus, familiaris, quibuslibet victis clementiſſimus, oblivioſus injuriæ, ſtatura mediocris, corpore rufus, ætate longævus: & qui corporis ſtrenuitate non erat inferior quolibet ducatu regiminis. Huic in regendo exercitum ſucceſſit filius ejus nomine patris ſui Fridericus dux Sueviæ, armis ſtrenuiſſimus: quo per Armeniam ducente exercitum, in confinio ipſius Armeniæ & Syriæ, non longè à nobilitate Antiochiæ ingens plaga deſævit in Alemannorum exercitum: ut vel propter intemperiem aeris, vel ciborum abundantiam, à quibus ſe temperare neſcierunt, fere omnes mortui ſunt, ac ſi nollet Deus membra ſuo capiti ſupervivere. Ipſe autem dux Sueviæ cum paucis ad obſidionem Acon devenit: ibiq; paucis diebus evolutis, mortuus eſt. Fuerunt autem in exercitu imperatoris iſti Principes & Barones, dux Sueviæ, dux Bertholdus Meraniæ, epiſcopus Herbipolenſis, archiepiſcopus Tarantaſianus, epiſcopus Monaſterienſis, epiſcopus Patavienſis, epiſcopus Oſſiburgenſis, epiſcopus Miſnienſis, Hermannus marchio Badenſis, Fridericus de bergilen, Conradus de dombach, & Fridericus frater ejus, Gobertus & Poppo, & multi alii quos labor eſſet nominare. Interea venerat ad obſidionem Acon Philippus comes Flandriæ, Theodebaldus & Stephanus comes Campaniæ, Henricus eorum nepos, qui poſtea dominus Hieroſolymitanæ urbis remanſit, & dux Burgundiæ, & Ludovicus Langravius Thuringiæ, & plures alii principes & barones. Cœperunt potius omnes in exercitu operam dare, quam expugnare civitatem. In diebus illis fames valida facta eſt in exercitu, ita quod veſtes & arma cogerentur milites obvictum diſtrahere, & mactare equos una enim galina marſupium magnum evacuabat. Immo, quod deterius eſt, auro cibaria non poterant invenire. Eodem tempore Cunradus marchio, quem ſupra memoravimus, homo ſagaciſſimus, habens civitatis Tyri dominium, cœpit ad regni Hieroſolymitani gubernaculum aſpirare: & in tantum ſua aſtutia proceſſit, quod Yſabel filiam regis Almerici à viro ſuo auferendo, qui regionis ultra fluvium dominus fuerat, fecit eccleſiaſtico judicio ſeparari: ipſamq; in uxorem accepit.

Alemannorum exercitus moritur.
Forte Moraviæ.
Fames in exercitu.
Cunradus marchio.

Eiſdem temporibus Philippus Francorum rex pervenit ad obſidionem Acon: poſt cujus adventum, aliquantis diebus tranſactis, Richardus rex Angliæ, devicta inſula Cypri, & bonis omnib. ſpoliata, ad eandem obſidionem pervenit. Venit autem cum eiſdem regibus, omnium innocentia malorum, filia diaboli potentiſſima regina inferni, diſcordia: & ſedit in medio eorum, cum ſorore ſua primogenita macilenta & livida, Invidia ſcilicet: & tam ipſos reges quam etiam totum Chriſtianorum exercitum, in diverſas voluntates & actiones diſtraxit. Cum enim Francorum regi pugna contra civitatem placeret, Anglico diſplicebat: & quod placebat Anglico, diſplicebat Franco: & in tãtum hujuſmodi aucta eſt diſcordia, quod fere inter ſe inteſtinum moverent bellum; & inter omnes alios principes & barones duorum regum effuſa eſt diſcordia. Cum rege Franciæ iſti fautores erant, dux Burgundiæ, comes Clarimontis, marchio Cunradus, cujus potentia magna erat in exercitu, Templani Januenſes, Langravius de Thuringia, comes Rupertus, & Belvacenſis Epiſcopus. In parte regis Angliæ fuerunt iſti, comes Flandrenſis, comes Campaniæ, rex Vuido, Hoſpitalarii, Piſani, & plures alii.

Diſcordia in exercitu, comite invidia.
Anglicus.
Francus.

His diebus Sibilia uxor regis Vuidonis cum duobus filiis ſuis mortua eſt: & marchio magis & magis ad regnum aſpiravit. His etiam diebus mortui ſunt comites, Stephanus & Tibaldus frater ejus, milites ſtrenui & ſapientes: mortuus eſt comes Flandriæ, & Langravius de Thuringia, vir per omnia ſtrenuiſſimus, & celebri fama in perpetuum nominandus. Erectis igitur machinis & caſtellis contra mœnia civitatis Acon, urbem fortiter expugnare cœperunt, & Sarraceni non minus fortiter reſiſtere, comburentes ædificia, quæ Chriſtiani erexerant. Tandem volente Domino, muri civitatis cœpere frangi, propter utriuſq; regis ædificia & turris quæ dicitur Maledicta, jactis lapidibus conquaſſari. Vnde Chriſtianorum animi eriguntur, Sarracenorum deprimuntur. Jam enim poterant Chriſtiani fractis muris ingredi civitatem, Tunc Sarraceni pacta quærunt, reddere civitatem promittunt: & crucem dominicam, & captivos Chriſtianos, ſi ipſis tantummodo vita ſalvaretur. Pacta placent, per manus marchionis in poteſtate regum reddunt civitatem, & inter ipſos reges dividuntur Sarraceni, qui fuerunt intra inventi. Poſtea vero cum pacta ſervare nequiſſent, quoniam crux dominica nullo modo potuit inveniri, omnes decollati ſunt. Rex Franciæ nacta occaſione re-

Digitized by Google

cessit, loco sui milites duci Burgundiæ commisit. Anglorum vero rex in terra Hierosolymitana remansit, & reædificavit Joppen, & Ascalonam. Saladinum & exercitum ejus bello confregit. Mercatores Saladini ad Damascum euntes, spoliavit & cepit. Joppen postea à Sarracenorum insultibus liberavit strenuissime. His diebus Cunradus marchio dominus est terræ Hierosolymitanæ factus, & post paucos dies ab Assessino interfectus fuit in Tyro. Quæ fuerit causa interfectionis ejus plus in opinione, quam in veritate repertum habeo. Quidam dicunt, quod rex Angliæ mortem ejus procuravit propter hoc, quod sororem suam noluit in uxorem accipere. Alii dicunt quod Honfridus dominus de Moreal fecit eum occidi, propter hoc quod sibi uxorem suam Ysabel abstulerat. Alii dicunt, quod propria voluntate motus est Assessinus ad ipsum interficiendum, propter hoc quod quosdam mercatores terræ suæ apud Tyrum clam interfici fecit.

Cunradus marchio dominus terra Hierosolymorũ.

Cunradi datei.

Fuit autem Cunradus vir armis strenuus, ingenio & scientia sagacissimus, animo & factu amabilis, cunctis mundanis virtutibus præditus, in omni consilio supremus, spes blanda suorum, & hostium fulmen ignitum: simulator & dissimulator in omni re, omnibus linguis instructus: respectu cujus facundissimus reputabatur elinguis: quem in hoc solo plurimum fuisse culpabilem reputo, quod alterius uxorem, marito vivente, seduxit, & fecit viro suo separari, ipsamque in uxorem accepit: sed invidiæ spiritus plurima contra eum confinxit. Isdem Wido rex Hierusalem, sub cujus infortunio sanctum regnum decessit, factus fuit rex Cypri à rege Angliæ. Mortuo vero Cunrado marchione, Henricus comes Campaniæ accepit Ysabellam filiam regis Almerici in uxorem, quæ fuerat uxor marchionis, & dominium terræ Hierosolymitanæ susceptit. Rex vero Anglicus inter Sarracenos & Christianos quinquennalibus Treugis compositis recessit. Qui captus in Teutonia Austriæ & traditus imperatori Henrico 200. millia marcharum argenti in sua redemptione persolvit. Liberatus vero, in patriam propriam devenit, ibique postmodum fuit à quodam milite occisus.

Fuido rex Hier.

Rex Anglicus captus in Teutonia Austria.

Fuit autem Richardus rex Angliæ homo ferocissimus, favorabilis, gloriæ cupidus, pecuniæ liberalis, quocunque ipsum trahebat sequens impetus, & quem ipsi Sarraceni & populus Christianus & alii timuerunt. Treugis ergo sic dispositis, & ab utraque parte conservatis, pax habita est in terra sancta. De dispositione vero terræ sanctæ, & situ civitatis Hierosolymitanæ omittimus interponere, ne seriem rerum gestarum videamur interrumpere, in anno prænotato, videlicet mil. 187. successit Urbano in sede apostolica Gregorius 8. natione Beneventanus: sedit menses duos. Hic primum litteras transmisit in orbem pro liberatione terræ sanctæ, multa statuens de correctione morum, tam in clero quam in populo, ut pote de superfluitate vestium, & choreis, & aliis vanitatibus vitandis. Cui successit Clemens 3. natione Romanus, sedit annos duos. Eo anno Fridericus imperator jam cruce signatus, conventum principum apud Nurimberc coadunavit: ubi de pace terræ disposuit, & in literas redigi jussit: quas literas Alemanni usque in præsens Fridebrief, id est literas pacis, vocant nec aliis legibus utuntur, tanquam gens agrestis & indomita. Quarum tenorem huic operi duximus inserendum, quatenus saltem lex tam decurtata non pereat de hominum memoria.

Situs terræ sanctæ & civitatis Hierusalem.

Gregorius 8. papa

Litera pacis.

Fridbrieff.

LEX FRIDERICI IMPERATORIS.

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus. Decet fidelitati nostræ tempora generali populorum provinciarum tranquillitati circumspectionis nostræ studio provideri, ut dum in subjectis dominationis virtute pollemus, reprobos quoslibet ac scelerosos à subditorum injuriis arceamus æquitatis nostræ correctione. Considerantes quippe quæ damna, quantæq; desolationes hominum & provinciarum, per seditiones & incendia provenerint, & quantos præterea futurorum timores reportent ea quæ de conscientia & consilio principum, & aliorum fidelium nostrorum, tam liberorum, quàm ministerialium, ad reprimendas incendiariorũ insolentias, imperialis nostra sanxit autoritas: universalis imperii fidelibus nota fieri volumus, & sicut in castro nostro Nurinberc, hæc ordinata & confirmata sunt, firmiter indicimus observanda. Primum igitur de incendiariis demandamus generaliter, ut si liber homo, ingenuus, ministerialis, vel cujuscunque conditionis fuerit, incendium commiserit pro uuerra propria, pro amico, pro patente, vel causæ cujusquam alterius occasione, de sententia & judicio imperiali, proscriptioni statim subjectus habeatur. Hic excipiuntur, si qui forte manifesta uuerra castra manifeste capiunt; & si qua ibi suburbia, aut tabula aliavè turguria præjacent, igne succendunt. Excipiuntur & judices quos in malefactores pœnam justitia exigente exercere cõtingit. Quod si aliquis in ducatu alicujus incẽdium fecerit, ipse proscriptum pronunciet, ac deinde justitiæ suæ autoritate eum proscribat. Idipsum faciant marchiones, palatini, comites, Lantgravii, & comites alii, nec alicui eorum liceat talem absolvere, nisi domino imperatori. Quicunque etiam incendiarium in domo sua scienter receperit, & consilium auxiliumvè ei impenderit, damnum & injuriam passo pro facultate sua restituat. Judici vero 10. libras monetæ de illa dioceſi in qua commissum est, persolvat, ac domino Imperatori pro voluntate & gratia sua disponat. Si quis autem super hac innocentiam suam probare vel ostendere voluerit, cum duobus viris veracibus in præsentia judicis se expurget. Si quis autem cuiquam imposuerit, quod incendiarium recepent, & de hoc ipsum jure voluerit convenire, hoc nequa-

Insolentia incendiariorum.

De incendiariis in communi.

quam

quam ei fieri liceat, nisi præstito primo calumniæ sacramento. Dominus etiam imperator proscriptorum neminem à sententia proscriptionis absolvat, nisi de illicitis primo damnis cum injuriato componat, & nisi consciente judice hoc faciat. Proscriptum vero, quem pro incendio sententiam proscriptionis incurrisse omnibus notum fuerit, diocesianus episcopus, si ad satisfactionem inobediens extiterit, à communione ecclesiæ Dei & fidelium Christi abiiciat, & extraneum eum reddat, nec eum absolvat, quoadusq; læso damnum restituat: & econverso, quem episcopus legitimis induciis citatum justitia dictante excommunicaverit, & hoc judici insinuaverit, judex eum banno proscriptionis condemnet, & nec prius eum absolvat, quàm coram episcopo de his, pro quibus condemnatus est, satisfaciat. Quòd si à proscriptione illa prædicto modo fuerit absolutus, & episcopo suo noluerit obedire, incendium primo abjuret, deinde sit in arbitrio episcopi, qualem ei pœnam injungat, ad visitandum sepulchrum Domini, aut limina Jacobi Apostoli. Si autem proscriptus eo, ut dictum est, modo absolvi desideraverit, domino Imperatori fines imperii per annum & diem abjuret. Si quis autem à proscriptione & excommunicatione similiter non fuerit absolutus infrà annũ & diem, universo jure, honore, & legalitate privatus habeatur, ita ut in ferendo testimonio, vel ad judicandum, de cætero nequaquam sit admittendus. Omni quoque feudali jure carebit perpetuo. Item si in reisa alicujus domini, cum ipso domino cujus est reisa, aliquis fuerit, qui incendium (ut sæpius contingit) faciat, dominus ipse, cujus est ipsa reisa, jurabit super reliquias, quod non fecerit conscientia vel mandato, vel voluntate sua. Reum autem abiiciet à se, & nunquam recipiet. Quod si illum post satisfactionem receperit, tenetur universum damnum quod ille commisit, restituere. Item si contingat dominum aliquem in villa aliqua hospitari violenter, & fortuitu evenerit domũ aliquam incendi, & ille cui fit damnum, dominum impetierit, quod mandato suo, vel voluntate, vel conscientia sua factum sit, damnum damnificato restituat. Item si incendiarius captus fuerit, & coram judice negare voluerit incendium se commisisse, si forte notorium non fuerit, per provinciam judex si posset eum cum 7. idoneis testibus convincere, capite plectatur. Sed si notorium fuerit, nullius requirendum est testimonium, sed statim decollandus. Item si Castellani cujusquam domini descendentes à castro domini sui, incendium fecerint, domino absente à provincia, castrum domini propter hoc non erit comburendum, sed bona incendiariorum quæcunq; extra castrum fuerint reperta, comburantur. Post reversionem vero domini, si dominus incendiariũ retinere voluerit, & à se non reppulerit, castrum ejus similiter erit cõburendum. Item si proscriptus propter incendium in aliquam domum confugerit, de qua non possit haberi, nisi domus incendatur, propter hoc incendium non erit quis incendiarius, sed damnum pro incendio restituere debet. Item si incendiarius super castrum aliquod agitatus confugerit, & dominus, cujus est castrum, fortassis dominus, vel vasallus, vel consanguineus fuerit, dominus ille non debet eũ persequentibus repræsentare, sed juvabit eum à castro in sylvam, vel aliàs ubi securus sibi videatur. Quod si nec dominus vel vasallus, nec cognatus fuerit, persequentibus eum statim repræsentet, vel cum eo in eadem culpa sit.

Pœna imponenda incendiariis.

Reisa domini.

Statuimus etiam, & eodem firmiter edicto sancimus, ut quicunq; alii damnum facere, aut lædere ipsum intendat, tribus ad minus ante diebus per certum nuncium suum diffiduciet eum. Quod si læsus diffiduciatum se fuisse negare voluerit, nuncius idem si vivus est, juret quod contradixerit ei ex parte domini sui, loco & tempore designato. Si mortuus est nuncius, juret dominus junctis sibi duobus viris veracibus, quod contradixerit ei, ne dolo mediante de fide violata quis valeat inculpari. His sancientes adjicimus, ut quicunque treugas alicui dederit, nisi ibi determinatum & exceptum fuerit, quo tenore servet vel non servet eas, contradicere eis ante terminum statutum nequaquam possit. Quod si fecerit, ut violator fidei judicetur. Item qui nuncium aliquem, pro eo quod contradicturus mittitur, læserit, fidem suam violavit, & de cætero omni honore suo carebit, & in posterum nullus ei contradicet.

De filiis quoq; sacerdotum, diaconorũ, rusticorũ, statuimus, ne cingulum militare aliquatenus assumat: & qui jam assumpserunt, per judicem provinciæ à militia pellantur. Quod si dominus alicujus eorum eũ in militia contra judicis interdictum retinere contenderit, dominus ipse judici in 10 libras condemnetur, servus autem omni jure militiæ privetur. Statuimus etiam, ut si quis vineas aut pomeria exciderit, proscriptioni & excommunicationi incendiariorum subjiciatur. Vt autem hęc tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat, & eo quo dicta est tenore inconvulsa consistat, eam legib. prædecessorum nostrorum imperatorum atq; regum jussimus interseri, & perpetuo jure servari. Cui si quis ausu temeritatis contraire præsumpserit, Dei omnipotentis & nostræ perpetuo indignationis sit reus. Fiat, fiat. Actum Nurenberc in præsentia principum, consilio & consensu eorum. Anno incarnationis 1187. 3. kal. Jan.

Filii sacerdotum non assumant cingulum militare.

Si quis vineas aut pomeria exciderit.

Anno domini mil. 188 Multi cruce signantur. An. dom. mil. 189. Imperator iter Hierosolymitanum arripuit, & multi cum eo tendentes per Vngariam, ut supra descriptum est. Hunc annum quidam versificator denotavit tali versu:

ANNIS VNDENIS DEMPTIS DE MILLE DUCENTIS,
IT PATER ET NATUS, DUX ET RECTOR FRIDERICUS.

Annum vero quo olim Chunradus rex ivit, denotavit his versibus:

ANNO MILLENO, CENTENO, TESSERADENO,
SEPTENO PARITER COEPERAT ISTUD ITER.

Annus vero quondam quo dux Gotefridus obtinuit terram, his verſibus annotatur.

ANNO MILLENO, CENTENO, QUO MINUS UNO,
JERUSALEM FRANCI CAPIUNT VIRTUTE POTENTI. (us ejus.

An.do.mil.190. Fridericus imperator obiit, ut ſuperius deſcriptũ eſt. Cui ſucceſſit Henricus fili-

ANNI HENRICI SEXTI.

Henr. ſextus 11. Oct. imperator.

ANno dom.mil.191. Ab urbe condita mill.944. Heinricus hujus nominis ſextus, vel ſecundum Chronicã Romanorũ, quintus: ipſi nanq; Heinricum primũ patrem Ottonis primi, non connumerant in catalogo Imperatorum, ſed ducẽ Saxonũ ſcribunt. Hic itaq; Heinricus 92. loco ab Auguſto regnũ accepit: prius tamen à patre rex deſignatus fuerat, & de conſenſu principũ coronã Aquiſgrani acceperat. Regna vit aũt poſt patrem annis 7. Contra hunc à principio rebellare parãt Colonienſes, & quidã alii principes, & quidam comites Burgundiæ. Cumq; propter talem cauſam interfectus fuiſſet epiſcopus Leodienſis, quievit rebellio, & Colonienſes cum ſatisfactione ad gratiã redeunt, ſimiliter & alii. Eo anno Clemens 3. obiit. Cui ſucceſſit Celeſtinus 3. qui prius jacinctus fuerat dictus. Sedit annos 7. An do.mil.192. Heinricus Romæ à Celeſtino papa coronatur. Sed Romanis rebellantib. non potuit adipiſci coronã, quin prius traderet eis Tuſculanũ. Erat aũt Tuſculanũ firma civitas, ultra Romã in montib. ſita. Hæc Romanis rebellaverat, & damna gravia intulerat. Hujus itaq; cives audito adventu imperatoris, ipſius auxiliũ contra Romanos poſtularunt, & civitatẽ ſuam in poteſtatẽ ipſius tradiderunt, ubi imperator milites ſuos collocaverat in præſidio. Hi acepta legatione imperatoris, incautam civitatem Romanis tradiderunt, qui multos peremerunt de civibus, & ferè omnes ſive pedibus, ſive manibus, ſeu aliis membris mutilaverunt. Pro qua re imperatori improperatũ eſt à multis. Accepto itaq; diademate imperiali, progreditur imperator in fines Apuliæ. Nã regnum Siciliæ & Apuliæ, jã mortuo Vuilelmo, jure hæreditario ad dominã Conſtantiã uxorẽ ipſius devolvebatur, quamvis illud quidã Dancredus nepos reginæ occupaverit, quo mortuo quidã alii diverſa loca & caſtella occupaverant. Progrediens igitur imperator cũ exercitu, Neapolim civitatẽ munitiſſimam obſedit. Vbi in æſtivo tẽpore multi Teutonicorũ perierunt, & ab obſidione receſſit imperator inglorius. Miſſis aũt nunciis de Alemannia, fecit adduci uxorẽ ſuam, cujus ut dictũ eſt, erat terra. Hæc in ipſo itinere apud Cumas à quibuſdam latronibus inhoneſte tractata eſt, & à Salernitatis capta. Imperator vero reverſus eſt in Alemanniã, relinquens in Apulia Diepoldũ quendã fidelem ſuũ, ut medio tempore contra hoſtes ipſius pugnaret. An.dom.mil.193. Richardus rex Angliæ in Auſtria captus à duce Lupoldo, traditur imperatori. Imperator vero 100. millia marcarũ ſibi ab eodẽ data, fecit militib. dari in ſolidũ, & magnũ adornavit exercitũ in Apuliam, & Salernũ manu armata expugnavit, de cujus præda ditatus eſt exercitus. Anno dom.mil 194. Tota Apulia, & Sicilia, & Calabria, ejus ſubduntur imperio: & de ſubjectione & fidelitate, vades accepit, quoſdam nobiles & potentes terræ: inter quos erant archiepiſcopus Salernitanus, & duo comites germani fratres ejuſdem, & quidã Margaritus, qui potens fuerat in mari pirata. An.do. mil.195. Rurſus quidã comites & barones in Apulia rebellant imperatori: quo circa imperator miſſa legatione, vades quos acceperat in Alemannia juſſit oculis excæcari: q̃ & factũ eſt, præter Epiſcopũ. Rebelles quoq; captivatos diverſis ſuppliciis & horrendis fecit interimi. Eo tẽpore imperator Marquardum de Anninuuilir dapiferum & miniſterialem ſuũ libertate donavit, & ducatũ Ravennæ cũ Romania, Marchiã quoq; Anconæ ſibi cõceſſit: præfato ẽt Diepoldo quaſdam provincias Apuliæ cõmiſit, ponens eum in quodam caſtro, q̃ vocabatur Rocca de arce. Hi duo bella imperatoris ſtrenue peregerunt. Philippo quoq; fratri ſuo dedit uxorẽ dominam Erinam, filiam regis Græcorum, quam repperit in palatio Panormitano: deſponſata ſiquidẽ fuerat filio præfati Dancredi, tradens ei dominium totius Tuſciæ, & terram dominæ Mathildæ. An.do.mil.196. Natus eſt imperatori filius Fridericus, qui poſtea tenuit imperiũ. An.dominicæ incarnationis mil. 197. Heinrico imperatore procurante, Alemanni in terrã promiſſionis venerunt, bellicoſi, crudeles, expẽſarum p: odigi, rationis expertes, voluntatem pro jure habentes, enſibus invicti, In nullis niſi hominib. ſuæ gentis confidentes: ducibus ſuis fideliſſimi, & quibus vitam potius quàm fidem poſſis auferre. Hi cum veniſſent in terram promiſſionis, treugas fregerunt, quas rex Angliæ, ut dictum eſt, in receſſu ſuo ſtatuerat. Vrbem Berentim recuperaverunt, Joppen perdiderunt. His diebus comes Heinricus, qui dominus terræ Hieroſolymitanæ extiterat, de quadam feneſtra ſui palatii cecidit, & mortuus eſt.

De Heinricis quinto & ſexto Variant

Tuſculanum.

Dancredus.

Henr. 6. Neapolim obſidet.

Richardus Angliæ rex capitur.

Comites in Apulia rebellant imperatori.

Erina filia regis Græcorum

Fridericus Henrici ſexti filius.

Hujus uxorem nomine Yſabellam, quæ regnum hæreditabat, accepit Americus rex Cypri, & coronatus eſt in regnum Hieroſolymitanum. Alemanni vero ad obſidionem Tetoni caſtelli acceſſerunt, ibique menſibus aliquot commorati, audita morte imperatoris Heinrici, receſſerunt. Quorum Principes fuerunt iſti: Chunradus Moguntinus archiepiſcopus, Chunradus cancellarius imperatoris, Heinricus dux Saxoniæ, Luipoldus dux Auſtriæ, dux Brabantiæ, Hermannus Landtgravius de Thuringia, frater Ludovici, quem ſupra memoravimus, Patavienſis epiſcopus, Ratiſponenſis Epiſcopus, Cicenſis epiſcopus, Halberſtatenſis epiſcopus, Marchio Chunradus, Albertus

comes

comes, Heinricus Caladinus, Marſcalcus, & plures alii, quos memorare non curo. Nulla eſt enim ambitio memorandi, quos conſtat plurimos fuiſſe & nullos. Nil valet, niſi ſubſequatur effectus. In tempore illo in Alemannia Chunradus frater imperatoris, dux Suevorum, movit exercitum contra Bertholdum ducem Zaringiæ de voluntate imperatoris. Cumque maneret in quodam oppido Durlaich nomine, obiit, & ſepultus eſt in monaſterio Loricenſi. Multi aſſerebant eum fuiſſe interfectum à quodam, cujus uxorem adulteravit violenter, ſive ab ipſa uxore. Erat enim vir totus inſerviens adulteriis, & fornicationibus, & ſtupris quibuslibet, luxuriis & immundiciis. Strenuus tamen erat in bellis & ferox, & largus amicis: & tam ſui quam extranei tremebant ſub eo. Tunc imperator ducatum Sueviæ contulit præfato Philippo fratri ſuo. Qui relictis partibus Italiæ tranſivit in Alemanniam, cum uxore ſua, ponens eam in caſtro Suainhuſen. Tunc etiam de mandato imperatoris regium diadema impoſuit regi Boemorum Otakero. Sequenti quoque anno in tempore paſchali maximum feſtum nuptiarum celebravit, cum multis principibus & baronibus apud Auguſtam in campo magno, qui dicitur concio legis.

Conradus contra Bertoldum ducem Zaringiæ.
Durlachum.
Suainhuſen.
Campus Auguſta, concio legis.

His etiam temporibus procurante imperatore, factum eſt, ut principes Alemanniæ pene omnes filium parvulum ipſius, adhuc in cunis vagientem, aſſumerent in regem, & ei fidelitatem jurarent, & literas de hoc facto cum ſigillis ſuis tranſmitterent Imperatori. Anno domini milleſimo 198. Heinricus Imperator obiit in Sicilia, & in Eccleſia Panormitana magnifice eſt ſepultus. Erat autem imperator H. prudens ingenio, facundus eloquio, facie ſatis decora, plus tamen macilenta, ſtatura mediocris, corpore tenuis & debilis, acer animo. Ideoque inimicis ſuis erat pavendus & terribilis, vanitatibus deditus, maxime venationem & aucupiorum. Multi aſſerebant eum interiſſe veneno, procurante uxore ſua, pro eo quod nepotes ipſius ſuppliciis interfecerat, quod tamen non eſt veriſimile. Et qui cum ipſo eo tempore erant familiariſſimi, hoc inficiabantur. Audivi ego idipſum à domino Chunrado, qui poſtmodum fuit Abbas Præmonſtratenſis, & tunc in ſeculari habitu conſtitutus, in camera imperatoris extitit familiariſſimus.

Fridericum Henrici filium adhuc in cunis vagientem, eligitur in regem.
Dotes Henrici.

GESTA PHILIPPI, BARBAROSSÆ FILII.

PHilippus frater Imperatoris eo tempore exierat de Alemannia, ut veniret ad ipſum in Sicilia; proceſſeratq; uſque ad montem Falconis, caſtrum quoddam apud Viterbium, ubi de morte imperatoris nunciatum eſt ei, ortaque eſt ſeditio in partibus illis, maxime contra Teutonicos, qui tunc in partibus Italiæ demorabantur: unde in caſtro eodem quidam de familia ducis occidebantur. Inter quos erat Fridericus nobilis miniſterialis ejus de Tanne, frater dapiferi, qui nunc eſt. Et ipſe dux in magno diſcrimine ab Italia receſſit, & laborioſe pervenit in Alemanniam. Ubi jam principes juramenta ſua poſtponentes de electione novi Imperatoris tractare cœperunt, cupientes diripere hæreditates, quæ ad præfatam generationem pertinebant. Sed Deus conterens omnem impietatem, & perfidiam ipſorum, hoc fieri non permiſit, inſpirans cordib. hominũ, ut ſuos nativos dominos non derelinquant, & alienis adhæreant. Ideoq; præfatus Philippus ad partes Rheni ſe cõtulit in continenti, & natalẽ Domini in caſtro Haginou celebravit. Vbi venerunt ad eum & officiales & miniſteriales, & quidam de Principibus & Baronibus terræ, cum quibus habuit myſterium conſilii ſui. Vbi etiam aderat Cunradus Argentinenſis Epiſcopus, qui etiam promiſit favorem & auxilium ſuum duci de obtinendo imperio. Volebat enim tenere imperium, cum in poteſtate ſua haberet inſignia imperialia, utpote coronam & crucem, & alia quæ attinebant. Non enim cautum eſſet ſibi, ut ad alium tranſiret imperium, & ſic tam ipſe quàm fratruelis ſuus, licet tunc parvulus, omni hereditate ſua privarentur, quod etiam non placuit altiſſimo, ſicut adhuc eventus rerum manifeſte demonſtrat, quamvis multa cœperint intervenire impedimenta.

Philippus Barbaroſſa filius. 22. Ger. Im.
Mons Falconis.
Viterbium.
Fridric. de Tanne
Philippus natalẽ domini in Hagenau celebrat.
Cunradus Argentinenſis epiſcopus.

Innocentius ſiquidem Papa tertius, tunc de novo in ſede Apoſtolica ſublimatus, omni ſtudio cœpit adverſari eidem. Hoc agens, ut ipſum impediret, ne ad ſublimitatem culminis imperialis poſſet aſcendere, improperans ei, quæ frater ſuus & parentes crudeliter peregerant, quæ tamen multa nequitia hominum impulſi creduntur peregiſſe, in quo ſalva reverentia ſedis Apoſtolicæ, non videtur ſecundum æquitatem judicaſſe, cum Dominus teſtetur per Prophetam, quod nec peccata parentũ filius imputentur, quanto minus peccata fratrum aut aliorum propinquorum. Ezechias quoque & Joſias, reges religioſiſſimi, iniquiſſimos habuere parentes. Quinimmo in generatione ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti connumerantur multi iniqui. Extat adhuc epiſtola præfati Innocentii directa ad Bertholdum ducem Zaringiæ, in qua contra Philippum multa abſurda, & quædam falſa deſcribuntur, quam fecit interſeri in compilatione Decretalium ſuarum, quas Magiſter Petrus Beneventanus, Subdiaconus ipſius, poſtmodum in uno volumine compegit, diſtinguens eas ſub certis titulis, & librorum differentiis, ſecundum convenientes ſententias. Tunc cœpit Papa frivolis inſiſtere objectionibus & exceptionibus, quatenus ipſum impediret, ſententiam obiiciens ei excommunicationis. Nam cum in Tuſcia gereret adhuc principatum, dicebaturque quod Celeſtinus prædeceſſor ſuus ipſum excommunicaverit. Sane, ut plus indevotum poſſet eum comprobare, ſi non ejus mo-

Innocentius tertius adverſarius papæ.
Religioſiſſimi habent iniquiſſ. parentes.
In genealogia Chriſti, iniqui.
Decretalium compilator Petrus Beneventanus.
Cœleſtinus excommunicat Philippum.

nitis acquieſceret, miſit Epiſcopum Sutrinum ad repetendum ab eo vades de Apulia, quos olim frater ipſius *Heinricus* Imperator juſſerat exoculari. At ipſe Philippus, ut erat manſuetus & benignus cum audiſſet de ſententia excommunicationis, petivit humiliter ab eodem legato abſolvi. Inſuper vades præfatos domino Papæ remiſit. Quocirca Papa, ut odioſum plus redderet Philippum, comites illos cæcos, & viros nobiles & perſonatos fecit demonſtrari, multis in curia Romana exiſtentibus.

Ego quoque in minori ætate & ſæculari vita conſtitutus adhuc, eo tempore conſtitutus, Romæ vidi eoſdem.

Epiſcopum quoque prædictum Sutrinum, pro eo quod illicite abſolverit Philippum, excedentes fines mandati, ſicut in prætaxata Epiſtola ſua expreſſit, privatum epiſcopatu relegavit in quandam inſulam maris, quodam moniſterio diſtricto; ubi ille feliciter vitam finivit.

Aut Pontifex Philippo diadema regium, aut Philippus Pontifici inſigne Apoſtolicum.

Audivi etiam eo tempore, quod tamen difficile eſt relatu, & vix credendum, quia dixerit idem Papa, quoniam ablaturus eſſet Philippo diadema regium, aut ipſe ſibi Papæ inſigne Apoſtolicum. Cæterum, quamvis non ſit credendum, quod voluntatem ſuam divinæ voluntati prætulerit, conſtat tamen, quia omni tempore adverſabatur eidem. Deus autem ex alto proſpiciens, non permiſit, ut per totam Alemanniam deperiret cultus divini officii, & Eccleſiaſticæ dignitatis, quæ duo honeſtius ibi conſiſtunt, quam in aliis gentibus: licet ubique per incentiva vitiorum, maximeque luxuriæ depravata ſint. His interpoſitis, de oppoſitione ſedis Apoſtolicæ, ut regium genus deperiret, redeamus ad deſcribendum labores quos iniquiſſimorum Principum machinatione ſuſtinuit in Alemannia. Primum quidem de prudenti conſilio, cum videret imminere ſibi adverſitates & bella, acquiſivit ſibi favorem Principum & Magnatum. De Saxonia quidem habuit ducem Bernhardum, Marchionem Mœſiæ, & alios Principes ſæculares potentiſſimos, inſuper Archiepiſcopos Magdeburgenſem, & Bremenſ. & Suffraganeos eorundem. Sed genitrix & nutrix omnium malorum diſcordia noluit quieſcere, quin potius Alemannos qui omnem juſtitiam deteſtantur & odio habent, & tantum bonis & honoribus ſuis inſidiantur adinvicem: & quod deterius eſt, his deficientibus execrabilibus ſe occidunt vulneribus, ad hoc commovit, ut in præjudicium dominationis antique & generationis in regno diuturnæ, condicerent curiam apud Andirnach oppidum Rheni, quatenus ibidem eligerent Imperatorem. Quo audito Philippus tranſmiſſis illuc legatis, effecit, ut nulla ibidem celebraretur electio. Tum propter ſui, & quorundam Principum abſentiam, tum propter regiæ generationis non deſtituendam proſapiam, tum propter juramenta Principum eidem generationi exhibita. Ideoque plus confidentes in divitiis, & potentia Colonienſium, illuc conventiculum ſuum condicunt. Vbi rurſum dominus Philippus nuncios ſuos tranſmiſit impediens, ne in præjudicium ſuum quælibet fieret electio. Aſſerunt etiam quidam quod propter hoc promiſſa fuerint Archiepiſcopo Trevirenſi duo millia marcharum.

Favor, quem Philippus apud Germaniæ principes habet.

Conventus in Andernach.

Conventiculus in Colonia.

Pecunia nervi rerum.

Attamen Bertholdus, dux Zaringiæ, tunc denominatus fuit in regem, non propter hoc, quod juſtus poſſet eſſe videri, aut diligere veritatem, cum ſcriptum ſit, honor regis judicium diligit, ſed propter hoc, quia pecuniоſus videbatur cum eſſet avariſſimus & omni iniquitate plenus. Videns autem Philippus, quod tali inſolentia nollent ceſſare Alemanni, ipſe cum Principibus ſibi faventibus, conventum adunavit in oppido Milhuſen, ubi à Suevis, & Saxonibus, & Bituaris, & Boemis, & Principibus quam pluribus Rheni eligitur in regem. Tunc cœperunt multiplicari mala in terris. Ortæ ſiquidem ſunt in hominibus ſimultates, doli, perfidiæ, traditiones, ut ſe invicem tradant in mortem & interitum. Rapinæ, deprædationes, depopulationes, terrarum vaſtationes, incendia, ſeditiones, & bella & rapinæ, ſive in ſtratis ſive in latrociniis, juſtificatæ ſunt, ut omnis homo jam ſit perjurus, & prædictis facinoribus implicatus, ut vix excuſari poſſit, quin ſit in his, ſicut populus, ſic & ſacerdos, tribulatio magna prohibuit & hoc, ut nec quis de villa ſua poſſet procedere ſecure, ſaltem in proximam villam. Exaltatum eſt in cornu iniquitatis, de quo multi delibuti ſunt. Quos contra dominus loquitur per Prophetam. Dixi iniquis, nolite inique agere, & delinquentibus nolite exaltare cornu, hoc cornu impletum eſt jam adulterino ungento. Non eo de quo ſcriptum eſt in lege: Non facies tibi ungentum alterius compoſitionis, oleum quoque peccatoris, de quo juſtus precatur, ut non impinguet caput ſuum. Jam procul eſt cornu, de cujus oleo unctus eſt David in regem. Quid igitur fiet in membris, niſi quod & in capitibus? Quid recipiat barba, niſi quod habet caput? Sic derivantur tam mala quàm bona. O Deus aſpice, quia ſicut ungentum eſt in capite, tale deſcendit in barbam. Et utinam in barbam tantum, ad reprobos, deſcendit etiam in barbam Aaron. Nam qui in monte fortitudinis fundamentum poſuerant, utpote clauſtrales, & vitas quaſcunque religioſas agere, ſe ficte demonſtrantes. Alienati ſunt à vulva ſanctæ matris Eccleſiæ, qua concepti ſanctum Baptiſma perceperunt. Erraverunt ab utero, quo monitis ſalutaribus calefieri debuerunt, & nutriri, nunc tantum locuti ſunt falſa. Principes quippe, qui Philippo aſſiſtere debuerant, ei præſenti, bona verba dederunt. Attamen cum præfatus Dux Zaringiæ diffidere cœpiſſet de expenſis, ad obtinendum imperium neceſſariis, rediit ad gratiam regis Philippi. Accepitque ab eo beneficia, quæ ſibi conferre curavit, & hominium ſibi fecit, & fidelitatem & vades, ſcilicet nepotes ſuos, quos apud Coloniam pro expenſis obligaverat, non abſolvit.

Bertoldus Dux Zaringiæ, eligitur in regem, quia pecuniоſus.

Conventus in Milhuſen, ubi Philippus eligitur in regem.

Lamentatio auctoris.

Etiam Clauſtrales & religioſi hypocrita ſunt.

Zaringis redit in gratiam cum Philippo.

Qui

Qui oppido compulsi, seipsos quãplurimi absolverunt, ut pote dominus Cunradus & Bertoldus, filii Egnonis comitis de Urach, quorũ Cunradus, postmodũ conferens se ad ordinẽ Cistercienſiũ, fuit Abbas Cistercienſis. Indeq; per sedẽ Apostolicã translatus, fuit Romæ Episcopus Cardinalis, Portuensis videlicet, & sanctæ Ruffinæ. Alter vero Bertoldus videlicet, fuit Abbas in Luzirach: nam in periculo captivitatis constituti, ambo Deo repromiserunt, quod si essent liberati, ad monachicam vitam se conferrent. *Comes de Vrach Cardinalis.*

Jam tunc Colonienses & Argentinenses cum episcopis suis, & alii quidam cogitaverunt & machinati sunt nequitiã. Miseruntq; nuncios suos, Albertum videlicet de Tagisburg, & de Liningen comites in Angliã, ut inde advocarent & adducerent Ottonẽ, pro eo quod superbus & stultus, sed fortis videbatur viribus, & statura procerus. Præsumentes nihilominus auxilio præfati Richardi regis Angliæ, quia fuit avunculus ejusdem. Hunc igitur apud Coloniam elegerunt in regẽ. Facta est hæc abusio, ut fieret quasi portentum multarũ abusionũ, quæ subsecutæ sunt in terris. Vix enim remansit aliquis Episcopatus, sive dignitas Ecclesiastica, vel ẽt parochialis Ecclesia, quæ non fieret litigiosa, & Romã deduceretur ipsa causa, sed non manu vacua. Gaude mater nostra Roma, quoniã aperiuntur cataractæ thesaurorũ in terra, ut ad te confluant rivi & aggeres nummorum in magna copia. Lætare super iniquitate filiorũ hominũ, quoniã in recõpensationẽ tantorũ malorũ datur tibi preciũ. Jocundare super adjutrice tua discordia, quia erupit de puteo infernalis abyssi, ut accumulentur tibi multa pecuniarũ præmia. Habes quod semper sitisti, decanta canticũ, quia per malitiam hominũ, non per tuã religionẽ orbẽ vicisti. Ad te trahit homines, non ipsorũ devotio, aut pura cõscientia, sed scelerũ multiplicium perpetratio, & litiũ decisio, precio comparata. Hæc hactenus de exortu scismatis in regno, dicta sufficiant. Nunc de bellis propter hoc gestis dicamus. *Colonienſes, Argentinenſes, Ottonem cæſarem regem.* *Nota.* *Quæſtus Romanæ curiæ.* *Roma vicit orbem non religione, ſed malitia.*

DE BELLIS PHILIPPI.

PRoperant electi reges uterq; ut occupet sedem regni Aquisgrani. Sane Philippus prior oppidum illud obtinuit, & ibidẽ viros strenuos, & nobiles in præsidio constituit, inter quos fuerunt. Walranus filius ducis de Limburg, & H. dapifer de Walburg, & alii quamplures. Supervenit autem Otto cum Colonienſibus, & aliis fautoribus suis, & obsiderunt civitatem. Cumq; interiores concluſi, resistere non potuissent, accepta pace & securitate personarũ, dederunt civitatem. Tunc dominus Adulfus, qui tunc erat Colonienſis Episcopus, in sede regni coronavit Ottonem in regem. Hujus quoq; facti mentionem habet præfatus papa Innocentius in epistola sua. Tota vero curia imperialis, & Officialis imperii, adhæserunt Philippo cum Principibus quamplurimis. Interim quippe redierat de ultramarinis partibus, Cunradus Herbipolen. Episcopus, qui fuit Cancellarius. Hic declinavit in partem Philippi. Præfatus quoq; Hermannus Langravius de Thuringia, hic cœpit adversari Philippo (dirum facinus) cum esset filius amitæ suæ, sperans ad se posse devolvi jus imperii. Philippus itaq; prudenti usus consilio, censuit primum eos, qui viciniores erãt bellis atterere, & suo domino subjugare. Quocirca adunato exercitu Alsatiã petiit, in qua provincia terras inimicorum vastavit. Primũ vero divertit ad quoddã castrũ Haldunburg prope Argentinã in planitie terræ situm, sed fossaris & ædificiis valde munitũ. Quod cum cinxisset obsidione, paucis diebus evolutis expugnavit illud manu bellica, & funditus evertit, deducẽs eos captivos, qui in illo erant. Postea castrã in Rufach, & in Aphich expugnavit & confregit. Anno sequenti ad obsidionẽ Argentinenſis civitatis properavit, ubi suburbia prius incendit, & terras civiũ vastare cœpit. Tunc videntes cives se non posse resistere, Philippũ tanquã dominũ propriũ, in civitate receperunt, & ei fidelitatẽ juraverunt. Episcopus quoq; in gratiã ipsius rediit. Inter hæc in partibus Rheni bella ubique peraguntur. Otto quoq; una vice cũ exercitu ascendit usq; ad Spiram, sed compulsus rediit ad inferiores partes. Frequenter cõmissæ sunt pugnæ inter eos, maxime circa Mosellã fluviũ, & Otto semper fugatur. Inter hæc desponsavit Otto filiã ducis Brabantiæ, sed eam postea repudiavit. Quocirca Principes terrarũ, & Barones arte diabelica edocti, nec curabant juramenta infringere, nec fidẽ violare, & jus omne confundere, nunc recedentes quã plurimi à Philippo, Ottoni adhærentes, & econuerso. Præfatus quippe Langravius, multotiens decepit Philippũ, dolose ipsum circumveniens, & rursum rebellans. Deniq; compulsus necessitate Philippus, assumpsit bellum contra præfatũ Langravium in Thuringiam: ubi obsidere cœpit castrum in Wizinse. Langravius in auxilium suum advocavit regem Boemorum Odoacar, qui cum multis venit in Thuringiam. Ast Philippus cum exercitu obviam pergit eidem, pugnaturus cum ipso. Cumq; prope juncti fuissent exercitus utriq;, Boemi de viribus adversariorum territi, relinquentes castra sua, nocte fugerunt: quos isti subsequuti, damna cædium, & alia ipsis intulerunt. Tunc cernens Langravius se viribus destitutum venit ad pedes Philippi, & se in potestatem ejus tradidit, ut gratiam inveniret. Quem Philippus puro corde, sicut erat benignissimus, recepit: & ille post hæc non impugnavit eũ manifeste. His igitur bellis fœliciter peractis, & transacto spatio duorũ annorũ, ut vires populi recuperaret, decrevit agere bellũ contra Colonienſes. Cum magno igitur exercitu venit in fines illorum: fiuntq; incẽdia & vastationes terrarum. Capiuntur oppida quædam in partibus illorum, multi sive compulsi sive muneribus aut promissionibus illecti, recedunt ab Ottone: & adhærent Philippo. Inter quos præfatus Adulfus Colonienſis Archiepiscopus, cum rege reconciliatus, secum venit Aquasgrani: & ipsum coronavit in regem. *Aquiſgranum obſidetur.* *Otto coronatur in regem.* *Philippi conſilium.* *Philippus rex, Alſatiam vaſtat.* *Otto ſemper fugatur.* *Juramenta non curantur.* *Bellum Philippi & Lantgravii in Thuringia.* *Philippi ſynceritas.* *Bellum Philippi in Colonienſes.*

Conradus Epiſcopus Moguntinus obiit.

Interim quoq; redierat de ultramarinis partib. Cunradus archiepiſcopus Moguntinus, qui callide propter timorẽ domini papæ ſe geſſit in hoc facto, latenter tamen adverſatus Philippo potius quã favens: timebat enim eum. Sed hic in brevi vitam finivit. Rex itaq; Philippus ad civitatem Moguntinẽſem acceſſit, cupiens efficere, ut idoneus illi Eccleſiæ præficeretur Epiſcopus, factũq; eſt in ipſa electione, ut omnium vota convenirent in Luipoldum Wormatienſem, tunc Epiſcopũ, tribus tantũ exceptis, qui accepta occaſione de præſentia regis, allegabant non poſſe liberã fieri electionem: potius, quia ſciebant Papam contrarium eſſe regi, appellantes exierunt de civitate. Electoq; ab univerſis præfato Luipoldo, hi tres apud Bingen oppidũ conſtituti, unum ex ſe elegerunt Sifridum videlicet, qui uſq; hodie manet Epiſcopus, Nam dominus Papa multis volens uti rationibus, caſſata electione omnium de Luipoldo factã electionẽ, quæ nullo jure ſubſiſtere poterat, confirmavit. Sicut exprimit in ſua Decretali, quæ ſic incipit, Bonæ memoriæ. Ubi quoq; exprimitur, qualiter pro iſto negotio, & aliis, præneſtinus Epiſcopus venit Coloniã. Super hac electione fecit non judicium, ſed injuriam. Inſuper, quia cives Colonienſes adhuc cum quibuſdã aliis adhærebant Ottoni, ut ex hoc eſſet prædictus legatus iniurias multiplicare. In injuriam quoq; Philippi depoſuit Adulfum Epiſcopum, pro eo quòd Philippũ coronaverat, & in locum ejus fecit inſtitui Brunonẽ, qui fuerat Præpoſitus Bunnæ & ipſum in Epiſcopũ ordinavit, Sed tamen propter Philippum regẽ, & fautores alios juſtitiæ, nec iſte, nec præfatus S. Moguntinus, potuerunt acquirere temporalium adminiſtrationẽ, uſq; ad mortẽ Philippi. Ipſe quippe rex, medio tempore, de præfata uxore ſua genuerat quatuor filias, quarum unam deſponſavit filio regis Boemorum, alteram filio ducis Brabanziæ, propter quod confortatus eſt in regno, paucis in Saxonia, & inferioribus partibus, cum civibus tantum Colonienſibus, faventibus adhuc Ottoni.

Luipoldus Wormatienſis.

Sifridus apud Bingen eligitur.

Nota C. Bonæ memoriæ, de electio.

Adulfum Epiſcopus Col. deponitur quia Philippum coronaverat.

Fulco prædicator crucis.

Ea tempeſtate ſurrexit in Francia quidam prædicator Fulco nomine. Ad cujus prædicationem multi ſunt cruce ſignati, non ſolum in Francia, ſed ẽt audita fama in aliis gentibus. Inter quos duo comites de Brana, nobiles quidẽ, ſed pauperes, venerunt in Italiam ad dominum Papam, quorum unus Waltherus, alter Johannes vocabatur. Miſit igitur Papa dictum Waltherum bellare contra Diepoldum de Rocca, de arce, in Campania. Aſt Diepoldus de nocte quadam irruens in caſtra illius, ipſum interfecit, & terrã viriliter obtinuit, ſed Papa quæcunq; poterat, contra ipſum machinabatur. Alter vero, Johannes videlicet, cum exercitu Chriſtianorum, in quo multi erant proceres tam de Francia, quam de Alemannia, necnon ex Italia, & civitatibus, præcipue Venetis, iter tanquã Hieroſolymitanum aggrediuntur. Attamen navigio tendunt in Græciam. Quod multi aſſerebant de conſilio & autoritate domini Papæ factum fuiſſe. In quo itinere Veneti expugnaverunt quandã civitatem, Satiram nomine, in inſula maris ſitam, in confinio Dalmatiæ & Macedoniæ, quæ tamen Chriſtiana fuit, in qua ſpolia multa diripiunt. Totus vero ille exercitus navibus tranſuectus, applicuit ad civitatem Conſtantinopolim, ubi jam rex non erat, pro eo quòd Principes illius terræ patrem præfatæ dominæ Erinæ, uxoris Philippi, oculis erutis, regno depulerunt; pro qua re filius ejuſdem, frater videlicet reginæ venit ad Philippum in Alemanniam. Venerat autem ante eum quidam nobilis Princeps Græcorum, volens percipere regnum, nomine reginæ, quem cum deprehẽdiſſent fraudulenter laborare, primum juſſit eum rex captivum teneri, ſed interventu reginæ, cito abſolvit eundem. Qui veniens in Græciam, cœpit regnum ſibi vendicare, quem poſt hæc in brevi Græci ſtrangulatum ſuffocaverunt. Legatione itaq; accepta à ſorore, & rege Philippo, præfatus rediit in Græciam, & regnum accepit. Quem nihilominus poſtmodum in brevi interfecerunt. Inter hæc adventavit præfatus exercitus, & cœpit expugnare civitatem Conſtantinopolim in ea parte, qua curia regis eſt ſita, & templũ Sophiæ. Feceruntq; ſuper naves turres ligneas, & machinas contra turrẽ quæ mari adjacebat. Tandẽ appulſis machinis, de ſuperiori parte in turrẽ illam viriliter & non ſine periculo quorundam ſe jactaverunt. Expugnataq; ea parte civitatis, magnã prædam tulerunt. Multasq; reliquias ſanctorũ auro & gemmis decoratas inde tulerunt, quarum poſtmodum vidimus quaſdam. Quidam etiam Abbas Ciſtercienſis ordinis de loco, qui vocatur Pariſius, in nemore Vogeſo conſtitutus, plurimas requies ad monaſterium ſuum detulit, quæ adhuc retinentur ibidem. An furtivæ ſint, judicet, qui legit. An videlicet dominus Papa talem rapinam in populo Chriſtiano factam potuerit juſtificare, ſicut furtum Iſraelitici populi in Ægypto, juſtificatur autoritate divina. Tunc Comes Flandriæ conſtituitur rex Græciæ. Multi de exercitu illo remanſerunt in Græcia, multi redierunt ad propria. Quidam etiam ad ultramarinas partes pervenerunt. Inter quos ſupradictus Johannes, Comes Brannæ, illuc advenit.

Veneti expugnant civitatem Chriſtianam.

Conſtantinopolis expugnatur.

Abbas Pariſienſis

Comes Flandriæ fit rex Græciæ.

Huic jũgitur in matrimonio regina terræ illius Yſabella, mortuo præfato Heinrico. Hic filiã unã genuit ex ea, quã poſtmodũ Fridericus Imperator accepit uxorẽ. Sed nunc redeamus ad propoſitũ.

Legatio Romana pro reconciliatione Philippi.

JAm Principes diuturnis bellis fatigati, decreverunt ad concordiã rebelles inter ſe reges revocare. Sane, quia jam maximũ impedimentũ hujus rei fuit dominus Papa, cum jã pars Ottonis valde fuerit infirmata. Decretũ eſt igitur, quatenus nuncii mitterentur Romã, qui Philippum in gratiam ſummi pontificis reducerent. Miſſi ſunt igitur viri nobiles & auctorabiles, wolfgerus patriarcha Aquileienſis, & Geboardus Burgravius Magdiburgenſis, cum quibuſdam miniſterialibus Philippi regis. Qui aſſumptis de Cremona quibuſdam viris peritis, veniunt ad curiã Romanã

Digitized by Google

A quibus inducitur Papa, ut velit permittere, quatenus regnet Philippus.

Aſt propter hoc (ut rettulerunt nobis viri vetidici) promittitur Papæ, quòd filia regis daretur in uxorem filio fratris ſui Richardi, qui jam comes fuerat effectus Papæ ſuffragio, nec ſtatuit Papa repetere terras, quas multotiens ab Imperatoribus repetere conſueverunt anteceſſores ſui, in Tuſcia & Spoleto, & Marchia Anconæ, ſperans, quòd in poteſtatẽ nepotis ſui, propter prædictas nuptias poſſent devenire. Mittuntur igitur Legati ſedis Apoſtolicæ in Alemanniam, ad reformandam pacem, videlicet, Dominus Hugolinus Hoſtienſis, & Velletenſis Epiſcopus, & Dominus Leo, tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem, Diaconus, Cardinalis. Ante hos ſupradictos, Patriarcha venit ad Philippum regem, nuncians adventum iſtorum, quibus rex obviam mittit, præſtans eis conductũ uſq; ad ſe. Jungũtur itaq; regi apud Spiram. Ubi habito concilio, condicit curiam Principũ apud Northuſin, in confinio Thuringiæ & Saxoniæ, ubi Philippus deduci fecit legatos. Ipſe quoq; cum Principibus pervenit illuc. Otto quoq; prope erat, ibidem in quodam caſtro. Vadunt & redeunt Legati & Patriarcha, cum quibuſdam aliis Principibus, inter utroſq; reges pacem compoſituri, : ſed ibidẽ compoſitio fieri non poterat: unde procedunt in Saxoniam. Rex in Kutilimberg recipitur. Otto prope manet in caſtro. Ibi tandem taxata eſt forma compoſitionis. In qua ſtatutum fuit inter cætera, quod ẽt poſtea completum fuit, videlicet ut Otto filiam Philippi accipiat uxorem: quæ tamen quarto gradu conſanguinitatis ſibi attinebat: fieretq; diſpenſatio per ſedẽ apoſtolicã pro bono pacis. Tunc legati redeunt Romam. Anno itaq; ſequenti ſtatuit Philippus cũ exercitu venire in Saxoniã contra quoſdã qui adhuc ibidem ſibi rebelles extiterunt: venit itaq; in Babenberg. Advenerat quoq; illuc nefarius Otto ille Palatinus de Witilsbach. Rex vero minutionẽ ſanguinis fecit ibidẽ de venis utriuſq; brachii: plurimi quoq; de ſuis minuebant ſanguinẽ. Tunc ſceleratus Otto, aſſumptis militibus Epiſcopi Eggiberti & marchionis de Andehſe Heinrici fratris præfati epiſcopi venit in palatium. Ille vero impius acceſſit ad oſtium cameræ in qua rex quieſcebat, pulſabat ut intromitteretur; quem rex juſſit intromitti, nihil mali ſuſpicatus. Cumque cerneret neminem eſſe in camera præter regem & cancellarium, & H. dapiferum, qui erant in conſilio, rediens aperuit januam camere, accipiens gladium à ſerviente, quem vibrare cœpit in collũ regis. Sed dapifero exclamante territus, vix plagam perfecit: & parvulum vulnus in collo regis dedit; ſed venam unam organicam amputavit. Cumq; præfatus dapifer exitum januæ ſibi intercludere voluiſſet, maxillam ipſius eodem gladio vulneravit, quam laudabilem cicatricem uſq; ad mortẽ habuit. Oritur undiq; tumultus, rex quoq; paululum procedens expiravit. Ille vero malignus ad præfatos epiſcopum & marchionem confugit; unde & illi rei habiti ſunt de tali mordo. Fuit autem occiſus 10. Kaleñ. Julii, hac ſola cauſa, quia cum deſponſaſſet unam de filiabus ſuis præfato ſceleroſo, idem quendẽ liberũ familiarem ducis Bauvariæ perfide interfecit: de qua perfidia corã principibus notatus fuit: & ideo rex filiam ſuam ſibi tradere denegavit. Poſtmodum brevi ſpatio temporis interjecto, cũ regnaret Otto, facinoroſus ille à Heinrico de Kalindin, præfato Marſcalco, ob vindictam domini ſui, glorioſe fuit interfectus in quadam grangia, non longe à Ratiſpona. Corpus vero regis primũ humatum fuit apud Babinberg. Sane poſtmodum cum Fridericus 11. Imperator regnũ accepiſſet, patrui ſui corpus noluit in Babinberg eſſe ſepultum, ſed fecit illud extumulatum in Spiram deferri, & de conſilio Heinrici de Sarphinbergi, Epiſcopi Spirẽſis, & Cancellarii imperialis aulę, ibidẽ ſepeliri cũ progenitoribus ſuis, & ob commemorationem tanti regis, canonicis Eccleſiæ Spiren. in augmentũ præbẽdarum ſuarum contulit Eccleſiam in Ezilingen cum pertinentiis ſuis.

Filia regis: filio fratris Papa in uxorem danda.

Spira.

Northuſen.

Kutilinberg.

Otto filiam Philippi uxorem accipiat.

Otto Palatinus de Witelſpach occiſor Philippi.

Vide Alb Krantz. fuſe hoc latrocinium enarantem lib. 7. cap. 28.

Mordo ad eſt, latrocinio.

Heinricus de Kalidin, occidit Ottonem.

Philippus Spiram defertur.

Eſſelinga datur Canonicis Spiren.

Hunc Philippũ volunt Romani, maximeq; qui de curia ſunt, ſcribere in catalogo Imperatorũ, ſed ducẽ Sueviæ eũ deſcribunt. Licet conſtet ex prædictis, quod potenter regnaturus fuiſſet, ſicut & alii de parentela ejuſdem, ſi non impediſſet mors.

Philippi dotes.

Erat autem Philippus animo lenis, mente mitis, eloquio affabilis, erga homines benignus, largus ſatis & diſcretus, debilis quidẽ corpore, ſed ſatis virilis, inquantũ confidere poterat de viribus ſuorũ, facie veuſta & decora, capillo flavo, ſtatura mediocri, magis tenui quã groſſa. Hic cũ nũ haberet pecunias, quibus ſalaria ſive ſolda præberet militibus, primus cœpit diſtrahere prædia, quæ pater ſuus Fridericus Imperator latè acquiſierat in Alemannia: ita, ut cuilibet Baroni, ſive miniſteriali villas, ſeu prædia ruſticana, vel Eccleſias ſibi contiguas obligaret. Sicq; factũ eſt, ut nihil ſibi remaneret præter inane nomen dominii terræ, & civitates ſeu villas, in quibus fora habentur, & pauca caſtella terræ. Ea tempeſtate, idem Philippus Eccleſiam Urſpergenſem obligavit titulo pignoris, nobili viro Bertholdo de Nifẽ & filio ejus Heinrico, quã poſtea Præpoſitus, qui tunc fuit, & fratres de poteſtate eorundem tyrannorum liberaverunt, cũ tantam cæpiſſent ibidẽ exercere tyrannidẽ, ut nequaquã poſſet Eccleſia cõvẽtualis exiſtere. Pro liberatione vero ſolverunt 200. marcas argẽti. Hic modus obligationis & ſolutionis Eccleſiarum, maxime Ciſtercienſis & Præmonſtratienſis ordinis hactenus inuſitatus fuit. & libertatibus privilegiorũ ipſorũ valde contrarius. Cum conſtet, quod priores Imperatores nullũ tale jus ſibi vendicabant in Eccleſiis prædictorũ ordinũ. Occaſio autẽ hujus rei dicitur fuiſſe, & narratur, quodolim præſidẽte Grimone præpoſito in eccleſia Urſpergenſi, regnãte Cunrado rege, & ſibi ſuccedẽte nepote ſuo imperatore Friderico, propter reverentiam & autoritatem præfati Grimonis, ipſi imperatores nihil hujuſmodi juris præſumpſerunt ſibi

Solda.

Philippus primus ob ligat prædia & Eccleſias.

Eccleſia Vrſpergenſis obligata.

Obligatio Eccleſiarum.

Grimon præpoſitus Vrſpergenſis.

Digitized by Google

vendicare, præterquàm illud quod pertinet ad dominium totius terræ, ut ſub protectione ſua eas ſuſciperent, & privilegiis ſuis munirent, & fideliter defenderent. Contigit aũt quod mortuo prædicto Grimone, canonici Urſpergenſes elegerunt ſibi in rectorem quendam de fratribus ſuis hominem nullius intelligentiæ aut valentiæ, & adeo heberis eloquentiæ, ut nec verbum de ore ipſius, niſi cum difficultate poſſet intelligi. Cumq; talis prælatus coram inclytæ recordationis imperatore Friderico comparuiſſet, ipſe cum tota curia ſprevit eundem, odioq; ſui, nobili viro Degenhardo de Hellinſteyn, procuratori ſuo per omnia regalia prædia Sueviæ injunxit, quatenus perſonaliter accederet ad eccleſiam Urſpergenſem, & de voluntate fratrum in prædiis ipſorum ſtatueret extra abbatiam, & gragias ſtatutis apponeret, annuum quod ſibi pro advocatia & defenſione ſolveretur ut videlicet quilibet manſus ruſticanorum prædiorum ſolveret maltare unum avenæ, ut officiales ſui equis ipſorum ex hoc haberent annonam, & ipſa eccleſia ſine præjudicio omnis gravaminis, imperialem haberet defenſionem. Hinc nacta occaſione, cum præfati tyrannide Niſen tantillam penſionem ab imperatoribus petere viderentur, ipſam eccleſiam omnino ſubegerunt, & deſtruere ſtuduerunt. Cæterum Deus ultionum Dominus in primum hujus ſceleris autorem, præfatum videlicet Philippum, vindictam exercuit, ut ſub gladio tyranni caderet, qui primus eccleſias in poteſtatem tyrannorum contradidit.

Canonici Vrſpergenſes.

Degenhardus de Hellinſteyn.

Manſus, Maltave.

Niſen.

ANNI PHILIPPI, BARBAROSSÆ FILII.

ANno domini mill. 199. ab urbe condita mill. 953. Philippus 93. loco ab Auguſto regnum accepit. Regnavit autem annis 10. multa ſuſtinens bella, & perfidias multorum. Eodem anno ſuper Moſellam Ottonem fugavit & ſuos, cæterum ſedem regni non obtinuit. Eodem anno Celeſtinus papa menſe Februario obiit: & Innocentius 3. qui prius vocabatur Lotharius, papatum accepit. Sedit annos 18. menſes 4. Anno domini mill. 200. Philippus Alſatiam vaſtavit, & quaſdam munitiones expugnavit. Anno domini mill. 201. Philippus Argentinam obſedit, & eã in poteſtatem accepit. Anno domini mill 202. Ego præsbyteratum accepi à venerabili epiſcopo Conſtantiæ Diethalmo. Anno domini mill. 203. Philippus Thuringiam vaſtavit, & Lantgravium in deditionem accepit. Anno Domini mill. 204. Anno domini mill. 205. Philippus cum exercitu in partes Coloniæ advenit, ubi quàmplures fautores acquiſivit, & ab epiſcopo Adulfo coronam Aquiſgrani accepit. His temporibus Cunradus Herbipolenſis epiſcopus imperialis aulæ cancellarius, qui de Hildensheym illuc translatus fuerat, impiorum gladiis occiſus occubuit, videlicet quorundam miniſterialium de caſtro apud Herbipolim, quod vocabatur Ravensburg, quod tamen poſtmodum à civibus Herbipolenſibus eſt deſtructum, illi quoq; homines nefarii de terra ſunt expulſi. Huic in officio cancellarii ſucceſſit epiſcopus Ahiſtetenſis, frater comitis de Tollenſteyn, quo tamen in brevi ab eo officio pulſo, epiſcopo Ratiſponenſi illud eſt collatum. Eodem anno ego ad religionem veni.

Philippus Alſatiam vaſtat.

EGO, Autor Chronica, Anno M. CC II.

Conradus Herbipolenſis epiſcopus occiſus.

Anno domini mill. ducenteſimo ſexto, Legati in Alemanniam adveniunt. His etiam temporibus Conſtantinopolis expugnatur. Anno domini milleſimo ducenteſimo ſeptimo, Ego ad ordinẽ Præmonſtratenſem veni. Anno domini milleſimo ducenteſimo octavo, Eccliſis ſolis facta eſt, menſe Februario, hora diei nona. Eodem anno Philippus in Babenberc occiditur, menſe Junio.

HISTORIA OTTONIS, QUARTI.

ANno domini mill. 209. ab urbe condita milleſimo 963. Otto hujus nominis 4. ex parte patris de Suevia & Saxonia, ex parte vero matris de Anglia, ubiq; nobiliſſima ſtirpe progenitus, 94. loco ab Auguſto regnum accepit, & regnavit annis 4. & à regno pellitur, quod propter ipſius ſuperbiam præcipue contigiſſe creditur. Primum ſiquidẽ in Franckenfurt adveniens, conſenſum principum accepit. Veniuntq; ad eum præfati legati, Hugelinus & Leo.

Otto quartus 25. Germanorum imperator.

Otto propter ſuperbiam à regno pellitur.

Eo tempore Sifridus Auguſtenſis epiſcopus muros caſtri in Suuabecke dejecit & ipſum caſtrum deſtruxit, propter inſolentias quas urbani in prædiis eccleſiæ ſuæ in Menchingin & alibi conſueverant exercere. Unde ipſe poſtmodum ſemper timuit imperatorẽ, & quia ſuos veros dominos plus dilexit: erat n. miniſterialis Philippi de Rechberc oriundus. Heinricus vero de Scharphinberc Spirẽſis epiſcopus, qui fuerat protonotarius in curia Philippi, in poteſtate habebat in caſtro Trivels coronam & crucem, & inſignia regalia, quæ nec etiam reſtituere voluit, niſi fieret cancellarius imperialis aulæ: quod & factum eſt, perduravitq; in eo officio uſq; ad finem vitæ ſuæ, cum tamen poſtmodũ habuiſſet duos epiſcopatus, Metenſem, & Spirenſem. Timens aũt Otto, quod miniſteriales ſpectantes ad Philippum, non facile ſuo ſubderentur imperio, ſe ad ſuos nativos dominos rediret, filiam Philippi tanquam dominã omnium rerum quæ ad generationem illam ſpectabant, accepit uxorem. Tunc itaq; rex peragratis partibus Rheni, advenit in Sueviam: cœpit autem prædonibus & facinoroſis terrorem incutere, & judicia ſuper eos exercere, potius indignans ſuper eos per

Philippus de Rechberc, Henricus de Scarfenberg.

Otto Philippi filiã uxorem accepit.

ſuperbiam

ſuperbiam, quàm amans juſtitiam. Unde ẽt contra morem gentis comites ſeu batones vel principes adſe venientes, rebus & verbis inhoneſtavit. Feuda quoq; quæ Philippus habuerat ab eccleſiaſticis principibus, etiam contra voluntatem illorum obtinere voluit; & tam ipſos, quàm eccleſias opprimere cœpit, ſimulans zelum juſtitiæ, cum potius ageret ſuperbe. Unde à pauperibus & monachis & clericis tanquã defenſor collaudabatur juſtitiæ, ſed Deus aliud reſpexit in corde. Habebat aũt famulos ſuos de Saxonia & Anglia, ſeu clericos, ſeu laicos, quibus omnia beneficia quæ contigit vacare, ſtuduit conferre. Fuerat aũt conſuetudo principum, ut hilariter & prompte beneficia ſeu eccleſias conferrent primis petentibus, quod iſte nequaquã facere voluit. Cumq; veniſſet Auguſtam eodem anno in nativitate Domini, multiq; & principes & milites convenissent ad curiã, præcepit Imperator Marſcalco de Callindin, & militibus ſuis, quatenus malefactores inveſtigarent & ſibi eos exhiberent in judicio. Unde quamplurimi milites in nocte fugerunt: comes quoq; de Grafisbach violenter ante imperatorem attractus eſt, & cappa qua indutus erat, turpiter laniata. Unde timor ipſius cecidit ſuper barones & milites. Hi nanq; in Alemannia pleriq; ſolent eſſe prædones. Favorem vero maximũ à popularibus & clauſtralibus acquiſivit. Inde itaq; progrediens terras peragravit, accipiens eas in poteſtatẽ, & exercitũ congregavit, quatenus veniret Romã coronãdus. Eo anno tempore vernali & æſtivo, expediens ſe imperator, & proficiſcens circa feſtũ ſancti Michaelis, Romæ coronatur ab Innocentio papa 3. Cumq; exercitus imperatoris maneret extra civitatem, quidam milites & alii laſcivientes gratia ſpectandi decreverunt venire in civitatem, cum quibus erat ẽt dominus Sifridus Auguſtenſis episcopus. Aſt occaſione, neſcio qua, nacta, cives inſurrexerunt contra illos, interfectiq; ſunt quidã miniſteriales nobiles de Auguſtenſi dioceſi, & plurimi vulnerati. Henricus quoq; de Bobingen miniſterialis vulneratus domũ quidẽ rediit, ſed poſt in brevi vitã finivit: & curias quaſdã in loco qui dicitur ſuper Egge, eccleſiæ noſtræ contradidit, imperator itaq; coronatus, dimiſit exercitũ: & ipſe cũ paucis in Italia permanſit: accipiens terram in poteſtatem. Inſignia quoq; imperialia apud Mediolanum cõmiſit, unde magnum favorem à Mediolanenſib. acquiſivit. Inde peragratis partibus Tuſciæ & Marchiæ contra juramentum quod fecerat domino papæ, manu hoſtili cœpit invadere terras ſancti Petri, ad eccleſiam Romanam pertinentes. Præterea juramenta quæ fecerat de reformanda pace cum Philippo rege Franciæ, & Friderico rege Siciliæ, ut ſuper his ſtaret mandatis domini papæ, quatenus eccleſia tota non perturbaretur, omnino reſpuit obſervare. Quinimmo manu hoſtili Apuliam intravit & multas civitates ad regem Siciliæ pertinentes, in ſuã poteſtatẽ redegit, & principatũ Capuæ cũ palatio ejuſdẽ civitatis accepit, & in eodẽ permanere cœpit. Cumq; ſuper his ad reſpiciendũ frequenter admonitus à papa fuiſſet, tandẽ contumax & rebellis exiſtens, ab eo fuit excommunicatus, & ubiq; denunciatus.

Otto præcipit malefactores inveſtigari & iudices ſiſti.

Prædones Alemanniæ.

Otto coronatur ab Innocentio tertio.

Otto invadit terras ſancti Petri.

Otto excommunicatur à papa.

Anno domini mill. 210. Otto excommunicatus denunciatur. Tunc principes Alemanniæ, rex videlicet Bohemiæ, dux Auſtriæ, dux Bavariæ, & Lantgravius Thuringiæ, & alii quamplures convenientes, Fridericum regem Siciliæ elegerunt in imperatorem coronandum, cui etiam olim cum adhuc in cunis eſſet, juraverant fidelitatem.

Fridericus ſecundus eligitur in imp. Hic πολυγλώττως dictus novit enim Latine, Teutonice, Græce, Sarracenice.

Nuncios itaq; acquirunt, qui hanc ſuam electionem tam in civitate Romana, quàm apud præfatum Fridericum regem Siciliæ promoveant, & ipſum in Alemanniam perducant. Mittitur in hac legatione nobilis vir Heinricus de Niſen. & Anshelmus de Juſtingen, vir ingenuus: promittunturq; eis pro expenſis & itinere, quindecies centenæ marcæ, de redditibus imperii ſolvendæ. Cumque hi ſimul uſq; Veronã perveniſſent, præfatus Heinricus remanſit ibidẽ, quatenus favorẽ Lombardorũ acquireret præfato regi, & præcipue Veronenſium. Dictus vero Anshelmus magno labore & periculis plurimis Romam uſq; pervenit, ibiq; conſilio & interventu domini papæ obtinuit, ut à civibus & populo Romano Fridericus imperator collaudaretur, & de ipſo factã electionẽ papa confirmavit. Tunc itaq; præfatus Anthelmus progreſſus venit ad ſæpedictum Fridericum regẽ Siciliæ, vixq; obtinuit apud illum, ut iret in Alemanniã. Uxor nanq; ipſius, filia regis Aragonenſis, quã prius uxorẽ habuerat rex Ungariæ, plurimũ ſtuduit eũ revocare ne iret. Similiter & multi potentes Siciliæ timentes evenire ſibi periculum propter fraudẽ Alemannorũ. Aſt ipſe cum parvulũ jam ex conjuge haberet filiũ, Heinricum videlicet poſtmodum regem factum, relictis uxore & filio & terra, viriliter iter arripuit ad accipiendum imperium. & primo Romam applicuit, ubi accepto favore & conſilio domini papæ Januam pervenit. Hujus itaq; civitatis cives iter ſibi parant ſecurum: timebant enim incurſus Mediolanenſium. & ipſum Papiam uſq; perducunt. Tunc Papienſes & Cremonenſes coadunati, uſq; in vallem Tridentinam ipſum conducunt.

Legati qui addocant electum.

Anshelmus.

Fridericus venit Romam.

Anno domini mill. 211. Otto in Apulia quaſdã civitates accepit, & Capuã pervenit, ubi & hiemavit. Eo tempore cum veniſſemus ad curiã Romanã, vidimus ibidem virum religioſum, abbatẽ de Morimunt, qui à feſto ſancti Michaelis, ſicut ipſe aſſerebat, uſq; ad quadrageſimam, quinq; vicibus tranſierat à Roma uſq; Capuam, juſſu domini papæ, quatenus pacem reformaret inter papã & imperatorẽ. Cæterum imperator Otto nulla ratione flecti potuit, quin vellet expellere de terra præfatum Fridericũ regẽ Siciliæ & de Philippo rege Franciæ ultionem quærere, eò quod terras avunculi ſui regis Angliæ, videlicet, Normaniã, & alias quaſdã ſubegiſſet, & contra ipſum quædam

Otto hiemat in Apulia.

Studium papæ ut Ottonem & Fridericum concordet.

verba

verba temere protuliſſet. Sane ne tanta turbatio fieret in eccleſiis & populo Chriſtiano, voluit dominus papa ſuſtinere omne dānū quod ſibi imperator in terris eccleſiæ Romanæ intuliſſet aut inferret. Hanc formā cōpoſitionis cū recuſaſſet imperator admittere, dominus papa tanq̄ vir animoſus, & confidens in Domino, tria ardua negotia ſimul explere diſpoſuit: quæ deſcribemus in ſequentib.

Tria ardua negotia pape.
1. Depoſitio Ottonis.
2. Profectio Hieroſol.
3. Concilium.

Anno domini mill. 212. Laboravit papa ſuper depoſitione Ottonis imperatoris, quod fuit arduū negotium. Secundo tranſmiſit literas per omnem Chriſtianitatem pro ſucceſſu terræ Hieroſolymitanæ, quarum exemplar hic ſubjiciemus. Tertio pro coadunando generāli concilio, literas per orbem tranſmiſit. Sed iſtarū exemplar ponemus. Delatæ fuerunt iſtæ literæ, anno domini mill. 213. tempore Paſchali. Quarum exemplaria ſunt hæc.

BULLA INNOCENTII III AD CHRISTIANOS, *pro reparando terra ſancta.*

INnocentius papa tertius omni populo Chriſtiano. Quoniā major nunc inſtat neceſſitas, quàm unquā inſtiterit, ut terræ ſanctæ neceſſitatibus ſuccurratur, & de ſucceſſu ſperatur, major quàm unquam provenerit utilitas, proventura. Ecce reſumpto clamore clamamus ad vos, & pro illo clamamus, qui voce clamavit in cruce ſpiritum emittendo, factus obediens Deo patri uſq; ad mortem crucis, ut nos ab æternæ mortis eriperet cruciatu, qui clamat etiam per ſeipſum dicens: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum &c. Ac ſi diceret manifeſtius: Qui vult me ſubſequi ad coronam, me quoq; ſubſequatur ad pugnam, quæ ad probationem proponitur univerſis. Poterat enim Deus terram illam omnino defendere, ne in manus traderetur hoſtiles: poſſet & illam ſi vellet de manu hoſtium facile liberare, cum nihil poſſit ejus reſiſtere voluntati. Sed cum jam ſuperbundaſſet iniquitas, refrigeſcente charitate multorum, ut fideles ſuas à ſomno mortis excitaret, & ad vitæ ſtudium agonem illis propoſuit, in quo fidem illorum velut aurum in fornace probaret, occaſionem ſalutis, immo cauſam ſalvationis præſtando, ut qui fideliter pro ipſo certaverint, ab ipſo fœliciter coronentur: & qui noluerint, in tantæ neceſſitatis articulo de. itæ ſervitutis impendere famulatum, in noviſſimo diſtricti examinis die, juſtæ mereantur damnationis ſententiam ſuſtinere. O quanta jam prevenit utilitas ex hac cauſa? quàm multi converſi ad pœnitentiam pro liberatione terræ ſanctæ, mancipaverunt ſe obſequio crucifixi, & quaſi per agonem coronam glorioſæ ſunt adepti, qui forte in ſuis iniquitatibus periiſſent, carnalib us voluptatibus, & mundanis illecebris irretiti. Vetus eſt hoc artificium Jeſu Chriſti, quod ad ſuorum ſalutem fidelū diebus iſtis dignatus eſt innovare. Si .n. aliquis rex temporalis à ſuis hoſtibus ejiceretur de regno, niſi vaſalli ejus pro eo non ſolum res exponerent, ſed perſonas, nonne cū regnū recuperaret amiſſū, eos velut infideles damnaret, & excogitaret eos in excogitata tormenta, quibus perderet male malos. Sic & rex regū Dominus Jeſus Chriſtus, qui corpus nobis & animam contu lit, de ingratitudinis vitio, & infidelitatis crimine vos damnabit, ſi ei quaſi ejecto de regno, quod precio ſui ſanguinis comparavit, neglexeritis ſubvenire. Sciat ergo ſe culpabiliter durum, & dure culpabilem, quicunq; in hoc neceſſitatis articulo ſuū negaverit obſequium redemptori. Nam ſi quis ſibi vel modicū quid hæreditatis paternæ ſentiret dure ablatū, mox ſecundū morem mundanum totis viribus laboraret, ut ſuam vindicaret injuriam, & violentiam propulſaret, nec rebus parceret, nec perſonis, donec ex toto recuperaret amiſſum. Quomodo ergo poterit excuſari, qui nec mediocriter laborare ſtuduerit, pro punienda ſui redemptoris offenſa, & ejus injuria ulciſcenda, dum parcendo rebus & perſonis, impedit ne locus recuperetur paſſionis & reſurrectionis dominicæ, in quo Deus rex noſter ante ſecula ſalutē in medio terræ dignatus eſt operari? Quomodo etiam ſecundū præceptum divinum diligit proximum ſuum ſicut ſeipſum? ſicut ſcriptum eſt: Qui ſciens fratres ſuos fide ac nomine Chriſtianos, apud perfidos Sarracenos ergaſtulo carceris detineri, ac jugo deprimi ſervitutis, & ad liberationem eorum efficaciter operā non impendit, illius naturalis legis mandatū tranſgrediens, quod Dominus in Evangelio declaravit: Quæcunq; vultis ut faciant vobis homines & vos eadē facita illis. An forte neſcitis, quod apud illos multa millia Chriſtianorū in ſervitute ac carcere detinentur, qui tormentis innumeris cruciantur? Equidem oēs fere Sarracenorum provincias uſq; poſt tempora beati Gregorii Chriſtiani populi poſſederunt. Sed ex tunc quidā filius perditionis pſeudopropheta ſurrexit, qui per ſeculares illecebras, & voluptates carnales, multos à veritate ſeduxit, cujus perfidia & ſi uſq; ad hæc tempora convaluerit, confidimus tamen in Domino, qui fecit jā nobiſcum ſignū, quod numerus hujus beſtiæ, quæ ſecundum Apoc. Johannis infra 666. clauditur, in proximo finietur per operationē ſpiritus ſeptiformis, qui charitatis igne corda fidelū hactenus frigeſcentia, reaccendet. Certe propter priores injurias grandes & graves redemptori noſtro, pro noſtris offenſis à perfidis Sarracenis illatas, nuper in monte Thabor, ubi diſcipulis futuræ glorificationis ſpeciem demonſtravit, iidem perfidi Sarraceni quandā munitionis arcem, in confuſionē Chriſtiani nominis erexerunt, per quam civitatē Aconſibi valde vicinam, de facili cogitant occupare, ac deinde ſine omni contradictionis obſtaculo, reſiduum hujus terræ invadere, cum ſit viribus & opibus deſtituta. Ea propter dulciſſimi filii, diſſenſiones & æmulationes fraternas in pacem

Homine Chriſti exhortatur.

Comparatio terreni regis.

Ad præcepto charitis in proximum.

Arx Sarracenorum in monte Thabor.

Hortatur ad unitatem.

Digitized by Google

in pacem dilectionis fœdera commutantes, accingimini ad obsequium crucifixi, non dubitantes pro illo, & personas, & res exponere, qui pro nobis animam suam posuit, & sanguinem suum fudit, certi pariter & securi, quod si vere pœnitentes fuerit is, per hunc temporalem laborem: quasi quodam compendio, ad requiem pervenietis æternam. Nos enim de Dei omnipotentis misericordia & autoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli cõfisi, ex illa quam nobis Deus licet indignis, ligandi atque solvendi potestatem tradidit, omnibus, qui laborem istum in propriis personis subierint, & expensis, plenam suorum peccatorum, si cordis, & oris egerint pœnitentiam, veniam indulgemus, & in retributione justorum salutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem qui non in propriis personis illud accesserint, sed in suis tantum expensis, juxta facultatẽ & qualitatem suam, viros idoneos destinarint, & illis similiter, qui, licet in alienis expensis, in propriis tamen personis assumptæ, peregrinationis laborem impenderint, plenam concedimus suorum veniam peccatorum. Hujus quoque remissionis volumus esse particeps, juxta qualitatẽ subsidii, & devotionis affectum, omnes qui ad subventionem ipsius terræ, de bonis suis congrue ministrabunt. Personas quoque ipsorum, & bona, ex quo crucem susceperint, sub beati Petri, & nostra suscipimus protectione, nec non & Archiepiscoporum, & omniũ prælatorum, Ecclesiæ Dei, defensione consistant, statuentes, ut donec de ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, integra permaneant, & quieta consistant. Quod si quisquam contra præsumpserit, per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compescatur. Si qui vero proficiscentium illuc ad præstandas usuras juramento tenentur astricti, creditores eorum per Ecclesiarum prælatos, ut remittant eis præstitum juramentum, & ab usurarum exactione desistant, eadem præcipimus districtione compelli. Quod si quisquam creditorum eos ad solutionẽ coegerit usurarum, eum ad restitutionem earum simili cogi animadversione mandamus.

Petit subsidium à spiritualibus & prophanis.

Judæos quoque ad remittendum eis usuras, per sæcularem compelli præcipimus potestatem, & donec illas remiserint ab universis Christi fidelibus, tam in mercimoniis quam in aliis, per excommunicationis sententiam, eis omnimodo communio denegetur.

Ut autem terræ sanctæ subsidium divisum in plurimos facilius impendatur, obsecramus omnes & singulos per patrem, & filium & spiritum sanctum, unum solum verum, unum æternum Deum, postulantes vice Christi pro Christo, ab Archiepiscopis, Episcopis Abbatibus & Prioribus, & tam cathedralium quam Ecclesiarum conventualium capitulis, & clericis universis, nec non civitatibus, villis, & oppidis competentem numerum bellatorum, cum expensis ad triennium necessariis, secundum proprias facultates, & si ad hoc unum quodlibet non sufficerit, plura conjungantur in unum, quia personæ non deerunt, si expensæ non desint. Similiter à Regibus, & Principibus, & Comitibus, & Baronibus, aliisq; magnatibus, qui forsitan per seipsos personaliter non accesserunt ad obsequium crucifixi. Ne autem aliis onera gravia & importabilia imponere videamur, quæ digito nostro movere nolimus, protestamur coram Deo, quia quod ab aliis exigimus faciendum, hoc ipsi prompto animo faciemus.

Clericis autem ad hoc negotium necessariis & idoneis indulgemus, ut omni cõtradictione cessante, beneficiorum suorum proventus, propter hoc valeant usque ad triennium obligare. Quia verò subsidium terræ sanctæ multum impediri, vel retardari contingeret, si ante susceptum crucis, examinari quemlibet oportere, tan esset idoneus & sufficiens ad hoc votum personaliter prosequendum, quicunque voluerunt, indifferenter accipiant signum crucis, ita quod cum urgens necessitas, aut evidens utilitas postulaverit, votum ipsum de Apostolico posit mandato commutari, aut redimi, vel differri.

De processionibus immensæ quietis.

Verum cum longe plus de divina clementia, quàm de humana potentia confidere debeamus oportet in tali conflictu, non tam corporalibus armis, quàm spiritualibus dimicare. Ideoque statuimus & mandamus, ut singulis mẽsibus fiat generalis processio seorsum virorum ac mulierum in humilitate mentis & corporis, cum devota orationum instantia, postulatium, ut misericors Deus hoc à nobis auferat opprobrium confusionis, liberando terram illam, in qua universa nostræ redemptionis Sacramenta peregit, de manibus Paganorum, & restituendo eam, ad laudem & gloriam nominis sui, populo Christiano. Ubi semper cum diligenti exhortatione verbum crucis populo proponatur. Orationi vero jejunium & eleemosyna conjungatur, ut his quasi alis facilius & celerius ipsa volet oratio ad piissima, aures Dei, qui nos clementer exaudiat in tempore opportuno. In singulis quoq; diebus intra missarum solennia, post pacis osculum, cum jam pro peccatis mundi offerenda sit hostia salutaris, omnes tàm viri, quàm mulieres humiliter prosternantur in terram, & à clericis Psalmus iste: Deus venerunt gẽtes, cantetur alta voce. Quo cum hoc versu finito: Exurgat Deus, & sacerdos qui celebrat, orationem istam alta voce super altare decantet: Deus qui admirabili. In illis autem Ecclesiis, in quibus convenit processio generalis, truncus statuatur concavus tribus clavibus consignatus, una penes honestum presbyterũm, alia apud laicũ devotum, terũ penes aliquem regularem fideliter cõservandis, in quo viri & mulieres eleemosynas ponãt, in terræ sanctæ subsidium convertendas, secundum dispositionem eorum, quibus fuerit hæc solli-

Vexillum Crucis prædicatur.

De Truncis.

citudo commissa. Porrò super processu & tranſitu modesto, & ordinato, congruo loco & tempore faciendo, nondum oportet aliquid diffinire, donec exercitus Domini cruce signetur. Sed tunc pensatis undiq; circumstantiis, quæcunq; viderimus opportuna, de prudentiũ virorũ cõsilio statuemus.

Ad hæc ergo exequenda, dilectum filium nostrum destinamus, qui ascitis sibi ad consilium & auxilium, viris providis & honestis, autoritate nostra statuat & disponat quæcunque ad hoc negotium promovendum viderit expedire, faciens quæ statuerit, singulis dioc esibus per viros idoneos, ad hoc specialiter deputatos, fideliter ac sollicite procurari. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus, & obsecramus in Domino, per Apostolica scripta mandantes, & in virtute Spiritus sancti injungentes, qua ei pro Christo legatione fungenti, tales vos exhibere curetis, quod per vos, & in vobis fructum faciat exoptatũ. Idem Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis, Abbatibus & Prioribus, Decanis & Archidiaconis per Teutonicas provincias constitutis.

Vinea Domini deuoluitur à multiformibus bestiis.

Vineam Domini sabaoth, multiformes satagũt bestiæ demoliri. Quarum incursus adeo invalescit cõtra ipsam, ut ex parte nõ modica, pro vitibus spinæ succreverint, & quod gemẽtes referimus, ipsa jam vites proferat, pro uva labruscã, infectæ multipliciter & corruptæ. Illius ergo testimonii invocamus, qui testis est in cœlo fidelis, quod inter omnia desiderabilia cordis nostri duo in hoc seculo principaliter affectam, ut ad recuperationẽ videlicet terræ sanctæ, ac reformationẽ universalis Ecclesiæ valeamus intendere cum effectu. Quorum utrumq; tantã requirit provisionis instantiam, ut absq; gravi & grandi periculo, ultra dissimulari nequeat vel differri. Unde supplicationes & lacrymas effundimus, coram Deo, humiliter obsecrantes, quatenus super his suum nobis beneplacitum revelaret, inspiraret affectum, accenderet desiderium, & propositum confirmaret, facultatem & opportunitatem præstando, ad ea salubriter exequendã. Qui propter habito super his cũ fratribus nostris, & aliis viris prudentibus, frequẽti & diligenti tractatu, prout rãta sollicitudo exigebat, hinc tandem ad exequenda prædicta de ipsorũ consilio providimus faciendum. Ut quia hæc universorum fidelium cõmunem statum respiciunt, generale cõcilii juxta priscam consuetudinẽ sanctorũ Patrum convocemus, propter lucra solum animarum, oportuno tempore celebrandum. In quo ad extirpandũ vitia, & plantandas virtutes, corrigendos excessus, & reformandos mores, eliminandas hæreses, & roborandã fidem, sopiendas discordias, & stabiliendã pacem, comprimẽdas oppressiones, libertatem fovendam, inducendos Principes & populos Christianos ad succursum & subsidium sanctæ terræ, tam à clericis quam à laicis impendendum, cum cæteris, quæ perlongũ esset per singula enumerare, provide statuantur inviolabiliter observanda. Circa prælatos & subditos regulares, quæcunq; de ipsius approbatione Concilii visa fuerint expedire, ad laudem & gloriam nominis ejus, ad remedium & salutẽ animarũ vestrarum, ac profectum & utilitatem populi Christiani. Quia vero ante biennium universale non posset concilium cõmode celebrari, disposuimus interim per viros prudẽtes in singulis provinciis plenius explorare, quæ Apostolicæ provisionis limam exposcant, & præmittere viros idoneos ad terræ sanctæ negotium procurandum, ut si exigente necessitate sacrum cõcilium approbaverit, nos ipsum negotiũ personaliter assumamus efficacius promovendum. Credentes igitur hoc salutare propositum ab illo descendere, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum. Universitati vestræ Apostolica scripta præcipimus, quo vos taliter præparetis, quod à præsenti Dominicæ incarnationis 1213. anno usq; ad duos annos & dimidium, præfixis vobis pro termino kal. Novemb. ad sedem Apostolicam accedatis cum modestia & cautela, ita quod in vestra provincia, si necessitas postulaverit, duo vel tres de suffraganeis Episcopis valeant remanere, pro Christianitatis ministerio exequendis, & tam illi quam alii, qui canonica præpeditione detenti, venire nequeunt, idoneos pro se dirigãt responsales, personarum & evectionum mediocritate servata, quam Lateranense Concilii definivit, ut nullus omnino plures aut pauciores secum adducere possit. Nec quisquam faciat superfluas & pomposas, sed necessarias tantum & moderatas expensas, ostendendo se actu & habitu verum Christi cultorem, cum non sæcularis applausus, sed spiritualis profectus in hoc negotio sit requirendus. Interim autem per vosipsos, & per alios viros prudentes, universa subtiliter inquiratis, quæ studio correctionis aut reformationis indigere videntur, & ea fideliter conscribentes, ad sacri concilii præfati examen, erga subventionẽ terræ sanctæ necessaria, ubi Deus noster rex ante sæcula salutẽ in medio terræ operari dignatus est, opem & operam efficaciter impensuri, assistendo fideliter & prudenter, his, quos ad negocium duxerimus specialiter procurãdum destinare. Nullus itaq; fallaciter se excusando ab executione tam sancti operis subtrahat, si Canonicam vult effugere ultionem. Nemo dissensionum obstacula, vel itinerum impedimenta causetur, quæ Domino faciente signum in bonum, ex magna jam parte cessare cœperunt. Nam & quanto majora imminent pericula, tanto potiora remedia cõvenit adhiberi. Nunquã enim navigabit per æquora, qui semper expectat, ut mare non exciteat in se fluctus. Propter hæc autem ad vos dilectum filium N. cum jussione Apostolica destinamus, quẽ habeatis pro nostra reverentia commendatum. *Eodem modo fere scribetur Regibus & Principibus, nisi quod fluctus, postea ponitur hæc clausula.* Cæterum ergo deceat & expediat, ut tua regalis sublimitas ad synodum tam solennem nuncios dirigat ipsa les, serenitatem tuam monemus & exhortamur in

Generale concilii

Domino

Domino, quatenus viros idoneos vita comite, præscripto termino dirigere non postponas, per quos tuæ nobis aperias beneplacitum voluntatis, quia quantum poterimus cum honestate, ad tuũ libenter & efficaciter intendemus commodum & honorem. Hæc ultima clausula, Quia quantum &c. apponitur domino meo regi Arragon. & regi Francorum.

Eo tempore, mũdo jam senescente, exortæ sunt duæ religiones in Ecclesia, cujus ut aquilæ renovatur juventus, quæ etiam à sede Apostolica sunt confirmatæ, videlicet Minorum fratrũ, & Prædicatorum. Quæ forte hac occasione sunt approbatæ, quia olim duæ sectæ in Italia exortæ, adhuc perdurant, quorum alii humiliatos, alii pauperes de Lugduno se nominabant, Quos Lucius Papa quondam inter hæreticos scribebat, eo quod superstitiosa dogmata, & observationes in eis reperirentur. In occultis quoq; prædicationibus quas faciebãt, plerunq; in latibulis Ecclesię Dei, & sacerdotio derogabatur. Vidimus tunc temporis aliquos de numero eorum, qui dicebantur pauperes de Lugduno, apud sedem Apostolicã cũ magistro suo quodã, ut puto Bernhardo, & hi petebant sectam suam à sede Apostolica confirmari, & privilegiari. Sane ipsi dicentes se gerere vitã Apostolorum, nihil volentes possidere aut certum locum habere, circuibãt per vicos & castella. Ast dominus Papa quędam superstitiosa in conversatione ipsorũ eisdem objecit, videlicet quod calceos desuper pedem præcidebant, & quasi nudis pedibus ambulabant. Præterea cũ portarent quasdã cappas, quasi religionis, capillos capitis nõ attondebant nisi sicut Laici; hoc quoq; probrosum in eis videbatur, quòd viri & mulieres simul ambulabant in via, & plerunq; simul manebant in una domo, & de eis diceretur quòd quandoq; simul in lectulis accubabant. Quæ tamẽ omnia ipsi asserebãt ab Apostolis descendisse. Cæterũ dominus Papa in loco eorũ exurgẽtes quosdam alios, qui se appellabãt pauperes minores, confirmavit: qui prædicta superstitiosa & probrosa respuebant, sed præcise nudis pedibus tam æstate quã hieme ambulabant & neq; pecuniam nec quicquã aliud præter victũ accipiebant & si quando vestẽ necessariam quisquã ipsis sponte conferebat, nõ enim quicquã petebant ab aliquo. Hi tamen postea attendentes quòd nõnunquàm nimiæ humilitatis nomẽ gloriationem importet, & de nomine paupertatis cũ multi eam frustra sustineãt apud deum vanius inde gloriantur, maluerũt appellari minores fratres quàm minores pauperes, Apostolicæ sedi in omnibus obedientes. Alii, videlicet prædicatores, in locũ humiliatorum successisse credũtur. Humiliati quippe, nulla habita autoritate aut licentia Prælatorum mittentes falcem in messem alienam populis prędicabant, & vitam eorũ plerumq; regere satagebant, & confessiones audire, & ministeriis sacerdotum derogare. Quæ volens corrigere Papa ordinẽ prædicatorum instituit & confirmavit. Illi quippe rudes & illiterati cũ essent, operibus manuum instabant, & prædicabant, accipiẽtes necessaria à suis credentibus. Illi vero studio, & lectioni sacræ scripturę jugiter insistentes, tantum in scribendo libros opus faciebant: & eos diligentissime à magistris suis audiebant, ut cũ sagittis & arcu & omni armatura fortiũ possent ingredi, & stare pro defensione sanctæ matris Ecclesiæ: & ex adverso ascẽdere, & ponere se murum pro domo Israel, dum fidem roborãt, virtutes instruant, statuta Ecclesiæ docent & collaudant, vitia hominum & pravitates redarguunt & castigant. Nihilominus sedi Apostolicæ in omnibus obediunt, à qua autoritatem præcipuam trahunt.

Religio Minorum & Prædicatorum.

Pauperes de Lugduno.

Pauperes minores.

Minores fratres.

Humiliati.

Prædicatores.

Præscripto anno, videlicet 1212. Otto Imperator veniens in Alemanniam congregavit exercitum, & contra Langraviũ de Thuringia & alios jam rebelles effectos, toto tempore vernali & æstivo bellum movit. Interim Fridericus Imperator electus, cũ non posset directo itinere venire in Alemanniam, de valle Tridentina per asperrima loca alpium, & invia, & juga montiũ eminẽtissima, obliquãdo iter suũ, venit in Rhetiam Curiensem: ibiq; receptus ab Episcopo Curiense & Abbate sancti Galli & nobili viro Henrico de Sacco perductus est usq; civitatẽ Constantiam. Audito vero adventu ipsius, Otto Imperator interim venerat de Thuringia, volẽs cõprehendere aut interficere adversarium suũ, ipseq; manebat in oppido Vberlingen: sed à multis derelictus nõ poterat occurrere sæpe dicto Friderico ad pugnã. Unde factũ est ut auxilio Comitis de Quiburc & aliorũ, quibus ipse prædia imperii & paterna large distribuit, & obligavit usq; Basileam perveniret: ubi tũc Heinricus de Veringen Argentinensis Episcopus cum quingentis militibus sibi occurrit; quorũ, & aliorum fretus auxilio, per partes Rheni descendit, & civitates, terras, exceptis quibusdam castris paucis, in potestatem accepit. Otto vero nihilominus attentus, si posset resistere, ex altera parte Rheni descendit, venitq; ad quoddam castrum nomine Brisacum, quod in potestate sua habebat, ubi cum maneret, cives ejusdem castri, nescio qua occasione commoti, & ex fama rerum audaciores effecti, contra eum & suos insurrexerunt: ubi quidam vulnerati & interfecti sunt, ipseq; profugus effectus vix recessit ab eis. Qua fama divulgata, laboriose satis in Saxoniam rediit, & sic de regno pellitur: & Fridericus Aquisgrani coronatur. Ann. dom. 1213. præscriptæ epistolæ à domino Papa per orbem mittuntur. Ann. dom. 1214. Otto Imperator, adjuncto sibi rege Angliæ, & comite Flandrense, & comite Boloniæ, & aliis quamplurimis, coadunavit exercitum, ut pugnaret contra Philippum regem Franciæ, quẽ plurimum habebat culpabilem de omni suo labore. Quo circa rex Franciç omnẽ populum terræ suæ obviam sibi pergere præcepit ad pugnam. Habebatq; in exercitu suo quosdam milites strenuissimos, & ad pugnam exercitatissimos, quorum consilio regebatur. Exercitus autem uterq; quodam flumine interfluente dividebãtur, sicut quorundam religiosorũ virorum relatione

Otto cõtra Lantgravium de Thuringa bellum movet.

Rhetiã Curiensẽ.

Constantia.

Vberlingen.

Brisach.

Fridericus electus adquisgrani.

Bellum Ottonis cõtra Philippum regem Franciæ.

didicimus. Tunc prefati milites accedentes ad regem Franciæ, alloquebantur eum in hunc modum: Domine, nosti quã fortis sit in pugna Otto Imperator: habet quoq; auxilio suo viros in pugna probatissimos, videlicet comitem Flandriæ, & comitem Boloniæ, & alios quàmplures quos cognovimus. & tantam ipsorum esse ferocitatem, ut malint in bello cadere in mortẽ, quam de pugna turpiter fugere. Acquiesce igitur consilio nostro, ut non videas populũ tuum immani strage & cæde corruere. Quibus rex potestatẽ dedit, ut omnia secũdum voluntatẽ suam disponerent & acies ordinarent & pugnam inirent. Tunc illi accelerantes, ut prævenirent trans flumen exercitũ Ottonis, omnem populũ & collegium regis Franciæ per quendã pontẽ fluminis transvexerũt, & post transvectos pontem diruerunt. Factaq; ammonitione per exercitũ, ut fortiter starẽt pro animabus suis, cum nõ pateret eis locus fugæ, propter hostes exadverso & fluminis exuberantiam à tergo, disposuerunt acies ad pugnã, pedites ac populares sic disponendo, ut ab ipso loco pontis duas lineas stantes extenderent longe in campum, quolibet stante in latere alterius, & hastas suas & arma fortiter tenentes, nec de loco cedentes. Disposueruntq;, ut dum pugna intra ipsos dispositos quasi in formã triangulæ figuræ ex una parte aperturam habentis ageretur, ipsi posteriori parte hostiũ convenirẽt, & eos viriliter cæderent. Quo facto, inita est pugna à militib & equitibus utriq;. Tunc Franci quasi simulantes cessionẽ, hostes protrahũt usq; ad locum destinatum. Cumq; viderent se undiq; turmis concludi, fugam inierunt: ubi multis interfectis, & captivatis, & vulneratis, Franci victoriam obtinuerunt. Captiq; sunt comes Flandriæ, & comes Boloniæ, qui postmodum detenti in captivitate diuturna perierunt. Otto quoque Imperator & rex Angliæ, & alii quidam vix aufugerunt.

Franci vincunt.

Synodus Romæ sub Innocentio 3.

Anno ab incarnatione Verbi 1215. celebrata est sancta universalis synodus Romæ in Ecclesia Salvatoris, quæ Constantiniana vocatur, mense Novembri, præsidente domino Innocentio papa tertio, pontificatus ejus 18. anno. In qua fuerunt episcopi 412. Inter quos extiterunt de præcipuis patriarchis duo, videlicet, Cõstãtinopolitanus & Hierosolymitanus. Antiochenus autẽ gravi languore detentus, venire non potuit, sed misit pro se vicarium, Antheradensem episcopum. Alexandrinus vero sub Sarracenorũ dominio constitutus, fecit quod potuit, mittens pro se diaconũ suum Germanũ. Primates autem & metropolitani 71. Cæterum abbates & priores ultra octingentos. Archiepiscoporum vero & episcoporum, abbatum & priorum, & capitulorum absentium nõ fuit certus numerus comprehensus. Legatorum vero regis Siciliæ in Romanorum imperatorem electi, Imperatoris Constantinopolitani, regis Franciæ, regis Angliæ, regis Vngariæ, regis Hierosolymitani, regis Cypri, regis Arragoniæ, necnon & aliorũ principum & magnatum civitatũ, aliorumq; locorum ingens fuit multitudo. Eodem anno abbas electus fui, & translatus in Ursperg.

Electus abbas in Vrsperg translatus.

Anno dom. 1216. Innocentius papa obiit apud Perusium, 16 Kalend. Augusti, Pontificatus sui anno 19. Cui successit Honorius tertius, qui prius fuerat Centius nominatus. Fueratq; camerarius cardinalium, & pecunias ipsis collatas, inter eos fideliter & provide distribuebat. Sedit annis decem, mensis 8. Anno dom. 1217. Jam tepescere cœperũt prædicatores itineris Hierosolymitani, propter mortem Innocentii papæ. Sane episcopus Halberstatensis & magister C. de Marburc in inferioribus partibus, & magister Salomon Herbipolensis in superioribus adhuc insistebant huic negotio.

Honorius 3.

Profectio Hierosol. cepet.

Honorius quoq; papa in civitate Romana prædicabat & testificabatur in ipsa sua prædicatione, quod tẽpore sui sacerdotii recuperanda esset à Christianis civitas Hierosolyma: quod ex tali prodigio dicebat sibi constare: Quia cum olim fuisset procurator cujusdam cardinalis, Iacinctꝰ videlicet, qui postmodũ fuit Celestinus papa, contigit ut idem Iacinctus à Clemente papa mitteretur in legatione ad partes Hispaniarũ. Cumq; se præpararet ad iter, & non haberet pecunias, misit Honorium procuratorẽ suũ, qui tunc Centius dicebatur per civitatem Romanã, quatenus mutuo acciperet sibi pecunias pro expensis, & ad expediendũ iter necessarias. Cumq; apud plures requireret pecunias, contigit ut in quoda loco sibi soli eunti & sollicitanti occurreret quidam vir grandævus, reverendus & honorabilis in persona. Qui dum quæreret ab eo quare tam sollicitus & anxius ambularet per viam, causam itineris sui significavit eidem. Tunc ille respondit sibi, dicẽs: Revertere, quia dominus tuus tempore isto nõ ibit in Hispaniam. Cui Centius admirans respondit: Quomodo hoc pater bone poteris scire? Cui ille respondit: Ita scias hoc esse verum, sicum verum est quod papa morietur, & dominus tuus ei substituetur. Cumq; de hoc nulla spes haberetur ab ipso, aut ab aliis, respondit se hoc vix posse credere. Tunc vir ille rursus adjecit: Scias hoc ita esse verum, sicut verum est, quod hodie civitas Hierosolymitana à Sarracenis est capta, nec ab ipsis poterit liberari, usque ad tempora cui pontificatus Romani, & tunc liberabitur. His dictis, disparuit vir ille. Cumq; reversus fuisset domum, invenit quod dominus papa revocaverat legationem, & ipse papa nunciabatur infirmus. Æstimabatur à multis, quod vir ille fuisset beatus Petrus. Tali argumento, quia cõstabat, quod ex prædictis duo evenerant: Nam Clemens in brevi mortuus est, & Celestinus ei successit: Honorius quoque jam papa fuerat effectus, cum esset corpore infirmus ex senio & ultra modum debilis, affirmabat firmiter se credere civitatem sanctam in brevi esse recuperandam. Quo rumore plurimi Romanorum excitati, cruce sunt signati. Fama quoq; hujus rumoris per Alemanniam divulgata, multos ad sumendam crucem animavit.

Honorii tunc Centii dicti, visio.

Eodem anno tempore autumnali, hora vespertina post occasum solis, in quada stella occidente,

visum

viſum eſt ſignum mirabile. Nam cum ſtella illa poſita verſus auſtrum, aliquantulum declinans in occidentem, in directo ſyderis illius, quod vocant Aſtrologi, coronam Ariadnæ, ſicut nosipſi annotavimus, antea erat parva. & poſt ad parvitatē rediit, ſed tunc majori lumine refulſit: Viſusque eſt ab ea aſcendere verſus altitudinem firmamenti quidā radius valde clarus, quaſi trabes magna & hoc per multos dies, ut prædictum eſt, tempore autumnali ſero viſum eſt: poſt paulatim defecit, & ad ſuam parvitatē ſtella rediit. Prædicatores quoq; his temporibus multa alia aſſerebant contigiſſe ſigna in cælo & in terra, quæ longum eſſet enumerare, & huic brevitati annectere.

Signum mirabile in ſtella.

Corona Ariadna.

Anno domini 1218. Otto Imperator obiit. Et quia diſpoſitum fuerat in concilio generali, ut eō anno in kalendis Julii crucē ſignati iter arriperent, multi de partibus Alemanniæ proficiſcūtur. Aſt ne pergant in civitatibus Apuliæ impediuntur: ſed autoritate ſedis Apoſtolicæ votum eorum differtur, & utilibus remittitur per compenſationem.

Otto Imp. moritur.

HISTORIA FRIDERICI SECUNDI.

ANno domini 1219. Fridericus in Imperatorem electus, negotia imperii in Alemannia diſponit, & ſe præparat, ut ſequenti anno veniat Romam coronandus.

Fridericus 2. Imp. Germ.

Anno dom. 1220. Fridericus Romæ coronatur in Imperatorem, in baſilica S. Petri, de mādato Honorii papę, per miniſterium domini Hugolini tunc Hoſtienſis epiſcopi, poſtmodum apoſtolici. Ubi Imp. de bonis & prædiis imperii in Italia ſitis, multa contulit eccleſiæ S. Petri, & vota votis accumulans, de manu ejuſdem epiſcopi, rurſus crucē accepit ad perficiendum iter Hieroſolymitanum. Eo anno mittuntur legati, in Franciam pro ſtatutis concilii conſervandis. Anno dom. 1221. Res imperii in Lombardia & in Tuſcia cupiens diſponere, à Bononienſibus & quibuſdam aliis civitatibus inhoneſte tractatur: & inſignia imperii, videlicet coronam & alia, remittit in Alemanniam, faciens ea cuſtodiri ſub poteſtate Eberhardi de Tanne miniſterialis & dapiferi ſui, in Vualpure. Filium quoq; ſuū Henricum, jam circiter 8. annos habentem, nutriendum & gubernandum cōmiſit Cunrado de Tanne, pincernę & miniſteriali ſuo in caſtro Vuinterſteten: qui eorundem miniſterialiū, & aliorum principum interventu, poſtmodū à patre ſuo & principibus rex conſtituitur, & Aquiſgrani coronatur, cum patre ſuo imperium adepturus. Imperator quoq; contra duos comites Tuſciæ, videlicet Mathæum & Thomam, qui occupaverant quædā caſtra & terras ſuæ ditionis, in Apulia pugnare cœpit: & expugnatos omnibus bonis privavit. Qui poſtmodum confugientes Romam, præſidium ſedis apoſtolicæ implorantes quocirca Imperator multotiens coquerebatur quod inimicos ſuos & hoſtes publicos ſedes apoſtolica foveret. Eo tempore dominus Cunradus Portuenſis epiſcopus cardinalis, in legatione ſedis apoſtolicæ dirigitur in Alemāniam pro negotio terræ ſanctæ, ut videlicet cruce ſignatos faciat crucem reſumere: & prædicatores inſtituat, qui alios ad crucem ſumendam exhortentur. Tunc quidam, Johannes nomine, de ordine prædicatorum veniens de Argentinēſi civitate, inſtabat prædicationi oportune & importune, ita ut hominum vitia & peccata quaſi importune exprobraret, & ad capiendas animas quædā dogmata, hactenus inaudita, ingereret: quę, licet aliqua ratione poſſent defendi ut veritatem contineant, multa tamen exinde mala proveniſſe dignoſcuntur: cum audientes alio modo intellexerunt & ad perpetrandum immaniſſima facinora & flagitia proniores effecti ſunt. Inter quæ dominus Engelbertus Colonienſis archiepiſcopus à cōſanguineis ſuis interfectus eſt, & multi ſacerdotes trucidati. Dicebant enim quidam peſſimi, faciam ſcelera, quia per ſuſceptionem crucis innoxius ero, quinetiam animas multorum flagitiorum liberabo. Unde factum eſt, ut multi peſſimi ſine pœnitentia & ſatisfactione mortui, qui fuerant ſepultura aſinina in campis ſepulti, eccleſiaſticam acciperent ſepulturam. Anno dom. 1222. & annis ſequentibus Fridericus Imperator in Sicilia & Calabria & Apulia pugnavit contra Sarracenos & alios ſibi rebelles & ipſos ſuæ ditioni viriliter ſubjugavit. Interim Templarii & Hoſpitalarii Hieroſolymitani, adjunctis ſibi quibuſdā principibus Alemanniæ & populo Chriſtiano pergūt navigio ad capiendā quandam civitatem Sarracenorum, nomine Damiatam, ut eam poſſiderent in recompenſationem civitatis Hieroſolymitanæ & terræ ſanctæ.

Fridericus 2. Romæ coronatur, & dat multa eccleſiæ.

Fridericus 2. male tractatur à Bononienſibus.

Eberhardus de Tanne.

Henricus Fridr. 2. filius rex.

Querela Friderici in ſedem apoſtolicam.

Johannes de Argentina vehemēs prædicator.

Engelbertus Archiep. Colonienſis.

Fridericus 2. pugnat contra Sarracenos.

Templarii, Hoſpitalarii Damiatā civitatē.

Fuit autem civitas illa ſita ſuper unum brachium Nili fluminis, verſus Septentrionem, diſtans ab Alexandria verſus Septentrionem per ſex dietas. Et erat muris & ſitu loci munitiſſima, ubi portum habent Sarraceni in mari magno.

Merces quippe de mari rubro venientes ab India, ex Perſide & Arabia illuc deportantur: & nihilominus ex Ægypto. Nilus quippe fluvius in ſuperiori Ægypto in duo brachia dividitur, ita ut terram inferioris Ægypti diſterminet in figurā quaſi triangulā. in qua delta, dicit Oroſius cōtineri civitates famoſas, centum quinquaginta. Utrunq; vero iſtorum brachiorū cadit in mare magnum unum apud Alexandriam verſus Libyam, alterum apud Damiatam verſus Arabiam & Idumæam Paleſtinam. Cumq; advectis navibus, populus Chriſtianus conveniſſet illuc, non poterant intrare portum, nec applicare ad terram, quia in ipſo flumine conſtruxerant Sarraceni turrē firmiſſimā, per quam extendebant ultra fluvium cathenam mirę magnitudinis, ut naves nō poſſent attingere por-

Nili brachia.

In Delta civitates famoſæ centum 50.

Digitized by Google

Cathena invadi-tur. tum, nisi relaxata cathena. Primum itaque Christiani cathenam illam invadunt, & consilio artificum, & auxilio viriliter pugnantium eam confringunt. Postmodum, navigio advecti, super naves quandam turrem ligneam construunt magnæ magnitudinis, ut ex ea turrem Sarracenorum expugnarent. His præparatis, viri fortissimi & ad bella strenuissimi, tradentes animas suas in mortem pro amore crucifixi, facientes confessionem de peccatis suis, & communicato sacramēto corporis & sanguinis domini, ascenderunt in turrem illam ligneam, turrisq; advehitur ad turrem Sarracenorum. Cumq; hinc inde pugnatur, cedunt naves & turris corruit, & qui in ea erant, submersi sunt in flumine. Inter quos erant nobilis vir Heinricus de Busmannehusen. & N. de Hosteten, & alii quiplures, æterna & beata memoria digni. Hoc eventu tristati sunt Christiani. Attamen cum quotidie ex adventātibus crescceret exercitus & robur eorū, nō desperaverunt de misericordia Dei, quin immo turrem aliam construxerunt, & naves fortius compaginaverunt, & omni cautela & studio firmaverunt, quam appellentes eodem modo sicut & prius, turrem Sarracenorum viriliter expugnaverunt, & portu optato sunt potiti, & ad terras applicuerunt. Ubi primo cum Sarracenis duros cōflictus habuerunt, Pugnatumque est in terra, & in mari, & in flumine.

Turris lignea.

Referam unum, quod legi in scriptis cujusdam, eas pugnas prolixius describentis.

Christianorum et Sarracenorum pugna in mari. Erat navis una in ripa fluminis, in qua erāt Christiani: hæc nescio qua occasione, impetu & violentia fluminis appulsa est juxta muros civitatis. Tunc Sarraceni erumpentes, & de muris se demittentes, cum Christianis in navi pugnare cœperunt. Videns autem quidam de Christianis quod non possent resistere, ad fundum navis se dimisit, & eundem fundum perforavit & perfregit, ut aqua undique ingrederetur: repletaque navi aquis, cum Sarracenis & Christianis mersa est ad fundum fluminis: ubi quam plures tam Sarraceni quam Christiani submersi sunt. Post multas denique pugnas obsessa est civitas tam in terra quàm in flumine & quam in mari, ut nullus possit ingredi vel exire. Illi quoque qui in terra erant, vallo firmissimo & mœnis sicut poterant se cinxerunt, ne Soldanus aut Sarraceni, qui exterius erant, possent facere impetum in eos; quod etiam sæpius Sarraceni attentarunt. In his conflictibus & operibus Colonienses & Fresones & alii de inferioribus partibus se strenuissimos & laudabiles exhibuerunt. Fama itaque divulgata, quod obsessa esset civitas, quotidie crevit exercitus Christianus: nam multi adventabant: inter quos bonæ memoriæ Sifridus Augustensis episcopus, & comes de Voheburc, & alii quamplures advenerunt. Videns autem Soldanus, quod ab obsidione non posset eos vi repellere, vel suis auxilium conferre, cœpit de pace tractare. Volebat autem reddere Christianis civitatem Hierosolymam & eam reparare in muris & ædificiis, sicut erat quondam, quando pater Saladinus cepit eandem. Insuper omnem terram quam olim possidebant Christiani, excepris duobus castris, volebat restituere, quatenus recederent ab obsidione. Quam compositionem legatus sedis Apostolicæ qui aderat, & Templarii & alii rectores exercitus pro sua superbia admittere recusabant. Ideo contigit, ut ad modicum lætificati, gaudium quod stulte de prospero successu acceperunt, infeliciter perderent. Cumque civitas diu obsideretur & obsessi nunc fame, nunc peste perirent, & portas civitatis undique muris obstruxissent, præ anxietate, magno silenrio tota civitas conticuit. Sane quidam in exercitu Christiano cum quibusdam occulte consilium iniit, ut in quadam parte civitatis clanculo de nocte scalas adveherent, per quas primo diluculo muros civitatis ascenderent, nam vigiles jam conticuerant. Sicque factum est. Cumque ascendissent muros civitatis, exclamaverunt captam esse civitatem. Sicque timor & fuga facta sunt intra muros, extra vero tumultus undique irruentium in ipsam civitatem, sive per muros ascendentium, sive portas & muros infringentium. Factaque est intra civitatem cædes maxima Sarracenorum, tam virorum quam mulierum, quam parvulorum, ita, ut esset miserabile spectaculum etiam ipsis Christianis rectis corde & flexis humana cōpassione. Jam expelluntur Sarraceni, & Christiani possident civitatem, & firmant eam undique. Multi quoque Principes & alii Christiani quotidie adveniebant in ipsam civitatem, pro defensione ipsius contra Sarracenos. Inter quos advenit etiam Ludeuuicus, dux Bauuariorum, qui jam dudum fuerat cruce signatus. Cumque possessa esset civitas à Christianis, jam usque ad secundum annum, vel amplius, & præfatus dux advenisset, & populus excrevisset in civitate, factum est de cōsilio præfati ducit, ut ajunt, & legati sedis Apostolicæ, & aliorum rectorum populi, ut multi cum eisdem egrederentur de civitate, ad occupandum quendam locum pro construenda ibidem nova civitate contra Sarracenos. Erat autem locus ille inter duos fluvios in angulo situs, ubi quidam torrens de montibus Arabiæ cadebat in Nilum fluvium. Cumque audiret Soldanus ibidem demorari Principes, & exercitum Christianorum, fecit aquas ipsius torrentis in quadam concavitate, & valle mōtium retineri, ut ibidem excrescerent in maxima quantitate. Cumque Christiani fixissent tentoria sua, & mœnia posuissent in prefato loco, Soldanus rex cum exercitu suo cœpit adventare, & de nocte jussit demitti aquas torrentis super castra Christianorum. Surgentes itaq; de mane tam homines quā equi, steterūt in aquis profundis, tunc coangustatos ipsos, cum exercitu circundit Soldanus. Fugam vero non inveniētes, neq; copiam resistendi habentes, tanquam in morte positi, pro vita retinenda humiliter supplicabant. Quibus Soldanus, tanquā pius & bonus, vitam concessit, & reditū ad suā tali

Expulsi Sarraceni.

Ludewicus Bavariæ dux.

Soldanus circundat Christianos in aquis.

tali conditione, quatenus Damiatam sibi restituerent. Et ne viderentur Christiani in possessionem ejusdem civitatis intrasse, sive jure belli, sive alio quocunq; jure, statuit, ut singuli homines Christiani qui essent in ea, pro exitu & liberatione sua solverent starlingum unum, Sicq; factum est ut exercitus Christianus, qui prius in superbia & in abusione elatus, absq; Deo in suis viribus confidens, fiduciam habebat inanẽ, cõfunderetur, & tam Damiata, quã terra sancta adhuc perdita inveniretur. *Starlingum solvitur Soldano.*

Faciant super hoc rumore planctum & lamentationem, hi qui sciunt verba multiplicare, & cõquestiones de rebus miserabilibus facere, & animos hominum ad deplorandũ & compatiendum suis elegis versibus inclinare. Nos vero ad texendum & retexendum rerũ gestarum historiam, properabimus. Anno dom. 1223. Henricus 7. rex Romanorum effectus, Agnetem filiam Luipoldi ducis Austriæ accepit in uxorem, de consilio patris sui Friderici Imperatoris. Anno dom. 1224. Damiata perdita fuit. Anno domini 1225. Ludewicus dux Bauuariorum, curator regis Heinrici in rebus tam propriis, quam imperialibus in Alemannia efficitur.

Anno do. 1226. Ab imperatore curia Cremonæ condicitur post Pentecosten, quæ ne fieret, ut multi credunt à Cardinalibus & Curia Romana impeditur. Eodem anno Ecclesia Vrspergensis pro ducenta marcis, quas. B. præpositus pro liberatione Ecclesiæ persolvit, ab Alberto de Niunburg redimitur, & fidem Heinrici regis datam in manu bonæ memoriæ Heinrici de Zuplingen, tunc Episcopi Aihsterensis accepit. Insuper privilegia regis ejusdem, quod nunquam pro qualibet necessitate eadem Ecclesia à definitione imperii alienaretur. Eodem anno Agnes regina Aquis coronatur. *Honorius obiit, Gregorius 9. eligitur*

Anno dom. 1227. Honorius Papa obiit mense Mart. Cui successit Gregorius 9. qui prius Hugilinus Hostiensis Episcopus dicebatur, natione de Arania. Hic tanquam superbus primo anno pontificatus sui cœpit excommunicare Fridericum Imperatorem pro causis frivolis & falsis, & postposito omni ordine judiciario, sicut idem Imperator in Epistolis suis rescripsit Principibus Alemanniæ, retexens omnem progressum vitæ suæ & conversationem, & actionem, & innocentiam pro succursu terræ sanctæ. Cuius Epistolæ series hæc est. *Frid II. excommunicatur à Gregorio 9.*

EPISTOLA FRIDERICI II. AD *Principes Alemanniæ*

FRidericus Dei Gratia Romanorum Imperator, Principibus Alemanniæ &c. In ammirationem vertitur vehementem. &c. Hujus Epistolæ seriem longum esset ponere, ideo quædam quæ in ea explicantur, breviter describemus, videlicet qualiter imperatrix Constantia in extrema voluntate ipsum Imperatorem adhuc in cunabulis positum, commisit in sinu & tutela Romanæ Ecclesiæ, quoniam per spiritualem & temporalem ejus potentiam melius poterat indemnitatibus pupilli provideri, sed tamen tam de personis periculum, quam de regno suo non defuit magnum detrimentum & pupillaris hæreditas in multas partes est discissa. Deinde in præjudicium ejusdem Friderici, cum jam esset adultus, Ottonem de Saxonia ad imperiale fastigium sublimavit.

Item qualiter mirabiliter præter humanam conscientiam ipsum in multis periculis conservavit & demum ad imperium sibi debitum præter humanum sensum reduxit, dejciendo Ottonem superbum, & exaltando humilem. Item qualiter Aquis crucem accepit, & rebus imperii in Alemannia dispositis, Romam coronandus advenit, sicut hæc omnia superius plene descripta sunt. Item excusat se de perditione Damiatæ. Item commemorat, quanta stipendia præmiserit ad subsidium terræ sanctæ, videlicet ut jugiter in suo soldo haberet ibi milites ultramontanos septingentos, & de suis ferè trecentos, quibus & passagium & necessaria ministravit.

Per evidentem quoque infirmitatem excusat se, quod eo anno non isset ultra mare, cum etiam iter arripuisset, & mortuo Langravio in itinere gravis infirmitas eum redire compulisset. Narrat etiam, quomodo pro facliori liberatione terræ sanctæ reginam Hierosolymorum, ad suggestionẽ Honorii papæ acceperit in uxorem. Ex his omnibus conquestiones facit Principibus, quod pro tot beneficiis ab Ecclesia non potius remuneratur, quàm excommunicatur, ideo & de Papa conqueritur, quòd nuncios suos honestos, videlicet Archiepiscopum Brundiensem, & alios, in concilio suo non solum audire contempsit, sed nec ad præsentiam suam, vel concilii, admittere voluit. Multa quoque alia in eisdem literis sunt descripta. *Iniuste excommunicatur Fridericus 2.*

Eodem anno multi Hierosolymitanum iter arripiunt, & plurimi in Apulia moriuntur, inter quos Sifridus Augustensis episcopus, & Langravius de Thuringia, & alii multi, tam divites quàm pauperes de medio sunt sublati. Cumque Papa nollet desistere ab excommuniaatione Imperatoris, ipse imperator convocavit ad se de civibus Romanis potentissimos, & nobilissimos de familia eorum, qui dicuntur Frangentes panem. & de aliis, ad quos præcipue respectum habebat populus Romanus, habuitq; cũ illis tractatum, qualiter eos faceret vasallos imperii: &, ut sibi faciant hominiũ, & fideliter assistant in omnibus causis. Jussit itaq; eosdem sub certa æstimatione precii & census computare, quantum valeant omnes res ipsorum immobiles, quas habebãt in civitate, tam in ædificiis, quàm in agris & vinetis, & mancipiis, & aliis rebus. Quo facto, omnes res illas dato precio, comparavit ab eis, & easdem res ipsis in feudum concessit, ratione fidelitatis quam deberent, *Familia Roma, frangentes panem*

Papa pulsus.

Romani contra Viterbienses.

Conventus Ravenna.

De perfidia templariorum. Cruce signati, spoliantur Veronenses & Mediolanenses, authoritate Papæ.

Papa aufert Imperatori terras

Prodigia ruentis Ecclesiæ.

Papa resipuit literas Imp.

Papa divulgat Imp. mortuum, ut civitates occuper.

Imo. Frider. II. recuperat terras sibi ablatas.

Conventus Principum Germanorum in Italiam super causis papæ & Fred. II.

sibi & imperio. Quocirca iidem reversi, cum Papa rursus excommunicaret imperatorem, fecerunt, ut à populo pelleretur turpiter extra civitatem, unde apud Perusium eo anno & sequenti ibi permansit, Romani quoque cœperunt pugnare contra Viterbienses, quorum vineas & alias terras vastaverunt usque ad muros civitatis. In aliis quoque terris, Papæ civitati adjacentibus, idem faciebant. Papa quoque contra ipsos & Imperatorem excitavit prçfatum Johannem, regem Hierosolymitanum, & Matthæum, & Thomam comites, & alios quos poterat de Tuscia & Lombardia, multamque pecuniam erogavit militibus in solidum.

Anno domini 1228. Imperator volens implere votum suum, & pacatum sibi efficere Papam, transfretavit ad terram Hierosolymitanam, prius tamen eodem anno condixerat curiam Principũ Alemanniæ in Quadragesima, apud Ravennam, à qua similiter impeditus fuit nunciis & legationibus Domini Papæ. Nam Veronenses & Mediolanenses non permiserunt aliquos transire per fines suos, spoliantes rebus suis etiam ipsos cruce signatos, ut asserebãt autoritate domini Papæ, quod proh dolor, nephas est dicere. Nihilominus tamen Imperator venit ad terram sanctam, mense Augusto, & applicuit apud Acon, & ibi permansit: ut ajunt, multa sustinuit: ex perfida proditione Templariorum. Soli vero Hospitalarii de domo sanctæ Mariæ Teutonicorum fideliter sibi astiterunt, similiter Januenses & Pisani, & alii milites, qui cum ipso advenerant. Veneti vero vacillabant.

Eo anno & sequenti tractabatur de pace, inter Imperatorem & Soldanum, & gentes ipsorum. Papa vero captata occasione de absentia imperatoris, copiosum exercitum destinavit in Apulum, & terras Imperatoris in servitio Christi demorantis, quod nefandissimum est dicere, abstulit, & sibi subegit, & cruce signatos ne transfretarẽt, omni studio prohibuit, tam in Apulia, quàm in Lombardia. Quis talia facta recte considerans, non deploret, & detestetur, quæ indicium videntur, & quoddam portentum, & prodigium ruentis Ecclesiæ? Anno Domini 1229. Fit cõpositio in Quadragesima, inter Imperatorem & Soldanum. Hierusalem quoque & Nazareth, & Joppe, cum terris adjacentibus, & aliis quibusdam locis Imperatori restituũtur, & treuga inter Christianos & Sarracenos usque ad decennium statuitur. Cumq; Imperator super hoc laudabili & glorioso facto, rescriberet domino Papæ, & gaudium annunciaret Christianitati, Papa literas illas abjecit & resipuit: Eo anno Imperator Pascha Domini cum multis expensis, more regio, coronatus procedens, Hierosolymis celebravit. Ædificia quoque civitatis restituit, & Joppen, quæ erat destructa, redificavit, & alia quàm plurima loca, ubi Christianos collocavit. Dum hæc agerentur in ultramarinis partibus, Papa cum suis complicibus, ut asserebant homines, famam fecit in Apulia divulgati, Imperatorem esse mortuum. Quo circa civitates, quæ adhuc adhærebant Imperatori, disponebãt se tradere sub dominio Papæ, & omnes Alemannos de terra sancta redeuntes, & ibidem in Apulia demorantes, durissimo & nequissimo facinore interficere. Sed Deus misericors aliter providit, & homines suo servitio deditos, ad laudem & gloriam nominis sui clementissime conservavit. Tempore siquidem æstivo, ejusdem anni, Imperator reversus, venit in Apuliam, ante alios, qui revertebantur. Cujus reversione comperta, crudelitas sævientium, & furor invadentium conquievit. Multi namque tam de ultramontanis, quàm de partibus illis Christiani & Sarraceni coadunati sunt ad Imperatorem, ut haberet maximum exercitum, & fortissimum, cœpit terras sibi ablatas, recuperare: & hostes de finibus suis expellere. Nihilominus quoq; omni tempore, quamdiu denunciabat eum Papa excõmunicatum, beneficiũ absolutionis humiliter cũ omni obedientia, & devotione ex justitiæ exhibitione postulavit. Super causis vero, quę inter ipsum & papam vertebãtur, diffiniendis, advocavit Principes Alemanniæ, qui venerunt in Italiam, videlicet patriarcha Aquilejensis, Archiepiscopus Saltzburgensis, Episcopus Ratisponensis, Luipoldus Dux Austriæ, & Dux Dalmatiæ & Histriæ. Quibus advenientibus, Imperatore manente apud Capuam, tractatum est de pace & concordia, inter imperium & sacerdotium, & regnum Siciliæ, & absolutione Imperatoris. Multis aliis quoque mediantibus, tam de curia Romana, quàm etiam Italia & Alemannia. Sane hæc compositio, cum non posset perfici eo anno, dilata est usque in annum sequentem.

HUCUSQUE CHRONICUM
Abbatis Urspergensis.

PARALEL.

Digitized by Google

PARALEIPOMENA RERUM MEMORABILIUM, A FRIDERICO II. USQUE AD CAROLUM V. AUGUSTUM, HOC EST, AB ANno domini 1230. uſque ad annum 1537. ex probatioribus qui habentur ſcriptoribus in arctum coacta, & Hiſtoriæ Abbatis Urſpergenſis, per ſtudioſum quendam hiſtoriarum annexa.

ANNO DOMINI M. CCXXX. FRIDERICUS SECUNDUS Imperator, ut ut perfide Gregorius nonus Papa ſecũ ageret, Imperatorias terras invadendo, ſparſo in hoc rumore de mortuo Friderico, Imperatoris literas reſpuendo, innocentes Alemannos Friderico adhærentes, crudeliter interficiendo: tamen nullum non movet lapidem, ut cum Papa in gratiam redeat, Germaniæ Principibus eam ob cauſam in Italiam profectis, tandem ægre obtinuit, unciis auri centũ & viginti millibus Eccleſiæ ob illata damna perſolutis. Deinde cum Romani nõ ſatis Pontifici obedientes forẽt, legemque rogaſſent, uti oppida Eccleſiæ juxta urbem poſita Romanis vectigal penderent, neque monitis, caſtigationibusque ad ſanitatem reduci poſſent, Fridericus Reate Pontificem convenit, cumque eo in hanc ſententiam conſenſit, ut primo quoque tempore conjunctis copiis Romanos adorirentur. Abeunte deinde Friderico in Germaniam, Germani milites ad Pontificem confluxerunt, tanta multitudine, ut Romani nequaquam auſi fuerint aperto Marte cum Eccleſiæ copiis congredi. Recuperavit tamen Gregorius Pontifex, Germano milite, patrimonium S. Petri, Sabinumque agrum.

Eo tempeſtate Ecelinus Patavinus (cujus avus Teutonicus ſub Othone copias duxerat) acceptis à Friderico militibus, magnum ſibi in Tranſpadana Italia potentatum comparavit, in ſuam poteſtatem redactis Traviſio, Patavio, Vincentia, Verona, Brixia. Tum Fridericus in Italiam rediens Mediolanenſes ſociasque civitates apud novam Curtem (ita enim locus appellatur, ubi pugnatum eſt) aggreſſus ingenti clade ſuperat, trucidatque. Tum Fridericus iterum à Pontifice imperio privatus, in Venetos movet, qui Pontificis partes tuebantur. Eos tum (velut ranas in paludibus incluſos) vehementer oppreſſit, maximisque calamitatibus afflixit. *Fridericus iterum privatur imperio.*

Poſt hæc Fridericus tertio venit in Germaniam, & in Auſtria bella gerit contra Hungaros, & urbem Vuiennam occupat, literis deſuper confectis, ut hæc urbs, imperii urbs deinde ſit & maneat. Tum etiam mortuo filio Friderici Heinrico, curavit Cunradum filium in Cæſarem eligi: quædam Chronica habent quod Fridericus pater ceperit filium, ſibi inſidiantẽ, & permiſerit in carcere mori. *Vienna occupatur.*

Anno domini Milleſimo ducenteſimo triceſimo quinto, Fridericus tertiam duxit uxorem, Angliæ regis Germanam, & menſe Auguſto nuptiæ celebrantur Mogontiæ. Ibi pater filiũ ſuũ Heinricum regno dethtuit, quod graviter & implacabiliter patrem offendiſſet, eumq; in Calabriam miſit aſſervandum, unde nunquam rediit. *Friderici tertia uxor.*

Anno à Chriſto nato, Milleſimo ducenteſimo triceſimo quinto, Ungari congreſſi Auſtralibus, ducem cum omni nobilitate oppreſſerunt. Eam rem indicant verſiculi ſatis barbari in vetuſta ſculpti rupe:

ANNO MILLENO CENTENO TERQUE TRICENO,
HIS QUINQUAGINTA SI MISCES, TUNC BENE DISCES,
AUSTRIA QUOD TOTA SIT PRINCIPIBUS VIDUATA,
TERRAQUE CORNUTO DISCET SERVIRE TRIBUTO.

Anno domini Milleſimo ducenteſimo triceſimo octavo. Redit Fridericus Imperator in Italiam: quo tempore Mediolani, & in aliis urbibus potentibus graves erant ſeditiones. Graviter autem animadvertit in Mediolanenſes, quare civitates contra Fridericũ confœderantur, & excommunicat papa Imperatorem tertia vice, hæreticum eum proclamans, Venetosq; contra eũ concitans. Fridericus ſcripto in publicũ emiſſo ſe purgat, & innocentem probat, ac rurſus humiliter pro abſolutione ſatisfacit. Erant autẽ cardinalium multi, quibus facta pax prorſus improbabantur. Verum cum Fridericus nihil impetraret, coactus fuit ſe defendere, & multos habuit in Italia auxiliatores. Tum diviſa eſt Italia (de imo Tartaro nata hac diſſenſione) in Vuelphos & Gebelinos. Qui papæ adhærebãt, Vuelphi dicebantur: qui à parte Cæſaris ſtabant, Gebelini. Quæ factionũ nomina ex Germania in Italiam irrepſerunt. Nam familia Vuelphorum Vatiniano odio laboravit contra Friderici familiam, quæ originem ducit à Vueiblingen. Inde Vueiblingi dicti quos Itali parum immutato nomine Vuelphos dicunt. Otto Friſingenſis ſcribit duas in Romano orbe apud Galliæ Germaniæve fines, famoſas fuiſſe familias: unam Henricorum de Guebelinga, alteram Vuelphorum de Altorffio. Altera imperatores, altera magnos duces producere ſolita. Illæ, ut inter viros *Fridericus tertio excommunicatur.* *Vuelphi, Gebelini. Alii volunt à Germanis fratribus initia duxiſſe. quorum Guelph. eccleſia, Gib. Imperators militabat. Guelph, & Gibel Nauclerus anno domini 1138.*

ſub Conrado tertio Sueuorum pago Vetuſtæ nobilitatis Vuenblingen educatio, multiũ ſumpſiſſe.

viros magnos gloriæque avidos fieri aſſolet, frequenter ſe invicem æmulantes, Reipubl. quietem multoties perturbantur. Otto lib. 2. cap. 2.

Hoc tempore in Toleto Hiſpaniæ urbe, cum Judæus rupem villæ proximam, quę vineæ imminebat, ſcilicet pararet, ut amplificaret vineam, & ſolis radios admitteret, ſciſſa cuneis rupe, reperit concavitatem cameratam pleniſſimam, inque ea librum ilignis foliis inſcriptum, ad longitudinem Pſalterii, ubi tribus linguis, Hebraica, Græca, & Latina legebatur de triplici mundo, ab Adam: Initio tertii naſciturus eſſet Dei filius, & quod tempore Ferdinandi regis Caſtellæ, ſub lucem venturus eſſet liber. Judæus comperta tanta vetuſtate, mox cum omni domo ſua eſt baptizatus. Cui non diſſimilem rem narrant Romanæ hiſtoriæ de lamina inſcripta, quæ in lucem prodiit, ſub Hirene orientis imperatrice.

Alkindus philoſophus & medicus, Brunus Chirurgus atque Chronographus Urſpergenſis, florent hoc tempore.

Anno 1238. Pariſiis contra pluralitatem beneficiorum diſputatum fuit, & concluſum ab omnibus, quod nemo ſine periculo mortalis peccati, tenere poſſit duo beneficia, quorum alterum ſufficit ad ſuſtentationem ſuam. Dicunt ſanctum Thomam tum dixiſſe, Medietatem miniſtrorum Dei reſecatam per hoc genus avaritiæ.

Poſt Innocentium tertium fit papa Honorius tertius, qui Fridericum ſecundum coronavit, poſthac excommunicavit.

Poſt Honorium tertium fit papa Gregorius nonus, & is Fridericum excommunicavit: ſed viciſſim ipſe mire ab Imperatore exagitatur, propter tyrannidem qua eccleſias in Germania præmebat.

Poſt Gregorium nonum fit papa Celeſtinus quartus.

Synodus Lugduni.

Poſt Celeſtinum fit papa Innocẽtius quartus: is Fridericum privat Imperio, & Conradum excommunicat. Ab hoc Lugduni primum eſt conſtitutum, ut Romanæ eccleſiæ cardinales in publicum adequitaturi, galero rubente inſignirentur, non ſolum ut à cæteris inferioribus ſint conſpicui, ſed ut admoneantur, pro fide catholica, & Chriſtiani populi ſalute paratos eſſe debere, ut ſanguinem effundant.

Galeri Cardinalitii.

Crux & indulgentiæ contra Fridericum.

Papa ſic angebatur à Friderico, ut & crucem ac indulgentias contra Imperatorẽ, ceu Turcam & infidelem, proclamaret. Ad hæc archiepiſcopos & epiſcopos inſtigat, ut Imperatorem excommunicatum cunctis denuntient. Verum epiſcopi Germaniæ, ne hoc fieret, ſupplicarunt, veriti iram Imperatoris. In Francia, Anglia & Dania ſine timore denuntiabatur excommunicatus.

Fridericus pontificem & Romanam eccleſiam ſic fatigabat, ut cruce ſignati, aliquando ſe illi opponerent, nimirum properanti ut portas murosque urbis Romæ perrumperet. Quare, cum ampliſſimo exercitu cruce ſignata cohors, cominus illi congrederetur, Fridericus, captos cruce ſignatos & ad ſe perductos, partim quaternis ad crucis formam perfoderit vulneribus, partim caput in crucis modum quadrifariam ſciderit, partim fronte, eadem ferro cruce reddiderit inſignitos Clericos vero detonſam in vertice coronam ferro cæſim in crucem vulneratam, ut dicebat, juſſit ornari. Alb. Krantz lib. 8. cap. 9.

Bellum Friderici cũ cruce ſignatis.

Salve regina.

Eo tempore pontifex Gregorius 9. Salve regina certis divinæ rei horis addi, campanasque ad Euchariſtiæ confectionem & laudes virginis Dei genetricis pulſari decrevit, rem eccleſiaſticam reformaturus ſcilicet.

Tartari infeſtant Chriſtianitatem.

Hoc tempore major etiam timor incubuit Chriſtianitati, de Tartaris gente Scythica, quæ more veterum nationum, de finibus ſuis egreſſa, populabatur provincias Chriſtianas. Nam diviſis agminibus, alii Orientem, alii Occidentem invaſere, qui Poloniam Ruſſiamque oppugnantes, latiſſimos illos Sarmatiæ campos, quos uſq; hodie tenent, occupavere. Ceſſere illis Poloni, Ruſſiq;, ubi nullæ fruges, ſola pecora valent. Paſtoralis enim populus Tartari, qui lac concretum cum ſanguine potat equino, quod multo ante ſcripſit Vergilius de Gelonis. Singulare Dei flagellum de inundationibus populorum per terras, & quod à vetuſtiſſimis temporibus corrigendo orbi Deus immiſit.

Celeſtinus.

Anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo, Gregorio defuncto, Celeſtinus ſenex ſufficitur. Hic quia die 18. ſui pontificatus moritur, ſede vacante menſibus 21. eligitur Innocentius quartus pontifex. Is Lugduni concilium indixit. In quo, quoniam cum Græcis gente doctiſſima ſapientiſſimaque certamen inſtaret, cũde multis aliis, tum de proceſſione Spiritus. S. D. Thomam Aquinatem, qui Neapoli docebat, hortatus eſt, ut Lugdunum veniret, & de Græcorum ac Latinorum contentione judicium ferret. In itinere ſanctus vir & doctor obiit. Ad idem munus Bonaventura Theologus evocatus adfuit, galeroque rubeo donatus fuit, cum antea deſignatus à pontifice Max. epiſcopus Eboracenſium eum honorem ut onus detrectaſſet.

Innocentius 4. D. Thomas.

An Thomas Græce ſciverit, conjecturam accipiat prudens lector ex Cathena aurea. & ex huius commentariis in Rom. Vide Eraſ. annot.

Eidem concilio Græci Tartarorumque nonnulli proceres affuerunt. Hi domi candidati, Chriſtumque profeſſi fuerãt, tunc ſacro baptiſmate imbuti, & profitebantur Roman. pont. eſſe humani generis parentem, & almum ſpiritum utrinque procedentem. P. Aem.

Ingreſſus

Ingressus alpes Fridericus, petendi concilii quod Lugduni agebatur, gratia, Parmam cepit, funditus diruit, novam civitatem condit, nomenq; novæ urbi Victoriæ fuit inditum, & tutelaris sanctus de more Victor in Basilica cathedrali est nuncupatus, Victorinique in ea urbe monetatu fuere dicti. Continuatum postea duos ferme annos bellum atrox variumque, & Lumbardiæ ac omni Italiæ perniciosissimum, omnibus quos per Italiam partium Gibellinæ & Guelphæ labes infecerat, auxilia non magis militum quàm pecuniarum, odio partium utrinque contribuentibus. Et fuit urbs Victoria vario gentiũ & rerum inusitatarum commertio ac multitudine frequentata, quod per singulos ferè dies ex Aphrica, Mauritania, Asia, Ægypto, novi homines, nova vestes, novis moribus sunt visi. Animalia etiam vidit urbs Victoria, quæ post theatrales stantis Romani Imperii ludos, Italia non viderat, Elephantes, Dromedarios, Pantheras, Leones, Pardos, Lynces, & Ursos albos.

Bona ventura.

Parma capitur.

Victoria urbs.

Fertur, cum Friderico apud Victoriam deessent pecuniæ, post pignorationem vasorum auri & argenti, quod curaverit ex corio monetã fieri, insignitam sua imagine & subscriptione, quæ aureum valeret. Edictum ponens in exercitu, ut quicunque præsentaret talem monetam thesaurario suo, acciperet pro ea auream, quæ dicitur Augustanus, sicut nunc ducatus, cujus sculptura erat ex uno latere facies Imperatoris, ex altero Aquila: & de illa moneta numerabatur stipendiatis, pro qua postea receperunt auream.

Cortacea moneta.

Hac tempestate dum Tartari suis locis & Grossoni Arabes Hierosolymam vastant, papa expeditionem molitur in Asiam. Fridericus apud Parmam desidet. Res Germaniæ erant inquietissimæ. Nam electores imperii factæ de Friderico privationi innixi, Lantgravium Thuringiç Romanorum regem designant, Henricum nomine, cognomento Raspen. Hic juxta Herbipolim in Ascensione dominica à Mogunt. & Coloniẽsi archiepiscopis, & quibusdam principibus, in regem assumitur. Hic Henricus Reutlingen obsedit.

Germaniæ res inquietissima.

Henricus rex.

Anno 1243. Gregorius papa hujus nominis nonus, moritur: propter electorum autẽ discordiam & Cardinalium ab Imperatore captivitatẽ, sedes aliquãdiu vacat. Tandẽ Innocentius papa, prius Leo dictus, eligitur. Qui contra Imperatorem Fridericum secundum à prædecessore suo pro hæresi jam latam sententiam renovans, ad partes Galliarum transmigravit, sedemque suam in metropoli Lugdunis collocavit.

Anno domini 1245. Innocentius papa habita synodo Lugdunis, contra dictum Fridericum Imperatorem sententiam depositionis promulgavit, & ab eadem synodo ipse & omnes fautores sui excommunicati sunt. Nominati etiam deinceps Cæsar est interdictum.

Fridericus Imp. ad papam.

Roma diu tibi vana, variis erroribus acta,
Corruet, & mundi desinet esse caput.

Papa ad Imperatorem.

Miseris incassum navem submergere Petri,
Fluctuat, at nunquam mergitur illa navis.

Fridericus.

Fata volunt, stellæq; docent, avesq; volatus,
Quod Fridericus malleus orbis ero.

Papa.

Fata volunt, scriptura docet, peccata loquuntur,
Quod tibi vita brevis, pœna perennis erit.

Anno 1245. Dux Austriæ Fridericus nomine, cum acies contra Pannones & Hunos, qui terram suam invaserant, instauraret, à suis atrocissime est interemptus.

Eodem anno nobilis comes de Hirsberg in obsidione castri ecclesiæ Aistettensis ab histrione suo miserabiliter est interfectus.

Anno 1246. Conradus, Friderici filius, collecto exercitu, Henrico Lantgravio jam recens electo occurrit & collata manu, superior factus Henricus, copias Conradi dispulit, dissecit, & dissipavit, multis capitaneis ac nobilibus de exercitu captis. Cœperunt deinde, quibus ea displicuit electio, contemnere Henricũ & irridentes, dicere regem Clericorũ. Papa tamẽ omnes principes Alemanniæ per legatos sollicitavit, ut Friderico & Conrado derelictis Henrico parerent electo.

Conradus contra Henricum.

Henricus rex Clericorum.

Henricus de Staheleck, antiquo Sueviæ comitatu natus. Argent. episcopus, cũ Fridericus ab Innocentio 4. anathemate notatus, imperioq; privatus esset, Henricus episcopus papæ morem gerere volens, Henrico Thuringio Lantgravio in regẽ Ro. apud Herbipolim electo adhæsit auxiliaq; pro virili contra Fridericũ & filium ejus Conradum præstitit. Nam oppida & arces quas Fridericus à regno exautoratus in Alsatia possidebat, obsidione cinxit & expugnavit, quædam funditus destruxit, quædam igni consumpsit. è quibus sunt illa: Illeuuickersheym, Cronenberg, Gengenbach, Molberghuten, Ortenberg, Offenburgum, & universa vallis à fluvio Kinziche nomen habens.

Nauclerus vult, cum Viennam obsiderent sagitta incertum missa vulneratum dysenteria postea mortuum fuisse.

Henricus

Henricus interea Romanorum rex electus, cum anno 47. finem vivendi feciſſet, papa Innocentius non ceſſavit Fridericonovum hoſtem opponere: miſitque in Alemanniam legatum Petrum Caputium cardinalem diaconum ad Velabrum, qui evocatis principibus electoribus apud Coloniam effecit, ut Vuilhelmus comes Hollandiæ, vir impiger ad arma, rex eligeretur.

Vuilhelmus Hollandiæ comes 26. Ger. Imp.

Hoc tempore fuerunt in Sueuia prædicatores, qui in pontificem Rom. & Cardinales magna dicendi libertate os aperirent: Friderici 2. & Conradi filii, cauſam juſtificantes. Auſi dicere, apud ſummum pontificem, Cardinales & Epiſcopos nullam reſidere autoritatem, quoniam omnes unâ labe ſymoniæ maculati eſſent, nec quicquam tenere à Chriſto poteſtatis. Et quod ſacerdotes in mortali conſtituti peccato, neque ligarent, nec ſolverent, nec conſecrarent. Quod nemo in orbe Chriſtiano interdicere poſſet divinis officus, quodque ſine diſcrimine, ea audirentur & celebrarentur impune. Et in fine ſuæ prædicationis: Indulgentiam, inquiunt, quam annunciamus, non à papa confictam, non à prælatis compoſitam, ſed ex Deo omnipotenti vobis annunciamus. Conradus rex cum tueretur hos concionatores, penè incidit in capitis periculum.

Prædicatores Sueuiæ contra papam

Acurſius gloſſator Juris, Compoſtellanus, & Oſtienſis Decretalium illuſtratores, Bertrucius Medicus, Vincentius Prædicatorum hiſtoricus, Alexander de Hales Minorita, Alexander Gallus de villa Dei Grammaticus, florent.

Fames in Gallia, in qua ſextarium vendebatur auri dragmis 2.

Anno domini 1250. Accepto triſti nuncio, de capto à Bononienſibus Heinrico filio, à quibus diutiſſime ille tentus eſt, in Apuliam movens, morbo corripitur, à quo cum convaleſcere inciperet, à Manfredo filio impoſito ori pulvino, oppreſſus à nonnullis memoratur. Alii Panhormi vita functum ferunt. ſunt qui apud oppidum Tarentinum anno ætatis ſuæ 57. mortuum putent. Hic Manfredus, Friderici quondam Imperatoris, ex concubina matre, filius Siciliæ regnum obtinuit.

Obiit, 11. moritur.

Anno domini 1250. Fridericus, II. Imp. moritur inteſtatus, ut volunt quidam. Alii volunt, quod ſui Teſtamentum confinxerint. Quòd in ſatisfactionem ſedis Romanæ quandam pecuniæ ſummam aſſignavit. Item in ſubſidium terræ ſanctæ, & requiſitionem Dominici ſepulchri, certam pecuniæ ſummam ordinarit. Quod Conrado filio regnum Rom. cõmiſerit, filio regis Heinrici, nepoti ſuo ducatum Auſtriæ aſcripſerit, Meginhido illegitimo ſuo, ſed ab eo legitimato, regnum Arelatenſe addixerit. Omnia tamen ex arbitrio Conradi eſſe ordinanda. Hujuſmodi Teſtamentum Papæ ratificandum eſſe tranſmiſſum, ſed Papa allegante, per ſententiam depoſitum de regno, nõ potuiſſe teſtari, quare à Papa Teſtamentum penitus eſt abrogatum. Neposverò ejus, filius regis Heinrici, ex duciſſa Auſtriæ, morte ſubreptus eſt. ſed à quo neſcitur.

Hæc ex Chronico vetuſto ſcripto S. Petri Kaſſel

Medio tempore, Chonrado & omnibus Alemannis, hujus rei ignaris (ſicut ipſe Fridericus adhuc vivens procurat) dux Saxoniæ, pecunia, ut fertur, inductus, filiam ſuam eidem Friderico deſponſavit, eamque duci Bajoariæ ultro mittendam deſtinavit, quæ cum in exitu civitatis Ratiſponenſis, cum duce Bajoariæ Lantshuot eſſet tranſitura, Epiſcopus ipſius urbis, qui nondum ſedem ſuam intrarat, pro eo quod illa civitas cum civibus in excommunicatione Papæ erat, habita opportunitate, Epiſcopus currum rebus onuſtum, ad deſpoliandum aggreſſus eſt, & cives ita extra muros ſuæ munitionis provocavit. Ut qui eſſent peſſimi blaſphematores Papæ & totius cleri, quinquennio jam ſuſpenſi & excommunicati, Epiſcopum ſuum excluſerunt. Igitur egreſſi ante caſtrum Epiſcopi. Stuff dictum, fuſi ſunt partim, partim capti. Quo infortunio reliqua pars civium permota Chonradum & Bavariæ ducem in Lantshut agentes, adit: de Epiſcopo & clero Ratiſponenſi quæritur, generum & ſocerum implorantes, auxilii gratia, Conradus collecto milite, primo nobilem de Hohenfels aggreditur, poſtea Epiſcopatum Ratiſponenſem, in qua cum dux ſocius ſuus fuerat præſtolatus, cùm ſuis multibus ingreditur. toti clero ſatis moleſtus. Poſtridie Innocentium. Nobilis de Hohenfels, cum militibus Epiſcopi & ſuis, clam ingreſſus Ratiſponam, cum rex Conradus dormiret, effractis hoſtiis, cuſtodes & collaterales regis cepit, credens quod & regem cepiſſet. Sed mira Dei providentia, in ſubſellio quandam latebram adeptus, illuc ſe recepit parcarum fatis inter ſe concertantibus. Lacheſis totum filum fati ſui nerat, Atropos occare volebat, & quid factum eſt, latuit, evaſit, Deus fatorum ſic voluit. Hinc re immature peracta, & negotio infecto, exitialis dies Clero & Monachis Ratiſponenſibus exorta fuit, nam qui è familia Conradi fuere, interfecerunt, Monachos cedunt, ædificia diruunt. Poſtera die venerunt legati Apuliæ, & ſibi mortem patris ſignificarunt. Unde ſecedens à civitate Lantshut, plangere patrem properat. Demum reverſus exactiones Eccleſiis & Clero, faventibus ſibi civibus Ratiſponenſibus, impoſuit. Eccleſia ad S. Emmerum, vexationẽ ſuam libris quingentis redemit, ad quam redemptionem altare aureum, quod à temporibus Ramſoldi extructum, uſque tunc duraverat, appendens 67. marcas auri expenderunt.

Hermannus Miroritanus habet quod miles fidelis procurarent, & ſuſtinuit aut vexa ſubſcamno ſe ab ſe cederet, ipſe interfectum regis ſe fuerit & pro rege occiſus fuerit. Et ſic Conradus rex evaſerit.

Anno domini 1251. Papa ſedem à Lugduno movit verſus Januam, & in Mediolanum pervenit, quo tempore dira prodigia viſa ſunt. Sanguis de pane quaſi de vulneribus corporum fluxit. Sanguineæ nubes viſæ ſunt, ſicut & ante civilia bella factum eſt.

Prodigia.

Anno

Anno domini 1252. mortuo Conrado, frater ejus illegittimus Princeps dictus, ſummam ſibi rerum fratris loco uſurpavit.

Anno domini 1256. Quidam in tranſmarinis partibus Jeſum ſe nominans, prodigioſa per Magiã faciens miracula, multis ſibi ſociatis exercitibus, plurima regna ſuæ ditioni ſubjecit.

Florentini mortuo Fride. II. qui eos plurimum moleſtaverat, in libertatem ſe vendicant, & Guelphos ab ipſo Cæſare ejectos, in patriam reducunt. Rempub. reformant, unde & duodecim Antiavos creaverunt, qui Gibellinis reſiſterent, & jus populo dicerent.

Paleologorum Imperii principium apud Conſtantinopolim ſumſit, cum Michael Paleologus Græcus, Theodoro Imperatori affinitate junctus, pulſis è Græcia Gallis, ac Venetis, duobusq; Theodori filiis parvulis, quos eidem ex Teſtamento commendatos reliquerat, interfectis, imperium ſibi deſumens, imperavit annis 45. ingentis ſpiritus vir. Et ita Latinorum imperii finis fuit, quod per annos 85. apud eos duravit. Exinde Græci Paleologi 196. annis imperarunt, uſque ad annum Domini 1454.

Morte Wilhelmi regis, vacante imperio, Alphonſus caſtellæ Hiſpaniarum rex, & Richardus Cornubiæ comes, regis angliæ Germanus frater, in vanam ſpem Ro. Imp. ſunt inducti. Alphonſus quidem, ut favorem ſibi Romanæ Eccleſiæ conciliaret, duas tranſpadanas urbes illi permiſit, Taurinum & Altriam, facile donans quod non habuit, & Aquilam deplumans. Sic agitur cum infœlici Romano imperio, poſtquam avaritiæ nihil ſatis eſt, ut qui aſpirent ad regnum, prompte promittant non de ſuo. Studuit huic principi. tum Conradus Archiepiſcopus Colonienſis, audiens Richardus alios ex electoribus æmulo ſtudere Alphonſo, magnam auri ſummam extulit Anglia ditiſſimo regno & circumvectus, quos poterat ea ſibi re Principes & magnates conciliabat. Mirum quæ res ſpem fecerit alienigenis Principibus ad coronam aſpirare, quam tantis ſæculis ſola Germania promerebatur. Conjectura eſt rerum ſumma, tum maxime conſtitiſſe in archiepiſcopis Rheni. Sic ambo, Alphonſus & Richardus titulotenus pervenere ad regnum, ſed non ultro progreſſa eſt illius autoritas. Nihil enim adminiſtraſſe leguntur, niſi quod Alphonſum Colonienſis, & Richardum Mogontinus foverent Archiepiſcopi, & continuit alterum alterius metus, ne quid attentarent. Hinc eſt quod Italici ſcriptores ſcribunt, per eorum tempore vacaſſe imperium.

Alphonſus Hiſpaniarum rex eligitur

Hic Alphonſus is eſt qui vere nobilem diſciplinam Aſtronomiam in pretio habuit, & tabulas Aſtronomicas condidit.

Richardus Anglus eligitur.

Rerum ſumma in Archiepiſcopis Rheni.

Interim cum per annos 18. nemo magnopere publicam videbatur curam admittere, res Aſianæ factioni ſtultiſſima Italorũ ſunt periclitatæ. Ptolemaidæ enim, domini Veneti, & domini Januenſes invicem tumultuantes, pro ſola ſuperbia locum fecerunt Ethnicorum irruptioni, ut finaliter omni Aſia Chriſtiani exturbarentur. Gyrationes ſuas inſanas & vertiginoſas, quas in Italia concepe-rant, uſq; in terram ſanctam efferebant. Nam per ea tempora ſæviit in Italia Tartarea, & ab imo barathri prolata diviſio Gibellinorum atq; Guelphorum, quæ neq; hodie penitus extincta fumat.

Sunt qui ſcribunt Aphonſum deterritum ne imperium aſſumeret propter fatales illas pontificum & Imperatorũ inimicitias inter ſe.

Hoc tempore floruit Johannes Semeca, Teutonicus Juris doctor, qui Herculea audacia primus aggreſſus eſt gloſſare Decretum, quod ante eum nemo, & poſt eum nullus excellentius fecit. Hic Clementi. IIII. ſummo Pontifici, tum per Germaniam, ſicut Galliam decimas à clero in redemptionem terræ ſanctæ exigenti, appellationem oppoſuit, ſed papa excommunicavit, & Præpoſitura Halberſtatenſi privavit. Sed erant magni in Germania viri, qui Johannem deſerendum non putabant. Meis vero æquo pulſans pede pauperum tabernas, regnumq; turres, hanc litem diremit, & Pontificem ac Præpoſitum è medio ſuſtulit.

Res Aſia periclitata.

Johannes Semeca.

Appellatio contra Papam.

Anno Domini 1254. Othocarus rex Bohemiæ, Otho Marchio Brandenburgenſis, Dux auſtriæ Marchio Moraviæ, cum multis Principibus, nonnullas regionis Pruſſiæ vires ita fregit, ut traditis obſidibus promiſerunt ſe velle Chriſtianos fieri.

Anno Domini 1250.		Anno Domini 1267.	
Aytonus Armeniæ		Philippus, III. Franciæ	
Bela, IIII. Ungariæ	rex.	Eduardus. III. Anglorum	rex.
Manfredus Siciliæ		Theobaldus Navarræ	
Ottockarus Bohemiæ		Dionyſius Portugalliæ 6.	
Jacobus, II. Arragonum.			

CONRADUS IIII. GER. IMP. XXV.

ANno Domini 1250. Conradus Friderici filius ex Jobe Hieroſolymitani regis filia, poſt mortem patris regnat, ſed & hunc Innocentius IIII. Papa excommunicat. Heinricus Doringiæ Lantgravius, vivente adhuc Fridericho, apud Francophordiam eum devicit. Alii volunt quòd Heinrico mortuo, Wilhelmus Doringiæ Lantgravius, contra Conradum pugnarit. Videns autem Conradus ſe derelictum à Germanis Principibus, relicta Germania, profectus Apuliæ regnum ſuſcepit. Proximo deinde anno mortuus, veneno, ut creditur, extinctus : Manfredo fratre id procurante. Is Friderici quondam Imperatoris, ex concubina matre filius, qui Siciliæ regnum obtinuit, fuiſſe dicitur. Hic finis ducum Sueviæ.

Digitized by Google

CONRADINUS.

COnradinus, Friderici Suevi Imperatoris ex filio Conrado nepos, matre Bavara, cum vellet post mortem patris sui Conradi, Neapolitanum regnum suscipere, & cum maximo Germanorum exercitu veniret, primum quidem Veronam, deinde Papiam, indeq; per Carrariensium oppida ad Genuensium mare pertingeret, ex Longobardia & Romandiola, indies exercitum augens, adjuvante Guidone Ferentano, Romam concessurus, Papa Clemens, Carolum regis Franciæ fratrem, contra eum commovit. & fertur, cum Pontifex Viterbii transeuntem adolescentem videret, dixisse: Conradinum tanquam agnum ad cædem duci. Nam dum cum Carolo circa Neapolim confligeret, & initio satis victoriæ haberet, tamen tandem proditione Conradinus & Fridericus dux Austriæ capti fuerunt. In captivitate misere tractati & irrisi, tandem jussu Papæ Clementis etiam interfecti. Sic regnum Neapolitanum ad Gallos devenit, & ducatus Sueviæ Ro. Pont. improbitate cessavit.

Ducatus Sueviæ cessat.

Sunt qui scribant, cum Conradinus, & Austriæ dux, sicut ambo ætate ita infortunio pares, campestri loco cum Carolo confligerent, quòd signa, ubi toto prælii tempore fuerant, relinquentes secesserint, Agasonis cuculla contecti, per devia se occulentes, & ita octavo die ab accepta clade recogniti, ad Carolum perducti, publico illius judicio interfecti fuerunt. Occiso Conradino, Teutonici ibidem quendam de Ochsenfurt, fabri filium, nomine Stoch, regem statuunt, licet plurimum renitentem, qui sensim ab exercitu se subtrahens, post octo menses ad incudem in patriam est reversus. Raph. Volaterranus Italus scriptor, putat Conradinum divina ultione captum, & secum percussum. Is enim uxorem formosissimam Comitis Casertani, ejus fidissimi ducis adamarat, qua uti potiretur, virum honoris specie ablegaverat, ille facinore comperto, mœstus ac furibundus ad Carolum venit, sese exercitum illi proditurum pollicetur, quod & fecit, unde suprædicta consequuta calamitas. lib 23. anthropologiæ.

Babellicus lib. 7. mæ Enneadis fusè habet.

Faber fit rex.

Anno domini 1254 Dum Innocentius IIII. Papa moritur ex Rainoldo Cardinale Hostiensi, natione Campano, fit Papa Alexander IIII. in urbe Neapolitana.

His temporibus habentur insignes Thomas Aquinas, & Albertus Teutonicus, ob amplitudinẽ doctrinæ. Magnus dictus, qui tantæ modestiæ fuisse dicitur, adeoq; lectionum appetentissimus, ut Ratisponensem Episcopatum abnuerit, quem tumultu & armis gubernare interdum opus erat, ut nunc etiam apud Germanos mos est, quorum pleriq; Episcopiense & milite rem suam tutantur, Platina. Item, Bonaventura Hostiensis, Sophista, & Petrus Hispanus florent. Stella, quam Cometẽ Græci vocant, insigni magnitudine, supra tres menses apparuit, & eadẽ ipsa nocte, qua Urbanus obiit, extincta est. Hoc tẽpore Pannonii cũ Boemis de finibus contendentes, atrox prælium cõmiserũt in quo superati Pannonii, fugã arripiunt, & in fuga supra 14. millia eorũ in flumine submerguntur.

Urbanus. IIII papa.

Post Alexandrum quartum fit Pontifex Urbanus quartus, post Urbanum quartum, Clemens quartus fit Papa, ante Guido Sulcadius dictus, qui ante Episcopatum uxorem habuit, & liberos, is jussit capite plecti Conradum. Aliorum sententia est, quod Carolus Conradum in finibus agri Albani superarit.

Clemens. IIII papa.

Clemente autem Viterbii defuncto, propter discordiam patrum, quibus de successore non conveniebat, biennio vacavit sedes: tandem electus fuit Gregorius 10. natione Italus, patria Placentinus è Vicecomitum familia, Mediolano pulsa. Theobaldus antea vocatus, Laudensis Archidiaconus. Hic initio sui Papatus diligenter commonefecit electores imperij, ut concorditer eligerent Imperatorem, ne imperium dilaberetur.

Gregorius X.

Sub hoc Gregorio 10. habetur Synodus Lugdunensis, Hierosolymæ recuperandæ gratia. In qua Synodo, de processione Spiritus sancti, Græci cum Latinis concordarunt. Michaele Palæologo, Græcorum imperatore, unioni Ecclesiæ Orientalis, cum Occidentali prorsus incumbente.

Synodus Lugduni, sub Gregorio X.

Anno domini 1267. Banducar vel Bendegarus, Ægypti & Assyriorum Sultanus, cæsis Christianis, Armeniam & Antiochiam expugnat.

Alii vocant Bendocar.

Philippus. III. Franciæ
Eduardus. III. Anglorum
Theobaldus Navarræ
Dionysius Portugalliæ, VI.
} Rex.

Sub hoc Gregorio 10. Pontifice, Haalon Tartarus cum ingenti exercitu domo profectus, primũ omnium universam Persidem subegit, sex mensium spatio, unus duntaxat locus capi non potuit, quẽ natura munitissimũ latrones insederant, dena millia equitum hic ad obsidionem relicta, quæ in 27. annum postea distracta est, ut Aytonus scribit, omnium, quarum hodie memoria extet, haud dubie longissima, vestium, ut idem ait, defectu demum deditio facta est. Deinde Baldacha urbs vi capitur. Fuit hæc olim Babylon, quam Semiramis in Mesopotamia condidit. Adjicit Aytonus sedẽ in ea fuisse Calphi, qui Mahometanæ legis summo fungebatur magistratu. Urbs excisa est, non ætatis discrimen ullum habitum, omnis multitudo ferro dedita, immensum pondus auri, gazaque omnifariam Calphi studio congesta, regem & exercitum ditavit Hic Haalon victor, æquum est, inquit,

eſt, inquit, tam quæſtuoſum hominem cibis veſci non niſi precioſiſſimis. Ite & Calphum (erat enim ad id ludibrium ſervatus) mediis auri gemmarumq; acervis ſtatuite, his veſcatur epulis, hos illi affatim ad omnia ventris deſyderia miniſtrate. Et ille ita plures dies aſſervatus, in media divitiarũ affluentia, fame conſumptus eſt, magno eorum documento, qui naturæ obliti, (parvo enim contenta eſt) nullum ſibi habendi finem conſtituunt.

BELLUM GUALTHERI DE GEROLTZECK, EPISCOPI *Argentoratenſis, cum civitate Argentoratenſi.*

GUaltherus de Geroltzeck, Epiſcopus fit Argentorati, anno Domini 1260. ab Archiepiſcopo Mogontino confirmatus. Primitiis ſuis, quas vocant, interfuere multi proceres & magnates, Abbas S. Galli mille, & Morbacenſis quingentis equitibus ſtipati. Anno domini 1261. Inter Epiſcopum & cives Argentoratenſes oritur diſſenſio, quæ cum plurimorum ad concordiam laborantium opera, ſedari non poſſet, cives intra octavam Pentecoſtes urbem egreſſi, ſumptis armis Haldenburgen. arcem vaſtarunt, foſſatumque profundum opplentes, ſolo æquarunt. Gualtherus eveſtigio ſub graviſſimis cenſuris & beneficiorũ privationis pœna, univerſo clero, imo & pueris literas latinas diſcentibus, mandat, urbem egrediantur. Parent omnes, præter Bertoldum de Ochſenſtein, Decanum, grandævum & valetudinarium, qui cum voluntate Epiſcopi manet, & Heinricum de Geroltzeck in Voſago cantorem, qui electioni Gualtheri nequaquam conſenſerat. Interdicit epiſcopus omnibus eccleſiæ ſacramentis, viſitationi & conſolationi infirmorum. Tamen prudentia Senatus vocantur in urbem tres ſacerdotes, qui eccleſiæ miniſtrabant. Clerus & nobiles qui epiſcopo favent, aurum & argentum ſuum ex urbe auferunt, reliqua bona, annonam & vina domi relinquunt. ea omnia ſignantes, & redditum iri (ſed fruſtra) ſperantes. Gualtherus collecto grandi exercitu, ad quem Treverenſis archiepiſcopus & abbates duo fortes ſuppetias miſerunt. Item multi alii comites nobiles, epiſcopo ferebant auxilium, ita, ut quicquid extra muros Argentoratenſes erat, civitati Argentoratenſi adverſaretur, excepto comite Ottone de Ochſenſtein, Walthero de Girbaden, & fratribus dictis die Rheingraven. Horum robore epiſcopus obſidet urbem: intercluduntur viæ, ne commeatus invehatur. Epiſcopus caſtrametatur inter Eckboltzheim & Konigesheim. Fiunt induciæ propter inſtantem meſſem, uſq; ad autumnum. Interea laborabatur de componendo diſſidio inter epiſcopum & urbem, ſed fruſtra. Circa autumnum epiſcopus finito induciarum tempore, ſuos conſcribit, & partim in Getſpoltzheim, partim ad montem Concordiæ, vulgo Kocherſperg, multos in Molsheim collocat. Erat aũt is annus fertiliſſimus copia vini & frumenti: nam oma vini vendebatur extra urbẽ pro quatuor nummis Argentoraten. quartale frumenti pro quatuor ſolidis. Cum ergo diſcordia ita aliquandiu duraret, pleriq; comites, inter quos fuit Rudolphus Habenſpurgius, paulo poſt in Romanorũ regem electus, Waltherus de Habenſpurg Hartmannus de Riburg, Conradus comes de Friburgo, Henricus de Nuuenburg, poſthac factus baſilienſis epiſcopus, fœdus cum civitate percutiunt, opẽ eis pollicentes. Itaq; animati cives, terras transrhenanas dominorum de Geroltzeck & Liechtenbergenſium, multosq; alios pagos civitati finitimos depopulantur & vaſtant. Haud aliter faciebat Gualtherus epiſcopus ipſe, civium prædia depopulando, & eorum agros, prata & vineta inter familiares adjutoresq; ſuos dividendo. Circa natalem Chriſti cives comitum ope fulti, ad Wickersheim Bruſchæ finitimam pergunt, ut arcem illam Nobilibus ejus nominis adimerent: multa enim damna ex eo loci perpeſſi fuerant. Invenere pagum vini plenum, pleriq; recentioris vini, quo civitas carebat (quia intercluſæ per autumnum fuere viæ, ne inveheretur) avidiores, ebrietate præmũtur. Quod ut comperit Gualtherus, magnum coegit exercitum, edixerat enim, & provide inſtituerat, ut ex ſonitu campanarum in cunctis ſui dominii locis uſq; ad Seleſtadium, Molsheim, Zabernam, Rynauu & Haganoj am audito, populus congregaretur. Aſſunt innumeri pedites & equites, longe plures quàm apud urbem eſſent, pergunt obviam civibus in montem inter Wickerskeim & Kolbesheim, ita ut utrinq; ſe viderent & alloquerentur. Cupiebat epiſcopus congredi, niſi fluvius impedimento fuiſſet. Cives in urbem redeunt, ſoli quindecim amore vini detinebantur, qui redire cum ſociis recuſabant. Quos obruunt hoſtes, & defectis prius manibus & pedibus, trucidant.

Clerus evocatur ex urbe Argentorate.

Argentoratum tantum habet tres ſacerdotes.

Quicquid extra Argentoratum contra eſt.

Concordia vel Cocherſpergia munimentum olim a Romanis conditum, ad arcendas Alemannorum irruptiones, a militib. ab Argentorate.

Eiſdem temporibus erat interregnum: vacabat enim Romanum imperium rege aut imperatore ſuo, magnamq; autoritatẽ Gualtherus habuit in civitate Colmaria, quam proditione cujuſdem prætoris, quem ſcultetum vocant, perdidit, civitate noctu in manus Rudolphi clam tradita.

Colmaria traditur Rudolpho.

Fuerant etiam ea ætate diverſæ factiones in oppido Mulhuſen, quod ad epiſcopatum Argentoratenſem tũ pertinebat. Cumq; altera factionũ perſpectũ haberet, quidnã in Colmaria nudius acciderit, clã miſſis ad Rudolphũ Habenſpurgium nunciis, mentem ſuam patefaciunt, ſe illi civitatis portas noctu reſeraturos. Habebat enim epiſcopus in ipſa civitate arcem, quam ſuus inhabitabat præfectus, qui mirum in modum cives præmebat, ideoq; ab epiſcopo ad Rudolphum defecerunt, & oppidum tradunt. Arx ipſa poſt tres menſes expugnatur, & funditus demolitur. Gualtherus clã inito cum proceribus ſuis conſilio, perſuaſit Colmariam recuperari poſſe, ſicq; proceres in regione

Mulhuſen.

Digitized by Google

Colmarienſium & cives inde expulſi, ſperabant civitatem ipſam clanculum aſtu obtinere, non minus quàm Rudolphus ipſam obtinuiſſet. Veniunt mane intra mœnia equites centum, ſtrictiſque gladiis clamitant per plateas, & appellant epiſcopũ Argentoratenſẽ. Prætor qui antea ab epiſcopo defecerat, civitatemque tradiderat, quorundam civium armatorum auxilio reſiſtere auſus, ſtatim jugulatur. Cives vero animati, vi magna proceres atq; complices ex civitate expulerunt. Quorum nonulli interempti, nonnulli fractis membris in rotas ſunt collocati.

PVGNA APVD HAVSBERGEN.

ANno mil. 262. Interea non deſtitere Gualtherus epiſcopus, & urbs Argentoratenſis, mutuis ſeſe damnis, ac locorum rutalium incendiis ex utraque Rheni parte, à Briſgaugia uſque ad Salzam afficere: nec erat qui diſſidentes animos poſſet componere. Itaque cives die Mercurii poſt ſecundam quadrageſimæ dominicam, urbem cum ingenti equitum peditumq; caterva exeunt, aſſumtiſq; lapicidis, ac variis ferreorum inſtrumentorum generibus, turrim eccleſiæ Munolzheim (ne in eam Gualtherus præſidium locaret) dituunt. Id ubi intellexit epiſcopus, facto iterum campanarum in rure clangore circunſonante, trecentos equites, & quinque peditum millia coegit, deſiderans congredi, conflictumque habere cum civibus, ſpe victoriæ potiundæ: nec enim credidit bellum illud, niſi mutuo prælio & certamine poſſe finiri. Cives qui turrim diruebant, nunciis in urbem celerrime miſſis, rem ordine narrant, ac ſuppetias efflagitant. Reſonant campanæ, fit clamor per urbem, quàm multi certe cives egrediuntur, ut obviam epiſcopo prodeuntes, ſociis opitulentur. Quod intelligentes concives qui extra urbem fuerant, profecti ſunt ad montem Haldenburgi. profectionem dirigentes verſus ſuperiorem Hauspergam, ſocios urbe egreſſos expectant. Qui cum prope adeſſent, montem deſcendunt. At quædam foſſa intermedia præpediti (quæ in equis commode tranſire non poterant) vexilla faciemque ſuam vertunt, tanquam recta ad civitatem contenderent, foſſatum circumeuntes. Quo viſo epiſcopus arbitratus cives attonitos fugam in urbem quærere, uti prius apud Wickersheim fecerant, animatus, ac moræ impatiens, non expectata peditũ ſuorum cohorte, timens ne hoſtes manus ſuas evaderent, cum ſolis equitibus ſuis properans, eos perſequitur, ſuosque omnes cohortabatur, munera magna promittens, ut fortiter dimicarent. Cives autem cum foſſatum circumiviſſent, nec jam itineris impedimentum ullum haberent, jugeriſq; ſpatio à Gualtheri equitibus diſtarent, jamque concives urbe egreſſi, ad ſe cominus veniſſent, inaſpectum Gualtheri prodire, aciem inſtruere, ac ſeſe animare cœperunt. Erat autem hic affatus ad monentium ſe mutuo civium: Vel hodie ſitis optimi cives infracto animo & pugnate intrepide pro urbis & patriæ noſtræ gloria, proque ſempiterna libertate noſtra, liberorum & nepotum. Vix fuerant ſe exhortati maſcula oratione, cives qui in agro erant, ecce adſunt reliqui ex urbe; horum Capitaneus erat dominus Nicolaus Zorn ſenior: hunc amiciſſime ſalutat & excipit dominus Reinboldus Liebenzeller, inquiens: Domine Zorn chariſſime, Ex adventu veſtro mite exhilaror. Nunquam vidi vos avidiori animo quàm modo. Eliguntur duo belli duces, quibus omnes ſe jurant obtẽperaturos. Qui pixidibus & manuariis bõbardis, baliſtis, cæteriſque jaculis utebantur (trecenti numero) à reliquis civib. ſegregati, hac lege, ne ſe prælio cõmittãt ſed, duntaxat ſeſe obiiciãt peditib. epiſcopi adventantib. (qui nõdũ aderant) ut eos intercipiant, ne equitib. eius juncti, opẽ ferre poſſint. Erant in exercitu Gualteri, rei militaris & ſtratagematum periti, qui prudentia ſua conſiderabant civium agmina ſuis eſſe longe fortiora, atque ideo epiſcopum, ne prælium iniret, vehementer dehortabantur, quod cum paucis magnas hoſtium copias aggredi in loco præſertim civitati tam propinquo, temerariũ eſſet & incõſultũ. At epiſcopus illos intercluſos & timidos eſſe calamitabat: Quod ſi vellent abire, cum venia ſua poſſent. Illi vero pudoris cauſa, infamiæque metu, ut mos eſt Germanis, perſtitere. Gualtherus aciem inſtruit, prælium comittitur, Inter cives Marcus Eckversheim, vir nobilis, primus hoſtem lancea petit. Epiſcopus fortiſſime manu propria, inſtar ſtrenuiſſimi militis, pugnat. duobus equis, quibus inſederat, interfectis. (Dederat enim ſenior Liebenzeller conſilium ut & hoſtium & amicorum equos interficerent, civibus prope civitatem exiſtentibus, hoſtem longe abeſſe à tuto) Sic tertio equo epiſcopus inſedit, & cum duobus equeſtribus nobilibus terga vertit: unus erat dominus Burckhardus Mutnhart: alter dominus Wolfelinus Meigenreis. Deſiderati & occiſi ſunt ex parte Gualtheri epiſcopi ſexaginta proceres, inter quos & frater epiſcopi Hermannus de Geroltzeck occubuit, quidam de Tierſperg epiſcopi cognatus Waffeler, & duo filii, equites aurati, tres fratres de Eckversheim, tres Schollen de Ginsheim, duo de Virdenheim, unus de familia Beger, Johannes de Bietenheim. Capti ſex & ſeptuaginta, & propriis loris ac laqueis, quibus ſperabant cives abductum iri, præter ſpem irretiti urbem ingrediuntur. Inter cives tantum unus occiſus, lanius quidam dictus Bilgerin. Civibus in hac pugna nemo adfuit, præter comitem de Ochſenſtein, & Girbaden.

Munolzheim turris demolitur.

Hauſperga.

Epiſcopus munera policetur fortiter dimicantibus.

Libertas.

Nicolaus Zorn, Reinboldus Liebenzeller.

Sequẽti mox die Gualtherus epiſcopus in urbẽ miſit legatos, qui de concordia tractarent. Interdictum relaxavit, ſupplicans, ut captivi, præſertim frater ſuus, quem adhuc ſuperſtitem credebat humaniter tractarentur. At neq; miſſi ab epiſcopo, nec Richardus de Anglia Romanorũ rex, qui in

Hagenoia de pace & concordia tractabat, dissensionem episcopi & civitatis sedare potuerunt. Sperabat enim Gualtherus & palam gloriabatur, captivos qui in dormitorio summi templi inclusi erant, propediem liberandos. Cives ubi id audissent, diligentius circunspexere, vincula, manicas, & compedes captivorum, viderunt; funes dissolutos, & foramina per muros in penu versus curiam fratrum effossa, quibus proxima nocte, si Gualtherus tacuisset, evasuri erant, reppererũt. Reficitur à Senatu murus, vincula injiciuntur validiora, custodia fidelior adhibetur. Captivi spe redemptionis adempta, pacem cum urbe ineunt, & libertati restituuntur. Durante hac discordia, Gualtherus moritur, quem ex animi dolore, cordisq; tristitia multi defecisse crediderunt. Canonici mortuo Episcopo redeũt in gratiã cũ civitate: redeũt sacrificuli & juventus. Hic fuit finis belli episcopalis, quo cives pro libertate pugnarunt & patria. Nam si episcopus vicisset (ut putarat) Argentoratum urbem instar Zabern iæ aut Molsheim habuisset.

Fabrica eccle sia. Argen.

Ab eo tempore cives Argentoratensis Reipub. fabricæ ecclesiæ majoris curam susceperunt, Antistite Capitulo q; annuentibus, annuam coram aliquot Capituli personis rationem reddentes.

Scribit Jacobus Wimphelingius in Cathalogo episcorum Argentoratensium, se non invenisse quempiam Argentoratensium, qui ex Alsatia, Austrasia, finitimisq; & propinquis locis ortus fuerit, contra urbem tristia bella gessisse, præter unum Gualtherum.

Sub hoc Gualthero Anno Christi mill. 261. venerunt Argentoratum ex Tuscia bini & bini mille ducenti, seipsos nudis tergis flagellantes: sed de illis infra fusius, circa annum Domini mill. 350.

DE TEMPLO ET TURRE ARGENTORATENSI.

ANno Christi millesimo decimo quinto, Episcopatus Werenharii episcopi Argentoratensis anno septimo, cœptum est hodiernum templum Argentoratense, opus omnium quæ audivimus, aut vidim⁹ maxime admirabile, tã extructionis genere, q̃ magnitudinis & altitudinis, ab ipso fundamento forti & profundo ædificari: antea enim exiguũ & fragile fuerat ex lignis, parvique precii lapidibus ædificium à Clodoveo Gallorum rege neophyto erectum. Turris autem altior (quæ jam ob illustres celaturas, & innumeras fabrefactas imagines, septem mundi mirabilib. octavi loco adjungi posset) anno Christi mill. 277. incepta, & postea anno Domini mill. 305. usq; ad galeã consummata est. Hæc Jacob. Wimphelingius in Catalogo episcoporũ Argentoratensium. De hac turri scribit Æneas Sylvius in opusculo de Germanis: Mirabile opus caput inter nubila condit. Templum vero tam nobile, tam magnificum, quamvis interea quinquies tum aeris tempestate, tum hominum incuria exustum, majori tamen indies sumptu, preciosioriq; apparatu & splendore est instauratum. Sub ipsa turri & supra januam quam Sertorum vocant, (die Schappel thur) legitur hoc Epigramma:

ANNO DOMINI M. CCLXXVII. IN DIE BEATI URBANI, HOC GLORIOSUM OPUS INCHOAVIT MAGISTER ERWINUS DE STEINBACH.

Insuperiori parte turris, ubi est initium galeæ & fastigii turris, quam Johannes Hiltz Coloniensis (qui Architectonicen Argentorati fœliciter dedicit) & inchoavit, & absoluit, quod ex symbolo ejus cognoscere licet tali, legis hæc Christianissima [illegible] per circulum turris lapidibus incisa.

Ad Orientem.

CHRISTUS GLORIFICAT. CHRISTUS CUNCTIS DONAT.

Ad Septentrionem.

CHRISTUS CORONAT. CHRISTUS ET SUPERAT.

Ad Occidentem.

CHRISTUS REX TRIUMPHAT. CHRISTUS SEMPER REGNAT.

Ad Meridiem.

CHRISTUS ET IMPERAT. CHRISTUS NOS RENOVAT.

Dicere possis, Testimonia animæ naturaliter Christianæ, & similia illis, quæ in Apologetico Tertulliani legis cap. 17. Deus dedit, Deum testor, Deus videt, Deo commendo, Deus mihi reddet. Jã cum ædificiorum sit fenium quoddam, & ut animalibus, ita operibus locisq; fatum sit ineluctabile, certe firmum & stabile, salutiferumq; & æternum erit, quod in hoc Dominico templo, favore Dei, prudentia & dexteritate Magistratus ornatissimi, verbum viventis Dei, quod in æternum manet, annunciatur, purius & castius quàm antea. Et hoc est verbum quod per Evangelium delatum est ad nos, 1. Pet. 1.

RUDOLPHUS XXVII. IMP. GER.

Rudolphus 27. Imp. Ger. Habinspurgii comites Veteris Fundonis fuerunt. Vide B. Rhen.

ANno Domini mill. 273. Rudolphus comes Habspurgensis, Lantgravius Alsatiæ, post longam vacationem imperii, & civilia bella, communi voto principum electus in Imperatorem Germaniæ & Romanorum, penultima Septembris, regnavit annis 19. à Papa confirmatus fuit: nam Lausannæ simul fuerunt, ut hæc carmina indicant.

Ralph. Volter. ex constitutis Adel. Augustensibus

Bis sexcenti septuaginta tresq; stetere
Anni Lausanæ dum rex & papa fuere.

Et quanquam injunctum illi per electores, ut profiteretur se in Italiam diadematis causa intra annum profecturum, nunquam tamen hoc fecit, semper novas occupationes publico causatus. apud amicos non dissimulans se ab Italia deterreri, quod Cæsarum in Italiam vestigia læta, magnifica, plenaq; bonæ spei videret, ex Italia vero referentia & foras versa, tristia, misera, luctuosa: alludens ad illud apologi Esopici de Vulpe & Leone: ὁρῶ ἐξῳθεν ἴχνη πολλῶν ἰόντων, οὐδένα δὲ ἐξιόντα. Misit tamen locum tenentem in Italiam, quem urbes magna parte susceperunt,

Rudolphus horret coronam.

Duo fuerunt Rudolphi ex familia comitum de Habspurg electi in reges Romanorum. Primus Rudolphus electus anno domini mill. 77. is non diu regnavit. Secundus Rudolphus Rom. rex electus anno domini mill. 273. Secundus ille cum confessorem haberet Guardianum de oppido Lucernensi, qui multis annis confessiones comitis Rudolphi uxoris & familiæ audire consueverat, dictus Henricus Gurtelknopff, posthac factus Gardianus monasterii Minorum Basilienſis. Et cum mortuo Basilienſi episcopo Canonici concordare non possent in electione, mittunt notarium & testes, ut de fratribus minoribus proxime sibi provenientem adducant. Gardianus casu occurrit. & fit episcopus Basilienſis. Cum autem episcopatui Basilienſi bene præesset, & Mogontina sedes Metropolitana vacaret, in archiepiscopum vocatur, & fit unus de electoribus imperii principibus. Vacante ergo Ro. imperio, per mortem Richardi filii regis Angliæ, Rudolphi dotes per confessorem archiepiscopum prædicantur, ut eligeretur in regem Ro. Idem archiepiscopus etiam facile obtinuit, ut Rudolphus cum Basilienſibus conveniret.

Albertus de Habspurg, vexillifer urbis Argentoratensis.

Ergo audito nuncio electionis solvit Aquisgranum, ubi coronatur. Fuit hic Rudolphus, comitis Alberti de Habspurg filius, is fuerat Lantgravius superioris Alsatiæ, & vexillifer ut bis Argentoratensis, ejusq; præsidio multas præclaras victorias consequuta tempore episcoporum Heinrici de Veringen, & Bechtoldi de Deck. Mortuo autem patre, Rudolphus filius successerat, & ipse vexillifer Argentoratensis formidabilis. unà cum civitate toti Alsatiæ & Sueviæ bello superat comitem Saubadiæ, & occupat Baden, Morsperg, Kyburg, Winterthur, posthac Mulberg, Gretzingen, Durlach, & quidquid erat Marchionis Badensis sibi subjicit, & pacem firmat.

Fertilitas terræ. Quatuordecim ova pro uno nummo.

Hoc anno tanta fuit fertilitas terræ, ut quartale tritici 22. nummis Argentoratensibus emeretur, quartale siliginis 16. nummis, 14. ova pro uno nummo, gallina duobus nummis, haleces octo uno nummo.

Post hæc Rudolphus venit Argentoratum, & pacem firmat cum omnibus Rheni civitatibus. Eodem anno Rudolphi filius prope Reinaw, cum aliquot ministris in Rheno submergitur: is erat 18. annorum, & regis Angliæ filiam uxorem habebat.

Parsimonia Rudolphi.

Rudolphus severus fuit, justitiæ executor, pacis studiosissimus, humilitate, quæ nobilitatis comes est, mira præditus. Ideo in una profectionum, thorace sarcita usus, & conspicuus suis, ut exẽplum præberet, ne suos hujus parsimoniæ puderet.

Et cum semel castrametaretur, verùm illi & exercitui deesset victus, accessit ad agrum rapis cõsitum, & cœpit evellere rapas, ac commedere. Cum alii viderent Imperatorem hoc vili cibo famem pellere, evulserunt & ipsi, & vorarunt.

Primus Burggravius Norinbergensis.

Anno domini 1274. Rudolphus rex Romanorum, comes de Habspurg comitatum Norinbergensem, Teutonicè Burggrafschafft Nurenberg, contulit Friderico comiti de Zolern nepoti ex sorore, & is fuit primus Burggravius Norinbergensis.

Apposite dictum.

Anno domini 1274. cum Rudolphus Norinbergæ comitia haberet, in maxima principum corona Berichardus, Serovienſis episcopus, nuncius regis Bohemiæ petita venia, pleno mandato suffultus, proposuit electionem de Rudolpho non valere, ut pote factã ab execratis, de execrato: ideoq; Rudolpho regi non esse obediendum. Cui rex, Episcope, si habetis causam adversus clericũ, agatis sermone Latino coram episcopo: sin contra me, vel imperium, agatis more solito. Principes autẽ cum intelligerent hunc episcopum velle electionẽ in dubium vocare, vix manus abstinuerunt.

Iohannes Rudolphi filius, Sueviæ dux.

Anno domini 1278. rex Rudolphus, comes de Habspurg, filiũ suũ Joannẽ fecit ducẽ Sueviæ, & Albertum filiũ, ducẽ Austriæ & Styriæ. Et Menhardũ comitẽ Tyrolis, fecit ducẽ Carinthiæ in civitate Augustana, in comitiis electorũ, & aliorũ principũ. In regno Germaniæ ipse multis implicitus fuit negotiis: nam Bavaria & Bohemia illũ turbabant. Bavaria quidẽ mox Rudolpho obedit, at Othocarus, qui & Primislaus dicebatur, quintus Bohemiæ rex, illi vehementer repugnabat: nam Austriæ ducatũ feudũ minimè muliebre, ob uxorẽ Margaretã sterilem, quã duxerat, retinere volebat, & imperio adimere. Rudolphus ergo Burggraviũ Norinbergenſem in Bohemiam mittit, & præcipit, jubetq; ut Austriam cædat.

Dissidium Othocari regis & Rudolphi.

Id cum Othocarus detrectaret, rebus ultrò citroq; agitatis, Rudolphus Austriam invadit, Viennam Austriæ civitatem obsidet, fitq; magna strages prope Nidersbruck, trans Danubium, Suevis & Alsatibus, quibus Cæsar maximè fidebat, victoria potitis. In qua strage Othocarus interimitur. Ita imperator Austriam occupavit, & filium suum Albertum, ut ante dictum est, ducem Austriæ designavit, ita ut Austria jam sit feudum imperiale.

Strages prope Nidersbruck, & Othocarus occiditur.

Digitized by Google

Ab hoc Alberto, inclyti duces Auſtriæ originem trahunt uſque ad Carolum quintum, præſentem Imperatorem, & Ferdinandum Cæſarem, inſtituto in ducem Auſtriæ filio, ex conſenſu Principum Auguſtæ. Anno milleſimo 282. eidem Stiriam, Carinthiam, portum Naonis, Carniolamque conceſſit. Rudolphus vero admodum benigne egit cum Vuenceslao, Othocari filio, regnum Bohemiæ illi permittens, & filiarum ſuarum unam ei matrimonio locans.

Rudolphus benigne agit cum Vuenceslao Othocari filio.

Alii meminerunt, quod Rudolphus imperator, Bohemiæ regem atroci prælio ſuperatum cœperit, & velut contemptum atque dejectum mancipium, in viliſſimis officiis ſibi ſævire coegerit, magnoque dedecore affecerit. & deinde illum in regnum reſtituerit, & filiam ſuam Guntham uxorem illi dederit. Hic Vuenceslaus pro ſancto viro habitus fuit, annos natos octo, regnum obtinuit, quod Marchio Brandenburgenſis tutorio nomine quinque annis gubernavit.

Rudolphus Burgundiam etiam ſubegit, & in Alſatia oppida aliquot, quæ contra ſe conſpirarant, vi occupavit, nimirum Haganojam, Colmariam, Turregum, Bernam.

Oppida quædam in ſuperiori Suevia, hoc tempore, quæ prius villæ cenſebantur, ab Imperatoribus muris cinctæ, civilibus ac municipalibus libertatibus donata ſunt, præcipue Eſſlinga, Reutlinga, Heilbrunna.

Suevia oppida, muris cincta.

Anno domini milleſimo 282. Philippus pulcher Galliæ, Ladislaus 3. Vngariæ, S. Vuenceslaus Bohemiæ, Carolus 2. Siciliarum, Sanctius 4. Hiſpaniarum, Jacobus Dongianus, Aragonum rex, imperant. Tangadar Tartarus, legem Machumetanam primus apud ſuos amplexus eſt, is Babyloniam ſuperat Armeniorum ope.

Anno eodem Comitem Eberhardum Vuirtenbergenſem aggreſſus, Stutgardiam obſedit, ſed per Epiſcopum Mogontinum res fuit compoſita.

Anno domini milleſimo 285. ſopita Comitum Sueviæ, adverſus Imperatorem conſpiratione, quindecim enim conjurarant ſe profligaturos, aut occiſuros regem, Piſani. Lucenſes & Florentini, debellantur à Germanis. Pecunia vero ſe redimunt à ſervitute. alteri 12. alteri vero Florentini ſex aureorum nummorum millibus numeratis, quam rem Pontifex tunc Honorius 4. ut Romani Pontificis finibus utilē quidem probavit, indignam tamen Imperatore exiſtimavit Volaterranus.

Anno Domini milleſimo 286. Carmelitarum ordo cœpit primum ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano.

Tempore Rudolphi fuiſſe uſum primarum precum, colligitur ex tali forma. Rudolphus Dei gratia rex, & ſemper Auguſtus. Honorabili in Chriſto devoto Abbati &c. Gratiam ſuam & omne bonum. Cum ex antiqua & approbata, ac à Divis Imperatoribus & Regibus ad nos producta conſuetudine, quælibet Eccleſia in noſtro Romano imperio conſtituta, ad quam beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinet collatio, ſuper unius collatione beneficii, precum noſtrarum primarias admittere teneatur, Devotionem tuam rogamus, quatenus huic clerico, de Eccleſiaſtico beneficio, quod ad tuam collationem attinet, ob reverentiam ſacri imperii, ſtudeas liberaliter providere, &c. Datum, Anno regni noſtri primo.

Uſus primarum precum.

Anno domini milleſimo 290. Rudolphus Erdfordiæ habet comitia, & auxilio ejuſdem civitatis, circiter ſexaginta arces in Doringia fregit & devaſtavit. Ita Rudolphus totam Germaniam in qua magna bella & diſcordiæ ferè in omnibus locis fuerant ortæ, interregni tempore pacavit. & dilapſum imperium, rurſus reſtituit, tandemque ſenio & ægritudine confectus, in præſentia Vuenceslai generi, & Gunthæ filiæ, diem obiit ſupremum, ad Spiram deductus, inter Romanos Imperatores ſepelitur anno mil. 292.

Comitia Erffordiæ.

Rudolphus moritur. Alii volunt, quod in Elſatia oppido, Gomersheim mortuus eſt.

Anno domini milleſimo 292. Inventus eſt qui ſe diceret Fridericum 2. quem Fridericum Holſtuch quidam dixere, alii Tile Kolup cognominant, qui ſe diceret clam ſuis ſubduxiſſe, faſtidio rerum, ut quietior viveret, & mortuum ſubdidiſſet, quem pro ſe vulgus hominum tumulaſſet, paucis conſciis conſilii ſui, ſe per annos triginta peregrinatum, nunc reviſere terras imperii. Tanta proferebat ſecretorum indicia, ut quibuſdam fidem faceret, præſertim Lantgraviis Thuringiæ. Rudolphus Imperator, cum veritatem in ea re compertam haberet, confeſſionem falſitatis expreſſit quæſtionibus. Fatebatur enim aliquando ſe in Cæſaris curia ſerviviſſe, inde præcognita ſibi quæ narraret. Alb. Krantz in Saxonia & Vuandalia. tandem fictitius Fridericus combuſtus fuit, juſſu Rudolphi. Et quoniam Colmaria, hunc impoſtorem admiſerat, oppugnatur à Rudolpho, ſed datis quatuor mille auri marcis, recipiuntur rurſus in gratiam. Imperator Rudolphus Ertphordiam ingreſſus. multis comitatus Principibus, judicium inſtituit in tumultuantes cives, convictos juſſit gladio cædi, aderant Mogont. Saltzburgen. Magdeburgen. Archiepiſcopi, de Bamberga, Hildesheim, Halberſtat, Nuenburg, Miſnenſ. Epiſcopi, Rex Bohemiæ, Albertus Saxoniæ, Albertus & Heinricus Brūſchuuikcenſes.

Pſeudofridericus alii Koleps.

Chronicum Vuormatienſe habet, quod ſit combuſtus cum duobus complicibus in Friderberg.

Tumultus Ertphordiæ, ſedatur per Rudolphum.

Ephren Græcus Conſtantinopoli, Ptolomæus Lucenſis in Italia, Hiſtorias ſcribunt, Vuilhelmus Placentinus, Taddæus medicus Guido Bonatus Aſtrologus: & Burcardus monachus, terræ ſanctæ peragrator floret.

Poſt Gregorium Papam Innocentius 5. Aretii eligitur, antea dictus Petrus Tarentaſius, natione Burgundus, ante dignitatem Pontificiam, prædicando & ſcribendo celebris.

Innocentius 5.

Adrianus 5. Post Innocentium 5. Adrianus quintus, patria Genuensis, Ottobonus dictus. Post Adrianum est. gitur Johannes 21. Petrus medicus antea dictus, natione Hispanus, vel Portugallensis. Post hunc

Iohannes 21. Nicolaus 3. patria Romanus, ex familia Vrsina, Johannes Cajetanus antea dictus. Hic adnisus est,

Nicolaus 3. ut cognatos suos eveheret & alterum in Etruria, alterum in Longobardia reges faceret, quoniam Rudolphus Imperator rebus Germanicis impeditus, in Italiam non veniebat. Verum civitates Italiæ imperatori adhærentes, contra stabant, & misso locum tenente per Rudolphum in Italiam, con-

Martinus 4. silia Pontificis frustrata sunt. Post Nicolaum 3. fit pontifex Martinus 4. Simon antea vocatus, patria Turonensis. Post Martinum Honorius 4. patria Romanus, è gente Sabellorum vetusta, antea

Honorius 4. Jacobus dictus. Post Honorium Nicolaus 4. natione Picenus, è civitate Asculana, Hieronymus antea dictus, hujus Pontificatus anno quarto imperator Rodolphus moritur.

ADOLPHVS XXVIII. IMP. GER.

Adolphus 28. Imp Germa. ANno Domini mil. 292. Adolphus Comes de Nassauu in imperatorem electus est, hic apud Rudolphum Cæsarem in magna æstimatione fuerat, ad hæc frater Adolphi erat Archiepiscopus Moguntinus, cujus auxilio Adolphus imperii fastigium impetrarat. Regnavit annis 6. rursusque per electores depositus fuit, nam facultates illi erant impares ad imperatoriam majestatem, insuper adversa fortuna agebat, quod agebat. Præcipuum bellum quod gessit fuit hoc, quod in Doringiam profectus, egit Alberto Thuringiæ, Lantgravio dissidente cum filiis Diethero & Friderico. Nam Adolphus familiam suam de Nassauu volens evehere, in Doringiam abiit, magno ejus terræ damno, nam Crutzberg, Franckenstein & Friburg obsedit. Tamen

Fridericus cum morso genu. Fridericus, Alberti filius, quem nominant, cum morso genu, rursus eum expulit Hic Adolphus Colmariam, quæ se illi opposuerat, occupat: & in ea capit Anshelmum de Rapoltzstein.

At cum in imperio multum esset indies turbarum, & necesse erat habere potentiorem Cæsarem, Mogontiæ convenerunt electores, & Adolphum destituunt imperio. Nam centum millia marcarum argenti, vel ut alii volunt, 75. millia pondo argenti acceperat Adolphus à rege Angliæ, ut sibi esset auxilio, cum Principibus Germaniæ, contra regem Galliarum. Cum vero Adolphus

Discordia inter Adolphum, & ducem Austriæ. hanc pecuniam non divideret inter Principes, sed sibi retineret, & comitatum hinc emeret, nec militem conscribere potuit, nec ferre Anglo auxilium. Posthac anno Domini mil. 295. Fuit discordia inter Adolphum regem, & ducem Austriæ, Albertum: ut qui electionem Adolphi videbatur remoratus, adhæc Albertus Adolpho obloquebatur, ut qui fidem non servarat regi Angliæ. Hinc Adolphus volebat ducem Albertum ducatu suo privare.

MVLTI CONFOEDERANTVR CONTRA REGEM ADOLPHVM.

Adolphus nocet Alsatiæ. IN hisce motibus Adolphus rex, comitem de Ferraria, præsidem constituebat Alsatiæ, & Hartmannum de Geroltzeck præsidem ditionis cisrhenanæ, hii duo cum equite aurato de Bergheim graviter nocebant Alsatiæ, Episcopo Conrado de Liechtenberg damnum illaturi. Quare epis-

Fœdus Principum & civitatem contra Adolphum. copus & civitas Argentin. cum dominis de Liechtenberg, Ochsenstein, Lantgravio Alsatiæ, Comitibus à Friburg, Zuueibruck, & multis aliis Principibus & dominis confœderantur contra Adolphum, non laturi ejus & suorum præsidum tyrannidem. Erat autem tanta passim inquietudo, ut nemini tutum esset peregrinari, & erant regiæ etiam viæ, herbis & gramine plenæ. Hinc electores Albertum vocarunt Mogontiam, ibi eum in regem electuri, quoniam Adolphus telluris esset inutile pondus, imperii & publicæ utilitatis pernicies etiam meruerat malefactis imperio privari. Ita habentur comitia Mogontiæ, excepto Trevirensi & Palatino Bavaro, adsunt omnes alii electores, & multi Principes & Episcopi. Conradus de Liechtenberg, Episcopus Argentoratensis, Alberto octingentos nobiles sine eorum familia adducit. Argentoratenses cives mille æquitibus & peditibus obviant duci apud Friburgum, & magnifice excipiunt.

REX ADOLPHVS DEPONITVR.

HÆc audiens Adolphus, conscribit & ipse ingentem exercitum, & Rubeacum obsidet oppidum Episcopi Argentoratensis, undiquaque omnia vastans, incendio & rapina. Spiram mox solvens, expectaturus quid electores essent designaturi. Albertus venit Mogontiam, & electores gravissimis de causis privant Adolphum imperio, & eligunt Albertum Austriæ ducem illique obedientiam jurant. Hæc facta sunt anno mil. 299.

REX ADOLPHVS BELLO PERIT.

CVm Adolphus rex hujus electionis certior esset factus, in subsidium sui exercitus accepit civitates, Spiram, Vuormatiam, Francofordiam, & in agro Vuormatiensi (vff dem Wurmser Gaw) Alberto electo, congreditur, fit conflictus toto medio die, cæditur Adolphus, victor Albertus illum appellat. Hic (inquiens) dimittitis imperium Respondet Adolphus, hoc situm est in Dei manu. Interfecto Adolpho, jubet Albertus neminem magis jugulari debere, sed vivos capi, &

capi, & captus fuit Adolphi filius, cum multis comitibus & nobilibus. Multi suffocantur (erat enim summus æstus) Otto de Ochsenstein, supremus vexillifer Alberti, comes de Isenberg, qui in exercitu Adolphi fuerat vexillifer.

Ilico autem, cum exuerentur cadavera occisorum, & Adolphi corpus Gebhardus, cognatus ejus Archiepiscopus Mogontinus videret in campo exanime, flens, inquit. Ah quam sunt res deploratissime, quod probissimum cor, quod in mundo est, hic jacet. Timens autem Albertus, ne Mogontinus non ratam haberet electionem, affatur Episcopum. Non dimittam vos (inquit) nisi re mea absoluta. Et profectus Aquisgranum, coronatur Albertus, & posthac civitatum obedientiam consequitur. *Alii fratrem vocant.*

Ita Adolphus de Nassauu Imperator occubuit, vir quidem insignis, sed parum milite & pecuniis potens. Anno 1298, ut hæc carmina testantur.

ANNO MILLENO TRECENTIS BIS MINVS ANNIS,
IN JULIO MENSE REX ADOLPHUS CADIT ENSE.

De Adolpho in Codice vetusto Vuormatiensi Chronico, sic legitur. Inter cætera virilia acta Adolphi haben, quod terram Misnensem in asperrimis frigoribus debellarit, imperioque subegerit. Et dum quodam anno in auxilium regi Angliæ veniendo, contra regem Franciæ, expeditionem instauraret Archiepiscopus Mogontinus Gerhardus de Eppenstein, Episcoporum, Comitumque usus consiliis, ob dicti regis humiliationem fraude occulta laboravit, non quiescens, donec venenum mente conceptum, crudeliter exspueret. Asserens quod ante electionem regis Adolphi, pollicitationes de conferendo regno factæ essent Alberto duci Austriæ filio regis quondam Rudolphi, sub certis instrumentis, per idoneos barones, internuncios sibi missis. Ita induxit Episcopus Albertum & persuasit, ut collecto exercitu, ad partes Rheni veniret, ad capiendum imperium, ad quod antea fuerat designatus. Qui vix confisus verbis Archiepiscopi, qui ipsum primo electum defraudaverat Adolphum præferendo. Tamen conscripto magno exercitu, & collectis de Vngaria & Bohemia sagittarus, optimis, sed inermibus, impulsus episcoporum & comitum hujus terræ consiliis & auxiliis, transito Rheno juxta Argentoratum descendit, figens tentoria sua juxta castellum Alzeja. Advenensque archiepiscopus cum civibus Mogontinensibus, devastaverunt idem oppidum, elegitq; ibi, alio contradicentibus, & absentibus electoribus, dictum Albertum ducem in regem, apud villam Schathusen, pertractantes invicem, quomodo amantissimum regem Adolphum perderent, occiderent, vel privarent. His ita habitis, rex Adolphus collecta copiosa manu, habens secum inter alios duces & barones, Palatinum comitem, Rudolphum ducem Bavariæ suum filiastrum, & filium sororis dicti ducis Austriæ Alberti, insequutus eum papiliones in prato Heppenheim collocavit. Cui in auxilium cives Wormacienses honorabiliter occurrerunt. Sed dum rex se procingeret contra hostes iturus, bona fortuna redierunt.

Sequenti die, dum dux Albertus pauliſper à loco declinaret, opinatus rex aufugere eum velle, celeri gressu in hostem debachatur, transverberat & occidit illum, qui in armorum similamine oppositi ducis occurrebat. Dum itaque rex Adolphus in spe victoriæ viriliter usque ad lassitudinẽ corporis debellaret, dux Bauuariæ suus filiaster terga vertit in fugam, sine omni vulnere, suis omnibus eum sequentibus, & fugam incutientibus, sicut cum avunculo prædicto duce Alberto pridie, ut firmiter credimus, fuerat præconceptum, & sic suorum adjutorio destitutus rex Adolphus occubuit, sepultus in monasterio Rosenthal.

Postea spatio mensis unius non transacto, solertia Archiepiscopi Mogontinensis, electores omnes Franckenfurt conveniunt, & Albertum Austriæ ducem eligunt.

Eodem anno apud Norinberg comitia habet, cum regina conjuge sua, filia comitis de Tyrol, præsentibus multis principibus, maxime septem Electoribus, inter quos rex Bohemiæ, sororius regis, cum apparatu maximo venit.

Anno 1294. Divus Mugellanus Decretista, & Lanfrancus Chirurgicus florent.

Circa hæc tempora initium fuit belli, quod aliquot annis ingenti suorum detrimento Angli gessere cum Gallis.

Post Nicolaum quartum, fit Papa Celestinus quintus, Petrus Moroneus antea vocatus, professione Anachorita. Hic relicto papatu, ad monachatum rediit. *Celestinus quidam.*

Post Celestinum quintũ fit Papa Bonifacius octavus, de quo fertur insignis impostura nimirum quod per arundinem insonuerit in aures Celestini, perinde ac vox esset cœlestis, ut papatum relinqueret & Bonifaciũ successorẽ admitteret. Hic Bonifacius gravia bella commovit per Italiã; regem Galliæ excommunicavit, & titulum regni Gallici, Alberto imperatori Germanico dedit, ut ita Germaniam & Galliam committeret. Homo magnæ ingratitudinis & calliditatis, ut qui ambitionis causa Celestinum sanctum virum decepit, dum eum magistratu se abdicare compulit, & vitam hæremiticam appetentem cepit, veritus, ne homines magis Celestinum vitæ sanctimonia *Bonifacii 8. impostura.* *Titulus regni Gallici Alberto Imp. datur.*

consspi-

Digitized by Google

conſpicuum quàm ſe ſequerentur, & apud Fumonis Campaniæ arcem tam ærte cuſtodiri juſſit, ut inde mortem illi acceleratam creditum ſit. Tandem & ipſe Bonifacius captus, & in carcere mortuus fuit, de quo fertur: Intravit ut vulpes, regnavit ut lupus, mortuus eſt ut canis.

Scomma in Bonifacium 8.

Notum eſt & illud, quod Procheto dixerit Genuenſi Archiepiſcopo, ad pedes ejus die Cinetum prodeunti, cum dici à ſacerdote tamen ſoleat, Memento homo quod cinis es, & in cinerem reverteris, dixit mutatis quibuſdam verbis: Memento homo quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem reverteris, in ejuſque oculos cinerem jecit, non in caput, ut mos eſt. Hic papa anno mil. 298. librum ſextum Decretalium componit, primumq; Jubileum Romæ Judaico more celebrat.

Memento quia Gibellinus es.

Cum Albertus Auſtriæ dux Rudolphi filius, miſſis in urbem Romam oratoribus, voluntatem de ſe electorum principum pontifici Bonifacio octavo declararet, ut electionem de ſe factam confirmaret: Pontifex ſuperbe electionem rejecit, dicens, quod ſine ſua autoritate electio facta, robur nõ haberet: nam penes ſe utriuſque gladii poteſtatem eſſe affirmabat, quod ipſo apparatu in Jubileo, qui tum Romæ agebatur ſolenniter oſtentavit. Primo quidem ſolenni die in pontificalibus apparens populo, Apoſtolicam illis benedictionem impartitur. Poſtero die imperiali habitu, infula Cæſarea inſignis, gladium ante ſe nudatum juſſit deferri, & ſedens alta voce teſtatur: ecce duo gladii hic. Vides O Petre ſucceſſorem tuum, & tu ſalutifer Chriſte, cerne tuum Vicarium. Vide quoaſcendit ſuperbia ſervi ſervorum tuorum.

Sequenti anno tamen Alberti electionem comprobavit eo pacto, ſi régem Franciæ impugnaret, ſe regem gereret, & Romanorum, & Francorum. Implacabiliter enim rex Franciæ pontificem offenderat, quod pragmaticam ſanciens Apoſtolicæ ſedi, ſuum per Franciam minoravit honorẽ. Bellum autem quod volente pontifice Albertus Romanorum rex ſuſcepit adverſus Philippum regem Francorum, deſiit in nuptias. Nam reges invicem (miſſo pontifice facto) affinitatem inierunt, cum Philippus Alberto filiam ſuam daret conjugem. Celebratæ ſunt nuptiæ regales ſplendidiſſimæ in urbe Pariſiorum.

ALBERTVS PRIMVS, XXIX. GERM. IMPERATOR.

Albertus primus, 29. Germ. Imp.

ANno milleſimo 298. cœpit regnare Albertus Auſtriæ dux, unoculus, Rudolphi imperatoris filius, & regnavit annis decem. Cum in prima electione non omnes electores conſenſiſſent, jus electionis in manus eorum reſignavit, ne de violenta regni uſurpatione notaretur. Sic altera vice communi voto Cæſar declaratur, & Aquiſgrani coronam regni accepit.

Alberti expeditio in Bohemos.

Cæſar expeditionem paravit in Bohemos, & filium ſuum Bohemiæ regem deſignavit.

Bavarus & Mogontinus fœdus icerant contra Albertum, ſed victi fuerunt, & in obedientiam redacti.

Alberti mors. Aliorum ſententia eſt quod à fratre duce Iohanne, cui Albertus ſertum dedit, petenti hereditatem, dictum hoc ſit tua hereditas, ſit occiſus.

Denique cum hic Albertus multa ſtrenue egiſſet, trajecto Rheno, circa Rheinfelden, non longe ab oppido Bruck, circa Vuindoniſſam, inter Ryſam Arulamque Helvetiorum flumina, nomen regii campi locus obtinet, quo loci Vngariæ regina monaſterium ædificavit, à filio fratris ſui Johanne interficitur, fortaſſis non ſine permiſſione Dei, qui ſic voluit Adolphi mortem ulciſci in Alberto. Poſthæc Johannes pœnitentia ductus, Clementem quintum papam adit Avinione, ut remiſſionem hujus peccati impetraret. At pontifex imperatoris occiſorem ab imperatore judicandum ait. Sic venit Piſas ad Henricum ſeptimum, à quo jubetur monachus fieri, & perpetuo pœnitere: ſic Eremitarum ſepto clauſus, quicquid reliquæ fuit vitæ, clauſit.

Iohannes interfector Alberti, fit monachus. Hæc ex Hiſt. Bohemica Aeneæ Sylvii c. 28.

Fertur matrem hujus Johannis mulierem cordatam fuiſſe, & præferoci ingenio. Quæ cum accepiſſet Germanum ſuum Vuenceslaum, contentum regno Bohemiæ, oblatum imperium recuſaſſe: At ego, inquit, ſi regno potior, glebaque una mihi modo deſit, aut quod reliquum eſt ſubiciam, aut imperio excidam.

Poſt Bonifacium Octavum fit Pontifex Benedictus vndecimus, natione Tarviſinus, Nicolaus antea vocatus.

Heinricus de Gandavo, Alanus doctor univerſalis, Arnoldus de Villa nova, Gordonius Mundinus, medici, Scotus ſophiſta, ac Dantes poeta, florent.

Hæreſis Fratricellorum.

Anno milleſimo 300. apud urbem Lombardiæ Novariam, Fratricellorum nova hæreſis, adſimilis Anabaptiſtarum quorundam furori, à Dulcino & Margarita ejus uxore inventa eſt, qua mares & fœminæ ſimul habitantes, in omnem libidinem prolaberentur, ſectatores utriuſque ad mille nacti, ſacerdotes in populorum invidiam adductos ſpernentes, ſimulatam puritatem vitæ præferentes, quos Clemens quintus, miſſo Apoſtolico legato & militibus, partim inedia & frigore, partim armis oppreſſit. Dulcinus & Margarita vivi capti, membratim lacerantur, & eorum oſſa combuſta diſſipantur.

Eodem anno Ottomannus, Turcarum imperator fit in Natolia.

De trans-

DE TRANSLATIONE ROMANÆ SEDIS in Gallias.

ANno milleſimo 303. poſt Benedictum 11 ſit papa Clemens quintus, natione Vaſco, antea Bertrandus dictus. Hic (ut habet Chronicum Hermanni) fuit publicus fornicator. Hic tranſtulit cathedram pontificiam in Galliarum urbem Avenionem, ubi 74. annis remanſit. Ab eo tempore defecit omnis diſciplina & religio in cardinalibus, & tres radices vitiorum, ſuperbia, avaritia, luxuria, validiſſime dominantur. Coronationi pontificis interfuere Philippus rex Franciæ, ejuſque frater Carolus, Johannes Britanniæ dux, quitruina muri oppreſſus moritur, cum plerisque aliis, dum pompa coronationis (ut fit) per urbem ducitur.

Sedes Romana Avenionem transfertur.

DE TEMPLARIIS.

HOc tempore Templarii quoque tota Francia comprehenſi, ac quæſtione habita, obſcœna flagitia, immania de ſe ſcelera nefariaque confeſſi ſunt, permulti eorum dicuntur libidinem nefariam exercuiſſe in piam religionem, ſe cum Turcis ac Sarracenis ſenſiſſe, à noſtris ſacris deſijſſe. Damnati quàm plurimi ac vivi cremati. Tradunt autem authores non obſcuri Jacobum Burgundionem ordinis principem, cum productus ad ſupplicium, circunfuſa ingenti multitudine, dum pyra extruitur, ſtaret, propoſita vitæ ſpe, ac impunitate, ſi quæ in cuſtodia falſus de ſe ſuisque eſſet, nunc quoque confeſſus veniam publice peteret, hujuſmodi verba feciſſe. Ego nunc ſupremis rebus meis, cum locum mendacio dari nefas ſit, ex animo vereque fateor, me ingens in me meosque ſcelus conſcijſſe, ultimaque ſupplicia cum ſummo cruciatu promeritum, qui in gratiam quorum minime decuit, dulcedine neque vitæ flagitioſa impia ſceleraque ad tormenta ementitus ſum in meum ordinem, de religione Chriſtiana optime meritum, nec mihi nunc vita opus eſt precaria & novo ſuper vetus mendacio retenta. Exin rogo impoſitum ac admoto paulatim igne prioribus pedibus ad exprimendam ſcelerum confeſſionem, ne tunc quidem cum reliquo corpore depaſto, vitalia fœdo nidore torrentur, ab hujus orationis inſtantia deſciviſſe aut mutatæ mentis ullam ſignificationem præbuiſſe, neque ipſum neque duos cum ipſo ſupplicio affectos nobiliſſimos hujus ordinis viros, quorum alter erat Delphini Allobrogis frater, in poſſeſſionem Templariorum bonorum regium fiſcum iniiſſe. Hæc Æmilius, qui & ſcribit ſe authores habere, cum Clemens ordinem Templariorum damnaſſet, munusque ſontes in Germania ex decreto ſententiaque lata plectendi, ac lege agi jubendi Archiepiſcopo Mogontino demandaſſet, hunc convocaſſe patres, ſacerdotesque provinciæ ſuæ, frequenti illorum conſenſu, tunc Vgonem clariſſimum virum cum viginti ordinis ſui tecto veſtibus ferro, nemine arcere auſo, ingreſſum, clara intrepidaque voce teſtatum, ſi quid gravius in ſacrum Templariorum ordinem ſtatutum eſſet, ſe pontificem maximum, qui in Clementis locum ſufficeretur, appellare. Abſterritos patres inermes imbelles ferocia nobiliſſimorum militaris ordinis virorum, juſſiſſe illos bono animo eſſe, certiorem literis factum Clementem mitius reſpondiſſe, ac jus de integro querendi ſtatuendique archiepiſcopo decreviſſe, eum illos quod inſontes ſe edocerent cauſa cognita crimine liberaſſe. Hominibus abſolutis, ordo tamen ipſe abrogatus. Hoſpitalarii partim aucti divitiis Templariorum, ſimul belli ſacri nomine, ingenti pondere auri undiq; collato, claſſem inſtruxerunt, ornaverunrque ac Rhodum inſulam, à Turcis & Sarracenis eodem anno captam, recepere. Partim eorum divitiæ novis religionibus ſunt attributæ, in Hiſpania adverſus Sarracenos Beticam olim, nunc Granatam incolentes, à pontifice inſtitutis.

Habitus iſtorum fuit alba pallio more Teutonicorum fratrum, cum ſigno crucis rubeo.

Templarii damnati & vivi cremati.

Iacobus Burgundus princeps ordinis Templariorum.

Archiepiſcopus Mogunt. commiſſionem habet in Temp.

Hunc Naucl. Gerat comitem ſilvaſtrem Vulgo aſſen. qui in vacatur in caſtello Grünbach prope Meiſenheim.

Inſontes Temp.

De Templariis ſcribit Robertus Gaguinus Gallicus ſcriptor libro 7. in rege Philippo Pulchro. Anno Domini milleſimo 307. tum proditus eſt Templariorum error, qui apud Hieroſolymam fidei defenſionem profeſſi, cum primum religionis conſideratione oppulentiſſimos ſe effeciſſent, præclariſſimis per orbem Chriſtianum ædibus comparatis, Chriſto rejecto, falſis ſe religionibus dediderunt. Erat enim illis ſimulachrum, cui pellem humanam ſuper induxerant, appoſitis ad oculos ſtatuæ duobus fulgentiſſimis carbunculis, qui vice oculorum micarent. Ei ſtatuæ dum quiſpiam ad illos ingrederetur, ordinem vitamque Templariorum profeſſurus, abnegato ante omnia Chriſto, & cruce ejus calcata, ſacrificium faciebat. Morientis autem corpus in pulverem adactum, cæteris in potum conferebant, quo poculo conſtantiores ſuos fieri arbitrabantur. Præterea ſi ex Templarii coitu infans ex puella virgine naſceretur, hunc igni torrebant, exque eliquata inde pinguedine ſuum ſimulachrum decoris gratia ungebant. In confeſſo quoque habitum eſt, eorum dolo divum Ludovicum, dum in Syria peregrinaretur, in vincula à Soldano Ægyptio conjectum fuiſſe.

Alb. Kranz. lib. 9 Vvand. cap. 46.

Hoſpitalarii divitiis fiunt opibus Templ.

His atque hujuſmodi criminibus, & quod item maſculorum fœdiſimi eſſent amatores, Templariorum ordo in concilio Vuienenſi, anno milleſimo trecenteſimo duodecimo, per Clementem quintum extinctus eſt. Et in Chronica Hermanni legis, quod à papa Clemente in favorem regis Galliæ crimine hæreſis falſo & invidioſe notati ſint.

Hoc

Hoc tempore pœna adulterii fuit, ut matronarum ſtupratores (mentulis exectis) pelle nudati ultimi ſupplicii pœnas ſubirent.

Iohannitarum initium: vide Albertum Kg. libr. 8. cap. 3.

Milites Rhodii ſancti Johannis Baptiſtæ initium habent ab occupata Rhodo inſula.

Per id temporis Philippus rex Franciæ ex omni regno Judæos pellit, facultates eorum, ob maleficia ſcilicet invadens.

Iudæi pulſi ex Gallia.

Iudæi in Germania combuſti.

Item primo Alberti imperatoris anno, Judæorum aliquot millia Norinbergæ Herbipolis Rottenburgæ, & in aliis locis ob malefacta combuſti fuerunt, infantibus aliquot ad baptiſma reſervatis.

DE FAMILIA OTTOMANNI, ET ORIGINE TVRCARVM.

Familia Ottomanni.

Origo Turcarum.

Machumetus Sarracenus.

Primordia Turcici regni.

Trangolipix Aſiam depopulatur.

Ottomannus.

Orchanes.

Ammuratis.

Pazaites.

Tamberlanes Scytharum Princeps Turcarum terras invadit.

Cæſa ducenti millia Turcarum.

Machometes.

Ammuratis.

Fugit contra Am.

TEmpore Alberti Auſtriaci, familia Ottomanni præpotens facta fuit apud Turcas, à quo Imperatores Turcarum, qui his temporibus fuerunt, originem trahunt.

Habet autem hoc genus hominum, cujus immanitate tot ſeculis affligitur & atteritur res Chriſtiana, ſicut complures autumant, originem à maris Caſpii littoribus, unde in Perſidem Aſiamque minorem eruperunt. Idque ante annum ab hac noſtra ætate ſeptingeteſimum nullo certo duce, ſed vagi palantesque latrociniis verius quam bellis provincias depopulabantur. His artibus exercitati repperere conductorem Machumetum Sarracenum, ſub hujus auſpiciis re ſemel atque iterum feliciter geſta à ſtipendiaria ſervitute ad imperium adiiciunt animum, adortique Sarracenos Machumetum acie profligatum obtruncant. Hinc Turcici regni primordia. Summa rerum delata eſt ad Trangolipicem Mucaletum, prius Turcarum ducem. Is accerſita Turcarum aliorum manu per nepotem Cucumetium invadit Arabiam, peraterum nepotem Aſanum Mediæ regionis imperet adverſus Romanos conflicturum. Quum per neutrum nepotem res ſucceſſiſſet per Alemum fratrem denuo Romanos invaſit: quæ res cum illi non prorſus infœliciter eveniſſet, paulo poſt, quæſita adverſus Romanos occaſione Trangolipix Aſiam omnem ad Euxinum uſque mare partim redigit in ſuam ditionem, partim depopulatur. Sed rurſus virtute Gallorum res Turcicæ vehementer acciſæ fuerunt, donec exiſteret Ottomannus ab hoc Solymanno, qui nunc rerum potitur decimus, juxta quorundam ſupputationem, vir obſcuro natus loco, ac parentibus ruſticis, ſed ad latrocinia factus. Is per occaſionem ſeditionem arripuit arma Turcica, nihilo mitior in ſuos quàm alienos. Hic circiter milleſimum trecenteſimum noſtræ ſalutis annum exortus intra annos 28. non mediocriter auxit Turcicam tyrannidem, ſubacta maxima parte Bithyniæ, nec paucis ad Euxinum oppidis vi captis. Huic ſucceſſit filius Orchanes, qui diſſidio Græcorum adjutus, Pruſiam Græcis ademit, ac primus in Europam trajecit, accitis à Cantacuzeno, cui certamen erat cum Paleologis, ubi parricidio quoque ditionem auxit, duxerat enim uxorem Caramani filiam, & ſoceri filio interempto magnam Principatus ejus partem occupavit. Et hic annos 22. rerum potitus, Ammuratæ filio tradidit Principatum, qui, ſolicitante Paleologo, duodecim Turcarum millibus in Europam tranſportatis, adverſus Bulgaros, & Peloponeſi Principem, re ſat fœliciter geſta, ad Europeas opes cœpit animum adiicere: Tranſmiſſo Heleſponto, Abydum adoritur, Callipolimque præter alias civitates occupat. Mox Serviam Bulgariamque ingreſſus, occupata Hadrianopoli, occurrentes hoſtium copias ingenti clade profligat, Lazaro Serviæ Principe cæſo, à cujus ſervo mox ipſe occiditur, Ammurates relictis duobus filiis, quorum Pazaites Solymanum fratrem dolo necat. Mox interfecto Bulgarorum Principe, Bulgariam, Baſſinam, Croatiam, & ulterioris Illyrici ripas vaſtat, Conſtantinopolim obſedit, annis octo facile expugnaturus, niſi Gallorum & Vngarorum exercitus ab inſtituto revocaſſet, quibus ad Nicopolim occurrens, profligatis hoſtibus, ad intermiſſam obſidionem rediit, preſſitque biennium, nec videbatur relicturus, niſi nunciatum eſſet Tamberlanem Scytharum Principem, ingenti multitudine, in Turcarum terras irrupiſſe. Cum hoc conflixit ad Stellam montem in Galatiæ Bithiniæque confinio, ſed infœlicibus auſpiciis, quandoquidem in iſto prælio cæſa referuntur ducenta Turcarum millia. Pazaites, captus, aureis cathenis in cavea vinctus, à Tamberlane circumlatus fuiſſe dicitur, ad extremum uſque vitæ diem.

Hæc acta ſunt circiter annum milleſimum 397.

Ex liberis quos reliquerat Pazaites Machometes, Orchane fratre ſublato, Turcicam rem occupat ſolus, qui receptis quæ Tamberlanes abſtulerat, Bulgaros & Vlachos populatus Hadrianopoli regiam conſtituit.

Machometæ ſucceſſit Ammurates filius, is adortus Myſiæ Principem, duos illius filios exoculat, ac mox horum ſororem ducit uxorem, his auſpiciis fretus in Vlachos, Vngaros & Germanos incurſiones facit, mox in Epirum verſus, Crojam armis capit, Venetis Theſſalonicam adimit. Interim ab Vngaris ingenti pugna victus, decennales ab his inducias petit & impetrat. Quibus, hortatu Pontificis Eugenii violatis, Vngari reperunt Ammuratem, verum ingenti noſtro-

Digitized by Google

Nam in uno prælio, quod ad Varvam commiſſum eſt, periere Ladiſlaus rex Poloniæ, & Julianus Cardinalis. In altero quod ad Baſila fuit, cæſi non pauci Principes Vngariæ, milite gregario ad internitionem extincto, noſtrorum ducum, tum ambitio, tum diſſidia victoriam tradidere Turcæ.

Mox fratrum diſcordia Peloponeſum illi tradidit, tandem cum Epirum quæ defecerat, vindicat: dum Crojam fruſtra oppugnat, animi dolore periiſſe dicitur, rerum potitus annis 34.

Ambitio & diſcordia Ducum Chriſtianorum victoriam Turcis tradunt. De hoc fuſe habetur in hiſtoria Scanderbegi.

Cui ſucceſſit filius Machometes, qui in explebili rapacitate majorum ſuorum tyrannidem obſcuravit, duo Chriſtianorum imperia, Conſtantinopolitanum, & Trapezontium ſubvertit, regna duodecim Chriſtianis ademit, civitates ducentas cœpit. In his erat Chalcis inſula & Scodra, quondam Venetorum ditio, Capham Ponticam urbem expugnavit, Rhodum inſulam tentavit, licet irrito conatu. Hydrunte expugnato, arma movit in Italiam, eamque triennio miſere vexavit, tanta omnium conſternatione, ut Sixtus Pontifex, deploratis rebus, relicta urbe Apoſtolica, fugam in Gallias adornaret. Mox in filium natu majorem bellum atrox moliens periit Anno milleſimo 481.

Machometes.

Sixtus Pontifex fugit Bajazetum.

Hinc inter fratres parricidale certamen de principatu, ſed victo majore Zizamo Bajazites rerum ſummam tenuit. Hic Sultanum Ægyptium bello frequenter adortus rem infœliciter geſſit, ut Turcæ cum hoſtibus fœdus inire coacti ſunt.

Dehinc Anno milleſimo 492. Ceraunicorum montium accolas invadit, easque gentes ad eum uſque diem ſemper liberas in Turcicam pertraxit ſervitutem. Septimo ab hinc anno, claſſe invectus, Methonem, Naupactum, ac Dyrachium, Venetorum adimit ditioni, quin & Forojulienſium agros, Turcæ crudeliſſime vaſtarunt. Bajazitæ regnum occupavit filius Zelimus, patre depulſo. Selimo, ſive ut alii malunt, Zelymo ſucceſſit Solymannus, nihil à majoribus degenerans, de quo inferius plura. Tantum hoc libet hic adjicere, quam late imperium, aut ſi mavis Turcarum latrocinium, dum nos bellis civilibus noſipſos atterimus, perrectum ſit.

Selimus.

Solymannus.

Ad Septentrionem pontum Euxinum attingit.

Ad Orientem Euphrate flumine terminatur.

Ad Meridiem Æthiopia, nam intra paucos hos annos, totam Ægyptum ac Syriam, unà cum Phœnice & Judæa Paleſtina ſubegit.

Quam late Turcarum imperium promotum, dum nos bellis civilibus noſipſos atterimus. Ad Septentrionem. Ad Orientem. Ad Meridiem. Ab Occaſu.

Ab Occaſu ad Jonicum mare pertinet. Hinc ſi ad Septentrionem redeas, Danubium attingit, imò limitem hunc longe tranſiliit, ad Boryſthenem uſque fluvium. Quam variam autem, ſpatioſam & opulentam ditionem hic ambitus complectitur. Tota Aſia minor, duodecim, non minus nationes continens. Tota Thracia, in qua eſt Conſtantinopolis priſcis dicta Bizantium, olim Chriſtianorum Imperatorum, nunc Turcarum regia. Duæ in Europa Myſiæ, ad flumen Danubium magna Daciæ portio, tota Macedonia, totaque Græcia, cum omnibus Ægei maris inſulis, quæ partim Sporades, partim Cyclades appellantur, ſub Turcarum imperio, duram ſervitutem ſerviunt. Cretam nunc vulgo Candiam, Cyprumque, duas nobiliſſimas mediterranei maris inſulas, Veneti hactenus utrumque tenent, ſed tributarias. Quid nunc eſt illa quondam beata Peloponeſis? quid nobile totius orbis emporium Corinthus? quid Attica quondam ob morum elegantiam Græciæ Græcia dicta, Vbi Athenæ? ubi Lacedæmonia, quæ ſola gignebat maſculos? Quid hic pergam ea commemorare, quorum adeo recens eſt memoria, ut ipſe res etiam oculis atque auribus, cunctisque ſenſibus omnium inhæreant? Rhodum captam, quid toties cruentas incurſationes factas in Vngariam? quid extinctum Ludovicum Vngariæ regem? hoc tempore Vngariam crudeliſſime occupatam, depulſum regem Ferdinandum, pluſquam hoſtiliter oppugnata Vienna, incredibili immanitate vaſtata Auſtria ulterior tota. Ac fortaſſis omnes Turcæ ſerviremus, niſi tertæ filius extitiſſet Sophis, qui Turcarum inexplebilem rapacitatem aliqua ex parte cohibuiſſet. Magna Europæ pars amiſſa eſt, de tota periclitamur. Facilis Turcarum genti aditus ad nos patet, quum enim utramque tenent Myſiam, ſuperiorem & inferiorem, ad flumen Danubium, regionis Thraciæ vicinas, non difficilis per hoc flumen ad nos patet aditus, Dalmatas & Illyrios eadem vicinitate, habet obnoxios, ne quid dicam de Pannonia, quantoties impetiit. Mari veto toti imminet Italiæ, præcipue vero ab Epyro, Siciliæ ac Neapolitano regno, Hydruntum extremum Italiæ adhuc tenet, Brunduſium aliquando tenuiſſe dicitur. Anno domini mil. 531. præluſit in Auſtriam, quorſum res evaſuræ, Deus novit. Hæc ex conſultatione Eraſmi, de bello Turcis inferendo ſcripta anno Domini mil. 530, infra plura habebit lector.

Conſtantinopolis Bizantium.

Rhodus.

Vienna.

Sophis.

Facilis Turcarum aditus ad nos.

HEINRICVS SEPTIMVS DICTVS LVCELBVRgenſis trigeſimus Germanorum Imperator.

Heinricus ſeptimus 30. Ger. Imp.

HEinricus ſeptimus fit Imperator: ſcripta Chronica Vuormatienſia teſtantur, quod in eo via juſtitiæ & trames æquitatis baſes ſuas fixerit. Nam per comitatum Lützelburgenſem, mercatoribus, mercibus, & aliis peregrinantibus major fuit ſecuritas, quam ſit in aliquibus provinciis Eccleſiarum immunitas. Vacante Romano imperio, morte Alberti regis Rom. primi ducis Auſtriæ, concordi ſententia Principum tam Eccleſiaſti-

siasticorum quam secularium, in loco qui dicitur Reinsen, Trevirensis diœcesis, electus fuit in regem Romanorum, & futurum Imperatorem, & postmodum Francophordiæ, more solito proclamatus. Aquisgrani corona Caroli Magni coronatus ac ejus diva conjuge Margareta, per Archiepiscopum Colonien sem de Virneburt anno Domini mil. 308.

Reinsen.

Heinricus Rhenensem provinciam circuit.

Deinde comitiis habitis Francophordiæ cum Principibus & magnatibus terræ. Alemanniam terram imperii circuivit, & præcipue Rhenensem provinciam Alsatiæ, Austriç & Sueviæ superioris usque Norinberg. Quibus perlustratis cum decenti comitatu armatorum, & recepto homagio fidelitatis Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Poresiatum, Civitatum.

Spira.

Anno sequenti edicta curia regia, & Parlamento solenni in civitate Spirea, quæ est pomerium delectabile Romanorum regum. Mense Augusto conveniunt Principes & regni devoti. Ac eodem tempore tres ibidem reges convenerunt, videlicet Henricus, Adolphus & Albertus, quorum duo mortui fuerunt, & sepulti in Spirea, præsente Heinrico & aliis Principibus. In his comitiis Principum & nobilium Heinricus Comiti de Lutzelburg, filio suo unigenito, filiam illustris Principis quondã regis Bohemorum matrimonio jungit, ac ipsum in præsentia Principum regem Bohemiæ pronunciat, ac allatis vexillis seoaginta, feudo ipsum suo investivit. Et peractis nuptiis sponsum & sponsam in Bohemiam mittit, comitantibus clarissimis Principibus, Archiepiscopo Mogontino, Duce Bavariæ, Comite Rheni Palatino, Lantgravio, ac multis nobilibus. Ipse Heinricus interea, Comitibus Flandrensi & Sabaudiæ oratoribus missis ad Clementem quintum, pro diademate imperiali expeditionem parat, contra Vuelphinum comitem dictum de Vuirtenberg,

Tres reges, unus vivus, duo mortui Spiram veniunt.

Filius Hen. 7. fit Bohemiæ rex.

Heinricus movet in Comitem de de Vuirtenberg. De hoc infra mox.

Tandem, regnis Germaniæ & Bohemiæ in pace dispositis, cum regina & quibusdam aliis nobilibus, assumptis numero paucis, iter direxit ad Alpes, confidens de illius bonitate & suffragio, cujus jussu unus, mille, & duo, decem millia fugant, Alpibus in dorso relictis, adjutorio Comitis Sabaudiæ, & Marchionis Ferrari, soceri sui, ad civitatem venit Asiensem. A qua, Vuelphis fugatis, ac dilectissimis Gibelinis, ei obedientibus, assumptis, Mediolanum properavit. A quibus Mediolanensibus, capitaneo videlicet & Gibelinis sibi adhærentibus, magno gaudio Heinricus septimus Imperator cum suis suscipitur, Anno eodem circa natalem Domini.

Et in Epiphania Domini allata corona Ferrea, quæ est in Ecclesia Modotensi apud Silium Ambrosium in Mediolano, ibi cum Augusta diva sua conjuge fuit coronatus. Et; habitis ibidem aliquot conflictibus cum Vuidone de turri quondam capitaneo, & canibus quibusdam, qui adhuc imperio rebellabant, interfectis & expulsis, sequenti anno castra fixit versus Cremonam. Cujus civitatis incolæ antea rebelles, restibus ac cordis ad collum ligatis, obviantes Heinrico septimo Principi personas & res suas subjecerunt. Qua civitate recepta, muris destructis, Schuruphanno erecto, castrametatus est coram Prissa civitate, ubi ad tres anni partes castra continuavit. In quibus castris ad eundem Principem reverendissimi Patres, dominus Nicolaus Hostiensis, Arnoldus Sabinensis, Leo nardus Albinensis Episcopus, Franciscus S. Luciæ, Lucas de Janua, diaconi, Cardinales, cum magna decentia advenerunt. His receptis, & civitate pestifera subacta, licet multi nobiles, & præcipue Vualramus Comes, frater Heinrici ibidem interiissent, demum venit Papiam, ibidem cum gaudio susceptus. Recepto fidelitatis juramento, cum aliquandiu ibi mansisset, disponens per mare ire Romam, venit Januam, & ii cum gaudio receperunt. Collectione navium disposita per mare intendebat venire Pisam. In quo mari Margretam reginam tunc gravidam infirmitas invasit febrilis, quæ reducta Januam, ibidem obdormivit in Domino.

Corona ferrea coronatur Heinricus septimus.

Mediolani.

Cremona.

Schuruphanno erecto.

Castra apud Prissã Papiæ.

Margreta regina moritur Ianuæ.

Quo facto, quia spem de se resumpsit, & nihil magis in Principe quam constantia, temperata clementia, dictus princeps, more leonino, per mare venit Pisam civitatem, hic Heinricus, uti pater à filiis, humanissime exceptus fuit. In qua civitate dictus Princeps, ut in loco delectabili & florido, suaviter requievit. Ac demum, dispositis classibus, & apparatu bellico, per manus inimicorum victoriosissime venit Romam, ibi à nobilissimis Romanis, Hanebaldis, & Columnensibus gloriose fuit receptus, ad sanctum Johannem in Laterano. Diversis causis habitis cum illis trans Tiberim, videlicet urlinis & aliis rebellantibus imperio, item conflictibus ubi etiam duo Principes, Episcopus Leodiensis, & Abbas Vuirtzenburgensis, fato inopinabili interierunt, & tandem, devicto Capitolio, & civitate Leonina, se prædictus Princeps recepit in Palatium Lateranense, & longo tempore, noctu dieque cum inimicis ibidem bellabatur, quorum & unus fuit Apuliæ Rupertus rex, nomine tantũ, qui contra juramentum suum dicto Principi, omne malum quod poterat machinabatur.

Pisa.

Roma.

Rupertus Apuliæ rex, hostis Heinrici.

Venerunt & in adjutoriũ dicto Principi Henrico 7. Petrus Arragoniæ, & Fridericus Siciliæ rex, magni Principes & potentes in mari, potenti manu armatorũ & Galearum, civib. advenientibus læta fuit curia tota. Et disposuit se prædictus Princeps ad diadematis Imperialis susceptionem, & licet alias intra se & etiam de consensu magnatum elegerit diem Assumptionis Mariæ, ad coronationem Imperialis diadematis, multis tamen incommodis & accidentalibus periculis, hujusmodi solennia retardantibus, Anno quinto regni sui, in die Petri & Pauli in Ecclesia Lateranensi (in qua plus quã viginti Cæsares sunt coronati juxta Chronica) Heinricus 7. oleo unctus & diademate imperiali coronatus fuit. Nam in Basilica Petri coronationem susc ipere non potuit, Vrsinis & aliis trans Tiberinis adhuc rebellantibus.

Petrus Arragoniæ, Fridericus Siciliæ rex.

Heinricus coronatur Romæ.

Dico-

Die coronationis ſuæ, more aliorum Principum Ro. legem edidit, ſeu attenticam novam de ſumma trinitate, & fide catholica, cujus principium tale eſt. HENRICVS VII. DIVINA FAVENTE CLEMENTIA, RO. IMP. AVG. ad perpetuam rei memoriam &c. Ab urbe divertens in oppidum Tiburgenſe ſe recepit, & ibi pacem diu violatam & diſturbatam, inter illos de columna & urſinos amice reformavit. Sponſalitiis hinc rude contractis, & ipſis concorditer unitis & pacificatis. At demum urbe Romana pacata, cum multis Romanis Piſam ſe recipit, ibi duas alias condidit leges. Primam de reis crimine læſæ majeſtatis, & ſecundam qui debeant haberi rebelles, & infideles imperio, quas leges Roma, tanquam caput mundi inſignivit & cõfirmavit, cujus confirmationis hæc ſunt verba: EGO CORONARVM CORONA, CONFIRMO PRINCIPI POTESTATEM, SIBIQVE SVBIICIO CIVITATES, GENTIVM NATIONES, TVEANTVR AQVILÆ GLORIAM MEAM. HÆC ROMA.

Cæſares 20 coronati in Eccleſia Lateranen.

Rex Hen. 7.

Roma confirmat Imperat.

Præterea prædictus Imperator Heinricus 7. quinto anno imperii caſtrametatus eſt ſupra Florentiam in monte imperiali, quod caſtrum ſumptuoſiſſime reædificavit, & nomen ei impoſuit à nomine ſuo. In quibus caſtris ſponſalia fuerunt inita inter filiam ipſius imperatoris & filium Friderici regis Siciliæ, promiſſa ſtipulatione ſolemni hinc inde perficienda. In quibus etiam caſtris idem Imperator præcepit omnibus Principibus, Epiſcopis, nobilibus, civitatibus, & fidelibus Imperii ſub obtentu imperialis majeſtatis, & ſub pœna privationis feudorum regalium, ut omnibus poſtpoſitis ad ſerviendum & ſubveniendum Romano Imperio ſe diſponerent. Obtemperatum fuit per regem Bohemiæ filium ſuum & matrem ſuam comitiſſam de Lugelberg, quæ etiam filiam dicti Imperatoris cum magna comitiva puellarum & decenti armatorum apparatu adducere intendebat, prædicto regis Siciliæ filio ſociandam. Archiepiſcopus Mogontinus, Comites, Nobiles, Reſpublicæ civitatum ad numerum duorum milliumvenerunt. In prædictis caſtris multa mala, mortes, & pericula diverſa Florentinis, Lucanis, & Senenſibus, & aliis etiam caſtellis & munitionibus intulit, diverſis habitis pugnis, & conflictibus: in quibus ſemper glorioſiſſime triumphavit, totã terram Tuſciæ rebellantem, præter prædictas tres civitates, exceptis ſibi adhærentibus, funditus devaſtando. Tandem prædicto Imperatore Piſam redeunte, & expectante adventum Principum, & nobilium terræ Alemanniæ, venerunt ipſi bona & magna, nova ac inopinata de Apulia, & præcipue de Neapolitana civitate, quæ civitas ſuis literis ſcripſit eidem, ut omnibus poſtpoſitis iter arriperet ad eoſdem, nam terram inveniret ſine reſiſtentia, & Rupertum Regem Apuliæ nõmine, meritis ſuis exigentibus, depoſitum & privatum eſſe, omnibus feudis & comitatibus, quos à Romano imperio habuit. Quem Rupertum ipſi Neapolitani vellent Imperatori, & mundi domino præſentare. Quibus novis receptis prædictus Imperator, in Apuliam iter arripuit, & venit in caſtrum quod dicitur Bonconſent, in vigilia Aſſumptæ virginis, ſequenti die communionem Sacramenti corporis & ſanguinis Domini ſuſcepturus, ob cujus reverentiam quatuordecim diebus antea jejunavit. Qua die dominus Tridentinus Epiſcopus, regius confeſſor, & vice Cancellarius imperii, cum comitibus Flandrenſi & Sabaudiæ, abfuit in legatione ad Clementem 5. Papam, pro arduis negotiis expediendis. Vnde quidam prævaricator, ſpecie religioſus, de genere Vuelphino, de Senis oriundus, cum Senenſibus, Florentinis & Lucanis concilium ingreſſus Pilatinum, qualiter imperatorem traderet, virum pacis, juſtum, pium, ſanctum & manſuetum, neminem offendentem ſine cauſa, unicuique ſecundum præcepta juris imperialis juſtitiam tribuentem: ſe amicum ſimulans, & concordiam ordinare fingens inter ipſum imperatorem & prædictas malevolas civitates calliditate, immo verius malitia vulpina. Qui prævaricator rogans, ut die feſtiva coram imperatore divina poſſit celebrare, & eidem porrigere corpus Chriſti. Et porrexit intoxicatum; imperator accepit, & ad ſedem ſuam rediit. Et videbatur ſibi, quod glacies frigidiſſima tranſiiſſet ſua inteſtina. Miſſa completa, volens bonum pro malo reddere, traditori dixit: Domine, recedatis, nam ſi percipiunt Teutonici & noſtri devoti, morte moriemini. Hic receſſit, & aurum apud Senas ſibi promiſſum recepit. Multi confratrum ejus ac domus eorum in Tuſcia & Lombardia, & aliis locis, igne & gladio perierunt.

Mons Imperialis Florentiæ.

Sponſalia inter fil. Hen. 7. & filium regis Siciliæ.

Neapolitani vocant Henricum.

Bon conventus duodecimo à Senis miliario diſtat.

Religioſus intoxicator Henr. Quidam volunt Prædicatoris ordinis fuiſſe: alii literas habuiſſe prædicatores, tunc tia teſtes.

Funus imperatoris dum ad ſepulturam defertur, præcedunt octo comites in armis Lützelburgenſibus, & ſedecim in armis imperialibus, clipeis & vexillis contraverſis per archiepiſcopum Piſanum aſtantibus aliis epiſcopis, abbatibus, & caterva nobilium, ponitur in tumbam argenteam, ſuper quatuor columnis fixam. Acta ſunt hæc anno mill. 313. anno quinto regni ſui.

Ceremonia funeris Heinrici ſeptimi.

Clemens papa Heinrici acta minime probavit: quod ſi diuturniori vita fuiſſet Heinricus, haud dubie Clemens pontificatum & hujus comitem fulmen excommunicationis cum Auguſto nomine commiſiſſet.

Hic Heinricus comitem Eberhardum Vuirtenbergenſem per principes, barones, & civitates imperiales, oppidis ſuis & caſtris fere omnib. aut deſtructis, aut captis, ita in tenuitatem redegit, ut ex 80. munitiſſimis caſtellis & oppidis duo & 70. expugnata ademerit; ubi & caſtrum Vuirtenberg deſtructum fuit. Igitur belli anguſtia undique preſſus, ad caſtrum Aſperg fugit, quo obſeſſo, fugientem Rudolphus Marchio de Baden ſororius ſuus in oppido Beſiken recepit. At poſt mortem

Heinrici omnia recuperavit, ditior & potentior factus. At ille beneficii Marchionis oblitus, castrum illorum Richenberg obsedit, de quo per Marchiones ignominiose pulsus, præ dolore, rediens Stutgardiam, moritur.

Eodem tempore idem Heinricus comitem de Oetingen proscripsit, & fere ad mendicitatem redegit, ut in monasterio Kaisheim victus illi daretur.

Sub Clemente 5. celebratum fuit concilium Vuiennæ in Allobrigibus, in præsentia multorum prælatorum totius mundi, & imposita fuit decima, omnibus procuratoribus ecclesiarum Germaniæ contradicentibus expresse. Quod concilium cum dispendio fuit protractum contra morem solitum, & parum fructus attulit.

Arnaldus de Villa nova.

His temporibus vixit Arnaldus de Villa nova, magnus Philosophus, qui per Danielis & Sibyllæ Erithreæ prophetiam probare nitebatur adventum Antichristi, & persecutionem Ecclesiæ futuram esse inter mill. 300 & mill. 400. Quod si expendis, quando ecclesia persequutionem olim sustinens, facta sit persequutrix, legens intelliges.

Anno millesimo 312. Fames omni bello atrocior in regno Bohemiæ & Poloniæ atrociter sevit & dietim augmentata, tribus annis duravit, & plures mortales absumpsit: parentes filios, & filii parentes, pro excludenda fame, occiderunt. Nonnulli cadavera in paribulum, actorum rapuerunt, & rugientem implerent ventrem. Lupi in obvios quosque etiam tensas balistas portantes insiluerunt & devorarunt. Ex Chr. Polonorum lib. 4. cap. 8.

Andronicus junior Græcorum Imperator, Genuensium auxilio avum suum regno deturbat.

Livonus Armeniæ
Cazimirus Poloniæ
Ludovicus Huttinus Galliæ
Eduardus 6. Angliæ
Petrus Portugalliæ
} Rex.

Anno millesimo 314. Mulier in oppido Vueiblingen leonem peperit. In scripta Chronica Hermannus Minorita scribit: Et ego qui hæc scripsi, præsens fui.

PRIMA PVGNA LEOPOLDI DVCIS AVstriæ, cum Suuitensibus.

ANno millesimo 320. Dux Leopoldus magno exercitu movit in vallem Suitensium, subjecturus eos domui Austriæ. Suitenses renuunt: committitur prælium apud Morgarten, & victoria potiuntur Suitenses, desiderans multis nobilibus, duce vix evadente.

LVDOVICVS BAVARVS XXXI. IMP. GERM. ET CONtra hunc electus Fridericus Austriacus.

Ludovicus 31 imp Germ.

Bavarus eligitur.

Fridericus Austriæ dux eligitur.

Bellum civile in Germania.

ANn. Domini millesimo 314. Convenerunt Electores Francofordiæ, Mogontinus, Trevir, Colonienſis, Johannes Bohemiæ rex, Rudolphus Palatinus, Rudolphus dux Saxoniæ, Volckmarus Marchio Brandenburgensis, die Luciæ. Bavarus electus fuit per Mogontinum, Trevirem, regem Bohemiæ, & Marchionem Brandenburgensem. Eodem die etiam electus est contra Bavarum, Fridericus Austriæ dux, per Colonienſem, Palatinum, & Saxonem. Ludovicus Aquisgrani, Fridericus Bonnæ coronabatur. Tum fuitingens bellum civile in Germania propter istam electionem difformem; nam omnes civitates inferiores usque ad Argentoratum receperunt Ludovicum in regem, sed superiores per Helvetiam & lacum, Fridericum, excepta Berna & Solodora: aliæ vero per Sueviam ferè omnes receperunt Ludovicum, excepta Ulma, & paucis cum ea. Ludovicus Spiræ præsidem dedit Georgium comitem de Veldentz, & ei oppidum Germersheim pro habitatione deputavit. Fridericus autem pro præside nobilem virum de Ochsenstein constituit, & Landaun sibi pro oppido designavit.

Deus Ludovico adest.

Friderico Austriaco adhærebant, Papa, rex Galliarum, rex Hungariæ, Suevi, Palatinus, & civitates aliquot. At Deus non defuit Ludovico infirmiori, qui nullis humanis præsidiis fidere potuit.

Aliorum sententia est: Electores principes seculi, indignum rati, quod ab Ecclesiasticis solis ea potestas expectaretur, non expectatis tribus archiepiscopis Electoribus, Ludovicum elegerunt. Archiepiscopi autem contemptum suum reputantes, nullam esse electionem protestati sunt de Ludovico sine se peractam.

Anno millesimo 314. Ludovicus Bavarus prope Francophordiam ex uno latere castra fixerat magno exercitu, nam cives ei favebant: Fridericus autem cum suo exercitu in alio latere prope Mœnum castra metabatur, ita ut intercapedine amnis non possent congredi. Leopoldus Austriæ dux, frater Friderici, Spiram venit magnis copiis. At Ludovicus fugit ad cœmiterium Judæorum. Tum Leopoldus incendio vastat pagos circa Spiram.

Anno

Anno milleſimo 316. Fridericus rex in odium Ludovici regis Eſſingen civitatem cum exercitu copioſo potenter obſedit: nam Eſſingenſes Ludovico adhærebant: ſed re infecta, coactus fuit diſcedere. Sequenti anno iterato, obſidet Eſſingam, at Ludovicus forti exercitu defendit, poſtquam utrinque fit conflictus, multis cæſis & captis nobilibus. Vtri victoria contigerit, incertum erat. Fe-unt aût tantam ſtragem fuiſſe equorum confoſſorum, ut cruor Necarum vicinum tinxerit.

Anno Domini milleſimo 317.

Alphonſus 2. Hiſpaniarum
Martinus Arragonum
Philippus Longus Galliæ
Jacobus 2. Scotorum
Carolus Ungariæ.
} Rex

Rainerus, Lambertus de Ramponibus, Johannes Andreæ Juriſperiti, Petrus Apponus Conciliator, Varignana Platearius medici, Lullius Alchymiſta, Franciſcus Maronis, Nicolaus de Lyra, & Vuilhelmus de Occam, hoc tempore floruerunt.

Anno milleſimo 320. Ludovicus rex magnis copiis Rhenum aſcendit. Intelligens hoc Fridericus unà cum fratre Leopoldo inſequitur, conveniunt prope Argentoratum, caſtra figunt apud Briſcham fluvium in pagis Schaffoltzheim, Achenheim & Vuickersheim, omnia ſpectabant ad pugnam. Epiſcopus Argentoratenſis Friderico ſe adjungebat. Et Reſpublica Argentoratenſis confirmationem privilegiorum ſuorum à Friderico, utpote Romanorum rege, deinde etiam à Ludovico accepit. *Pugna Ludovici Bavari, & Frid. Auſt.*

Vna pars Argentoratenſium, familia de Zorn, & qui his conſentiebant, adhærebant Friderichō, & providebant de commeatu ejus exercitui. Familia de Mulheim, & complices, Ludovici partes fovebant & adjuvabant. Quare Ludovicus memor beneficii præfati, in familiam de Mulheim mire gratus fuit & beneficus. Cum autem uterque electus prope Argentoratum aliquandiu egiſſent, mittit Ludovicus ad Friderichum, an paratus eſſet prælium committere. Reſpondente vero Friderichō, ſe inſtructum & percupere finem rei imponere: continuo Friderici exercitus, remotis equis, pedeſtres volebant congredi. Sed Ludovicus verſus Haganoam, vulgo vocant durch den Worſt / fugit, Fridericus inſequitur itinere duorum dierum: ſed aſſequi non potuit. Ita re infecta, redut in Auſtriam.

Anno dom. 1323. in profeſto Michaelis, Ludovicus gravem pugnam habet cum Friderichō. Apud hunc erat frater Lupoldus cum Suevis & Helvetiis, & magnus numerus Vngarorum: cum Ludovico erat rex Bohemiæ, & Burgravius Norinbergenſis, cum aliis principibus. Ibi cæſi Auſtriaci, & Fridericus capitur à quodam Franco Eberhardo de Mosbach, qui illum adduxit ad Burggravium Norinbergenſem. Is poſthac Ludovico ſiſtebat. Videns vero Lupoldus ſe non poſſe auxilium ferre fratris copiis, nam ex mora non poterat trajicere aquam, ſic infremuit ira, ut jam vellet ſeſe necare: ſed impeditus fuit à ſuis, ſuadentibus ut cederet. Quanquam vero hic Lupoldus apud pontificem & regem Galliarum nullum non moverit lapidem, ut fratrem Friderichum liberaret captivitate, tamen nihil effecit: nam Gallus ſusque deq; ferebat caſum. Sic Friderichus tribus annis captus fuit in arce quadam Bauariæ, & poſthac amica compoſitione liberatus. Nimirum ut imperio cederet, tum vellet Ludovicus illum in Auſtriam reſtituere. Hoc factum fuit, & egit Ludovicus ſatis benigne & humaniter cum ſuo hoſte. *Fridericus dux Auſtriæ tribus annis captus.* *Clementia Ludovici in hoſtem.*

Poſthac papa Johannes 22. Imperatorem Ludouicum excōmunicavit, vt qui imperatoriam potentiam & jurisdictionem in Italia ante coronationem uſurparet. Hinc graviſſimum ſchiſma in Germania exortum. quod fere annis 24. duravit, unde paſſim in civitatibus multæ ſeditiones, multa civilia bella fuerunt, & quanquam Ludovicus ſæpenumero pro abſolutione ſatageret, tamen nihil impetrare potuit, ita ut & Benedictus papa ſucceſſor Johannis 22. & plerique alii præſtantes & doctiſſimi viri, acta pontificis approbare non potuerint. Et habentur adhuc hodie pontificis & cæſaris ſcripta, in quibus papa egregie gloriatur, quaſi poteſtatem habeat, imperatores & reges ordinare & deponere. Ex quibus abunde ſatis apparet, pontificis argumenta infirmiuſcula eſſe. Et qui tum temporis eruditi fuere, pontificis conatum improbarunt, ex quibus fuit Guliemus Occam, & alii. Germani principes ſpiritales & prophani, cæſari adhærebant, quoad papa tandem coegit eos deficere, & alium imperatorem eligere. *Ludovicus excommunicatur.* *Acta pontificis contra Ludovicum non probantur bonis & eruditis viris.*

In Italia habebat Ludovicus multos ſibi adhærentes, & petebant Galeacius Mediolani & ſenatus Romæ, ut Ludovicus in Italiam veniret. Et venit, Mediolani ab epiſcopo ſecundam coronam accepit (nam Aquiſgrani primam acceperat, operantibus pontificibus Mogontino & Treviro) Romæ à Stephano cardinali de Columna coronatus, unà cum regina quæ Romæ illi filium peperit, nomine Ludovicum Romanum, cui poſthac imperator Marchionatum Brandenburgenſem dedit. Ludovicus Romæ pontificem facit Petrum Corbarienſem Reatinum, eumque pontificem maximum & Nicolaum quintum ſalutat: qui paulo poſt abductus ad Avinionem, & juſſu Johannis 22. in carcerem conjectus, interiit, &. Volaterano teſte, pontificalibus locis ſuo nomine principes præ- *Adhærentes Ludovico.* *Ludovicum Romanum.*

fecit,ut Johannem Vienn. urbis præfectam Viterbio, Galeotum Malareſtam & fratres Arimin. Piſauro Fano, Antonium Feretranum Vrbino,Holſum & Galaſium fratres Callio,Alegretum Clavellum Fabriano,Bulgarutium Matelicæ,Iſmedutium ſancto Severino, Gentilem Varaneum Camerino, Pongonium Cingulo, Nicolaum Boſcaretum Eſio, Guidonem Polentenſem Ravennæ, Franciſcum & Smibaldum Forolivii Ceſenæ, Johannem Manfredum Faventiæ.

Carolum 4. electum

Pontifex interea Ludovico infenſiſſimus,rem eo deduxit,ut anno mill. 346. Mogontinus,Trevir, Colonienſis,Bohemus & Saxo Lützelburgi convenirent,& alium imperatorem eligerent. Et eligerunt Carolum 4. marchionem Moraviæ,filium regis Bohemiæ: quem Carolum Clemens ſextus pontifex confirmavit. Quoniam vero civitas Colonienſis & Aquisgranum hunc nolebant recipere,Bonnæ coronatus eſt.

Cauſa diſcordiæ inter pontificem & imp.

Diſcordiæ cauſam inter Johannem 22. papam, & Ludovicum Bavarum ferunt fuiſſe quendam Vlrichum, de Auguſta Secretarium, qui in quibuſdam regiis literis ſummum pontificem vocarit beſtiam ortam à mari,& aliis convitiis, idque ignoranti Ludovico, eum proſciderit.

Defenſor pacis.

Opus habetur inſigne, cui titulum fecit autor, Defenſorem pacis, in quo queſtio illa jam olim controverſa de poteſtate papæ & imperatoris,excuſſa eſt. Scriptum anno Domini milleſimo 324. ad Ludovicum Cæſarem, ex illuſtriſſima Bavariæ ducum familia progenitum. Quod opus anno

Dotes Ludovici.

Domini milleſimo 522. primum in lucem prodiit titulo Marſilii Patavini. In hoc legis horrenda,ut imperator inclytus illuſtriſſimi ſanguinis Bavarici (unde & Palatinorum Rheni comitum propagata celſitudo) decus,magnanimitate, clementia, religione, cunctis pacis bellique artibus, omnibus denique imperatoriis laudibus, nulli temporis ſui principum ſecundus, adeo arroganter, ſuperbe contumelioſe acceptus ſit,primum à Johanne 22. deinde à Benedicto 12. & poſtremo à Clemente 6. urbis Romæ epiſcopis, ob nullum aliud delictum, ut etiam Baptiſta Egnatius teſtatur,quàquod citra Johannis pontificis Rom. aſſenſum appellationem imperatoris ſibi uſurpare ſuſtinuerit. Hæc viſa eſt ſcilicet idonea ratio excommunicandi tantum principem,hæreticum promulgandi paſſim per concionatores,& concitandæ rebellionis ſtudio contra eundem, omnes juratos ei quoquo modo ſacramento abſolvendi, bello vexandi, præterea duces ad id potiſſimum legere cardinales & abbates. Clemens etiam procuravit,ut adverſarius ei deſignaretur ab electoribus. Carolus Bohemiæ rex,quo plus cædium & diſcordiarum inter principes Chriſtianos exardeſceret.

APPELLATIO LVDOVICI REGIS, QVAM INSIGNIter concæptam ubique fecit publicari.

NOs Ludovicus Romanorum rex, proponimus adverſus Johannem, qui ſe dicit eſſe papam, quod Chriſti teſtamẽtum de pace male exequitur, publicam Chriſtianitatis pacem perturbans: nec reminiſcitur à ſancto Conſtantino id quicquid nunc habet honoris latitãti Silveſtro promiſsũ,male gratus Romano imperio,unde deſumpſit omnem quo nunc abutitur, ſplendo-

Anno mill.328 Orchanes Turcarum 2. Imperator. (rem.

Johannes 22. moritur.

Johannes 22. ætatis ſuæ anno 90. Avinione moritur,relinquens in theſauris ſuis ingentẽ vim auri atq; argẽti, cujus recta computatio fuit,aurearũ drachmarum 205. millia: hoc eſt,millies 25. millia, quod ſcripſiſſe arduũ quippe videtur,nec legitur aliis tẽporib. eccleſia Romana fuiſſe locupletior.

Eccleſia Romana tum ditiſſima.

Anno 1335. poſt mortem Johannis 22. fit papa Benedictus 12. patria Toloſanus. Hic Ludovicũ nobiliorem mundi agnoſcit,commendans ipſum & Alemanniam præſentibus oratoribus imperatoris comite de Oetingen,& Rudolpho præpoſito Auguſtano, & Marquardo de Randeck canonico Bambergenſi,idque in publico conſiſtorio, cum Marquardus abſolutionem imperatoris nomine

Benedictus 12.

Teſtimonium pontificis horum de Ludovico.

peteret & abſolutus fuiſſet,niſi rex Franciæ,& Rupertus rex Apuliæ (omni quod dicitur pede) contraſtetiſſent, à quibus miſſi duo archiepiſcopi, duoq; comites frigidam ſuffundebant, adhortantes Papam,ne hæreticis faveret. Tum Benedictus: Volunt ne domini veſtri, quod nõ ſit imperiũ? illis verò reſpondentibus: ſe non imperium,ſed perſonam Ludovici impetere,qui contra Eccleſiam egiſſet,quibus Papa reſpondit: imò nos fecimus contra ipſum: quod fecit provocatus fecit. Sic Oratores redierunt tandem re infecta.

Hoc tempore Dulcinus & Durandus hæretici habentur. Cinus,Paulus Peruſinus legiſtæ, Olradus,Matthæus Sylvaticus,Nicolaus, Rhegio medici, Franciſcus Petrarcha Poeta, & S. Rochus inſans ex monte Peſſulano florent.

Comitia Spiræ ſub Ludovico.

An. do. 1336. Cum Oratores Ludovici rediiſſent,Imperator comitia Spiræ inſtituit,ad quæ confluxerunt archiepiſcopus Mogontinus,Heinricus de Vienberg,epiſcopi Argentoratenſis,Auguſtenſis Eichſtetenſis,Curienſis,& alii. Hi rurſus mittunt legatos, inſignes viros, Gerlacum comitem de

Benedictus favet Ludovico.

Naſſauu,& epiſcopum Curienſem, iis Papa Benedictus benigniſſimè acceptis, reſpondit ſe favere Ludovico,& quaſi flens conqueſtus eſt, ſe non poſſe abſolvere imperatorem metu regis Franciæ: nam Bonifacii exemplo deterreretur.

De hoc habes ſup. in Alberto.

Succeſſu tẽporis,cũ concordiã iniiſſent Ludovicus Bavarus,& Philippus de Valois, rex Galliarũ, nõ ſine incõmodo regis Angliæ,venerunt Oratores imperatoris & Galli,ſimul ad Pontificẽ,petẽtes

Improbitas regis Galliarum in Ludovicum.

reconciliari imperatorẽ. Tunc fertur reſpondiſſe Papã: Nũquid Ludovicũ ad arbitriũ regis Franciæ, nunc hæreticũ, nunc Chriſtianiſſimũ habere deberet. Sic protractũ fuit negotiũ ſursũ, & deorſum Francus,ut credebatur,quod noluit,ſimulavit ſe velle Benedictus verò Papa,quod voluit,ſimula-

Digitized by Google

vit ſe nolle. An. Do. 1338. Octavo die menſis Auguſti, Ludovicus Imperator comitia celebrans in Franckfurt, ſcripto publico, acta Joh. 22. contra ſe rejicit, ſpectans ad C. Imperator. 90. Diſt. ubi habetur, quod nec Imperator jura Pontificatus, nec Pontifex jura imperii ſibi uſurpare debet, & quod Imperator non habet Imperium à Papa, ſed à Deo. In quo ſcripto fuſe & fortiter oſtenditur proceſſus Joh. 22. exceſſus fuiſſe in præjudicium electorum Principum ac totius Germaniæ, excõmunicationis fulmen non ſemper ferire, Johannem contra Deum & omnem juſtitiam agere, qui mandavit, ne obedirent ſubditi Imperatori. Vanumq; eſſe, quod dici ſolet, Papã non habere ſuperiorem. Et quod Concilium ſit ſupra papam, & quod defenſio juris imperii ſit à jure divino, & fide catholica. Ideo appellatio Cæſaris ad generale Concilium juſta fuit. Hinc magna turbatio conſequuta eſt in imperio per Alemanniam, maxime in Suevia, & ducatu Wirtenbergenſi. Poſt promulgationẽ hujus imperialis ſcripti, nam Monachi, qui in gratiam Pontificis, Interdictum, quod vocant, ſervare volebant, Francophordiæ & Reutlingen, & alibi puſſi fuerunt per Imperatorem.

Comitia in Franckfurt. C. Imp. 90. Diſt.

Imperium à Deo, non à Papa.

Papa habet ſuperiorem.

Turbatio in imperio.

Habet Alb. Krantz lib. Sax. 9. cap. 15. Quod in comitiis Francophordianis multa conſtituta fuerunt, quæ ex dignitate imperii tũ viſa ſunt. Inter alia, quòd electus à Principibus, aut à majore, aut ſeniore parte, adminiſtrationem habeat citra aſſenſum Pontificis, nam ea quæ præter hæc introducta ſunt, nec divino jure, nec ulla patrum ordinatione, ſed blanda quorundam aſſentatione, & Romanorum ſpontanea ingeſtione Pontificum provenerint. Electus inſinuetur Romano Pontifici, quod ſit Princeps catholicus, juſtus, imperio dignus, petaturq; coronatio (quæ niſi obſtiterit manifeſta cauſa) ſi negatur, ſumatur conſecratio à quovis catholico Pontifice. Quis enim Ro. Pont. conſecravit Conſtantinopolitanos Imperatores? Et quis ante Carolum multos Chriſtianos Cæſares? & ante Conſtantinum, Ethnicos quis ſacravit Impeatores?

Imp. Rom. non eget Papæ aſſenſu.

Deinde ordinatum eſt, quòd Imperator præſtabit Pontifici & Eccleſiæ defenſionis, devotionis & humilitatis, non fidelitatis homagii, aut ſubjectionis juramentum, quia temporalis dominii Papa Imperatori nihil tribuit. Imò Eccleſia ſumpſit omnia illa ab imperio. Gladius enim uterque nihil habet commune, cum alter animam, alter ſolum corpus conficiat. Ibiq; decreto firmatum eſt, quod vacantis imperii adminiſtrationem Pontifex habeat, nulla ſcriptura, nulla ratio, ſed ſola uſurpatio introduxit.

Imperium vacans an ad Papam pertineat.

DUCES GELRIÆ.

ANno domini 1339. Imperator Ludovicus, Wilhelmum comitem Juliacenſem, fecit ducem Juliacenſem, & Bergenſem Francophordiæ, in præſentia multorum Principum. Eodem anno & die, Idem Imperator Reinholdum comitem Gelriæ, fecit ducem Gelriæ. Reinoldus ſecundus ejus nominis præfati Reinoldi filius, ſecundus Dux Gelriæ. Eduardus ſecundi Reinoldi frater, tertius dux Gelriæ. Arnoldus Dominus de Eginonda, quartus dux Gelriæ. Adolphus ducis Arnoldi filius, quintus dux Gelriæ. Carolus de Burgundia, Maximiliani ſocer, ſextus dux Gelriæ. Maria, filia Caroli, Maximiliani uxor, mater Philippi ſeptima duciſſa Gelriæ, & per eam Maximilianus dux Gelriæ. Rex Philippus, octavus Gelriæ dux. Carolus, Philippi filius, Imp. ejus nominis 5. nõnus dux Gelriæ.

Anno domini 1340. Confluunt multi Comites & Heroes, Comes Sabaudiæ, Comes de Kyburg, Comes de Nidouue, Comes de Habſpurg. Comites de Hochberg, de Dierſtein, Furſtenberg, & multi nobiles, præſidia dante duce Auſtriæ, & bellum inferunt Suitenſibus, & Bernatibus, ac eorũ confœderatis, ac obſident Laupen, prope Bernam: at Suitenſes oppidum hoc obſidione liberant, & hoſtem magno numero cedunt.

Anno domini 1342. Benedicto vita functo, fit Pontifex Clemens 6. & ſic infenſus Ludovico Bavaro Cæſari, in gratiam regis Franciæ, excommunicationis ſententiam in Bavarum latam confirmat, multos potentatus contra Cæſarem inſtigat, ſed Ludovicus par pari reddens, viciſſim in Eccleſiaſticam ditionem, imperiali authoritate animadvertit.

Clemens ſextus excommunicat Ludovicum.

Anno domini 1343. Scripſit Ludovicus Imperator regi Francorum, quoniam ad ſuum nutum Papa regeretur, quare illi acceptam ferret hanc ſuam calamitatem, rogabat vero, ut ex promiſſo abſolutionem ſibi impetraret. Tum Rex Franciæ reſpondit, eum tanquam Ro. imperii præfectum, & ſedis Apoſtolicæ tutorem, nunquam ut Imperatorem & ſubditum bene decuiſſet, gratiam & abſolutionem petiviſſe. Tum reſpondetunt legati Imperatoris, Poſſe formam Papæ placentem concipi, ſe libenter annuituros. Tunc conceptum eſt procuratorium turpiſſimum, & rigidiſſimum, quod Ludovicus etiam in carcere detentus, non ſigillaſſet. In quo mandato dabatur poteſtas Huniberto, Delphini avunculo, Item Auguſten. & Bambergen. Eccleſiarum præpoſitis, & magiſtro Heinrico Archicancellario Imp. confitendi errores & hæreſes ſibi impoſitas. Item reſignandi imperium, nec reſumendi niſi de gratia Papæ. Item quòd Imperator ſe & ſuos liberos, ac bona in manus Papæ contraderet. Hos articulos appoſitiſſimos, ſcilicet, Imperator comitiis Francophordiæ habitis, exponit electoribus & civitatibus imperii.

Ludovic. petit ut rex Galliæ ſibi abſolutionem impetret.

Comitia Francophordiæ.

Tum ſurgens Wickerus, Archiepiſcopi Trevirenſis Cancellarius, recenſuit articulos Papæ in pernicię & deſtructionẽ imperii conceptos eſſe, & quòd nec Imperator, nec electores virtute jura-

Articuli Papæ in deſtructionem imperii

menti imperio præfiti, annuere poſſint. Vellent tamẽ legationẽ mittere ad Papam, & articulorũ indignitatem exponere.

Hoc facto, Papa irritatior factus, cum videret ſe vana ſpe deluſum cum rege Bohemiæ, & Carolo filio ejus, qui læſi fuerant ab Imp. & cum Trevirenſi Archiepiſcopi eorum patruo, in perniciem & excidium Imperatoris conſultavit.

Concio Papæ, contra Ludovicum

Anno Domini 1343. Clemens 6. Lemonicenſis Papa, Jubileum in quinquaginta annos auri gratia reduxit.

Anno Domini 1346. In cœna Domini, Clemens Papa contra Ludovicum crudelem concionem habuit, omnes proceſſus Joh. 22. innovans, Imperatorem hæreticum & ſchiſmaticum declarans, electores imperii adhortans, ut alium Imperatorem deſignarent. Inter cauſas quas recenſebat, una fuit, Quod diceret Ludovicus ad Imperatorem pertinere, ut deponeret Papam, & inſtitueret. Item quod Epiſcopos conſtitueret, & interdictum nihili faceret. Tum etiam idem Clemens Heinricum de Viemberg, Archiepiſcopum Mogontinum, qui Ludovico adhæſerat, deponit: ne tne Eccleſia Mogontina vidua eſſet, Gerlacum filium comitis de Naſſauu, Pontificium capellanum, in Archiepiſcopum Mogontinum ordinat.

Archiepiſcopus Mogunt. Ludovico adhærens deponitur.

Sub Ludovico in civitatibus liberis, & quæ ſunt imperii partes, erant inter ſacerdotes, nam cum civitates Ludovicum pro Imperatore agnoſcerẽt, ſacrificulorum quidam volebant Pontificiis literis obedire, & interdicto uti, nec canere, nec legere. Ita ut monachi Argentorati, maxime Auguſtinianæ familiæ & in aliis urbibus 17. annis, ſive cantu prorſus eſſent. Minores & Prædicatorii multis annis cantarant, tandem & ipſi ceſſant. Tum illis dicebant cives, ut canendo pergerent, aut ſolum verterent. Ger. Sie ſolten fürbas ſingen/ oder auß der Statt Straßburg ſpringen. Ludovicus mira bonitate præditus, ſacerdotum vulgo nihil moleſtiæ intulit. At Epiſcopos & Prælatos coegit ut à ſe confirmationem peterent. Interea dux Luipoldus ſemper adverſabatur Imp. Ludovico, & hujus permiſſu quicquid literarum à Roma prodibat contra Ludovicum, in hujus oppidis legebatur. Circa hæc tempora Leopoldus Auſtriæ dux, obſedit S. Hypolitum (Sanct Pilt) quod oppidum erat Lantgravii Alſatiæ, Ludovico familiaris. Poſthæc Leopoldus Spiram obſidet, & agrum Spirenſem incendio & rapina vaſtat. Conſilio autem Medicorum, Argentoratum ſe recipit, ubi moritur in curia Ochſenſtein. Hic Leopoldus & Fridericus electus, & Heinricus erant filii regis Alberti occiſi, nepotes Rodolphi de Habſpurg. Ludovicus Bavarus vero erat filius ſororis Rodolphi. Ita olim avus erat Rodolphus. Præfati Auſtriæ duces omnes ſine prole maſcula defuncti fuere. Anno eodẽ Gerlacus de Naſſauu, 9. Archiepiſcopus Mog. ad Rens convocat Principes obediturus mandato Papæ. Conveniunt autem Balduinus Lucenburgenſis, Trevirenſis, Vualbramus de Juliaco Colonienſis, & ipſe Gerlacus Archiepiſcopi. Rudolphus Saxoniæ dux, Johannes rex Bohemiæ, 2. Carolum Moraviæ Marchionem filium regis Bohemiæ, regem Roman. elegerunt. Hic regina pecunia nervus rerum fuit.

Titulus Leopoldi ſunt: Leopoldus Dei gratia Auſtriæ, Styriæ, Sueviæ, Carinthiæ, & Moraviæ dux, Dominus Kormoli & Portæ Naonis, Comes Habſpurgi & Kyburgi, Lantgravius Alſatiæ. Gerlacus de Naſſauu.

Anno eodem Papa electionem Caroli in Conſiſtorio publico approbavit, quoniam autem Aquenſes & Colonienſes civitates eum non receperant, Bunnæ ab Archiepiſcopo Colonienſi coronatus fuit. A quo Colonienſis, Trevirenſis, & Gerlacus Mogont. Archiepiſcopi. Item Monaſteriẽ. Meten. Leodien. Virodunen. Epiſcopi, inveſtituram regalium, ut vocant, acceperunt. Ludovicus vero civitates imperii convocavit Spiram, nulla autem civitatum Rheni, Sueviæ, Franconiæ, electionem Caroli, aut Papæ acta contra Ludovicum curavit. Erant autem & ex Electoribus, quibus Carolus non probabatur. In ſumma ſcindebantur ſtudia in contraria, qui Carolo, & qui Ludovico adhærebant. Quæ res in Suevia magnam inquietudinem concitavit: nam qui ex Ludovico adhærentibus moriebantur, in campis, & extra cœmiteria ſepeliebantur. Mogontiæ ſchiſma fuit inter Heinricum Archiepiſcopum à Papa depoſitum, & Gerlacum novum Archiepiſcopum. Hoc tempore de conſenſu Ludovici, & voluntate Heinrici Archiepiſcopi, commiſſa fuit adminiſtratio Archiepiſcopatus tribus Canonicis de capitulo. Judices Gerlaci Mogontiæ, & judices Heinrici in Alta villa judicabant. Proceſſus Papales à quibuſdã ſervabantur, ab aliis ſpernebantur: tandẽ adminiſtratio Eccleſiæ Mogont. ab Imp. Ludovico, & Heinrico Archiepiſcopo, commiſſa fuit Conrado de Kirchkel. Hoc tempore ridiculum Romæ accidit, nam Nicolaus quidam publicus ſcriba potens erat in urbe, quam totam regebat, & tantum benevolentiæ, autoritatisq; apud omnes comparaverat, ut facile quo vellet, mentem Po. Ro. flecteret, Capitolium armis occupavit, Nicolaũ Auguſtum ſe nominans. Hujus titulus erat: Nos candidus ſpiritus ſancti miles Nicolaus, ſeverus & clemens liberator urbis, zelator Italiæ, Tribunus Auguſtus. Clementi Papæ in Gallia agenti ſcripſit niſi infra annum rediret ad urbem, & reſideret in ea, ſe cum Romanis alium papam creaturum. Et quemadmodũ Roma caput eſſe orbis, incumberet illi in omnib. cauſis imperii jus agendi, Ludovicũ & Carolum citavit, ut coram ſe, ambo ſe ſiſterent, expeditionem cauſarum à ſe ſuſcepturi. Idem citavit etiam 7. electores. Hujuſmodi ſtulta conſilia agitavit ferè 2. annis. Hunc Nicolaum Pont. adhærentes expulerunt. Is fugit ad Carolum 4. Carolus vero hominem miſerum Pont. miſit Avenionem, ibi captivus detentus fuit.

Carolus quartus Bonnæ Coronatur.

Schiſma Mogontiæ

Alta villa eſt Elt-felt Ringavia oppidum.

Nicolaus Auguſtus.

Anno

Anno domini 1347. Ludovicus Imp. moritur, vir optimus, & pacis ſtudioſiſſimus, nam quoties civitates agebant pro patriæ pace, communi bono, dexterrime illis adfuit, quicquid potuit facultatibus & pecunia pacare, hoc noluit bello. Hinc multum ditionum & ſubditorũ illi acceſſit indies magis & magis tranquillitate conſequutus, quod majores ſui bello nequiverant. Tandẽ in venatione apoplexia tactus, de equo cadit & moritur, in oppido Monachio ſepultus. Mortuo Ludovico, Carolus ex Boemia cum magno equitatu in Bavariam, Ratiſponam perrexit, ubi tanquã rex Rom. illico eſt receptus, deinde venit Norinbergam, ibidem quoq; receptus fuit, ſimiliter in aliis civitatibus imperialibus, prætexens abſolutionem Pontificis Ro. quòd Ludovico adhæſiſſent, ſe facile impetraturum. Attamen hæredes Ludovici Bavari, & Heinricus Archiepiſcopus Mogont. & Palatinus Rheni, Heinricusq; Saxoniæ dux noluerunt recipere.

Ludovicus Bavarus moritur.

Carolus à quibuſdam ſuſcipitur, ab aliis non.

Hoc anno Andreas Apuliæ & Siciliarum rex, ab uxore, dormiens in lecto ſuo, ſtrangulatur.

Anno domini 1348. Carolus rex Baſileam venit. Cum autem à ſenatu Baſilienſi perſuaderent quidam, ut abſolutionem peterent, quoniam Ludovico adhæſiſſent, quæ commiſſo Avinione facta fuerat Babenbergenſi Epiſcopo, & Marquardus de Randeck, Præpoſitus Bambergen. attulerat, tum Conradus de Berenfels, Conſul civitatis Baſilien. præſente rege, multisq; Eccleſiaſticis & prophanis, maſcule reſpondit, dicens. Domine Bambergenſis, ſciatis, quod nec fateri, nec credere nolumus, quod dominus noſter Ludovicus Imp. Ro. unquam fuerit hereticus, nam quemcunq; imperii electores nobis dederint, hunc recipimus, etiam ſi nunquã papã requirat, nec quicquãunquam contra imperii jus committemus, nos à peccatis abſolvamur, hoc feremus, ſic abſoluti regi Iolitũ præſtiterunt juramentum.

Baſilienſes Ludovico adhæſerant.

Maſculum reſponſum. Conſulis Baſilienſis.

Anno Domini 1347. Ludovicus Poloniæ & Ungariæ Rex eſt.
Johannes 11. Franciæ 51.

Hoc tempore, Recupertus, Lapus, Bartholus, legum illuſtratores, Gentilis. Fulginos, Dinos de Garbo, & Truſianus plus quam commentator, medici florent.

Anno domini 1348. Heinricus Mogont. Epiſcopus, Ludovicus Marchio Brandenburg. Rupertus Palatinus Rheni, & dux Saxoniæ, de novo rege eligendo concordarunt, electionem Caroli irritam judicantes, miſſa eximia legatione ad Eduardum Angliæ regem, ad Imperium eum invitabant. Is gratias egit & recuſavit. Deinde Fridericum Marchionem Miſnenſem vocant. ut Beatricẽ relictam Ludovici Imperatoris ducat, ac electionem aſſumat. At quia is noluit cum vicinis ſuis Bohemis contendere, & terram hæreditariam perdere, quoq; recuſavit.

Eduardus Angliæ rex, invitatur ad imperium.

Hoc tempore vehemens peſtilentia ferè in tota Europa deſevit, ut urbes, monaſteria & inſulas totas devaſtaret. Solatium fuit in rebus tam miſere afflictis, quod morituri (etiam pueri innocentes) jubilando & gaudendo laudes Dei ejacularint, & animas egerint. Peccatores vero ex animo reſipuerint. De hac peſte infamati Judæi, quod fontibus infectis, promoverint: & propterea combuſti fuerunt à mari uſq; in Alemanniam, præter civitatem Avinionem, ubi Papa eos tutatus fuit. Par quærela fuit. Anno domini 1334. de leproſis, qui Judæorum hortatu ferebantur conjuraſſe, ut veneno ad hoc parato ſic fontes inficerent, ut qui uſi fuiſſent aqua fontali, lepram contraherent.

Peſtilentia vaſtans Europam.

Judæi infamati de peſte.

Leproſi inficiens rei fontes.

Hoc tempore Philippus Galliarum rex, intelligens lucri bonum odorem, ex quavis re eſſe, tributum ſalis inſtituit, arguutum inventum, quo nemo liber à tributo eſſet. Hinc enim regibus quot annis pecunia ingens penditur.

Anno domini 1350. Guntherus comes de Suartzenburg, ex Turingia, Francophordiæ in regem eligitur (vir ſtrenuus, & qui collatis ſignis ſæpe numero victor fuit) per Heinricum Archiepiſcopũ Mogontinum, Ludovicum Marchionem in Brandenburg. Rudolphum comitem Palatinum Rheni, Heinricum juniorem ducem Saxoniæ, hic pro more ſex hebdomadis, ante Francophordiam caſtrametatus, cum nullus, qui ſe illi opponeret, videretur: in urbem immiſſus, & pro rege receptus fuit. Conventus autem indicitur Spiras, pro componendis Carolo & Gunthero, quo dum conveniunt Balduinus Trevirenſis, & Gerlacus Mogont. Comes de Wirtenberg, & alii proceres, legatique civitatum, Guntherus Friburgum obſidet & expugnat, Carolus Mogontiam oppugnat. Iterea Guntherus veneno moritur, quod ferunt medicum Fridancum illi propinaſſe. Is autem juſſu regis deguſtans, & ipſe triduo mortuus fuit, ſic capra quo mactaretur, gladium invenit.

Guntherus de Schwartzenburg.

Conventus Spira.

Guntherus Friburgum obſidet.

DE SECTA FLAGELLANTIUM.

Secta Flagellantium.

HOc tempore fuit in Italia & Germania ſecta Flagellantium, de loco ad locum errantium. Spiram venerunt circiter ducenti de Suevia, habentes inter ſe principem unum, & duos magiſtros, quorum mandatis parebant. Civibus Spirenſibus ſanctimoniæ fuco ſic imponentes, ut & convivio eos liberaliter ſuſciperent. Argentorati innumerabiles fuerunt. Item Aquiſgrani, ubi Carolus coronandus fuerat, præ multitudine peregrinorum & flagellatorum recipi non potuit, ſed in oppido Bunna ab archiepiſcopo Colonienſi coronatur. Venit & hæc ſecta flagellatorũ ruſticorum ex Galliis, ut ferebatur, Poloniam. Januſſius archiepiſcopus Gneznenſis cum ſuæ provinciæ Suffraganeis ſub magnis pœnis & carceribus tales prohibuit. Et principes Poloniæ perſuaſi, ne quiſpiam hujuſmodi errores ſectaretur, ſub confiſcatione bonorum & gravibus pœnis inhibuerunt. Albertus Crantz in Vuandalia ſua de hac ita ſcribit lib. 8, cap. 28.

Digitized by Google

In hiſtoria Polonorum legis ſub anno 1.61.

Anno domini mill. 350. Secta Flagellantium tum vehementer increvit per provincias, incertũ quo autore primum inſtituta, niſi illo, quem cæteris non vigilantibus, tradit Euangelium ſuperſeminaſſe zizania: unde & Acephali, hoc eſt ſinecapite, ſunt appellati, Homines rudes, qui per Germaniæ agros flagellis ſe attriverant, cruces in veſte præferebant, ad urbes gregatim ibant proceſſione diſciplinata, capitum operimentis ad oculos demiſſius, luminibus in terram fixis, triſtes & mœſti ſemper cernebanturi. Flagella tribus reſtibus erant trinodia, nodi ferrum in crucis formam eminens habebant, liventes ex crebris ictibus ac uulneribus ſcapulas & dorſa prætulere. Eccleſiam ingreſſi, poſitis veſtibus ſubucula linea ab umbilico demiſſa ſumebant. Ita egreſſi per cœmiteria, nudi ſternebantur. Alij proni in faciem, alij in latus, nonnulli in dorſum, quidam extẽtis in altum palmis, pœnitentiæ formam ad ſingula peccatorum genera in geſtu ſignificabant, progreſſus ex omni numero unus ſingulos tangebat dicens: Det tibi Deus remiſſionem tuorum peccatorum: ſurge. Inde in ordines digeſti, præcinentibus duobus, verſum chorus iterabat. Ubi dominicæ paſſionis in cantu quodam incidiſſet mentio, mox unà prorunut in terram, non ut ſolemus primum geniculantes, ſed uno impetu, velut præcipitata ligna vel ſaxa, ruebant, quem quiſq; ſuum locum forte habuit.

Habent Chronica Argentoratenſia, anno mil. 261. Flagellantes Argentoratum veniſſe, qui Romæ & in Italia confluxerant, numero mille & ducenti. Et quod Argentorati acceſſerint mille & quingenti, qui nudis corporibus ſe flagris cædebant.

Poſthac anno mil. 298. venerunt Argentoratum 28. in veſtibus albis, facie cooperta, qui eundo ad omnes eccleſias, ſe flagellabant.

Anno mill. 349. Tempore peſtis, combuſtis Judæis, venerunt rurſus Argentoratum ducenti, habentes octo aut decem præcioſa vexilla ex ſerico, & totidem cereos duplicatos. Bini & bini incedebant poſt vexilla & cereos, in oppidis & pagis paſſim excipiebantur pulſu campanarum, quiſq; pallio amictus, pileum in capite cum rubra cruce geſtabat. Rythmos habebant præſcriptos, præcinentibus duobus, reſpondebant alii.

Qui in hanc diſciplinam recipiebatur, cogebatur triginta tribus diebus & dimidiato manere (hoc erat pœnitentiæ tempus) & tantum pecuniæ ſecum afferre, ut in ſingulos dies haberet nummos Argent. quatuor. Nam non concedebatur illis ut mendicarent. Sacerdotes admittebant, ſed citra dominium: nec admittebant in ſecretiora conſilia. Literas jactabant per Angelum è cœlis allatas, & vulgus eò adduxerant, ut flagellatoribus plus crederent quàm ſacerdotibus. Argentorati ferè mille acceſſerunt huic ſocietati. Quare factis duobus ordinibus, alteri in ſuperiores Germaniæ partes concedebant, alteri in inferiores. Carolus quartus rex pontifici Rom. ſcripſit, ut coerceret, alioqui totum mundum ſeducerent: nam magnam ſanctimoniam proferebant, & miraculorum virtutem. Argentorati in circulum Flagellantium mortuus puer delatus fuit: tentabant quidem reſuſcitare, ſed non ſucceſſit. Dimidiato anno ferè ſingulis hebdomatibus cohors flagellantium adveniebat. Etiam mulieres ſe ſocietati adjunxerant. Tandem cum admiratio deſiit, nec amplius excipiebantur pulſu campanarum, nec hoſpitio exciperentur, & impoſtura hujus ſectæ innoteſceret, & papa ordinarius præciperet, ne admitterentur, etiam ſenatus Argentoratenſis vetuit ne reciperentur. Quod ſi quis vellet flagellare ſe, ut hoc domi ſuæ faceret. Ita in brevi tempore, hoc eſt, dimidiato anno, deſiit ſecta Flagellantium, quam ipſi affirmarant triginta tribus annis & dimidiato duraturam.

CAROLUS IIII. FILIUS JOHANNIS REGIS BOHEMIÆ, *nepos Henrici Imp. 7.*

Caroli quarti 31. Imp. Germ.

CArolus audiens Ludovicum mortuum, paſſim venit in civitates quæ liberæ, & quæ imperii ſunt, rogans ut pro Imperatore ſuſciperetur. Anno domini mil. 348. venit Argentoratum, ubi ut rex ſuſcipitur. Ibi & Bertholdo epiſcopo Argentoratenſi regalia confirmat, ante fores ſummi templi, gradus vocant auff den Stetten, coronam geſtans in capite, pomum & ſceptrum in manibus. Poſt aliquot dies Baſileam venit, deinde Wormaciam accedit, & cum eo epiſcopus Bambergenſis. Is poteſtatem acceperat à pontifice Romano, abſolvendi eos qui ſub Ludovico excommunicati fuerant: verum, ſequentibus conditionibus. I. Ut jurarent fidelitatem papæ. II. Imperatore non habere jus conſtituendi papam aut deponendi. III. Ut neminem agnoſcerent regem vel imperatorem non confirmatũ à papa. Qui hæc non jurarent, nec abſolvi deberent. Sacrificuli pleriq; & monachi hoc jurant, & abſolvuntur; laici nolunt jurare. Tandem veriti motum vulgi rex & epiſcopus, laicos etiam ſine juramento & præfatis conditionibus abſolvunt. Cum Carolus vero à Wormacia Mogontiam veniſſet, dicitur illi in aurem, Electores velle eligere Eduardum Anglum, nec valere electionem Caroli, Ludovico Bavaro adhuc vivente, factam.

REX ANGLIÆ ELIGITUR.

ELectores Imperii Eduardum Angliæ regem in Rom. regem eligunt. Sed is reſpondit per literas & gratias egit, indicans ſibi ſatis eſſe negotii cum rege Galliarum, quapropter non poſſit imperii curas admittere.

MARCHIO MISNENSIS ELIGITVR.

TUm Electores vocant Fridericum Marchionem Miſniæ, Ludovici Imperatoris generum, & in Rom. regem eligunt contra Carolum. At Marchio Miſniæ accepit à Carolo 10. millia marcarum argenti, & ceſſit electionem, & regalia accepit poſthac à Carolo. Ita imperii dignitas manſit Carolo, qui Francofordiæ in regem ſuſcipitur, civibus iſtic nundinas, & omnia eorum privilegia, confirmans ac corroborans. *De hoc vide pluta in hiſtoria Bohe. denea 351. ca. 32.*

RHENVS CLAVDITVR ARGENTORATI.

CArolus iam quietus de electione, & ubi conveniſſet cum adverſariis ingenti ſumma pecuniarum, conceſſit in civitates Rhenenſes, & ad principes ac dominos, qui illi adfuerant. His dedit Telonia Rheni. Hinc exorta ſunt Telonia nova, quæ qui vina coemunt & alia, & per Rhenum devehunt, ferre prorſus nequiverint. Hoc Senatum populumque Argentoratenſem male habuit, ut quibus multa erant negotia per Rhenum perficienda. Quare ſtipitibus præacutis, et catenis ingẽti alveũ Rheni ita includũt, ut nemo poſſet navigio vel aſcẽdere vel deſcẽdere. Cum vero Rheni navigatio duobus annis & dimidio eſſet occluſa, & civitates viderent, ſe nec nova nec vetera Telonia poſſe aſſequi, tranſigunt cum Argentoratenſibus, quorum dexteritate Telonia illa nova in ſpongiam cadunt. Et rurſus conceditur navigatio Rheni, anno Domini. mill. 351. menſe Maio, quo aliquot centenæ naves, cum vino & rebus aliis Rheno devehuntur.

Angli victis Francis, Galliam fere totam occupant.

Anno Domini mill. 355. Carolus profectus eſt in Italiam, & civitates ſatis obedientes invenit, Romæ obvios habuit totum Senatum, & quicquid erat honeſtorum hominum. Civitates aliquot Italiæ, gratificaturus pontifici, in obedientiam redegit. Cum veniſſet Piſas, oritur tumultus: & niſi Germanorum maſcula virtus illi adfuiſſet, actum fuerat de eo. Imperatrix à Piſanis rapitur, & in ignominiam regis Caroli in lupanar ducitur; ſed evadit matrona unà cum virginibus, & extra civitatem fugit. *Carolus 4. obedientem habet Italiam.*

Anno mill. 356 Carolus rex Mogontiam venit ad natalem Domini; adſunt illi Electores, & habetur prandium imperiale, uti in Bulla aurea indicitur.

His annis Carolus 4. Albertum & Iohannem fratres dominos Mackelburg, fecit duces Mackelburgenſes, antea dictos principes Vuandalorum.

Anno Domini mil. 356. Eclipſes ſolis, lunæ, peſtis, terræmotus maximus, ut in partibus Rheni pluta caſtra, turres, & domus corruerent. Civitas Baſilienſis & eccleſiæ iſtic vehementer concuſſæ.

Anno Domini mill. 360 Carolus comitem Eberhardum à Vuirtenberg, magno exercitu oppugnavit, tandem res per epiſcopos Auguſtanum, Argentoratenſem, & Spirenſem compoſita fuit: ſic tamen, ut Sueviæ civitates cogerentur ſolvere ingentem pecuniæ ſummam: nam Vlmenſes dederunt 52. millia flor. Eslingum 15. millia. Rotuuil 10. millia. Rutlingum 15. millia. Lindauu ſex millia. Conſtantia 40. millia. Canſum ferunt fuiſſe nimiam exactionem civitatum: Et quod cum ducibus Auſtriæ, ſine exceptione imperatoris finis futurus ſit. Ad hoc bellum ab imperatore datus fuit dux Rupertus Bavarus, & civitatibus Rheni præceptum, ut auxiliares copias darent. Marchio Badenſis à Carolo vocatus, renuit venire, nolebat enim conſanguineo bellum inferre. *Carolus contra Eberhardum Vuirtemb.*

Anno Domini mill. 366. Carolus altera vice in Italiam & Romam contendit, cum principibus aliquot Alemaniæ & Bohemiæ, & cum inclyta uxore ſua. Mediolani corona ferrea coronatur. Piſis honorifice ſuſceptus. His relictis, ad urbem tendit, Senatoribus, Conſulibus, & populo Romano in Capitolio congregatis, unus Senatorum orationem habuit ad populum, appoſite ſcilicet: Ecce rex tuus venit, Coronatur Romæ per Oſtienſem Cardinalem, hac conditione, ut nec Romæ, nec in Italia diutius moraretur. Franciſcus Petrarcha hic graviter invehitur, ac dicit: Quæ nam iſta ſuperbia, principem Romanum publicæ libertatis autorem, libertate privare? cuius eſſe deberent omnia, ipſe non ſit ſuus? *Carolus Mediolani coronatur.* *Coronatur Romæ, ſed conditionibus.* *Imperator Romanus, Romanus interdicitur.*

Anno Domini mill. 361. Sophia filia Eberhardi comitis in Vuirtenberg, duci Lotharingiæ matrimonio copulatur. Stutgardiæ habentur ſumtuoſe nuptiæ, præſente Alberto duce Auſtriæ, ac multis comitibus, baronibus & nobilibus. Invitato etiam imperatore, qui veritus maiorem congregationem, non venit. Celebres hæ nuptiæ, vini fonte arte facto. *Nuptiæ Vuirtembergenſis filiæ cum Lotharingo.*

Anno Domini mill. 362. Cazimirus Poloniæ rex, horrea ſua in ſingulis terris regni ſui frugibus abundantia aperiri & moderato precio vendi juſſit. Proprii autem homines pecunias ad emendũ non habentes, rerum commutatione aut labore præſtitum frumentum merebantur. Caſtrorum & civitatum fabricas & muros, piſcinarum & foſſatorum aggeres & alveos, tum aquæductus, & ædificiorum variorum ſtructuras extendendo. Ex quibus illud memorabile foſſatum, quod à Graccovia verſus Bachnyam tendit, & flumine Iſtula in id immiſſo, ligna per id & ſal traduci deſtinabat, adhuc apparet.

Anno

Anno mill. 363. Bella parantes Carolum imperatorem Romanorum, & regem Bohemorum, Ludovicum Hungariæ, Cazimirum Poloniæ, & Sigismundum Daciæ reges, eò quod imperator Carolus coram nunciis Ludovici regis Hungariæ dixerat, ejus matrem parum pudicam, Urbanus papa quintus per legatum composuit.

Urbanus 5. papa. Eodem anno Innocentio 6 mortuo, Urbanus 5. fit papa, patria Lemonicensis, antea Gulielmus dictus.

Eodem anno rex Cypri venit Argentoratum, honorifice exceptus. Eodem anno venit etiam illuc rex Daciæ.

Eodem anno Amurates Turcarum 3. Imperator regnat, Is primus in Europam classe trajecit.

Petrus Hispaniæ
Janus Cyprienſis } Rex.
Johannes Nothus Portugalliæ.

Anno domini mil 365. Studium universale in Vuienna Austriæ ab Alberto duce ibidem fundatur primum in Germania.

Anno eodem secta Jhesuatorum incipit.

Bertholdus Rorbach Sparcombustus. Hoc tempore Spiris combustus est quidam Bertoldus Beghardus de Rorbach. Hujus articuli, quos tamen antehac in Herbipoli revocaverat, erant: Christum in passione sua sic fuisse à patre derelictum, ut præ dolore dubitaverit de salute. Quod Christus in cruce propter nimiam passionem & dolorem matri maledixerit. Quod maledixerit terræ quæ ejus sanguinem susceperit. Quod homo in hac vita in tantum possit proficere, quod nec orare, nec jejunare oporteat. Item quod laicus illuminatus plus possit proficere in docendo: & quod plus illi credendum sit, quàm Evangelio & doctoribus scripturæ sanctæ.

Albergothus, Baldus & Angelus Jurisperiti, Guido Cauliacus Chirurgus, Maximus Planudis Monachus Græcus, Johannes de Linerus Mathematicus, Johannes Bocatius florent, & Henricus de Hassia.

DE PRIMIS ANGLICIS.

ANno domini mill. 365. Cum imperator Carolus Seltzæ ageret, venerunt in Alsatiam Angli quadraginta millia equitum & peditum, quorum duxerat eques quidam auratus, dictus Ertzpriester von Spurzehirze/ hii noctu irruerunt in agrum Argent, & in proximos pagos, non sine incendio, rapina & latrocinio. Cumq; ferè hebdomadibus quatuor graviter incommodassent Alsatiæ, & Carolus imperator conscripto exercitu esset invasurus nocentem hostem, fuga sibi consulunt Angli, uno die plus itineris absolventes, quàm Cæsar & civitates in multis insequerentur. Nam dum Cæsar, episcopus Argentoratensis Johannes de Liechtenberg, & Respublica Argent. apud divi Arbogasti monasterium & Eckboltzheim castrametantur, Angli jam Benfeld, Dambach, & Selestadium concesserant. Argentoratenses quidem & aliæ civitates, quid cessarent, appellant Imperatorem: cur non recta hostem invaderent. Sed Cæsar causabatur se nescio quorum principum præsidia expectare. Tandem usq; Colmariam ventum fuit, sed abierant Angli. Redit sed graviori incommodo Alsatiæ: Cæsareani enim hostibus ipsis nocentiores fuerunt. Et erat hæc profecto ante messem & in messe. Hinc carisia annonæ facta, ut quartale frumenti libra Argentoratensi veneretur.

Concilia Moguntina. Circa hæc tempora Carolus imperator Mogontiæ comitia habet cum archiepiscopis Mogontinensi, Trevirensi, & Colonensi. Aderant quoq; Saxoniæ & Bavariæ duces. Illuc pontifex miserat legatum, episcopum Canalcen. pro subsidio Cameræ. Quem cum Imperator præsentibus principibus audivisset, respondit: Domine legate, papa misit vos ad Germaniam, in qua magnam pecuniam corraditis, sed in Clero nihil reformatis. Adstabat autem Cuno de Falckenstein canonicus Mogont. cum capitio præcioso, aureis & sericis ligaturis consuto, quod imperator suo capiti imponens, inquit: Sum ne in capitio Cunonis plus militi quàm clerico similis: & intuitus Gerlacum archiepiscopum Mogont. sic affatur: Domine archiepiscope, vobis præcipimus sub ea fidelitate qua nobis astringimini, ut clerum vestrũ reformetis, tollatisq; abusum in vestibus, calceis, capillis, & toto vitæ habitu. Quod si non fecerint, mandetis fructus beneficiorum suorum occupari, & Fisco nostro præsentandos, quos nos in honestiores usus convertemus. Colloquio isto peracto, pontificius legatus non diu Mogontiæ hæsit, sed quasi fugitans, navi conscensa, Coloniam solvit.

Imperatoris privilegia aliquamdiu pauci.

Laudatur hic Carolus, ut pote multis heroicis virtutibus præclarus. Auream bullã (in qua sunt sanctæ constitutiones pacis) ab hoc habẽt Imperii electores. Nisi quod quidã illi vitio vertunt, quòd Bohemici regni gloriam magis quam Romani imperii quæsivit, & quòd regni Arelatensis jus, Galliæ contradidit. Schola liberalium disciplinarum ab hoc Pragæ erecta est.

Norinbergæ seditio seditio. Norinbergæ seditionem gravem exortam à Collegio Fabrorum, Capribarbæ vulgo, Die Geiſſbert/ dictorũ, ipse pietate & meritis gravis, cui consiliari & optimates urbis adhærebant, pulchre sedavit sua industria, nam Collegia vel Tribus, quas vocant Zunfthaus, abolevit, & urbem in meliorem politiam reduxit.

Anno

Anno Domini 1366. Comes Ægo per insidias voluit Friburgum occupare. Friburgenses admoniti, præsidio Basiliensium, Brisacensium, & Nuuenburgensium, contra steterunt, & paulo post Arcem vicinam urbi, quam vocant Burgstadel, destruxerunt. Posthac cum oppidum Endingum obsiderent, & Ægo Comes copias contraheret, utrinque pugnatur, aliquot occisis, in Rheno submersis & captis. Post hac pace facta, liberati à domino suo pecuniæ summa, Duces Austriæ dominos agnoscunt. *Comes Ægo Friburgum occupat.*

Anno Domini 1368 Urbanus compositis rebus Pisanis ac Florentinis, vocavit Carolum Imperatorem in Italiam, ut Bernabavem Ecclesiæ hostem ulciscereturcum quo tamen Imp. insperato pacem fecit, quod Papæ displicuit.

Anno dom. Mill. trecentesimo septuagesimo, Carolus Vuenceslaum filiũ natu majorẽ, Cęsarem facit, qui cum patre annis octo regnavit. Scribit Æneas Sylvius, Carolum cuique Electorum promisisse centum milla aureorum pro consensu, sed cum non esset solvendo, obligavit illis Telonia, vectigalia, & oppida imperialia, hinc Aquila deplumatur. *Primogenitum fecit.*

Per hos dies Rom. Imp. Carolus visendi regis Galliarum desyderio, iter per Hannoniam, Cameracumque faciens, in Franciam venit. De cujus adventũ Carolus rex Galliarum literis acceptis, ad singula qua transiturus Imperator erat loca præmissis, qui illum honorificentissime venerarentur, excepit. Et cum articulari morbo laboraret Imperator, currum & lecticam auro gemmisque artificiosissime elaboratam, ad Imperatorẽ præpropere misit rex, deinde equos duos ingenuos atque animosos insignibus Francorum apparatissime ornatos Imperatori, totidemque filio ejus Romanorum regi, Caroli nomine præsentant missi. Quod munus Imperator liberalissime lætissimeque excipiens, ego inquit, in altero illorum sedens, Parisios ingredior, quod & factum fuit. Ubi venientibus Principibus, alter in alterius cõspectu, revelato capite, datisq; dextris, sese amicissime venerantur. Mox ad Romanorum regem Carolus accedens, impertita illi salute, imperatorem dextrorsum, regem vero filium sinistrorsum habens, ipse medius incessit. Post mutua colloquia & convivia, firmata inter eos jure jurando amicitia est. Discedentem Imperatorem Carolus ad Monsum usque sua impensa perducere jubet.

Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, Mensura vini Argentorati vendita fuit quatuor solidis, in Augusto, quo anno Tigurini, Vuormatienses & Spirenses Alsatibus vina advexerunt, mox mustum venditum fuit in Autumno duobus nummis.

Anno dom. mill. trecentesimo septuagesimo quinto, Nobiles quidẽ Anglici, Britones, Picardi Goti, Scoti, & gentes innumerabiles de propriis proprie nõ contenti, per turmas armatorum violenter regnantes terras Francorum, Burgundorum & Luteringorum molestarent, & per decennium hujusmodi perturbationes extra terminos suos dilatarent, demum circa annum domini 1375. Alemanniam superiorem intrantes, per incolas villę Bernensis, in quodam Monasterio Monialium fontis Mariæ Constantiensis diœcesis collecti gladio, sed plus amantissimæ crudelitatis igne, in dicto monasterio conclavati, & recluſi, penitus sunt extincti. Malleolus.

Anno domini 1377. Comes Ulrichus Vuirtenbergensis, apud Reutelingam cladem sustinuit, multis egregiis viris interemptis.

DE SECUNDIS ANGLICIS.

ANno dom. 1375 Mixtus populus ex Britannis & Germanis, numero 6. mille armis munitissimi, cũ innumerabili vulgo, sed nõ æque armato, Capitaneos habebant 25, hii Alsatiã rapinis & incendio admodum vastarunt, & exactionibus, scopus erat multa corradere. Durissimi erãt exactores, à divitibus aurum, caballos, sericum petebant, à pauperibus calceos, clavos ferramenta equorum. Cum autem incendio pigris in agro Argentoratensi admodum incommodarent, rogati quid acciperent & abstineret incendio, petebant florenorum sexaginta millia, sexaginta pannos, sericos, & sexaginta equos, petitio hæc inaudita erat. Tandem Episcopatus & oppida imperialia numerarunt illis florenorum tria millia, ita horrendis, stupris & facinoribus designatis abierunt.

Anno domini 1375. Gregorius Papa 9. Decimam sollicitavit ab Ecclesiasticis per omne imperium. Sed Archiepiscopi tres ad Rhenum se opposuerunt emunctioni cleri sui. Interim moritur Mogontinus, & Papa Ecclesiam donavit Ludovico, Bambergensi Episcopo. Capitulum autem elegit Adolphum de Nassauu. Imperator studuit Ludovico, & obsedit Ertphordiam, vastavit vicinã Turingiam.

Interea Carolus multa peregit, ut filius ejus Vuentzlaus rex Bohemiæ, & Romanorum quoque rex eligeretur. Inde evisceratum est imperium Rheni, vectigalia, quæ pro patrimonio erant imperio, inde partita sunt. ut unusquisque electorum non modicum quid acciperet. Deplumatus est Aquila, ut in reliquum cæteris sit animantibus contemptui, quid enim potest sine pennis? Alb. Krantz lib. 10. Saxoniæ cap. 3. Nam idem Imperator Carolus (nescio si ad interpretationem verbi Augustus, quam nunc faciunt, bene imperii nervos exhausit, viresque consciderit) sede- *Scribit Æneas Sylvius Imperatorem iuratum do adultum, ne pignora revocaret. Vide cap 33. in hist. Boh.*

cim in Suevia urbes ſine medio recognoſcentes imperium, vendidit vicinis Principibus. Aliæ quatuordecim conſpirant invicem, & fœdere mutuo ſe conſtringunt, quædam ſalva libertate ſolita, Principibus Auſtriæ ad protectionem ſe cõmendant, non ut dominis parituræ, ſed ut protectoribus viciſſim obſequuturæ.

Anno domini 1380. Inventum eſt bellici tormenti genus à Germanis noſtris, quod vulgo Bombarda dicitur, à ſono opinor ac tonitru. Vide infra de arte Impreſſoria anno 1440.

EPITOME AUREAE BULLAE
Caroli quarti, Rom. Imper.

Mala ex diſſordia.

SUB Carolo quarto prodiit aurea Bulla. Anno domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto, Norinbergæ præſentibus Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis & ſecularibus contra diviſionem, pro unitate in imperio provehenda. Enumerantur autem initio, quæ mala ex diviſione contigerint, lapſus Luciferi, ejectio Adami ex Paradiſo, deſtructio Trojæ, everſio reipub. Romanæ, in diviſione Julii & Pompei.

Salvus cõductus.

Primum autem ſtatuitur, ut proficiſcentibus ad electionem, ſalvus conductus præſtetur, periurii pœna, qui in hos leges commiſerit, & ne talis inveſtiatur de feudis, quæ à ſacro imperio, vel aliàs obtinet. Regem Bohemiæ, ſacri imperii Archipincernam conducent Archiepiſcopus Mogontinus, Bambergenſis, Herbipolenſis Epiſcopi, Burggravius Norinbergenſis, Item illi de Hohenloch de Vuerten, de Brunechè, & de Hanauu. Item civitates Nurenburgenſis, & Vuindecheim.

Deinde Archiepiſcopum Colonienſem, ſacri imperii per Italiam Archicancellarium, conducere tenebuntur. Mogunt. & Treviren. Archiepiſcopi, Comes Palatinus Rheni, Lantgravius, Haſſiæ. Item de Katzenellenbogen, de Naſſauue, de Dietz comites. Item de Iſenburg, de Vueſterburg, de Runckel, de Lymburg & Valkenſtein. Item civitates, Vuetflaria, Geylenhuſen, & Fridеberg. Deinde Comitem Palatinum, ſacri imperii Archidapiferum conducere debebit Archiepiſcopus Mogontinus.

Ducem vero Saxoniæ, Archimareſtallum ſacri imperii, conducere debet rex Bohemiæ, Mogontinus & Madeburgenſis Archiepiſcopus. Item Bambergenſis & Herbipolenſis Epiſcopi, Marchio Miſnenſis, Lantgravius Haſſiæ. Item Fuldenſis & Herſfeldenſis Abbates, Burggravius de Norinberg. Item illi de Hohenloch, de Vuyrtheim, de Bruneck, de Hanauu, de Valckenſtein. Item civitates Ertphordia, Mulhuſen, Norinberg, Rotenburg, & Vuyndeſchheim.

Mogunt. convocat.

Et hi omnes proxime nominati, Marchionem Brandenburgenſem, ſacri imperii Archicamerarium conducere tenebuntur.

Numerus equitum. 200.

Archiepiſcopus Mogontinus electores convocat Francophordiam, ſpatio trium menſium. Quod ſi in executione & intimatione negligens exiſtat, veniant electores etiam nõ vocati Francfurt, ultra 200. equites nullus adducat. & inter hos non ſint ultra quinquaginta armati.

Cives Francof.

Civibus Franckophordum injungitur vi juramenti præſtiti, ut protegan & defendant advenientes electores, & præter hos neminem intromittant

Poſt invocationem ſancti Spiritus, in Eccleſia ſancti Bartholomei Archiepiſcopus Mogontinus Electoribus juramenti formam dabit, & una cum ipſis jurabit, poſitis in medium Evangeliis.

Forma iuramenti.

FORMA JURAMENTI.

EGO Archiepiſcopus Mogunt. ſacri Ro. imperii per Germaniã, Archicancellarius, ac Princeps elector, juro ad hæc ſancta Dei Evangelia, hic præſentaliter coram me poſita, quod ego per fidem (qua ego Deo & ſacro Romano imperio ſum aſtrictus) ſecundum omnem diſcretionem & intellectum meum, cum Dei adjutorio eligere volo temporale caput populo Chriſtiano, id eſt regem Ro. in Cæſarem promovendum, quid ad hoc exiſtat idoneus in quantum diſcretio & ſenſus mei me dirigunt, & ſecundum fidem prædictam, vocemq; meam, & vocum electionem præfatam dabo, abſque omni pacto, ſtipendio, precio, vel promiſſo, vel quocunque modo talia valeant appellari. Sic me Deus adjuvet, & omnes ſancti.

Mox præſtito Juramento infra triginta dies eligant temporale caput, quod ſi diſtulerint, à tranſactis triginta diebus panem manducent & aquam, nec Francophordia diſcedant, niſi electo rege.

DE SECESSIONE TREVIRENS. COLONIenſ. & Mogontinenſ. Epiſcoporum.

Seſſio electorum.

SAncitum eſt quod Trevirenſis ex oppoſito, & lineari directione, verſus Imperatoris faciem. Mogunt. vero in ſuis, diœceſi & provincia, & extra provinciam ſuam, in toto Cancellariatu ſuo Germanico, provincia Colonienſi dumtaxat excepta. Et demum Colonienſis in ſuis, diœceſi & provincia, & extra provinciam ſuam, in tota Italia & Gallia, in dextero latere Romanorum Cæſari-

Digitized by Google

Cæsaris sedere possint, in omnibus publicis actibus, imperialibus, conciliis, collationibus feudorum, refectionibus mensarum. Post Mogontinum, vel Colonienſem, rex Bohemiæ, cum sit Princeps coronatus, & unctus, deinde Comes Palatinus Rheni.

Ad sinistram partē, immediate post illum, quē ex prædictis Archiepiscopis in latere sinistro sedere contigerit, primum locum dux Saxoniæ, & post eum Marchio Brandenburgensis. Ab his suffragia hoc ordine poscit Mogontinus, primo interrogat à Trevirensi Archiepiscopo, secūdo à Colonienſi, cujus est dignitas & officium, diadema regium imponendi, tertio à rege Bohemiæ, quarto à Comite Palatino, quinto à duce Saxoniæ, sexto à Marchione Brandenburgensi, tum & Mogontinus votum suum aperit.

In celebratione Imperialis curiæ, Marchio Brandenburgensis aquam lavandis manibus Imperatori ministrat. Rex Bohemiæ primum potum propinat, Palatinus cibum, Dux Saxoniæ Marschalcus, solitum officium præstat.

DE JURE COMITIS PALATINI.

VAcante imperio illustris Comes Palatinus Rheni, sacri Romani imperii dapifer, ad manus futuri regis Rom. in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico, ratione principatus, seu comitatus Palatini privilegio, debet esse provisor imperii, cū potestate judicia exercendi, & ad beneficia Ecclesiastica præsentandi &c. Eodem jure provisionis, illustris dux Saxoniæ Archimarschalcus in illis locis, ubi Saxonica jura seruantur, fruatur. *Jus Comitis Palatini.* *Jus Ducis Saxoniæ.*

DE SUCCESSIONE PRINCIPUM ELECTORUM.

POstquam electores seculares desierint. Decretum, ut jus, vox, potestas electionis, ad filium primogenitum legitimum laicum. Illo non extante, ad primogeniti primogenitum similiter laicum devolvatur, Quòd si primogenitus absque hæredibus, masculis legitimis laicis, ab hac luce migrárit: Jus, vox & potestas ad seniorem fratrem laicum, per veram paternalem lineam descendentem pertingat, & deinceps ad illius primogenitum laicum. Si vero princeps elector, seu ejus primogenitus, aut filius senior laicus moriatur, & hæredes masculos, & legitimos laicos defectum ætatis patientes, relinquere contigerit. Tunc frater senior ejusdem primogeniti, tutor eorum & administrator existat, donec senior ex eis legitimam ætatem attigerit, quā in principe elector ore annos octodecim completos, censeri volumus. Si aliquis ex his Principatibus vacaverit, Imperatoris est providere. *Successio electorum.*

DE IMMUNITATIBUS.

REgis Bohemiæ & subditorum immunitas, ut appellari à regali judicio nemini liceat, auri, argenti, & stanni, ferri, cupri, plumbi, salis, mineras habere, item Judæos, thelonia & id genus habere possint. Monetas auri & argenti excudere valeant. *Immunitates.*

Cæterorum Principum electorum immunitas, quòd eximuntur eorum subditi à tribunalibus, extra territorium, & terminos Principum

DE CONGREGATIONE PRINCIPUM

DEcretum ut singulis annis à festo Resurrectionis Dominicæ conveniant, in aliqua civitatum imperii personaliter, tractaturi de imperii & orbis salute, qui imperii bases sunt & columnæ, datæque leges convivales & sumptuariæ, ne frequentatio cōviviorum rebus agendis remoram iniiciat. *Annuus conventus electorum.*

DE ORDINE PROCESSIONIS INTER *Archiepiscopos & Electores alios.*

IMperatore vel Rege deambulante, cū insignia ante faciem ejus portantur. Archiepiscopus Trevirensis, in directa diametrali linea ante Imperatorem, vel Regem transeat, illique soli medii inter eos ambulent, qui regalia insignia portant. Cum autem rex absque insigniis incesserit, tum Trevirita præcedat, ut nemo inter Regem & ipsum medius habeatur, aliis duobus Archiepiscopis electoribus loca sua servantibus. Dux autem Saxoniæ regalem ensem deferat, Regem inmediate præcedat. & inter illum & Trevirensem medius habeatur. Comes Palatinus pomū imperiale portet, à latere dextro. Marchio Brandeburgesis sceptrum deferat, à sinistro latere ipsius ducis Saxoniæ gradiatur, Rex Bohemiæ regem nullo interveniente sequatur. *Ordo processionum.*

DE CURIA IMPERIALI ET SESSIONE.

DIE solenni curiæ imperialis veniant electores Ecclesiastici, & Seculares ad domum habitationis regalis. Ibi Imperator insigniis imperialibus induetur, & ascensis equis, vadant cum Imperatore ad locum sessionis aptatæ. *Sedes Imperatoria.*

Archicancellarius in cujus archicancelliariatu hoc fuerit, portabit super baculo argẽteo omnia sigilla & typaria imperialia & regalia. Seculares Principes, electores, sceptrum, pomum, ensem. Portabuntur etiam immediate ante Archiepiscopum Trevirensem suo loco transeuntem primo Aquisgrani, secundo Mediolanensis corona, & hoc dumtaxat ante Imperatorem, qui est imperialibus insulis decoratus, quas gestabunt aliqui Principes inferiores ad hoc per Imperatorẽ juxta placitum deputandi.

Sedet Imperatrix.

Imperatrix Augustalibus insigniis amicta, suis comitata virginibus post Imp. competentis spatii intervallo, ad locum sessionis procedat.

DE OFFICIIS PRINCIPUM ELECTORUM, *sedente rege in sede regia.*

DUx Saxoniæ equo insidens, habens baculum argenteum, & mensuram argenteam in manu, ex acervo avenæ pertingente ad sellam vel pectus equi, mẽsuram plenam accipiet, & famulo venienti exhibebit, demum vice Marschalcus de Bappenheim distribuet.

Ingresso rege ad mensam, Ecclesiastici Electores mense benedicant.

Brandenburgensis Archicamerarius accedat super equo, habens argenteas pelves, & descendens de equo, dabit aquam lavandis manibus imperatoris

Rex Bohemiæ Archipincerna, descendens de equo, ciphum argenteum, ponderum duodecim marcarum, porrigit regi ad bibendum.

Comes Palatinus similiter intrabit super equo, habens in manibus scutellas argenteas cibis impletas, quas regi apponit.

Peractis officiis, ille de Falckenstein subcamerarius equum & pelves Marchionis pro se accipit.

Magister coquinæ de Norinberg equum & scutellas comitis Palatini.

Vicepincerna de Lympurg equum & ciphum regis Bohemiæ.

Vice Marschalcus de Bappenheim, equum, mensuram, & baculum ducis Saxoniæ

Cognitionem linguarum habeant Electores.

Tandem statuitur, cum Romani imperii celsitudo diversas nationes & linguas sub se habeat, ut prudenti regimine illis prospiciatur. Ut illustrium principum, puta regis Bohemiæ, comitis Palatini Rheni, ducis Saxoniæ, & Marchionis Brandenburgensis, Electoribus, filii vel hæredes & successores, cum verisimiliter Teutonicum idioma sibi naturaliter inditum scire præsumatur, & ab infantia didicisse, incipiendo à septimo suæ ætatis anno, in Grammatica, Italica, Flavica lingua instruantur, ita quod infra 14. annũ ætatis existant in talibus, juxta datam sibi à Deo gratiam, eruditi.

Anno 1386. Austriæ dux Leopoldus apud Sempach cum Turicensibus, Bernatibus, Lucernatibus, Underuualden, Vre, Suitensibus, & aliis confligit, qui de præfectis ducis admodum quærebantur, nimium gravibus populo ad libertatem spiranti: sed res infœliciter cecidit, nam dux ipse cũ insigni & numerosa nobilitate fuit interemptus, & contigit Helvetiis victoria, sed non incruenta.

In hoc bello nemo capiebatur ex utraque parte, sed neci dabantur victi. Fertur ducem Austriæ in exercitu suo habuisse messores 200. cum falcibus totidem, ut si frustra obsideret Sempach, tamen abmetendo regiones ad messem albas (erat enim circa festum Ulrichi) noceret, hoc furorem incussit contœderatis, & furor arma ministravit. Inter interfectos difficulter inventus dux, tertio post die, & sepultus cum 40 nobilibus in Kunigsfeld.

DE ORIGINE SVITENSIUM,

DE origine Suitensium & successu, de nominis etymologia cum varietur, & passim habeantur Chronica Suitensia, & Helvetia in præsentiarũ habeat, ut pios ita in omni eruditionis genere præstantes viros, per quos haud dubie, quę Dominus multis annis benignissime cum eis egit, certiora expectemus, ego lubens abstineo. Tantum hoc libet hic subiicere, quod superioribus annis legi in expostulatione quadam Dei, per prosopopejam eos alloquentis & exhortantis, ut resipiscant, & in memoriam revocent, quæ benefacta eis contulerit, & quàm miraculose cum eis egerit, Pateme dilexit, fideliter defendit, divites & glorioſos fecit, non minus quàm Israelem, Græcos aut Rhomanos. Prophetas dedit probos, fideles, & eximie doctos, ex ipsis, per quos illis Deus innotuit.

Anno Domini 1217. Cum à potenti domino de Regenspurg gravissime præmerẽtur, cujus astus & potentiæ nemo par erat, humiliavit eum Dominus, & tradidit in manus eorum, ut ad instar vulgaris equitis se dimitteret. Tum arces munitissimæ Regensperg, Utzenburg, Glantzenburg, & Gloggenburg, per confœderatos occupatæ fuerunt, & funditus destructæ. item anno 1350. Dominus tutatus fuit contra crudeles, subitaneas, & insidiis plenas practicas institutas in latrocinii noctem auff die Mordtnacht/ in qua nec infanti in utero matris parcitum fuisset, ubi confœderatorum domus & facultates jam diviſæ etiam erant, ibi Dominus victoriam contulit, & hostem captivum in manus eorum tradidit

In alia nocte rursus defendit eos Dominus contra hostes mit den roten ermlen/ & potentes fecit, ut arces robustas, Liel, Urnach, & Baldegg caperent & destruerent.

Item

Item anno 1281. victoriam contulit cõtra comitem Rudolphum, comitem de Kyburg, & multos nobiles. Item liberavit à tyrannide præfecti cujusdam Grysler dicti, contra Vuilhelmum Tællen, quem vi coegerat, ut filio proprio pomum à capite sagitta decuteret. Idem pileum erexerat, magnis pœnis interminatus, ut honorarent. Idem turrim construi curavit, nominatim Zwing Vry vnder die fluͤen. Eo tempore invictas arces Regenberg, Sarven, Landenberg Schuuanauu, Schonenberg, ut occuparent & frangerent, Dominus dedit, fugatis etiam & occisis tyrannis. Varias insuper victorias contra Austriacos, Mediolanenses, Anglos, Burgundiacos, Suuevos, Gallos enumerat hæc prosopopeia.

Anno 1315. in loco dicto Morgarten, septuaginta viri contra multitudinem hostium fortissime pugnarunt, in loco dicto Sella am Sattel/ ingenti metu incusso adversariis, ac multis in lacu egre submersis. In Sempach cõtra principem Lupoldum victoria potiuntur 1300. contra quatuor mill. Rursus anno 1353. Turicenses contra Ellerspach præfectum ducis & Capitaneum apud Dætuuil circa Baden, ubi 400. confœderatorum vincunt quatuor millia. Tum Turregum à duce Alberto, qui tribus vicibus obsederat, liberatur, & quarta vice à Carolo quarto, qui graviter obsedit robur belli suppeditantibus imperio Bohemis & domo Austriæ.

Anno 1338. Circa Laupen pauci confœderatorum contra multos principes, comites, potentatus, victoria potiuntur apud Hardt, ubi multi adversæ partis in Rheno submersi fuerunt.

Anno 1374. Cum Anglici toti Germaniæ metum incussissent, equites circiter decem & octo millia impune vagantes per principũ terras, & per cõfœderatos apud Lus, Buttisholtz, & Frauuenbrunnen cæsi sunt, & Germania ingenti cura & sollicitudine liberata.

Anno 1388. apud Næhensels 200. confœderati 6 millia vincunt.

Apud Bellitz exiguo numero contra steterunt Mediolanensi Stanthardo, qui non solet ad pugnã egredi, nisi centum millibus, ubi & victoriam, immenses facultates, & vexilla tredecim reportarunt. Deinde anno 1475. Apud Elygurt, Gransen, Murten, Nansen, cum aliis, ut infra habebimus, contra Carolum Burgundiacum victoria non semel potiuntur. Item apud Bruderholtz loco Basileæ vicino. 800. confœderatorum, octo millia invadunt & vincunt. Item apud Ermerdingen, vulgo im schwaderloch/ ubi confœderati una die & vincuntur, & vincunt mox: nam 1300. eorum 12 millia partis adversæ superarũt. Post hac apud Frastentz: item Dornaci apud Byrsam, Dominus victoriam illis contulit. Hæc & id genus alia habet hæc prosopopeia, cum enumeratione, qua in re confœderati peccent hodie contra Deum, quod eorum terra asylum esse debeat adflictorum, & domicilium justitiæ, & ita olim fuerit. (Hinc illustris & vere nobilis Princeps Sigismũdus Austriæ dux, cum aliis sibi eo tempore fœdere junctis, Argentoratensibus, Schuuartzuualdensibus, Songaviensibus, Brisgaviensibus, contra Petrum Hagenbach, subsidio cõfœderatorum, & æqui amatissimorum, egerunt) sed jam res habeant juxta sermonem Esaiæ loquentis ad Judam cap. 1. Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena judicii: justitia habitavit in ea, nunc autẽ homicidæ &c. Expendant quid mali bella & pensiones afferant. Depingit falsum Dei cultum, quem fugiant, & verum, quem amplectantur. De verbo Domini, Novo & veteri Testamento. De prædicatoribus verbi, de officio magistratus, de electione magistratus, de fratre Nicolao & ejus consilio. Et per hypotyposim subjicit terram Helveticam, & eius fertilitatem, amœnitatem & robur, cum mentione reformationis, terrore iræ Dei tandem concludit.

SCHISMA.

Schisma in ecclesia nepont.

POst Gregorium 11 exortum fuit magnum schisma, nam Italiani Italum fecerunt papam, & nominabant Urbanum sextum. Is Rhomæ egit. Galli alterum elegerunt papam, quem vocabant Clementem 7. Hic rursus profectus est Avinionem. Sic erant duę Rhomæ, & duo papæ, & unus excommunicabat alterum, Italia, Hungaria, Germania, adhærebant Urbano Rom. papæ. Duravit hoc schisma usq; ad concilium Constant. Hinc jocus: Bicipitem dudum aquilam Romani Imperatores in armis sibi prætulerunt & præferunt usque hodie, quamvis dudum Orientis imperium evanuerit à Christianismo translatum in perfidos Mahometanos: nunc bicipite insulam incipiunt adorati Romani pontifices.

Duæ Rhomæ, Duo papæ.

VVENCESLAUS XXXIII GERM. IMP.

ANno domini 1378. Vuenceslaus Bohemiæ rex jam patre vivente & plurimum annitente, rex Ro. creatus, cœpit utrunq; regnum sine magna sollicitudine administrare. Nec enim annisus est imperii coronam accipere, quam etiam nõ promeruit: vir animo non satis ad imperium idoneo, qui (ut ferunt) ventri deditus, omnia post habuit. Aliquantoq; melius actum esset cum imperio, si neq; pater, neq; filius in eo fuissent. Nam pater largitionibus ut filium extolleret, filius ignavis dissimulationibus imperium attrivere, inque eam tenuitatem, quæ nũc cernitur, adduxere. Augustos se amant interpretari, quasi augendo instantes imperio: sed longe ab hac interpretatione patris largitio, & filii ignava dissimulatio fuit,

Vuenceslaus 33. Germ. imp.

Nam Vuenceslai in curia in regno Bohemiæ illa Chriſtianiſmi cruenta diviſio invaſit, Subincone archiepiſcopo Pragenſi, cui cognomẽ erat Lepus, frigidam ſuffundẽte, qui orienti calamitati obviam ire cupiens, libros Johannis Vuiclevi ad ſe ferri, omnesq; publice cõcremari juſſit. Supra 200 volumina fuiſſe traduntur pulcherrime cõſcripta, bullis aureis, tegumẽtisq; præcioſis ornata. Johãni Huſs prædicatio interdicta, & adjectæ minæ, ſi quando dogmata ſua in populũ vulgare auderet.

Æneas Sylvius in hiſt. Boh. cap. 34. Fuit, inquit, Vuenceslaus longe patri abſimilis, voluptatum ſequax, laboris refugiens, vini quàm regni curioſior. Ob quã rem captus à baronibus, 17. hebdom. in cuſtodia habitus. Johannes dux Luſatiæ, & Procopius Marchio Moraviæ, magno Reipublicæ malo, eum libertati reddiderunt. Captus & ſecundo per Hungariæ regem fratrem ſuum, & Alberto Auſtriæ duci in cuſtodiam datus. Cuſtodia ejus in egregiis ædibus apud Viennam habita, quibus exinde cognomen Praga datum, quod eas rex Pragenſium incoluiſſet. Sed cum parum diligenter cuſtodiretur, fugam arripuit, regno rurſus potitus: neq; tum vitam mutavit, ſed priore conſuetudine vino ciboq; marcens, lucemq; dormiendo nocti conjungẽs, ab Electoribus imperii, comprobante Romano Pontifice, imperio dejectus, domi torpens, illaudatum egit ævum.

Anno domini 1386. Pajazites Turcarum quartus Imperator regnat. Hic totam Græciam at Theſſaliam cepit.

Poſt Urbanum 11. fit papa Romanus Bonifacius 9.

Poſt Bonifacium 9. fit papa Innocentius 7.

Poſt Innocentium 7. fit papa Gregorius 12. Hic addixerat ſe ceſſurum papatui, modo Benedictus quoq; reſignaret. Cũ autẽ Benedictus nollet, & ex Avenione in Hiſpanias fugeret, nec Gregorius voluit reſignare. Quapropter concilium Piſæ habitum fuit. In quo hi duo, Gregorius & Benedictus depoſiti, & electus fuit tertius, papa Alexander 5. Gregorius fuit Ariminum, ibi manſit uſq; ad Concilium Conſtantienſe, Alexander vero manſit Bononiæ: nam Hungari Romæ agebant magna tyrannide, bellumq; habebant cum Gallis, propter Neapolim.

Poſt Alexandrum 5. fit Papa Bononiæ Johannes 23. Ita hii tres pontifices vixerunt uſq; ad Concilium Conſtantienſe: Johannes 23. Bononiæ, Gregorius Arimini, Benedictus in Hiſpania, & omnes depoſiti fuerunt in Concilio Conſtant. Anno dom. 1386. Johannes Vuicleſus in Anglia, ac Catharina de Senis in Italia fulgent. Anno domini 1380. Vuenceslaus rex Bohemiæ litem cõpoſiturus inter clerum & populum Uratislavienſem, illuc venit. Et divina ob reverentiam ſui reſumi petiit. Clero autem abnuente, ut ſcelus prophanationis non incurreret, rex Vuenceslaus iratus, oppida & villas eccleſiæ & monaſteriarum ſpoliare juſſit. Et tam ingens gregum pecudumque numerus Uratislaviam inductus eſt, ut trecentæ oves pro tribus marcis uſualibus, bos vero pro ſertone venderentur, & propter emptorum penuriam, major pars ad Bohemiam pulſa eſt.

Anno domini 1393. Vuenceslaus Rom. & Bohemiæ rex, de univerſo regno Bohemiæ fratres Teutonicos ordinis ſanctæ Mariæ, cum nigra cruce, ejecit, eos inutiles fore aſſerens, bonaq; caſtra & civitates ipſis abſtulit.

Anno domini 1388 Grave bellũ habuit Argentoratenſis Reſpublica cũ Friderico de Blanckenheim epiſcopo Argentoratenſi. Nam cum urbs Bannum imperiale incidiſſet, propterea, quod Brunonem de Rapoltſtein cõcivem (qui militem Anglicum in gravi captivitate detinebat) ad officium cogere, & ut captivum libertati redderet, eipersuadere tardior eſſet, edictum regium contra urbem divulgabat in finitimas terras. Principes multi, comitesque tanquam regiis mandatis parituri quidem, etiam oculo parum ſimplici huc ſpectantes,, ut non ſolverent cenſus & redditus quos tenebantur, arma in urbem movent, pagos vaſtant, civium ædes in rure ſitas, igne conſumunt, vina, fruges, redditus, ligna, ſalem, Alſæ influxum apud Erſtein inferri prohibent, pecora abigunt. Fridericus odium in urbem diſſimulans, ſimulansque benevolentiam, inito clam cum principibus conſilio, per ſuos, quos vocant officiatos vel præfectos, urbi bellum indicit, pontemque Rheni flammis exurere tentat, aptatis ad id incendium lignis aridis, ſtraminibus, & ſulphure conſperſis, in navesque validas, quæ per Rhenum deſcenderent, collocatis. Hoſtes & adjutores epiſcopi in pagis epiſcopalibus Eſchauu, Vegersheim, Hundesheim, Northus, Erſtein, & aliis pagis apud Alſam, manebãt, interdũ tam vicini facti urbi, ut in planicie ante urbem, auff Metziger awe/ viderentur. Argentoratenſes, civibus tutandis, hoſtibus arcendis, interdum mille equitibus egreſſi. Cum autem bellum hoc diu duraſſet, Comes à Sponheim Schultetus Oppenheimenſis, & honeſti cives à Mogontia, Vuormatia & Spira, Argentoratum veniunt, & quàm diligentiſſime pro componendo diſſidio inter urbem & epiſcopum, unà cum aliis ſedulo agunt, tandem anno 1393. & civitas à Banno Imperiali abſolvitur, & bellum componitur per Carolum tertium Pragæ.

Hinc Fridericus epiſcopus valde triſtabatur, quod non omnia ex ſententia ſua illi ſucceſſerant, nec voti compos evaſiſſet. Quoniam vero militibus ſuis in magno ære obnoxius fuit, quod ſe ipſis præſtiturum ſub ſyngrapho ſpoponderat, non cogitans quod terras per bella parare, ſit aureo hamo piſcari. Equites ſolutionem appetentes, ipſum tandem Fridericum, quem paulo ante adjuverant, perſequi, & damna illi inferre cœperunt. Quare Fridericus cogitatione alterius epiſcopatus acquirendi

quirendi tangitur, archiepiſcopatum Mogontinum, item Treverenſem, ambit. At pontifex Romanus Trajectenſem illi cōtulit, & ab eodem Guilielmum de Dieſch avellens, ad Argentoratenſem tranſtulit. Hic Fridericus Baſilienſis eccleſiæ adminiſtrationem geſſit, exercitum in Sueviam movit. Hechingam oppidum ſub arce Hohen Zorn ſitam, expugnavit, pro quo commutationis via à comitibus Vuirtenbergenſibus oppidum ſancti Hippoliti in Alſatia ſuæ diœceſis conſequutus eſt. Fridericus nihilominus ab epiſcopatu Argentoratenſi ejectus, opulentum ipſum reliquit, quippe cui adhuc quotannis quadraginta aureorum millia in emolumentis inferebantur.

Ferunt hunc Fridericum de Blanckenſtein Gulielmo de Dieſch ſucceſſori ſuo in epiſcopatu Argentoratenſi ſcripſiſſe, quod ſibi caveret à potentia urbis Argentoratenſis, ab infidelitate vaſallorum, & à Capituli ſui vel imperitia, vel ſimplicitate.

BELLUM GULIELMI DE DIESCH, EPISCOPI Argentoratenſis, contra urbem Argentoratenſem.

ANno Dom. Milleſimo trecēteſimo nonageſimo quarto, Gulielmus de Dieſch, Epiſcopus Argentoratenſis pluribus annis bella geſſit cum urbe Argentoratenſi, minus tamen proſpere. Quamvis enim dimidiam partem terræ tranſrhenanæ, Offenburg, Gengenbach &c. (quam Epiſcopus Argentoratēſis pro magno ære à Romano imperio, virtutibus domini Bertoldi de Bucheck impignoratam poſſedit) Roberto regi libere reddidiſſet. Zaberniamque duci Lotharingiæ tradere voluerit, ut alieno ſaltem ſubſidio fœlicius contra civitatem triumpharet. tamen conniventibus domino Hugelmanno de Vinſtingen Decano, & Friderico de Hohenzorn camerario, à civibus Argentoratenſibus in Mollisheim captus, Argentoratumque deductus eſt. Et cum diſſenſio inter ipſum & cives, ab Archiepiſcopo Moguntino, & & Marchione Badenſi (qui præſentes Argentorati fuerant) ſopiri nequaquam poſſet, præfati duo Canonici, & ex Senatoribus aliquot, Ruolinus Barpfenning, Ulrictus Gos, & Michael Mellbruge ad Concilium Conſtantinenſe citati ſunt, illucque Guilielmus perductus, & cautione ab ipſo & à civibus recepta, cauſa ventilari cepit, mutuisque articulis longo tempore, ut fieri ſolet, in libellum conſcriptis, Epiſcopus tandem libertati reſtitutus eſt. Civitas vero ob injectas in præſulem manus, cenſuras Apoſtolicas & bannum imperialem, abſolutionis expetens, tum ipſi Concilio Conſtantienſi, tum Sigiſmundo Rom. Regi, quod imperii Principem cœpiſſet, aureorū nummum ſummam ſolvit.

Titulus Epiſcopi Argentoratenſis, Anno Milleſimo ſexageſimo quinto, ſub Hetzelone & aliis fuit. Ego. N. divina favente clementia, Argentoratenſis Eccleſiæ paſtor indignus. Si fuiſſent quod audiebant Epiſcopi paſtores, infirmum conſolidaſſent & ægrotum ſanaſſent &c. Ezechiel. 33. & ἀπαναστῆναι τῆς κατ' ἐξουσίαν, juxta præceptum Principis paſtorum, abhorruiſſent.

Anno domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſecundo, Gymnaſium Ertphordienſe fundatum eſt Bonifacio 9. privilegium donante, Theologica ibi permiſſa facultate. Non vacat admiratione Germaniam tam diuſſine publicis egiſſe literarum gymnaſiis. Francia quidem à memoria Caroli. I. eo genere claruit, Italia non longe poſt Bononiæ & quibuſdam aliis locis publice docere cepit. Germania vero omnium ad cultum noviſſima provincia, de qua recte Picus dixit, Rhenus in Tyberim conve.titur. Bohemia ſub Carolo quarto Imperatore, & rege ſuo Pragæ publicum meruit literarum gymnaſium. *Gymnaſium Ertphordienſe.*

Academia quoque apud Coloniam Agrippinam hoc tempore fundatur

Hoc tempore pernitioſa ſimultas fuit in civibus Coloniæ Agrippinæ, duplex habuere in urbe concilium, arctum eorum, qui quotidiana civium negotia curarent, & latum ad illos quoque pertinens, qui magnis reipub. negotiis aſciſcerentur. Erat ex latiore concilio vir primarius, quem legitimis cauſis præſcripſere magiſtratus concilii ſtrictioris, parendum fuit. Sed ille apud Principes effecit, ut eorum opera reſtitueretur. Tum, ut ſe vindicet, multa molitur: denique conſtituit, ut concitata plebe, omnes de ſtricto concilio in vincula faceret pertrahi. Id ſenſere viri ſagaces minoris concilii, & prævenientes molitionem cæterorum, Latum concilium per eandem multitudinem in vincula duci fecerunt. *Academia Colonienſis.* *Seditio Coloniæ inter cives & Senatum.*

Verum erant ſenſati in communitate viri, qui utramq; molitionem improbarent, effeceruntq; ut minus etiam concilium cuſtodiæ manciparetur, quo minus cæteri conquererentur, jam agentes in cuſtodia. Et utriſque diligenter cuſtoditis, ipſa communitas utrumque concilium abſolvit, & novo delectu habito, conſtituerunt ſenatum alium, & ut in reliquum civitas non duplici, ſed unico concilio gubernaretur, decreverunt. Quod ſenatum in hodiernum non parvum dedit rebus incrementum.

SEDITIO RUSTICORUM.

HAc tempeſtate Arverni adjunctis ſibi Lemonicẽſibus atq; Pictavis, graviſſimã ſeditionem excitarunt, ducem ſibi quendã Petrũ Brueriũ inſtituentes. atq; ita per nequiſſimã licentiam graſſantes, nobilem quemq;, clerum item, & alicujus penſi hominẽ ſibi obviam, ſine miſeratione obtruncabant. ſacerdoti amputatis digitis, capitis verticẽ deglubunt, deinde cremant. Religioſum hoſpitalis ordinis per alas proceræ arbori appenſum, ſagittis, telisq; confoſſum, necant. Nec modus illis erat ullus ſeviendi. pluris inter illos habebatur, qui diriora flagitia committeret. Tandem Biturigũ dux, qui Avinionẽ ſalutandi Pont. gratia petebat, delecto nobiliũ exercitu, in ſeditioſos movet, quos nõ difficili prælio multis occiſis, multisq; laqueo ſtrangulatis ſuperavit. Ro. Gag. lib. 9. Anno dom. 1399.

Secta Albatorum

Albatorum ſecta cœpit à presbytero quodam Italo in Italia. Isquidem albo indutus panno, tantam modeſtiam vultu ac verbis præ ſe ferebat, ut ab omnibus ſanctus haberetur. Magnam multitudinem virorum & mulierum in ſententiam ſuam traxit, linteis albis circũvoluti omnes, ſine diſcrimine mares & fœminæ, ruſtici an cives, ſervi an liberi, paſſim veluti pecora, ubi nox oppreſſiſſet, dormiebant, publice in vicis epulabantur. Crucifixum ſacerdos præferebat, quem lachrymari ob hominum delicta dicebat. Viterbii ſubſtitit cum magna multitudine, Romam ad loca ſancta venturus. Sed Bonifacius fraudem veritus, quòd diceret hominem ſuperſtitioſum Pontificatum appetere, adjuvãte illa multitudine, milites aliquos præmittit, qui hominem comprehenſum ad ſe perducant. Sunt qui ſcribant quæſtione confeſſum fuiſſe fraudem. Alii nihil fraudis ſubfuiſſe, ſed fictum à Pontifice abolendo rumori, quo hominem per invidiam captum, & necatum affirmabant.

Gerſon Theologus, Nicolaus Florentinus, Jacobus Forolivienſis, medici; & Ancoranus Legum conſultiſſimus, florent.

Per id tempus ſedente apud Avinionem Innocentio 6. qui raram niſi ex Franciæ regno obedientiam erat conſequutus, & Cardinales 30. ordinaverat, quibus grandi ſumptu opus eſſet, Divi Nichaſii Remenſis Abbate, in Franciam miſſo, dimidiatam omnium Eccleſiarum partem eligere conabatur. Cui cœpto, Scholaſtici Academiæ Pariſienſis reſtiterunt, miſſis ad Carolum Oratoribus, qui Pontificis prædictum haud æquum eſſe perſuaderent. Audita Scholaſticorum quærela, rex exportari regno pecuniã vetat, & Eccleſiarũ proventus in tres partes diſtribui jubet, unã in Eccleſiarũ inſtaurationem, alteram diſſolvendis earum obligationibus & debitis, tertiam quotidianis miniſtrorum uſibus aſſignavit. Ita Pontifex edicti pœnitens, ab exactione deſtitit. Rob. Gag.

Anno domini 1394 Celapinus Imp. 5. Turcarum, qui imperium Trapezontinum cepit.

Anno eodem, Chriſtiani apud Nicopolim Turcis devicti ſunt inſigni pugna.

Eduardus Portugalliæ
Heinricus 3. Hiſpaniarum
Garolus 5. Galliæ
Heinricus 5. Angliæ
Jacobus 4. Scotiæ
Sigiſmundus Ungariæ
Uladislaus Poloniæ
} Rex.

RUPERTUS DUX BAVARIÆ, COMES *Palatinus Rheni*, 33. *Germ Imp.*

Rupertus 34. Germ. Imp.

ANno dom. 1400. Cum Vuentzeslaus rex Rom. nullis monitis proficeret, nullis rebus præter ſuam voluptatẽ intenderet, neq; Bohemiam, neq; Romanũ regnum in ſua cura cõplexus, Electoribus imperii Francophurdiæ, cõgregatis, Vuentzeslao deplorato, & deſtituto: Rupertus in regem Ro. eligitur, & à Friderico Colonienſi Archiepiſcopo de more Aquiſgrani conſecratur, deinde venit Argentoratum cum regina Adelheide, quatuor filiis ducibus, tribus filiabus & duce Lotharingiæ genero ſuo, magnificeq; à ſenatu ſuſcipiuntur, & donantur ſinguli, regnavit 10. menſib. annis 9. poſtea in Oppenheim quam pacifice obiit. Anno dom. 1404. Princeps Comes Haſſiæ, novum in terra ſua caſtrum nomine Ludwigſtein fundavit, & per tenebras unius noctis erexit, & hoc ex adverſo caſtri nobiliũ de Hanſtein, ut rapinas ſolitas eorundẽ nobiliũ ab antiquo frequentatas ſedaret. Anno dom. 1401. Moyſes Turcarum 6. Imp. qui Parthos devicit, regnat.

DE TAMBERLANE.

TEmpore Ruperti Imp. vixit crudeliſſimus & bellicoſiſſimus Cæſar Tartarorum, qui fuerat natus apud Tartaros humili loco, & tantas vires adeptus, ut ſupra duodecies centena hominum millia haberet in caſtris. Qua multitudine attritis bello Turcis, eorum Imperatorem Pajaſet, cathenis vinctũ aureis, currui quo vehebatur, quaſi triumphãs adjunxerat. prandens quaſi canem ſub menſa comedere juſſit, & aſcenſurus equum, eo tanquã ſcabello uſus eſt. Armenos præterea proſtravit, ſubverterat Perſas, deſtruxerat Ægyptios, Damaſcum penè deleverat. Et quocunque ejus tranſcenderat nomẽ, ſola fama, quaſi fuiſſet miſſus à Deo peccatorum ultor terribilis imminebat. In obſidionibus urbium primo die albo utebatur tentorio, ſecunda rubro, tertia nigro.

Et ſi de

Et si se dabant in albo sedenti, salutem consequebantur. Rubeus color mortem indicabat, Niger vero civitatis exitium, & omnia in cinerem convertenda.

Anno domini 1407. Schola Parisiensis in tanta authoritate fuit, ut Benedictum 13. Papam Avinionis sedentem, dignitate amovēdum magnopere contenderet. Scholastico cum id temporis offendisse piaculum erat. Inter multas simultates, cum res tota Francorum ad civilem discordiam inclinaret, nemo non studebat ferè scholæ favorem atque benevolentiam sibi comparare. Scholasticus luto inquinatus, per unum ex familia Caroli favosii aurati equitis, Scholastici injuriam ulciscī properantes, ita apud judices agunt, ut Savosii ædes, unde familia prodierat, soletenus diruerentur, ipse vero minister exularet. Rob.

Et post paucos annos, cum Guilielmus Tignovillus, Parisianus prēses ad patibulum noctu duos scholasticos, propter cædem à se factam, appensos, strangulare jussisset, ne si distulisset, homicidæ liberarentur: coactus est (schola apud judices suam ignominiam persequente) scholasticos patibulo depositos (osculo mortuis exhibito) & lecticæ impositos, Ecclesiæ restituere, aurigante Carnifice, qui equo insidēs, lineam instar vestem sacerdotis induerat. Eorum scholasticorū etiam nunc sepulchrum in porticu divi Maturini Parisiensis cum epigrammate visitur.

Anno domini 1408. Salicetus, legum interpres, ac Chrysolaras Græcarum literarum restaurator, florent. Benedictus 13. Papa Schismaticus, Avinionis sedet. Gregorius 12. Venetus Papa, Ruthenī, auxilio Tartarorum, Teuthonicis dominis atrox bellum inferunt.

Mahumetes Turcarum Imp. 7. qui Serviam & Vualachiam cepit

SIGISMUNDUS XXXV. GERM. IMPER.

Sigismundus 35. Ger. Imp.

SIgismundus interea rex Ungariæ, Caroli quarti Imperatoris filiꝰ, Vuentzeslai ignavi regis frater, ab electoribus imperii Francophordiæ rex Romanorum, mortuo Roberto eligitur. Anno domini 1410. Princeps prudens, doctus, probus & fortis, & qui plurima bella peregit in perfidam gentem Turcarum. Christiano nomini necessarius, quasi de cœlo missus, assumitur, Cordatus Princeps ἀγνωστος. plurima regna obivit, ut in diebus suis pax redderetur. Penetravit Franciam, viditque regem ejus. Navigavit in Angliam, & ubique semina jecit futuræ pacis. Concessit in Italia, & cum Papa Johanne consultavit de habēdo concilio, ut schisma ecclesiæ tolleretur. Ita consensu Papæ, Imp. regis Franciæ, regis Angliæ, concilium Constantiense incepit.

Anno domini 1414. Sigismundus Argentoratum venit, & honorifice excipitur, dotaturque. Anno domini 1415. Aquisgrani coronatur.

CONCILIUM CONSTANTIENSE.

Sigismundus audit Evangelium.

ANno dom. 1414. incepit Cōcilium Constantiense, ad quod venit Johannes 23. Papa. Imperator Sigismundus in nocte Natalis Domini eo venit, & in missa ejus noctis, Evangeliū ut Diaconus cantavit: Exiit edictum à Cæsare Augusto. Quadriennio duravit hoc concilium, sed quo Christianissimi commodo, facile judicant, qui fidem electorum Dei habent, & agnitionem veritatis. Certe ante hoc Concilium quadraginta annis horrendo schismate divisa fuit unitas Ecclesiæ, & plurima ibidem & maxima negotia pro gloria Domini, pro publica utilitate & honestate poterant agi, si putris caro Ecclesiasticorum potuisset ferre salem Evangelicum. Et si veritatem dilexissent, quemadmodum sessione prima die Veneris, 16. mensis Novemb. Papa Johannes 23. Concilium exorsus ex cap. 8. Zachariæ dixit: Veritatem diligite, adducens authoritates novi & veteris Testamenti, Synodum alloquutus, ut omnes meditarentur, & solerter insisterent pro pace Ecclesiæ, peritos sacrarum literarum in primis alloquitur, ut expendant errores. Et quod omnes hac de causa congregati, cum omnimoda libertate possint dicere, consulere, & facere omnia. Atqui spiritus extinguebant, Prophetias aspernabantur, Christum in membris ejus persequebantur, eratque plane persequutrix Ecclesia.

Schisma 40. annis duravit.

Anno domini 1415. Johannes 24. dictus Balthazar Cossa, cedit Papatui. Rex agit gratias, osculatur pedes, deposita corona imperiali.

Hic legis in Decretis Concilii, sacrum Concilium non debere dissolvi, quousque Ecclesia sit reformata in fide & moribus, in capite & membris.

Quod Papa etiam teneatur obedire Decretis Concilii.

Commissarii contra Huss.

SEssione sexta dantur Commissarii contra Johannem Huss, Archiepiscopus Ragusinus pro natione Italica, pro natione Germanica, Episcopus Flebbiensis, Magister Ursinus Taluenda pro natione Gallicana, Magister Guillermus comes pro natione Anglicana, in sacra Theologia magistri.

Condemnatur memoria Johannis Vuicleff, & confirmatur sententia lata in Concilio Romano super condemnatione & combustione librorum, prædicti Vuicleff,

SENTEN-

SENTENTIA DAMNATIONIS DOCTRINAE JOhannis Vuiclephi, & articulorum quadraginta quinque.

Sacroſancta Conſtantienſis Synodus generale Concilium faciens, & Eccleſiam catholicam repræſentans, ad extirpationem præſentis ſchiſmatis, errorumq; & hæreſum ſub ejus umbra pullulantium elimationem, reformationem Eccleſiæ in ſancto ſpiritu legitime congregata, ad perpetuam rei memoriam.

FIdem catholicam (ſine qua, ut ait Apoſtolus, impoſſibile eſt placere Deo) à falſis ejuſdem fidei cultoribus, immo perverſis impugnatoribus, & per ſuperbam curioſitatem intendentibus, plus ſaperre quam oportet mundi gloriam cupientibus oppugnatam, ſepius & contra illos per fideles Eccleſiæ milites ſpirituales oppoſito ſcuto fidei defenſatam fuiſſe, ſanctorum patrum ſcripturis atque geſtis inſtruimur. Hæ quippe bellorum genera, in bellis carnalibus populi adverſus gentes idolatras prælignata fuerunt. In his itaque ſpiritualibus bellis ſancta Eccleſia catholica in fidei virtute, ſuperni luminis radiis illuſtrata, domino providente, & ſanctorum patrocinio opem ferente, ſemper immaculata permanens erroris tenebris, velut hoſtibus profugatis, glorioſiſſime triumphavit. Noſtris vero temporibus vetus ille, & immundus hoſtis nova certamina, ut probati temporibus hujus manifeſti fiant, ſuſcitavit. Quorum dux & princeps extitit quondam Johannes Vuicleph pſeudochriſtianus: qui dum viveret adverſus religionem Chriſtianã & finem catholicam pertinaciter aſſeruit, & dogmatizavit plures articulos. Idemq; Johannes Vuicleph libros, Dialogum, & Trialogum per ipſum nominatos, & plures alios tractatus, volumina, & opuſcula compoſuit. In quibus præſcriptos & plures alios damnabiles inſeruit & dogmazavit articulos. Quos libros ad ſui perverſi dogmatis publicationem: publice legendos expoſuit: ex quibus inſuper multa ſcandala, damna animarum, & pericula in diverſis regionibus, & præſertim Angliæ & Bohemiæ regnis ſecuta ſunt. Adverſus quos in Dei veritate exurgẽtes magiſtri & doctores univerſitatum, & ſtudiorũ Oxonienſis & Pragenſis, articulos prædictos ſcholaſticæ diu poſt reprobarunt. Reverendiſſimi inſuper patres archiepiſcopi, epiſcopi, pro tempore Cantuarienſis, ſedis Apoſtolicæ legati in Angliæ, & Pragenſis in Bohemiæ regnis cõdemnarunt. Libros etiam ejuſdem Johannis Vuicleph comburendos fore, dictus Archiepiſcopus Pragenſis, ſedis Apoſtolicæ commiſſarius in hac parte ſentẽtionaliter judicavit & eorum qui ſupereſſent, prohibuit lectionẽ fieri. Rurſus his ad notitiam ſedis Apoſtolicæ, & generalis concilii deductis: Romanus Pontifex in cõcilio Romano ultimo celebrato, dictos libros, tractatus & opuſcula condemnavit, jubens illos publice concremari; diſtrictius inhibendo, ne quis Chriſti nomine inſignitus, auderet aliquem, ſeu aliquos, ſeu aliqua ex dictis libris, voluminib⁹, tractatibus & opuſculis legere, exponere, vel tenere, aut illis quomodolibet uti, vel illos, niſi in ipſorum reprobationem allegare publice vel occulte. Et ut de medio eccleſiæ illa periculoſa, ſpurciſſimaq; doctrina eliminaretur, juſſit omnes per locorum ordinarios, libros, tractatus, volumina, & opuſcula hujuſmodi autoritate Apoſtolica, per cenſuram eccleſiaſticam, etiam ſi opus eſſet, cum adjectione, quod contra non parentes procederetur, tanquam contra fautores hæreſis diligenter inquiri, & repertos ac reperta publice ignibus cõcremari. Hæc autem ſancta ſynodus præfatos articulos quadraginta quinque examinari fecit, & ſæpius recenſeri per plures reverendiſſimos patres eccleſiæ Romanæ Cardinales, epiſcopos, abbates, magiſtros in Theologia, doctores juris utriuſq; & plures notabiles in multitudine copioſa. Quibus articulis examinatis, fuit repertum (prout in veritate eſt) aliquos & plures ex ipſis fuiſſe & eſſe notorie hæreticos, à ſanctis patribus reprobatos: alios non catholicos ſed erroneos: alios ſcandaloſos & blaſphemos: quoſdã piarum aurium offenſivos: nonnullos eorum temerarios & ſeditioſos.

Compertum eſt etiam, libros ejus plures alios articulos continere ſimilium qualitatum, doctrinamque in Dei eccleſia inſanam, & fidei ac moribus inimicam inducere. Propterea in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti hæc ſynodus ſententiam prædictorũ archiepiſcoporum ac concilii Romani ratificans & approbans, prædictos articulos, & eorum quemlibet: libros ejuſdem, Dialogum & Trialogum per eundem Johannem Vuicleph nominatos, & alios ejuſdem autoris libros, volumina, tractatus, & opuſcula, quocunque nomine cenſeantur, quos hic haberi vult pro ſufficienter expreſſis, hoc perpetuo decreto reprobat, & condemnat. Et eorundem libros, & cujuslibet ipſorum lectionem, doctrinam, expoſitionem, & allegationem (niſi ad eorum reprobationem) omnibus Chriſti fidelibus prohibendo, inhibemus omnibus & ſingulis catholicis, ſub anathematis interminatione, ne de cætero dictos articulos, vel ipſorum aliquem audeant publice prædicare, dogmatizare, vel tenere, vel quomodolibet allegare, niſi ad eorum reprobationem, ut dictum eſt: jubentes illos libros & tractatus, volumina, & opuſcula prælibata publice concremari, pro ut decretum fuerat in ſynodo Romana, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Super quibus exequendis, & debite obſervandis, mandat prædicta ſancta ſynodus ordinariis locorum vigilanter intendere, prout ad quemlibet pertinet ſecundum jura, & canonicas ſanctiones.

Concilium

CONCILIUM PRONUNCIAT HAERETICUM JOhannem Vuicleph, & memoriam ejusdem, & mandat exhumari ossa ejus.

INsuper quia autoritate sententiæ & decreti Romani concilii, mandatoq; ecclesiæ, & sedis Apostolicæ, datis dilationibus debitis, processum fuit super cõdemnatione dicti Johannis Vuicleph, & suæ memoriæ, edictis propositis, denunciationibusq; ad vocandũ eum, qui eundem, sive ejus memoriam defendere vellent, si qui penitus existerent: nullus vero comparuit, qui eundem, sive ejus memoriam defensaret: examinatis insuper testibus super impœnitentia, finaliq; pertinacia dicti Vuiclephi, per commissarios deputatos per dominum Johannem Papam modernum, & hoc concilium, servatisq; servandis, prout in tali negotio postulat ordo juris & ejus impœnitẽtia, ac finali pertinacia per evidentia signa, testibus legitimis comprobata, fuit legitime facta fides. Propterea instante procuratore fiscali, edictoq; proposito ad audiendam sententiam, ad hanc diem, hæc sancta synodus declarat, definit, & sententiat eundem Johannem Vuicleph fuisse notorium hæreticum, pertinacem, ac in hæresi decessisse, anathematizando ipsum, pariter & suam memoriam cõdemnando. Decernitque, & ordinat corpus ejus & ossa, si ab aliis fidelibus corpori discerni possint, exhumari, & procul ab ecclesiæ sepultura jactari, secundum canonicas & legitimas sanctiones. Super quibus lectura, publicatione, pronunciatione, & definitione, sive cõdemnatione, dominus Hostiensis præsidens, & dicti quatuor nationum quatuor præsidẽtes interrogari an placeret? Responderunt omnes, & primo Hostiensis, deinde nationum præsidentes, quod placeret: & approbaverunt omnia prædicta.

Decernitur citatio contra Hieronymum de Praga: datur salvus conductus, sed salva justitia.

Concilium pœnam carceris & excommunicationis minatur famose libellantibus.

Quoniam vero pentuit Johannem 24. quod resignasset papatum, cogitavit de fuga, ad quam dux Austriæ Fridericus juvit: nam noctu mutato habitu, clam cum paucis abiit, & jam descenderat in Schafhusen, Italiam repetiturus. At imperator fugientem papam comprehendit, & anathemate imperiali ferit Fridericum, cui aliquot oppida hinc ablata fuerunt. Tandem causa composita fuit hac conditione, ut Fridericus peteret gratiam ab Imperatore, & omnẽ suam ditionem Imperatori resignaret. Tum Imperator recepit eum in gratiam, & restituit illi ducatum.

Depositus papa commissus fuit Palatino principi: is eum duxit in arcem Manheim, hic tribus annis fuit detentus. Posthac Papa Martinus eum rursus in numerum Cardinalium admisit.

Sessione 13. excommunicat concilium eos, qui laicos sub utraque specie communicant.

In hac sessione Gregorius 12. quoque cedit papatui.

Sessione 15. Concordiensis episcopus sententiam legit contra Johannem Huss, qui fuit degradatus in præsentia concilii, & traditus curiæ seculari. Hic appellat Huss ad dominum Jesum Christum.

SENTENTIA DEFINITIVA LATA contra Johannem Huss.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus, ecclesiam catholicam repræsentans, in spiritu sancto legitime congregata, ad perpetuam rei memoriam.

QUia teste rei veritate, arbor mala fructus malos facere consuevit, hinc est quod vir damnatæ memoriæ Johannes Vuicleph sua mortifera doctrina non in Christo Jesu per Evangelium, ut olim sancti patres filios genuere, sed contra Christi salutarem fidem, velut radix virulenta plures genuit filios pestiferos, quos sui perversi dogmatis reliquit successores, adversus quos hæc sancta synodus, tanquam spurios, & illegitimos filios cogitur insurgere, & eorum errores abagro dominico, tanquam vepres nocivas cura pervigila & cultro autoritatis ecclesiasticæ resecare, ne ut cancer serpant in perniciem aliorũ. Cum itaque in sacro generali cõcilio, nuper Romæ celebrato, decretum fuerit, doctrinam damnatæ memoriæ Johannis Vuicleph damnandam esse, & libros ejus hujusmodi doctrinam continentes, fore tanquam hæreticos comburendos, & doctrinam ipsam damnatam, & libros ejus tanquam insanam doctrinam, & pestiferam includentes, combustos fuisse cum effectu, & hujusmodi decretum authoritate concilii fuerit approbatum. Nihilominus tamen quidam Johannes Huss in hoc sacro concilio hic personaliter constitutus, non Christi, sed potius Johannis Vuicleph hæresiarchæ discipulus, post & contra damnationem & decretum hujusmodi, ausu temerario contra veniens, errores ejus plures & hæreses tam ab ecclesia Dei, quàmetiam à certis olim reverendis in Christo patribus dominis archiepiscopis, episcopis diversorum regnorum, & magistris in theologia plurium studiorum comdemnatos, dogmatizavit, asseruit, & prædicavit: præsertim damnationi scholasticæ ipsorum articulorum Vuicleph, factæ, pluries in universitate Pragensi cum

suis com-

ſuis complicibus in ſcholis, & in prædicationibus publice reſiſtendo, ac ipſum Johannē Vuiclef virum catholicum, & doctorem evangelicum, in favorem ejus doctrinæ, coram multitudine cleri & populi declaravit: certos etiam articulos infra ſcriptos, & plures alios, & merito damnabiles, tanquam catholicos eſſe aſſeruit, & publicavit, qui in libris ipſius Johannis Huſs & opuſculis notorie continentur. Quapropter habita per prius plenaria informatione de præmiſſis, & diligenti deliberatione reverendiſſimorum in Chriſto patrum dominorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium, patriarcharum, archiepiſcoporum, epiſcoporum, & cæterorum prælatorum doctorum ſacræ paginæ, & iuris utriuſque, in multitudine copioſa, hæc ſacroſancta Conſtantienſis ſynodus declarat, & definit articulos infra ſcriptos, qui habita collatione per plures magiſtros in ſacra pagina, reperti fuerunt cōtineri in ejus libris & opuſculis, manu propria ſcriptis, et quos idem etiam Johannes Huſs in publica audientia coram patribus, & prælatis hujus ſacri concilii confeſſus fuit in ſuis libris & opuſculis contineri, non eſſe catholicos, ne tanquam tales eſſe dogmatizandos, ſed ex eis plures eſſe erroneos, alios ſcandaloſos, & nonnullos eſſe notorie hæreticos, & jamdudum à ſanctis patribus & generalibus conciliis reprobatos & damnatos, ipſosque prædicare, dogmatizare, aut quomodo libet approbare, diſtricte inhibendo. Sed cum infra ſcripti articuli expreſſe contineantur in libris ſeu tractatibus ſuis, videlicet in libro, quē intitulat De eccleſia, & alio ſuis opuſculis: ideo libros prædictos & doctrinam ſuam, & ſingulos alios tractatus, & opuſcula in latino, ſive vulgari Bohemico per ipſum æditos, aut in quocunque alio idiomate per alium, vel alios translatos, hæc ſacroſancta ſynodus reprobat, atque condemnat, ipſos comburendos publice & ſolenniter in præſentia cleri & populi in civitate Conſtantienſi, & alibi, decernit, & definit, adiciens, propter præmiſſa, omnem ejus doctrinam merito eſſe & fore ſuſpectam de fide, & omnibus Chriſti fidelibus evitandam. Et ut de medio eccleſiæ illa pernitioſa doctrina eliminetur, hæc ſacroſancta ſynodus pro: ſus jubet, per locorū ordinarios, tractatus & opuſcula hujuſmodi, per cēſuram eccleſiaſticam, etiam, ſi opus ſit, cum adjectione pœnæ, & ſautoritæ hæreſis diligenter inquiri, & repertos ignibus publice concremari. Si quis autem hujus ſententiæ ac decreti violator aut contemptor extiterit, ſtatuit eadem ſancta ſynodus, per locorum ordinarios & inquiſitores hæreticæ pravitatis contra talem vel tales, veluti ſuſpectum vel ſuſpectos de hæreſi, procedendum. Viſis inſuper actis & actitatis, in cauſa inquiſitionis de & ſuper hæreſi, cōtra prædictum Johannem Huſs, habitis & factis, habita ter prius fideli & plenaria commiſſariorum in hujuſmodi cauſa deputatorum, relatione aliorumque magiſtrorum in theologia, ac doctorum juris utriuſque, in de & ſuper actis, actitatis, ac dictis teſtium fide dignorum, & plurimorum: quæ dicta ipſi Johanni Huſs palam & publice lecta ſunt coram patribus & prælatis hujus ſancti concilii: per quorum teſtium dicta apertiſſime conſtat eundem Joannem multa mala, ſcandaloſa, ſeditioſa, & periculoſas hæreſes dogmatizaſſe in publico, & per multa annorum curricula prædicaſſe, Chriſti nomine invocato: hæc ſacroſancta ſynodus Conſtant. ſolum Deum præ oculis habens, per hanc definitivam ſententiam, quam profert in his ſcriptis, pronunciat, decernit, & declarat dictum Johannem Huſs fuiſſe, & eſſe verum & manifeſtum hæreticum, ipſumque errores & hæreſes dudum damnatos & plurima ſcandaloſa, piarum aurium offenſiva, temeraria, & ſeditioſa dogmatizaſſe in nō modicam offenſam divinæ majeſtatis, ac univerſalis eccleſiæ ſcandalum, & fidei catholicæ detrimētum. claves etiam eccleſiæ, & cenſuras eccleſiaſticas vilipendiſſe, in quibus per annos multos perſtitit animo indurato, Chriſti fideles per ſuam pertinaciam nimium ſcandalizans: cum appellationem ad dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, tanquam ad ſummum judicem, omiſſis eccleſiaſticis medii, interpoſuerit, in qua multa falſa, injurioſa poſuit, & ſcandaloſa ipſius ſedis apoſtolicæ, cenſuratum eccleſiaſticarum & clavium in contemptum. Idcirco propter præmiſſa, & alia plura, prefatum Johannem Huſs hæreticum fuiſſe & eſſe, hæc ſynodus pronunciat, & tanquam hæreticum judicandum, & condemnandum fore judicat, & condemnat per præſentes: dictamq; appellationem, tanquam injurioſam & ſcandaloſam, & illuſoriam jurisdictionis eccleſiaſticæ, reprobando: ipſumque Johannem Huſs populum Chriſtianum, maxime in regno Bohemiæ, in prędicationibus ſuis publicis, & ſcripturis, per eum compilatis, ſeduxiſſe, ac ejuſdem populi Chriſtiani non veracem prædicatorem evangelii Chriſti ſecūdum expoſitionem ſanctorum doctorum, ſed fuiſſe verius ſeductorem. Verum, quia per ea quæ hæc ſacro ſancta ſynodus vidit & audivit, cognovit eundem Johannem Huſs pertinacem & incorrigibilem, & adeo taliter quod non cupiebat ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ redire, neque hæreſes & errores, per eum publicæ defenſatos, & prædicatos, velle abjurare. Idcirco hoc ſacrum concilium Conſtantienſe eundem Johannem Huſs ab ordine ſacerdotali & aliis ordinibus, quibus extitit inſignitus, deponendum & degradandum forte declarat, & decernit: committens nihilominus reverendis in Chriſto patribus, archiepiſcopo Mediolanēſi, Feltrenſi Aſletenſi, Alexandrino, Bagarenſi, & Varnienſ. epiſcopis, ut in præſentia hujus ſacroſanctæ ſynodi, dictam degradationem (ſecundum quod ordo juris requirit) debitè exequantur.

Fertur quod paulo ante mortem dixerit, & moneta Huſſiana hanc deſcriptionem habet in una parte: CENTUM REVOLUTIS ANNIS, DEO RESPONDEBITIS ET MIHI, (qui

(qui sermo propheticus videri potest ad hæc tempora, si computes) Item ANNO A CHRISTO NATO M. CCCC. XV. JOHANNES HUSS CONDEMNATUR. In altera parte monetæ legis: CREDO UNAM ESSE ECCLESIAM SANCTAM CATHOLICAM.

Anno 1415. octava Julii, fuit degradatus Johannes Huss, per archiepiscopos, Bisontinum, & Mediolanen. Nicolaum nomine; degradatores cum ironicis ceremoniis irrisisse dicitur; pronunciatur hæreticus, & committitur potestati seculari. Orat autem Concilium, regem & magistratum civilem, ne occidant, sed in carceribus perpetuis custodiant. Educitur ad combustionem, lictori præcipitur, ne exueretur vestibus; erant autem indutus duplici tunica nigra de panno satis bono: cingulum habens cum deaurato argento parumper paratum, & in vagina cultellos duos, bursulam coreacam. Infulam albam satis longam gestabat in capite è papyro factam, in qua depicti erant duo dæmones, & inter hos scriptura erat hæc: HÆRESIARCHA. Plus quam mille armati comitantur: virum duo ministri ducis Ludovici deducunt, non vinctum, sed in medio illorũ incedentem. Eundo, non admodum populum appellabat, sed orabat sedulo, nec aliud nisi hoc: Jesu Christe fili Dei vivi miserere mei. Cum videret locum supplicii, ligna & ignem, ter cecidit in genua, alta voce clamans: Jesu Christe fili Dei vivi, qui passus es pro nobis, miserere mei. Interrogatus an velit confiteri? ab Ulricho Schorand saceliano D. Stephani, inquit: Non est necesse. Volebat autem populum valedicere sermone cohortationis, id dux Ludovicus nolebat permittere, sed præcipiebat ut actutum cõbureretur. Cardinalis Pangratius mulum habuerat magnum & senio confectum, hunc mortuum humo condiderant extra urbem Constant, ibidem pyram extruxerunt, at calore ignis ex putri cadavere muli gravis odor concitatus fuit.

Dominica sequenti, quæ fuit 9. Julii, gravem processionem instituerunt, in qua ibat patriarcha Antiochenus, in infula preciosa, ante eum præferebatur pannus aureus. Post eum ibat alius patriarcha, 18. Cardinales, 9. Archiepiscopi, 64. Episcopi omnes infulati, cum Clero & Monachis, obsecrantes: ut omnipotens Deus fidẽ Christianam restitueret. Rursus die Magdalenæ processionem habent, pro salute regis, qui ad regem Arragoniæ, & Papam Benedictum abierat.

Anno Domini 1415. Sede Apostolica vacante, regnorum serenissimi Principis domini Sigismundi Ro. & Hungariæ regis, electionis quinto, coronationis primo, Hungariæ 29. libri Johannis fuere combusti, in platea palatii Episcopalis.

Sessione 19. decernitur hæreticis non esse servandam fidem, quam vocant salvum conductum.

Sessione 21. Hieronymus traditur potestati seculari, & comburitur. Ambo Huss & Hieronymus constanti animo pertulerunt necem, & quasi ad epulas invitati, ad incendium properarunt, nullã emittentes vocem, quæ miseri animi posset facere indicium. Ubi ardere ceperunt, Hymnum cecinere, quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit. Nemo Philosophorum tam forti animo protulisse mortem traditur, quam illi incendium. Vide Æneam Sylvium, & Poggii Florentini epistolam ad Nicolaum.

TENOR SENTENTIÆ DEFINITIVÆ LATÆ *contra Hieronymum de Praga.*

In nomine Domini, Amen.

CHristus Deus, & salvator noster, vitis matura, cujus pater agricola est, discipulos, cæterosq; fideles suos in illis instituens, inquit: Si quis in me non manserit mittetur foras, sicut palmes, & arescet. Cujus summi doctoris & magistri doctrinam sequens, & præcepta exequens hæc sancta Constantiensis synodus, in causa inquisitionis hæreticæ pravitatis per eandem sanctam synodum motæ, fama publica referente, & clamorosa insinuatione monstrante contra magistrum Hieronymum, dictum de Praga, dictum magistrum in artibus, laicum. Ex cujus causæ actis & processibus constat eundem magistrum Hieronymum tenuisse, asseruisse, & dogmatizasse nonnullos articulos hæreticos & erroneos, dudum à sanctis patribus reprobatos, quosdam vero blasphemos, & alios scandalosos, & alios piarum aurium offensivos, temerarios, & seditiosos, dudũ per damnatæ memoriæ viros, Joannem Wicleph, & Joannem Huss assertos, prædicatos, & dogmatizatos, ac in nonnullis eorum libris & opusculis insertos. Quiq; doctrina & libri prædictorum Joannis Wiclephi, & Johannis Huss: ac Wicleph memoria, dictiq; Johannis Huss persona, per eandem sanctam synodum, & ejus sententiam, de hæresi damnati, & damnatæ fuerunt. Quamq; damnationis sententiam idem Hieronymus postmodũ pendente hujusmodi inquisitionis causa, in eadem sancta synodo cognoscens & profitens, veram catholicam & Apostolicam fidem approbavit, & eidem consensit: anathematizavit omnem hæresim, præcipue eam, de qua erat infamatus, & se confitebatur infamum, & quam præteritis temporibus dogmatizaverunt, & tenuerunt Joannes Wicleph, & Joannes Huss in suis opusculis, sermonibus, & libellis, & propter quam, seu quas cum suis dogmatibus & erroribus ab eadem sancta synodo damnati fuerunt tanquam hæretici, & eorum doctrina similiter damnata: præmissorumq; omnium damnationem professus & juravit se in hac fidei veritate permansurum. Etsi ipse quicquã

contra ſentire vel prædicare præſumpſerit, canonum ſeveritati ſubjacere, & æternæ pœnæ voluerit obligari: necnon ſuam profeſſionem manu ſua conſcriptam, eidem ſanctæ ſynodo obtulit, atq; dedit. Poſt quas profeſſionem, & abjurationem, multis diebus tranſactis, ſicut canis ad vomitum rediens, ut virus peſtilentiſſimum, quod in ſuo latitabat pectore, publice evomeret, audientiã publicam ſibi dari in eadem ſancta ſynodo publice congregata, aſſeruit, dixit, & profeſſus eſt in effectu quod præfatæ ſententiæ damnationis dictorum Joannis Wicleph, & Joannis Huſs inique conſenſerat, & illam ſententiam approbando, mentitus fuit: nec verebatur ſe confiteri mentitum, quinimo confeſſionẽ, approbationem, & profeſſionem ſuas ſuper illorum damnatione revocabat nunc & in æternum, aſſerens ſe in libris Joannis Wiclephi, & Johannis Huſs nullam unquam hæreſim vel errorem legiſſe, licet ante fuerit confeſſus, & probatum ſit evidenter ipſum libros eorum diligenter ſtuduiſſe, legiſſe, & dogmatizaſſe, & in quibus conſtat plures errores & hæreſes contineri. Verum, idem Hieronymus de ſacramento altaris, & tranſſubſtantiatione panis in corpus, profeſſus eſt ſe tenere, & credere quod Eccleſia tenet, dicens ſe plus credere Auguſtino, & cæteris Eccleſiæ doctoribus, quàm Joannis Wicleph, & Huſs damnatis erroribus adhærere, illorumq; fautorem fuiſſe & eſſe. Propter quæ eadem ſancta Synodus, eundem Hieronymum palmitem putridum & aridum, in vite non manentem, foras mittendum decernit, ipſumq; hæreticum, & in hæreſim relapſum, excommunicatum, anathematizatum pronunciat, & declarat, atq; damnat.

Anno domini 1416. Hieronymus damnatur, & traditur judicio ſeculari; comes Eberhardus de Nellenburg, Johannes Comes in Lupffen, locum tenentes regis Sigiſmundi, tradunt lictori. Educitur in locum, ubi antea Huſs combuſtus fuit, in itinere letaniam cecinit, in igne, Credo in unum Deum, teſtatus Huſſi & Wiclephi doctrinam ſanam eſſe & rectam.

Seſſione 39. Decernitur ut ſemper quinquennio, ſeptennio, decennio habeatur concilium, & mox oborto ſchiſmate intelligatur jure terminus concilii.

Seſſione 41. Odo de columna, per ſex prælatos cum Cardinalibus pro hac vice eligitur in Papã, dictus Martinus 5. & coronatur. Is inequitans D. Sigiſmundum regem à dextro, & Fridericum Marchionem Brandenburgenſem à ſiniſtro habet, frœnum Papalis equi moderantes. Reliqua habes in actis Concilii Conſtan.

Bohemi ubi audiunt exitum ſuorum doctorum, armantur, concurrunt, ſæviunt, Eccleſias & omnia ſternunt obvia. Wentzeslaus rex partim ignavia, partim timore ſe continet, vi magna res geritur, obſidentur civitates, vaſtantur, trucidantur mortales, ſine diſcrimine, ordinis, ſexus, ætatis. Latè ſerpit malum, foras educuntur armati exercitus, Romano cum rex Sigiſmundus imploratur tardius venit, interim illi ſæviunt, & creſcunt robore & numero. Horum dux fuit Zuſcha.

In hoc Concilio Sigiſmundus Adolphum Clivenſem comitem, creavit ducem, & Fridericum Burggravium Norinbergenſem, fecit Marchionem Brandenburgenſem.

Anno domini 1417. Petrus de Alliaco Cameracenſis Cardinalis, Antonius de Butrio Jureconſultus, Valeſcus Montagnana medici, Leonardus Aretinus & Poggius florent.

Anno domini 1418. Gentes plebei ſive nobiles ex Ægypto minori repulſi, terram noſtram applicant laborioſi, Mauri fuſci, ſqualidi, difformes, utriuſq; ſexus puſilli cum majoribus, totius partes Germaniæ uſq; modo, & ſimiliter Galliarum regiones, cum equis, mulis & aſinis mirabiliter girantes, & extra muros & habitacula per campos aliorum hominum manſiones penitus declinantes, rapientes, furentes, & clã quicq; d mobile repererint, diripientes. Vide Hemmerl. de nobilitate

Anno domini 1422. Amurates ſecundus, Turcarum 8. Imp. hic devicto, ad Varvam Ungarorũ rege Ladislao, uſq; in ſeptem caſtra penetrat.

Anno domini 1437. Sigiſmundus in Italiã demũ, ſedente Eugenio quarto, atq; inimico, trajecit obſiſtentibus ẽt per Nicolaũ Tollentinatẽ Florentinis, Arnũ fluviũ tranſmittit, 6. mentibus Senis ſubſtitit, ubi facta cũ Florentinis pace, Romam abiit, ibiq; de more accepto diademate in Baſilica Petri, è veſtigio in Lateranũ contendit, Eugenio uſq; ad pontem proſequente. Inde in Germaniam revertens, Mantuæ à Johanne Franciſco Gonzaga magno ſumptu exceptus, propinquam ſuam Barbaram Ludovico filio ſuo in matrimonium dedit, Marchionemq; primum Mantuæ creat.

Sigiſmundus contra Turcas fortiſſimã expeditionem inſtituit, copioſum exercitum Germanorum, Burgundionum, Gallorum, Ungarorum & Italorũ, uſq; ad Adrianopolim ducens. In ea expeditione erat ipſe rex Sigiſmundus & Philippus dux Burgundiæ. At Galli contendebant priores eſſe in acie. Hinc confuſio accidit, & cædes Chriſtianorũ, dux Burgundiæ capitur, rex Sigiſmundus fugit Conſtantinopolim, longo poſt tempore Burgundus liberatur. Scribit Sylvius fœliciſſime contra Turcas pugnaſſe Sigiſmundum, & 32. Turcarum regulos ſeduri perculliſſe. Tumultu populari captus tamen fuit, ac viduæ, cujus virum occiderat, in cuſtodiam traditus, beneficio linguæ, libertatem adeptus, regnum armis recuperavit. In quo fortunam utramq; expertus, inter viros claros enituit.

Sigiſmundus non habuit filium, unicam filiam quam habuit, dedit in matrimonium Alberto duci Auſtriæ, unde Albertus regna Hungariæ & Bohemiæ conſequutus eſt.

Anno

Anno domini 1417. Temporibus Sigiſmundi Imp. & Conſtantienſis Concilii claruit Nicolaus Clemangis, Archidiaconus Barocenſis, doctor Theologiæ Pariſienſis, qui de corrupto Eccleſiæ ſtatu ſcripſit, quibus rationibus res Eccleſiaſtica creverit, & decreverit pietas.

Cauſam primitivæ fundationis & dotationis Eccleſiarum commemorans.
De inſolentia orta ex affluentia rerum temporalium in Eccleſia.
De tribus vitiis, ex quibus cætera mala orta ſunt in Eccleſia, luxu, faſtu & cupiditate.
De exorbitantiis per ſummos Pontifices in Eccleſia introductis.
De abolitione electionum, & reſervatione beneficiorum.
De camera Apoſtolica, quomodo exhauſerit regna pariter & provincias.
De expectativis & qualitate currentium ad curiam Romanam.
De vacantiis & aliis vectigalibus Eccleſiam opprimentibus.
De inſtitutione collectarum, & malis per eos illatis.
De litigiis curiæ Romanæ.
De regulis & conſtitutionibus cancellariæ.
De proſperitate curiæ Romanæ.
De ſtatu & introductione Cardinalium.
De multitudine beneficiorum Cardinalium, & eorum incompatibilitate.
De contractibus Simoniacis.
De ſtatu beneficiorum Cardinalium.
De omiſſione multiplicium vitiorum Eccleſiæ.
De promotionibus ad inſtantiam per Papam ſolitis fieri.
Quòd congregatio pecuniæ eſt præcipua cura prædictorum prælatorum.
De vitiis prælatorum.
De exactionibus pro concubinis tolerandis.
De collatione Simoniaca ſacrorum ordinum.
De indignis & indigne promotis.
De perpetua abſentia prælatorum ab Eccleſiis ſuis.
De prælatis in curiis Principum reſidentibus.
De Capellanis & Canonicis, qui ſimiles ſunt Epiſcopis, indocti, ebrii, ſcortatores.
De mendicantibus, & eorum inani jactantia & gloria.
De impudica vita, & converſatione monialium.
Comparatio Modernorum virorum cum priſcis patribus.
Quòd ſtatus Eccleſiaſticus merito patitur.
Quòd ſtatus Eccleſiaſticus propter ſuperbiam tendit ad ruinam.
Quòd Eccleſia prius humilianda eſt quam erigenda.

PERSONÆ IN CONCILIO CONSTANTIENSI,

Spirituales & prophanæ.

Sexaginta millia & quingentæ exteræ perſonæ numeratæ, inter feſta Paſchæ & Pentecoſtes.
Inter has 346. Archiepiſcopi & Epiſcopi. Item 564. Abbates & Doctores.

PROPHANI VEL SECULARES.

Principes, Duces, Comites, Milites, Armigeri, ſedecim millia.
Mulieres publicæ 450. Sexcenti Barbitonſores.
Trecenti & viginti joculatores, fitulatores, coci &c.

EPISTOLA LIIII. NOBILIUM MORAVIÆ, PRO *defenſione Johannis Huſs, ad Concilium Conſtantienſe.*

Reverendiſſimis in Chriſto patribus & dominis, dominis Cardinalibus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ambaſiatoribus, Doctoribus & Magiſtris, ac toti Concilio Conſtantienſi: Nos infra & circumcirca ſcripti Nobiles, Milites, & armigeri præclariſſimi Marchionatus Moraviæ, affectum omnis boni, & obſervantiam JESU CHRISTI domini mandatorum.

SAnè quia jure naturali, & divino, quilibet jubetur alii facere, quod ſibi vult fieri: & prohibetur alii inferre, quod ſibi nolit fieri, dicente Salvatore: Omnia quæcunq; vultis quod faciant vobis homines, & vos eadem facite illis: hoc enim eſt lex & prophetæ. Imò lex in uno ſermone completur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Nos itaq; præfatæ legi divinæ & dilectioni proximi, quantum poſſumus, Deo autore, intendentes, pro chariſſimo noſtro bonæ memoriæ venerando Magiſtro Joanne Huſs, ſacræ Theologiæ Baccalaureo formato, prædicatore Evangelico, quem nuper in concilio Conſtantienſi, ne- *Matth. 7.* *Rom. 13.* *Eſaiæ 1.*

ſcimus quo ſpiritu ducti, non confeſſum, nec legitime, ut decet, convictum, nullisq; contra eum deductis & oſtenſis erroribus in hæreſibus, ſed ad ſiniſtras, falſas & importunas duntaxat ſuorum, regni noſtri, ac Marchionatus Moraviæ, capitalium inimicorum & proditorum accuſationes, delationes & inſtigationes, tanquam hæreticum pertinacem condemnaſtis, & condemnatum dira & turpiſſima morte affeciſtis, in noſtri regni Bohemiæ Chriſtianiſſimi, & Marchionatus Moraviæ clariſſimi, ac omnium noſtrum perpetuam infamiam & notam (quemadmodum ſereniſſimo Principi & domino, domino Sigiſmundo Romanorum & Hungariæ Regi, hæredi & domino noſtro ſucceſſuro, ſcripta noſtra ad Conſtantiam tranſmiſimus, quæ etiam in congregationibus veſtris lecta ſunt & publicata, & quæ hic pro inſertis habere volumus. Et eum ut refertur, in noſtrum dedecus & contemptum, ignis voragini tradidiſtis. Ita & nunc P. V. pro dicto M. Joanne Huſs literas patentes, præſentibus duximus deſtinandas, publice, corde & ore profitentes & proteſtantes, quod ipſe M. Joannes Huſs fuit vir utiq; bonus, juſtus, & catholicus, à multis annis in regno noſtro vita & moribus ac fama laudabiliter converſatus, & comprobatus, legem etiam Evangelicam, & ſanctorum prophetarum novi & veteris teſtamenti libros, juxta expoſitionem ſanctorum doctorum, & ab Eccleſia approbatorum, nos & ſubditos noſtros catholice docuit, prædicavit, & in ſcriptis multa reliquit, omnes errores & hæreſes conſtantiſſime deteſtando, & ad deteſtandum eoſdem nos & cunctos Chriſti fideles continue & fideliter ammonendo, ad pacem quoq; & charitatem, quantum ſibi fuit poſſibile, verbo, ſcriptis, & opere jugiter exhortando, ita: quod nunquam audivimus nec intelligere potuimus, etiam omni diligentia appoſita, quod præfatus M. Joannes Huſs quenquam errorem vel hæreſim in ſuis ſermonibus docuiſſet, prædicaſſet, vel quovis modo aſſeruiſſet, ſeu nos vel ſubditos noſtros, verbo vel facto, quoquo modo ſcandaliſaſſet: quinimo pie & manſuete in Chriſto vivens, omnes ad ſervandam legem Evangelicam, & ſanctorum patrum inſtituta, prædicatione ſanctæ matris eccleſiæ, & ſalute proximorum, quanto potuit verbo opere diligentiſſime hortabatur. Hæc præmiſſa omnia in confuſionem noſtram, & regni noſtri & marchionatus præfatorum, perpetrata vobis ſuffecerunt, quin potius honorandum M. Hieronymum de Praga, virum certiſſimæ eloquentiæ fonte manentem, magiſtrum ſeptem artium liberalium, & philoſophum utiq; illuſtrem, non viſum, non auditum, non confeſſum, nec convictū, ſed ad ſolum ſuorum & noſtrorum proditorum delationem ſiniſtram, ſine omni miſericordia cōprehenſum, incarceraſtis, trucidaſtis, & jā, forte ſunt M. Johannē Huſs, crudeliſſima morte interemiſtis. Præterea ad noſtram (quod nimis dolenter referimus) pervenit audientiam, & ex ſcriptis veſtris collegimus evidenter, quomodo quidam detrectatores Deo & hominibus odibiles, & noſtri regni Bohemiæ, & Marchionatus Moraviæ æmuli & proditores, coram vobis & concilio veſtro, nos & regnum noſtrum ac Marchionatum prædictos, graviſſime & nequiſſime detulerunt, aſſerentes, licet falſè, mendoſe & proditoriè, quod in præfatis regno Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ diverſi errores pullularunt, & corda noſtra, & multorum fidelium terrigenarum multipliciter & graviter infecerunt, adeò quod niſi lima correctionis celeriter apponetur, prædictum regnū & Marchionatus, cum ſuis Chriſti fidelibus reciperent animarum ſuarum irrecuperabile damnū & ruinam. Equidem has atroces & perniciosas injurias, nullis noſtris exigentibus demeritis, nobis & præfatis regno & Marchionatui, licet falſe & mendoſe impoſitis, quomodo ſuſtinere poſſumus? cum per gratiam Dei, aliis ferè omnibus mundi regnis ſæpe vacillantibus, ſchiſma & antipapas facientibus, regnum noſtrum Bohemiæ Chriſtianiſſimum, & clariſſimus Marchionatus Moraviæ, à tempore quo fidem catholicam domini noſtri Jeſu Chriſti ſuſceperunt, tanquam perfectiſſimus tetragonus, ſine vituperio ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ſemper conſtanter & indeſinenter adhæſerunt, & obedientiam ſynceram exhibuerunt, quantisq; impenſis ac laboribus maximis, quantò ve ſacro cultu & reverentia debita ſanctam matrem eccleſiam, & ipſius paſtores, per principes & fideles ſuos venerati, ſunt, univerſo orbi luce clarius patet: & vos ipſi, ſi veritatem fateri vultis, univerſorū præmiſſorum teſtes eſtis. Ut autem juxta ſententiam Apoſtoli, provideamus bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus: & ne propter negligentiam celeberrimæ famæ prædictorum regni & Marchionatus noſtrorum crudeles erga proximos noſtros reperiamur. Ideo habentes in Chriſto Jeſu domino noſtro firmam ſpem, puram & ſynceram conſcientiam & intentionem, ac certam orthodoxamq; fidem, tenore præſentium V. P. & univerſis Chriſti fidelibus innoteſcimus, inſinuamus corde & ore publice profitentes: Quod quicunq; hominū, cujuſcunq; ſtatus vel præeminentiæ, vel dignitatis, conditionis, gradus vel religionis exiterit, qui dixit vel aſſeruit, quod in præfatis regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ, errores & hæreſes pullulaſſent, & nos ac alios Chriſti fideles ipſorum, ut præmittitur, infeciſſent (ſola perſona ſereniſſimi principis & domini noſtri Sigiſmundi, Romanorum & Hungariæ &c. regis, hæredis & domini noſtri ſucceſſuri, ſemota: quem in præmiſſis credimus & ſperamus innoxium) omnis & quilibet talis, ut præfertur, recte mentitur in caput ſuum, tanquā nequā peſſimus, traditor & proditor prædictorū regni & Marchionatus ac noſter perfidiſſimus, & ſolus utique hæreticus pernitioſiſſimus, omnisque maliciæ & nequitiæ, immo & diaboli filius, qui mendax eſt, & pater ejus. Nihilominus

Hieronymum de Praga.

Regem, &

Rom. 12.

tamen

tamen præmiſſas injurias Domino, cujus eſt vindicta, & qui abundanter retribuet facientibus ſuperbiam, nunc committentes, apud futurum Apoſtolicum, quem dominus Deus ſuæ eccleſiæ ſanctæ præfecerit, unicum & indubitatum paſtorem, illas amplius & latius proſequemur, cui, Deo volente, tanquam fideles filii, in his quæ ſunt licita & honeſta, rationi & legi divinæ conſona, reverentiã, obedientiã debitã exhibentes. Petemus & poſtulabimus inſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, juxta legem domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctorum patrum inſtituta, nobis & præfatis regno & Marchionatui provideri de remedio opportuno. Præmiſſis enim non obſtantibus, legem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ipſiusq; devotos, humiles, & conſtantes prædicatores, uſque ad effuſionem ſanguinis, omni timore, ſtatutis humanis in contrarium æditis, poſtergatis, defendere volumus & tueri. Datum Sternberg, anno Domini mill. 415. die & feſto ſancti Wenceslai martyris Domini noſtri Jeſu Chriſti. *Iohannis 8. Deuter 32. Pſalm. 30.*

A dictis literis in circuitu pendebant ſigilla 54. cum adſcriptione nominum eorum, quorum ſigilla fuere, tametſi ob vetuſtatem obliterata, legi non potuerint.

Primum ſigillum. Alſſo kabat de Wyskouuitz,
2. Ulricus de Lhota.
3. Johannes de Kzymicz.
4. Joſsko de Sczitouuicz.
5. Pærdus Zuuiranouuicz.
6. Johannes de Ziuula.
7. Johannes de Reychenberg.
8. Vuldko SKitzynye.
9. Drliko de Biela.
10. Kus de Doloplatz.
11. Johannes de Simuſin.
12. Dobeſſius de Tyſſa.
13. Drazko de Hadreck.
14. Stephanus de Hmodorkat.
15. Johannes Dern de Gabonecz.
16. Barſo dictus Hloder de Zeinicz.
17. Johannes Hmrſdorfar.
18. Pſateska de Wikleck.
19. Petrus Mg de Sczitouuicz.
20. N. Studenika.
21. N. Briſchell.
22. N. de Cromaſſona.
23. Arannſick Donant de Poloniæ.
24. Johannes Donant de Poloniæ.
25. Johannes de Cziczouu.
26. Wenceslaus de N.
27. N. de Nl deeſt ſigillum.
28. N.
29. Joſſeck de N.
30. Henricus de N.
31. Waczlals Kuckh.
Is Huſſo alter comes fuit, qui cum Conſtantiam deduxerunt cum aliquot equitibus.
32. Henricus de Zrenanouuicz.
33. Barzho de Conuald.
34. Petrus dictus Nienick de Zaltoroldeck.
35. Czenko de Moſſnouu.
36. N.
37. Zibilutz de Kleczam.
38. Johannes de Petersuuald.
39. Parſifal de Namyeſcz.
40. Zodoni de Zuuyetzick.
41. Raczeck Zauuskalp.
42. Ion de Toſſauuicz.
43. Diuua du Spiſſnia.
44. Steffko de Darczduu.
45. Ieſsko de Darczduu.
46. Odich de Hlud.
47. Wosfart de Paulouuicz.
48. Pirebbor de Tirczenicz.
49. Rynad de Ticzeuuicz.
50. Bohunko de Vuratiſdouu'
51. Ulricus de Racdauu.
52. Deslauu de Nakli.
53. Bonesb de Frabenicz.
54. Eybl de Roiſsouuan.

DE JOHANNE ZISCHA.

REcens obierat Wenceslaus, quando Johannes Ziſcha nobilis genere ex loco cui Troſnavia nomen cenſu tenui, in curia regis à puero enutritus, & bellis exercitatus, uno carens oculo quem ſtrenue pugnans jampridem amiſerat, collecta hominum multitudine, in eccleſias quæ reſtabant, impetum fecit: arcem Viſſegradenſem, quæ negligenter cuſtodiebatur, invaſit. Exin duce Coranda Pelzinam raptim contendit, eamq; urbem in poteſtatem receptam, valido præſidio munit. In praga pugnatum fuit ab utraq; parte die noctuq;, continuis quinq; diebus, ſæviſſimis ac crudelibus auſibus, multi utrinq; cæſi, magnificæ domus exuſtæ, prætorium incenſum atq; deletũ. Ziſcha dũ hæc agũtur, ſæpenumero invaditur, vario ſtratagemate uſus, ſæpenumero victor evadit. Hic legis in Sylvio apud Peltzinã, cum nõ poſſet certamen committi niſi pedeſtre, & adverſarii ab equis deſiliere, mulieres quæ de more ſuum exercitum ſequebantur, projicere pepla in terram juſſit, in quibus implicati per calcaria equites, prius extincti ſunt, quã pedes expedire valerent.

DE THABORITIS.

CUm civitatem quam Ziſcha cum ſuis incoleret non haberet, locum natura munitum apud amnem Luſinitium elegit, vix octo ſtadiis ab Auſca civitate ſeparatum. Hunc mœnibus cinxit, & ut quiſq; tentoria fixerat, ita ædificare ſibi domos imperavit, civitati Thabor nomen indidit, & comites ſuos fratres Thaboritas appellavit. Civitas quamvis altis defenſa rupibus, muro tamen & antemurali cincta eſt. Luſinitius amnis majorem partem urbis allavit: quod reliquũ. *Fratres Thaboritæ*

Digitized by Google

torrens non modicus ambit. Qui cũ recta in Lusinitiũ tenderet, saxo colle impeditus, quàm longa est civitas, flectere ad dexteram iter coactus, in fine urbis majori fluvio miscetur. Spatium quo per terram acceditur (nam penisulam duo amnes efficiunt) vix pedes 30 protenditur. Hic fossa profunda manu facta, & triplex murus ea crassitudine, quæ nullis effringi machinis queat. Turres in mœnibus crebræ, & propugnacula quæ ipsi Thaboritæ expugnandarum urbium magistri excogitaverunt, locis opportunis constructa. Hicarcem Ziscka primus erexit: qui eum sequuti sunt, pro suo quisq; ingenio munimenta urbis auxerunt. In amne Lusinitio auri grana reperiuntur, ciceris æquantia magnitudinem, quæ nullo egent purgamento.

TRES SECTÆ REGNI BOHEMIÆ ET MARCHIONATUS Moraviæ, ex Epistola Johannis Schlechtæ Kostelecii, ad D. Erasmum.

Judæi & Epicureos qui immortalitatẽ animarum negant, & Nicolaitas quosdam non commemorat.

PRima est eorum, qui Romanum pontificem in omnibus observant & sequuntur, verumq; vicarium Christi recognoscunt. Ex iis est major pars procerum, magnatum & nobiliũ. Sunt & nonnullæ civitates regiæ cum monasteriis olim opulentibus, nunc magna ex parte dirutis & despoliatis, variorum ordinum.

I. Secta procerum & nobilium.

Alia secta est eorum, qui Eucharistiam sub utraq; specie populo dispensant. Cui ex proceribus pauci, ex nobilitate autem plurimi, civitates vero regiæ prope triginta adhærent. Hi sacramenta ecclesiastica omnia tenent, similiter ceremonias ac ritus ecclesiæ, non aliter quàm ipsi Romani: in solo autem usu communionis differunt, & quòd in sacrificiis illorum sacerdotes epistolam & Evangelium lingua domestica canunt: & huic utriq; consuetudini pertinacissimè adhærent, asserentes se utrunq; literis Concilii Basilienses, quas vocant Pactionis, confirmatum & approbatum habere. Hii merum sacrilegium vocant, subtrahere alteram speciem. Quòd si pericula quis objicit: respondent, neminem sapientiorem esse Christo ipso, qui sic instituit.

II. Secta.

III. Secta Pyghardarum.

Tertia secta eorum, quos vocant Pyghardos, sic dicti à quodam, ut ille inquit, transfuga, qui huc veniens ante annos nonaginta septem, eo tempore, quo Johannes Ziscka bellum ecclesiasticis & omni clero indixit &c. Hi de summo pontifice, cardinalibus, episcopis & cæteris personis ecclesiasticis, non aliud sentiunt, quam de manifestis antichristis: pontificem ipsum, nunc bestiam, nunc meretricem illam Apocalypticam appellantes, Sacerdotes sibi eligunt laicos uxoratos, autoritatem tantum veteris & novi Testamenti recipiunt: absq; vestibus sacerdotalibus celebrant officia missarum. In Eucharistiæ sacramento nihil esse divinitatis credunt, sed solum panem & vinum consecratum signis quibusdam occultis mortem Christi præsentantem affirmantes, & propterea non adorandam, nec circunferendam Eucharistiam. Suffragia sanctorum, & orationes pro mortuis, rem vanam & ridiculam arbitrantur: similiter confessionem auricularem, vigilias & jejunia fucum & tectorium esse hypocritarum. Festa divæ virginis Mariæ, Apostolorum, & reliquorum divorum, inventa esse ociosorum affirmant; dies tamen Dominicos, & festum Natalis dominici, Paschæ, & Pentecostes celebrant

Æneas Sylvius vult ex Gallia Belgica transmisso Rheno, per Germaniam in Bohemiam penetrasse.

Adamitæ.

Hoc tempore Adamitæ fuerunt in Bohemia, viri & mulieres, nudi & nudæ incedentes, & ii insulam quandam Lusinitio amne cinctam occuparunt. Audiebant cæteros homines servos esse, se vero, & qui ex eis nascerentur, liberos. Ex iis quadraginta viri insulam exiere, & intrantes vicinas villas, evaginatis gladiis super ducentos agrestes, quos diaboli filios asserebant, interfecerunt. Johannes Zischa his auditis, duxit in eos exercitum, expugnataq; insula, Adamitas omnes gladio delevit, duobus tantum reversatis, ex queis gentis superstitionem cognosceret.

Ziscka Adamitas gladio delet.

Scribit Æneas Sylvius, se audivisse ex Ulrico Rosensi præstanti Regulo, quum ageret in Bohemia, fuisse apud se viros & mulieres ejus sectæ captivos, & mulieres palam dixisse, non esse liberos, qui vestibus, & præsertim fœmoralibus uterentur, easq; in carcere apud se peperisse, quas cũ anno elapso, simul cũ viris igni tradidisset, ridentes cantantesq; flammarum incendia pertulisse.

Sigismundus interea convocatis Silesiæ ducibus, ingressus est Bohemiam. Pragenses zischam accersunt, qui cum Thaboritis nihil moratus, urbem accepit in potestatem. His primũ studiũ fuit, arcem oppugnare; locus ipse natura munitus, non aliter quàm fame vinci posse apparebat. Clausi aditus, ne quid commeatus importaretur. Sigismundus ferro iter aperit, obsessisq; necessaria præbet. Nec diu postea civitatem ipsam accersitis ex imperio auxiliis, obsidere decrevit. Fuerunt in castris ejus Saxoniæ duces, Marchionesq; Brandenburgenses, & gener ipsius Albertus Austriæ princeps. Oppugnata est civitas sex hebdomadibus. Ipse vero Sigismundus in æde metropolitana quæ in arce sita est, regni coronam accepit à Conrado, natione Westphalo, archiepiscopo, cui Albicus dignitate cesserat, cum familiam edentem bibentemq; ferre non posset, & minori contentus officio, avaritiæ serviebat. Tandem Sigismundus obsidione dimissa, Cuthnam se recepit. Hanc civitatẽ Thaborenses propter argentifodinas, Crumenam antichristi vocant.

Orebitæ.

Hoc tempore Martinus papa 5. contra Orebitas, factionem in Bohemia, crucem decrevit. Hujus sectæ homines, quoties sacerdotes nostros (inquit Sylvius) intercepere, aut igne cremaverunt, aut nudos rigenti hyeme super glaciem colligatos dimisere. Quos parvi momenti exilimarunt, desectis virilibus, abire permiserunt.

Post hæc Sigismundus Electoribus principibus diem statuit, ut die Bartholomei ad occidentalem plagam Bohemiam cum copiis ingrederentur, ipse cum Hungarorum exercitu ad orientale latus aggressurus. Venere Mogontinus archiepiscopus, comes Palatinus Rheni, Saxoniæ duces, Marchio Brandenburgensis, & plurimi ex Alemannia pontifices, castrametati ad oppidum Sozium vastatus undique ager, continuata obsidio, ad festum Galli soluta, cum Sigismundus ad præmissum diem non adesset. Qui collecto ex Hungaris, Australibus, & Moravis exercitu, circa natalem Domini Bohemiam intravit, & aliquot oppida cepit. Sed irruente in se Ziscka, quamvis cæco, interfectis multis nobilibus, aufugit. Piso Florentinus, qui equites in eam expeditionem 15. millia ex Hungaria duxerat, per glaciem iter habuit, quæ multitudinis pondere dissoluta, multos mortales in profundum rapuit. Hac victoria & aliis quam plurimis elatus Ziscka, subactis intra regni fines adversariis, exercitum extra Bohemiam duxit. Ferunt Zischam in Austriam profectum, & quum agrestes armenta quæque navibus in insulam Danubii transportassent, vitulos iuvesque nonnullos per negligentiam in villis dimissos, ad ripam fluminis tam diu deverberasse, donec pecus insulam depascens, mugitum grunnitumque audiens, desiderio similis animantis, fluvium transnatavit, eoque modo magnam prædam abactam esse.

Sigismundi & Imperii bellum contra Bohemos.

Monstro similem vidit Cranzius in Vandalia lib. 2. cap. 2 inter tot duces fœlices Germaniæ, fortisque Hungari: hominem missi mollique cælogeni tumpla. [illegible] regi praiatanque cathedris Pyrenæorum cõsem molli [illegible] & enervem.

Stratagema Ziscka.

DE JOHANNE ROCHEZANA.

Rochezana oppidum est Pragensis ecclesiæ, ex hoc loco puer obscuris parentibus, cæsuque tenuissimo natus, Johannes nomine, Pragam venit, mendicatuque victum quærens, Grammaticam & Dialecticam didicit. Quum adolevisset, nobilis cuiusdã pueri pædagogus factus: & quum valeret ingenio, promptusque esset, in collegio pauperum receptus. Postremo presbyter ordinatus, prædicare verbum Dei Pragensibus cœpit, ex oppido unde ortus Rochezanæ cognomen ducens. Is Zischam Pragam obsidentem, civitati conciliavit.

Rochezana.

Legitur in vetusto Codice, in epistola Johan. Rochenzàn, quam scripsit Joanni Capistrano, Capistranum, hunc invitasse Joannem de Rochenzana, ad multas urbes famosas, Neapolim, Senas, Perusiam, Florentiam, & quod Papam elegerit judicem, cujus scilicet est legem divinam & sanctas scripturas interpretari. In quo videtur, quod Capistranus non attenderit quæ legis naturalis sunt; quod tibi non vis fieri, &c. inquit Rochenzàn: Pensa Capistrane, quia crimen in Bohemia & Moravia per te est commissum, puta dum ad abjurationem sacrati calicis inducis. Ergo ibi causa agatur, non extra Bohemiam vel Moraviam. Simile est, ac si velles furta in Bohemia perpetrare, & super illis in Padua vel Bononia respondere. Capistranus assentit se Bohemiam peragrasse, ut tot millia animarum à faucibus Sathanæ liberaret. Respondet Rochenzan se tenere compactata, de veritate sacramenti calicis, sigillis magnorum consignata, & voluntate ac consensu Papæ Eugenii, & cum voluntate ac robore firmo concilii Basilienſis, cum assensione sigillatum Majestatis in testimonium serenissimi Sigismundi Imperatoris & ducis Austriæ. Capistranus obiiciebat multitudinem regum Romanorum, Franciæ, Angliæ, Vngariæ, Bohemiæ, & cæteros plerosque, qui sub una tantum specie communicabant. Rochenzan argumentum multitudinis diluit: Multi, inquit, vocati sunt, pauci electi. Adducens exemplum Heliæ, in diebus Achaz. Tempore Arrii multos & majores Episcopos & Principes ab ejus parte stetisse. Et paucos Christianos & illos absconditos recte sensisse. Vt erat Hilarius & Athanasius, qui Treveris latuit. Et Dominus Jesus ferè unus fuit in tota Hierusalem. Ne autem putet solos Bohemos, ac Moravos calici participare, sciat idem facere Græcos, Bulgares, Armenos, Indos, quos tamen Eugenius in gremio Ecclesiæ habere voluit congregatos. Respondet Capistranus, & monet Rochenzan, ut redeat ad gremium matris Ecclesiæ. Non curat, quod appellarit eum Monachum, cum tu, inquit, neque Monachus sis, neque regularis, & ut multi asserunt, neque forsan sacerdos aut presbyter, utinam esses verus sacerdos, id est, sacra dans. Et tandem inquit Capistranus, non gravari se, quod à Rochenzan sit infamatus, quando tota Italia, Francia, Flandria, Burgundia & Alemannia, in quibus 33. annis Evangelizavit refellent & confutent istam doctrinam, ut taceam Angliam, Hispaniam, Portugalliam, Cathaloniam, Navarram, Siciliam, Bosnum, Vngariam, Dalmatiam, Poloniam, quorum regibus omnibus, & si non facie, nomine tamen notus sit. Et quod in civitate Olomicensi, quodam die Dominico sequuti sint suas prædicationes centum millia personarum.

ZISCHÆ MORS.

Sigismundus ubi animadvertit Zischæ omnia ex sententia cedere, & illum esse unum, ex quo res Bohemiæ penderent, clam sibi eum reconciliare tentavit, sanè mirandis cõditionibus, is conditionibus annuens, dum conventa completurus, Sigismundum petit, peste tactus expiravit. Ferunt illum cum ægrotaret interrogatum quo nam loco mortuus, sepeliri vellet? jussisse cadaveri suo pellem detrahi, ex pelle tympanum fieri, eoque duce bella geri, arrepturos fugam hostes, quam primum ejus tympani sonitum audierint.

EPITAPHIVM IOHANNIS ZISCHÆ, CLARISSIMI Bojemorum Ducis.

JOannes Ziſcha, nulli Imperatorum, Ducumve, rei militaris peritia inferior, ſuperbiæ ſimul & avaritiæ Clericorum ſeverus ultor, patriæque acerrimus propugnator hic jaceo. Quod Appius Claudius cæcus bene conſulendo, & M. Furius Camillus ſtrenue agendo ſuis Romanis præbuere, hoc ipſum Bojemis meis præſtiti, fortunæ belli nunquam defui, neque illa mihi, omnem opportunitatem rerum bene gerendarum, etiam cæcus prævidi, ſignis collatis, undecies ſemper victor depugnavi. Viſus mihi ſum miſerorum & eſurientium juſtiſſimam cauſam, adverſus delicatos, pingues & ſaginatos ſacerdotes, egregie egiſſe, & ob hoc Dei auxilium ſenſiſſe. Niſi illorum invidia obſtaret, inter illuſtres viros numerari procul dubio meruiſſem. Tamen oſſa mea hoc ſacrato loco cubant etiam inſalutato Papa, invitoque.

DIIS MANIBVS SACRVM JOHANNI SISKE, GEORGIVS AVVNCVLVS PP.

ΙΩΑΝΝΙΣ ΣΙΣΚΑΣ. ὁ βοίημ Θ τῶν ἀισχροκερδῶν ἱερέων ἀιχθρὸς ἀλλὰ ἐν θείῳ ξήλῳ.

DE CONCILIO BASILIENSI, EX DVOBVS LIBRIS ÆNEÆ SYLVII.

Eugenii ſtudium in ſolvendo Baſilienſi concilio.

ANno Domini mill. 434. vivente adhuc Sigiſmundo, inceptum fuit Concilium Baſilienſe, quod grandem in Chriſtianiſmo commotionem dedit. Eugenius Papa, ante quidem juſſerat convocari, verum ubi ſatis mature ex omni orbe partes convenerit, & Julianus Cardinalis S. Angeli in eo præſideret, vice & authoritate Pontificis, Eugenius mutato animo, transferre voluit Bononiam. Interea moritur Sigiſmundus, & Papa impedit ſucceſſum Concilii. Imò primum Ferrariæ, deinde Florentiæ habet Anticoncilium, ſic ſolvitur Baſilienſe, nam à morte Sigiſmundi, nulla principum poteſtas, Concilii cura & cogitatione tangitur, Eugenius cauſas prætendebat de Græcis adventuris, & eorum ad Eccleſiam Occidentalem adunatione, qui alpes tranſire nollent, deque proprio incommodo, quod Baſileam ipſe longo itinere petere non poſſet. Ad Bononiam autem omnib. facilis eſſet acceſſus. Quodque inter minas Germanorum, qui in ſuis finibus intractabiles eſſent, nihil ad eorum reformationem poſſet intentari. Vocavit Julianum & omnes patres ſub maximis pœnis Bononiam. Illi viciſſim citabant Pontificem, ut aut veniret, aut inſtructos mitteret Oratores, ad audientiam ſacri Cõcilii ſub interminatione pœnarum maximarum. Ea de cauſa Oratores Alberti Romanorum regis, & aliorum Germaniæ Principum, convenerunt primum Norinbergæ, & ut illic res perficine quivit, deinde Francophordiæ convenerunt, ut diſcordiam inter Papam & Concilium ſopirent. Eo enim in loco electores imperii facilius conventuri judicabantur. Interim Oratores Cæſarei electorumque Baſileam petierunt, & contracta cum Oratoribus aliorum Principum, qui Baſileæ agebant intelligentia, ac vocato Cardinali S. Petri præſtantiſſimo viro, qui per id temporis exitum rerum Conſtantiæ morabatur, maxime hortati ſunt patres Concilii, ut pacem amplecterentur quã ipſi offerrent. Erat petitio Principum, ut patres in alium locum ſe reciperent, conciliumque transferrent, quod unum Eugenius ſemper viſus eſt quæſiviſſe, ut ſic vel patres Concilii diſſiparet, vel libertatem eis auferret. Viſum tamen eſt ſanctæ ſynodo, nec negandum eſſe quod Principes poſcerent, nec quod Eugenius cuperet permittendum. Inter ipſas rerum difficultates, Oratores Cæſarei, Patavienſis & Auguſtenſis Epiſcopi, multum rogati, ſtimulatique Baronem magnanimum, & apprime inſignem Conradum à Vueinſperg, ex mandato regio protectorem ſacro concilio, & omnium patrum defenſorem dederunt. Qua ex re ut alienatum ab Eugenio adverſarii, ſic Patres ſacri Concilii optimam erga ſe fore mentem Cæſaris cognoverunt, quia nec protectorem miſiſſet, ſi nõ legitimum concilium reputaſſet, nec rurſus concilium in Baſilea eſſe putaviſſet, ſi Eugenio fidem habuiſſet. Cum autem ob peſtem graſſantem conventus Francophordiæ celebrandus, ad urbem Metropolim Mogontiam translatus fuiſſet, viſum eſt Oratoribus Principum eo pergere, ſi forſan pacis illuc medium aliquod invenirent, quo Papam concilio reunirent. Fuit conventus celeber admodum, præſentes namque Mogontinenſis, Colonienſis, Trevirenſis Archiepiſcopi, ſacrique Romani imperii electores, & coelectorum omnium nuncii. Præcipuus tamen ille in conventu fautor ſacri concilii habitus eſt Colonienſis Archiepiſcopus, qui ſummo ſtudio, ſummoque niſu rem bene dirigere conatus, Rabanus Treverenſis aliquanto rigidiorem ſe præbuit. Cenſuit & ſancta ſynodus ſuos Oratores mittere, miſſique ſunt Patriarcha Aquilejenſis, Epiſcopi Vicenſis & Argenſis Theologi, Johannes Segovius & Thomas de Corſellis jurisperiti, & alii. Nemo illic erat qui Eugenii nuncium ſe vocaret. Confluxerant tamen plurimi fautores Eugenii, tam ex concilio quam ex Florentia, hii ſuſque deque facientes juramentum, magis Eugenio quàm ſacro Concilio favebant.

Conventus Norinberga & Francophordiæ.

Petitio Principum.

Conradus à Vueinſperg protector Concilii.

Conventus Mogõtia.

Laus Colonienſis Epiſcopi.

Fautores Eugenii Griſeo ſecta.

quorum

quorum postea sectam Vuilhelmus Constantiensis jurisconsultus Griseam vocavit. Hercules omnium Eugenianorum fuit Nicolaus Cusanus, homo & Priscarum literarum eruditissimus, & multarum rerum usu perdoctus. Post varios tractatus visum est electoribus imperii, aliisque Germanorum Principum Oratoribus, decreta sacri Basiliensis Concilii in sua natione recipere, atque observari mandare. Dum hæc Mogontiæ fiunt, inter Theologos qui Basileæ manserant, hæsitatio suborta est, & disputatum, an Eugenius dici posset hæreticus, qui tam rebelliter Ecclesiæ mandata contemneret, aliis negativam, aliis affirmativam sententiam defendentibus. Protracta est res disputando sex omnino diebus, & ante prandium & ante cœnam. Ludovicus Cardinalis, Archiepiscopus Arelatensis, Medius erat inter omnes, primoque loco ut judex fidei, totiusque disputationis moderator & arbiter Nicolaus Amici, Theologus Parisiensis sententias rogabat, Johannes Dielensist publicus scriba, suffragia annotabat.

Nicolaus Cusanus Hercules Eugenianorum.

Disputatio, an Eugenius dici possit hæreticus.

Ludovicus Arelatensis Cardinalis.

CONCLVSIONES THEOLOGORVM, TANQVAM disputationis fundamenta hujusmodi fuerunt.

I. Veritas est Catholicæ fidei sacrum generale Concilium supra Papam, & alium quemvis potestatem habere.

II. Generale Concilium legitime congregatum sine ipsius consensu, nec dissolvere, nec transferre, nec prorogare ad tempus, ex autoritate sua potest Romanus Pontifex, idque veritatis eiusdem est.

III. Qui pertinaciter se iis veritatibus opponit, hæreticus est censendus.

IV. His veritatibus Eugenius Papa repugnavit, cum primo ex plenitudine potestatis Apostolicæ Basilienſe Concilium dissolvere sive transferre attentavit.

V. Errores his veritatibus repugnantes, monitus tandem per sacrum Concilium Eugenius revocavit.

VI. Dissolutio sive translatio per Eugenium secundo attentata, prædictis est obvia veritatibus, inexcusabilemque circa fidem errorem continet.

VII. Eugenius iterato dissolvere seu transferre Concilium tentans, in revocatos errores prolabitur.

VIII. Commonitus per synodum Eugenius, ut dissolutionem sive translationem secundo attentatam revocaret, post declaratam contumaciam in rebellione persistens, Ferrariæque concilibulum erigens, seipsum pertinacem declarat.

Hic Panormitanus Archiepiscopus, impudens adulator, multa disputans, Papam Ecclesiæ dominum constituit. Cui Johannes Segovius, peritissimus Theologus ex verbis Christi: Reges gentium dominantur, appositè respondet, ubi dominatus omnino prohibetur. Et ex loco Petro: Pascite qui in vobis est gregem Dei, subinferens. Quod si filius Dei Christus non sibi ministrari, sed ministrare venit, quo pacto ejus vicarius dominabatur, aut dici dominus, sicut vis Panormitane, poterit? cum non sit discipulus super magistrum.

Panormitanus adulator.

Johannes Segovius vir optimus.

In ea disputatione, primaria conclusio fuit Papam subesse Concilio, excussa loca, Tu es Petrus Item, Oravi pro te Petre: Quodcunque ligaveris: Item Papam posse errare, & quod Papa non audiens Ecclesiam, Ethnicus sit & Publicanus. Excussus locus. Dic, Ecclesiæ: quid sit Ecclesia? Audita blasphemia Gabrielis, qui se dictitat Eugenium. Tantum se abesse, ut generalibus conciliis debeat obedire, ut se tunc maxime dicat mereri, cum Concilii Decreta contemnat. Agitata & ea quæstio: An Papa per Concilium deponi possit, & an sine authoritate Rom. Pont. Concilia possint congregari, de iis & aliis vide fuse, Comment. Æneæ Sylvii, de gestis Consilii Basilienſis libros duos, quos scripsit bona fide antequã ad Pontificiũ culmẽ emersit, posthac ab ipso authore suppressit.

Papam subesse Concilio.

Quæst. an Papa per concilium deponi possit.

Finita disputatione, cum instaret horum negotiorum extrema conclusio Mediolanensis & Panormitanus Archipontifices, se magnopere armabant ad impediendum. Igitur ubi ad generalem deventum est concionem, Burgensis Episcopus primus differri conclusionem petiit, & expectari aliorum Principum Oratores, ex Mogontia propediem redituros. Tum Panormitanus gravem & Rhetoricam orationem habuit, admonens Patres, quoniam in omni re, quæ ab aliquo postulatur, quatuor esse consideranda, quis peteret, quid peteretur, cur peteretur, & qui demum effectus ex petito denegato, vel concesso proveniret. Primum, Hic petere potentissimos reges & principes. Secundum, Petere otium tantum sacri Concilii, ut patres quiescerent in processu Papæ, & conclusione rerũ. Tertiũ, Non propter privatam, sed publicã utilitatem petere, ad rem melius examinandam. Quarto, Vt effectus mente conciperent, sive negarent, sive concederent, quod peteretur. Calefiebat autem dicendo Panormitanus, & maxime cum de prælatis mentio incidit, diceretque apud se fore majorẽ partẽ prælatorum. Tum Ludovicus Romanus prothonotarius exorsus loqui, nec multa, nec valde bona adduxit: nimirũ, cum ex malo corio, nemo bonus consuere calceos queat. Sic & alii huc spectantes, ut vel sic tempus redimerent, conclusionemque differrent.

Panormitani Rhetorica Oratio.

Tum

Ludovici Cardinalis Arelatensis responsum ad orationem Panormitani.

Tum Ludovicus Cardinalis Arelatensis, vir constantissimus, & ad gubernationem generalium conciliorum natus, Oratorum omnium, qui loquuti fuerant, verba resumens, vehementer arguens Episcopos, qui metu veritatem celent, asseverans in Concilio, non dignitatem patrum, sed rationem spectandam esse, imò veritatem ante omnia spectandam. Se nullius Episcopi mendacium, quamvis ditissimi, veritati pauperis presbyteri præponere. Nec dedignari Episcopus debeat, si vox inopis sacerdotis, docti tamen & acuti, suæ præponatur, adductis in hoc exemplis, Athanasium presbyterum, non Episcopum, Archiepiscopum Arrium vicisse in Concilio Niceno, Marcionem presbyterum oratoria arte confudisse Paulum hæreticum, &c. Et cum Panormitanus dilationem in re fidei peteret, jam declaratis veritatibus discussis & ordinatis. Multis exemplis probat periculum esse in mora, & quod sæpe momenti transitus, anni transitus sit. Hannibal apud Cannas victoria potitus, si è vestigio urbem petisset, omnium judicio cepisset Romam, quia tamen in crastinum distulit, restituto Romanis vigore exclusus est, & audire meruit, Vincere scis Hannibal, uti victoria nescis. Galli quoque Senones Roma capta, Capitolium obsidentes, dum tenacius aurú exposcunt, moramque in paciscendo trahunt à Camillo invasi, turpiter expelluntur. Agebatur autem octavus annus Concilii Basil. Tandem propositis exemplis Apostolorum Petri, Pauli, Andreæ, & martyrum, Stephani, Laurentii &c. Hic Ludovicus Arelatensis, contra discrimina & pericula, quæ Panormitanus commemorarat, à Principibus expectanda, fortissime hortatur Episcopos ne timeant qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Etiam Gentilium exempla exhortans, si pro Roma Curtius, pro Thebis Meneotheus, pro Athenis Codrus, lubenti & cupido animo mortem tulerint, ne ipsi pro Ecclesia mortem repudient. Panormitano etiam respondens, quod Cyrenensis Theodorus respondisse traditur, Lysimacho regi, crucem minitanti, qui, istisque so, inquit, ista horribilia minitare, purpuratis tuis, Theodori quidem nihil interest, humi ne an sublime putrescat.

Audiendi etiam pauperes presbyteri in Concilio.

Periculum in mora probatur multis exemplis.

Octavus annus agitur Basilensis Concilii.

Exhortatio Arelatensis contra pericula.

Turbatio in Concilio.

Hic cum Arelatensis fecisset loquendi finem, turbatio non parva exorta fuit, erat ubiq; clamor, ubiq; strepitus, ubiq; jurgia effundebantur. Nunc Panormitano, nunc Ludovico sermo erat, Episcopi cum Episcopis, inferiores cum inferioribus verbales rixas habebant. Tum Ludovicus Patriarcha Aquilejensis, dux de Deck in Suevia, versus ad Panormitanum & Ludovicum Protonotarium. Ne credite rem, inquit, ita abire, Germanorum nescitis mores, nempe si sic proceditur, nequaquam fas erit integris hanc provinciam exire capitibus. Quo verbo, veluti cœlesti fulmine tacti, Panormitanus, Ludovicus, ac Mediolanensis, uno impetu assurgentes. Libertas (inquiunt) nobis eripitur? En quid est quod frangenda nobis capita Patriarcha minatur? versiq; ad Johannem comitem in Dierstein, qui tunc locum protectoris tenebat, scisciati ab eo sunt, an protegere Concilium vellet, omnesque in libertate tutari. Aderant etiam cives ex senatu urbano, provisuri ne quid turbæ oriretur. Servaverunt enim hunc morem cives, ut in omni negotio adesse curarent, quod pariturum dissensiones arbitrarentur, præcipue adcaventes, ne qui tumultus fierent, neve aliæ quàm verbales rixæ. Miraque adeo sapientia fuerunt, ut nemo querelam adversus eos habuerit violatæ per eos fidei. Cives de universali ecclesia benemeriti. Hii cum Johanne comite præsentes in conventu patrum signum servandæ libertatis dederunt. Comes autem, tametsi erat rerum novitate permotus, nec enim arbitrari poterat, tam multas esse inter prudentes homines contentiones, per interpretem respondit: bono ut animo essent omnes, quoniam imperialem salvum conductum ad unguem servari faceret: nec patriarcham aut alium ausurum auferre securitatem promissam à Cæsare.

Libertas in Concilio.

Leges Basilienses.

Post hæc Ludovicus patriarcha Johanni de Bachenstein, auditori Cameræ mentem suam explicandam cõmisit, quæ nimirum fuit, ut patres ad constantiam hortaretur, non ut alicui communaretur, aut Conciliarem perturbaret libertatem, petebatque veniam, si vel Concilium, vel Panormitanum in aliquo offendisset, hoc facto verum esse ostendens quod dicitur: Nobilitatis sororem esse humilitatem. Tum Amadeus Lugdunensis archiepiscopus, quoniam strepitus ac vociferatio intendebatur, argute rem miraculo tribuit, septem annus durasse concilium, jam claudos ambulare, mutos loqui, pauperes Evangelizare, sentiens novos adesse prælatos, qui usque in hanc diem tacuerint, nunc loquaces factos. Tum Arelatensis instabat, ut concordatum 12. virorum legeretur, pluresq; sibi in auribus sibilabant, ne sententia flecteretur. Panormitanus vero, ut cœptum est legi cõcordatum, rursus vociferatur, & quod se dignum est, facit & loquitur: Nos concilium facimus. Nos prælatorum major pars sumus, ad nos concludere spectat. Ab illa Panormitani conclusione Nicolaus Amici, Parisiensis Theologus, appellabat. Tum Johannes Segovius Theologus Salamantinus, vir pietate gravis, optimus ac eruditissimus, orationem Christianissimam habuit contra Panormitanum, de inferiorum exclusione, de metu principum, Ambrosii ad Imperatorem Valentinianum exemplo adducto, proprio gladio jugulans adversarios, Pauli autoritate urgens episcopos, ad constantiam adhortans, viriles sint, & se murum pro Ecclesia præbeant, nec sinant fidem sub manibus eorum deperire. Præsidentem quoque tandem affatus, quod eam oporteat magis Deo quàm principibus complacere, inquiens: Si hinc sine conclusione abeas, rationem te hujus rei in districto Dei judicio redditurum scito, nec plura loquutus, resedit.

Nobilitatis soror humilitas.

Amedei Lugdunensis Archiepiscopi argute dictum.

Oratio Johannis Segovii legenda contra eos qui inferiores, hoc est presbyteros & theologos, excludunt. Vide Sylvium.

Interea

Interea Burgenſis Epiſcopus pro concordia patrum ſatagebat, ſed neque patribus conciliantibus ſine concluſione diſcedere, nec Panormitano mutare ſententiam cordi fuit. Erant turbata omnia, nec, ut ſolebant, ſuis ſubſelliis Prælati inſidebant, ſed ut quenque trahebat affectio, illi Arelatenſem, illi Panormitanum adibant, & quaſi principem quique ſuum, aut exercitus Imperatorem, adhortabantur. Tum Arelatenſis, ut agnovit rem in periculo eſſe, nec rectam concluſioni viam patere, utendum aſtu cenſuit, ut tumultum componeret: Habeo, inquit, ſanctiſſimi patres, novas ex Gallia literas, quæ mihi auditu ſtupenda narrant: incredibiles illic novitates ſunt. Quare & ſilentium ſubitum impetravit, & artificio miro attentos reddidit. Vtque liberum ſibi dicendi campum patere vidit, ſine fabula, ſine ulla hiſtoria literarum ſibi miſſarum ſeriem reſeravit. Exinde, prout Oratoria exigit inſinuatio, pedetentim ad cauſam rediit: Eugenianos nuncios impleſſe Galliam dixit, qui, novam doctrinam prædicantes, autoritatem Rom. Pont. ſupra generalia Concilia magnifacerent: quibus niſi cito occurreretur, fore, ut pluribus fidem facerent. Idcirco oportuiſſe ſacrum Concilium de remedio cogitare, neceſſarioque veritates de quibus jam agetur, examinatas, ut per eas Eugenianorũ temeritas retundatur: quæ licet eſſent numero bis quatuor, non tamen fuiſſet intentio patrum omnes concludere, ſed tantum priores tres, prout ſe inquit: In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, concludere. Atque iis dictis, lætus alacerque conſurgens, receſſit. Alii eum alii veſtimentorum fimbrias oſculabantur. De Panormitano ferunt, poſtquam domum venit, in cubiculum ſe recepit, ſecumque de rege ſuo queſtus, quod eum adverſus veritatem pugnare compelleret, & ſuam famam, ſuamque animam ire perditum.

Prudentiſſimus aſtus Arelatenſis.

Concluſio Arelat.

Hic longum eſſet referre, quibus convitiis & contumeliis proſciderint Arelatenſem: Ipſum eſſe qui copiſtarum pædagogorumque gregem nutriret, remque cum eis fidei concluderet, alius eum Catalmam vocitabat, deinde patres Concilii Panormitanus in ſua oratione, calumniaturus, non ut Oratores præcipiunt, in exordio benevolentiam, ſed odium captare ab auditoribus viſus eſt. Paulò poſt Arelatenſis ſeipſum colligens orationem multifariam habuit, ad imperiales nuncios, ad Oratores regis Franciæ, ad Concenſem epiſcopum, ad Ludovicum Protonotarium. Sicque ad Panormitanũ deſcendens, propriis ſpicubus eum confodit. Panormitanus vero, & qui eum ſequebantur, cæterique, proteſtationem quandam prius legi contendebant, diuque hinc atque hinc vociferatum eſt. Obtinuit tamen demum Arelatenſis.

Lecta forma Decreti, uſque ad verbum, Decernimus, aſſurgens Panormitanus, nihil paſſus eſt ulterius audiri. Nunquam fuit Concilium in majori diſcrimine, teſte Sylvio, qui tum præſens ad pedes Turonenſis & Lubecenſis epiſcoporum hæc collegit. Bis igitur concluſit Arelatenſis in magnis difficultatibus, fuitque utraque miraculoſa concluſio, & præter ſpem omnium, vel Arelatenſis induſtria, vel ſpiritus ſancti munere habita. Panormitanus Achilles fuit Eugenianorum: Arelatenſis Concilii Hector.

Succeſſit ſeſſio 33. quieta, & ultra omnes pacifica. Ex tota Italia duo prælati ad bonum eccleſiæ univerſalis intenti, Grollitanus epiſcopus, & abbas de Dona. Ex Hiſpania nullus, quanquam inferioris ordinis homines ex Italia & Hiſpania conſtanti & firma voluntate erant ad bonum univerſalis eccleſiæ. Concio erat frequentiſſima, & ſi enim epiſcopi haud multi erant, plena tamen omnia fuerunt ſubſellia procuratoribus epiſcoporum, archidiaconis, præpoſitis, prioribus, proſbyteris, divini ac humani juris doctoribus, quos aut quadringentos, aut certe plures fuiſſe conſtat, inter quos nullum probrum, nulla rixa, nulla cõtentio fuit, ſed unanimis omniũ conſenſus ad defendendam eccleſiam. Vocato de more ſpiritu ſancto, nemo lachrymas continuit, etiam Conradus Vuinſpergenſis Baro Imperialis protector. Sequenti die Veneris, quæ fuit 22. Maii, Oratores principum, maxime Cæſarei & Gallici, conſcientia ſtimulante, Concilii geſta approbarunt: ijdem quoque Eugenium inimicum veritatis dicunt.

Concilii geſta approbantur.

Arelatenſis poſtremo neceſſarium fuiſſe illud decretum aſſeruit, ad reprimendam Rom. Pont. ambitionem, qui ſe ſupra univerſalem eccleſiã extollentes, omnia pro libidine ſua ſe poſſe arbitrabantur, ne poſthac eccleſiã unus homo nunc Bononiã, nunc Florentiã, rurſus Bononiã, mox Ferrariã, & deinde iterum Florentiã (ut Eugenius attentavit) traduceret. Vtq; deinceps Rom. Pontifices paululum animum à temporalium ſollicitudine rerum detraherent, qui ut ipſe vidiſſet, nequaquam de ſpiritualibus cogitarent. His dictis, congregatio diſſoluta eſt. Hæc ex primo libro Æneæ Sylvii compendiariæ in uſum lectoris conſcripta ſunt.

Rom Pont. ambitio reprimenda.

Depoſito ex Romano pontificio Gabriele Condulmario, conſultatur per patres Concilii, An expediret illico novũ creari pontificẽ, an in tempus differri. Sententiæ ultro citroq; auditæ, conſtare tamen inter omnes videbatur: Vtilius eſſe ſtatim eligere: differre honeſtius. Accidit hoc tempore morbus peſtifer in tota urbe Baſilienſi, qui non ſolũ pueritiã & juventutẽ, ſed viros ẽt fortes ætate & aridos ſenes, depopularetur. Ea lues primo ex advenis ad pauperes urbis, inde ad divites, deniq; ad ipſos Concilii patres, advolavit. Moritur Ludovicus Protonotarius, Ludovicus Patriarcha Aquilejenſis, & aliquot Concilii patres, Baſileæ, Argentinæ, Spiris moriuntur. Morientium vero exhortatio fuit, Orate Deum, ut illos convertat, qui Gabrielem pro ſummo pontifice recognoſcunt, quia in eo ſtatu ſalvari non poſſunt, ſeq; in fide Baſilienſis Concilii morituros profeſſi.

Peſtis Baſilea.

Morientium exhortatio.

Digitized by Google

Abbas de Dam, Cumanæ diœceſis, in peſte aliis abeuntibus, permanſit, quia etiam ipſe tactus, migravit ad patres, unamque tantum vaccam teſtatus ſuo monaſterio legavit. Arelatenſem urgent, ut vicinum aliquod in rus ſecederet: jam virus cameram viri irrepſerat, ſecretario & cubiculario mortuis. Sed nec illum preces, neque domeſticorum funera flectere potuerunt, volentem potius cum vitæ periculo ſalvare Concilium, quam cum periculo Concilii, ſalvare vitam.

Electio pontificis novi.

Tranſactis poſt depoſitionem Gabrielis diebus decreti, proceditur ad electionem novi pontificis. Primus electorum fuit Cadinalis Arelatenſis, deinde ex natione Italica, Gallica, Germaniæ, Hiſpaniæ. Cellulæ ſortibus diſtributæ. Prima contigit decano Baſilienſi, ultima Dertuſenſi epiſcopo. Sermo habetur ad electores. Crimina Eugenii narrantur. Aderat Johannes de Dierſtein comes, aderat conſulatus urbanus. Extra Eccleſiam cives in armis erant, ſi quod ſcandalum pararetur, prohibituri. Accipiunt Euchariſtiam Electores, datur juramentum. Proceditur ad conclave, quod fuit in domo ad Muſcam, zu der Mucken. Septem diebus manent in conclavi. Et eligitur Sabaudiæ dux, homo laicus & conjugatus, ſex & viginti vocibus, religioſiſſimus princeps. Cardinalis Arelatenſis facto ſigno crucis, in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, electi pontificis nomen publicat, & oratione præmiſſa, populo benedixit.

Fridericus Baſilienſis epiſcopus, Iohannes Vuiler Decanus Baſilienſis, & alii.

CORONATIO FOELICIS.

ANno Domini milleſimo 440. Fœlix 5. electus, veneranda canitie, decorus aſpectu, & facie tota prudentiam præ ſe ferens ſingularem, coronatur nono Calendas Auguſti, in civitate Baſilienſi. Adfuere Ludovicus Sabaudiæ dux, Philippus Comes Gebennenſis, Ludovicus Marchio Salutiarum, Marchio de Rotelen, Conradus de Vuinſperg camerarius imperii, Comes de Dierſtein. Oratores Argentoratenſis, Bernenſis, Friburgenſis, Solatorum, & tanta multitudo hominum, ut capita ad quinquaginta millia credita ſunt. Duo filii patri principi celebranti miniſtrant. Ludovicus Cardinalis Hoſtienſis, infulam pontifici in capiti Fœlicis imponit, quam cenſuerunt ad triginta millia aureorum. Ordinem pompæ pontificiæ, quam proceſſionem vocant, longum eſſet hic referre. Vltimo in loco, ſummus ipſa paſtor aureo tectus papihone, triplicem geſtans coronam, populoque benedicens, inceſſu maturo procedebat. Marchione de Rotelen, & Conrado de Vuinſperg equum ejus ductantibus. Poſthac cœnitatum & pranſitatum, ubi nec lex Orchia, nec Fannia, nec Licinia locum habuit, horis circiter quatuor. Pincernæ ſummo Pontifici pulcherrima proles duo filii fuerunt, Architriclinus Marchio Salutiarum.

Fœlix ille fuit Decanus militum in ſolitudine Rippalia. Gebennenſis diœceſis.

Prandium Papale

De hoc Amedeo Sabaudiæ duce, ſcribit Rup. Volater lib. 3. Geog. quod rogatus ab Oratoribus quibuſdam, ſi quos haberet canes venaticos, eis oſtenderet, Annuit ut poſtera die redirent. Cum vero adeſſent, ingentem mendicorum multitudinem oſtendit, unà diſcumbentium: Atque hii ſunt inquit canes mei, alo quotidie, quibus ſpero me cœleſtem gloriam venaturum.

DE STATV CONCILII BASILIENSIS, EX EPISTOLA Æneæ Sylvii 10. ad Lupum de Portugal, Legum Doctorem.

COncilii Baſilienſis quis ſtatus ſit jam te arbitror audiſſe. Rex Arragonum, qui more principum, non regnum fidei, ſed finem regno ſervare vult, prælatos ſuos ex Baſilea juſſit abire. In omnibus rebus, præclarus princeps, in hac mirabilis. Rurſus Gallici, Veneti & Florentini, qui Pontificem ſuum Eugenium quaſi Deum venerantur, excluſo ex Appulia Renato rege, fidem aliam induerunt. Mira rerum mutatio, qui ante favebant Concilio, jam impugnant: qui impugnabant, modo favent. Luſus jam eccleſia eſt, qualem de pila fieri videmus, dum huc atque illuc impellitur, luſorum ictibus percuſſa. Sed aſpicit illa ex alto Deus: & quamvis raro in terris expendere homines digna ſupplicia cogit, nullum tamen in ſupremo ejus judicio malum impunitum relinquit. Liberum arbitrium nobis dedit, nos ut libet, vivere ſinit, laxas dimiſit mortalibus habenas: rationem tamen rerum omnium, dum judicabit orbem, exacturus eſt: tumque videbunt principes an propter eos regna fuerunt inſtituta, an ipſi propter regna, qui ſuis omnia ſervire libidinibus volunt.

Et in Epiſtolas Sylvii legis 183. Epiſtola: ſcribit Caſpar Schlick Cancellarius Imp. ad Cardinalem ſancti Angeli dominum Julianum: Illi Cardinales qui tanto tempore autoritatem eccleſiæ, ac generalium prædicabant Conciliorum, ut mori pro illa velle viderentur, unis ſui regis literis, quibus non mors, ſed privatio beneficiorum mandabatur, Baſileam dimiſere. Sapiunt quippe, fide potius quam plebe volunt carere. Non tamen procul abierunt, ſed apud Solotorn reſident, ſecundos juſſus expectantes. Recedunt enim inviti: ſed magis ſtringit burſa quàm honor. Quid enim ſalvis infamia nummis?

Anno Domini milleſimo 449. Cum Ludovicus Cardinalis Arelatenſis à Concilio Baſilienſi ad Germaniam inferiorem miſſus, & legationis jam munere functus, Baſileam redire vellet, quarto ſupra Argentoratum miliario, à Johanne comite de Eberſtein, & Baronibus de Lutzelſtein, violen-

ter in-

Digitized by Google

ter invaditur, obtruitur, & equis mulisque onerariis spoliatur. Cardinalis autem vix evasit ad oppidum Benfelt festinans, quem, audito civitatis nomine, respondisse mox ferunt; Bene valet pro nobis. Captivi in arcem Franckenberg ducuntur. Cardinalis ad Sletstat conductus, cuidam Johanni de Lapide, qui tres linguas prorsus noverat, inter cætera dixit: Si nobiles illi qui nos spoliarunt, scirent in quibus negocijs legationem susceperimus, & quantum pro gloria & laude & incremento Germanicæ nationis laboremus, non solum nos non spoliassent, sed corpore & rebus & commeatu nos juvissent. In sessione quadã Concilii Basil. fertur dixisse: Ecce Christus vendebatur pro 30. argenteis, sed ego preciosius multum, quia pro sexaginta millibus aureorum per Gabrielem quondam Eugenium tradendis & exolvendis, ut captivarer, & sibi præsentarer, sui venundatus. Qui ceperant Cardinalem, factum excusabant, quod frater Cardinalis, cum Armiaci vastassent Alsatiam, in Dambach fuisset magno incommodo incolarum: hinc putabant in omnes Gallos sibi jus esse: tandem per episcopum Argentoraten. Rupertum & civitatem, res fuit composita.

In Concilio Basilienſi Julianus legatus Card. Tit. S. Angeli, multis nominibus commendabatur Sigismundo Rom. regi: ibi rex respondit: Tamen Romanus est.

Inter varia decreta Concilii Basilienſis, libet unius & alterius meminisse. *Ex decretis Concilii Basiliens. Judæis & infidelibus prædicetur verbum Dei.*

Sessione 19. decretum fuit de Judæis & Neophitis, ad Orthodoxam fidem convertendis. Quod Dioceſani omnes, quosdam in literis divinis bene eruditos aliquot vicibus annuatim deputent in locis, ubi Judæi vel alii infideles degunt, ad explicandum illis catholicæ fidei veritatem, ut infideles cognito errore desistant. Ad quam prædicationem sub pœnis tam commertii, per fideles illos inter dicendi, quam alias ad hæc opportunis, ipsos accedere compellant. Ipsi Dioceſani vero & prædicantes, ita se erga illos propitios ac charitate plenos exhibeant, ut non solum propalatione veritatis, sed & aliis humanitatis officiis ipsos Christo lucrifaciant.

Et ut prædicatio sit fructuosior prædicatores q; habuerint cognitionẽ linguarũ: omnib. modis servari præcipitur Constitutio ædita in Concilio Vienenſi, de discendis linguis, Hebræa, Chaldaica, Arabica, Græca. Et qui præcellas linguas docere debent, debita stipendia accipiant. *Studia linguarum in precio habenda.*

Sessione 20. decretum, ut publicus concubinarius à perceptione fructũ omnium ſuorum beneficiorum eorum mensium ſpatio, ſit ipſo facto ſuſpenſus, quos ſuus ſuperior in fabricam vel aliam evidentem Eccleſiarum utilitatem convertat. Quod ſi non dimiſerit, vel dimiſſam aut aliam publicè receperit, jubet hæc ſynodus omnibus beneficijs omnino privandum. Eſt autem publicus concubinarius, qui mulierem de incontinentia ſuſpectam & infamatam tenet, & admonitus per ſuperiorem, non dimittit. *Concubinatus inhibetur.*

Graviter autem invehitur ſynodus in eos, qui jurisditionem eccleſiaſticam habentes, pecuniarios queſtus à concubinarijs percipere non erubeſcunt, patiendo eos in tali fœditate ſordeſcere. Et cũ omne fornicationis crimen lege divina prohibitum ſit, monet omnes laicos; tam uxoratos quam ſolutos, ut ſimiliter à concubinatu abſtineat. *Hoc eſt fidelium Patrum ſanctorum crucifixionis ſtatuere. Vide Chronica Vſpergenſ. ſupra.*

QVOMODO BOHEMI VOCATI AD BASILIENſem Synodum, & quo ſtinere venerint.

ANno dom. 1431. menſe Auguſto Cardinalis Julianus (rebus non ſuccedentibus, nã Bohemi ſemper ſuperiores erant, quanquam à novo Pontifice Eugenio ſententia anathematis damnati) voluit ut Baſileam vocarentur. Quare Johannem Gelhuſium Monachum Mulbrunnenſem, & Hammannum Offenburgium, cõſulem Baſilienſem miſit primum ad Sigiſmundum Cæſarem Feldkirchii tum agentem, deinde ad Fridericũ ducem Auſtriæ, pro componendo bello, quod huic erat cum Philippo duce Burgundiæ. Fiebat hoc ut reddita pace, tuto liceret Baſileam venire, literas accipiunt à ſancta ſynodo Sigiſmundo Cæſari reddendas, quibus Bohemi & Moravi ad Concilũ vocabantur, has ille mox in Bohemiam perferendas curavit. At cum Sigiſmũdus in Italiam proficiſceretur. Imperialem à pontifice coronam ſuſceperus, prorectorem interim velut vicarium concilio dedit Vuilhelmum Bavariæ ducem. Porro cum ſynodus monita fuiſſet, noſtras conditiones pacis à Bohemis accipere velle poſt fœdam illã fugam, arbitrans hoc ignominioſum eſſe, miſit Johannem Niderium Theologum, & Johannem Gelhuſium, qui commodum redierat, ut vicinum Bohemis populum conſolarentur, & Moravos, Bohemos q; ad Concilium ante vocatos, ad veniendum ſedulo urgerent. Hii Baſilea diſcedentes, Monacum verſus (oppidum eſt Bavariæ) iter inſtituerunt. Vbi Vuilhelmum ducem, prorectorem Concilii ſalutant & monent, ut quamprimum Baſileam veniat. Mox Fridericum Marchionem Brandenburgii, Johannem ducem Bavariæ, & Senatum Norinbergenſem, ac alios Principes ac dominos partim literis ſynodalibus, partim ore adhortati ſunt, ut nullo pacto fœdus cum Boemis inirent, quod Eccleſiæ nocere poſſet. Rogabant & nomine Concilii, ut ſi Bohemi legatos ſuos Baſileam mittere vellẽt, deducerent eos, per ſuam quiſque regionem ſalvos. Omnes ſe hoc facturos receperunt. De vocatis Bohemis dici non poteſt, quam gavisi fuerunt omnes, præſertim laici, cum etiam lacrimas emitterent. *Vuilhelmum Bavariæ ducem prorectorem Concilii.* *Monacum.*

Et tabellarius Norinbergenſis, qui literas Concilii in Bohemiam tulerat, retulit quanta cum reverentia literas accepiſſet conſul majoris civitatis Pragenſis, & quibus ipſe præmiis fuiſſet donatus. Multum laboratum eſt per Egrenſes, Fridericum Marchionem Brandenburgenſem, Johannem Bavariæ ducem, & Senatum Norinbergenſem, de literis concilii in Bohemiam mittendis. Porro Bohemi non per omnia noſtris fidentes, in literis petebant, ut Oratores Concilii cũ principib. vicinis ad Egram venirent, ſuos quoq; illic adfuturos ut de cõmeatu ſive publica fide danda, quẽ ſalvũ conductum vocant, & alu rebus tractaretur. Menſe Aprili venerunt Egrã Oratores ſacri Concilii, Henricus Abbas S. Ægidii Norinbergenſis, Johannes Nider Theologus, Prior domus prædicatorũ apud Baſileam. Fridericus de Parſpergo, Decanus Ratiſponenſis, M. Heinricus Tocgius Canonicus Magdeburgenſis, Albertus paſtor apud S. Sebaldũ Norinbergæ, & Johannes Gelhuſius, Mulbrumenſis monachus, cum illuſtribus Principibus Friderico Marchione Brandenburgii, & Johanne Bavariæ duce, ac aliis procerib. ferè cum 200. & 50. equis Menſe Majo Egram venerunt. Bohemi cũ 19. equit. Heinricus Tocgius poſtridie eleganti oratione Bohemorum nuncios ſalutavit, Evangelium illud uſurpans, declaransq; Pax vobis. Mox ipſi propoſuerunt, quã atrocib. injuriis à nobis fuiſſent, hactenus affecti, eamq; rẽ extitiſſe cauſam tot utrinq; cladium: gaudere ſe, quod tãdem ſpes affulſiſſet, ut audirentur aliquando. Obſides poſtulabant Bohemi, non quoſvis, ſed principes & nobiles. Id cum noſtris non placeret, & res ita differretur, cepit vulgus apud Egram clamare, quo minus cũ Bohemis procederet concordia, per Eccleſiaſticos ſtare & Principes, Proinde pientiſſimi Principes Fridericus Marchio Brandenburgenſis, & Johannes Bavariæ dux, ſuapte ſponte ſe obligarunt. Hoc idem paulo poſt, roganre ſynodo, fecit protector Concilii Vuilhelmus dux Bavariæ, item ipſa ſynodus & Cæſar Sigiſmundus. Præterea promiſſio facta eſt, hoc idem omnes Principes & Civitates præſtaturos, per quorum ditionem eſſent profecturi Bohemi, atq; adeo ipſam civitatem Baſilienſem. Poſtulatum & hoc eſt à Bohemis, ut ipſe Cæſar præſens eſſet in ſynodo, quam fieri poſſet plenè cõgregata.

Egra.

Publica fides.

Oratores Concilii ad Egram.

Bohemi petunt obſides.

Conventus Egrenſis duravit dies 21. In quo fuerunt etiam ornatiſſimi viri, Petrus Volkamerſul Norinbergenſis, & Conradus Cuonhofer, juſſu, ſumptuq; ſuæ civitatis. Venerunt Bohemi, & quamvis audiſſent noſtros miranda pollicentes, adhuc plane non fidebant. Quare delegerunt duos nuncios, Nicolaum Hunpolzium, & Johannem Zanenſem, qui Baſileam irent, & cuncta diligenter explorarent. Hos Cunradus Epiſcopus Ratiſponenſis, & Conradus Seglaver, Decanus Eiſtettenſis, Catelſpurgum uſq;, ubi Marchio degebat, deduxerunt: in hoc à ſynodo paulo ante emiſſi, ut piſcarentur, an eſſent venturi Bohemorũ legati. In comitatu verò è noſtris erant, Abbas Eberacenſis, & cæteri nuncii ſacri Concilii. Cum Biberacum veniſſent, quidam infœliciter curioſus, ex altero Bohemorum nuncio quæſivit, unde nam eſſet. Reſpondit is ſe Zaczenſem eſſe. Illic, inquit ille ſunt execrabiles hæretici, & peſſimi homines &c. Qui propter hujuſmodi convicium, veluti violator publicæ fidei, ſtatim in carcerem raptus eſt, plus pœnæ depenſurus, niſi ipſi nuncii Bohemorum, & Abbas Eberacenſis precibus hominem liberaſſent. Cum veniſſet Baſileam, vino & piſcibus fuerunt à Senatu donati, manſeruntque illic dies quinq; & dimidiatum. Hi nuncii cum fuiſſent domum reverſi cum diplomatibus Concilii, indicaſſentq; quæ viderant, rem videlicet agi ſerio, nec ſubeſſe dolum, delecti ſunt Oratores ad Concilium mittendi de regno Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ, Johannes de Kraimtz, Jacobus de Vurzies ſonitz, Beneſius de Makrovuitz, Johannes Velutus de Praga, Matthias de Clumdezan, Laurinus de Hradiſſe, Gregorius de Curia, Nicolaus ſcriba Pragenſis, M. Johannes de Roccizano, M. Petrus Payne de Anglia, Procopius ductor exercitus Thaboritarum, Nicolaus de Pelerzunau, Marcoldus de Zbaraslauitz, Martinus de Chuidmi, & Petrus Zaczenſis. Qui cum in Tuſca conveniſſent, illinc per noſtros in Cambiam ſunt producti, cum literis quis per nobiles viros, Hinskoverum, Pflugium, Pavelſtorferum, Fridericum præpoſitum Ratiſponenſem, & alios, ubi Conradus Ratiſponenſis Epiſcopus ſubſtiterat. Ex Chambia Suenkendorphium itum eſt, atq; cum jam Norinbergæ vicini eſſent, Matthias Clumpenzanus præfectus, Pieſtienſis vexillum protulit, cujus una pars crucifixi imaginem habebat depictam, altera calicem Euchariſtiæ figura ſuperpoſita, ſicq; Norinbergam ſunt ingreſſi. Verum cum à noſtris moniti eſſent, id poſtea nuſquam fecerunt. Norinbergenſes præter vinarium atq; piſcarium munus etiam 22. equites conceſſerunt, qui illos Vlmam comitarentur. Ex Norinberga Albertus Marchionis filius, in Guntzenhuſium produxit. Oetingenſis comitis miniſtri Nordlingam, & poſtero die Vlmam, Vlmenſes porrò Biberacum & Sulgoviam uſque inde exceptos Jacobus Truchſes de Vualpurgo, eques auratus Stockacum produxit. Satellites ducis Bavariæ Vuilhelmi, Schafthuſium poſt deduxerunt, illic naves ingreſſi, Baſileam venerunt quarto die Januarii. Nona ejuſdem menſis, cum ſynodum acceſſiſſent, Julianus Cardinalis orationem ad eos habuit, ſummo patrum conſenſu benigne & luculenter eos adhortans ad ea quæ unionis ſunt & pacis. Ex re ſua facere Bohemos, qui aquæ fluenta apud Concilũ quærerent, matremque tandem audire ſtatuerint. Reſponſum eſt à Bohemis, ſe neque Concilia, nec Eccleſiam contemniſſe, adverſus inauditos ſententiam Conſtantiæ latam, nihil de religione Chriſtiana detrahere. Interrogati quænam eſſent illa in quibus à Romana Eccleſia diſſentirent, quatuor articulos propoſuere.

Baſilea.

Vexillum Bohemorum.

Norinberga.

Guntzenhuſium.

Nordlinga.

Sulgovia. Stockacum. Schafhuſen. Baſilea.

I. De communione divinæ Euchariſtiæ, ſub ſpecie panis & vini.
II. De civili dominio quod clericis interdictum, divina lege dicebant.
III. De prædicatione verbi, quàm liberam omnibus arbitrarentur.
IV. De publicis delictis, quæ nulla ratione toleranda putabant.

Verum cum Julianus legatus etiam alia ſe accepiſſe de Bohemis affirmaret quod religiones mendicantium inventum diabolicum prædicarent. Aſſurgens Procopius, neque hoc falſum eſt, inquit. Nam ſi neque Moyſes, neque ante eum Patriarchæ, neque poſt eum Prophetæ, neque in nova lege Chriſtus, neque Apoſtoli inſtituere mendicantes, quis non intelligit diaboli, tenebrarumque opus eſſe? Excepta eſt ingenti auditorum cachinno Procopii vox. Selegerunt Bohemi quatuor Magiſtros qui ſuos articulos ex divina lege ſumptos oſtenderent, qui eos confutarent ex cœtu patrum totidem. Diſputatum eſt quinquaginta diebus, multa in utramque partem adducta. Miſſi & Oratores ex Concilio in Bohemiam, multa agitata, nunc pacis ſpes facta, nunc belli metus. Inter hos primarius fuit Philibertus Epiſcopus Conſtantienſis, natione Gallicus. Legati Baſileam remiſſi, qui declarationem ſuper articulo communionis expeterent. Quumque nulli eſſent Eccleſiæ redditus, ex quibus ali templorum miniſtri poſſent, juſſit Imperator ex fiſco regio per ſingula Canonicorum capita hebdomatim aureum nummum diſtribui, minoribus clericis dimidium dari. Ea res annuè aureorum ſex millia Pragæ apud Eccleſiam cathedralem abſumpſit. Hæc Sylvius.

Religiones mendicantium ex diabolo.

Procopii Bohemi vox riſu excepta

Oratores Concilii in Bohemiam miſſi.

Turcarum Imperator ea tempeſtate ſæpe antea ab Imperatore oppugnatus, tum nō ſolum treugas, ſed perpetuæ pacis fœdera cum Imperatore iniens, miſit Baſileam ſolennes ad id perficiendum Oratores. Sciens Imperator, in Eccleſiam juſſit apparari ſuggeſtum, in quo imperialibus fultus ornamentis, conſederat. Ante Oratores ibant qui dona ferrent, viri duodecim, alii duodecim virorum paria fuiſſe contendunt, qui manu ſinguli geſtarent aureos cyphos apertos, Imperatori dono. Succeſſit alius ordo, ferentium vaſa aurea geminata, proculdubio non vacua, ſed aureis nummis plena. Inde tertius ordo ferentium pannos, veluto & auro preciosos. Poſt omnes quidam ferebant veſtem ſerico, auro, gemmis, incomparabilem. Quæ omnia Imperator ſuo ordine excepit. Perfecto propter quod venerant negotio, honoratos, & pro magnificentia ſua donatos, remiſit domino ſuo, quem etiam non parvis muneribus viciſſim honeſtabat.

Turcæ Legati ad Concilium Baſilienſe.

Interea & Græcorum Imperator Johannes miſit Oratores ſuos ad Concilium Baſilienſe, optans omnimodam fieri unionem.

Imperator Sigiſmundus Comitia Francophordiæ indixit, ad reformandum imperii ſtatum in capite & membris. Conſtituit enim ſummæ prudentiæ vir induſtrius, jam ævo maturus à ſuo ordiri gradu, ut omnia componens, cæteris juſtiori cauſa immineret. Primò quid ad Imperatorem pertineret, quæ vigilantia, quæ inſtantia, quæ ſingulorum in ſuis juribus defenſio. Secundo, quid à ſuis debeatur Imperatori, quæ obſequia, quæ obedientia & ſubjectio. Tertio, de imperii juribus. Quarto, de imperii nervis, de vectigalibus, ſine quibus ne inferior quidem principatus poſſet conſiſtere. Sed admonere potuit, cogere renitentes non potuit. Quis enim leonibus, urſis & lupis (ut ille in figura monſtrabat) extorquebit aquilæ primarias pennas? Quinto, commovit quemque ſui ordinis, ut regni Principes juſtitiam facerent, itinera publica ſecura præſtarent, latrones inſectarentur. Alb. Krantz.

Jam annus erat mil. 400. & 37. Cum Sigiſmundus Romanorum Imperator & ipſe finem vivendi fecit, multos evacuans principatus, de quibus oriri contentio plurima formidaretur, ſi unicam filiam non reliquiſſet, quæ nupta Alberto Auſtriæ duci, finem fecit controverſiarum, nam per illam ſucceſſit in regnis Vngariæ atque Bohemiæ, brevi etiam poſt perveniens ad regnum Romanorum.

SIGISMVNDI MORS.

Sigiſmundi mors.

COrpus Sigiſmundi in Varadino, ut ultima voluntate conſtituerat, tumulatum eſt, Barbaram Imperatricem uxorem, Sigiſmundi morte inſoleſcentem, cum jam novum maritum quæreret, cui regna ſociaret, proceres vinciri jubent. Vnà ipſa captiva, & imperatoris cadaver devehuntur, miſerabile ſpectaculum; & rerum humanarum ſingulare documentum. Infamis imperatrix, quæ ſtultas vocavit omnes fœminas, quæ voluptatibus non inſervirent.

De Sigiſmundo Æneas Sylvius in Europa ſic ſcribit. Multa hujus Sigiſmundi egregia facinora memoriæ proditæ ſunt. Inter quæ illud præclariſſimum, quod Eccleſiam catholicam in tres partes diviſam, coacto apud Conſtantiam generali Concilio ad unitatem redegit. Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Angliam, hujus rei cauſa peregrans Vitoldo Lituaniæ duci, ut ſe regem appellaret miſſa corona indulſit. Prius tamen ille vita deceſſit, quam ſolennia coronationis expleret. Pruſiam, quam rex Poloniæ fratribus beatæ Mariæ, Teutonicorum armis ademerat, reſtitui juſſit. Cum Venetis duce Pipone Florentino gravia bella geſſit. Vuenceslaum Bohemiæ regem, Germanum ſuum, quod regno inutilis eſſet, conjecit in vincula, quamvis negligentet cuſtoditum, magno reipub. malo, quidam Bohemi è carceribus ſurripuerunt, coronam imperii ab Eugenio Pontifice Romæ accepit, Bohemia, poſt multas calamitates, vix tandem potitus eſt, Marchiam Brandenburgen-

Digitized by Google

ſem Friderico Burgravio Norinbergenſi dono dedit, filiam Elizabet ex Barbara natam, Alberto duci Auſtriæ in matrimonium copulavit, illique demum apud Znoymam Moraviæ civitatem morienti, regna quibus præfuerat, ultima voluntate reliquit.

Anno do. 1437. Dum Sigiſmundus Suevorum terram perambulat, & Vlmam venit, ecce eadem die quoddam genus piſcium copioſe, de regni finibus Vngariæ, incognitum per piſcatores ibidem, illico prenſum, & ad Imperatoris præſentiam delatum, apparebat. Quod Imperator non ſine grandis ammiratione myſterii proſpiciebat. Hii ſunt (inquit) nobilis Vngariæ regni veri regnicolæ, nobis obviando, catervatim occurrentes, & nos in regnum noſtrum reverſurum, requirendo nunciantes. Eamus igitur viſuri terram noſtram. Recedente rege, piſces diſparuerunt. In itinere moritur in oppido Snayme, Olmacenſis dioceſis. Hæc Malleolus.

Græci interea, ut erat conſtitutum, ad Concilium properabant, qui & ſi galeas haberent obviis à ſummo pontifice proviſas tamen ſuis in navibus venere Venetias, Johannes Imperator. Joſephus Patriarcha Cõſtantinopolitani, ad ſeptingentos erant viri, in eorum comitatu, prælati, nobiles, docti. Eugenius Pontifex, & de adventu Græcorum, & quod occaſionem Concilii per eos haberet, inſtitit transferre Ferrariam, deſuper emittens litteras Baſileam, & in omnia loca opportuna. Græci quidem, ubi intellexere motum Pontificis, ut ei gratificarent, gravabantur in Baſileam tranſire. Sub hoc tumultu Chriſtianiſmi, vacabat imperium, Papa unionis Græcorum cauſam præ ſe ferens, patres Concilii, Ferrariam vocat.

Fatal imperium.

QVI EX GRÆCIA AD CONCILIVM venerint Ferrariam.

OPeræ precium eſt agnoſcere, qui ex Græcia venerint, Patres & Principes. Ipſe dominus Johannes imperator Conſtantinopolitanus, dominus Demetrius deſpotes illuſtriſſimus, dicti regis Germanus, quiſque ſuis cum proceribus, Patriarcha Conſtantinopolitanus cum inſtitutis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Officialibus curiarum: Archiepiſcopus Trapezontinus, Epheſinus, Chuſitenſis, Heraclienſis, Monenbuſſienſis, Sardenſis, Nicenus, Nicomedienſis, Tomobenſis, Lacedemonienſis, Mitilenenſis, Noldebacenſis, Rhodienſis, Amenteſienſis, Suranenſis Nelauſenenſis, Dronienſis, Athenienſis, Corinthius cum multis aliis omnes Archiepiſcopi, cum multis ſine nomine Epiſcopis: Officiales, Patriarchatus Conſtantinopolitani, quæ Græce Σκευοφυλακεῖα appellantur, hoc eſt cruciferi, Magnus Scacelarius, Magnus Cartophilax, Magnus Eccleſiarcha, Protodicus, Nemerophilax, cum quinquaginta Clericis. Abbates, Magnus Protho ſyncelus, Abbas Gerontinus Pantonotaris cum aliis multis Abbatibus, Ambaſiatoribus. Hii omnes Principes Eccleſiaſtici ſeculares traxere in comitiva & miniſterio octingentas perſonas. Hæc igitur per catalogum paucis referuntur, ut dolentes videamus, quid, quantumque in capta Conſtantinopoli amiſerit Chriſtianiſmus, ut ſummo dolore proſequamur tantam jacturam Chriſtianitatis. Excepti ſunt hii permagnifice Ferrariæ. Erant plures ex eis qui linguam calleret latinam. Erant rurſus ex latinis multi qui ſciebant Græce. Inceptis tractatibus cepit peſtis ſevire in eo loco, quæ ratio fuit transferendi Concilii Florentiam, ibique cepta Ferrariæ ſunt continuata, diuque diſputatum ſuper articulis & punctis diſcrepantiæ, Latinorum, Græcorumq;. De proceſſione Spiritus ſancti, de Symbolo Niceno, Oſtenſum diſcrepantiam eſſe magis in verbo quam ſenſu. Interprætes erant Nicolaus Euboicus, Ambroſius Camaldulenſis Abbas. Fit unio Orientalium & Occidentalium eccleſiarum, quæ utinam manſiſſet.

Jactura Chriſtianorum, in amiſſa Conſtantinopoli. Tranſfertur Concilium Florentiã.

ALBERTVS II. XXXVI. GERMANORVM IMPERATOR.

ANno Chriſti 1438. Principes Electores in Francofordiam evocati, elegerunt in regem Romanorum Albertum Auſtriæ ducem, Sigiſmundi prædeceſſoris generum. qui jam ante coronas Vngariæ & Bohemiæ in dotem promeruit, per eandẽ ſuam conthoralem, coronatus Aquiſgrani.

De hoc legis in Sylvio capite primo Europæ: Albertus apud Albam regalem cum conjuge coronatus, Bohemiæ quoque diadema ſuſcepit, cujus fœlicitatem admirati Germaniæ principes, & ipſi ſuũ ſanguinem extollere decreverunt, Romanum ei committentes Imperium. Id Alberto ſuſcipere non licebat, niſi primores Hungariæ indulgerent, quibus haud ex uſu videbatur ſuum regem Teutonibus imperare, atque ob eam cauſam jurejurando Albertum obligaverunt, ne ſuo injuſſu Imperium acceptaret. Vocati tamen ad regem, qui tum fuit Vuiennæ, victi precibus, præbuere cõſenſum. Ille imperio auctus, ad Hungariam rediit, adverſus Turcas, qui tum Raſciam invaſerant, arma moturus. Sed dum Budæ moram facit (ea eſt regum ſedes) judex civitatis natione Teutonicus, Hungarum quempiam ob delictum fluvio dimerſit. Id Hungari moleſtiſſime tulerunt, quibus Teutonicum nomen exoſum eſt. Excitatur tumultus, Hungari arma corripiunt, obvios Teutones paſſim trucidant. Jacobus Marchianus ordinis Minorum profeſſor, tumultum ſedaturus, Salvatoris crucifixi ſimulachrum geſtat, modo precibus, modo lachrymis furorem incenſæ plebis lenire conatus eſt.

Sedato

Sedato tumultu, Georgius Palocius Strigonienſis Eccleſiæ pontifex moritur, apud quem prætioſa regni ſuppellex in cuſtodia fuit. Rex Strigonium petit, & regina cum eo: aperiuntur arcæ, in quibus theſaurus obſervabatur, coram regina. Illa, clam ſubtracta corona (quam ſacram appellant) fidelique amici tradita, arcas claudit atque obſignat.

Albertus paulo poſt Dranum uſque fluvium proficiſcitur, ibique caſtrametatus, majores copias expectat, cum quibus Turcas invadere poſſit, Sindronium obſidentes: prius tamen expugnatum eſt oppidum, quàm auxilia venirent. Ipſe Budam reverſus, cum dyſenteria laboraret, Vuiennam repetere ſtatuit, ſive moriturus inter ſuos, ſive quod aerem in quo fuerat nutritus, conſervare aliquid ad ſanitatem ſperabat: ſed in itinere magis ac magis morbo affectus, relicta uxore prægnante, obſignatoque teſtamento, in villa quæ Longa dicitur, 6. Calendar. Novembr. è vita deceſſit, religioſus Princeps, & qui liberalitate ſimul juſtitiaque præſtaret. Fuit quoque in bellis audax, & manu promptus. Moravos ac Bohemos armis ſubegit: Polonos late vagantes intra regnum ſuum cohercuit. Magna de ſe Chriſtianæ Reipublicæ promittere videbatur, nec minora populi de ſua virtute conceperant: pulcherrimæ ſpei ſatisfieri, brevitas vitæ non ſinit. Repente occidit, quæ brevi ad ſummum potentiæ creverat: neque enim biennio toto imperavit princeps longiori dignus vita, & in quo ſpes erat recuperandorum de Imperio jurium perditorum. Statura ejus procera fuit, nervoſum & validum corpus, facies terrifica, more gentis eraſa barba, ſuperius labium intenſum: veſtem haud ſplendidam balthenis auro granis cinxit, nec unquam lateri deſuit enſis. Corpus ejus in Alba reconditum eſt. Cognita regis morte, convenientes Hungari, indignum ac periculoſum æſtimant, tantum regnum unius fœminæ judicio ſubjacere, reginam magnis precibus hortantur, Vladiſlaum Poloniæ regem, qui populum armis tuetur, ſibi ut virum aſciſcat. Conſentit mulier, ea conditione adjecta, ne quod filio præjudicium fiat, ſi maſculum pariat. Legantur in Poloniam prælati Eccleſiarum, & principes regni: quibus iter agentibus, Ladiſlaus poſthumus naſcitur, qui mox ut in lucem prodiit, apud Albam regalem & baptiſmum Chriſtianæ fidei ſignaculum, & militiæ cingulum, & ſacram Hungariæ coronam, quam mater penes ſe habuit, eadem die accepit. Inde ſublatus, in tutela Friderici tertii Cæſaris, duodecim fermè annis fuit, cui mater & ipſum & coronam commendavit.

Reponibus dolo datum, ferunt dyſenteriam ſuâ diſſe.

RVSTICANA BELLA.

IN hac generatione ſub Sigiſmundo Imperatore in regno Hungariæ duo Ruſticana bella, autoribus duobus ruſticis, altero Antonio, altero Martino, cœpere. Antonius in transſylvanis regni partibus, Martinus poſtea in terra Nir & Zamſoskeutz magnâ ruſticorum vi collecta, & nomine regio aſſumpto, vexillis elevatis, in gentibus velut inundatio quædam erumpentes, viribus regnum ipſum ſubiicere cupientes, huc illucque ferebantur, nobilesque univerſos ſibi occurrentes, interficiebant, ad villas vero & oppida, ut illis adhærerent, nuncios cum ſanguinolentis gladiis mittebant, nolentes vero inclinari, prædæ & morti exponebant. Et in tantum ruſticana hæc potentia creverat, quod & armati illos pavebant. Tandem multa procerum expeditione contriti & debellati ſunt, regibus ipſis morte mulctatis, cæteros qui evadere nequibant, alios oculis, alios naſo & labiis, aliis vero manibus truncavere.

An. dom. 1435. Apud Cajetã memorabili eſt eventu pugnatum. Captus Alfonſus rex & cũ eo duo fratres, Navarræ rex, & Heinricus infans, Johannes Antonius Vrſinus Princeps Tarentinus, Martianus dux, trecentique alii illuſtres viri. Capti reges ad Philippum vicecomitem perducti ſunt, quos ille non ut hoſtes, ſed ut reges & hoſpites penes ſe habuit: poſtremo ampliſſimis muneribus donatos, incolumes dimiſit: rarum clementiæ exemplum in hoſte. Sabel. Enne. decimo libro tertio.

Cauſa Eccleſiæ interim varie habuit. Miſit papa nuncios Apoſtolicos in diverſas mundi partes, juſtificare factum ſuum, & accuſare Concilium: ſed tum ſuaſi Græci & perſuaſi, pontificis partibus potius quam Concilii inclinavere. Venit & Julianus Cardinalis Baſilea, Ferrariam ſe conferens. Et inchoata eſt Ferrariæ rerum contrectatio, ſed propter incipientem graſſari peſtem, in Florentiam tranſlato Concilio, perfecta eſt unio Græcorum, ſed tamen eodem quo ſæpe prius exitu.

Bohemi quidem hujus Alberti tempore, Poloniæ regi ſe adjunxerant, & ſtudebant hunc facere regem Bohemiæ. Poloni magnum exercitum duxerunt in Bohemiam, adjunctis etiam ſibi Thaboritis. Contra illos Imperator Albertus miſit Albertum Marchionem Brandenburgenſem: is aliquandiu cum eis pugnavit, quoad hæc cauſa inter Cæſarem & Polonum componeretur. *Poloni in Bohemiam mouent.*

Albertus imperator magna copia in Vngariam ivit contra Ammuratem Turcam, qui Hungariam infeſtabat. At Ammurates non expectavit adventum Alberti; oppugnata Sinderovia, abſceſſit verſus Græciam, & invadit Theſſalonica.

FRIDERIGVS III. AVSTRIAE DVX, XXXVIII. Germanorum Imperator.

Fridericus III, 38. Germ. imp.

ANno domini milleſimo 440. Imperio vacante, convenerunt Electores Franckfordiam, & elegerunt Fridericum Auſtriæ ducem, Erneſti ducis Auſtriæ filium, Alberti regis fratrem patruelem, aduleſcentem, mente ſenem, ætate juvenem, 25. enim aut circiter agebat annum cum eligeretur, in quo cum ſpes maxima fuit ſuſtinendi imperii: ſed erat ille Fabio Maximo propior quam Scipioni, multa reponens in cunctatione, nihil illi de celeritate conficiendæ rei. Prima illi cura fuit, ſublata de natione Germanica neutralitate, ſubdere colla Eugenio Pontifici. Placavitq; Amedeum Sabaudiæ ducem, quem Baſilienſi Cœcilio creatum pontificem, dixere Fœlicem. Ille enim ſuaſu Friderici regis poſito pontificis nomine ad pedes venit Eugenii, qui illum legationis titulo perornavit. Tum Concilium Baſilienſe paulatim ſubductis patribus cœpit evaneſcere. Scribit hic Krantz, Laus egregia Friderici pacem eccleſiæ reddidiſſe, ſed aliquanto major, ſi hoc adjeciſſet operi ſuo, ut auro provinciæ non emungantur, vel ut ipſe pater patrum, ex auro quod ex Annatis corradit Chriſtianiſmum tutaretur, non ſuos nepotes glorificaret.

Hoc ex inſcriptione ſigilli apparet. Frider. imp. impenſe pacis amator.

Baſil. Concilium evaneſcit

Pon. Rom. notatus

Vladiſlaus Poloniæ eligitur in regem Bohemiæ.

Erat autem Sigiſmundi filia Imp. Alberti uxor gravida: at Hungari nolebant expectare futurum hæredem, ſed elegerunt Vladiſlaum juvenem regem Poloniæ, in regem Bohemiæ. Vngariæ hactenus præfuerat Johannes Huniad Matthiæ pater. Hic Johannes Huniad magna clade Turcam Amuratem affecit, ita ut Amurates cogeretur inducias facere. Vbi vero Vradiſlaus in Vngariam venit, ſpes erat multorum (quoniam Polonia & Vngaria vires jungebant) quod aliquid magni eſſent cõtra Turcam effecturi. Et fieri poteſt, ad eam rem Vladiſlaum propenſo fuiſſe animo, honoris ambitione: quapropter Julianus Cardinalis inducias factas cum Turca, diſſolvit, hoc prætextu: Non poſſe cum Turca pacem fieri, ſine conſenſu Papæ, quoniam totius Chriſtianitatis hæc cauſa eſſet.

Vladiſlaus cõtra Amuratem.

Tum Vladiſlaus contra Amuratem exercitum duxit Varvam uſque, quæ non longe diſtat à Conſtantinopoli, tametſi Johannes Huniad hoc vehementer diſſuaſerit, utpote is, qui populi ſui vires ſatis perſpectas habebat, viciſſim Turcæ potentiam & conditionem abunde tenebat, nec ſine magna cauſa cum Amurate inducias fecerat. Et fertur cum Vladiſlaus à Vualacho Dracole peteret, ut & ipſe mitteret auxilia, quod Vualachus diſſuaſerit. Nihilominus filium ſuum cum 20. mil. equitibus miſerit & Vladiſlao dixerit, quod donet eiad illam profectionem celerrimum equũ & præcioſum, & ſimilem dederit filio ſuo: nam non cogitet aliud, quàm vincendos & feriendos eſſe eos. Idcirco debeant ad manum habere illos equos, & cum neceſſitas expoſcat, inſidentes fuga ſibi conſulere. Turcæ verò circumſpecte omnia agebant: & ante quam Hungari ſuos in ordinem redegiſſent, adoriebantur Turcæ. Vtut autem Chriſtiani ſtrenuiſſime agerent, interfectis multis Turcis, tamen Turcæ multitudine ſuperiores vicerunt, & iuvenem regem Vladiſlaũ interfecerunt. Poſthac Cardinalis Julianus quoque in fuga interimitur, dum jumentum aquaret, ipſi aggreſſi hominem, quem auro refertum putarent, occiderunt. Huniad vero, utpote prudens bellator, prudenter agebat, & evaſit. Hæc ſtrages facta fuit anno domini milleſimo 444. decima die Novemb.

Vualachus Dracolæ.

Equi ad fugam.

Cardinalis Julianus interimitur

Amurates ſit monachus à conflictu.

Amurates poſt hunc conflictum factus fuit Monachus Mahumeticus, putans quod in ſuo regimine ſatis effeciſſet, quod in clade evaſiſſet victor: nec voluit ultra fortunam experiri. Huniad vero rurſus congreditur cum Turcis, & ita eos anguſtavit, ut rurſus peterent Amuratem regimento præficiendum, & ducem exercitus contra Huniad.

Poſthac ubi amiſſa fuit Conſtantinopolis, & Mahumetes Turcarum imperator potenti manu Hungariam invaderet, Huniad hunc Mahumetem graviter oppreſſit, & ſuſtinuerunt Turcæ ingentem ſtragem. Hac ratione Huniad totam Europam liberavit. Nam ſi hæc invaſio ſucceſſiſſet Mahumeti, ab Italia & aliis terris non abſtinuiſſet.

Poſt mortem Vladiſlai, Hungari Ladiſlaum juniorem hæredem, filium filiæ Sigiſmundi, in regem ſuſceperunt. Sic Ladiſlao puero regnum Hungariæ, quod cognominis ejus alius Ladiſlaus in queſtionem vocaverat, ſine controverſia redditur. Hic Ladiſlaus poſt aliquot annos adoleſcentiæ, Pragis mortuus eſt.

DE DELPHINO REGIS FRANCIAE FILIO, ET Armiacis, Alſatiam obſidentibus, & Suitenſibus apud Baſileam miſerabili clade proſtratis.

Ex Epiſtola Æneæ Sylvii, 87.

ANno Domini milleſimo 444. Venit per hos dies Ludovicus Delphinus Vuienenſis ac primogenitus regis Franciæ, cum magno exercitu infra limites Imperii, oppidumque obſidione cinxit, cui nomen eſt mons Belligardi, quod ab imperio comites de Vuirtemberg habent in feudum. Ibi cum aliquandiu Delphinus maneret, cum caſtellanis tandem convenit, ut ſibi ad certum tempus oppidum traderetur, quo lapſo, id libere reſtitueret.

Ludovicus Delphinus.

Nam

Nam aliter vi decreverat expugnare, ut locum haberet in quo morari posset, quia non decebat regis filium in campis degere absque tecto. Postquam Delphinus Biligardi potitus est, famam undique sui adventus publicavit, sed non uno modo apud omnes. Apud aliquos nanq; se in auxilium nobilitatis venisse prædicabat, tanquam in Germania per communitates esset oppressa. Apud alios vero vocatum se dicebat per Rom. regem contra Suitenses. Nonnullis autem se velle vendicare jura domus Franciæ asseverebat, quæ usque ad Rhenum protendi dicebat. Et hac causa urbem Argentinam obsessurum se affirmabat. Dicebat etiam & propter ducem Sigismundum se venisse. Et hos rumores ubique publicari studebat, non quod ita esset, sed quod favorem ob eam causam sese putabat habiturum. Dum hæc fama sic percurrit, nobiles Alsatiæ, quibus gravior videtur Suitensiũ dominatus, Oratores ad Delphinum mittunt, eũq; rogant, ut præsidia contra Suitenses præbeat.

Varie cause adventus Delphini.

Nobiles contrà Suitenses.

De Delphini exercitu varia dicta sunt; qui majora sequuntur, 60. millia hominum in ejus comitatu fantur haberi: qui minora probant 25. millia: medii vel 30. vel 6. & 30. millia censent esse. Concordatum inter Delphinum & Alsatien. 25. millia hominum ex suo exercitu per hyemem in oppidis Alsatiæ recipi: ipteq; Delphinus & Turricensibus & aliis obsessis ferre opem promittit. Veniebant jam Delphini gentes, quæ vulgo vocantur Armeniaci, in subsidium cujusdam castelli, quod Suitenses prope Basileam obsidebant. Suitenses ut hoc senserunt, non expectatis hostibus ad viam pergunt, primasque Armeniacorum turmas invadunt, stragem dant, plurimosq; neci præbent. Armeniaci retro pedetentim fugientes, ad majorem exercitum se recipiunt. Illi sanguinis cupidi, & avidi victoriæ, dum gloriam quærunt propriam, salutem amittunt. Ventum erat ad hospitale S. Jacobi, quod vix quatuor stadus à Basilea distat, ibi universa multitudo Armeniacorum in Suitenses irruit, nonnullis ante portas Basilienſ. positis, qui exeuntes observarent, cæderentque. Committitur atrox & miserabile prælium, cæduntur que ex utraque parte plurimi. Horrendum auditu est. Evellebant sanguinolentas ex corporibus suis sagittas Suitenses, ac truncatis manibus in hostes irruerunt; nec prius animam exhalabant, quam occisorem ipsi occidissent. Quidam hastis cõfossi, & onusti teliis, inter Armeniacos currentes, necem suam vindicabant. Erant quatuor Armeniaci, qui Suitensem unum insequebantur. Jamque illi telum confossum straverant, & supra corpus grassabantur: cũ ejus comes arrepta bipenni, in quatuor illos fertur: ex quibus duos obtruncavit, alios vero in fugam dedit, ac deinde semianimum corpus super humeris recepit, & invitis hostibus portavit ad suos. Erat retro Suitenses murus quidam horti S. Jacobi, qui illic se tutos ab una parte rebantur, solũq; in fronte pugnabant. Sed Teutonici qui cum Armeniacis erant, intrantes hortũ, murum perfodiunt, Suitensesq; à tergo feriunt, quæ res magna causa ruinæ Suitensium fuit. Pugnatur tum ante & retro. Jam vero vir imminet, nec jam eminus, sed cominus ferrum stringitur, Suitenses quasi Leones per omnem exercitum in victores vagantur, cædunt, sternuntq; omnia, ut qui jam non in spẽ victoriæ, sed in mortis ultionem se pugnare sciunt. Prælium à principio diei usq; in finẽ tractum est. Ad extremum non victi Suitenses, sed vincendo fatigati, inter ingentes hostium catervas ceciderunt. Victoria lugubris atque cruentissima Armeniacorum fuit, campusque liber eis mansit, non virtute, sed multitudine superantibus.

Armeniaci, alias Armiaci.

Hospitale S. Jacobi apud Basileam.

Memorabile.

Teutonici cum Armeniacis.

Ex Suitensibus qui plures occidisse jurant quatuor millia: qui minus, mille & quingentos viros cecidisse ajunt. Ex Armeniacis dicunt à 1 pu plures desideratos esse, quàm ex Suitensibus. Magna cædes equorum fuit. Plures Teutones dum ulcisci Suitenses volunt, vitam amiserunt. Suitenses autem nulla res magis extinxit, quam magnanimitas, sive illa temeritas fuit. Nam dum hostes parvipendunt, eò deducti sunt, unde exire non potuere. Qui sapit, nec nimis timet hostes, nec contemnit nimis.

Numerus occisorũ Suitensium.

Dum hæc aguntur, Rex Ro. Oratores ad Delphinum mittit, Episcopũ Augustensem, & Johannem de Eich Doctorem, nonnulloſq; milites perscrutatum quid causæ sit quod imperium cum exercitu sit ingressus. Redeunt Oratores, & cũ his Delphinus suos ad regem destinat quinq; viros præstantes. Interim ex parte Concilii Basilienſis, Cardinales duo, Arelatensis, & S. Calixti, pluresq; alii Doctores Delphinum adeunt, & cum his cives Basilienses, deprecanturq;, ne vel Concilio, vel Civitati noceat. Is rursus suos Basileam cũ his nuncios mittit, qui adhuc ibi sunt. Habentq; diversos concordiæ tractatus: Nam & Oratores Papæ Felicis, & ducis Sabaudiæ, totiusq; Suitensium factionis illic convenerunt. Rumor est potissimum, urbem Basilienſem tanquam regni Franciæ sibi restitui, quod si fiat, magna privilegia illi civitati pollicetur. Oratores autem Delphini, qui hic sunt, ajunt Delphinum, vocatu regis, contra Suitenses venisse, dicuntq; se jam stravisse magnam inimicorũ manum, suaq; opera remotam ex Thurego obsidionem, petuntq; firmari pacta cum nobilibus Alsatiæ percussa, stationesq; in hanc hiemem exigunt, quæ sibi si negent, non posse se dicunt abstinere quin noceant. Habent jam Lauffenberg, Seckingen, & alia quædam oppida, sed illa non sufficere prædicant. Brisacum & Friburgum volunt adjungi. Exinde Sigismundum Austriæ ducem, ad consumandum matrimonium cum filia regis Franciæ, Delphiniq; sorore transmitti quærunt. Nihil adhuc responsi datum est. Faxit Deus, ut finis sit bonus: Nam murem in pera nutrire, quam tutum sit, Proverbium docet, anguis torpentem frigore herinacium domi susceptt, qui calefactus extensis pennis, anguem domo pepulit.

Oratores Ro. regis ad Delphinum.

Legatio Concilii ad Delphinum.

Mus in pera.

Habent Chronica Argentoratenſia ſcripta, Armeniacos bis irrupiſſe in Alſatiam. Primum per Lotharingiam & Vueſtericham, numero 12. millia apud Zaberniam veniunt, & dieb. 14 nemine cõtra ſtante, horrenda crimina deſignant, tandem apud Mumpelgart rurſus in Galliam abeunt. Alterâ vice Armeniaci apud Mumpelgart erumpunt, non ſine ovatione nobilitatis Auſtriacæ. Anno eodẽ Alſatiæ vicos, & nonnullas civitates, dolo, proditione, blandimentis intrant, fidem non ſervant, fertiliſſimam terram miſere vaſtant, igne, ferro. Vbi ſatis ſævitum eſt, & omne genus facinorum commiſſum, inſuper omnia vitæ alimenta voraturnt, & omnem libidinem in ruinas ædificiorum ex pleviſſent, mutilus fractusque exercitus in Gallias traducitur.

Armeniaci dicti, die armen Gecke

Hic capitaneus in Chronica Argent. vocatur Burckhardus Munch, hoc eſt adnominatio Bourgalemonium, fertur hunc dixiſſe, cum videret ſterni & cadi Suitenſes, Germanice (hie watten wir in Roſen) *ſed & homo bellus erat, Sic enim effatus Verbum, cum galea os aperit. Vt ſurus Victoria dei ſtimi, lapidis iactu lataliter percutitur.*

Ro. Guarinus lib. 10. habet quod anno eodẽ de duorũ & viginti menſium induciis, inter Franciæ Angliæq; reges convenit, permiſſa utrimque libertate merces commutandi, atq; inter ſe negotiandi, per quod induciarum tempus ne miles ocio torpeſceret, Siciliæ regi Carolus ſuppetias tulit adverſus Metenſes, & quoſdam Lotharingiæ incolas, qui ei non parebant. Admonitis Metenſibus obedire, cum dicto audientes non eſſent, eos Carolus circumſedit multis copiis, & Delphini præſentia potens. Firmata obſidione Ro. Imp. de Helvetiis quæſtus, quod imperio rebellarent. Carolus per Bourgalemonium Germanum inſignem equitem orat, partem militum ſibi contra deſciſcentem, à ſe Helvetium communicet. Ea res cum ingrata regi non eſſet, Delphinum Baſileam cum copiis mittit, aſſiſtente illi Bourgalemonio Federici præfecto. Dum autem viam pergit Helvetorum non contemnendam manum non longè à Baſilea offendit, in quos (cum in hortos quoſdam ſe recepiſſent) arma convertens Bourgalemonium ante alios amiſit, cum aliquot aliis interemptum, fudit nihilominus hoſtem, & ad unum occidit. Inde ad ſanctum Hypolitum movens, ſpe oppidi conſeſtim oppugnandi, cum id fruſtra conatus fuiſſet, habuit tame ſibi obtemperantes oppidanos. Sed Francus miles ſuo more ex agris prædas agens furentem gentem in ſe excitavit, ita ut in diverſis locis conſociati, Helvetiorum manipuli non parvam copiarum partem occiderunt. Igitur Bourgalemonio mortuo, ſuiſque partim occiſis, Delphinus regionis aſperitate cognita ad patrem, qui apud Nantium Lotharingiæ primarium oppidum erat, reverſus eſt.

Præerat Metenſib. Johannes Virotus barbarus & ferus morib. homo, hic equo inſigni utebatur, in cujus cauda aſſutum erat tintinabulum, ut ingrediens, egrediensq;, ſævus Imperator audiretur atque cognoſceretur. Adeo quidem inhumanus, ut ex ſuis, aut ex hoſtibus captum, neminem precio redimi ſuſtineret. Si autem compertum haberet fœminas urbe egreſſas, de virorum liberatione pertractaſſe, eas nece afficiebat. Sed barbari crudelitatem vicit civium providentior morteſtia. Fatigati itaq; diurna obſidione Metenſes, regem muneribus placant, ducentis ſcutorum millibus belli impenſas, compenſantes. Hoc tempore, qui fuit annus 1449 Brandenburgenſis Marchio Albertus, cujus frater Fridericus Princeps elector, novæ præerat Marchiæ, & alius Fridericus cognomẽto pinguis, veterẽ tenebat. Ipſe interim Albertus Burggravius Norinbergæ, illum dominatũ pro ſuo gubernabat. Erat illi tum difficillimum bellum cum civitate Norinbergenſi, cum neſcio quid juris prætenderet, quod imperialis illa urbs negaret. Fridericus Rom. Rex, ad omnia quietus permanebat, luctari ſinens utroſque, magnis utrinque contractis viribus, aliquot præliis conflixere. Multi Alberto Principes & nobiles tulere ſuppetias, multi quoque comites, barones, milites in adverſis caſtris militavere. Marchionis fortuna aliquandiu in deſperatione fuit, deinde quod victus amiſit, recuperavit victor. Sunt qui ſcribant Albertum Marchionem octava vice ſuperiorem fuiſſe. Cum autem per duos annos, tracto bello, varia invicem & dediſſent & acceppiſſent incommoda, interventu communium amicorum res in concordiam cum detrimento, ut fieri ſolet partium, pervenit.

Albertus Brandẽburgenſis bellum, contra Norinberg

Anno Domini milleſimo 444. Suitenſes montani & feroces populi, cum Thuricenſes ex fœdere, quod cũm eis pepigerant, deſciviſſent: comparato exercitu, in eorum agrum cuncta vaſtantes exiere. Quibus cum Thuricenſes prælio congredi præſumpſiſſent, ad internitionem cæſi ſunt, prope capellam ſancti Jacobi leproſorum domicilium. Tantaque Suitenſium in victos hoſtes crudelitas ac rabies fuit, ut eo ipſo in loco partæ victoriæ epulantes, congeſtis necatorum corporibus, ex illis & menſalia & ſedilia apparaverint, & aperientes hoſtium cadavera, cruorem biberint, corda dentibus laniaverint. Suitenſes impoſuerunt Thuricenſibus ſigno rubeæ crucis falſo aſſumpto, quo nobiles & Thuricenſes utebantur. Æneas Syl. & Naucl.

Suitenſes contra Thuricenſes.

Suitenſium crudelitas.

Anno Domini milleſimo 446. Friderico tertio Rom. Imp. regnante, magnum quoddam, & penè divinum beneficium collatum eſt univerſo terrarum orbi à Johanne Guttenberg Argentoratenſi, novo ſcribendi genere reperto. Is enim primus artem impreſſoriam, quam latiniores excuſoriam vocant, in urbe Argentoratenſi invenit. Inde Mogontiam veniens, eandem fœliciter complevit. Interea Johannes Mentel id opificii genus inceptans, multa volumina caſtigate ac polite Argentorati imprimendo, factus eſt brevi opulentiſſimus. Huic ſucceſſit Adolphus Ruſchius, mox Adolpho Martinus Flachus, qui & ipſi Argentoratenſes in natali ſolo hanc artem cum laude & gloria exercuerunt.

Anno

Alii volunt Johannem Fauſtium primum Mogontiæ inveniſſe. Vuimphelingius in Catalogo Epiſcoporum put at Argentoratenſem civem incomplete inveniſſe, deſcendiſſe vero Mogontiam, ad alios quosdam in hac arte inveſtiganda laborantes, ductu cujuſdam Johannis Gensfleiſch, ex ſenio cæci, in domo boni montis, Zum Guttenberg, in qua completa eſt hac ars. At præſente Vrſo, non opus eſt quærere veſtigia, ut habet Proverb.

Sixtus Ruſinger Argentoratenſis An. dom. 1471. Neapoli, quomodo imprimi poſſent libri, primus oſtendit. Ob quod factum Ferdinando regi, & Neapolitanæ nobilitati chariſſimus fuit. Sub idem ferme tempus Vlrichus cognomento Han, formas librarias, rem inauditam, nec unquam Romanis viſam, Romam attulit. Fuit is natione Germanus, cui cognomentum (ut dixi, erat Han) id latine gallum gallinaceum ſignificat, hinc falſus Campanus, & aliquot docti, exiſtimaverunt hunc Vlrichum natione Gallum fuiſſe. De hoc Tetraſtichon Antonii Campani legimus:

Adolphus Ruſius.

Sixtus Ruſinger.

Vlricus Han.

Anſer Tarpeii cuſtos Jovis, unde quod alis
Conſtreperes, gallus decidit, ultor adeſt.
Vlricus Gallus, ne quem poſcentur in uſum
Edocuit pennis nil opus eſſe tuis.

Beroaldus Hendecaſyllabo celebrat Germaniam, rei frugi inventricem.

Beroaldus de Germania.

O Germania muneris repertrix
Quo nil utilius dedit vetuſtas,
Libros ſcribere quæ doces præmendo.

Sunt qui putent fato datum Germanicis ingeniis, ut in ære tractando cum primis excellant, quod claret in ſtanno, impreſſoriarum formularum, & alio invento. Bombarda bellici tormenti genus, inventum Germanicum, aliquanto quam ſit impreſſoria ars vetuſtius, de quo ſupra & infra de Mortario. Germanicæ Böſer invento. Anno domini 1506.

Böſer.

BOMBARDAE INVENTAE.

IN D. Malleolo hæc legis, De Pixidum aut Bombardarum inventione, quæ aſcribitur cuidam Bertholdo nigro Alchimiſtæ. Is primum Mercurium arte paratum, viſui viventis Baſiliſci, qui cuncta viventia viſu perimit, curioſe præpoſuit, & Baſiliſcus defecit, & Mercurium necare nequivit. Vnde commotus Bertoldus, Baſiliſcum cum habitaculo ſuo, in pulveres igne cremavit. De quo Proverbium Bertholdbrenner, quo Alchimiſtæ per Germaniam ſunt occupati. Proinde Bertholdus ingenio Philoſophico conſyderans, quod naturaliter contraria contrariis appoſita, ſe non compatiuntur. Et quod frigidũ & calidũ in extremis ſumme ſint contraria, quod apparet, dũ aquæ frigidæ applicatur candens. Hinc non dubitans ignem fore caloris apicem, & ſulphuris materiem præ cæteris creaturarum ignis capacem, hinc Salpetram frigiditatis ſummæ gradum tenentem. Vnde Mercurium cum ſulphure ſalpetraq; firmiter in olla ærea ſuperius obſtructa, conſtipataq; conjunxit, & ignibus vehementiſſimis applicavit. Et dum ſulphur incenderetur ab intra, contrarium cũ contrario manere non potuit, ſed vas æreum confregit. Hæc videns Bertholdus ſua ſagacitate, fortiora de mumque fortiſſima vaſa, metallina, ferramentisq; ſtrictiſſimis conflictu comprobavit, & nullũ tanti roboris firmari poterat, ut tantam vim ſuſtinere valuerit, imò diſrupit. & ſua violentia repagulum per parietes fortiſſimas, cum fragoris impetuoſa concuſſione, terribili colliſione & coruſcatione transfixit. Dies diem docuit, & inde horrendas belli machinas hodie habemus.

Bombardæ inventæ.

Fridericus Imperator. Anno domini 1452. Regni ſui anno 12. cum Leonora conjuge, Luſitaniæ regis filia, Piſis excepta, quo ex Hiſpania ad tempus puella fuerat, navi delata, Romam decreto petiit raro ulli Imperatorum itum eſt obviam, ab omnibus ordinibus frequentius. Nec ita multo poſt quam Romam ventum eſt, ambo corona imperii ſunt à Pontifice donati. Dubitaſſe fertur ab initio vehementer Nicolaus Pontifex, ne in Friderici acceſſu, aliquis Romæ motus oriretur. Quapropter ante illius adventum loca quædam urbis mœnibus, præſidioq; firmavit, & ut civium ſtudia ſibi magis conciliaret viros Romani ſanguinis ſingulos, ſingulis præfecit urbis regionibus. *Hos* vulgo Mareſcallos vocant, ſuntq; primi illi coccina veſte donati, tenet adhuc mos, ut eodem nomine, pariq; numero viri creentur, qui urbem à graſſatoribus & ſicariis tueantur. Fridericus ex urbe Neapolim proficiſcitur, ubi exquiſitiſſimis honorib. eſt ab Alphonſo rege acceptus. Erat Alphonſus Leonoræ perneceſſarius: ſed apparatu nihilo inferiore Veneti eum in Germaniam abeuntem, publico honore exceperunt. Nullus unquam hoſpitum majori ſtudio & luxu civitatis cultus eſt, nulli tot ſpectacula exhibita, tot munera congeſta, ex Venetiis confeſtim ille in Germaniam tranſiit. Sabellicus fertur decem diebus fuiſſe apud Venetos, & inter prandendum dixiſſe, ſe amicum velle eſſe Venetorum, ſed poſteri ejus multa damna eſſent illaturi, Comites itineris tum habuit Albertum, fratruelem Auſtriæ ducem, & Ladiſlaum puerum duodennem. Vngariæ & Bohemiæ regem, Auſtriæque ducem, ipſo pueritiæ flore decorũ, & amabilem, & cui Itali multos annos, & multa bona imprecarentur. Ea vota ventus, ne provenirent, tulit. Oſtenderunt hunc fata tantum terris, neque ultra eſſe ſiverunt, nam ut in Vuandalia Krantz habet, dum pro eo conſervando, multa bella gererentur, dumque illum Bohemia ſuſcepiſſet alendum, & jam illi nuptiæ pararentur, anno ætatis decimo octavo, non ſine ſuſpitione veneni moritur.

Frid. 3. Romam venit cum Leonora.

Frider. 3. Neapolim venit.

Frid. 3. à Venetis ſplendide excipitur.

Ladislaus vovet. annorum moritur

igitized by Google

Sed ad Fridericum redeo, qui tum paratus, ibat & redibat per Italiam, nulli formidandus. Videre ille potuit æquis oculis, quod priores non poterant, de viſceribus imperii alios incraſſatos. Hoc dum vindicare contendit Heinricus ſeptimus veneno periit, non ſine crimine Florentinorum. Carolus ejus ex filio nepos, qui ulciſci debuit, & imperii, & avi injuriam eviſcerandis aquilæ viribus inſtitit, dum pro extollendo ignaviſſimo filio patrimonium imperii impendit. Sigiſmundus jam emortuam rem reperiens, quod voluit implere nequivit, dumque in alium reſpicit, qui ſe per Italiam duceret, tardo ſatis itinere penè irriſus, per mediam provinciam vix penetravit ad urbem, jam conſpirantibus comitatibus cum Pontifice in contemptum Romani imperii. Sed Fridericus nimium quietus, toleravit omnia. Cunctator, ut diu habebatur, ſalutaris, quod maturitati dabatur, ſed illa nunquam pervenit, ut vim oſtenderet. Quoties enim apud illum fieret rerum comploratio, quod hæc & illa fierent, hæc & illa timerentur, ferunt reſpondiſſe. Nec dum eſſe tempus illa emendandi. Nec tamen illo vivente, hoc tempus impletum eſt, neſcitur quando implendum. Jam res eo vergunt, ut Alemannia, quæ pridem amiſit vivacitatem, omnem deinde perdat imperii honorem, rebus inclinantibus ad exteros, & libertas ipſa à Turca vocatur in diſcrimen. Hæc Albertus Krantz.

Heinricus, Carolus, Sigiſmundus,

Frid. 3. cunctator.

Tempus emendandi

DE EXPVGNATIONE VRBIS CONSTANTINOPOLITANÆ, per Turcam.

Luctuoſa Chriſtianitatis tempora.

HÆc ſunt illa luctuoſa Chriſtianitati tempora, per quæ bicipiti Romanorum aquilæ alterum deſectum eſt caput. cum jam in Orientem ultra non aſpiciat, vix defendere potens, quod ei reliquum eſt in Occidente, Nam Turca dum contemnit adoleſcentiam regis Vngariæ, nec ab Auſtria ſibi timet, univerſam Græciam invadit, magnam Europæ partem auferens. Hoc Græculi imperatores paſſi, dum in regna multa ſcinduntur, exemplo futuri latinis, niſi letargum jam mortalem induiſſent. Dum enim Orientis imperium dividitur in Andrianopolitanum, Trapezuntium, & Conſtantinopolitanum, unum in tria, ſingulorum vires non tantæ remanſerunt, ut truculentiſſimo hoſti Turcæ occurreretur.

Hac ergo tempeſtate. Anno Domini mil. 453. Mahumetes Magnus, Turcarum 9. Imperator, in dicto recens bello, poſtquam diu multumque pulſaſſet latera Orientalis imperii, Conſtantinopolim urbem diu florentiſſimam, & in qua orbis Chriſtiani caput alterum videri poterat, terra, marique oppugnavit, ſenſit enim Græcanicorum effœminatam. molliciem. Tum demum auxilia poſcit Græculus Imperator, Nicolaus ſummus Pontifex, miſſis ad illum literis, primum exprobrabat diſceſſum ab unione catholicæ Eccleſiæ, quam Florentiæ Græci, Armeni, Indi excœpiſſent. Inde pollicitus et auxilia, ſed dum ille molitur, & apparat: jam actum erat de rebus. Ergo Turcarum imperator, poſteaquam 56 diebus nulla permiſſa requie, Conſtantinopolim oppugnaverat, & vir Italicus tutandorum murorum ſuſcepiſſet præfecturam, dum Turcæ acrius imminerent, quâ urbici tuerentur, capta eſt, inſigne decus Chriſtianitatis, Conſtantinopolis. Innumera civiũ multitudo, ſine diſcrimine, ſexus, ætatis, ordinis perdita, Rex ipſe Conſtantinus Palæologus, ut ferunt, qui inerant, fugientes: dum per averſam ab hoſte portam cum populo fugam parat, in ipſa preſſura conſumptus eſt. Sævitum tamen eſt in cadaver mortui, truncatumque caput delatum eſt per caſtra, in contumeliam victorum. Prophanata templa, everſa altaria, imagines, in primis crucifixi domini in caſtra relata, conſputaq; ridetur, cũ inſcriptione, Hic eſt Chriſtianorum Deus, & ut omnẽ protinus nobilitatem extinguat, jubet preconis voce nunciari, quiſquis ſe nobilis ære perſoluto volet redimere in promptu permittere victorem. Erupere de latibulis miſeri ſperantes libertatẽ, detecti principes civitatũ ſuo produntur indicio. Mox omnes jubet gladio feriri. In Chriſti ſacerdotes crudelius deſeviens, plebem juſſit in Aſiam venundari, fœminas & puellas, ut mancipia diſtrahi. Stupratæ ſacratæ virgines, Matronæ in caſtra protractæ, libidinem impleverunt ſpurciſſimorum canum. Et illud æternæ Sophiæ conſecratum templum ſordidatum contaminationibus Mahometicis Illa tum ſunt facta, quæ & dicta ſunt, difficilia & auditu horrifica. Vxorem imperatoris Cõſtantinopolitani, filias, & alias nobiles matronas & virgines, juſſit tyrannus in cõvivium ſibi adduci. Ibi primum ſtuprate, poſthac diſſectæ fuerunt. Qui talem ac tantam urbis calamitatem dignis defleat verbis, neminem arbitror extare. Verum hæc & ſimilia exempla exoſam nobis facere deberent illorum tyrannorũ & trucum beſtiarum ſervitiem. Ferunt qui copias ejus compertas habuerunt, trecẽta fuiſſe millia, qui à terra oppugnarint: à mari triginta millia, trecentis velis annotatis. Continuo in Peram Genuenſium, Coloniam, Conſtantinopoli vicinam, delatus, tam horrenda cõmiſit, quæ ne literis debent commendari. Potitus Græciæ capite, omnia facilius membra in ſuam redegit poteſtatem. Nam & Peloponeſum (quæ & Morea) poſtmodum omnem armis devicit, & populum in ea captũ, in ſervitutem redegit. Idem in Achaja, Acarnania, Epyro, & majori Macedoniæ parte fecit Bulgariam quoq; totam, quæ jam annis 800. à Bulgaris tanquã limitaneis militib. excubitoribuſque Chriſtianorum adverſus cæteram barbariem, inſeſſa fuerat, mox Chriſtianis abſtulit, & Raſciam, Serviam, & quicquid ab Adrianopoli uſque ad amnem Danubium interjacet, invaſit. Vualachia

Hic fuit Genuenſium claſſis præfectus.

Calamitas urbis Conſtantinopolis.

Peloponeſus devicta.
Epyrus.
Bulgaria.
Raſcia.
Servia.
Lesbos.
Mitylenem.

præterea

præterea paulo poſt timore concuſſa, pro magna parte ad ipſum defecit. Lesbon, quæ & Mitylene, nobilem Genuenſium inſulam, maxima cum humani ſanguinis effuſione cœpit, ejusque infœlices animas in Aſiam omnes tranſportavit. Nec facile commemorari poſſet; virorum nobilium ac ſacerdotum multitudo, quos ubique cruentiſſima cæde capifecit, ſenes, juvenes, viros ac mulieres in plateis ut oves interfici vidit, nullum matronis, nullum virginibus ſervans honorem. In Raſcia principibus illis, quos Deſpotas vocant, oculos erui juſſit, multaque inaudita alia & dictu horrenda commiſit.

Calixtus Pontifex tum non deſijt concitare principes in Turcam, miſſis prædicatoribus, qui cõmonerent populum, datisq; indulgentiis, per urbes ſigno ter in die facto, precibus juvarentur fidelium, qui in perfidum hoſtem Turcam pugnarent. Miſit quoque Patriarcham Aquilejenſem, qui claſſe ſedecim triremium cum auxilio Vngarorum & Vuandalorum Turcam triennio vexaret.

DE BELLOGRADO VEL ALBA GRAECA, VVLGO Kriechiſch Weiſſenburg, & Chriſtianorum contra Turcam victoria.

POſt aliquot annos cum idem ferociſſimus hoſtis in interiora Chriſtianitatis ducens, Bellogradum oppugnaret, cœlitus Chriſtianis auxilio proveniente, celebris ex hoſte victoria provenit. Johanne Huniad Vaivoda pugnante: is pater fuit Matthiæ regis Vngarorum. Johanne vero Capiſtrano de Minorum obſervantia monacho, pro muris populum exhortante, & ad Deum clamante: O Jeſu reſpice, ades populo tuo pro te laboranti. *Iohannes Cuniad.*

Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ? Veni protege populum tuũ, nequando dicant gentes: Vbi eſt Deus eorum? Cæſi ſunt hoſtium multa millia, & pro numero noſtrorum plurima. Interceptæ hoſtes machinæ Bombardæ, & omnis generis bellicus apparatus. Eam noſtrorum victoriam tam impatienti animo tulisse Turca, ut lachrymas vir ſævus non teneret, ut barbam velleret, & ea quæ ſolent inſani, faceret. O ſi noſtri tum principes uſi ea fuiſſent victoria, recentem hoſtis cladem prementes, nec ſivisſent reſumptis viribus reſpirare, non extra ſpem fuiſſent tum omnem Europam fugato hoſte occupare. Sed languidum caput, defecta membra, tum non ſuſtinuerunt fortiter agere pro noſtris. Erant in Macedonia nonnulli duces Chriſtiani, quibus animus fuiſſet hoſti occurrere, imo fugientem inſectari, ſi ſuppetias ullas ex Chriſtianis principibus ſperaviſſent. *Victoria Chriſtianorum contra Turcam.*

Philippus dux Burgundiæ fertur in eam militiam dediſſe nomen, quod meminiſſet genitorem ſuum Johannem fortiter aliquando cum Francis in gentem hanc pugnaſſe, etiam diu captum ſuo ære redemiſſe. Recte hic ſcribit Crantz, formidandum, ne iratus Deus noſtris criminibus longius ſe retrahat, & propter eccleſiam non recte ambulantem, in altum ut olim à ſynogoga regrediatur. Ipſe enim judicat populos, & mundum omnem gubernat.

DE IOHANNE CAPISTRANO.

IOhannes Capiſtranus Minorita in Germaniam deſcendit, prædicans magno zelo verbum Dei in Auſtria, Bavaria, Suevia, Turingia, & Saxonia. In civitate Magdeburgenſi, in novo foro, maxima ad illum confluente multitudine, cum eſſet Germanicæ linguæ ignarus, Latino ſermone prædicabat in tertiam horam, populo ſolis geſtibus ejus, quos antea non viderat, ſatis vehementer permoto. Aderat ex Germanis ſui ordinis fratribus vir æque doctus, qui poſt illum non minore tempore dicens interpretatur populo quæ ille dixiſſet. Ita permovebatur auditorium, ut fœminæ abuſum in ornatu, viri ludos quibus tempora perdunt, ſcacorum alearumque in unum contulerint & combuſſerint. Sed ſpiritus ille torrens, quo tum commotus populus, illa quæ diximus fecit, ut non diu perſeveret. Facile redit res in abuſum, ut eſt hodie cernere per omnes terras & urbes. *Iohannes Capiſtranus. Debuerat intereſſe Rothomagi & Pariſijs. Vide ſupra in Concilio Conſtant.*

Per ea tempora Nicolaus de Cuſa Cardinalis Teutonicus (quod tum fuit monſtrum, corvo rarius albo) vir doctiſſimus, legatione fungitur ſummi pontificis per Germaniam, quod Pius pontifex Germanis, quàm à multa memoria ullus pontifex, affectior eſſet, quod Germaniam ille Germanicus noſſet, diu verſatus in ejus provinciis. Multa hic Legatus conſtituit in provinciis quæ apud metropoles ſervarentur. Pervenit Magdenburgum uſq; & Hildesheim, citra deſcendere non potuit, quod concitus in Italiam revocaretur. Cum veniſſet ad eccleſiam ſuam Brixinenſem in alpibus, deque illa diſponere voluiſſet, pro veteri pontificum jure, non paſſus eſt Sigiſmundus dux Auſtriæ, ut ea in Germaniam tenderetur conſuetudo, quod Romani Cardinales Eccleſias Germaniæ haberent in Commendis; quomodo abbatias & monaſteria Italiæ, Galliarum, Hiſpaniæ, Angliæ, quæ una cauſa eſt in eis provinciis creari Cardinales non in Germania. Grave oritur diſſidium inter Ducem Sigiſmundum & Cardinalem, uterque ſuum gladium diſtrinxit in alterum. Captus Cardinalis, cuſtodiæ mancipatur, Pontifex execratione & maledictis inſectatur ducem. Mittit ille in urbem pro ſe Oratorem, qui pontifici reddat ſui facti rationem. Erat homo quidem doctus, ſed pertinax, qui venerat Orator, & qui pontificem in minoribus, ſe minorem cognoviſſet, ardentius tuetur cauſam Sigiſmundi commendatam. Ubi non profecit, appellationem interponit, quæ extat, eamq; in urbe publicat. Interim Papa & ducem & nuncium ejus execrationibus duris inſequitur. *Nicolaus Cuſanus.* *Sigiſmundus Auſtriæ dux contra Cuſanum.* *Commenda Romana.* *Sigiſmundus appellat à Papa ad Concilium.*

Fugit

Fugit Gregorius (hoc enim illi nomen fuerat) in Bohemiam, ibi ducta uxore, contemnit Pontifices execrationes. Interim omnis ducatus parens Sigismundo, ecclesiastico supponitur interdicto. Sed facile principi cū principe cōvenit, ubi Chrysostomus venit in mediū. Krantz in Vandal.

De hoc Gregorio Heymburg dicto legi in 1. pisside Annæ Sylvii 415. quæ dilectis filiis Burgimagistris. & Consulatus oppidi Norimbergen. sunt denunciat excommunicatum.

APPELLATIO VENERABILIS DOCTORIS GEORGII *Hyemburg, contra Pium Papam.*

VIs Consilii expers, mole ruit sua. Vim temperatam in sublime provehit Deus. Papa Pius jam pridem per Breve Apostolicum, non testatum sed annulo Piscatoris obsignatum fertur excommunicasse Gregorium Hyemburg, nunquam evocatum, contra legem Dei, qui damnaturus prothoplastum prævaricatorem, præmisit vocationem dicens: Adam ubi es? Similiter & Cayn, fraterno adhuc sanguine madentem, interrogans dixit: Ubi est Abel frater tuus? Sodomorum quoq; flagitia antequam Sulphuris exureret igne: Descendam, inquit, & videbo, an clamorem qui ad me pervenit, opere compleverint. Papa vero Pius, vi sola fretus, omni consilio neglecto, quam tenuem telam orsus, quàm debilem texit rationem, quæso videte. Salvator, inquit, noster Petrum Apostolorum principem ad gubernationem ecclesiæ substituit, &c. Quis ignorat omnibus Apostolis Jesu esse præceptum, ut eant in orbem, prædicaturi fidem, baptismum, & salutem. Quis nescit passim omnibus esse promissum, ligatum esse in cœlis, quod ipsi ligarent in terris, & solutum esse quod solverent? Sed quod Cephæ singulariter dictum est: Tibi dabo &c. hoc ait Hieronymus esse factum, ut tolleretur schismatis occasio. Et Ambrosius in Pastorali suo dicit, quod nedum Petro trina interrogatione interrogato, an amaret, terna responsione subsequente amare se, testeipso interrogatore Jesu, traditas sibi esse claves, sed & omnibus Apostolis contraditas. Apostoli quoque post Ascensionem Domini convenisse, ac Petrum sibi principem constituisse, & Antiochiæ in cathedram collocasse referuntur: nihil tamen de potestate universis Apostolis à Salvatore data, & ipsorum omnium universali missione diminuerunt. Ergo & hodie catholica exorat ecclesia, sese per Apostolos ipsos continua protectione custodi, quos Salvator noster vicarios tanti operis constituit præesse pastores. Horum legitimos successores constat esse universalia Cœcilia Christianæ fidei firmamenta, quæ pontificum actiones pro tempore saluberrimis doctrinis instruxerunt, errores emendaverunt. De quibus summus ille pontifex Gregorius scribit: Quisquis illa destruere tentaverit, seipsum destruit. Sed quorsum hæc? eò certe pertingunt, ut convellatur illa superstitio, in qua Papa Pius factionis Cardinalis Cusani astruit cōcilium, quod supra Christi vicarium esse nequit. Videte ergo quam vim omnis Concilii extorrem Papa inferre tentavit. Nam si omnes Apostoli missi sunt à Domino Jesu, dicente illis: Ite in orbem, &c. Quodcunque ligaveritis &c. Quos constat conciliariter postea esse congregatos, ac ipsum Cephen in messem Domini mississe. Quis dubitat sacra Concilia vicem Christi gerere, quæ & cætui Apostolico succedisse cōprobantur? Si quidem orbis major est urbe. Subdit papa Pius, rem illam in conventu Mantuano sæpe & multum esse discussam, quasi Concilium adhibuerit procerum, uti sacræ leges jubent, in rebus novis constituendis, quas tamen pro nudo libitu plus evomuit, quàm edixit. Profecto quidem ipse convētum Mantuanū nuncupat conventionem regalium & principalium oratorū illuc transmissorū. In illa certe nil de hijs ne cogitatum extat. Dicitur autem Papa Pius cū Cardinalibus suis ita decrevisse. Cui hoc, nisi quia voluit Papa ipse aburi potestate sua, talia imponendo, & sub velamento militaris expeditionis in Turcam instaurandæ, facultates Germaniæ illius, quæ est inter Coloniā Agrippinam & Austriam: ac rursus inter Daciam & alpes, qui Germaniam ab Italia disterminant, meduitus exhaurire? Nam ex illis solis finibus oratores Mantuæ ad tractandum convenere, illi quippe soli videbantur apti papę quos luderet, Brabantia, Hollandia, Gelria, cum circumjacentibus, ordinarunt, clam illis, quos supra nominavi, utrum res acta sit, nullus illorū interfuit tractatib nostris: ergo vim suam extorrem esse voluit à sensu illorum quorum æra concupivit. Hinc profecto non inepte nec supine papa ipse, negatis sibi pecuniis, quas solas ardebat, suam ratus lædi majestatem, vim astutia conceptam totius concilii experte adhibuit: ac imprimis suam dimensus potestatem, simul & imperatoris nostri splendorem ante oculos ponens, putavit neminem resistere posse. Veruntamen suam potestatem suspende, quæ latior est, quàm modo imperii gloria Romani, qui quondam caucasi montis limite coartato, dehinc fracto caucasi limite, per totum orbem vires suas terra marique exporrexit. Nunc autem augustorum desidia angusto limite cingitur. Nil profecto suis machinationibus in hijs quas imperialis tituli splendor illustrat, obstare posse rebatur, nisi fortasse totius orbis Christianus conventus cieretur. Quod universale Concilium nuncupamus hanc sanctissimam Christianorum conventionem, libertatis alumnam, Papa velut iliacam horrens passionem, illam prævenire credens, vanissimo decreto antequam nasceretur condemnavit: sed condemnando potius judicavit. Cum enim sedulo vetat, profecto magis timere deprehenditur. Nam quod veteri silentio litura restrinxit, hoc totum invida damnatio vivificat: non aliter quam qui latentes vires calcis, aquæ rigantis & gelidæ superfusione obruere cupiens, invitus ac nolens exsuscitavit.

Concilia universalia Apostolorum successores sunt.

Conventus Mantuanus.

Pius Papa Germaniam detorem exhaurire vult.

Potestas Papa latior imperii potestate.

Augustorum desidia.

Prudentius Solō ille Athenienſis, leges ornatiſſime cōpoſitas interrogatus, cur nihil ſeverius in patricidas

Digitized by Google

ſtatuiſſet, qui ſicariis longe immaniores eſſent, reſpondiſſe ſertur: Ideo ſe reticuiſſe, ne verā admonuiſſe videretur. Hunc locum Prælati capeſſite, qui libertatis veſtræ certiſſimum eſt refugiū dignitatisque firmamentum. Infirmos rumpite caſſes, & inanes laqueos diſſipate, qui ſcholaſticis datis operam diſciplinis Seculi vero principes, & viri militares, ad bellaque doctiores, quibus eſt diſciplina. Sed quando proficiſcimini editiora loca hoſtibus intercipere, hunc eminentiſſimum locum univerſalis Concilii quæſo ante capite, unde vobis ſit proſpectus, liberior, fortior, & interior propugnatio, tutelaque ſecurior. *Solenis reſpon.*

Quod ſi Papa hoc tale tantumque aſylum interceperit, hoc roboris vallum fortaſſis demolitus fuerit, ſeu obruerit, antequam emineat vel oriatur: vos abjecto clypeo exarmari tandem pretii venalitate, hoc eſt, tributorum penſatione animas veſtras cogimini, pecuniaque veſtra ſub velamento militaris expeditionis adverſus Turcas inſtaurandæ, in damnatum & ſceleſtum uſum convertetur, ſcilicet, in ſubſidium Fernandi, ex damnato complexu quondam Alfonſi Arragonum connixi, contra renatum regni Siciliæ hæredem legitimum & inclytum Johannem Calabriæ principem Chriſtianæ nobilitatis ac militaris gloriæ decus, & ornamentum, & exemplar imitabile. Et idcirco dicit Papa Gregorium Heymburg ex diabolo natum, quia non ex damnato coitu, ſed legitimo conjugio eſt progenitus, quorum oſor eſt Papa, fautor baſtardorum, pro quibus longiſſimam ferè trium horarum prolixam fecit orationem, dum Fernandi baſtardi laudes Mantuæ perſonaret. *Generale Concilium facit ad ruinam principum & prælatorum.* *Impoſtura Turcæ cavillatio.* *Papa fautor baſtardorum.*

Quod vero Papa ſubdit, Gregorium Heymburg avarum, mendacem, & turbulentum: benedictis ſi certaret, bona audiret: ſed cum certet maledictis, alium quærat qui reſpondeat. Ego exillo grege ſum, quippe cui facultates pro meritis minime reſponderunt, qui plura ſuffragia liberaliter impendi, quam honoraria ſuſceperim: & libertatis amator plus ſemper fui, quam blanditiarum, quæ mendaciis & avaritiæ minime convenire poſſunt. Sed ipſe aliquando audiet, inquam quid geſſerit, qualem vitam egerit, & quid apud Comas Sed opprimo me, pergens ad illius decreti vanitatem, in quo vexantur oppreſſi vel opprimendi ad Concilium provocare quod non eſt; & quod (ut ait) Concilium ſupra Papam eſſe nequit. Jam ſupra oſtenſum eſt, cœtum Apoſtolicum fuiſſe ſupra Petrum. Et nūc affirmo, quod ſicut ad ſedem Apoſtolicam vacantem appellari poteſt: ſic ad concilium quod nondum eſt congregatum, rite appellatur: quia poteſtas eccleſiæ immortalis eſt, quemadmodum ipſa eccleſia: quæ & ſi nunc diſperſa eſt, aliquando habet congregari: & hoc nunc maxime opus eſſe nemo dubitat, qui calamitates eccleſiæ intelligit & cognoſcit. Cujus ſi Papa partem eſſe fateatur, ſe utique minorem illa facere neceſſe non eſt. Siquidem orbis eſt major urbe. Papa autem hoc vetando quid aliud agit, quam quod cauſatur, quod ejus imperium truculentiſſimū non ſuſtinemus; quod facultates noſtras, noſtro tam noſtrorum ſudore & ſanguine partas, in ſuas delicias effundere negamus? Velut ille, qui ex vulneribus à ſe injectis retractum accuſavit telum parcius corpore ſuſcepiſſet, hoc dominiū in ſervos extat imperium, quod in nos exercere cepit: hoc eſt ſervile ſervitium quod à nobis exigit, nō filialis reverentia, quibus certe nec peculium relinquere curat. Nemo ſane mentis hoc non percipit: nullius emunctæ naris homo non olfacit, quorſum tendat hæc tam gravis exactio. *Gregorius Heymburg libertatis amator* *Quid Pius apud Comas.* *Suderum Germanorum papa delictas ſuas vertit.*

Quod me vero loquacē facit vir omni pica dicatior, Quid dixerim, niſi quod orationi nō reſpondiſſe velim, dicentis: Ignoras te, an ignotum dare nobis verba putas, cum tu perviderīs oculis mala lyppus inunctus, cur in aliorū vitiis tam cernis acutum ut aquila, aut ſerpens Epidaurius, hinc tibi contra evenit, inquirunt vitia ut tua rurſus & illi. Fateor quippe me ventoſitati verborum pro tempore operam deduſſe, ac non ita, ut civilis & canonicæ traditionis præcepta contempſerim, Quæ ille ne unquam quidem olfecit, nuda verboſitate contentus. *Excuſat loquacitatem.*

Porrò ſi quid tale vitium apud me deprehendit, inepte tamen mihi exprobravit, in quo ipſe pōtiſſime turget. Mihi ſatis eſt didiciſſe civiles ſententias, & quicquid præcipuum habet ratio & induſtria, & quicquid ſacra tradunt utriuſque juris ſtatuta, hiſce literis & floribus exornare poſſe, & in alia grege profiteor, ipſe in numero ſit illorum, qui putant hæc omnia vi & artificio Rhetorum contineri. Ergo ſi Papa ob id facinus excommunicatum me edixit, quis erit ejectior ipſo, qui præter verboſitatem nil habet in ſe virtutis. Subdit & læſæ majeſtatis crimen rejectum. Credo eum pulicibus & muſcis has leges ediſſe, aut animalibus quæ de tabidis corporibus naſci ſolēt, in occurſis aranearum telæ fragiles leges cōſili extorris æquavit, quas ſi culex, aut quod imbellius animantium incideris, evolvere ſe neſcit. Si quod autem validorum animantium incurrerit, penetrat atque diſrumpit, neque enim ſi acedulus aut coturnix contextum aptum eſt vincire vulturem vel aquilam. Irretiet ipſe reativos ſuos, & eos quos pro vili metu conſtrictos habet. Mecum erit, Deo dante, libertas Diogenis & Catonis. Nec ſatiatus eſt Papa convitiis vulgaribus, quando etiam hæreticum me audet nominare, ſiquidem hæreſim voluit ſectam vel ſententiam nuncupare, ut Cicero noſter Catonem recte appellat. hæreticus ſum ego, qui ajo concilium orbis Chriſtianæ fore ſupra Papam. Hæreticus eſt Papa, qui contrariam ſectam vovet, videte quod nil gravius in eum dico, qui tamen abjecta rerum & concilii moderatione, cuncta in me pro libitu ſcribi juſſit, Poſtre- *Legis Pii* *Libertas Heymburgs.* *Cicero Catonem hæreticum appellat.*

mo nec adhuc ſatiatus Papa, convitiis mandat, bona mea confiſcari, quæ utinam tanta eſſent, quòd rapacibus viris hyatum ponere poſſent. Ergo inter bonos converſari volo, qui virtutes meas opibus ſuis foveant, & pluris faciant ſuffragia mea, quam locupletiam, quam ex mea ruina ſperare poſſent. Majori etiam utentur conſilio, quam Papa fretus eſt in procacitate ſua, pollicetur eis tandem Papa qui res meas invaſerint, catholicorum hominum operas impendiſſe, maxime ridiculoſum eſt hoc verbum, niſi ipſius Papæ ineptia jam antea vobis comprobata eſſet, dum ipſos inceſtuoſos complexus, & vitia honeſtatis publice inita Mantuæ, tam copioſe, qui loquaciter perſonavit. Expugnatis tunc aranearum telis, & infirmorum retium vinculis, nodisque diſſolutis, ad remedium moribus introductum, quo adverſus ſuperioris truculentiam, & amariſſimas leges ſe tuetur, innocentia ſtilum convertere depropero. Et in primis conſtat plane ſemper & ubique ab inferiori ad ſuperiorem recte provocare. Nemo enim tam obtuſi cordis eſt, qui non in ſeipſo periculum fecit à ſenſualitatis fragilitate, ad intellectualis potentiæ diſcurſum provocando, ſed & qui morbo aut vicio animi tenetur, ut neſciat cernere verum, ſi lapſus fuit in vitium. Is defecato tandem animo, ad ſe rediens, animi ira, concilii gravitate mederetur. Ideoque laudata eſt illa mulier, quæ à vinolento rege Philippo ad cũdem ſobrium provocavit. Sic ergo mihi gradus primus ab irato Papa, qui me lacerſit ad eundem mitem factum, appellare, & ab Oratore topyco ad eundem, ſi ventoſitate abducta, ſi muſis relegatis ad ſacras leges ſe converterit. Ubi diſcet neminem indamnatum rebus aut fama ſpoliare, nec quenquam inauditum condemnare. Deinde quia ſcriptum eſt Papam omnes judicare, ipſum autem à nemine judicandum, quod & ego fateor, verum quantum attinet ad ſedes ipſius, & Papalis poteſtatis plenitudinem, ſed non ita, ut ſub inimico & ſuſpecto judice quiſquam cogat famam, aut res ſuas decertare. Ad eundem itaq; provoco, ſi ſe juxta boni viri arbitrium aſtrinxerit judicaturum, & is ſit appellationis meæ gradus ſecundus. Si vero cauſam delegare malit, viro non ſuſpecto, rurſus ad eundem Papam, ſeu quem deleget, provoco & appello, & hunc tertium appellationis meæ modum offero, neque tali judicio ſiſto. Et in ſumma Papali cognitioni ea lege nunc me ſubmitto, ſi ſuſpitionis cauſa tollatur à medio, & hic quartus ordo omnem tollit tergiverſationis notam, quam mihi inicere poſſet Cuſani procacitas, cujus ductu hæc omnia diriguntur. Quæ omnia, ſi Papa contempſerit, quid reſtat, niſi ad univerſalem Eccleſiam provocare, prout à ſenatu ad populum Romanum ſæpe repertimus, appellatum. Nec obiiciat mihi propter Eccleſiam non eſſe congregatam, quoniam id ipſum factionibus ſuis impeditur, & diſturbatur, apud me nulla mora, culpa nuſquam, cum non per me, ſed per ipſum ſtet, quo minus fiat. Si quis enim mihi jus vocatum vi eximat, contumaciam removet à reato, ſed omne vitium & crimen in ſe transfertur. Papa metum intulit mihi, ipſe ſibi jurgium addixit, qui ſe convitiis ſuis adverſus me ſuſpectum reddit, qui ſe ſapientis arbitrio declinavit, de ſuſpitione experiri recuſat, nec judicem ſuſpitione carentem, delegare dignatur, quiq; univerſale Concilium conciere negat. Hic ſi adverſum me quicquam attentaverit, adverſus ipſum provoco gradatim atque alternatim, ut præmiſi, & teſtimonium ejus rei poſtulo, & de metu juſto proteſtor coram vicinis. Quo ceſſante, proſequar, ſi opus erit, & oportunitas concedatur, prout juris publici ratio poſcit, ſalvo jure addendi, omnibus que remediis, moribus, & lege introductis.

Ab inferiori ad ſuperiorem recte appellatur.

A vinolento rege Philippo ad ſobrium appellare.

Appellationis gradus ſecundus.

Cuſani procacitas.

Anno domini 1458. Deſiit Calixtus Papa in humanis eſſe, & pius ejus nominis ſecundus illi ſucceſſit. Æneas Sylvius antea nominatus, Senis ortus, Picolominea nobili familia. Nullus unquam ad ejuſmodi dignitatis faſtigium exercitatiore vita pervenit, ut ad negotium & virtutem, non ad otium natus dici poſſit, nullum ferè (citra armorum tractationem) publicam Chriſtianæ rei negotium, ſive ſacrum, ſive prophanum, jam inde à Baſilienſi Concilio incidit, cui nõ interfuerit, quum de eo ageretur, ut vetus Græciæ proverbium, tam illi conveniret, quam Ægei filio, cujus gratia eſt repertum, non ſine Theſeo. Per omnes honorum gradus, quos ſola virtus peperit, ad pontificium decus eſt evectus. Pontificatum adeptus, bellum ſuſtulit ex Umbra, quod Jacobus Piccininus novarum rerum cupidus excitarat, pacis arbitrum ſe obtulit inter Ferdinandum regem, & Sigiſmundum Malateſtam. Cupiebat Pius Italiam quam pacatiſſimam habere, ut hominibus Chriſtiani nominis, quibus publicum conventum Mantuæ indixerat, tutior ad id concilium fieret acceſſus. Et omni Europa Principum & populorum legati mature adfuerunt. Eſtque eo concilio actum de bello in Turcas comparando, exercuitq; diſertiſſimus Pontifex omnes ingenii vires, in tam pia, quam neceſſaria expeditione ſuadenda, ſed propoſitum non tenuit, Italorum animis ad inteſtina bella magis quam externa inclinantibus. Nec Itali ſolum diſcordia laborare, ſed exteræ etiam gentes inteſtinis ſe bellis conficiebant. His Europa malis laborante, res Chriſtiano nomini ſalutaris diſcuſſa eſt. Dictæ ſententiæ qua id ratione geri poſſit, propoſitũ periculum quod cervicibus Chriſtianorum ab illo hoſte immineret. Motæ ſunt omnibus lachrymæ, Pio dicente, cum eorum calamitates exponeret, qui à barbaris in captivitatem quotidie abducerentur. Pontifice autem ex Mantuanis Romam redeunte, adeunt illum Oratores Hyberorum, quos Georgianos vocamus, præſidium implorantes. Item Trapezuntii miſerunt legatum auxilium in Turcas orantem. Sed poſtea compertũ eſt Imp. Trapezuntinum, uni ex Turcarum Principibus filiã ſuam deſponduſſe, ibi certe inſtans metus, plus potuit, quam ſpes dubia & longinqua. Sab.

Æneas Sylvius.

Non ſine Theſeo.

Concilium Mantuæ, contra Turcas.

Anno

Anno domini 1463. Fridericus Imp. obſeſſus fuit in arce Viennenſi à civibus, quibus auxilio frater, dux Albertus erat. Unde coactus fuit Imp. à rege Bohemiæ Georgio auxilium petere. Boemus liberavit, arte uſus, ut neque periret, neque vinceret.

Legatus Apoſtolicus miſſus, ut excitet contra Turcas.

Annus erat milleſimus quadringenteſimus ſexageſimus quartus. Cum in quadrageſima nũcius Apoſtolicus, Epiſcopus Cretenſis, in civitates Vuandalicas veniret, ut exciret populũ in expeditionem, quam Papa Pius inſtituerat, belli ſocietate inita cum duce Burgundiæ Philippo, & Venetorum principatu in Turcam. Sed magno & inconſulto fervore publicantium, multi in caſſum inſtituere profectionem, ſive commeatu, ſive armis, cum ignoraret homo Italicus linguæ non gnarus, quid clamatores in populum tuliſſent. Ridiculum vulgus ex omni ordine concurrit. Stabant ad ædes ſacras, ſtipem publicam petentes, hoc commeatu grande iter, longinquam & diuturnam expeditionem inire volẽtes, ſacrilegium ducebant, ſi quis verbo interpoſito conaretur quenquam avertere. Ipſi ſibi ſomnia finxerunt, monitos ſe per viſionem: crucem ſumere: alius in veſtibus, alii etiam in cutem impreſſam crucem ſe reperiſſe, ſunt ementiti. Pervenere in urbem Romam, ſine numero multi. Miratur Papa colluviem inermium pauperum, ridebat ſimplicitatem & inſcitiam, & ut urbem exoneret, permittit illis remiſſionem peccatorum. Philippum Burgũdiæ jam ſeneſcentem, & laboris faſtidio recuſantem, fruſtra expectabat. Venientes peregrinos armatos, inermesq; juſſit benedictione collata redire. Ipſe Papa biduo ante vidit in portu navigantem ducem Venetorum, & jam febre exanimatus, quievit in pace, ab Ancona Romam reductus, à nepote Senenſi Cardinale tumulatus.

Colluvies inermium cõtra Turcam.

Papa Pius moritur.

Doctos magis dilexit, quam favit vitio temporum, ſummam dignitatem adeptus, quicquid otii dabatur à publica adminiſtratione, id totum literis impendebat. Sæpius inter ſuos teſtatus, id demum eſſe, unde vera voluptas perciperetur, quapropter multo pluris libros faciebat, quam gemmas aut unicornes. Candidus & diligens ſcrutator fuit veteris & recentis hiſtoriæ. Sententias in Proverbii modum ſcriptas reliquit, tales & ſimiles. Divina natura, fide magis quam diſputatione comprehendi poteſt. Chriſtiana fides, non qua probetur ratione, ſed à quo dicatur, videndum eſt. Neque poteſt avarus pecunia expleri, nec doctus rerum cognitione. Plebeis loco argenti eſſe debent literæ, nobilibus auri, gemmarum principibus loco. Artificioſa oratio, ſtultos flectit, non ſapientes Litigatores, ajebat aviculæ ſunt, forum area, judices retia, aucupes cauſarum patroni. Dignitatibus homines dandi, non dignitates hominibus. Grave Pontificis onus, ſed illi beatũ, qui bene fert. Indoctus Epiſcopus, ſimilis aſino; corpora malus medicus, imperitus ſacerdos animas perimit. Sacerdotibus magna ratione ademptum cõnubium, ſed majore quadam reſtituendum. Sed de Pio plura fortaſſis quam inſtituta brevitas patiatur. Sedit ſexennio, & ſanciit, ne qtis à Pontifice Max. ad Concilium appellaret.

Sententiæ Pii ſecundi.

Matrimonium ſacerdotum.

Libet hic referre quę de pace Eccleſiæ & Concilio ſcripſit, Æneas Sylvius ad Caſparem Schlick, Cancellarium Imperialem. Epiſtola eſt 54. Omnibus diſplicet ſchiſma, omnes abhorrẽt. Viam autem ſopiendi hoc malum Carolus rex Franciæ, & tutam & brevem oſtendit, ut fiat cõventus Principum, vel eorum Oratorum in communi aliquo loco, ibiq; una recipiatur concluſio per omnes. Ad hoc autem pergendum opus eſſet rurſus ſcribere cunctis Regibus, Principibusq;, ut Oratores ſuos Argentoratum vel Conſtantiam mitterent, pleno mandato ſuffultos, ad pacem Eccleſiæ pertractandam. Fienda eſſet rurſus expenſa, quæ anno præterito facta eſt, vix trecentorum aureorum. Paulò plus Conſtantinus in congregatione Niceni Concilii expoſuit. Hæc via non poſſet impediri, nec Papa vel Concilium reniti poſſent, tanquam hoc abſq; ipſis fieri nequiret. Licet enim Principibus ſecularibus convenire invito clero, & tamen illic unio fieri poſſet. Nam ille Papa indubitatus eſſet, cui omnes Principes obedirent. Non video clericos, qui velint pro iſta vel illa parte Martyrium ferre. Omnes hanc fidem habemus, quam noſtri Principes, qui ſi colerẽt idola, & nos etiam coleremus, & non ſolum Papam, ſed Chriſtum etiam negaremus ſeculari poteſtate urgente, quia refriguit charitas, & omnis interiit fides. Utcunque ſit, pacem deſyderaremus, quæ ſive per aliud Concilium, vel per conventum Principum detur nihili pendo. Non enim de nomine, ſed de re contendendum eſt. Voca panem, ſi placet lapidem, & da mihi dum fameſco. Non vocatur Concilium, vocetur conventus, vocetur conciliabulum, congregatio, ſynagoga, nihil intereſt, dum ſchiſma depellat. Hæc ille.

Nec Lectorem fugiat, quæ in dialogis Æneæ de geſtis Concilii Baſilienſis legimus.

Æneas Syl. Rectori & Univerſitati, ſtudii Colonienſis S. D. Homini Chriſtiano, qui vere Chriſtianus vult dici, nullam rem magis cordi eſſe convenit, quã ut fidei ſibi per majores à Chriſto traditæ, puritatem ſervari, ab omnibus immaculatam ſtudeat. Et quippe, ſi quando adverſus Evangelicas traditiones aliquid aſtruitur, ſurgẽdum populatiter eſt, & ad commune reſtringuendũ incendium, afferre aquam omnes tenemur. Nec timendum eſt, ut inimici aut inviſi fiamus, ſverum dicentes. Reſiſtendum eſt quibuſcunq; in faciem, ſive Paulus, ſive Petrus ſit, qui ad veritatem non ambulat Evangelii. Quam rem feciſſe per hos dies, Univerſitatem veſtram gaudio hoc ſacro Baſilienſi Concilio, gaudemus omnes. Allatus namq; ad nos eſt tractatulus quidã veſter, quo imperſi-

tam, vel verius dicam, temeritatē illorum arguitis, qui & subjectum generali concilio Romanum Pont. & supremi judicii tribunal in Ecclesia esse diffitentur, quos sic vivacibus rationibus, & scripturarum veritate premitis & retunditis, ut nec tanquam lubrici angues se evolvere, nec in aliquo cavillari, aut sibilare queant.

BREVIS DE VITA ÆNEÆ SYLVII commemoratio.

SEna urbs Hetruriæ est. In qua Æneas Sylvius ortus, ingenue educatus, bonas literas graviter amplexus est, in quibus strenue atque fœliciter se gessit, ut Delphicam lauream hisce meruerit. Hinc ob eruditionem, vitæque integritatem in patriæ suæ Senæ Episcopum electus est. Inde Romanus Pontifex eum Cardinalitio galero donavit Postremo in sedem Apostolicam exaltatus est, ac Pius Papa secundus appellatus. Vixit post ortum Servatoris circiter annum 1457.

EPISTOLA DIVI HULDERICHI AUGUSTENSIS Episcopi, adversus constitutionem de cleri cœlibatu, plane referens Apostolicum spiritum

Quam (cum Æneas Sylvius tituli S Sabinæ, Presbyter, Cardinalis, ac Senensis Episcopus, in sua Germania cum Augustæ Vindelicæ mentionem facit, inciderit) libuit hic subjicere, judicium esto apud lectorem, veri & publicæ utilitatis amantem. Transimus inquit Campidonam, & Memmingam illustria oppida, Augustam Vindelicam, S. Udalricus huic præsidet, qui Papam arguit de concubinis, ad Lucum fluvium jacentem, qui vixit anno nongentesimo, ætatis suæ 83.

HÆc est rescriptio S. Hulderici Episcopi, in qua Nicolao Papæ, de continentia clericorū non juste, sed impie, non Canonice, sed indiscrete tractanti, ita respondit.

Nicolao domino & patri pervigili sanctæ Romanæ Eccl. suæ provisori, Huldericus solo nomine Episcopus, amorem ut filius, timorem ut servus. Cum tua ō pater & domine decreta super clericorum continentiam nuper mihi transmissa, à discretione invenirem aliena. Timor quidam turbavit me cum tristitia: timor quidem propter hoc quod dicitur pastoris sententia, sive justa, sive injusta timenda esse. Timebam enim infirmis scripturæ auditoribus, qui vel justæ vix obediunt sententiæ, ut injustā conculcantes libere onerosa, immo importabili pastoris prævaricatione præcepti se obligarent. Tristitia vero vel compassio dum dubitabam qua ratione membra cavere possent capite suo tam gravi morbo laborante. Quid enim gravius, quid totius Ecclesiæ compassione dignius, quam te summæ sedis Pontificem, ad quem totius Ecclesiæ spectat examen à sana discretione, vel nimium exorbitare? Non parum quippe ab hac deviasti, cum clericos, quos ad continentiam conjugii monere debebas, ad hanc imperiosa quadam violentia cogi volebas. Numquid enim merito communi omnium sapientum judicio, hæc est violentia, cum contra Evangelicam institutionem, ac sancti spiritus dictationem, ad privata aliquis decreta cogitur exequenda? Cum ergo plurima veteris ac novi Testamenti suppetant exempla sanctam, ut nosti, discretionem docentia, tuæ rogo, ne grave sit paternitati, vel pauca ex pluribus huic paginæ interseri. Dominus quidem in veteri lege sacerdoti conjugium constituit, quod illi postmodum interdixisse non legitur. Sed in Evangelio loquitur, Sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter regnum cœlorum, sed nō omnes hoc verbum capiunt, qui potest capere capiat. Quapropter Apostolus ait: De virginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do, quod etiam juxta prædictum domini, non omnes hoc consilium capere posse consyderas, sed multos ejusdem consilii assentatores, hominibus, non Deo, pro falsa specie continentiæ placere volentes, graviora vides committere, patrū scilicet uxores subagitare, masculorum ac pecudum amplexus non abhorrere, ne morbi hujus aspersione adusque pestilentiam convalescente, nimirū status labefactetur Ecclesiæ totius. Propter fornicationem dixit, Unusquisque suam uxorem habeat: quod specialiter ad laicos pertinere idem mentiuntur hypocritæ, qui licet in quovis sanctissimo ordine constituti, alienis revera uxoribus non dubitant abuti. Et quod flendo cernimus, omnes in supradictis sæviunt sceleribus. Hi nimirum non recte scripturam intellexerunt, cujus mamillam, quia durius premere, sanguinem pro lacte biberunt. Nam illud Apostolicum: Unusquisq; suam habeat uxorem, nullum excipit, verē nisi professorem continentiæ, vel eum qui de continuanda in domino virginitate præfixit. Quod nihilominus tuam, pater venerande, cōdecet strenuitatem, ut omnem, qui tibi manu vel ore votum faciens continentiæ, postea voluerit apostatare, aut ad votum exequendum ex debito cōstringas, aut ab omni ordine canonica authoritate deponas, & hoc ut viriliter implere sufficias, me omnesque mei ordinis viros adjutores habebis non pigros. Verum ut hujus voti nescios omnino scias non esse cogendos: audi Apostolum dicentem ad Timoth. Oportet, inquam, Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum: quam ne quis sententiam ad solam ecclesiam verteret, subjunxit. Qui autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Similiter, inquit, di-

Arguit violentiam Nicolaum Hulderici.

Deus sacerdoti cōjugium constituit

Mala ex interdicto matrimonio,

Episcopus unius uxoris vir.

quit, diaconi ſint unius uxoris viri, qui filiis ſuis bene præſint, & ſuis domibus. Hanc autem uxorem à ſacerdote benedicendam eſſe, ſancti Sylveſtri Papæ decretis ſcio te ſufficienter docuiſſe. His & hujuſmodi ſanctis ſcripturæ ſententiis regulæ clericorum ſcriptor non immerito concordans, ait, Clericus ſit pudicus, aut certe unius matrimonii vinculo fœderatus. Ex quibus omnibus veraciter colligitur, quod epiſcopus & diaconus reprehẽſibiles notãtur, ſi in mulieribus multis dividuntur: ſi vero unam ſub obtentu religionis abiiçiunt, utrunq;, ſcilicet epiſcopum & diaconum, ſine graduum differentia, hic canonica damnat ſententia. Epiſcopus aut presbyter uxorẽ propriam nequaquam ſub obtentu religionis abiiciat, ſi vero rejecerit excommunicetur: & ſi perſeveraverit deiiciatur. Sanctus quoque Auguſtinus, ſanctæ diſcretionis non inſcius, nullum, inquit, tam grave facinus eſt, quin admittendum ſit, ut devitetur pejus. Legimus præterea in ſecundo tripartitæ eccleſiaſticæ libro hiſtoriæ, quòd cum ſynodus Nicenà hæc eadem vellet ſancire decreta, ut videlicet epiſcopi, presbyteri, diaconi, poſt conſecrationem à propriis uxoribus, vel omnino abſtinerent, vel gradum deponerent, ſurgens in medio Paphnutius, ex illis martyribus, quos Maximus Imperator, oculis eorum dextris evulſis, & ſiniſtris ſuris inſciſis, damnavit, contradixit: honorabiles confeſſus nuptias, ac caſtitatem eſſe dicens concubitum cum propria uxore: perſuaſitque concilio, ne talem ponerent legẽ, gravem aſſerens eſſe cauſam, quæ aut ipſis, aut eorum conjugibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnutius, licet nuptiarum expers, expoſuit, ſynodusq; ejus ſententiam laudavit & nihil ex hac parte ſancivit, ſed hoc in uniuſcujusque voluntate, non in neceſſitate, dimiſit. Sunt verò aliqui qui ſanctum Gregorium ſuæ ſectæ ſumunt adjutorium, quorum quidem temeritatem rideo, ignorantiam doleo: ignorant enim quod periculoſum hujus hæreſis decretum à ſancto Gregorio factum, condigno pœnitentiæ fructu, poſtmodum ab eodem ſit purgatum. Quippe cum die quadam in vivarium ſuum propter piſces miſiſſet, & allata inde pluſquam ſex millia infantum capita videret, intima mox ductus pœnitentia, ingemuit, & factum à ſe de abſtinentia decretum, tantæ cædis cauſam confeſſus, condigno illud, ut dixi, pœnitentiæ fructu purgavit: ſuoque decreto prorſus damnato, apoſtolicum illud laudavit conſilium. Melius eſt nubere quam mortis occaſionem præbere. Hunc forſitan rei eventum, ſi illi mecũ legiſſent, non tam temere, credo, judicarent dominicum ſaltem timentes præceptum: Nolite judicare, ut nõ judicemini. Inde Paulus dicit, Tu quis es qui judicas alienum ſervum? ſuo domino ſtat aut cadit, ſtabit autem, potens eſt dominus ſtatuere illum. Ceſſet ergo ſanctitas tua cogere, quos tantum deberet admonere, ne privato, quod abſit præcepto, tam veteri quam novo contrarius inveniaris teſtamento. Nam, ut ait ſanctus Auguſtinus ad Donatum, ſolum eſt quod in tua juſtitia pertimeſcimus, ne non pro lenitatis Chriſtianæ conſideratione, ſed pro immanitate facinorum cenſeas coercendum: quod te per ipſum Chriſtum ne facias obſecramus: ſic enim peccata compeſcenda ſunt, ut ſuperſint quos peccaſſe pœniteat. Illud & Auguſtini volumus te recordari, quod ait, Nihil nocendi ſiat cupiditate, omnia conſulendi charitate, & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Item de eodem in timore Chriſti, in nomine Chriſti exhortor, quicunque non habetis temporalia, habere non cupiatis; quicunque habetis, in eis non præſumatis: dico autem non ſi iſta habetis damnamini, ſed ſi in iſtis præſumatis damnamini: ſi propter talia magni vobis videamini, ſi generis humani conditionem communem propter excellentem unitatem obliviſcamini. Quod nimirum poculum diſcretionis ex illo fonte apoſtolicæ hauſeritis prædicationis. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorẽ alligata es uxori, noli quærere ſolutionẽ: ubi & ſubditur, Qui habẽt uxores tanquam nõ habentes, & qui utũtur modo tanquã nõ utãtur. Item dicit de vidua, cui vult nubat tantũ in domino. Nubere autẽ in Domino eſt, nihil in cõtrahendo cõnubio quod Domin⁹ prohibeat attentare. Hieremias quoq; ait: Nolite cõfidere in verbis mẽdacii, dicentes: Templũ Domini, templum Domini, templũ domini eſt. Quod Hieronymus exponens: Poteſt, inquit, & hoc illis virginibus convenire, quę jactant pudicitiam ſuã impudenti vultu, prę ferunt caſtitatem, cũ aliud habeat cõſcientia, & neſciunt illam Apoſtoli definitionem de virgine, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quid prodeſt corporis pudicitia animo conſtuprato, ſi cæteras virtutes, quas propheticus ſermo deſcribit, non habuerit? Quas quidem, quia te aliquatenus habere videmus, & quia diſcretionem, licet in hac re neglectam, in aliis tamen vitæ tuæ conſtitutionibus eam honeſte conſervatam non ignoramus. Hujus intentionis pravitatem cito correcturum non deſperamus, & ideo non quanta poſſumus gravitate, iſtam licet graviſſimam negligentiam corripimus & judicamus, quanquam enim ſecundum vocabula, quæ uſus obtinuit, ſit epiſcopatus presbyterio major, tamẽ Auguſtinus Hieronymo minor eſt, & à minori quolibet nõ eſt refugienda vel deſignanda correptio, præſertim cũ is qui corripitur, & contra veritatem, & pro hominibus niti invenitur. Neque enim, ut ait ſanctus Auguſtinus ad Bonifacium, quorumlibet diſputationes, quamvis catholicorum & laudatorum virorum, velut ſcripturas Canonicas habere debemus, ut non liceat ſalva honorificentia, quæ illis debetur, aliquid in eorum ſcriptis improbare atque reſpuere, ſi forte invenerimus quod aliter ſenſerint, quam veritas habeat, divino adjutorio vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Quid autem veritati magis contrarium poteſt invenirì, quàm hoc, cum ipſa veritas de continentia loquens, non unius hõ-

Paphnutii Zelus pro matrimonio.

Caſtitas eſt concubitus cum propria uxore.

Sex millia infantium capita in vivario inventa.

Peccata coherceantur ut ſuperſint quos peccaſſe pœniteat.

Nubere in Domino.

Corporis pudicitia quando prodeſt.

minis, sed omnium plane, excepto numero, professorum continentiæ dicat: Qui potest capere, capiat, quod isti unde nescitur instigati dicant: Qui non potest capere, feriatur anathemate. Quid vero per homines fieri potest stolidius? quid divinæ maledictionis obligatius, quam cũ aliqui vel episcopi videlicet vel archidiaconi ita præcipites sint in libidinem, ut neque adulteria, neque incestus, neque masculorum, proh pudor, turpissimos amplexus sciant abhorrere, quod casta clericorum conjugia sibi dicant fetere, & ab eis non veræ justitiæ compassione clericos ut conservos cogant vel moneant continere, sed ut servos jubeant ac cogant abstinere. Ad cujus imperii, ne dicam consilii, tam fatuam, tamque turpem addunt suggestionem, ut dicant honestius esse, pluribus occulte implicari, quam aperte in hominum vultu & conscientia cum una ligari. Quod profecto non dicerent, si ex illo & in illo essent, qui dicit: Væ vobis Pharisæis, qui omnia facitis propter homines. Et per Psalmistam: Quia hominibus placent, confusi sunt, quoniam Dominus sprevit eos. Hi sunt homines, qui prius deberent nobis persuadere, ut in conspectu ejus, cui omnia nuda & aperta sunt, erubescamus peccatores esse, quam in conspectu hominum mundi esse. Licet ergo merito suæ pravitatis nullius cõsilium mereantur pietatis, nos tamen memores humanitatis divinæ eis consilium autoritatis nunquam à pietate vacantis, per viscera ministramus charitatis. Dicimus nempe: Eice primum hypocrita trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut eiicias festucam de oculo fratris tui. Illud quoque rogamus eos attendere, quod Dominus dicit de meretrice: Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat, quasi diceret: Si lex jubet, si Moyses jubet, jubeo & ego, sed competentes legis ministros exigo. Attenditis quid additis, attendite quæso & quid estis: quia si teipsum, ut ait scriptura, perspexeris, nulli unquam detraxeris. Significatum est nobis etiam de quibusdam eorum, qui tanta apud se intumescant elatione, ut gregem Domini, pro quo boni pastores animas non dubitant ministrare, isti verberibus absque ratione præsumant laniare quorum sententiam S. Greg. deplorans ait: Quid fiet de ovibus, quando pastores lupi fiunt? sed quis vincitur, nisi qui sævit? quis vero persecutorem judicabit, nisi qui dorsum suum ad flagella patienter ministravit? Operæpretium est autem ut audiatur, quo fructu tantum ecclesia Dei scandalum, tãtum clerus despectum & ab ipsis episcopis, & ab eorum infidelibus patiatur. Nec enim eos infideles dicere dubitaverim, de quibus Paulus Apostolus dicit ad Timot. Quia in novissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dœmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere. Hic est autem si diligenter inspiciatur, totius eorum manipulus zizaniæ, totius conventus insaniæ, ut dum clerici licita unius mulieris consortia pharisaico devicti, quid absit, furore relinquere coguntur fornicatores & adulteri, & aliarum pravitatum turpissimi ministri cũ ipsis efficiantur. Qui hanc in ecclesia Dei hæresim sicut cæci duces cæcorũ machinantur, ut videlicet illud impleatur, quod Psalm. eis, utpote eorum præscius erroris, taliter imprecatur: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurva, quia ergo, nemo qui te, ò Apostolice, novit, ignorat, quod si tu per tui decreti sententiam, tantam futuram esse pestilentiam solidæ discretionis claritate perspexisses, nunquam quorumlibet tam pravis suggestionibus consensisses. Debitæ tibi subjectionis fidelitate consulimus, ut vel nunc ad tanti scandali ab ecclesia Dei propulsionem evigiles, & qua nolli discretionis disciplina, pharisaicã ab ovili Dei extirpes doctrinam ne scilicet unica Domini Sunamitis adulterinus diutius usa maritis, gentẽ sanctam, regale sacerdotium, per irrecuperabile à suo sponso Christo videlicet avellat divortium, dum nemo sine castimonia non tantum in virginali flore, sed etiam in conjugali habita conjunctione, visurus sit Dominum nostrũ: Qui cũ Deo patre & spiritu sancto vivit & regnat, per omnia secula seculorũ. Amen.

Qui possit capere capiat.

In eos quibus fetent sacerdotum connubia.

Qui gregem Dominicum male pascunt.

Sine castimonia nemo videbit Deum.

Inventa est hæc Epistola in quadam bibliotheca oppidi Veteris aquæ, Germanicè Altwatter / *in Hollandia, inferioris Germaniæ provincia.*

Hoc tempore florent Passarion & Cusanus Cardinales, Ludovicus Pontanus, Paulus Castrensis, Antonius Rosellus Legistæ, Germisonus Savonarola, Batzizius Medici, Peurbachius, Blanchinus, Astronomi, Argypolus Philosophus, & Perotus.

DE DISSIDIO DIETHERI DE ISENBERG, ET *Adolphi de Nassaun, Archiepiscoporum Mogunt.*

Dissidium episcoporum Mogunt. Diethari de Isenberg, & Adolphi de Nassaun.

PEr idem tempus, cum ecclesia Mongontina insigni clade duos haberet pontifices, electos in discordia, Pius Papa qui nosset opes ecclesiæ dudum in Germania versatus, annatam extorsit acerbius. Sed Dietherus de Isenberg, qui potior in jure videbatur, dum ut ferunt, annatam pro arbitrio Papæ non solvere, & de non sollicitando pro Concilio sacramentum præstare recusaret, confirmationem jam datam Papa retraxit, & æmulo suo contulit Adolpho de Nassauu. Nihil actum videbatur Apostolica confirmatione, quam uterq; tenebat, nisi arma veniissent in medium. Palatinus Fridericus tuebatur Dietherum, quare Imperator cõtra eum Vuirtebergensem ducem, Marchio-

Marchionem Badenſem,& Epiſcopum Metenſem commovet. Ii invadunt ditionem Palatini,& capiuntur,duobus nobiliſſimis comitibus,uno de Helffenſtein,altero de Salm,in prima acie occiſis,cum triumpho ducti ſunt in arcem Heidelbergenſem, ibique ad annum prope ſervati,donec tandem legibus,quas victor voluit acceptis,dimiſſi ſunt. Udalrichus Vuirtenbergenſis pro ſua liberatione centum millia florenorum dedit. Nauclerus. Propter horum trium principum captivitatem, Æneas Sylvius Papa conatur ducem Burgundiæ Carolum, Philippi regis filium,inſtigare contra Palatinum Rheni, Dietherum de Iſenberg,& comitem de Katzenœlbogen. Vide Epiſt 496. Dietherus urbem & arces habebat potiores. Concurrerunt aliquando armis in acie victa pro Dietheri ceſſit. Deinde oppugnata civitate, captaque armis auxilio comitis Palatini de Rheno,Dietherus cum nihil hoſtili molitione perſentiret,penè in ipſa quietis ſuæ ſede interceptus eſt, calente adhuc lectulo unde dilabebatur. Sævitum eſt in majores urbis,qui partem tutati ſunt Dietheri. In miſeram ſervitutem urbs pridem libera redigitur. Archiepiſcopus cum clero dominatur. Rebus tamen inter æmulos compoſitis,Dietherus deputatas ſibi accepit arces cum proventibus certis, ſi ad eum diem pervenerit,de Adolphi ſucceſſione, idque poſt ſextum annum evenit. Dum enim Dietherus mortuo Adolpho redditur eccleſiæ,ſed in quam ſervitutem civitas propter eum venerat,in ea reliquit. Arcem quoque ad Rheni fluenta juxta civitatem extruit, quæ pro freno ſit civitati,ne quando reſurgat in priſtinas vires. Publicum inibi erexit literarum palladium. Stipendia & præbendas deputat doctoribus & magiſtris,in eo deſudantibus operæ literariæ.

Anno 1461 Moguntia ſe vaſp' ex aurea & libera civitate.

EX ENARRATIONE FACTI DEPOSITIONIS DOMini Dietheri de Iſenburg, anno 1489. per Notarium quendam conſcripta, hæc deſumpta ſunt.

PApa Pius ob has cauſas potiſſimum adverſabatur Diethero, propter quas etiam privavit.

Iniqua petit Romæ Pont.

I. Quia non conſentiens Dietherus in impoſitione Decimæ,Vigeſimæ,aut Triceſimæ,

II. Quia Dietherus noluit ſe aſtringere Pontifici Romano,petēti,ne Dietherus nūquam principes Electores convocaret,abſque ejus (hoc eſt Rom. Pont.) licentia

III. Quia Dietherus noluit legatis Pontificiis permittere, ut eorum libitu convocarent clerum. Pius confirmare Dietherum detrectat,niſi ipſe Romam veniret. Mogontinus vocationem ſuam ad Romam ægrefert,infirmitatem excuſat. In comitiis Vuiennæ,& poſthac Bombergæ Oratores Dietheri graviter in legatos pontificios invehunt, Excommunicatur Dietherus per auditorem Cameræ, Coloniæque publicatur. Hinc Mogontinus exarſit in ira,& de vindicta ſuſcipienda cogitavit. Gregorium Heymburg doctorem accerſivit in Conſiliarium ad comitia Norinbergenſia. Scribit Dietherus ad principes Germaniæ contra Papam & ſedem Apoſtolicam,ſatagens ut exoneretur natio Germanica ab oneribus curiæ Romanæ, contra decreta Conciliorum Conſtant. & Baſilienſ. Solutio Annatarum propter exceſſivam taxam articulorum unus erat. Inſiſtitur appellatio à Papa ad generale Concilium. Fridericus comes Palatinus Rheni,dux Bavariæ,& Fridericus Marchio Brandeburgēſis,& alii principes adhærēt appellationi. Summa quæ danda fuerat per Dietherum, erat 20. millia,ſexingenti & 4. floreni. Scribuntur duæ epiſtolæ à duobus Electoribus,Palatino & Brandeburgenſi,ad Papam,acres & pungentes, complectētes hos ſex Articulos. Primus,De tollenda Decima. II. De revocanda reſtitutione Mantuana. III. De auferendis annatis ſecundūm decreta Concilii Baſilien. IIII. De congregando concilio. V. De gravamine illato ſingulariter electo Mogontino & adhærendo appellationi ſuæ. VI. De accipiendo in his remedio,dato quod Papa non vellet hæc facere ut incepta ſunt.

Vt ipſe Dietherus Romam veniat.

Gregorius Heymburg.

Onera Germaniæ.

Epiſtola Electorū acres ad Papam.

Reſpondetur à Pontificiis oratoribus ad omnia afferuntur argumenta,ne ad futurum Concilium appelletur: defenduntur Annatæ: excuſatur Simonia, pragmatica ſanctio confellitur, habent oratores Pontificii colloquium ſecretum cum Diethero,proponitur Mogentinum non poſſe inferre bellum Papæ Romæ,ſed viciſſim. Capita appellationis faciunt libellum famoſum. Minantur Oratores de alio præfiniendo, Mogontinam eccleſiam Archiepiſcopalem, facere Suffraganealem. Duci vult Papa, non cogi. Cardinalis de Cuſa ſcribit ad fratrem Mogontini Johannem de Iſenberg,hortans, ut moneret fratrem ſuum,ut humiliaret ſe,& peteret veniam à Papa. Has literas Dietherus à fratre in Hœſt accipit. Interea & Papa Pius duobus Electoribus, Palatino & Brandeburgenſi ſcribit,ſe excuſans,quod taxam non auxerit. Scribit dilectis filiis Decano & Capitulo Mogontino,conqueritur de Diethero,qui vellet ſedem Apoſtolicam humiliare,& Imperialem evehere: & quod vera etiam in Papam dicere,eſſet contra juramentum Epiſcoporum.

Minæ Romanorum.

Vera in Papam dicere,peccatum eſt.

Poſthæc aggravatur Dietherus per auditorem Cameræ,hujus admonetur Dietherus per Archiepiſcopos Colonienſem & Treverenſem. Interea Oratores Pontificis,& legati Alberti Marchionis Brandenburgenſis ſerio agunt pro pace. Exemplum Tridentini adducitur, qui cum obnoxius eſſet Eccleſiæ à tempore Calixti Papæ 21. millibus ducatorum, petivit gratiam, humiliter ab electo Pio, & dimiſit illi totum debitum. Decanus Vuormatienſis prævidens mala futura nobili

Exemplum Tridentini.

Digitized by Google

patriæ, clamans & appellans, importune vadit ad Dietherum, & obtinet, quod coram uno notario, & duobus teſtibus Dietherus appellationi renunciat. His peractis, Oratores Papæ mittunt Romam duos nuncios. Res inter Cardinales ultro citroque agitatur, poderabant multum malum exemplum, quod ſi ita dimitterẽt, autoritas Apoſtolicæ ſedis prorſus peſſum daretur. Ergo ſecunda vice concluſum eſt, ut privaretur Dietherus & provideretur alteri.

Dietherus privatur.

Adolphus de Naſſauu eligitur.

Voluiſſet quidẽ Papa, quod Capitulum elegiſſet, verum propter ſcandalum vitandum obmiſſum eſt, quare Papa dominum Adolphum proprio motu elegit, propter nobilitatem generis, propter doctrinam. Et quia dilectus Imperatori, & quia dilectus etiam à ſubditis Eccleſiæ Mogont. & à majori parte capituli, & quia cum ipſo Diethero coelectus fuerat, & quia multos habebat cõſanguineos, & amicos, quorum fretus auxilio poſſet poſſeſſionem Eccleſiæ vendicare. Pollhac Dietherus, & complices excommunicãtur, & execrantur, & inhibetur, ne quis eis panem, vinum, carnes, equos, currus, baliſtas, lanceas, & id genus adferat. Argentorati & Spirę valvis Eccleſiarum affigi præceperat Pius. Executores conſtituerat Archiepiſcopum Colonienſem, & Argentoratenſem. & Decanos Treverenſem, & Argentoratenſem.

Dietherus & cõplices excommunicantur.

Hæc facta ſunt Anno domini 1461. Viciſſim à Diethero & ſuis, hoc eſt Friderico Palatino, & Philippo Comite in Katzenellenbogen, interdicitur omnibus Papiſticis literis & proceſſibus, ſub pœna capitis. Et cum conſtiterit de nuntiis talibus, ut capiantur, & præfectis Principum præſententur. Interea ſcribit Pius oppidis Reingavię, ut Adolphum de Naſſauu Eccleſię Moguntinæ, Archiepiſcopum & Paſtorem habeant. Et anno domini 1462. implorat à duce Burgundione auxilia contra Dietherum, ut ex ſequentibus literis apparet.

COPIA LITERARUM PII SECUNDI RO. PONT. *ad ducem Burgundiæ, contra Dietherum de Iſenberg.*

Dilecte fili Salutem. Credimus nobilitati tuæ abunde cognitum eſſe, Dietherum de Iſenburg, obejus ob ſlinatam duritiem & contumaciam, aliaque gravia ipſius demerita Mogontina Eccleſia depoſitum, & privatum à nobis extitiſſe, & dilectum filium Adolphum de Naſſauu, ad eandem Eccleſiam fuiſſe promotum. Credebam Dietherum juſtæ ſententiæ noſtræ acquieturum. Verum ipſe in reprobum ſenſum penitus converſus, & Dei ac noſtro & ſedis Apoſtolicæ honore contempto, ad arma devenit, & ad ruinam deſolationemque nobiliſſimæ illius Eccleſiæ anhelans, adjuncto ſecum & accito Friderico, comite Palatino Rheni, omnium conatu nixus eſt, & nititur facere, quæ poteſt ad deſtructionem Eccleſiæ prædictæ. Etſi licet Adolphus cum ſuis fautoribus hactenus magno animo reſtiterit, malitiæ Dietheri & complicum, resque ad bonum & fœlicem exitum directa videtur. Tamen ex inſperato accidit nova calamitas, quæ non parum rationes noſtras cõturbavit. Nam ut te jam intellexiſſe opinamur, capti ſunt in bello Epiſcopus Metenſis, Marchio Badenſis, & comes de Vuirtenberg. Propter quod credibile eſt partes Adolphi & ejus fautores non parum eſſe conſternatos, & opus eſt, ut eis celeriter ſuccurratur. Nos itaque, quibus hæc res, ſupra quam dici poteſt, pro noſtro & dictæ ſedis honore, cordi eſt, cum animum in multas partes verteremus, tua nobilitas potiſſimum occurrit, quæ ſua potentia laſſis rebus facile ſuccurrere poſſit. Proinde hortamur eandẽ, & per Chriſti charitatẽ requirimus, ut qua celeriter, prout rei neceſſitas poſtulat, velit potenti manu ſua auxilia oportuna prædicto Adolpho ſe re. Cõſideret excellentia tua in hoc agi de honore Dei, & ſanctæ ſedis matris tuæ, quę audacia & ſcelere Dietheri non leviter violata eſt. Nos autem cum ſemper de tua nobilitate opinionem catholici Principis geſſerimus, omniaq; magna de tua potentia nobis metipſis polliciti fuerimus, perſuademus nobis, nihil unquam à tua excellentia gratius & acceptius nobis fieri poſſe, quã ſi celerrime Adolpho auxilium tuleris, & tale auxilium, ut Eccleſia Mogontina, quæ illi Canonice à nobis commiſſa eſt, à ſævitia & violentia Dietheri dicti comitis liberetur. Hoc erit opus dignum tanto Principe, acceptiſſimũ Deo & nobis & ex quo immortalis gloria excellentiã tuam ſit ſequuturа. Datũ in Abbatia ſancti Salvatoris Cluſen. diœceſis. 28. Julii Pontificatus noſtri anno quarto.

Capti tres Principes.

Inter epiſtolas Sil Sit eſt 3 epiſt. in quæ ſcribit: vel ſimul cum ipſo Imperatore communi nomine nobilitati tuæ, aut dilecto filio Carolo nato tuo contra Valaſium & Dietherum de Iſenberg, & Comitem de Catzenelbogen & illis adhærentes & ſequaces opitulandum committimus.

PIUS SECUNDUS DILECTO FILIO FRANCISCO *Decano Tolletano Subdiacono, nuncio, ac Oratori noſtro*

Dilecte fili Salutem. Ex literis dilecti Petri Franci, Collegæ tui, datis ex Cõfluentia ſexta die præſentis menſis accepimus de prælio commiſſo cum comite Palatino, & de captivitate Epiſcopi Metenſis, Marchionis Badenſis, & Comitis de Vuirtenberg, quod nobis certe diſplicentiã attulit, nam per ea quæ apparebant, confidebamus eos Eccleſiæ Mogõtinæ cito fœlicem exitum habituros. Sed propter hoc non eſt ſpes abiicienda, maximeque confidendum eſt in potenti manu Dei, quæ nunquã juſtitiam ſuccumbere permittit. Ut autem cito ſuccurratur, volumus ut cõmunicato conſilio cũ dicto collega tuo, tu aut ipſe, prout, melius inter vos convenietis, propere ſe conferant ad dilectũ filium nobilem virum Philippum ducem Burgundiæ, eumque omnibus rationibus & ſuaſionibus inducere connemini, ut in hac re conſilium præbeat, & quã celeriter

pro-

pro noſtro & Apoſtolicæ ſedis honore auxilium & opem Adolpho præbere velit. nam nulla in re poſſit nobis complacere, prout nos etiam efficaciter ad eum ſcribimus. Utimini igitur in hac re omni ſtudio & celeritate, pro ut rei importantiam poſtulare cognoſcitis. Datum in Abbatia ſancti Salvatoris Cluſenſis diœceſis, ſub annulo piſcatoris, die 28. Julii. 1462. Pontificatus noſtri anno quarto.

Sub Diethero de Iſenburg, effectum fuit per jureconſultos & Curiæ Romanæ fautores, ut Johannes de Vueſalia probatiſſimæ vitæ Theologus, cõcionator Vuormatienſis examinaretur. Quoniam de mandatis Apoſtolicis, de jejunio, de indulgentiis, ut videbatur minus juſte ſentiret. Paradoxa hæc ferebantur à quibuſdã Thomiſtis, ex illius concionantis ore fuiſſe excepta, mox damnata per M. N. hæreticæ pravitatis inquiſitores. M. N. Gerhardum Elten de Colonia, & M. N. Jacobum Sprenger. Anno domini 1479 Mogontiæ

PARADOXA D. JOANNIS DE VVESALIA, SACRARUM literarum Doctoris, ac concionatoris Vuormatienſis, quæ feruntur à quibuſdam Thomiſtis, ex illius concionantis ore fuiſſe excepta, mox damnata per Magiſtros noſtros, Gerhardum Elten de Colonia, & M. N. Jacobum Sprenger, Anno domini 1479. Moguntiæ

AN Prælati habeant autoritatem inſtituendi leges? Reſpondeo, quod non: quia Chriſtus in Evangelio dicit diſcipulis ſuis: Euntes in univerſum mundum &c. Ecce commiſit prædicare Evangelium: ergo non debent, nec poſſunt novas leges facere: ſed debent fideles ad hoc inducere, ut ſervent Evangelium. Item, Docete omnia quæ mandavi vobis &c.

Omnes Chriſtiani, quantumcunque docti & ſapientes, non habent autoritatem exponendi verba Chriſti. Quis vellet dicere inter homines mentem Chriſti, quam ipſe prætendit in ſuis verbis niſi ipſe ſolus?

Quare oculati expoſitores, exponendo comportant textus, unum exponendo per alium,

Indulgentias nihil eſſe credit.

Gloſſæ non credit.

Doctorum ſcriptis, etiam ſanctorum quantumcunque non credit.

Mandata Eccleſiæ non ligant ad peccatum.

Adveniat regnum tuum &c. ibi non petimus regna cœlorum, quia illud non venit ad nos.

Raro reperio, vel nõ duos unanimes literatos, etiam in fide, nullus tenet mecum, dempto Evangelio, ubi omnes ſumus concordes.

Deus ab æterno condidit librum, in quem ſcripſit omnes ſuos electos: quicunque autem in eo non eſt ſcriptus, nunquam inſcribetur in ipſum in æternum. Et qui in eo ſcriptus eſt, nunquam ex eo delebitur, Abſque ſpecificatione dixit, unde ſimplices occaſionem mali, ſeu malũ ſumpſerunt.

Sola Dei gratia adjuvantur electi. Et quẽ Deus vult ſalvare donando ſibi gratiam, ſi omnes ſacerdotes vellent illum damnare aut excommunicare, adhuc ſalvaretur ille. Et quẽ Deus vult damnare, ſi omnes presbyteri, Papa, & alii, vellent hunc ſalvare, adhuc eſſet damnaretur.

Quod timeat, quod noſtri doctores male, ficte & falſe, exponant ſacram ſcripturam.

Si nullus unquam Papa fuiſſet, adhuc ſalvati eſſent, hi qui ſalvati ſunt. Et quod Papa, & Epiſcopi, & ſacerdotes nihil ſint ad ſalutem, ſed ſola concordia ſufficit, & pax hominum & pacifice vivere.

Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, ſic ſcilicet quod velit poteſtatem non eſſe.

Si ſanctus Petrus inſtituiſſet jejunium, forte ideo feciſſet, ut eo melius piſces ſuos vendidiſſet.

Chriſtus nunquam inſtituit aliquod jejunium, nec prohibuit quemcunq; cibum quocunq; die ſicut carnes.

Sacrum oleum eſt ſicut aliud oleum, quod comedis domi in offa.

Chriſtus nullum feſtum præcepit celebrare. Item nullam orationem docuit, niſi dominicam; neque mandavit ſacerdotibus canere, vel legere ſeptem horas canonicas, jam longas, jam breves matutinas: Sic miſſa jam eſt gravata in Chriſtianitate. Dum enim beatus Petrus legeret miſſam, præmiſſo ſolo Pater noſter conſecravit, & ſe & alios cõmunicavit, tunc totum fuit expeditum: nunc vero oportet ſacerdotem ſtare in miſſa ad horam vel ultra ſuſtinendo frigus, quod noceat ei ad annum vel amplius. Et ſic homo interimit ſeipſum.

Sancta Eccleſia nõ inſtituit jejunium: neq; tempore ſeptuageſimæ interdixit celebrare nuptias.

Si quis confiteatur, injungitur illi ardua pœnitentia, ut peregrinetur Romam, vel ad alia remotiora loca, ſtrictum jejunium: quod dicat multas orationes. Quod Chriſtus nõ fecit, ſed ſolum dixit: Vade, noli amplius peccare. Sic gravata eſt Chriſtianitas per humanas leges, & conſtitutiones.

Scriptura ſacra non dicit, ſpiritum ſanctum procedere à filio.

Peregrinantes Romam fatui ſunt: quia hic inveniſſent & obtinuiſſent, quod alibi quæſierunt.

In ſym-

In ſymbolo fidei circa illum articulum, ſanctum eccleſiam: ego non pono catholicam, neque Hieronymus ponit: quia catholica, id eſt univerſalis: ſed univerſalis congregatio omnium baptizatorum non eſt ſancta, ſed major pars reprobata. Sed forte quidam appoſuit, & poſtea venit in conſuetudinem totius multitudinis. Alſo gaht es zu in der Chriſtenheit.

EXAMEN MAGISTRALE AC THEOLOGICALE DOCTORIS Joannis de Vueſalia, Concionatoris Vuormacienſis, præſidentibus Magiſtris Noſtris, hereticæ pravitatis inquiſitoribus, M. N. Gerhardo Elten, & Jacobo Sprenger, de ordine Prædicatorum.

Diether Epiſcopus Moguntinus, Comes de Iſenburg.

ANno domini 1479 Reverendiſſimus præſul Moguntinus, Dietherus Iſenburgius, miſit literas ad Univerſitatem Heidelbergenſem & Colonienſem, inſtigantibus, imò cogentibus Thomiſtis quibuſdam, veritus, ne denuo ab Epiſcopatu ejiceretur, juſſu Romani Pontificis, quod cõmeruerat ante levibus verbis, Romanorum in vendendis Palliis, notata avaritia. Et minabantur ei Romani præſulis iram, quam pridem non tam ipſe fuerat expertus, quàm tota Moguntia & capta, & direpta ac à victoribus nullũ non cõtumeliarum genus paſſa (unde ferunt Pium Pontificem ad Moguntiæ mentionem ſemper ingemuiſſe, quod jus ſuum tam inſigni damno vindicaſſet) Miſit inquam literas ad antedictas univerſitates pro Theologis examinaturis articulos M. Joannis Vueſaliæ de hæreſi ſuſpectos. Ad quas quidem literas ego N. N. nomine Univerſitatis reſpondi.

Pius ſecũdus, qui ante Æneas Sylvius.

Itaque feria ſexta proxima poſt Purificationis, convocatione facta omnium doctorum Heidelbergenſium, & magiſtrorum, ſuffraganei, comitis de Vuertheim vicarii, comitis de Sulmis cuſtodis, Breitenbach, Macarii, Canonicorum Eccleſiæ Moguntinæ, plebani Franckphordienſis, Rectoris Univerſitatis, & Decani facultatis artilicæ ſtudii Moguntini, prælatorum Eccleſiaſticorum, & doctorum conſulum, præſulis inclytiſſimi, conſultatum fuit de modo, ordine, proceſſu, inſtitutione examinis. Et concluſum, quod M. N. Vueſalia juſiurandum facere deberet, quod præſentare & tradere vellet omnes tractatus, opera, ſcripta ſua qualiacunque quæ condidiſſet, ut per proprios ſermones vinceretur. Qui autem ab eo juramentum reciperent, deputabantur comes de Vuertheim, Michael Heim, fiſcalis Epiſcopi, Decanus S. Victoris, Joannes Fauſt, & notarius. Adjungebatur, quod doctores Heidelbergenſes cum tribus aliis, ſcilicet Macario, Decano S. Victoris, & quodam alio perſpicerent tractatus ejus, errores excerperent, dearticularent. Tempore intermedio advenerunt Doctores Colonienſes religioſi, M. N Gerhardus Elten inquiſitor, & M. N. Jacobus Sprenger, ordinis Prædicatorum. Inter quos libelli dividebantur, ut quivis perlegens turpes errores extraheret, in quibus de hæreſi ſuſpectus judicaretur.

Sabbatho, doctores Heidelbergenſes & Colonienſes, articulos excerptos Archiepiſcopo præſentant, & modum incipiendi, continuandique dicunt. Præſul nihil eorum inſpexit, quia in unum non erant redacti. Præterea, cœtus doctorum reverendiſſimo patri, M. N. Gerhardum, ut inquiſitorem hæreticæ pravitatis obtulit, qui ſuſceptus honorifice, literis teſtimonialibus ſe habere hujuſmodi autoritatem, docuit & probavit. Statutus eſt dies, hora, locus examinis, ad feriam ſecundam apud Minores cũ quibus in captivitate morabatur doctor de Vueſalia. Deinde unà omnes doctores & magiſtri Heidelbergenſes cum Archiepiſcopo prandebant.

Hujus doctoris Joannis de Vueſalia examini, & inquiſitioni interfui ego ipſe, qui hæc ſcribo in Moguntiaco, ſub Archiepiſcopo domino Diethero de Iſenburgo, qui ad ſe vocaverat Theologos Heidelbergenſes: & venerũt dominus doctor Nicolaus de Vuachenheim, ſolus de via (ut dicunt) Modernorum, dominus doctor Hervicus de Amſterdamis, dominus doctor Jodocus de Calbo. Ex Agrippina vocati fuerunt, & venerunt M. N. Henricus de Elten, ordinis Prædicatorum, inquiſitor hæreticæ pravitatis, M. N. Jacobus Sprenger, ordinis Prædicatorum, & quidam alius ejuſdem ordinis.

Magiſter Joannes de Vueſalia longo tempore gravi morbo laboravit, nihilominus inquirebatur ab eo ſatis fervide. Quædam negavit ſe dixiſſe, quædam ut præ ætate & languore potuit, conabatur interpretari. Et ipſe per ſeſe etiam allegabat ſuam diuturnam infirmitatem.

Dempto ſolo articulo de proceſſione ſpiritusſancti, in aliis videtur non ita gravi cenſura fuiſſe caſtigandus, ſi indutiæ datæ fuiſſent, ſi conſultores ei fuiſſent adhibiti, ſi non omnes uno ſolo dempto, fuiſſent de via realium. Et niſi forſitan impetus quidam irrepſiſſet in religioſos, triumphandi de ſeculari. & præſertim de eo, qui illorũ Thomam peculiariter non coluerat, forſitan potuerat cũ eo mitius, humanius, & clementius, benigniusque actum & proceſſum fuiſſe. Deum teſtor, qui omnia novit, hunc proceſſum qui cum eo ſervatus fuit uſque ad revocationem, & librorum ſuorum exuſtionem, vehementiſſime diſplicuiſſe magiſtro Engellino de Brunſuico, maximo Theologo, & Magiſtro Joanni Keiſersbergio, duobus utique viris, cum doctis, tum integris. Præcipue Magiſtro Engellino viſum fuit nimis præcipitanter cum tanto viro actum eſſe. Immo non verebatur aſſerere multos articulos ejus, & majorem partem poſſe ſuſtineri. Nec obticuit de ſimultate Thomiſtarum contra Modernos, & de gaudio triumphandi religioſorum contra ſeculares.

D. Engelinus.

D. Keyſersperg.

Pio

Pio ſucceſſit Paulus hujus nominis ſecundus, Venetus patria, & is nihil intermiſit, quod ad expeditionem in Turcam pertineret, prædeceſſoris ſui Pii inchoata perfecturus, in quam rem publicas in urbe ſtationes & ſupplicationes habuit cum populo, ſcripſitq; Imperatori, ut evocaret principum conventum in locum commodum, in quem ipſe legatū ſuum plena mitteret facultate. Qui cum in Norinbergam eſſet indictus conventus ad diem Jacobi, paucis comparentibus, tenditur in diem proximum Trium Regum in Ratiſponam. Sed tantundem etiam tum peractum eſt: aderat Franciſcus Picolomineus Cardinalis, Pii Pontificis nepos, qui diu literis Vuiennæ incumbens, linguam calleret Germanorum, cujus nomine Johannes Antonius Campanus in conventu Principum artificioſam orationem plenam laudibus antiquæ Germaniæ habuit. Sed nihil cum Fabio cunctatore volebat Pontifex, ut expeditio bellica ex viribus Germaniæ fieret in hoſtem, ſed ſurdo narrabat fabulam, quòd nec Imperator armis delectaretur, nec nervos belli ex Italia, Germaniaq; teneret. Quo enim volitaret implumis aquila? Italiam Papa cum Principibus aliquot, & communitatibus tenet. In Germania vero patrimonium imperii Principes occupant Electores. Albert. Krantz in Vuand.

Paulus ſecundus Venetus, hic avariſſimus fuit, ſub quo res Pontificia in magnam inclinationem facere capit.

Hac æſtate ab Imperatore venerunt literæ ad Concilium Lubecenſe, ſuper Decima, ad bellum in perfidos Turcas, ab laico populo perſolvenda. Difficile fuit inſolitam rem ibi primum intentare. Quievere autem ſecundam expectantes juſſionem. Interim explorantes, quid apud alios ea in re ageretur. Ab eccleſiis, quo minus tum exigerentur, obſtitere Archiepiſcopi ad Rhenum, etiam appellationis objectu parati occurrere.

GEORGII SCANDERBEGI HISTORIA per compendium.

ANno dom. mill. 455. tempore Amurathis & Mahumetis Turcarū Imp. claruit Georgius Caſtriotus, dictus Scanderbegus, Epiri Albaniæque dominus. Is adhuc adoleſcens, à patre ſuo duce Johanne Caſtrioto, Turcarum Imperatori Amurathi, cum tribus aliis ſuis fratribus, obſidum loco traditus fuit. Tum dictus Georgius. Turcæ vero propter magnifica ejus facta indiderunt ei nomen Scanderbeg, quod perinde ſonat, ac ſi dicas: Magnus Alexander. Is cum aliquot annis in Turcæ aula fuiſſet, tandem ſingulari Dei ordinatione in patriam rediit, armata hanc manu occupans, & fœliciter contra Imperatorem Turcarum Amurathem & Mahumeten pugnans. De hoc habes præclaram hiſtoriam per libros duodecim Martini Barletii Scodrenſis, de geſtis Scanderbegi, per Johannem Pinicianū nuper verſam in Germanicum: quam cum eruditi percuperent latine legere, nec offertur quod ſciam hodie, libuit ex prolixo Germanico per Epitomen quædam hic referre. Nam Scanderbegus ſua magnanimitate, ſæpenumero totius Orientis robur & vires fregit, totius orbis oculos in ſe cūvertens. Nec contentus in Epyro & Albania præclare & heroice agere, verum totum ſe impendit, quicquid Hungariæ incommodaret, avertere. Tandem in Italiam profectus, & Gallorum faſtum ſuppreſſit, Neapolitanum regnum mirabili fortitudine ex manibus inimicorum eripuit, vero domino & poſſeſſori reſtituens.

Caſtriotus dictus à patre & familia.

Epyrota vel Epyrenſis, ab Epyro.

Albanus ab Albania quam poſſedit.

Scanderbeg, id eſt. Alexander Magnus.

Marinus Barletius.

Hujus herois tempore omnia fervebant gaudio, paſſim audiebatur dulce nomen libertatis, Patre Johanne Caſtrioto, matre Voiſana, principe Tribalorum, quæ novem liberos peperit, puellas quinque, Mariam, Jellam, Angelinam, Ulaicam, Mamizam: & maſculos Repoſiū, Conſtantinum, Staniſiam, & Georgium, qui junior fuit.

Libertas ſub Scanderbego.

Parentes Scanderbegi.

Cum vero Amurathes Turcarum princeps Macedoniam bello moleſtaret, Græcos ſub jugum ſummittens. Johānes pater diuturno bello exhauſtus, cogitur pacem petere, quæ illi contigit, datis omnibus ſuis filiis obſidibus. At impius hoſtis juxta Mahometanā ſectā, abductos Caſtrioti liberos juſſit circuncidi: mox mutata illis nomina, & Georgius dictus Scanderbeg: quod ſi interpreteris, ſonat, Alexander dominus. Cōſtituuntur præceptores, & ut ingeniū humanū capax eſt, nec ſeptis includi vult, brevi didicit idioma Turcicū, & Turcicas, Arabicas, Græcas, Italicas, & Vādalicas literas. Interim corporis etiam vires acquirendo, fame, ſiti, frigore, vigiliis ſe exercuit & præclare factis charior factus Amurathi, dignitate Sanzachi, quæ altera eſt poſt Baſſos, ornatur, & equitibus quinque mill. præficitur. Vix natus annos 18. juſſu Tyranni in Aſiam abit, domi foriſque conſpicuus. Nudus cum nudo Scytha duellum habet, & vincit. In Burſa quæ Bithyniæ caput eſt Aſiatici regni, cum duobus ex Perſide, Jaca & Zampſa congreditur, certe Hercules contra duos. Poſthac ſæpe in Europam profectus, contra Chriſtianos & Græcos abſoluti Capitanei functiones obit. In Nicomedia, Pruſia, & Otrea, nobili Aſiæ civitati, præſente Amurate fortiter agens.

Ingenium Scanderbegi.

Dignitas Sanzachi.

Moritur autem in Epyro Johannes Scanderbegi pater, tyrannus Crojam occupat, ut qui defuncti liberos apud ſe haberet, Fratres Scanderbegi tyrannus veneno necat, ipſe vero uti Hercules in precio habetur. Sed ut virtus invidia non caret, & arma regum ſunt venenum clancularię artes

Pater Scanderbegi moritur.

Digitized by Google

Consilium Scanderbegi de recuperanda Croia.

tes, fictæ calumniæ, falsæ excusationes, defertur apud Ottomannum, sed virtus juvenis superat, mox contra Georgium principem & Despotem Serviæ, glorioſe pugnat, Cogitat qua ratione à servitute tyranni se liberet, maxime de recuperanda Croja. Egregius simulator, cum à morte patris primarii Epyri ad eum mitterent. Est autem Croja metropolis Epyri, natura munitissima urbs, & planè talis, ut secluſa fame omnia bellica machinamenta facile contemnat.

Croia.

Cum autem Despotes Mysiam recuperaret, & rursus impar viribus Amurathi perderet, ac cõsilio Juliani Cardinalis S. Angeli, quem Eugenius miserat, regem Ladislaum auxiliatorem imploraſſet, id intelligens tyrannus, Bassam Romanæ, & Scanderbegum mox in Ungaros præmisit, cum viginti millibus, ipse more suo cum reliquo exercitu sequuturus.

Huniades Ianeus victor Turcarum

Eo tempore Huniades Janeus (à quo Turcas sæpe victos cõstat) triginta quinque millia militum habebat, & apud Moravam fluvium, Bassa & Huniades congressi sunt. Scanderbegus cum videret res Turcarum infœliciter habere, auxilio amicorum cum primis Amesæ nepote ex fratre in Ungarorum partes secedit. Secretarium Bassæ capit, literas ad præsides & magistratus Crojæ ab eo extorquet, in quibus nomine Amurathis Scanderbego civitas & omnis præfectura traderetur. Confectis literis, mox Secretarius & alii decollantur, quo res Amurathi celetur diutius.

Litera pro Croia recuperanda.

Scanderbegus vero, qui cum Ungaris & Hunniade antea de rebus instituendis consultarat, victor magno itinere festinans solvit, 7. die Dibram venit regiunculam in fine Tribalorum, septuaginta mill. passus habentem à Croja, unica illic tantum est civitas Sfetigradum: in confinio Macedoniæ. Hic subsistit Castriotus, vocatis ad se quos voluit, secretissime aperit sua consilia, habentur custodiæ.

Sfetigradum,

Amesa argutus juvenis, Scanderbegi secretarium se simulans, Crojæ præfectum accedit, alloquitur (volente & disponente Deo) illi creditur & jam Barbarus convertit sua, ut paret abitum.

Ita Scanderbegus Crojam patriam suam recuperat, magno Croensium gaudio, qui ceu è somno exporrecti videbantur, adepto principis sui Castrioti filio, Turcæ qui inhabitarãt, partim pelluntur partim occiduntur. Amesam mittit cũ aliquot Dibrensibus ad Dibram, ut nunciet recuperatã Crojam, ut cogitent de libertate, maxime cũ Amurathes hujus Stratagematis ignarus, & satis negoti habeat cum Hungarico bello. Proclamatur facto mane securitas omnibus, qui positis armis vellent baptizari, & Christiani fieri: sed surdo fabulabadeo a teneris assuescere magnum est. Orabant Castriotum, ne se cogeret, non posse in eis aboleri traditiones majorum: Volentibus, non invitis, hæc exhibenda.

Offertur libertas & baptismus.

Posthæc Scanderbegus civitatibus Croiæ vicinis annunciat victoriam, & occupatam Crojam, ipse in inferiorem Dibram profectus. Ibi fortuna socium laborum, Mosen Golentem Petri, sibi addidit, nobilissimum ac consultissimum virum. Reliquas vero civitates, nec muris, nec hostium præsidio munitas, facile occupavit, populo minime invito, & sua sponte sequente, ac proclamante eum vindicem libertatis. Multi etiam principes & heroes Scanderbego se adjunxerunt. Inter quos erant consanguinei ejus, Musachius dominus Angelinæ, Goicus & Georgius Stresii fratres nepotes ex sore Jella, Stephanus Ceruonichius, & alii, ut interim taceam de ingenti multitudine, quæ confluebat ad hunc. Et cum jam armatorum duodecim millia adsarent, pulcherrima & bene longa oratione eos affatur, consilia sua illis subaperiens, & libertatem deprædicans, & quod fortunæ succensus laborem sit juvaturus Mosen cum tribus millibus equitum ad Petrellam urbem nõ quidem amplam (sed quia in ædito montis sita) inexpugnabilem, hyemis tempore ita occupavit, ut ne militem quidem perdiderit. Ipse patientissimus laboris & vigilantissimus, nam ab eo tempore quo in Epyrum rediit, nullam noctem ultra duas horas dormivit.

Mosis Golens.

Scanderbeg vindex libertatis.

Cõsanguinei Scanderbegi.

Petrella capitur.

Devicta Petrella, Petra alba (quæ triginta millibus passuum à Petrella, & à Croja viginti quinq; passuum sita est) capitur, sita in Armathia in fastigio montis, infra ad pedem montis prætfluit fluvius Æmathus. Deinde petunt Stelusium, quod distat 2. Mill 500. passus à Petra alba, à Croja circiter quinque mill. In hoc quidam baptizati sunt, aliis libertas promissa, nulli ex publico victus denegatus.

Sfetigradum.

Supererat Sfetigradũ, ab Illyricis sancta civitas dicta, sita in superiori Dibra in summo monte, distans à Croja passus 480. Gotti vero & Gallogræci veteres urbes (quas reges & principes Macedoniæ & Epyri extruxerant) fere omnes solo æquarant in illis locis: nam Croja extructa fuit à Carolo ex familia Thopiarum, quo tempore Scanderbegus Epyrum recuparavit.

I I. Liber.

Cum ergo Sfetigradum se nollet dedere habita deliberatione Moses cum trecẽtis millibus oppugnant, alii redeunt Crojam in hyberna: erat enim tempus incommodissimum bello, pluviis, nive, glacie. Scanderbeg militi dona & immunitates elargitur. Baptizatur Amesa cum aliis.

Hæc ex primo libro libro Mar.

Amurathi ira cõtra Scanderbegum

AMurathes cum audivisset, quæ in Hungaria acciderant, de Bassa interempto, & Scandebego in Epyrum elapso, immo de Croja per hunc occupata, gravissime omnia fert, cum suis consilia tractat, de Hungaria cum potentissimo exercitu invadenda.

Hic mire variant sententiæ, aliis huc, alus alio spectantibus, Scanderbegum novum hostem, rerum bel-

Digitized by Google

rum bellicarum ſcientiſſimum, minime ſpernendum eſſe. Deſpoti Miſiam potius reddendam, quàm invito Marte pugnare velle. Sic tyrannus legatos mittit in Hungariam, petit pacem in decennium, reddit Miſiam Chriſtianis. *Miſia Chriſt. ami. redditur.*

Tum Scanderbegus obſidionem Sfetigradi ſolvit, & Mocream regiunculam prope Triballos invadit, ditionem ſuam ampliorem quàm pater habuerat, faciens. Incolæ libenter & jugum Amurathæ, & memoriam abiiciebant, inſignia & vexilla Scanderbegi hilares ſequebantur. Hæc erant in Area rubra bicipites Aquilæ. *Inſignia Scanderbegi bicipites in area rubra.*

Hæc non fugiebant Amurathem, qui indies in Macedonia & Alchria cum auxeſi audiebat, quæ Caſtriotus ageret, duas Dibras jam dediſſe ſe, & imminere deditionem Sfetigrado, & Mocream deſciviſſe. Hinc tyrannus accenſus, ingentem exercitum conſcribit, ut omnes copias, atq; adeo ipſum nomen Scanderbegi perdat.

Horum Turcæ conſiliorum ab amicis quos Scanderbegus in aula tyranni adhuc habebat, admonitus, cum principibus Epyroticis & Illyricis fœdus icit, & ut hoc ſyncerius fierer, comitia indicit Scanderbegus, non Crojæ, ut inanem gloriam fugeret, nec Apolloniæ Dayni, aut Xabiaci, quæ erant urbes Epyroticæ, ſed in Lyſſo vel Aleſio, 2. mil. & 200. paſſuum à Croja, inter hanc & Crojam ſita ſub Venetis. *Scanderbeg conſcius conſiliorum Turcæ. Comitia in civitate Lyſſo.*

Sed hic libet egredi, antequam enumerentur nomina eorum, qui in his comitijs fuerunt, & originem Epyrotarum vel Albanorum referre.

Quæ nunc Albania dicitur, olim Macedoniæ portio fuit ad Occidentem verſa, inter Dyrrachium & Apolloniam, non incelebres priſco ſeculo civitates. Sermo genti neq; Græcis, neque Illyricis notus. Credimus hoc genus hominum ex Albania quondam veniſſe, quæ vicina Colchydi in Aſiatica Scythia memoratur, ut ſæpe barbarorum inundatio nationum Græciæ atque Italiæ provincias occupavit. *Albania.*

In hac terra potens Camuſa fuit, qui Chriſtianis parentibus ortus, parum tenax catholicæ fidei, ad Mahumetis inſaniam declinavit. Sed quam leviter Chriſtum deſeruit, tam facile Mahumetis ſacra contemſit. Redit enim ad paternam legem: & quamvis utranque religionem contemſerit, neutri fidus, Chriſtianus tamen mori, quàm Turca maluit. Paulo poſt Conſtantinopolitanam cladem morbo extinctus. Georgius Scanderbegus ejus hæreditatem accepit, nobili loco natus, qui ætatem pene omnem in armis pro Chriſti nomine pugnando conſumpſit, multas & magnas turmas bello vicit atque delevit, ſolusq; quodammodo illam regionem in Evangelio Chriſti continuit. Hæc Sylvius in Europa cap 15. Sed ad inſtitutum, qui venerint ad Comitia. *Camuſa potens. Hæc ſcribit Aeneas Sylvius in Europa ſua de Scanderbego cap. 15. Qui ad comitia à Scanderbeg inſtituta contra Turcas Venerint.*

Ariamnites Thophia Golemus, vel Teutonice Wilhar, ab Æante fluvio, quem incolæ Vaviſſam vocant, uſque ad ſinum Ambratium dominus fuit. Hic Ariamnites apud Macedonicos & Epyroticos cognomento Magnus dictus fuit, qui magnifica egit pro fide Chriſtiana, graviſſimus hoſtis, quoad vixit, Turcici nominis.

Poſt hunc Andreas Thophia, vir nobilis, dominus tractus inter Tyrannam & Epidamnum, & eorum locorum quæ jam incognita ſunt, Scura Muſachiema Cherabi, Cmiere Vlixes. Eſt autem Cmiere locus montanus è regione Corcyræ. Cimerotas vocant bellicoſiſſimum populum. Venit & Georgius Streſius. Et ex Muſachiis multi adfuerunt. Præterea potentiſſimi principes Nicolaus & Paulus Duraginus, domini terræ ultra fluvium Drinum, Epyrotæ vocant Xadrunam uſque in ſuperiorem Myſiam, ubi multa veſtigia vetuſtatis, & marmorea ſepulchra, multorum Romanorum Imperatorum, & aliorum principum nomina in ſe continentia, ubi Paulus Apoſtolus fidem Chriſti prædicavit. Venit item Lucas Zacharias, dominus ſuperioris Xandrinæ, & civitatis Dayni dominus, ubi præter fluit amenus fluvius Drinus, qui Epyrum à Dalmatia & Illyrico ſeparat, non minor Erydano. Adfuit & beatus princeps Petrus Hiſpanus, cum Alexio Boſdario Vruoo & Mirco filiis. Item Leccas Duſmanus vicini Petri & aliorum, quibus Peones & ſuperiores Pelagones uſque in Myſiam Sardonici parent. Poſt illos venit quoque Stephanus Cernovichius, cum Johanne & Georgio liberis. Nec defuerunt his comitiis Veneti. Hi omnes pro communi ſalute contra Turcam auxilia fortiter polliciti ſunt. Tum Scanderbegus longam orationem habuit, huc omnia argumenta dirigens, ut fides Chriſtiana contra Turcas impiiſſimos hoſtes vindicetur. Dum hæc comitia habentur, Amurathes Alibaſſam cum 40000. equitibus emittit contra Scanderbegum. Tum Caſtriotus relicta Croja, & conſcripto exercitu, maſcula oratione eos affatur. *Ariamnites præ-graviſſimus hoſtis Turcis nominis.*

Volebam in uſum lectoris, qui avet Latina legere præ Germanicis, totam hanc Georgii Scanderbegi hiſtoriam (ſeu Panegyricum potius) libris 12. comprehenſam, hic poſuiſſe: ſed quia ſpes bona me habet, propediem nos Latinam hanc hiſtoriam habituros, hic dimitto.

DE CAROLO BVRGVNDIONE, ET BELLO Burgundiaco.

ANno Domini 1467. Philippus Burgundiæ dux, Brugis moritur, princeps suo tempore in armis valens, prudens, & à suis miro modo amatus, hic Carolum filium habuit successorem.

Caroli bellum contra Leodienses.

Anno Domini millesimo 418. Carolus Burgundiæ dux in Leodienses movet, adjutore fretus rege Franciæ, & incredibilem stragem fecit in acie, miserabilius vero sæviit in capta urbe, multa millia dorso colligata, mersit in profluentem, pro eo quod Episcopum eorum, ducem de Burbon, consobrinum Caroli indigne habuissent. Gallus venerat pro Leodiensibus, sed conversus cœpit eos cum duce oppugnare. Refert Gaguinus, irrumpentibus ferociter Burgundis, Ludovicus Galliæ rex primum, deinde Burgundus civitatem intrat, fitque mox passim occisio & strages, virginibus vis, & religiosis mors infertur, neque indulgentia ulla militum in pueros fuit, quin etiam stupratus à se virgines, miles necat. Sacerdotes rem divinam facientes in templis, gladio percurt, nec saciatus fuit hostis tam multa cæde, prædas ex omni civitate, & ex templis sacrilegia fecit, incensa postea urbe, & muris diruptis. Tum Peronam (insigne erat fusile ex auricalco, quod in libertatis argumentum foro erexerunt) insigni forma cum inscriptione carminum, jussit Carolus victor avehi, ac in Burgensem urbem deportari, stabatque omni tempore Caroli ibidem, sed Maximilianus jam rerum potitus, post Carolum permisit Leodiensibus, ut in suam referrent urbem.

Fridericus peregrinus Romipeta.

Hoc tempore per mediam Brumam Frid. Imper. religionis ergo Romam vadit, ingressus Italiam parvo comitatu, nemini formidabilis, paucis etiam venerabilis. Excepit illum Paulus Pontifex perbenigne, multa gratificans, & de salute Reipub. Christianæ colloquens Peregrinum Romipetam, pro suo tumore Itali transire sinebant, si non irridebant, ut qui meminisse poterant ex annalibus, non ita consuesse ex Germania Imp. Roman. descendere. Vivere tum cernebant Fridericum, quod antea difficulter crediderunt, qui nulla insigni ædita opera, se vivere declararet. Solebant enim per contemptum ex Germanis Itali requirere, viveret ne, an mortuus esset Imperator, quem nullis suis injuriis, nullis Reipub. Christianæ detrimentis commoventem se audirent. Alb. Krantz.

Anno Domini millesimo 470. Mahumet Turcarum Imperator Euboiam Insulam Græciæ, tunc à Venetis tentam invasit. Et Nigropontum civitatem illius insignem expugnato solo æquavit. Deinde in Octobri exercitus Turcarum satis debilis, per alpes & nemora Vngariam ingressus, usque ad Zigabriam libere grassatus, decem millia captivorum utriusque sexus in miserabilem captivitatem deduxit. Quo malo inescatus geminata vice circa natalem Christi Pannonicam oram nullo resistente iterum vastavit.

Eodem anno Isabek, alias Isaac Satrapa imperatoris Turcarum, Bosnæ regnum tunc detinens, cum 15. millibus equitum ex Bosna in Croaciam in Carniolam transgressus, inopinatam excursionem ingerens, & omnia ferro & igne vastans, tribus illic mensibus absque omni repressione libere immoratus, viginti millia hominum pecorum ritu, in perpetuam servitutem detrudēda abegit: nulla deniq; mora facta captivis catholicorum in arces & civitates ditionis suæ conductis, per eandem viam qua venerat, Carniolam reversus, alia rursus viginti millia hominum impune abduxit. Quum vero Fridericum Imp. apud Ratisponam conventum agere sensisset, cum quindecim millibus equitum mirabili celeritate per Croatiam ad portas & mœnia Laybaci venit. Postridie copias partitus, partem unam per alpes, qui Carniolam à Styria dividunt, transmisit: & 30. millia hominū capta abduxit. Alterum per Savum in Illyricum, tertiam per Transilvaniam ultra Danubium cladibus omnia complens egit. Chr. Pol.

Anno Domini millesimo 471. Post Paulum Venetum fit Papa Sixtus quartus, Savonensis liberalissimus. Jubileum ad 25. annos tantum reduxit.

Hoc ævo gymnasia liberalium artium Ingolstadii, ac Tubingæ in Germania, sicut & antea paulo apud Friburgum, Basileamque fundantur.

Caroli tempore, duo apud Gallos nomina, diu ad ignominiam ferebantur: Burgundorum scilicet, quos Franci hostes habebant. Et Armygniacorum, quorum generali appellatione Francos Burgundi designabant. Et legitur de quodam, qui cum non permitteretur ingredi civitatem Parisiensem à custodibus, Parisios per contumeliam Burgundiones appellarit, cui in pœnam lingua candenti ferro perforata est, & ipse deinde in exilium actus. Rob. Guar. lib. 10.

Anno Domini millesimo 473. Venit Imp. Frid. Argentoratum, & cum eo Maximilianus filius, Archiepiscopus Mogont. Episcopus Æistettensis, Albertus & Ludovicus duces Bavariæ, Carolus Marchio Badensis, Comes Eberhardus de Vuirtenberg, cum multis aliis comitibus & nobilibus. At cum Imperator peteret, quæ libertati urbis adversarentur, Senatus, populusque Argentoratensis annuere non potuerunt. Hinc indignatus Fridericus, abiit: & cum Friburgum, Basileam, Colmariam, Zabernam perambulasset, venit Mogontiam, deinde Treverim, ubi Carolus Burgundiæ dux cum equis tribus millibus cum convenit.

Anno

Anno eodem, Duo omnium ætatis noſtræ maximi Principes, Frider. Rom. Imp. & Carolus Burgundiæ dux conuenere in Treverim, de rebus magnis acturi. Nam alia publice agebant de Gelria, quam pridem Carolus ab Arnoldo duce coemiſſet. Item de communibus Chriſtianiſmi caſibus, de bello in Turcam inferendo. Quædam etiam clam egerunt, pauciſſimis in Concilium admiſſis, de quibus hoc ferebatur in publicum, ut Carolus accepta de manu Imperatoris corona rex ſalutaretur Galliæ, Belgicæ, aut Burgundiæ, nam olim Burgundia regnum erat. Potiſſimum vero id ferebãt imperii rebus maxime profuturum, ut Carolus per imperium vicarius rex conſtitueretur, ad edomandos imperio rebelles, & ut ſub jugum mitterent, qui olim ad imperium pertinuiſſent. Sed ubi de rebus non convenit, quod Imp. ſine aſſenſu Principum electorum, nihil ſuper his rebus poſſet conſtituere, Dictu ſpetioſum eſt, quo ſe honore invicem prævenirent, ſalutantes, deducentes, deferentes Cum interim Carolus dux, quod magnum haberet in armis exercitum, ceſſit Imperatori urbe, foris in Monaſterio collocatus, magnis ſe muneribus mutuo miſſis, honorabant: ſed incomparabiliter excelluere, quæ dux Imperatori donaret.

Frid 3. Carolus Burgun. Treverã.

Carolus ambit Vicariatum imperii

Quod Burgundus Vicariatum habeat imperii, in terris Gallicanis ultra Rhenum, vide epiſtolam Æneæ Syl. viii 395.

Anno eodem, Dux Lotharingiæ colligit exercitum, quaſi invaſurus Epiſcopum Argentoratenſem. Id cum intelligeret Epiſcopus, & Reſpub. Argentoratenſis, ſex millibus armatorum, & omnis generis apparatu bellico ſe muniunt contra adventantem hoſtem. Lotharingus hoc cognito, mutat conſilium, & inſtituit urbem Metenſem clam invadere, ſed nec hoc ſucceſſit. Poſthac dux veneno perit, & Lotharingiam Reinhardus comes de Vuidemunt, jure hæreditario conſequitur, & fit Lotharingiæ dux, benignus hæres ſubditis, divitibus & pauperibus. Sed Carolus Burgundus in eum paulo poſt movet, & maxima damna infert hujus ditioni, & ſubditis.

Anno Domini milleſimo 474. Carolus Philippi filius, Noveſium, quod alii vocent Nuſſiam, obſedit Colonienſis agri oppidum, per integrum annum, quoniam Capitulum Colonienſe, Rupertũ eorum Epiſcopum fugarat, hunc Carolus reſtituere volebat. At Carolo Burgundo huc ſpectante, ut imperio dioceſim Colonienſem adimeret, Fridericus Imperator gravem expeditionem parat adverſus hunc. Poſtquam Colonienſis civitas eum ex diverſorio Auguſtæ liberaſſet, expoſitis florenis ter centum millibus, & ſingulis hebdomadibus darent florenos mille. Marchio Albertus Brandenburgenſis erat exercitu præfectus, vexillifer imperii Albertus Saxoniæ dux, Chriſtiernus Danorum rex, Roma rediens, deflexit in caſtra Caroli ducis Burgundiæ, & evocatis aliquot Principibus, Friderico Brunſuuicenſi, Magnopolenſi, & eo quem itineris totius comitem habuit, Johanne duce Saxoniæ, cum multis comitibus tentavit, ſi poſſet rem, quæ bello quærebatur compoſitione pacata, in ſuos terminos reducere. Sed fruſtra impendit apud Carolum operam, quod certo certior eſſe videbatur Carolus, urbem, vel deditione, vel armis in ſuam redigere poteſtatem, quæ tamẽ ſpes eum deſtituit. Inerat enim in Noveſio validum præſidium militum ſub præfecto capitaneo Hermanno Haſſiæ Lantgravio, Archiepiſcopo. Variæ fiunt oppugnationes, dejiciuntur muri, plureis intus aggeres reparantur, turres crebris ictibus deformantur. Erumpunt aliquando obſeſſi, & manu collata hoſtibus non parva irrogant incommoda. Multa utrinque prælia agunt viciſſim, inter obſidentes Angli, Lombardi magnis agminibus. Ab Rheno & terra firmatur obſidio: fame expugnare contendit, quando vis armorum non profuit. Interea Colonia imperialis civitas, implorat Imperatorem, ſciebat enim illa de imponendo ſibi, & aliis civitatibus jugo contendi. Diu promiſerat adventum imperator, ſed ut erat cunctator ſemper maximus, nec haberet in promptu quæ ex longiſſimo erant arma contrahenda, diu diſtulit Venerat tandem cum principibus electoribus, per Rhenum defluens. Et cum illo Mogontinus, & Treverenſis, dux Saxoniæ Erneſtus, & Albertus Brandenburgenſis Marchio, electores, cum ſuis agminibus. Monaſterienſis Epiſcopus Heinricus de Schwartzenburgo, expeditiſſimas ducebat copias, equites, peditesque. Octoginta millia ferebantur ſub ſignis ejus militare. Nihil motus dux, oppugnabat oppidum, & paratus videbatur manum conferre Imperatori. Sed omnia conſilio priuſquam armis Imperator experiri conſtituit. Tandem ſoluta eſt obſidio, poſtquam imperii ſtatus graviſſimas expenſas ſuſtinuiſſent fruſtra, ut Maximilianus Imperatoris filius, Mariam, Caroli ducis unicam filiam, ſponſam, inde conjugem haberet. Ita Principes dimiſſis copiis in ſua redierunt, Alber. Krantz. Obſidione Nuſſiæ ſoluta, cum jam diſceſſuri eſſent Principes, advolavit Heraldus ex Renato duce Lotharingiæ qui ejus nomine bellum Carolo denunciabat. Ille exceptum hominem principis ornatu perveſtivit, quaſi qui jocunda attuliſſet. Sic honoratum remiſit ad dominum ſuum.

Carolus Nuſſiam obſidet.

Frid 3. candidatus.

Maximiliano deſponsatur Maria, Caroli filia unica.

Anno eodem, Sigiſmundus Auſtriæ dux, Songauuiam & Briſgauuiam, quam vocant ditionem de Pfirt, Carolo duci Burgundiæ octoginta millibus florenorum vendidit, hoc pacto, ut repoſita hac pecuniæ ſumma, Songauuia & Briſgauuia ad Sigiſmundum vel ſuos rediret. Tum Carolus Petrum quendam de Hagenbach præſidem conſtituit emptæ terræ. Is intolerabilem tyrannidem Briſaci, & in tota ditione exercens, Vatinianum ſibi odium bonorum omnium concitavit. Rebuspub. Argentoratenſibus, Baſilienſibus ſuperbiſſime ſcripſit, quod non opus haberent Senatu & Conſulibus, quos eligerent ex ſartoribus & ſutoribus, nam ipſe mox velit adeſſe, & ſiſtere præſidem, qui nec ſartor nec calceatius eſſet, nimirum ipſum ducem Burgundiæ. Populus Songauuiæ & Briſgauuiæ,

Sungavia oppugnatur.

Petrus Hagenbach.

cum graviſſime ab hoc tyranno præmeretur, legationem mittunt ad Sigiſmundum pro liberatione. Is cum ſcriberet Petro Hagenbach, nihil effecit, quam quod eum magis exacerbaret. Sigiſmundus dux fœdus icit cum Helvetiis, civitate & Epiſcopo Argentoratenſi, Baſilea, Colmaria, &c. Argentoratum vero & Baſilea, pro redimenda Songauuia & Briſgauuia, conferunt octuaginta millia florenorum, indicitur ſolutio Burgundioni. Hagenbachius vero, cum crudelior fieret, indies magisque magis, poſt multa ſtupra virginum, & honeſtiſſimarum matronarum, latrocinia, & nefanda ſcelera perpetrata, judicio ſiſtitur, & tandem capite decollatur ante civitatem Briſacum. Cum autem in ſuperiori Burgundia, in Ellekort, & aliis oppidis, exercitum equeſtrem haberet Carolus, indies irrumpentem in Songauuiam, & depræ.lantem. Argentoratenſes cum aliis confœderatis, Ellekort oppugnant, & occupant, ante hac occiſis Burgundionum duobus millibus. Erant autem hi confœderati. Sigiſmundus dux Auſtriæ, Dux Rupertus, Epiſcopus Argentoratenſis. Civitas Argentoraten. Epiſcopus Baſilienſis, & civitas. Helvetii, & eorum confœderati, Colmaria. Seleſtadium, Kryſerſperg, Mülhuſen, Münſter, Türcken, Obernehen, Roſſen, & quicquid erat nobilium in diſtrictu horum. Anno Domini 1475. Cives Argentoratenſes quinque monaſteria extra urbis mœnia ſita, propter motum Caroli funditus demoliti ſunt. Carmelitarum, Sancti Marci, Sanctæ Agnetis, Sancti Johannis in undis, & Pœnitentium.

Sigiſmundi & civitatum fœdus.

Ellekort oppugnatur.

Cum autem comes de Blomunt valde noceret Suntgaviæ, anno Domini milleſimo 475. Argentoratenſes duobus mille viris acceptis, & bombarda illa ingenti, quæ à 18. equis vehebatur, concedunt ad alios confœderatos, & ita oppidum & arx Blomunt oppugnatur & occupatur. Præterea aliæ arces quatuor à confœderatis invaduntur & capiuntur.

Dux Lotharingiæ Reinhardus, cum ſibi quoque metueret à Carolo, petiit in fœdus recipi. Quo tempore Carolus Burgundiæ dux, totam Lotharingiam, excepta civitate Nanſe, quam Nantium vocant, vel Nanſeium invadit.

Reinhardus ad arcendum malum vicinum, & ad defendendam hanc patriam, in fœdus recipitur, & per confœderatos illi auxilium decernitur.

Anno eodem. Confœderati in Lotharingia, conveniunt apud Bergarten, cum Burgundione cõgreſſuri, ſed quia is inſtructior erat, quam quod ſuperari poſſet, re infecta diſcedit, relictis tamen Lotharingo in Nanſen, octo millibus equitum ac peditum, & aliquot machinis bellicis.

Anno eodem, Stephanus Palatinus Moldaviæ, exercitum Mahometh Cæſaris Turcarum, centum & viginti millia pugnatorum habentem, cui & Beſſarabi auxilia ferebant, Vualachiam populantem circa palum Rakovietz, & fluvium Berliad, proprio marte, quinque tantummodo millibus Siculorum, quorum terram ab Hungariæ rege abſtractam, in ſuam ditionem redegerat magna clade, ſed non incruenta ſuorum victoria, mirabili Dei potentia fudit, vix quadraginta millia pugnatorum habens, in quibus major pars agreſtium erat, nec in ſuperbiam ex hac victoria elatus, diebus quatuor continuis jejunium in pane & aqua egit. Per univerſam quoque terram ſuam, bannum edixit, ne quis auderet ſibi, ſed ſoli Deo victoriam illam appropriare. Cum judicio omnium victoria illa ex uno eo ſtetit, omnem regionem Valachiæ, per quam Turcæ ituri erant, longeante Stephanus Palatinus flammis exuſſerat, quæ res maximi adjumenti ad victoriam fuit, Thurcis, & equis eorum macie conſumptis. Omnes fere Turcas captivos, præter principaliores palis ſuffixit, cadavera interfectorum cremavit, unde oſſium illorum extant aliquot acervi, quatuor duces Thurcarum principales, & triginta ſex ſigna militaria, manubiasque nobiles Kazimiro regi Poloniæ in Lithuaniam per primores ſuos Stephanus tranſmiſit. Rex autem Hungariæ Matthias ſcripſit Papæ, Cæſari, & aliis regibus ſe inſignem Thurcarum exercitum, per gentes ſuas, quorum Stephanus Valachiæ Palatinus ductor erat, deleviſſe. Stephanus Palatinus aliquos captivos Sixto Papæ miſit, & ſcriptis auxilio popoſcit. Miſit & Matthiæ regi Vngariæ pares manubias. Nec his legationibus ad amicos Stephanus contentus, ad ipſum quoque infeſtiſſimum hoſtem ſuum Mahomet, Cæſarem Thurcarum inſignem legatum dona non mediocria ferentem, miſit. Quæ tus eſt ſe à quibuſdam Thurcarum latrunculis & exulibus temerarie, & præter ſcientiam Cæſaris, laceſſitum eſſe. Illam omnem furum & exiliatorum manum, in manu Dei potenti confeciſſe, petens ut reliquiæ hujuſmodi latrunculorum, ſi quæ in dominia ſua refugiſſent, ſibi traderentur, pari ſupplicio cum cæteris pœnas meritas ſoluturæ. At Cæſar legatione hujuſmodi exaſperatus, legatos jure gentium violato in ergaſtulis aliquandiu tenuit. Poſtea omni ſubſtantia ſpoliatos pedites, & penè nudos Valachiam remiſit. Hæc ex Chro. Pol.

Anno eodem exercitus Mahumeth, Cæſaris Thurcarum, ab Andrionopoli ſolvens, ad Caffam inſignem Januenſem civitatem, quæ ſe ab ejus exitio per annos 23. ex quo Conſtantinopolis capta erat, muris fortiſſimis & altiſſimis munire non ceſſavit, manu navali & pedeſtri perveniens, ipſam cum Thattarici exercitus auxilio obſidendo & impugnando, ſexta die per fraudem primorum civium Italicorum, aliis ignorantibus, cœpit. Et civitate potitus, continuo traditores cum uxoribus, pignoribus, & omni familia in vincula conjectos, ad claſſem ſuam deportavit. Vulgo autem peperit. & in civitate illud permiſit, media parte omnium ſubſtantiarum ablata. Succeſſu temporis in perpetuam captivitatem ſubtulit, & non niſi Thurcas illic locavit.

Digitized by Google

Anno eodem, in menſe Auguſto, locuſtæ ad longitudinem unius digiti humani, capita inſtar veſpertilionum habẽtes, apparuerunt, quæ ex Pannoniis per Moraviam & Sileſiam prodiſſe ferebantur. Longitudo congregationis earum trium miliarium, & latitudo unius cum medio miliari. Volabant ordinatis aciebus. Loca frugum & arborum in quas cadebant, devorabant, nil præter terram & ſimum ſordidum relinquentes: denſitatem earum vix ſol penetrare potuit.

Hoc anno Matthias rex Hungariæ in ripa fluvii Sauue, munitionem à Turca erectam expugnavit, & rediit. Turcæ vero in magna multitudine ingreſſi regnum Hungariæ, nemine reſiſtente, uſque ad Varadinum graſſati, civitatem & univerſam regionem vaſtarunt.

Anno Domini mil. 476. Cum collatione facta Matthiæ Hungariæ regi ducenta millia aureorum ad conterendum Turcam, mittuntur: interim copioſus Turcæ exercitus ex regno Boſnæ ſubito adveniens, totam Carneolam Carinthiani, partim Styriæ Saltzburgenſisque epiſcopatus graviter adflixit, & uſque ad montes Italiæ graſſatus eſt. Multas Catholicorum catervas in captivitatem perpetuam abducens. Inſuper quinque propugnacula fortiſſima ex lignis in littore Huſtri in parte inferiori caſtri Smiderale per regem Matthiam fabricata expugnavit.

FATALE BELLVM CAROLI APVD NANSEIVM.

ANno Domini 1475. & an. 1476. fatale ſibi bellum Carolus ingreditur: nam magno exercitu expeditionem dirigit in Nanſeium, & in obſidione quæ duravit hebdomadib. decem, bombardis muros quatiendo, & oppugnando gravia incommoda intulit. Viciſſim qui in civitate erant, oppugnabant hoſtem; nam inerant multi præſtantes Germani & equites, inſtructi & ipſi pixidibus bellicis. Ardebat autem in eam civitatem Burgundio Carolus. Obſeſſi petunt præſidia à confœderatis, maxime alimoniam. Quare confœderati rurſus ſe recipiunt in Lotharingiam, ut ab obſidione ducem Carolum cohercerent. At quia ingenti exercitu inſtructiſſimus erat, ut nihil poſſent exequi, redeunt domum. *Nanſeium primum obſidetur.*

Verũ cum Carolus decem hebdomadib. in obſidione Nanſeij fuiſſet, nec poſſet occupare civitatem, res compoſita fuit, ut Germani cum eorum ſubſtantia diſcederent, at bombardas & alia bellica illic permitterent. Ita Germani ex Nanſeio exeunt, & Burgundus ingreditur. *Nanſeum deditur.*

Cum autem Carolus civitatem Nanſeium & totam Lotharingiam acquiſiviſſet, convocavit nobilitatem ducatus, & coegit ut ſibi jurarent. *Carolo jurat Lotharingia.*

Hoc tempore Reinhardus Lotharingiæ dux latebat, ita ut nec confœderati, nec quiſquam alius ſcire poſſet ubi ageret, an vita functus, an adhuc aura veſceretur ætherea.

Carolo Burgundione ita totam Lotharingiam poſſidente, & fugato Reinhardo, victor magno exercitu movet ad oppidum Helvetiorum, Granſe dictum, & hoc obſidet quadraginta millibus, graviſſime oppugnans, & maxima damna inferens. Viciſſim, qui in oppido, fortiter agunt. At quia quadringenti milites Helvetici pro præſidio in oppido erant, valde ſibi ab illis metuebat Carolus oppugnaturus locum. Quare proponit illis, ſi velint dedere urbem, ſe permiſſurum, ut cum eorum ſubſtantia abeant. Datur fides publica: exeunt oppido, egreſſos mox excipit Carolus, & præcipit ſuſpendi omnes, ſervata, ſi diis placet, fide. *Carolus Granſe obſidet.* *Fides publica per Carolum frangitur.*

Poſthac Carolus caſtrametatur apud Granſen, putans fore, ut & caſtris & oppido munitus, poſſet hoc melius Helvetios ſubigere pro libitu. Helvetii aliis confœderatis mox ſcribunt pro auxilio. *Caſtra Caroli apud Granſen.*

Anno domini milleſimo 476. Argentoratenſes cum quadringentis equis & panoplia bellica concedunt ad alios ſuos confœderatos: ii omnes miliari uno à Granſen conveniunt. Ita ſimul ante oppidum Granſen Carolum aggrediuntur, & extra caſtra profligant, ipſi caſtra occupant. Burgundiaci fuga ſibi conſulunt, cum tamen haberent in exercitu quadraginta millia virorum. Ex illis ſexcenti trucidantur, ex confœderatis 25. tantum viri. In illis caſtris Carolus perdidit circiter quadringentas pixides anguillares, ſexaginta bombardas lapidiferas, vulgo Steinbüchſen/9. maximas & capitales bombardas, 300. vaſa cum pulvere bombardico, octingentas pixides minores, Hockenbüchſen/currus plus minus trecentos, cyſtas quadringentas, in quibus dux cum nobilitate veſtes ſuas & ornamenta, & ſupellectilem auri & argenti habebant. In iis inventæ ſunt circiter centum veſtes aureæ & aliàs præcioſæ. Item cibi & potus ingens copia in his caſtris inventa. *Fuga Caroli apud Granſen.* *Præda ingens in caſtris Caroli.*

A fuga Carolus alium conſcribit exercitum, & movet contra Helvetios, centum millibus virorum apud Mortheym, quod oppidum quoque obſidione urget. *Mortheym.*

Hinc rurſus confœderatis exhibetur negotium, & anno domini milleſimo 476. menſe Junio rurſus copias contrahunt. Reſpub. Argentoratenſis mittit equites quingentos & quinquaginta, & trecentos cum pixidibus manuariis: item duodecim pixides anguillares. Hoc tempore Lotharingiæ dux, qui putabatur perditus, Argentoratum venit, præſidia implorans. Is centum equites collegerat: & audiens confœderatos ſimul eſſe, ad eos quoque ſe recepit. Cum veniret is, jam alii congreſſi fuerant cum Carolo, & in fugam rurſus compulerant. In eo prælio circiter 18. millia Burgun- *Fuga Caroli apud Mortheym.*

dionum perierunt, exceptis iis qui in lacu vicino ſubmerſi fuerunt. Grave quoque damnum hic ſuſtinuit Carolus, nam circiter quatuor millia papilionum, & multas bombardas amiſit. Ita redeunt domum confœderati, victoria læti & præda.

Confœderati Nanſeium obſident & occupant.

Deinde reverſo duce Lotharingiæ, & petente, ut confœderati pro recuperanda Lotharingia ſibi adeſſent: Anno milleſimo 476. menſe Julio & Auguſto confœderati Nanſeium obſident, in quo Burgundus habebat mille trecentos equites, & acceptis utrinque damnis, conditionibus certis deditur Nanſeium, & redit ad ducem Lotharingium Reinhardum.

Carolus vero conſcribens exercitum ſpe liberandi Nanſeii ab obſidione: ſed antequam veniret opem laturus, jam dedita erat civitas. Hinc vehementer indignatus ſuis, juravit ſe velle Nanſeium habere, aut mori. Quare collecto exercitu, rurſus movet ad Nanſeium ſpe occupandi. Dux Lotharingiæ hoc confœderatis mox ſignificat, qui rurſus in Lotharingia confluunt. Vterque exercitus apud Moſellam, quiſque ex uno latere caſtra figit, conflictu parvo habito, Carolus movet ad obſi-

Carolus ſecundo obſidet Nanſeium.

dendum Nanſeium jam altera vice. In hoc Reinhardus Lotharingiæ dux pectora habebat, aut vincere, aut mori parata. Minatur Carolus, ſi vincat, velle omnes eos cruci affigere. Graviſſima cum fame, non ſolum cum truci hoſte coacti ſunt confligere, nam antequam dedere vellent urbem, equos canes, cattos, & id genus animalia comederunt: multique in ea civitate per menſis ſpatium nec panem guſtarant. Atqui hæc omnia ferebant æquiſſimis animis, amore principis. Is dies & noctes apud Helvetios & confœderatos fatagebat, ut ſuos obſidione liberaret. Tandem circa Natalē Domini, cum Reinhardus Lotharingiæ dux 20. millia ex Helvetiis & confœderatis coegiſſet apud ſancti Nicolai portum ſatis inſtructa, liberis & fidentibus animis, ſolvunt à ſancto Nicolao mane, verſus Nanſeium. Et anno Domini mill. 377. die Dominica, quæ erat Epiphaniæ feſtum, fit pugna non levis, fulgent ſigna confœderatorum. Dux Carolus quadringentos gravis armaturæ equites præmiſit, ut hoſtes diſtinerent, donec ad pugnam pararetur, inſtrueretque ordines pro rerum neceſſitate. Illi vero cum tumulum apprehendiſſent, majores exercitus ſpeciem exhibebant in latum extenti. Sed non erat ea ſegnities confœderatis, ut à paucis detinerentur. Igitur pulſis propugnatoribus, ipſa ad caſtra mox perveniunt. Strenue utrinque agitur. Sed parati imparatos, ferocet trepidos facile vicerunt. Sternuntur aliquot millia. Tum effuſa fuga, omnes ſigna deſerunt. Capiuntur Balduinus atque Antonius, naturales Caroli fratres, prælium differentes, atque hoſtem deſi-

Carolus Burgundus perit.

nentes, ut fuga interim frater dilaberetur. Sed infœlix ad rivum malefidum occupatur, ibique incertum, quis, & à quibus tantus dux proſternitur atque perimitur, non excedens annum 40. Diu ignoratum eſt quo abierit Carolus, ſed repertum à quærentibus cadaver, infertur Nanſeium gelu facies intumuerat, ut dignoſci difficile poſſet. Frater inprimis Antonius, Phyſicus deinde ejus, aſſenſi eſſe Caroli. Puer imberbis qui galeam duci præferebat, teſtatur eſſe cadaver domini: aderat enim dum caderet, & monſtravit cædis locum. Rob. Gag. lib 10. ſcribit: At ille revera dum ſe fuga ſalvare contendit, labente equo quem inſidebat, fuerat tribus vulneribus occiſus, uno ad caput ſecus aurem, ad dentes uſque pertingens, altero ad fœmora, tertium ad anum. Id certiſſima fide compertum eſt, capto Baptiſta adoleſcente ex Columnenſium familia, qui duci eodem tempore familiariſſime obſequebatur, qui non dubia de illo indicia protenus oſtendit. Aſſenſusque eſt teſtimonio ejus Matthæus Portugallenſis ducis Medicus, atque Antonius ejus frater notus, quem Lotharingus captivum habebat. Inventum ducis cadaver nudum in pratello, quod rivulus alluit, ubi crux ex lapide erecta eſt in memoriam cadentis ducis. Sed diu inter homines ſpes & metus variabant. Alii vivum abreptum in manus Francorum regis perveniſſe: alii fuga elapſum, ſed ſponte exulantem abiiſſe ad Germanos, ibique ſeptennem pœnitentiam voviſſe, quam poſtquam expleſſet, inde cum potentia reverſurum, & ſuas injurias vindicaturum. Certe tempore Rodolphi Agricolæ Phriſii, viri utriuſque linguæ doctiſſimi, ut hujus habet Epiſtola ad Jacobum Barbirianū, multus variuſq; ſermo de Carolo fuit. Verba ejus libet ſubiicere.

Rodolphus Agricola Phriſius de Carolo Burgundæo.

Quidam eſt, qui magna vulgi perſuaſione Carolus eſſe creditur, qui Bruxellæ quod Sueviæ oppidulum eſt, genus vitæ ſupra humanum morem horridum atque aſperrimum peragit, ſcito fuiſſe me plus octo diebus loco, qui una tantum mila ab eo diſtat oppido. Et ivi ſſem eo, allocutusque hominem fuiſſem, niſi graviores viri, & quibus res exactius poterat eſſe cognita, affirmaſſent mihi, Carolum eum non eſſe. Deinde rediens in navi caſu in colloquium familiaritatemque cujuſdam inſinuavi me, qui triginta amplius annis domus Burgundiæ miniſter fuerat. Is ſe dicebat apud Nancium poſtrema illa clade quæ accepta eſt, ordines duxiſſe, & captum fuiſſe cum multis, & Caroli corpus ſine ulla dubitatione certiſſimisque ſignis illic agnitum ſepultumque eſſe. Præterea ſe cum hoc viro longum hàbuiſſe colloquium, ſed illum conſtantiſſime negare Carolum ſe eſſe, & neque ſtaturam, neque loquendi, non dico ſonum, qui mutatur multis caſibus, ſed habitum & formam illam verborum convenire. Deinde barbam huic modicam eſſe, quæ Carolo latiſſima erat. Hunc rudes & craſſas, prorſusque ruſticas habere manus, quum Carolo teretes atq; ſubtiles eſſent. Præterea neque cicatrices, neque reliqua, quæcunque eſſent, ſigna convenire. Itaque ſi qui illa ſpe teneantur, deceptum eos iri, & vanam eſſe exitu inventuros. Vulgus tamen qui

mos

mos illius eſt libentiſſime incredibilia quaſi comperta & loqui & credere) conſtantiſſime hunc Carolum eſſe aſſeverat. Hæc Agricola.

Capti fuerunt hoc in prælio comes de Naſſauu, Balduinus & Antonius Caroli fratres naturales dominus de Symont, dominus de Dyneſis, dominus de Arburg, dominus de Groy, junior Marchio comes de Rœtel, & quidam alii. Naſſoius Argentoratum ductus fuit.

Rex Galliarum Burgundiam cupit invadere.

Rex Franciæ cum audiret exitum belli, de cujus conſilio non credebatur alienus, paratam habuit expeditorum militum manum, quæ Burgundiam ducalem jam ut putabat Coronæ adunatam hærede maſculo non extante, acciperet regis nomine. Vbi refragatum eſt, arma intentabant. Idem fit de urbibus ad Somnam fluvium ſitis, de quibus etiam vivente Carolo erat cum rege controverſia.

Rex Galliarum Picardiam recipit.

Rex quoque Franciæ tum Picardiam recepit, quæ in illum diem paruit Carolo duci, unde ille promptiorem ſuam militiam ſolebat deducere. Vrbes habet illa præclaras, Abbatis villam, Ambianum, majores, cum non contemnendis aliis, & ſi impares ſint memoratis.

Erat Maximiliano Imperatoris Friderici filio, deſponſata Maria, unica Caroli ducis filia, hæres legitima terrarum in occiduo intra Rhenum & Franciam. Ea puella cum per tempora, quibus de cæde patris fama inhorruit, Gandavi in Flandria eſſet, triſti accepto de patris morte nuncio, mox miſſis ſolennibus nunciis in Artheſiam ac reliquas provincias, quarum magis vacillaturam fidem proſpexit, juſſit accipere ſacramenta fidelitatis per ſingula oppida. Interea rex Franciæ ſollicitari fecit puellam, ut in propria perſona veniens, homagium præſtaret, alioqui confiſcandis illius reb. alios præponeret. Non ibat illa, verita quod res habuit, quòd venientem non dimitteret, ſed invitam parvulo filio ſervaſſet uxorem.

Maria filia Caroli vocatur à rege Galliarum.

Rex obſidet Atrebatum.

Atrebatum interim rex obſedit. Res pervenit in tractatum inter regem & puellam. Vbi rex fecit allegari à veteri memoria multa conventa, in quibus eluxit (ut ferebant) Primum Burgundiæ ducatum nunc regno adunandum, ſtirpe virili deficiente. Deinde comitatum Artheſiæ per multas conventiones, quarum literas exhibebat, nunc eſſe juris regii, meritoque ab illo vendicari. Ex adverſo prætendebant Ducales: vetera pacta novioribus eſſe ſublata. Sed apparebat non tam jura quàm potentiam regiam formidari. Igitur ſi puella in conjugium Delphini inclinaret, non eſſe magnam de ſucceſſione quæſtionem; & hinc terris hæreditariis plurima ex Francia poſſent evenire bona, pax in primis, & temporum tranquillitas: ab Germania non niſi bella, motus, perturbationes (vide vaticinium)

Vaticinium de Maria Caroli filia.

Jam puella Maximiliano duci animum inclinabat, nec potuit à ſententia dimoveri. Tumultuabantur Flandriæ majora oppida, & ad libertatem, ſublatis oneribus, quæ vel Philippus, vel Carolus impoſuere, proclamabant. Prudens puella ſerviebat tempori, multi diſſimulanter habens.

Hac ætate, relicta Caroli vidua dum vellet legationem mittere in Angliam ad fratrem Eduardum, audivit novam inter ipſos ſuos fratres perturbationem exortam. Nam dux Clarenſis in inſidiis, quas fratri paraverat, deprehenſus, ſolenni Parlamenti ſententia damnatus, capite immerſus vino trucidatur. Robertus Gaguinus habet: In Malvatici vini dolio vivus extinguitur, & inde exemptus, capite truncatus eſt. Ejus ſupplicii hoc genus fuit. Per eos dies apud Arvernos in cœnobio Iſſorienſi monachus quidam cum hermophrodita eſſet, gravidus eſt effectus, aſſervatusque ſumma diligentia, donec parturivit. Ro. Gaguinus.

Nuptiæ Maximiliani & Mariæ.

Ano Domini 1477. Fine menſis Julii, puella cum Maximiliano duce nuptias init Gandavi. Erat in comitatu ducis, Epiſcopus Metenſis, Sigiſmundus dux Auſtriæ, patruelis, Otto dux Bavariæ, Marchiones de Baden, Comites de Vuirtenberg, & multa ſine nomine nobilitas. A nuptiis conſilium cogit gerendi belli. Viſum eſt ad regem Franciæ mittere Oratores, æqua petentes. Et ne ad arma, præceps juvenis, ruere videretur, per Oratores & Heraldos tētat pacem, ſed fruſtra. Rex Franciæ multis per Hannoniam atq; Burgundiam captis oppidis & arcibus, diſſimulanter tamē omnia fieri curavit, quaſi ignorante ſe res gererentur. Nam quoties opportunum videbatur, animum oſtentabat pacis cupidum, cum tamen hoſtilia omnia perageret. Ferunt nonnullos in Maximiliani fuiſſe concilio, qui regi omnia quæ intellexerint, prodidiſſe crederentur, qua de re ſuſpecti, cum etiam verbis & ſermone notarentur, retraxerunt ſe in Franciam.

Induciæ.

Nato deinde ex Maria conjuge filio, Fridericus Tornacenſis epiſcopus inducias procuravit anni totius. Rex Franciæ nato ducis parvulo miſit equum phaleratum amicitiæ futuræ pignus. Sed bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.

Equus phaleratus à rege donum mittitur.

Sequenti anno Dola præcipua Burgundiæ civitas capitur à Francis, & diripitur per Suuiceros regi militantes.

Obſidio Morini.

Maximilianus deinde conſilio rebus maturatis valida manu egreſſus eſt ad obſidendum Morinum. In ea obſidione certior factus de adventu Francorum, noctu retractis clam bellicis apparatibus, ordines inſtruxit, & quadrato agmine obviam proceſſit hoſtibus. Juxta Bonini oppidum venere agmina ſub mutuum conſpectum: Diſponuntur utrinque acies ad prælium. Jactis initio tormentis, pari animo progreditur uterq; exercitus ad pugnam pertinaciter utrinque pugnant

Dux ubi conſpexit Francorum pectora non cedere certa, ſed mori prius quam fugerent, ipſe pedes cum peditibus cœpit inire pugnam, equitibus tamen in ſuo ordine durantibus. Vbi medium conſpexere ducem ſuum Alemanni, tum vero in pectora vigor penetravit. Miſcentur ſtrages, Francorum multa millia perimuntur, capti nonnulli: Sed & ex ducalibus non pauci petierunt, ſed nihil ad numerum Francorum. Hæc prima ducis Maximiliani inſignis victoria, magnum illi nomen cum gloria comparavit.

Maximiliani prima & inſignis victoria.

Officium prædicaturæ Argentorati

Anno Domini 1478. Inſtitutũ eſt officium prædicaturæ in templo Argentoratenſi, ſub Ruperto duce Bavariæ, Epiſcopo Argentoratenſi, Johanne comite in Helffenſtein, Decano. Ad quam rem Petrus Schottus, Conſul Argentoratenſis, vir integerrimus, impenſas non mediocres præſtitit, ſupra ſeptingentos florenos, & operam dedit, ut Johannes Geyler de Keyſerſperg, Theologiæ Doctor ad illud munus primus vocaretur, qui 30. annis præfuit & profuit, & quod de Origene fertur, qualem habuit ſermonem, talem habuit & vitam. Habuit hæc ætas Parochum etiam Argentoratenſem, virum vita & doctrina probatiſſimum, Johannem Crutzer, Theologiæ profeſſorem, qui una cum Concionatore Keyſerſpergio, parare Domino plebem perfectam, dies noctesque ſtuduerunt.

Rhodia defenſa, cœleſti auxilio.

Anno Domini 1479. Turcæ armorum terribili apparatu, Rhodum inſulam oppugnare adorti, bis omnino mœnia ſubierunt, mille & trecentis bombardarum ictibus muri concuſſi, propugnatorum ſunt virtute defenſi. Duraſſe legitur hæc obſidio undenonaginta dies. Si vera ſunt, quæ ſcribuntur, fuit tum Rhodus cœleſti magis quam humana ope defenſa.

Hydruntum urbs vaſtatur.

Anno Domini mill. 480. Turca Hyldruntem urbem in Apuliæ & Calabriæ finibus expugnat. Poſtquam 17. dies obſediſſet, Epiſcopum loci dignitate & ætate venerabilem, exquiſitis ſuppliciis excarnificavit, clerum extinxit, obvium populum perdidit, juvenes abduxit, fœminis abuſus, & illa fecit quæ ſolent irati victores omni crudelitatis genere ſæviendo. Certe apparebat Turcam totis viribus Italiæ incubiturum. Imminebatque ex eo Chriſtiano nomini ingens diſcrimen, niſi matura illius morte manifeſta Dei providentia terror ille diſcuſſus eſſet. Jam Papa Sixtus cœpit res propius intueri; jam mallet, quæ nepotibus impendit, in publicis Chriſtianitatis uſus convertiſſe, de fuga ſi nè in Gallias conſultat. Miſſis literis & nunciis, Pontifex vult Principes excitare, ſed letargo laborabant. Interea defuncto Mahumete, Alphonſus rex Neapolitanus cum Senenſib. bellum gerebat audito vero nuncio de Hydrunte urbe capta, feſtinanter ſe in Neapolim recepit, & quoniam tyrannus mortuus fuerat, & Turcæ coacti redire ad ſua, Alphonſus facile recuperavit Hydruntem, & Chriſtiani nominis hoſtes Italia expulit. Magnus fuit ille Mahumetes bellator, per id tempus plurimis locis bella inferens gentibus, Rodienſibus, Calabris & Vngaris, & in medio fervore bellorum vir bello natus, moritur: qui plura confeciſſet unus, quam ejus omnes ſimul præcurſores. Reliquit filios duos de patris ſucceſſione contendentes. Major natu Bajazeth, occupatis arcibus & urbibus primariis accepit à ſubditis homagium. Minor vero confugit ad fratres hoſpitales divi Johannis Rhodienſes, quorum ſciebat acerbiſſima in gentem odia, pollicitus reddere Conſtantinopolim, ſi Chriſtianorum viribus reduceretur ad juſtum ſuum imperium, Magiſter ordinis teſtatus, hoc non eſſe ſuarum virium, ad imperatorem miſit. Qui expenſis perinde gravari viſus, ad regem Franciæ fecit pervenire. Ibi captivi ſpecie nobilis juvenis diu habitus eſt, donec ſummo Pon. Innocentio mitteretur ab regni cancellario, paciſcente aliquot rubros galeros pro tanto captivo. Papa illum in palatio tenuit diligenti cuſtodia, fratre, ut ajunt, illius aliquot ducatorum millia, annua pollicente, ut diligentius ſervaretur. Servatus fuit uſque ad tempora Alexandri 6. qui Carolo 8. regnum petente Neapolitanum illum permiſit. Juvenis, quod ita inter manus, velut pila jactaretur, dolore animi contracto morbo, in itinere moriens, defecit. Sunt qui illum ſponte ſumpto veneno ajunt periiſſe.

Bellum regũ Neapolitani cum Senenſibus.

Mahumetes magnus bellator.

Bajazet.

Matthias Vngariæ rex.

Matthias interim Vngariæ rex, ſumpta occaſione otij, quæ illi præſtaretur per regnum Turcarũ innovatum, urgebat Turcam, pepuliſſetq; omni vicina regione, niſi eodem in tempore ab latere Auſtriæ vexatus, à Turca retractus, per hoſtiliorem imperatoris noſtri capitaneum ſe cogeretur defendere. Alb. Krantz lib. 12. ca. 28.

DE IOHANNE VVESSALO.

His temporibus claret M. Joh. Vueſſalus Groningenſis, lux mundi olim vulgo dictus, raræ & reconditæ doctrinæ vir, cujus ſancta quædam monumenta extant. Primo, de benigniſſima Dei providentia, omnia ſuaviter diſponente. Secundo, de cauſis & myſteriis & effectibus dominicæ incarnationis & paſſionis. Tertio, de dignitate & poteſtate Eccleſiaſtica, de vera & recta obedientia. Quarto, de Sacramento pœnitentiæ, & quæ ſunt claves Eccleſiæ, de poteſtate ligandi & ſolvendi. Quinto, quæ ſit vera communio Sanctorum, de theſauro Eccleſiæ, de participatione & diſpenſatione hujus theſauri, de fraternitatibus. Sexto de purgatorio, quis & qualis ſit ignis purgatorius, de ſtatu & profectu animarum poſt hanc vitam. Deceſſit ex hac vita: Anno dom. 1489. Ita quælibet ætas habuit ſuos θεοδιδάκτους, & in fide electorum Dei, agnitioneque veritatis, judicio ſano præditos.

Anno domini milleſimo 482, Maria unica Caroli filia, Archiducis Maximiliani uxor jam prægnans

gnans, cùm nimio venandi ſtudio teneretur quodam die egreſſa, dum feram forte conſpectam inſequitur, vel equo in præceps abeunte, vel alio caſu, certum enim non traditur, ad terram excidit, graviter læſa, Brugas defertur. Ad eam curandam accerſiti ſunt undique medicæ artis ſcientiſſimi viri. Sed malo artem ſuperante, haud multis poſt diebus vita deceſſit, quum annos nondum quinq; Archiduci nupta fuiſſet, gubernaſſet autem quinquennium.

Anno Domini milleſimo 483. Margareta Maximiliani Archiducis Auſtriæ filia, deſponſata eſt Carolo Delphino filio, Galliarum regis Ludovici 11. Is eodem anno moritur.

Hoc tempore Gandavenſes, qui occultis ſæpe conſiliis in Franciam reſpiciebant, ut adminiſtratione legitimæ tutelæ Maximilianum excluderent, filium ejus Philippum, & filiam Margaretam, magna difficultate ex Bruxellis in Gandavum tranſtulerunt, jam tum cogitantes magis quam edicentes, quod nullam patri relinquerent tutelam filiorum. Quippe, quia re ipſa probabant magnas opes ſub manibus ejus mirabiliter deperire, ut nulla pecunia, quantumcunque magna, illi, ut dicebant, ſuffectura videretur. Agente nimirum facilitate, & profuſa liberalitate, quam illi ad prodigalitatem imputarunt. Sed juſtos interpretes res accipiens, nihil aliud prodit, quam principis benignam & facilem humanitatem, quæ pecuniarum contemptrix opes mavult perdere, quàm à ſe triſtem quempiam diſcedere. Et in ſuos non uti liberalitate, quæ virtus eſt Principum præcipua. Sed tum invito Archiduce Maximiliano, pacem cum rege Franciæ inibant Flandrenſes.

Gandavenſes inſidiqui in Maximilianum.

Liberalitas Maximiliani.

Anno Domini milleſimo 484. Sixtus 4. febribus decubuit, & cum pacem inter Venetos & reliquos potentatus confectam audiſſet, mox vitam exalavit. Poſt Sixtum 4. fit Papa Innocentius 8. Poſt Innocentium Alexander 6. hic filium habuit ducem Valentinum, quem Pontifex Principem fecit Urbinatem. Is ſymbolum habuit, ô Cæſar, ô nullo, hoc eſt, aut Cæſare, aut nihil. Vltimum tandem aſſequutus fuit, hoc eſt nihil, nam propter mirabiles practicas ſuas, & indicibilem perfidiam tandem confoſſus eſt.

Dux Valentinus. Papæ filius.

Clarent hoc tempore Johannes Picus Mirandulæ comes, Barbatia Jureconſultus, Georgius Valla, Arculanus Manfredus medici, Johannes de Regio monte Mathematicus, Hermolaus Barbarus, Politianus, Gaza, Platina, Sabellicus, Pomp. Lætus, Marſilius, Ficinus, Aldus Manutius, & cæteri viri doctiſſimi.

Aut Cæſar, aut nihil.

MAXIMILIANVS XXXVIII. IMP. GERM.

ANno 1486. 16. die Februarii: Fridericus Imperator Maximilianum Archiducem Auſtriæ, filium ſuum Francophordiæ, in æde divo Bartholomeo ſacra, conſortem imperii declaravit.

Maximilianus 38 Imp. Germ.

Eodem anno, menſe Martio, Fridericus Imperator, aſſidente Maximiliano rege, Principibus & comitatibus imperii, eorumque miſſis, conſentientibus: legem tulit de pace tuenda, per totum decennium, ut nemo alterum in perſona aut rebus offenderet via facti. Hæc pax per imperium à multis recipitur, maxime Suevis, qui juſſu Cæſareæ Majeſtatis ſocietatem & ligam fecerunt de pace illa invicem conſervanda, & contra omnes violatores aſſerenda.

Anno Domini 1487. Fridericus Imperator Comitia habet Norinbergæ, ubi de unione & pace Principum variæ conventiones ſunt habitæ, utque omnia bella indutias haberent, concluſerunt, Id quod nemo ſervavit.

Eodem anno Maximilianus à Brugenſibus capitur, in ipſa urbe, ſed Fridericus pater liberavit filium.

Anno Domini 1489. Poſt motus civiles, qui in Brabantia fuerunt, peſtilentiæ morbus aliquot locis atrociter ſævit. Ingentem enim fecit in duobus oppidis vaſtitatem, Bruxella & Lovanio, illic duo & triginta, hic viginti millia hominum extinxit.

Anno Domini 1491. Maximilianus illuſtriſſ. duciſſam Britanniæ, per legatos, ſufficientibus mandatis uxorem duxit, ſed Carolus Galliæ rex, Margaritam filiam Maximiliani, ſibi deſponſatam repudiat, & Maximiliano deſponſatam rapit, uxorem ducit. Hæc Naucl.

Anno Domini milleſimo 492. Evecta ſunt Hiſpania centum & viginti quatuor millia familiarum Judaicarum, rex edicto vetuit, ne aurum vel gemmas è regno exportarent, ſed commutatione rerum, pannum, vinum, & id genus alia ad victum pertinentia, ſecundum debitam æſtimationem acciperent. In itinere ex his triginta millia peſtifer morbus abſumpſit.

Anno Domini milleſimo 493. Obiit Fridericus tertius Imperator Romanus cum annos imperaſſet tres & quinquaginta.

Anno Domini milleſimo 494. Maximilianus cœpit regnare à morte patris, cum quo vivente octo annis rebus gubernandis præfuerat, poſthac ſolus annis viginti quinque imperavit. Quanquam autem Maximiliani imperium, initia mediocria habuerit, valde tamen auxit imperium Germanicum.

In initio imperii Maximiliani, Carolus Gibboſus rex Galliæ, profectus eſt in Italiam, & occupavit

pavit Neapolim, sequenti anno rursus rediens in Gallias. Tum Ferdinandus junior, rursus recuperavit Neapolim & Gallos, quos istic rex reliquerat, fudit & fugavit auxilio Maximiliani.

Præclara bella Maximiliani.

Maximilianus, ut supra paucis attigimus, multa egregia bella gessit, primum in Flandria & Brabantia, ubi præclare multa egit, aliquorum meminit Krantz in Saxonia. Optandum vero esset, ut eruditus aliquis, magnifica facta, & consilia prudentia inclyti herois colligeret, & conscriberet. Bilibaldus Pirckhaimer Norinbergensis, Philippo Melanchtoni aliquando dixit, Maximilianum ipsum suas res gestas, aliquot annorum descripsisse, nam se navigio vectum cum Maximiliano à Lindauu ad Constantiam, & cum in navi ocium haberet Imperator, vocasse ad se scribam, & dictasse illi res gestas unius anni, idque variis consiliis & circumstantiis. Et cum Pirckhaimerus putaret agi secreta quædam, secedere voluit. Ibi Imperator manere jussit, & auscultare. Ad vesperam curavit ut dictata legerentur Pirckhaimero, rogans, ut ei placeret equestre latinum, vulgo das Reitter saitel. Dicebat vero optimus Princeps, se percupere paucis complecti res gestas, ut eruditi, qui vellent describere & historiam parare, ex autographis certa haberent. Testatus autem est Pirckhaimer de perspicuitate hujus scripti, & quod à morte Maximiliani adnisus sit, sed non potuerit assequi.

Pirckhaimerus Norinbergen.

Philippus Maximiliani filius.

Anno Domini millesimo 494. Philippus Maximiliani filius, annum agens ætatis 16. Lovanii, Brabantiæ, principatui inauguratur. In cujus verba tanto consensu ac studio ab universa multitudine juratum, uti nunquam alias majore.

Blanca Maria Maximiliani uxor.

Anno eodē Blanca Maria virgo illustrissima, Galeacii quondam vice comitis & Mediolanensium Principis filia, Maximiliano regi desponsata, in oppidum Insbruck, ad tedas nuptiales traducitur & ritu Christiano copulatur, orationem tum habuit clarissimus Jason Mainus, eques Romanus Juris consultus.

Anno dom. millesimo 495. Maximilianus comitia habet Vuormatiæ, in quibus tria tracta runt. Primo, de resistendo Turcæ. Secundo, de resistendo Carolo, Galliarum regi occupanti quædam imperii in Italia. Tertio, de judicio Cameræ. In his comitiis Comes Eberhardus de Vuirtenberg, dux Vuirtenbergensis designatur. Hic cum ægrotaret anno domini millesimo 497. vicinus morti fertur sic orasse. Creator cœli, terræque Deus, te quæso fac agnoscam, Si quisquam est, cui præter æquitatem grave nimis fuit imperium meum, restituetur is, rebus meis impensis omnibus. Quod si ne hoc quidem satis fieri potest, tibi benigne conditor, en hoc est quod offero, quod tibi devoveo, corpus cilliga jugiter, hoc piaculum esto. Plenissime autem dixisset, si cum Augustino ita fuisset fatus: Tota spes mea in morte domini mei, mors ejus meritum meum est, refugium meum, salus, vita, & resurrectio mea, meritum meum, miseratio domini. Quanto ille potentior est ad salvandum, tanto ego securior sum. *Hæc ἀναφέρω.*

Morbus Gallicus.

Anno domini millesimo 496. Quo Carolus octavus Gallorum Rex, per Italiam exercitum ducēs, Neapolim expugnavit, morbus quidam multis annis antea incognitus, homines Italiæ, deinde Germaniæ, & utrobique terrarum invasit, quem morbum Franciæ, seu Gallicum vocaverunt, Parisiis grossa variola nuncupatus. In Hispania propinquiori, & in Aragonia morbus S. Sementi, ultra Hispanias, & in Granata morbus curialis (quia curiose & crapulose viventes, insequitur.) Matthias Machovienſis, scabiem fœdam vocat. Rodebat hic morbus facies humanas, & cætera corporis membra, usque ad medullas & ossa, quibusdam etiam nares eradicabat, & cum aliqui, vix tandem sanarentur, relicta tamen in eis manſit quædam membrorum contractio. Exploratum fuit, hanc pestem plurimum esse contagiosam, & manent in hodiernum diem morbi reliquiæ.

Hoc tempore Nicolaus Eremita Helvetius, summa abstinentia claret.

Per id tempus Hieronymus Savonarola, ordinis Prædicatorum, prædicat Florentiæ, hujus hæc erant Themata: Italiam flagellis Dei expiandam, propter peccata multiplicia in Principibus, tam Ecclesiasticis, quam secularibus. Florentia urbeque Roma eversis, renovationem Ecclesiæ futuram, & quod hæc cito deberent fieri, Turcas & Mauros nostris temporibus ad Christianum cultum converti debere. Prædixit etiam quendam alpes transiturum in Italiam, Cyro similem, qui subvertere deberet Italiam.

Anno domini millesimo 498. Fato consumptus est rex Gallorum Carolus, is qui paulo ante Italiam cum exercitu ingressus, & Romam venerat, nolente ac mœsto pontifice, & Neapolim ultro sibi deditam intraverat.

Collegium pauperum theologiæ studentium Lovanii.

Eodem anno Johannes Standonc, patria Mechlinienſis, vir & literis Theologicis, & morum sanctitate insignis, Lovanii collegium pauperum instituit, quod à sui institutoris nomine Standonicum vocatur. Qui in eo aluntur juvenes, primum Philosophiæ, deinde sacris literis operam impendunt. Complures in hoc contubernio evolvendis orthodoxorum voluminibus adeo assiduam operam dederunt, ut doctissimi evaserunt, aliique ob egregiam doctrinam vocati ad ecclesiarum præfecturas, alii ad alios honores. Nihil dico de studio pietatis, vigiliis, jejuniis, precationibus, aliisque consimilibus progymnasmatis, quibus sacerdotium meditatur hæc juventus. Vtinam posteritatis ergò qui divites sunt in præsenti seculo, etiam divites sint talibus bonis operibus,

ribus, ut educentur Theologiæ candidati, & aliarum honestarum disciplinarum studiosi, ut nunquam desint, & ministri ecclesiarum, & formatores juventutis. Nam si hic negligentes fuerimus, metuendum est, ne pro Christianismo brevi simus gentilissimum habituri.

Huic instituto est dissimile Petri Busleri civis Insacensis sanctum institutum, de quo infra Anno millesimo 514.

Sozinus & Jazan Jureconsulti, Alexander, Benedictus, Antonius, Benivenius Medici, Johannes Nauclerus, Raphael Volaterranus, Robertus Gaguinus Historici, Rodolphus Agricola Phrisius, Johannes Jovianus Pontanus, Petrus Crinitus, Stephanus Niger, Faustus Andrelinus, Carteromachius Calepinus, Codrus, Urseus, & Beroaldus, florent.

Anno Domini millesimo 499. Helvetii cum vicinis, Austriæ domui subjectis, bellum habuerũt, quare Maximilianus ex Gelria, ubi tamen satis habebat negotii, advenit, subditos suos defensurus: tandem post varios conflictus, in quibus tamen circiter viginti millia desiderati sunt ex utraque parte, cessavit bellum. Robur genti addit et loci situs Julio Cæsare autore, una ex parte Rheno flumine altissimo & latissimo, qui agrum Helvetiorum à Germanis dividit, & hoc ad Septentrionem: ad Occasum Jura mons à Sequanis: à Meridie Lemannus lacus & Rhodanus: ab Oriente claustra alpium ab Italis discernunt. *Bellum Maximiliani cum Helvetiis.*

Anno domini milliſoo. Gandavi in Flandria Philippo Archiduci Austriæ natus est filius, qui baptismo admotus, Caroli nomen accepit. *Carolus V. nascitur.*

Eodem anno Ludovicus rex Galliæ Mediolanum, & totam Insubriam invasit, pulso duce. Adjuvabat regem tempus, & quod societatem cum Venetis inierat, & quod dux ea tempestate civib. suis omnino invisus erat. Is in sola fuga salutem constituens, magnis itineribus ad regem Maximilianum in Athesim ægre pervenit. Anno Domini mil. 501. Passim per Germaniam in vestibus hominum cruces visæ sunt: immo non solum signum Dominicæ crucis, sed & coronæ spineæ, clavorum similitudo, guttæ sanguinis de cœlo ceciderunt. Interdum etiam intra domos & cubicula ea delapsa, mulieres sæpe dies multos in ricis suis circuntulerunt. Hæc & his similia significabant iram Dei imminere hominibus. *Cruces.*

Anno Domini millesimo 502. Per totam Germaniam morbus pestifer inclementissime sæviit, præmonstratum malum, ut quidam opinati sunt, per cruces, quæ non multo ante in vestes hominum ceciderunt. *Pestis.*

Anno Domini millesimo 503. Alexander sextus Roman. Pont. libidinosissimus, postquam sedit annis 2. moritur. Narrant quidam veneno interisse, quod filius ejus ex Cardinalibus uni paraverat, sed pocillatoris errore factum esse, ut Pontifex biberit.

Hoc anno moritur Johannes Dalburgius Vangionum antistes, qui inter nostræ ætatis pontifices facile doctissimus extitit, trium linguarum, Hebraicæ, Græcæ & Latinæ admodum peritus, quem non solum Germani, sed & Italiæ Galli sæpius admirati sunt orantem, dum & Romæ sub Innocentio octavo in publico peroraret consisto. io, & Parisiis coram rege Ludovico in Parlamento quod vocant, mœcenas, hospes & patronus eruditorum omnium suo tempore. Præceptorem in Græcis literis habuit Rodolphum Agricolam.

Johanni cognatus fuit Dietherus à Dalberg, vere nobilis heros, ad res componendas fœlicissimus, & vere ἀριστοκρατικὸς: qui, cum mentio fieret ob res adflictas ecclesiarum Concilio opus habere hæc efermentata tempora, solitus fuit dicere, quatuor esse judices minime suspectos, Concilio præficiendos, Biblia Hebræa, Græca, Latina, & Germanica: & tamen laicus erat, forsan respiciens ad illud, quod legitur de veteribus Conciliis, quod semper posuerint in omnibus sessionibus Evangelia in medium. Hunc Dietherum sæpe audivi dicentem, sub annum millesi. 524. Canonicis quibusdam, se percupere dare omnia vina quæ haberet, (habebat vero non minus quàm 30. plaustra) ut quilibet eorum honestæ matronæ condormire posset; ad illud spectans, quod Hebr. 13. legitur: Honorabile inter omnes conjugium & cubile impollutum. Scortatores autem & adulteros judicabit Deus. Et quod, proh dolor, hodie apud collegia, quæ σωφρονιστήρια esse deberent, & loca honestorum, Idolum Veneris in locum crucifixionis ponitur.

Idem cum haberet sub se pagos aliquot, & accideret, ut ex subditis quispiam delinqueret, ab hoc non mulctam pecuniariam (unde uxor & innocentes liberi luebant) accipiebat, sed diebus Dominicis & festis in carcere, pane & aqua justitiæ patronus plectebat transgressorem: sic terrori erat male agentibus, & hoc tempore quo alias vacabant labore, animadvertebat in malos, non sibi gerens dominium.

Ingens saxum de cœlo septima Novembris apud Ensisheym Elsatiæ oppidum cecidit

Insulæ quædam in Oceano antiquioribus ignotæ, hoc ævo veluti novus orbis, ab Americo Vesputio primum, & deinde à Christophoro Columbano illustrantur.

Anno Domini millesimo 503. Pius tertius Senensis Papa sedit solum 30. diebus.

DE LI

DE LIGA SOTVLARIA IN AGRO BRVXELlensi exorta, vulgo im Brüreyn.

HOc anno in agro Bruchſellano Spirenſis dioceſis, ex pago Vndergrunbach, exorta fuit rebellio Agricolarum, quorum articulos conjurationis fuiſſe ſequentes, in additionibus Nicolai Baſelij ad Chronicum Naucleri legis.

Primus, ut aucti numero, omne jugum ſervitutis excuterent, & Helvetiorum more armis libertatem ſibi vendicarent.

II. Admiſſis in hanc ligam ſotulariam, orationem Dominicam & ſalutationem virginis quinquies in die pro victoria flexis genibus oraret.

III. Symbolum conſtituerant quo ſe cognoſcerent, Virginem Mariam, & Johannem Evangeliſtam. Item ut interrogatus à ſocio Germanice, Was iſt nun für ein Weſen? reſponderet: Wir mögen für den Pfaffen nicht geneſen.

IV. Vt abolerent omnem magiſtratum, & qui contra ſtaret, ut hos trucidarent.

V. Ut Bruchſellam oppidum invaderent, mox Marchionatum Badenſem.

VI. Ut bona monaſteriorum, & eccleſiarum, & clericorum invaderent, & inter ſe dividerent, & numerum talium imminuerent.

VII. Vt ultra horas 24. in nullo loco moram traherent, ſed pergerent ſemper, donec omnia ſuæ conjurationi ſubijcerent.

VIII. Spes eos bona habebat, libertatis amore, cives & ruſticos, etiam non compulſos, ſibi facillime adhæſuros.

IX. Ut extinctis monaſteriis & eccleſijs, nulli cenſus & decimas ſolverent, nec principibus, nobilibus, aut clero. Ita immunes futuri à vectigalibus & omni tributorum genere.

X Ut venationes, piſcationes, paſcua, nemora, & id genus alia, in communitatem revocarentur, nec principum aut nobilium privatis uſibus deſervirent.

Hæc temeraria conſilia non potuerunt ſtabilire, quare pœnas dederunt expoſiti cruciatibus & morti: nam & Maximilianus rex ſuo mandato juſſit in eos animadvertere.

Anno Domini milleſimo 503. Poſt Pium tertium ſit Papa Julius ſecundus Ligur bellator, ſedit decennio, & ne quid amplius ſanctitati deeſſet. Reſervatum in pectore veteratorie excogitavit. De hoc habes elegantiſſimum Dialogum, judicii plenum, ætate Eraſmi natum.

Bellum Bavaricum.

Anno Domini milleſimo 504. Fuit bellum Bavaricum, in quo Maximilianus Cæſar, principes Monachi, contra Philippum Palatinum, & ducem Rupertum, Philippi Palatini filium futurus eſt. Is putabat ſe velle cũ filia ducis Georgij Bavari, hæreditario jure Landshut, & eam Bavariæ partem poſſidere. At Rupertus in eo bello cum ipſa principe uxore moritur. Palatino autem Rheni per Cæſarem, Lantgravium Haſſiæ Gulielmum, & ducem Vuirtenbergenſem multa adimuntur. Maximilianus etiam ingentes copias Bohemorum, volentium auxilia ferre fudit. Poſthac Palatinus cum Cæſare in gratiam rediit.

Eodem anno Philippus Caſtellæ princeps, Archidux Auſtriæ, claſſe Hiſpaniam petens, adverſo vento unà cum conjuge compelluntur in Angliam, unde ſecundis flatibus reſtitutis, prius muneribus magnifice à rege inſulæ donati, abiere, ſuam navigationem in Hiſpaniam peragentes.

Omnes in regno Granatæ, coguntur aut fidem Chriſti ſuſcipere, aut è regno migrare. Anno milleſimo 505. Max. ducem Geldriæ obſedit apud Arnheim, & coegit ad deditionem.

Anno domini mill. 506 Philippus Maximiliani filius, rex Hiſpaniarum, & Burgundiæ dux moritur, quem principem fortuna terris oſtendit, ſed protinus ſubduxit: hinc incredibilis luctus Brabantiam cæterasque regiones ſocias occupavit.

Ludovicus 12 Francorum
Alexander Poloniæ & Bohemiæ
Emanuel Portugalliæ
Johannes Daniæ & Norruegiæ
Philippus Germanus Hiſpaniarum
Ladislaus 7. Vngarorum
} Rex,

Conradus Celtes primus Germanus Poeta à Cæſare laureatur.

Mortarii bombarda inventio.

Eodem anno à Buſcoducenſibus novum tormentorum genus inventum eſt, quod Mortarium vocabat, in obſidione arcis Proyæ, quæ ſita proxime ad Moſam inter Goricum & Buſcumducis oppida, opere & natura fuit munitiſſima. Ibi ex inſtrumentis pila & graviſſimas ſaxorum moles in altum eiciebant; hinc cum decidierent, paucis diebus arcis tecta omnia, ac deinde tabulata corrumpebant.

Leonicenus, Gattinaria, Optatus, Caballus, medici: Auguſtinus Niphus, Carolus Bovillus, Jacobus Faber Stapulenſis, Philoſophi: Petrus Bembus, Pandulphus Collenutius, Richardus Pacæus, Tricaſſus Chiromanticus, Trithemius Abbas, Vigo Chirurgicus, Stabius, Vernerus, Stœchlerinus, Mathematici, Mantuanus & Bebelius, clarent.

Anno

Anno domini 1507. Maximiliano Cæsari diuturnum bellum fuit cum Venetis, in quo multum & sæpe pugnatum est, magnæ mutationes factæ, Ludovicus Galliarum rex primum Venetis adhærebat, post hac se Maximiliano adjunxit. Papa Julius primum Cæsaris partibus favebat, postmodum cum Venetis sentiebat. Veneti melioribus quas habebant civitatibus destituebantur, Verona, Padua, Tervis, & multis aliis. Cum vero Pontifex se Venetis jungeret, voluit & rex Franciæ Pontificem invadere, qui tamen exercitum suum adhuc apud Cæsareanos in Italia habebat. Timens autem Cæsar, si Gallus potiretur victoria, quod recta contenderet Neapolim, ausurus etiam Romæ aliquid, quod imperio Romano grave esset: quapropter Cardinalem Saltzburgensem Matthæum Langium à consiliis Cæsari, mittit ad Papam, ut satagat pro pace, antequam Gallus committat prælium. Julius vero cum instructus esset Hispano & Italo milite, bene confisus, res prospere casuras, noluit admittere pacem, sed congreditur Gallo apud Ravennam die Paschæ, anno 1512. fit maxima strages, utrinque fortissime pugnatur, sed vincuntur Pontificii, pereunt in eo congressu circiter 16. millia. *Bellum Maximiliani cum Venetis.*

Accepta clade, Julius cum Maximiliano libenter pacem iniit. Maximilianus vero, ut regẽ Franciæ ex Italia vocaret, ipse & Papa concitarunt Anglum, Germaniam & Helvetios contra Gallum. Ita coactus fuit Gallus cedere: & ita deinde Veneti cum Cæsare concordati fuerunt.

Ravennæ paulo ante natum fuerat monstrum, cornu in capite, alas habebat, brachia multa, pedem unum, ut avis rapax, oculum in genu, sexum utrunque, in medio pectore ypsilon, & crucis effigiem. Aliqui interpretati sunt, cornu superbiam: alas levitatem & mentis inconstantiam: carentiam brachiorum, defectum bonorum operum: pedem rapacem, rapinam, usuram, & omnimodam avaritiam: oculum in genu, solum ad res terrenas mentis deflectionem: utrunque sexum, Sodomiam, & propter hæc vitia Italiam sic nunc bellicis cõtritionibus quati: ypsilon vero & crucem, signa esse salutis: nam ypsilon figura est virtutis. Ideo si ad virtutem recurrant, & ad Christi crucem, ab his tribulationibus liberabuntur.

Anno domini 1509 Septem homines sylvestres ex ea insula, quæ Terra nova dicitur, Rothomagum adducti sunt, cum cymba, vestimentis & armis eorum. Fuliginei sunt coloris, grossis labris, stigmata in facie gerentes, ab aure ad medium mentum, instar lividæ venulæ, per maxillas deducta, crine nigro & grosso, ut equina juba, barba per totam vitam nulla, neque pubes, neque ullus in toto corpore pilus, præter capillus & supercilia: baltheum gerunt, in quo est bursula quædam ad tegenda verenda, Idioma labris formant, religio nulla, cymba eorum corticea, quam homo una manu evehat in humeros. Arma eorum arcus lati, chordæ ex intestinis aut nervis animalium. Sagittæ cannæ saxo aut osse piscis accuminatæ. Cibus eorum carnes tostæ, Potus aqua. Panis & vini & pecuniarum nullus omnino usus. Nudi incedunt, aut vestiti pellibus animalium, ursorum, cervorum, vitulorum marinorum, & similium. Regio eorum Parallelus septimi climatis plus sub Occidente, quàm Gallica regio supra Occidentem. *Homines sylvestres ex insula nova.*

Anno 1510. Julius Pontif. Rom. reconciliatur Venetis, & exercitum ducens, Mutinam capit & Mirandulam, quam Johanni Francisco Pico, loci domino restituit.

Anno domini 1511. Mirandula recuperatur à Gallis, & Mutina regi Maximiliano traditur. Bononia deficit à Pontifice.

Anno domini 1512. Maximilianus comitia habet Treveris & Coloniæ, præsentibus principibus Electoribus. Uriele Archiepisco Mogontino, Philippo Colonensi, Reichardo Trevirensi, Ludovico Palatino & aliis. Ibi inter alia, quoniam suspicio erat, schismatis oriundi, & gravaminum in ecclesia, necessario decernitur, ut Imperator & principes Electores, cum aliis principibus & statibus imperii, qua ratione commodissime gravamina tollantur, & sublato schismate omnia in ædificationem instituantur, despiciant & probe consultent

Decretum etiam contra blasphemos, pœna marcæ auri, vel capitali: & ut hoc decretum neminem fugiat, visum est principibus & statibus imperii, ut concionatores & parochi in quatuor primariis festivitatibus, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis Mariæ, Natalis Christi pro concione populum fidelissime admoneant. *Decretũ contra blasphemos.*

Et quoniam ex ebrietate blasphemiæ, homicidia, & innumera vitia fluunt, gravissime interdicitur, ut Electores & alii principes in aulis suis nullos ex nobilibus ebriosos perferant: & qui de vulgo, in corpore gravissime luant.

Hoc tempore dux Gelriæ Carolus, qui jam pridem in verba regis Maximiliani, de pace servanda, juraverat, rupta concordia, bellum Brabantis intulit. Oppidum Thenense cepit, & captum dirupit, viribus adjutus Gallorum regis, qui jam inde ab obitu Philippi, Burgundiæ domui, hostis esse cœperat.

Hoc anno mirabiles & inauditi motus terræ urbem Constantinopolim vexaverunt, domus innumeræ & arces corruerunt: arx præcipua tyranni collapsa est, ut ipse compulsus fit alio confugere, & multi homines turbine intercepti, interiere.

Eodem anno Zelimus Turcarum 11. Imperator, qui Ægyptum subjugavit & Syriam.

Digitized by Google

Leo decimus Florentinus Papa Poloni & Lithuani ad ripas Boristhenis ingenti strage Moscovitas Ruthenosq; superant.

EXPUGNATIO BRIXIAE AD EPIscopum Gurcensem.

REverendissime Princeps & Domine, D. mi unice, humilimam recommendationem &c. Profligatis Venetis hostibus ad insulam Schalarum, ea die dux Nemursii castra ad Herbedū posuit, ibiq́ue die sequenti requievit. Venerat eo magnis itineribus, ut speculatores hostium celeritate exuperaret: postridie autem illius diei Galli ex Herbedo Brixiam versus, ad Voltam territorii Mantuani movent, ex eo loco ocius ad mōtem Clarum castellum Brixiani agri proficiscuntur. 15. vero præsentis, universas suas copias ad villam S. Eufemiæ locū duobus millibus passuum ab ipsa urbe Brixiæ distantem, ad viam cogit qua ad Pescherum itur: ex eo loco ipse dux omnibus mediis tentat civitatem, ut sese dedat, tam insigni suæ urbi parcant, sibi, uxoribus, liberis, & facultatibus consulant, expugnationem non expectent. Et quo facilius ad deditionem ducerentur, pollicebatur regem ipsum Francorum, licet ab eo ultro defecissent, hanc ingentem injuriam nunquā recordaturum, immo tantum errorem libere condonaturum, modo resipiscant, ac in clementissimi regis gratiam redeant: quippe qui tam nobilis urbis ruinam non desideraret, sed ut floreret perpetuo, & cōvertatur. Ea omnia civibus variis modis apperire studuit, imo ipsum comitem Aloysium de Anogaris, rebellionis autorem, ad deditionem sollicitavit. Dum hæc ageret, operiebatur Do. Jacobum Trivultium cum sex millibus peditibus, & magna Artellaria. Interea autem nuncius supervenit, quatuor millia Hispanorum ad Padum constitisse, conjunctura sese militibus hostium, ac una cum eis in subsidium urbis Brixiæ ventura. Qua re audita Namursii dux, non amplius, aut Artellarias, aut deditionem expectandam statuit: sed quo populum adhuc ad deditionem, si non bonitate, terrore pœnarum constringeret, mittit Jacobum de Emps cum peditatu suo ad expugnandum clausstrum quoddam, situm in monte post arcem Brixiensem. Quod hostes propugnaculis & aggeribus muniverant, ne nostris ingrediēdæ arcis, per posticum copia fieret. Collocarunt pro illius loci præsidio, mille rusticos. Germanicus peditatus id magno impetu aggreditur. Rurales, qui nostrorum vires sufferre non poterant, relictis propugnaculis, in Monasterii claustris se abdunt, quos nostri insequuntur, & trucidant. Ubi autem per biduum ad S. Eufemiam exercitus fuerat, ac se pro deditione incassum laborare præsensisset: pervenerūt enim literæ, quibus deditionem fieri postulabat ad manus Andreæ Gitti, qui eas clam civibus continuit. Attamen petitio ducis per vias alias, ignorante etiam Gitto, ample satis ad populi notitiā deducta fuit, qui omnia tamen negligebant, cōfisi hostium promissionibus. Dux Namursii universum peditatum in arcem Brixianam in crepusculo intrare jubet. Ipse cum equitatu post arcis portam remansit, eanocte locat quingentas lanceas ad portam urbis S. Nazarii, ne hostibus fugiendi facultas daretur. Poterant enim solum per illam effugere, quoniam cæteras omnes terræ obstruserant, & fascis circumdederant, ne nostris ad eas aditus fieret, aut cives vacillantes, unam ex illis occupare, & Gallis tradere possent. In diluculo diei, quæ erat 19. præsentis, dux Namursii acies instruere, quemlibet vexillo suo astare jubet. Primum cum timpano Germanos & Gallos exclamare mandat, ut si qui aciē primā, quā Germani agmen amissū appellant, ingredi vellet, ad portā arcis, per quā in urbē itur contendere. Ivit eo primus, cum vexillo suo trecentorum peditum, Capitaneus Fabianus, quem Germani quoque pedites, alii trecenti & ultra sponte subsecuti sunt. Ingressus est quoque agmen illud cum ducentis Gasconibus, Capitaneus Molardus, fuit in prima aciei hujus linea ipse Molardus & Fabianus, Spurius Cleviæ, & nonnulli alii tam Germanicæ quam Gallicæ nationis præclari adolescentes. Iohannes autem Kra, quem Franculum appellant, qui hic uxorem, filiam Aloysii de Milis duxerat, in illo agmine cecidit. Constituitur postea agmen magnum, in quo universus peditatus & Germanicus, & Gasconicus erat, in illius acie fuit Iacobus de Emps cū duobus suis fratribus, Philippus de Friburgo, Ioannes Grannis Gasconum caput, & nonnulli alii Germani ductores, qui omnes se ita strenue gesserunt, ut perpetuam laudem hac tanta virtute emeruere. Constabat illa Phalanx ex tribus millibus, & quingentis Germanis, & mille ducentis è Pyreneis peditibus, seorsum ab illa, ipse dux instruit turmam aliam ex quingentis armatis gravibus, qui cum lanceis pedestres urbem quoq; ingressuri erant, in acie illorum armatorum fuit ipse Namursii dux, cum omnibus ferè Gallicis nobilioribus capitaneis, stabat agmen amissum prope portam, Phalanx Germanorum & Gasconum in curia ipsius arcis, & ad ejus latus acies armatorum consistebat, in hoc ordine omnes per horas fere quatuor stetere, expectantes, an adhuc urbs deditionem factura esset. Hostes autem, qui nostros ea nocte omnes arcem intrasse audierant, in diei diluculo ad arma conclamant, equites tibicine convocant, populum clangore concussarum campanarum ad arma excitant. Erant in urbe hostium Cathaphractes 400. Velites qui balistis pugnant, mille. Stradiotæ 800. pedites instructi 2. millia, rustici, & plebei urbis, qui ad arma concurrerant circa 6. millia & ultra. Hi omnes stabant nostrorum impetum expectantes. Ubi autem dux Namursii phalanges suas usq; ad quartam diei horam ordinatas continuisset, nec de deditione esse sperandum cognovisset,

gnoviſſet. cum ſuis conſilium iniit, paulo poſt Philippum de Friburgo, & Iacobum de Emps, germanici peditatus capitaneos, ad ſe evocant, illis urbem omnino aggrediendam eſſe exponunt, propterea adhortantur quo ad ſuos milites concionē habeant, ut quo eſſent animo animati, aucupent. Habet igitur ad eos contionem Philippus de Friburgo, illis proponit ducem velle urbem illam vi & eorum viribus expugnari, adhortaturque propterea ut ſtrenui animi ac tā priſtinæ virtutis quā gloriæ memores, eſſe velint, gallos, ac totius Franciæ nobiliores una cū ipſis, aut morituros omnes aut hac victoria potituros. Et qui aut mori aut urbe potiri velint, elevato brachio oſtenderent, reliqui vero ex acie egrederentur, tunc ſubito maximo animo, elevatoq; brachio, aut moriemur conclamant, aut urbe potiemur, & quiſquis cuſpidem ſuam cultello inſecuit, ne lubrica elabi poſſet, ſed inſectionibus aſperata, firmius manibus contineretur. Exponit poſtea ipſe Philippus, ducis nomine, ut ingreſſi urbem Citadellę parcerēt. Quippe quæ Gallis auxilio fuiſſet in defectione urbis, ut in arcē cōfugiſſent, reliquam partem urbis, & diriperent, & quoſcunq; nullis exceptis trucidarent. Protinus tantæ prædæ indulgentia univerſorum animi exhilarati, ſic ut ut ſeſe quiſq; ad ſummam ſuam fœlicitatem iturum putaret. Arx autem Brixiæ, in eminentiore urbis parte, monte ſatis acclivo ſita eſt, duo ſunt itinera ex ea parte, quæ in urbem vergitur, alterum ad civitatem ipſam, alterum ad urbis Citadellam. Hoſtes autem duo capita Bombardarum in porta Citadellæ habuerāt, è quibus continue globos ante Arcis portam tranſvolantes, eiiciebant; ſicut exitus arcis admodum ob frequentes ictus hoſtium, difficilis, ac periculoſus fuit. Agmen autem amiſſum, ſenſim arcem exibat, & alter alterum, ubi bombardarum periculum evaſerat, expectabat: qui omnes cōjuncti, phalange inſtructa, ſecundum muros urbis clivum deſcendere. Adeſt ſtatim monaſteriū S. Floriani, in quo Robonus Briſygella cum ſexcentis peditibus, acie ſua inſtructa, monaſterioq; munito noſtros expectabat, quos noſtri cito profligarunt. Quotquot fugientes conſequuti ſunt, trucidarunt: ubi autem hi qui ad portam uſq; Citadellæ, verſus urbem, ubi bombardas illas diſpoſuerant, profligatos, & trucidatos, & noſtros adeſſe conſpexerant, & ipſi nonnullis eorum interemptis, & artellariis relictis, fugæ ſeſe accinxere, ingreſſi ſunt itaq; noſtri ſuperata & devicta Citadella, urbem. Eſt autem ante eam vicus ſtrictus & poſt locus ſatis ſpatioſus, in vico illo mulieres ex feneſtris, in noſtros lapides demittebant, ut in eo loco nonnullos perdidimus. Ubi autem ad illum locum ſpatioſum pervenere, aderant ibi nonnulli equites & gravis & levis armaturæ, qui fortiter in principio noſtris reſiſtebant, ſed cum in ea planitie per quartam unius horæ partem, acriter pugnatum eſſet, tandem hoſtes trucidati, & reliqui in corpus ipſius urbis profligati ſunt, milites noſtri hos inſequuntur uſq; ad portam ipſam interiorem urbis, tanta fuit hoſtium fuga, ut hanc quoque portam noſtris apertam dimiſerunt, & illam noſtri tumultuarie ingreſſi, niſi à Molardo prænoniti eſſent, hoſtes omnes ſuas vires ante illam continere: Dicebat enim parum à foro. Noſtri igitur, quia pauci aderant, affuit enim ſola prima acies, quæ ex octingentis peditibus conſtabat, qui ſubito conſiliū capiunt, ac portam ne hoſtibus opprimerentur, occludunt. Bombardam alterā, quam in porta Citadellæ conquiſiverant, ad portā illam oneratam pulvere & globo diſponunt. Interea magna phalanx, & quingenti Galli armati ſuperveniūt, noſtri portam quam occluſerant protinus reſerant. Hoſtes ubi Bombardam in ſuam aciem directam, in faucibus portæ proſpiciunt, ruptis ordinibus hinc inde, quo quiſque ſaluti ſuæ fuga conſuleret, diſcurrunt: noſtri fugientes, ferro impetunt, & quam plurimos necāt, tranſit hanc portam prima acies, ad forum pergens, ubi hoſtium Cathaphractes, turmas ſuas continebant, ſequitur illam armatorū caterva, quæ ad dexteram per mediam urbem viam ducit, ingreditur. Magna Phalanx aciem primam propere inſequitur. Hii omnes ſtrenue ordinibus ſervatis, turmis quam ſtrictiſſime coadunatis, cum hoſtium cataphractis congrediuntur, hii in foro in acies noſtras pleno equorum concurſu, & acutiſſimis haſtis ſtrenue irruunt, illis ruptis ferreis malleis, ex omni latere noſtros impetunt. Sed quia noſtri ordines ſuos conſtanter conſervarūt, illæſi, equitibus hoſtium interemptis, remanſere, eos enim ex omni vico, ſervatis tamen ordinibus invaſerunt & enervarunt. Hoſtes ubi cathaphractes, tum trucidatos, tum profligatos, proſpiciunt, paſſim diffuguint, ac portam S. Nazarii aperiunt noſtri, hos (relictis tribus millibus Germanis, cum omnibus capitibus in foro) phalange inſtructa, inſequuntur, hoſtes ad portam illam, dum ita tumultuarie fugiunt, maximam cladem accepere. Sub ea Fœdericus Conterinus, Venetus Velitum proviſor, Theodorus Fraſchma eques, Baſta Stradiotarū capitanei, cum nonnullis aliis viris ſtrenuis cecidere, & quotquot portam exivere ab Gallis, qui ad eā collocati fuerant, capti ſunt, & inter reliquos quā plurimos ipſe Aloiſius Auogadrus deprehenſus eſt. Solus autem Dominicus Buſichi, Stradiotarum dux, cū centum fere equitibus, pauciſſimisq; exutis, & vulneratis peditibus aufugit. Quærit forſan Reverendiſſima D. V. Si Galli ante portam aderant, quo pacto hi evaſerint. Sciat igitur plures hic capiendos quam captores fuiſſe, Germani verò & gaſcones, exceptis illis qui in phalange, in foro cōſiterant, per omnes vicos urbis currunt, quoſcunq; inveniunt, mactant, & ferro impetunt, in domos irruunt, ac penetralia monialium, claſtra ubiq; inceſtantur, & diripiuntur, ruſticos, milites, & quoſcunq; alios jugulant & enecant, nullorum præter mulierum & infantium rationem habentes. Ubi autem univerſa hoſtium militia pau-

cissimis captis ceciderat, tota urbs deprædatur. Cives qui armati inventi sunt, trucidãtur: reliqui cũ uxoribus, liberis, & universa familia, capiuntur, bona diripiuntur, viduæ, nuptæ, innuptæq; puellæ, passim violantur, cuilibet domo quam ingressus fuerat, pro arbitrio uti, & abuti licitũ erat. Andreas vero Gitti in hospitio ad ignem seſe calefaciens, à capitaneo S. Columbæ, cum sua familia, ac Anthonio Justiniano, Veneto, Brixiæ prætore, qui triduo tantum hunc magistratũ gessit. Item Paulus Monfronus cum filio inter pugnandum captus est. Hæc fuit, Reverendissime Princeps, miserabilis ditissimæ urbis expugnatio, cadavere per omnes vicos & plateas, fora, & subvias urbis enecata, infinita vidi, & in aliquibus locis ita frequentia, ut si quis per vicos equitaverat, nõ evitare potuit, quin equus continue cadavera calcaret, per domos mulieres, aut viros captos torqueri, aut se vel filias violari, magno & continuo ululatu exclamantes, & plorantes, audiret. De interfectorũ numero nihil certi est, tantum tamen fuisse censeo, ut octo millia excedant, ex nostris vero nõ credo viginti interisse: Gemmæ, pocula argentea, vestes purpureæ, & omnis serici generis preciosis pellibus fultæ, per civitatem à militibus vendendæ, circumferebantur. Postera die ipse dux edictum fieri jubet, ne quis amplius captivos interficiat, nec captivos supra decimum & quintum annũ non agẽtes, ex urbe educeret. Die illa sequente comes Aloysius de Anogaris, proditionis autor, præsente ipso duce, capite truncatus, ac postea in quatuor partes dissectus: ad portã S. Nazarii patibulo appenditur. Gallorũ equitatus & peditatus omnis, jam in agrum Parmen. & Cremen. ad stationes, quo Bononiæ propinquiores sint, revertitur ipse dux, tot, tantisq; rebus hac hieme magna celeritate confectis, scilicet Helvetiis à Mediolano aversis, Bononia ab Hispanis tutata, hostibus Venetis ad insulam scalarum profligatis, & Brixia expugnata, ad Mediolanum, requiescendi gratia, secessit. Quæ omnia Reverendissime P. V. pro debito meo diligenter significare volui, cui me etiam atq; etiam commendo. Datum Veronæ, die 24. Februarii, Anno domini 1512.

COPIA SEV EXTRACTVM NOVARVM QVAE VENIunt ex castris Gallorum, die 11. Aprilis. Anno Domini 1512.

SCribunt imprimis, quod dum exercitus Gallorum esset sub mœnibus Ravennæ hesterna die, quæ fuit decima hujus mensis. Cum idem Galli essent in Parlamento cũ civibus, & tractarent de deditione, subito nũciatum est adesse exercitum Pontificis & Hispanorum, propter quod Galli subito moverunt totum exercitum, sublevatis etiam impedimentis, instruxerunt acies, & sic instructa, steterunt, tota die expectãtes Pontificios & Hispanos usq; ad horam quintã post meridiem, conflicturi eis, qui veniebãt versus Pignetã, Ravennæ approximando civitati, ut succurrerẽt ei. Compulsi autẽ fuerunt idem Galli levare artellariã suam, cũ qua conquatiebant jam mœnia civitatis Ravennæ approximãdo civitati. In levatione autẽ ipsius Artellariæ milites, qui erãt intra civitatem, eruperũt in Artellariã, in cujus custodia erat D. Fridericus de Gonzaga, cũ aliquot peditib. Italicis & Gasconicis. Qui Gascones territi, hujusmodi eruptione retraxerũt se, D. Fridericus cũ Italis restitit erũpentib', & retrusit eos intra civitatẽ, & si alii subsecuti fuissent, immixti civibus civitatẽ ipsam intrassent, & cepissent eam in illa eruptione. D. Fridericus habuit ictum in fronte sed non gravem.

Exercitus vero Pontificis, & Hispanorum appropinquabant Gallis, & arbitrabatur, quod essent conflicturi cũ ipsis, sed exercitus Hispanus divertit ab eis, & castrametatus est in dicta Pigneta Ravenna, in loco satis forti, circiter mille passus remota à Gallis, Galli vero redierũt ad mœnia civitatis, unde moverant castra. Et licet pluries in civitate illa nocte fuerit, & clamatũ, & pulsatum ad arma, Galli tamen non moverunt se, nec concusserunt mœnia bombardis, sed deliberarunt in cõsilio omnino cum ipsis Hispanis cõfligere, uno vel alio modo, quomodocunq; possent, & eadem nocte fecerunt pontem supra unũ canale, quod erat medium inter Gallos & Pignetam Ravennæ, ubi castrametabãtur Hispani, die sequenti quæ fuit Paschæ, Galli diluculo transiverunt dictũ pontem, & ceperunt appropinquare Pontificiis & Hispanis, & primo res est cepta agi, ex utraq; parte cum Artellaria cum qua pugnatum est, ad duas horas quæ edidit magnã stragem in utroq; exercitu, continue tamen Galli progrediebantur, & appropinquabant Hispanis, deinde ceperũt cõserere manus. Prima pugna cepta est ab equitibus gravis armaturæ, qui erãt in Antiguardia, & strenue diu pugnarunt æquo marte. Deinde peditatus primæ aciei, seu antiguardiæ, ceperunt etiam cõserere manus, & exorta est maxima strages, ex utraq; parte. Urgentibus autem Gallis cepit inclinare acies Hispanorum, quæ tamen sustinuit conflictũ ad duas horas, & sic pugnatũ est quatuor horis, tandem Pontificii & Hispani ceperunt vertere terga, & cædes eorũ aucta est, quos cõtinue Galli urgebant. Lucrati sunt Galli pertas 14. Artellariæ, quas solum secum Hispani advexerãt. De numero occisorũ tunc judicabant à 7. mill. in 8 millia. De Gallis mortui sunt in eo prælio Dux Namurfii dominus de Alogra, Grotta, & vulneratus letaliter dominus de Lancret, mortuus dominus de Bardason. Capitanei mortui, Philippus de Friburg, Jacobus de Emps, Fabianus, Molardus, Moyart, Mongyaron, & Bonetus, gravissime in caput vulneratus, & multi alii mortui, & vulnerati magni viri, quos nesciebant tunc nominare. De exercitu Pontificio & Hispano nescitur quis sit mortuus, nisi quod retulerat D. Fabricius de Columna, quod erant mortui multi magni viri. Capti autem de eodem exercitu Hispanorum erant, ipse D. Fabricius de Columna Cardinalis de Medicis Legatus, Marchio

Dux Namurfii fuit ille, quẽ vulgo le Grand maistre de Milan nominant.

Pisciæ-

Pischerorũ Dominus Johannes de Cordona, Comes de monte Leonis. Comes Johannes Franciscus de Mirandula. Comes Petrus Navarus. De vice rege nesciebant quid esset, aliqui credebant ipsum, cum circiter tribus millibus peditum, & bono numero equitum evasisse.

Anno domini 1513. Heinricus octavus Angliæ rex, cũ valida bellatorũ manu Caletum trajecit, bello adorturus, Galliæ populos, illuc argento & auro, quod ingens secum advexerat, non modo Cæsarem Maximilianum, sed omnem quoq; Brabantiæ, Flandriæ & Hollandiæ, nobilitatem ad se juvandum pertraxit. Lectissimũ equitatum ac pedites cõplures è Gallia missos, qui Morinos, quos obsessurus hostis putabatur, commeatu levarent, Maximilianus partim occidit, partim in fugam cõpulit, ex quibus trecẽti quinquaginta capti, inter quos & nobiles aliquot regni Gallorũ fuerunt, signa bellica novem amissa, currus onerarii centum quinquaginta abducti. Post hæc Romanus & Anglus, magnanimi principes duo, Maurinos, quam gentem præsidio firmaverat Gallię Rex Ludovicus, omni armorum genere expugnare adorti, murorum partem dejecere, atq; hinc, cum ingens terror civitatem invasisset, facta est deditio hac legent, vi abstineret miles. Ingressus, Cæsar Anglo cessit urbis Imperium: postea deditum est & Tornacum. Hujus oppidi cives permulti, ne militarem diutius feritatem pati cogerẽtur, novas sedes in Flandria & Brabantia quæsivere. Henricus hujus urbis, à Cæsare Imperio sibi relicto, incredibili sumptu, arcem intra muros extruxit, multis inclusis ædificiis. Hic præsidiũ habuit perpetuũ, donec post aliquot annos Gallo urbs reddita est, quæ nunc paret Carolo Cæsari: adempta iterum Gallo per Cæsareanos exercitus. Quo tempore bellũ Anglus cum Gallo gerebat in provincia Morinorum, Jacobus rex Scotiæ, à rege Galliarum, ut quidam putant mercede conductus, Angliæ fines ingressus, cæde, incendiis, ruinis, direptione, omnia miscuit, omnia terrore implevit, donec Reginæ studio cõtractus exercitus, ante quam interior Anglia uteretur, ei occurrit, atrox prælium committitur. Scoti regem suum dum acerrime ante signa pugnat, circumventum amiserunt. Victor ad sua revertitur.

Morini expugnati.

Anno dom. 1515. Carolus Philippi filius Lovanii, quemadmodum pater, avus, & proavus fecerant, celebratis conditionibus & statutis, ac observandorum privilegiorum facta confirmatione, Brabantię principatum suscepit, non unius tantum urbis, sed & provinciarum gaudio incredibili.

Anno eodem hujus Caroli soror Maria avecta est in Hungariam, nuptura Ludovico Hungarorum & Bohemiæ regi.

Anno domini 1517. Johannes Franciscus Picus Mirandulæ comes, ad Leonem decimũ, & Concilium Lateranense, orationem habuit, de moribus Ecclesiæ reformandis. Et cum antea sæpenumero sermo habitus de statuendis legibus, ipse de legum custodia, contra luxum, libidinem, avaritiam, pro pietate, justitia, cæterisq; virtutibus disserit: Conquerens quod multi, principes priscam simplicitatem in astutiam, castitatem in nequitiam, liberalitatẽ & parsimoniam in luxum & avaritiam converterunt. Apud plerosq; religiosos & primores, ad quorum exemplũ componi atq; formari plebs ignara debuisset, aut nullus, aut certe exiguus Dei cultus, nulla bene vivendi ratio atq; institutio, nullus pudor, nulla modestia sit, justitia vel in odiũ, vel in gratiã declinavit: pietas in superstitionẽ penè procubuit, virtus vitio vertitur, vitia loco virtutum honorari solent, Sacras ędes & templa lenonibus & Catamytis commissa, nefariis lupis, optimi pastoris ovilia demandata, Sanguine Christi redemptos nũ debere debilitari in plumis. Quid plumarum (inquit) feci mentionem, & scortorum præterii catervas, & greges exoletorum, & coempta & divendita sacrificia?

Oratio Johannis Francisci Pici, de reformandis Ecclesia moribus, ad Leonem decimũ, in concilio Lateranensi.

Hortatur Leonem decimum, ut luxum cohibeat cujuscunq; ordinis, modum ponat ambitioni, compescat indomitos & effrenatos libidinis obscenæ furores, suspectis sacerdotum, quod & legibus ecclesiæ cautũ est, contuberniis frena cõstituat, efficiat ut piorum virorũ patrimonia in bonos usus dispertiantur, ne amplius ab impuris heluonibus, ab omniũ scelerũ gurgitibus absorbeãtur.

Patrimonia piorum virorum.

Terret Leonem exemplo Heli, gravissime hic punitus à Deo, qui non animadvertit in liberos, ii tamen dormiebant cum mulieribus, nostra tempestate fœminæ abigũtur, ad earum libidines explendas & meritorii pueri à parentibus commodantur. A sacerdotibus petit vitæ innocentiam, & morum disciplinam, non exactissimam illam quidem & præcellẽtissimã, sed mediocrem. Non petit, ut instar Hieronymi saxo pectus identidem verberent, sed nec ut meretricum pectora, baccatis monilibus, nec crepidas hydaspeis gemmis exornent. Nec postulatur Hilarionis inediæ assuescant, sed ne Sybaritarum cœnas aut æmulentur aut superent. Nec efflagitat, ut in spinis & nive volutentur more Franciscí & Benedicti, sed cum mollem Cyrnorum plumam ingẽti pecunia mereantur, aut redimendis captivis, aut virginibus nuptui tradendis jure optimo dedicata, id plane damnat. Monet, Martini exemplo, nudis vestes tribuendas potius, quam coccineis atque purpureis pannis cooperienda jumenta.

Exemplum Heli.

Meritorii pueri.

Hieronymus, Hilarion.

Martinus.

Illius maxime custodia legis consulat Pontifex, qua sanctissime cavetur, ne multa ab uno sacerdotia, quibus annexa sit animarum cura possideantur. Dispensatio quam Bernhardus recte vocavit dissipationem, effecit, ut jam non multa, non plura, sed innumera teneant multi, qui ne diaconi quidem officio mereantur defungi.

Dispensatio dissipatio.

Tandem in epilogo commonet Leonem Pontificem Romanum, ubi edomuerit pessimæ vitæ

monſtra, vel extinxerit, ne poſtea repullulent, adhibenda erit legum cautio, & ſeverior aliquanto diſciplina: Non in veſtibus modo & ſumptibus, ſed in ſtudiis ſacræ linguæ utriuſque Teſtamenti recognoſcendæ, & cum antiquis & caſtigatis primæ originis exemplaribus conferendæ. Solennes ceremoniæ de quibus fuere olim quæpiam difficultates, prioribus ablatæ ſynodis, ſtatuendæ firmandæque ſunt Quotidianæ preces redigendæ in ſtatum & probatum ordinatum ordinem: & veræ hiſtoriæ ab apocryphis nugis ſegregandæ. Præſcribenda principibus viris officia, ut ſceleratа illa & Reipublicæ deletrix opinio, licere quæ placeant, & à vulgi animis omnino amoveatur & penitus exulet. A diuturnis diſſenſionibus tandem quieſcant, daturi operam eis officiis, quæ mortales evehunt ad immortalitatem. Hæc Johannes Franciſcus Picus.

Studia ſacræ linguæ.

Ceremoniæ. Preces. Hiſtoriæ.

Deletrix Reipub. opinio, licere quæ placeant.

ERASMUS ROTERODAMUS.

ERaſmus Roterodamus Teſtamentum novum Græce & Latine reſtituit. Germaniamq; ſuam literis humanioribus adornat. De quo infra plura.

Anno Dom, 1518. A Carolo Hiſpaniarum rege contra Maranos miſſus exercitus, validam in ea gente urbem cepit, ac deinde occidit quadraginta Barbarorum millia. Poſt hanc victoriam Carolus avo ſuo Maximiliano Cæſari adempta hoſtibus magni pretii vexilla duo tranſmiſit.

D. MARTINUS LUTHERUS.

Fridericus elector Saxoniæ.

ANno domini 1518. Sub Illuſtriſſimo principe Saxoniæ duce, Electore ſacri Imperii, Catholicæ & Apoſtolicæ veritatis amantiſſimo principe, D. Martinus Lutherus de indulgentiis ſcribit ad Leonem decimum Pont. Max. hoc titulo: Beatiſſimo patri Leoni decimo Pont. Max. frater Martinus Luther Auguſtinianus, æternam ſalutem &c.

In Præfatione ad Leonem decimum meminit Lutherus Indulgentiariorum concionatorum, qui in ſcandalum & ludibrium Eccleſiaſticæ poteſtatis avariſſime prædicaverint, & libellos ediderint, inſatiabilem & inauditam avaritiam teſtantes. immo Confeſſores juramẽto adegerint, ut hæc ipſa inſtantiſſime populo inculcarent, unde populo (ut Propheta ait) carnem deſuper oſſibus eorum tollebant, ac uno illo ſcandala ſedarent, videlicet, terrore pontificii nominis, ignis commina-

Schedula diſputatoria.

tione, & hæretici nominis opprobrio. Lutherus innocenti & quieta conſcientia primum leviuſcule illis reluctatus fuit, dogmata eorum in dubium & diſputationem vocando. Itaque ſchedulam diſputatoriam ædidit, doctiores tantum invitando. Miraculum autem videtur Luthero, ſic in omnem terram exiviſſe ſuas propoſitiones, oſtẽdens ſe invitum venire in publicum, at revocare non poſſe.

In fine Præfationis ſic ſe ſubmittit: Quare beatiſſime pater, proſtratum me pedibus tuæ beatitudinis offero, cũ omnibus quæ ſum & habeo. Vivifica, occide, voca, revoca, approba, reproba, ut placuerit. Vocem tuam vocem Chriſti in te præſidentis & loquentis agnoſcam. Si mortem merui, mori non recuſabo: Domini enim eſt terra & plenitudo ejus, qui eſt benedictus in ſecula, Amen, qui te & ſervet in æternum, Amen. Anno domini 1518.

Rogat vero Lutherus ſingulari epiſtolio Reverendum patrem Johannem Stupitium, Auguſtinianæ familiæ Vicarium, quod velit has ſuas ineptias ſuſcipere, & qua fieri poteſt induſtria, adoptimum Pontificem Leonem decimũ tranſmittere, ut ſint ibi Luthero, adverſus ſtudia malignantium, vice alicujus paracleti. Minacibus ſuis inimicis, Reuchlinianum illud etiam reſpondens: Qui pauper eſt, nihil timet, nihil poteſt perdere.

PROTESTATIO D. M. LUTHERI, ANNO M. D. XVIII

QVia hæc eſt diſputatio Theologica, quo pacatiores faciam animos, primum proteſtor, ut in ſcholis fieri ſolet: Me prorſus nihil dicere aut tenere velle, niſi quod in & ex ſacris literis primo, deinde Eccleſiaſticis patribus, ab Eccleſia Romana receptis, hucuſq; ſervatis, & ex Canonibus ac Decretalibus pontificiis habetur, & haberi poteſt. &c.

Has Concluſiones quia Sylveſter de Prierio, ordinis Prædicatorum, convellebat per dialogum, Entellus ſcilicet Dareti ſe opponens, Lutherus reſpondet Prierio, ut qui rumores ponebat ante ſalutem, & ut dicitur, Encomium ante victoriam. Et fundamenta Sylveſtri omittit, ponit autem illa ſua.

Primum illud Pauli: Omnia probate, 1. Theſſal. 5. Galat. 1. Si Angelus de cœlo aliud vobis evangelizaverit.

Secundum illud Auguſtini ad Hieronymum: Ego ſolis eis libris qui Canonici appellãtur, hunc honorem deferre didici, ut nullum ſcriptorem eorum erraſſe firmiſſime credam. Cæteris autem quantalibet doctrina ſanctitateque polleant, non ideo verum eſſe credo, quia illi ſic ſenſerunt, &c.

Cle. de pœnit. & remiſſ. C. Abuſionibus.

Tertium illud Cle. de Pœnit. & remiſſ. ſc. Abuſionibus. Quæſtoribus nihil licere (in veniis prædicandis) proponere populo, quàm quod in eorum literis continetur.

Etiã

Et in fine responsionis in dialogum Sylvestri scribit Lutherus ad lectorem: Opiniones maneant opiniones, non autē onera Christianorum. Non faciamus opiniones pares articulis fidei, & Christi Pauliq; decretis. Et pudeat tandem Theologus hujus vocis, quam doctiores apud amicos effutiunt: Sic dicerem in scholis, sed tamen (maneat inter nos) diversum sentio. Sic dicimus in scholis, sed tamen (maneat inter nos) non potest probari de sacris literis &c. *Vox Theologorum sophistarum.*

Postilac Eckius impugnat Propositiones Lutheri. D. Andreas Bodenstein Archidiaconus Vuittenbergensis, Apologeticas propositiones parat pro Luthero.

Lutherus deinde de Pœnitentia scribit. De virtute Excommunicationis. De meditanda passione Christi. De digna præparatione ad Eucharistiam. In decem præcepta, & alia quædam.

ACTA D. MARTINI LUTHERI, APUD THOMAM Cajetanum, Tit. S. Sixti Cardinalem, Augustæ, Anno 1518.

MArtinus Lutherus obedientiam Romanæ Ecclesiæ præstitit, & Illustrissimi principis Electoris, ducis Saxoniæ Friderici, qui antea laboraverat, ut causa ex urbe cōmitteretur, sumptu, & epistolis commendatitiis provisus, Augustam venit, ad Carmelitas divertit, satis clementer susceptus à D. Cardinale legato: hic de mādato Papæ tria Luthero proposuit faciendā,

I. Ut ad cor rediret, erratusq; revocaret,
II. Promitteret in futurum abstinere ab eisdem.
III. Etiam ab omnibus abstinere, quibus Ecclesia perturbari possit. *Cardinalis Cajetanus Luthero tria proponit.*

Cum autem Lutherus peteret doceri, in quibus errasset: Legatus extravagantē Cle. septi, protulit, quæ incipit: Unigenitus &c. quod contra eam asseruisset propositione 58. Merita Christi non esse indulgentiarum thesaurum. Secundo Cardinalis contra 7. propositionem Lutheri voluit fidem non esse necessariam accessuro Eucharistiam.

Altera die præsentibus quatuor Cæsareæ majestatis senatoribus, adductis Notario & testibus, protestatus fuit Lutherus proprie & personaliter legens coram Reveren. D. legato in hunc qui sequitur modum. *Protestatio Lutheri præsentibus Cæsareis.*

In primis. Ego frater M. Lutherus Augustinianus protestor, me colere & sequi sanctam Romanam Ecclesiam in omnibus meis dictis & factis, præsentibus, præteritis, & futuris. Quod si quid contra vel aliter dictum fuerit, pro non dicto haberi & habere volo.

Verum quia D. Cardinalis ex mandato Papæ exegit, ut super disputatione de Indulgentiis tria faceret:

I. Redirem in cognitionem mei, & errorem revocarem,
II. Cautelam præstarem de futuro non repetendis.
III. Promitterem abstinere ab omnibus, quæ Ecclesiam Dei perturbarent.

Hodie protestor omnia quæ dixi, mihi sana vera & catholica vidētur, Tamen ad superabundantiam offero me personaliter hic & alibi, etiam in publico redere rationem dictorum meorum. Quod si hoc nō placet Legato, paratus sum vel in scripto, suis objectionibus, si quas habet, respondere, & super his audire sententiam & judicium Universitatum Imperialium, Basilien. Friburgensis & Lovanien sis. *Judicium Universitatum.*

Tandem admissa scriptili responsione, abitum est.

Mox Lutherus parat responsionem ad Legatum, docens, Merita Christi non committi hominibus, Pontificis vocē audiendam, quæ cōsona sit scripturæ. Pontificem errare posse, reprehendi debere, Act. 15. Præterea ostendit in Materia fidei non modo generale Concilium esse super Papam, sed etiam quemlibet fidelē, si meliorib. nitatur autoritate & ratione. Extravagantē continere falsa. *Responsio Lutheri ad legatum.* *Concilium & quilibet fidelis super papam.*

II Infallibilem esse veritatem, quod nullus sit justus, nisi qui credit in Deum. Accessuro ad Sacramentum, necessarium esse ut credat. Fidem in absolutione necessariam esse. Quod à veritate scripturæ non possit discedere. Lucem veritatis se quærere &c.

At Cardinalis scripturas audire nolebat, sine scriptura disputabat, glossas ex capite suo commentabatur, distinctionibus quibus fœcunda est Thomistica Theologia, ac vere Protheus quidam, omnia elevabat. Tandem Lutherus accepto mandato, non redeundi ad conspectum Legati, nisi revocare vellet: mansit tamen eodem in loco. Tum vocato Reverendo Johanne Stupitio Vicario, Cardinalis multis egit, ut ad revocationem spontaneam Lutherum adduceret. Mansit & sequenti die Lutherus: nihil mandabatur. Tertia die Dominica quoque mansit, & literas dedit, sed nihil respondebatur. Quarta die mansit, & nihil fiebat. Idem silentium quinta die passus. Tandem consulentibus amicis, præsertim cum antea jactasset sese habere mandatum, ut Lutherum & D. Johannem Stupitium vicarium incarceraret, dispositā Appellatione affigenda, recessit: sat periculosam, obedientiā se præstitisse arbitratus. Lutherus ἀπολογητικῶς hæc in Actis scribit, & causam reddit, quare se Pōtifici submiserit, & quod etiā verissime dicta cū humilitate & timore debeant asseri & tueri. Premit quædam & tacet, quæ putat lectorem sentire non sine gemitu. Tandem protestatur Lutherus se colere Romanam Ecclesiam & sequi in omnibus, *Thomistica Theologia.* *Johannes Stupitius.* *Mandatum papæ de incarcerando Luthero.* *Nota.* *Lutherus colit Romanam ecclesiam.*

Digitized by Google

ſolum illis reſiſtat, qui nomine eccleſiæ Romanæ, Babyloniam nobis ſtatuere moliuntur.

Litera Pontificia contra Lutherum.

Hoc tempore Leo Papa 10. Thomæ Gajetano Legato ſcribit, quoniam Hieronymus epiſcopus Aſculanus, auditor Cameræ, Martinum Lutherum ad perſonaliter comparendum coram eo citaſſet, & hic pontificia benignitate abuſus, audacior effectus: quare per prædictum auditorem Cameræ jam Hæreticus declaratus eſſet: & deberet Lutherus, invocato ad hoc Maximiliani Rom. Imp. electi, & reliquorum Germaniæ principum, communitatum, potentatuum tam eccleſiaſticorum quam ſecularium brachio, cogi, compelli, & in Legati poteſtatem redigi, ac ſub fideli cuſtodia retineri, donec Legatus à Pontifice aliud haberet in mandatis. Quòd ſi in pertinacia ſua perſeveraret,

Luthero adhærentes excõmunicant.

& ſeculare brachium contemneret, deberent in omnibus Germaniæ partibus Luthero adhærentes per edicta publica, ad inſtar illorum, qui olim in Albo prætorio ſcribebantur, pro hæreticis excommunicatis, anathematiſatis, & maledictis publicari: etiam Duces, Marchiones, Comites, Barones, & quæcunque communitates, Maximiliano Imperatore excepto. Inſuper eccleſiaſtico interdicti oppida, terras, & loco ſubiici, ad quæ prædictum Martinum declinare contigerit: immo infames

Papa adherentes indulgentiam plenariam habent.

fieri ſeculares, & feudis privari, hic non obtemperantes Papæ. Obedientibus vero, indulgentiam plenariam promitti. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Auguſti, An. mill. 518. Pontificatus Leonis 6. anno. Jacobus Sadoletus.

Hoc Breve datum fuit 23. Auguſti, anno 18. Lutherus citatus 7. Auguſti, & ſic intra datum Brevis & citationem, cucurrerunt 16. dies.

Stilus Romanæ curiæ aquiſſimus, ſcilicet.

Hic lector ponat calculum, & inveniet, Hieronymum epiſcopum Aſcalenſem ante inſinuatam citationem Luthero, aut intra 16. diem poſt inſinuatam, proceſſiſſe, judicaſſe, damnaſſe Lutherum. Sanctus mos & ſtylus Romanæ curiæ, eadem die citare, monere, accuſare, judicare, damnare, declarare.

Poſt hæc cum Cardinalis per amicos Johannem Stupitium, & Vuenceſlaum Lyncum, niteretur Lutherum à vero flectere, ſcribit eidem Lutherus, & promittit materiam de indulgentiis ſe poſthac nolle tractare, modo illis imponatur modus aut ſermonis aut ſilentii, qui eum in hanc Tragediam ſuſcitaverint. Vocem ſponſæ audire cupit, & eccleſiam ſequi. Tandem Lutherus anno à nativitate Domini mill. 518. Indictione ſexta, die vero ſabbati 16 menſis Octob. Pont. Leo 10. anno 6. à

Lutherum vocem ſponſæ audire cupit.

Papa non bene informato, appellat ad melius informandum, præſente notario publico & teſtibus, Gallo Kunigunder de Herbrachtigen, & Vuentzeslao Steinbeis, & Barptolomeo Utzmair presbyteris, Auguſtenſis diœceſis, teſtibus.

DE DISPUTATIONE.

Anno domini 1519. Cœpta fuit Lipſiæ diſputatio, excellentium, doctorum Iohannis Eckii, & Andreæ Carolſtadii. 27 Julii.

Deinde ſecunda diſputatio D. doctorum Johannis Eckii, & Andreæ Carolſtadii, quæ cœpit 25. Julii.

Tertia diſputatio ejuſdem D. Johannis Eckii, & D. Martini Lutheri, quæ cœpit 4. Julii.

EPITOME VERO LIPSICAE DISPUTATIONIS, ad Johannem Oecolampadium, per Philippum Melanchthonem, eſt hæc.

NEque referre multum puto, nèque tu magnopere deſyderas ſtudium ac voluntatem animi erga te mei pluribus verbis declarari. Nam ejuſmodi auſpiciis animos noſtros optimus ille ſynceræ charitatis ſpiritus conciliavit, ut amicitiam noſtram neque labefactari ullo caſu in tam varia omnium rerum humanarum viciſſitudine poſſe ſperem, neq; vulgaribus illis, & per gratias pedaneis ſuffragiis id genus literarum, quibus ferè aluntur amicitiæ, altius acturam radices. In utrunque ſpiritus incumbit pariter, ut inadita ſit amicitia, tum, ſimultati, tum nugacibus iſtis blanditiis. Atque utinam illius queam grato pectore beneficium agnoſcere, qui talem, non dico Theſea, ſed Chriſtiana fide amicum nobis junxerit. Nemo enim plane mortalium eſt, cujus præſentior in me jam inde à puero uſque fuerit beneficentia, quam tua, eaq; vere liberalis, ac prorſos ἀ γνωμὶ πῶν χαρίτων referens. Neq; enim rationes noſtræ ſinebãt æquare beneficiũ beneficio. Qua parte quãdoquidẽ tu præſtas, quæſo permitte vincere nos amãdo. Ariſtoteles eum, qui beneficio quempiam affecerit, ab illo tantũ vult amari, quantũ meretur beneficium, aut certe beneficii gratia. Argute ille quidẽ, ſed non omnino probe. Neq; enim nobis ſcopus eſt amoris noſtri, beneficiũ ullum tuũ, ſed ille autor amicitiæ noſtræ Chriſti ſpiritus. Tu interim quicquid officii amico dediſti, cõmuni charitatis jure debebas, viciſſim in nominib, tuis nos quoq; ſumus nõ deſuturi officio, ſi quando caſus aliquis feret. Jam vero quod attinet, nolui, quãdoquidẽ reliqua ferè in ſtudiis literarũ cõmunia habemus, fruſtrari te iis, q̃ expectatione majore quã p̃ re Lypſiæ de ambiguis quibuſdã Theologorũ, ut videtur, locis acta ſunt. Nec opinor nihil referre tua, qui & p̃ Theologici nominis dignitate, in illo Sueviæ Theatro urbe Auguſta ſacrũ panegyrilem

Digitized by Google

gyriſten agis, & ut theologicæ literæ pure, ſimpliciterque doceantur, adniteris. Hæc vero diſceptandi provincia primum non ob aliud ſuſcepta eſt, niſi ut palam fieret inter veterem & Chriſti theologiam, ac noviciam & Ariſtotelicam quantum interſit. Verum quid profectum ſit, aut quorſum inclinatint res, mihi ſanè non eſt in proclivi judicare. Quod diligentius omnia proſequar, quæ ad cauſam attinent, ut non nihil certi ex iis tu queas oculatior aſſequi. Varia proculdubio fama ad vos perferet, quapropter fide hiſtorica, & quàm ſimpliciſſimis ſubnotatis capitibus diſceptationis agam, ut intelligas, quid de quoque controverſum ſit. Atque ut inda ὅπως ἀπείρατος ordiar. Superiore anno ſententias, quas Martinus de indulgentiis propoſuit diſputandas. Eccius obelis notavit, amarulentius eſt ſcriptum, quàm ut hinc aliquid proferam. Ex illis revellit aliquot Caroloſtadius in concluſionibus ſuis, quæ extant. Caroloſtadio reſpondit Eccius per Apologiam, in qua jam pleraque mitius, quam antea in obelis. Apologiam ædito libello Caroloſtadius confutavit, longa eſt injuria, longæ ambages, placuit ad ſummum, ut cætera præteream, diſputare. dies dictus eſt, Lypſiam confluunt Joh. Eccius Ingolſtad. And. Caroloſt. & Mart. Luther Vuittenberg. Rerum ſumma in concluſiones coacta erat pauculas, quo certius id proponeretur, de quo diſputandum eſſet. Satis opinor conſtare tibi quid de diſceptatione convenerit, videlicet ut agetur cauſa excipientibus notariis, atque ſcriptum evolgaretur, eſſetque judicium penes optimum quenq; Primum Eccius cauſatus eſt apud eos, qui deſignati erant ab illuſtriſſimo Principe Georgio Saxoniæ duce, Mecœnate humanorum ſtudiorum, præfecti diſputationis, contra quam condixerat, videri ſibi ex jure diſputantium eſſe, ne dictarentur, gliſcentem eorum vim, qui congrediuntur pugnaturi, ſenſim per ſtyli moram deſervere, impetu augeri animos, contando labaſcere. Id ego neſcio an è ſimplicitate theologica videri poſſit, ubi nihil tam præſtandum eſt, quam ut ne quid impetu, ne quid temere, ne quid immodico animo dictum videatur. Et ut in ſtudiis literarum, ac potiſſimum in negotio pietatis nihil puto neque prius, neque ſalutarius congreſſu familiari doctorum ac bonorum, ubi ſententia cum ſententia, placidis ac tranquillis, minimeq; pertinacibus animis confertur, ubi neque vinci indecorum eſt, neque vincere plauſibile, ita vix aliud cenſeo pernicioſius popularibus illis diſceptationibus, ubi non poteſt, quantumvis bonis non obſtrepere victoriæ cura. Scis tu quam multa prudenter in hanc ſententiam ſcribat Nazanzenus, quam multa item Eraſmus noſter. Iam vero convenerat de Notariis, neque enim aliter perſuaderi poterat Caroloſtadius, qui cum primum ſuſceptum eſt certamen, ibi certos quoque judices deſignari volunt Eccius, non recuſavit Caroloſtadius. Itaque die 27. Menſis Junii, congrediuntur Johannes Eccius, & Caroloſtadius. De libero arbitrio propoſitum eſt, an ſit aliquod nobis ἀυτεξούσιον bonum opus, hoc eſt, ut ipſi dicunt, an de congruo emereamur gratiam, cum facimus quod in nobis eſt, utor enim ipſorum verbis. Hoc cum agi deberet, vide quorſum contentione rapti ſint, & in quos ſcopulos impegerint: agi debebat, quid per ſeſe citra gratiam poſſet voluntas noſtra, ipſi quæſtionẽ alio rapiunt, & quatuor credo continuos dies in eo diſceptant. An voluntas tantum recipiat bonum opus, ipſumque bonum opus ſola efficiat gratia. In has Symplegadas coegerunt cauſam non ita multum neceſſarium, & planè alienam ab inſtituto Caroloſtadii. Dedit Eccius in voluntate noſtra non eſſe vim genuinam, qua opus bonum producat, ſed aſciticiam tantum, eamq; quam fœneret gratia, id quod primum videbatur oppugnare, diende à Caroloſtadio rogatus, largiretur ne totum opus bonum eſſe à Deo? reſpondit, totum quidem, non autem totaliter. Ecce autem ut argutum hoc cõmentum dignum maieſtate theologici nominis: adeo λόγος κυβίζων cuius hodie liberum eſt. Primum fatetur Eccius voluntatem à Deo moveri, deinde ut conſentiamus, in noſtra eſſe poteſtate, inquit: id Caroloſtadius oppugnavit aliquot Auguſtini locis, & hoc Pauli fortiſſimi, Deus efficit in nobis velle & perficere, atque hæc, ni fallor, ſententia ſalva Caroloſtadio manſit. Quædam pro dogmata ſuo ex Bernardo tranſcripſerat Eccius, ad rem parum attinentia. Atque hæc ferè ſunt, quæ cum Caroloſtadio Eccius. Integram credo hebdomadam perdidimus in his, quorum capita συντόμως notavi. His autoribus primum didici quid ſit quod veteres σφιζιανθαι dixerunt. Mirum, hæc omnia quo tumultu, quam tragice tractata ſint, quo minus mirum eſt parum profectum eſſe, ſua enim ſilentia amat ſpiritus, per quæ nobis illabitur, ſeque inſinuat cupidis, non gloriæ, ſed cognoſcendæ veritatis. Non proſtat in porticibus ſponſa illa dilecta Chriſto, ſed domum matris ſuæ ſponſum introducit. Immo neque ulli nos ſapientiæ cœleſtis radii pellucent, niſi jam ante cruce perpurgatos, mortuoſque priſtinis mundi elementis, ut cum Paulo dicam, Sub hæc & Martinus in harenam deſcendit, nam hactenus non ſatis certum erat congredi, qui cauſæ invidioſæ judices deſignare cõmodè non poſſet pro jure appellationis ſuæ, tamen cum de eo conveniſſet, agi cœptum eſt de Romani Pont. autoritate, controverſumq; eſt, an jure divino probari poſſet Oecumenici Pontificis autoritas. Eſſe Oecumenicum Pontificem ingenue fatetur Martinus. In hoc diſputat, an jure divino probari eius autoritas poſſit. In hunc locum quandoquidem paulò aſperior eſt, dies quinque, ni fallor, impenſi ſunt. Ibi multa acerbe Eccius, multa inciviliter, breviter omnia ejuſmodi, ut invidiam apud vulgus Martino conflaret. Argumentum primum erat Eccii, Eccleſiam ἀσώματον eſſe non poſſe, cum civile corpus ſit eſſe igitur Papam jure divino caput Eccleſiæ. Tum Martinus, Chriſtum ſe fateri caput eſſe, cum Eccleſia ſit regnum

Non ſunt hæc grauia matellis nostris.

ſpiritus, non deſyderare aliud caput, ut ad Col. 1. Ad hæc locos aliquot ex Hieronymo & Cypriano addidit Eccius, qui quantum de jure divino probent, ipſe viderit. Iam & quidam loci manifeſte apud eoſdem ſcriptores in dubium vocabantur, quos ipſe pro certis proferebat. Bernardi autoritatem ad Eugenium, ceu πανοπλίαν Achilleam jactabat, cum tamen & in eodem libro ad Eugenium ſint, quæ non omnino nihil ad inſtitutum Martini faciant. Cæterum Bernardo in hoc negotio quid debeatur, quis eſt tam ſtupidus, qui non intelligat? Ex Evangelio uſus eſt loco Matthæi: Tu eſt Petrus, & ſuper hanc petram &c. Martinus confeſſionem illam fidei eſſe voluit, Petrumque ibi perſonam univerſæ Eccleſiæ gerere, ſeque Chriſtum petram vocare, idque ex ipſius ſententiæ ordine pluribus conjecturis coarguit. Item loco: Paſce oves meas, quod proprie ac privatim Petro dictum eſt. Reſpondit Martinus, poſt parem Apoſtolis omnibus autoritatem traditam: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c. hæc enim verba ſunt demandanti officii, Chriſtum docuiſſe, quid ſit paſcere, & qualem voluerit eſſe, qui paſturus ſit. Ad hæc Eccius concilii Conſtantienſis autoritatem allegavit, ubi inter damnatos articulos Huſſitarum eſt & hic, de neceſſitate ſalutis eſt credere Romanum pontificem Oecumenicum eſſe, ibi jactatum varie, concilium errare non poſſe. Prudenter ad hæc Martinus, non omnes articulos pro hæreticis damnatos, et reliqua, quæ hic omnia moleſtum eſt referre. Neque hujus eſt loci tractare, quæ ſit conciliorum autoritas. Hoc palàm eſt, non poſſe concilium novos articulos fidei condere. Male audivit ob hæc Martinus, quod videbatur obſtrepere conciliis, quom ille nihil maiore religione præſtaret, quàm ut ſua conciliis eſſet autoritas. Ibi hæreſes, Bohemicæ factiones & id genus crimina alia obiiciebantur. Largitus eſt Eccius æqualem omnium Apoſtolorum autoritatem fuiſſe, nec conſectaneum eſſe, ut ſint æquales Epiſcopi. Intereſſe enim inter ἀποστολὴν & adminiſtrationem, cum non ſit ἀποστολὴ aliud, niſi legatio ut ἀποστολὴν πίστεως, Paulo ad Romanos autore. Neq; inter ἀποστολὴν & adminiſtrationē quid interſit, video. Intolerabile viſum Eccio, aliquid recedere à Pontificiis decretis, aut à qualibuſcunque verbis alicuius è ſanctis Patribus. Verum, ſententiam ſuam de Pontificib. loco ad Galatas Martinus muniit, non ἀπροσωπολήπτως quantum video. Ab iis qui videbantur eſſe aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt. Deus enim perſonam hominis non accipit, mihi autem, qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt. Interim Eccius opinatur à Chriſto Apoſtolos lectos eſſe, ſed à Petro ordinatos epiſcopos, ex his æſtimat reliqua. Ad conſtitutionem, quæ recenſetur in Decretis, ne Romanus Pontifex univerſalis Epiſcopus nominetur, reſpondit, non quidem univerſalem Epiſcopum nominandum eſſe, ſed univerſalis Eccleſiæ Epiſcopum. Poſt hæc de purgatorio agi cœptum, cuius quæſtionis arbitror ſcopum ne attigiſſe quidem. Nam cum diſſerendum eſſet, quam in purgatorium poteſtatem habeat Papa, cœpit Eccius aliam cantilenam, eſſe purgatorium, probari ut poſſit, id quod receptius eſt, quam ut neceſſe ſit toties in ſcholas vocare. Locus eſt Machabæis vulgatus, quo ſententiam ſuam muniebat Eccius. Martino viſum eſt in contentione, juxta Hieronymi ſententiam, non valere Machabeos. Contra ille, tantum deberi Machabeorum libro, quantum Evangelio, digna ſcilicet Theologo vox, & omnino id mordicus tenuit. Additus Pauli locus, ad Corinthios: Salvus erit, ſic tamen, quaſi per ignem, de quo ſcis ut varient interpretes. Iam & hoc Matthæi: Eſto conſentiens adverſario tuo &c. de carcere, & quod dicitur, donec ſolverit extremum quadrantem, huc detorſit, quod vides unde petatur, & in quam ſit dictum ſententiam. Nephas eſt putare eò loci carcerem de purgatorio intelligi. Vellem Chriſti plebeculam fœlicius erudiri, quàm id genus interpretationibus, pleræq; longius à fontibus ducunt ſcripturam, quàm ut nativam vim retineat. Iam & hoc in Pſalmo pro purgatorio produxit, Tranſivimus per ignem & aquam: & neſcio quæ pari fide alia. De indulgentiis minore contentione diſputatum eſt, immo ipſi Eccio iocum & ludum ciebant. Ad ſummum de pœnitentia actum eſt, ejus quæſtionis ſcopum Eccii enthymemata neſcio an attigerint, pœnas aliquas ſatisfactionis probabant, quas admittebat Martinus. Cæterum pro ſingulis peccatis ad ſingulas pœnas depoſci pœnitentem à iuſtitia divina, quas in poteſtate hominis ſit remittere, mihi per illas ratiocinationes non apparebat. Atque hæc quidem ſunt potiſſima quæ in contentionem iſtam univerſam inciderunt, pleraque alia magis ridicula ſunt, quam ut iis te onerare poſſim, alioqui fœlicius occupatum. Duo reliqui dies dati Caroloſt. altero de obice, ut vocant, gratiæ actum eſt, quem largitur Eccius, non tolli natura, ſed gratia, altero, an in quolibet bono opere peccemus. De quo pleriſque cum ab Eccio, tum à Caroloſtadio egregius ſcripturæ locis pugnatum eſt, mihi ſanè viſus eſt Paul. 7. cap. ad Ro. nonnihil adiuvare ſententiam Caroloſtadii. Plura ſcripturus aliò ad neceſſarias operas avocabar, quanquam hæc fortaſſe immodicus, ſed placuit nugari tecum amiciſſimo, eaque de re quam expectatione maiore quam fructu agi, ipſe vidi. De hujusmodi diſceptationibus plauſibilibus, quid alii ſentiant, neſcio, mihi quidem ἀπράγμονα videntur. Ingenia, eruditionem variam, & multiplicē doctrinā hoc theatro oſtentarūt iſti, ex quibus ad pietatē, ut plurima fieret acceſſio, optarim.

Johannes Eccius.
Andreas Caroloſta.

Cæterū apud nos magnæ admirationi pleriſq; fuit Eccius, ob varias & inſignes ingenii dotes. Caroloſtadium è ſcriptis credo noviſti, bonus eſt vir, & rara doctrina, plāeq; nōnihil extra volgi aleam

eruditus. In Martino, longo jam usu mihi familiariter cognito, vivax ingenium, eruditionem, & facundiam admiror, syncerum & pure Christianum animum non possum non deamare. Amicis communibus ex nobis salutem dicito. Scis quod dici Græcis solet πολλὰ κατὰ μικρὸν, quare non est, ut de hujus disceptationis eventu, neque famæ, neque iis qui in ea famæ, studuerunt, omnia credas. Vale, Vuittenbergæ 21. Iulii.

Anno Domini 1519. Cæsar Maximilianus fatalem diem obiit, quum esset ingressus annum ætatis sexagesimum tertium. Exequiæ ei celebrantur Augustæ, aderant præter equites aurei velleris, illustrissimi Hispaniarum regis frater, dux Ferdinandus, Guilielmus de Croi Cardinalis, Archiepiscopus Toletanus, D. Erardus de Marca, Episcopus Leodiensis, Philippus de Burgundia, Episcopus Traiectensis: Princeps ob clementiam, placabilitatem, voluptatum abstinentiam, & alias virtutes longe charissimus. Continuos 9 annos in castris agens, difficillima quinque bella profligavit, Gallicum, Eburonicum, Sicambricum, Batavicum, Morinicum. Hic nobilissimæ gentes, hic scientissimi bellicæ rei populi, hic urbes opulentissimæ ad deditionem & pœnitentiam ab eo compulsæ sunt, Quale nihil socer Carolus, nihil prosocer Philippus, excellentissimi duces, unquam consequi potuerunt. Neque vero postremum inter huius laudes viri ponendum, quod literas & ingenia tam impense amavit, quodque bonas artes non foverit modo, sed aluerit, atque promoverit. Auxit hujus mortui desyderium Principis, atrocitas insequentium temporum.

Anno eodem in Nortuuegia capta est belua marina, habens 12. ulnas longitudinis, cutem grossitudinis unus pollicis, sub ventre pedes duos ut canis marinus, mentũ hirsutum, in superiori mandibula dentes duos sesquipedales, tres digitos excedentes, vulgo Rosmer dicitur.

ELECTIO CAROLI V. IMP.

ANno eodem, post mortem Maximiliani, Principes electores convenerunt Francophordiæ, Albertus Archiepiscopus Mogontiæ &c. Marchio Brandenburgensis, Hermannus Archiepiscopus Colonienſis Comes de Vuida, Richardus Archiepiscopus Treverensis, de familia Greiffenklauu, Legati Ludovici regis Bohemiæ, Ludovicus Palatinus Rheni, Fridericus Saxoniæ dux, Ioachimus Marchio Brandenburgensis, hii unanimi consensu elegerunt Carolum ducem Austriæ & Burgundiæ, regem Hispaniarum, die 28. Iunii. & ita Maximiliano Carolus, avo nepos succedit, qui quo tempore est electus Rex Romanorum, in Hispania agebat, unde per legationem evocatus, Fridericus Palatinus legatus erat, anno Domini 1520. in Flandriam applicuit, doctissimi viri erant in regio comitatu, Erasmus, Huttenus, Aloisius, Marlianus, Maximilianus; à secretis Cæsari, Iohannes Ludovicus Vives, Georgius Halonius. Cæsar profunda nocte Burgas venit, magna lætitia spectatorum, quem præcedebat Ferdinandus frater, Cardinalis à Croy, sequebatur vero Margareta Augusta. Mox sequenti die, hoc est, in festo Jacobi, qui patronus est Hispaniarum, magna solemnitas habita, Episcopo Cordubensi rem sacram faciente. Eruditissimus D. Thomas Morus legatum agebat apud Germanos mercatores. Aderant Brugis oratores Venetorum, Colonienſium, Norimbergensium, Lubecensium, Henricus dominus de Brunschuuig, Legati ducis Lunenburgensis. Legati Lantgravii Hassiæ, Conradus Peutingerus. Die Lunæ post festũ Iacobi proficiscitur Augustus Gandavum. Frater Iohannes Glapeon ordinis Minorum de observantia, sermonem fecit in templo divæ virginis Brugis, præsente Cæsare. Thema erat: Redde quod debes, hæc fruſtrissime deduxit & adulatorie. Posthac ab Antuuerpianis Carolus Augustus summo cum triumpho susciptur, id quod Petrus Aegidius graphice descripsit. Item à Leodinis, & eorum episcopo Erhardo Marcano honorifice susciptur. Aquisgrani exquisitissimis honoribus acceptus, & imperii donatus insignibus, in præsentia Electorum imperii. Aderant præter legatos variarum provinciarum, Cardinalis Columnensis, Legatus Romani Pontificis, Cardinalis Gurcensis, Cardinalis Sedunensis, quem Helvetiorum vocant, Cardinalis de Croy, Cardinalis elector. A coronatione Coloniam venit, & ad Mogontiam mense Novembri, à Theodorico Zobellio Canonico & Scholastico eleganti oratione susceptus. Post aliquot dies Vuormatiam ad indicta comitia se recipiens. Anno Domini 1519. Prodeunt Commentarii M. Lutheri in epistolam ad Gal. Item in septem Psalmos pœnitentiales brevis declaratio. Quo tempore in Academia Vuittenbergensi munificentia prudentissimi omnium studiorum mœcenato, Friderici principis & Electoris Saxoniæ, recta studia in tribus linguis, Latina, Græca, & Hebræa, gratis docentur, Philippo Melanchthone Vuittenbergam & Germaniam piis studiis & honestis disciplinis illustrante.

Cardinales apud Carolum quintũ.

Commentarii Lutheri in Galat.

Eodem anno prodit Resolutio Lutheriana super propositione sua 13. de potestate Papæ.

Anno Domini 1520. Assertio omnium articulorum M. Lutheri per Bullam Leonis 10. damnatorum, scribitur ad Fabianum Fœlicem equitem Germanum.

Assertio articulorum Lutheri.

Anno eodem Lutherus ad Nobilitatem Germaniæ scribit, contra tres muros Papistarum, quorum primus est: Quod dicunt magistratum prophanum in eos (spirituales scilicet) nihil habere potestatis. sed è regione ipsi sint supra prophanos.

Lutherus ad Nobilitatem Germaniæ.

II. Si urgentur scriptura, dicunt nemini licere hanc exponere, quàm Papæ.

III. Si Concilio urgentur, fingunt rursus neminem posse indicere Concilium, nisi solum Pontificem

tificem Romanum. In eo libro tractat & plura alia argumenta. Quod Papa non possit impedire liberum Concilium Quæ in Conciliis agenda: Fastus Papæ tollendus. Quantum Germania Papæ solverit annue, nimirum circiter trecenta millia florenorum. Abusus annatarum. De abusu mensis Pontificii. & quare sit auferendus. Cur Episcopi Germaniæ nihil ausint contra Papam. Intellectus jactatissimæ sententiæ: TU SUPPLEX ORA, TU PROTEGE, TUQUE LABORA. Ne Imperator Papæ subsit, sed vicissim. De usu cœnobiorum & collegiorũ. Quod sacerdotes sint uxorati. De electione plebanorum. Avaritiam fuisse causam interdicti matrimonii. Quis usus excommunicationis. Minus Festorum. Libertas in cibo. Ut mendicitas commode aboleatur. Incommoda ex Concilio Constantien. & quod probissimus Cæsar Sigismundus summũ infortunium sensit ob non servatam fidem Johanni Huss, & Hieronymo. Hereticos non per fasciculos, sed scripturæ perspicuitatem vincendos. De reformandis Universitatibus. Judicium de Decretalibus. Prima doctrina puerorum sit Evangelium. Luxus vestium per Germaniam. De luxu aromatum per Germaniam. De tedditibus & censibus. De prostibulis.

Theologi contra Lutherum.

Hoc anno contra Lutherum Theologi Lovanienses, Colonienses, & Hieronymus Alexander, acalii, agere cœperunt,

De libertate Christiana Luth.

Eodem anno scribit Lutherus de libertate Christiana, ad Leonem decimum, in quo libro tradit hæc Paradoxa.

I Homo Christianus omnium liber est & dominus, ac nulli subjectus.

II. Homo Christianus est diligens minister, & servus omnium, omnibus subjectus.

Lutherus de bonis operibus.

Anno eodem scribit de bonis operibus, ad illustrissimum principem Johãnem ducem Saxoniæ, qui liber è Germanico in Latinum transpositus fuit.

Erasmus ad Cardinalem Mogontinum de causa Lutheri.

Anno domini 1520. D. Erasmus Roterodamus ad Reverendissimum Archiepiscopum Mogontinum scribit, commonefaciens illius Celsitudinem, de causa doct. Martini Lutheri. In qua epistola inter alia meminit, à Monachis & Theologis damnata tanquam hæretica in libris Lutheri, quæ in Bernhardi & Augustini libris ut orthodoxa, immo & pia legũtur. Mundum oneratum humanis institutionibus, oneratum opinionibus & dogmatibus scholasticis, oneratum tyrannide fratrum mendicantium: qui cũ sint satellites Rom. sedis, tamẽ eo potentiæ ac multitudinis evadunt, ut ipsi Romano Pontifici, atque ipsis regibus sint formidabiles. His cum pro ipsis facit, Pontifex plus quàm Deus est. In his quæ ficiunt adversus eorum commodum, non plus valet quã somnium.

Olim hæreticus habebatur, qui dissentiebat ab Evangeliis, ab articulis fidei, aut his quæ cum his parem autoritatem obtinerent. Nunc si quis à Thoma dissentiat, vocatur hæreticus. Quicquid non placet, quicquid non intelligunt, hęresis est. Græce scire, hæresis est. Expolite loqui hęresis est.

Eo tempore Jacobus Vuimphelingus Selestadiensis, Erasmi epistolam ad Mogon. ad episcopũ Basilien sem mittit, optans ut ejus exemplo omnes Germaniæ episcopi Leonem Papam mittigent, ne virum, quem Christianum & Evangelicum, non modo in doctrina, sed in omni vita prædicant, funditus deleri sinat.

Vuimphelingi vitam, viri de literis pro sua mensura & ætate bene meriti, mox infra habebis candide lector.

Lutherus Vuormatiam venit

Anno domini 1521. Martinus Lutherus Vuormatiam venit, rationem fidei suæ coram Carolo quinto Augusto reddit. Cum de fide publica illi danda apud Principes ageretur, & placuisset dandam illi esse. ferunt illustrissimum principem Philippum Lantgravium, tum adolescentem, cum rogaretur, respondisse: Non modo dandam, sed servãdam esse fidem. Testimoniũ Germani & cordati principis. Hæc non semel retulit clarissimus ac integerrimus vir, D. Jacobus Kirscherus, illustrissimi principis Philippi Marchionis Badensis Cancellarius, qui cum principe tum concioni interfuit, cum de vocando Luthero rogarentur sententiæ.

Fides danda & servanda Luthero.

Lutherus de votis monasticis & Missa.

Anno domini 1521. Prodeunt liber Lutheri de votis monasticis, & de abroganda Missa: priorem dicavit patri suo Johanni Luthero; alterum fratribus suis Augustinensibus, cœnobii Vuittebergensis, ut conscientiam obfirment verbo Dei, contra portas inferni. Ex Eremo 1521.

Anno eodem ex Pathmo scribit de Confessione, ad vere nobilem Franciscum à Sickingen.

Didimus Faventinus.

Hoc anno prodit Didimus Faventinus adversus Thomam Placentinum pro M. Luthero. Ortio est ex qua cognoscit lector, quibus sycophantiis & calumniis oppressam velint veritatem, & extinctas bonas, hoc est, pias literas hi, qui sophisticen Theologiam, qui pontificum cõstitutiones, breviter qui hominũ traditiones vindicant: Et petit hæc oratio, ut nemo faveat Luthero, nisi quatenus Evangelicæ veritati favere debet quivis Christianus.

Ulrichus ab Hutten.

Eodem anno Ulrichus ab Hutten dialogos novos, per quàm festivos edit, Illustriss. Principi domino Johanni Palatino Rheni, Bavariæ duci & Spanhemiensi comiti dedicatos, titulus est Bulla vel Bullicida. Monitor primus, Monitor secundus, Prædones.

Anno domini 1521. Ferdinandus Archidux Austriæ, cũ Anna filia regis Ungariæ apud Lintz habet nuptias, Item Ludovicus Ungariæ rex, cum Maria sorore Caroli & Ferdinandi apud Ofen nuptias celebravit.

Hoc

Hoc anno Carolus V. Imp. auxilio Leonis papæ decimi, Mediolanum cum arce occupat.

Anno eodem prodeunt sequentia, Sermones innumeri de Matrimonio. De Mammona. In Psalmum 118. Beati immaculati: Commentarii in Psal. 67. Exurgat Deus. in Psal. 36. Noli æmulari, Super magnificat, ad Johannem Fridericum illustrissimum Principem modo electorem. Quod cor regis in manu Dei sit. Quod angeli sint & dii, boni principes: leones, dracones & feræ, mali.

Anno Domini 1521. Enarrationes Epistolarum & Evangelicorum ad Illustrissimum principem Fridericum electorem. Eodem tempore scribit Lutherus de captivitate Babylonica, Ecclesiæ præludium cum ejaculatione hac, *Leta libertas.* Item carmine isto annexo. *Leta libertas.*

Hostis Herodes impie,
Christum venire quid times?
Non arripit mortalia,
Qui Regna dat cœlestia.

Anno eodem, tenente conventu Vuormatiensi, Carolus amisit aulæ suæ duos præcipuos, Gulielmum Crojum Archiepiscopum Toletanum Cardinalem, & hujus patruum Gulielmum, Ceveriem principem de Servia, vulgo der von Schiffen / primus marchio de Arscoto: Ille Januario mense perit, veluti flosculus tener, in ipso exortu succisus, nondum enim egressus erat annum vigesimum tertium: Hic, sed natu grandior, Majo insequenti, naturæ concessit, ingenti thesauro in Augusti Reipub. commodum relicto. Cui vero si vita diuturnior contigisset, aut nunquam susceptum (erat enim pacis amantissimus) aut celerius confectum fuisset bellum, quod exarsit postea inter duos potentissimos orbis Christiani principes, Carolum Cæsarem & Galliarum regem Franciscum, in quo etiam hodie fœlicem catastrophen pii exoptant. Dominus Robertus de Marka comes de Arnberg dictus, orta lite inter ipsum & Dominum de Embri, rursus ab Augusto deficit ad regem Franciæ quare aliquot arces & oppida ipsius per comitem de Nassauu captæ & diruptæ sunt. Hoc anno Cæsareani occupatis Gallorum aliquot oppidulis, cum ingenti exercitu ad Masserias armis vindicandas profecti, aliquot eam hebdomadas obsederunt. Locus vi defensus capi non potuit, suburbana tantum tecta direpta sunt & incensa. Ob dissidium ducum hanc obsidionem solutam esse voluit quidam. Alii tradunt, quoniam in Cæsareano exercitu multi dysenteria graviter laborarent, & oppidum ipsum forti præsidio tenebatur, appropinquante hyeme, obsidionem solutam, maxime etiam quod Markanus, græca fide agens, gallorum equitum auxilio, currus centum quinquaginta, qui annonam exercitui advehebant, intercepit. *Gulielmus Croius Gulielm. Ceveriens.* *Bellum Caroli V. & Francisci I.* *Masseria vulgo massy.*

Anno eodem pridie kalend. Majas, conventus Vuormatiensis, dimissus est à Carolo, Carolus Augustus in Brabantiam redit mense Junio, rebus in Germania compositis, Francisco de Sickingen Germanici exercitus principe. *Finis comitiorum Vuormatiensium*

Christiernus Danorum rex, terrestri itinere ad Carolum Augustum venit, & humanissime susceptus est.

Anno eodem 13. die mensis Julii, libri Lutheri Antuerpiæ combusti, præsente Carolo Augusto, per Aleandrum & lictorem, adstitit Egmonda & alii: ferunt prætorem Antuerpianum subridendo dixisse, cum illum alloquerentur Aleander & Egmonda: Consilium impiorum non adjuves. Plebejus quidam interrogavit quid opus esset, accensa teda & carnifice, cum alioquin ignis adesset? quidam respondit, istum honorem haberi, quia verba Domini comburerentur. Alius, inquit, melius esse ligna venundari, ut Romæ pædicones isto precio comburerentur. *Libri Lutheri combusti.*

Gandavi quoque libri Lutheri combusti ôpera Aleandri, Egmondani, & Glapeonis. Hinc prodit Epistola Vdelonis Cymbri Gusani, de exustione librorum Lutheri, & Monachorum Dominicanæ factionis nequitia, ad Germaniæ proceres & cives.

Rumor de tollendo Augusto per venenum, carni bubalæ immissum, percrebuit.

Eodem anno Leo hujus nominis decimus Pontifex Romæ moritur. Ferunt veneno extinctum, antea dictus Johannes de Medicis, Angeli Politiani quondam discipulus. In cujus demortui locum anno millesimo 522. mense Januario, Hadrianus Florentius Trajectensis, Cardinalis sanctorum Johannis & Pauli, aliquando Caroli pædagogus, in Papam eligitur, estq; vocatus Hadrianus 6. Cum Romæ eligeretur, agebat is tum in Hispaniis, regnorum Caroli Cæsaris gubernator. Aberat enim Carolus ob negotia imperii. Moritur altero suæ administrationis ineunte anno. *Hadrianus 6. Papa.*

Hadrianus domum suam Lovanii magnifice extructam, in usum vertit sanctis literis studentium, ijsdem etiam in alimoniam relictis proventibus annuis.

E regione Pontificii collegii habitat familia Standonica, de qua supra.

Hoc anno in comitiis Vuormatiensibus gravamina quæ habet Germania à sede Romana & ecclesiasticis, per Electores & alios principes diligenter fuerunt exposita Cæsareæ Majestati, Articuli hac de re conscripti sunt circiter centum. De judicibus & conservatoribus Rom. De violatione Juris patronatus, Quod indoctis Agasonibus stabulariis Romæ beneficia conferuntur. De Annatis *Gravamina Germaniæ nationis.*

& harum exactione, ubi olim expoſiti ducati 10. jam ſolvendi centum: nam Mogontia aliquando Colonia, Saltzburgum, 10. mill. ducatorum pallium impetrarunt, jam 24 millibus vix poſſunt. De confirmationibus & palliis. De novis officiis, Scutiferis, Ribiſtis, Parcionariis, Patonariis, Caſoratis. De commendis & incorporationibus. De regulis Cancellariæ. De ſervatione pectorali, mentali, regreſſione. De Curtiſanis. De indulgentiis Stationariis. De abuſu excommunicationis. Quod multi indocti ordinantur. De ſynodis neglectis. De mala vita cleri.

Gallorum rex Franciſcus cum exercitu ſuo in Hannoniam uſque venit captis quibuſdam obſcuris oppidulis & incenſis: cui cum Cæſareani occurriſſent, parvis factis prælijs, & utrinque aliquot nobilibus captis & cæſis, in Galliam rediit.

Carolus Auguſtus unà cum rege Danorum ac cæteris principibus Brugas venit, ibi expectans adventum Cardinalis Eboracenſis Angli. Habuit Cæſar in comitatu ſuo regem Danorum, Archiepiſcopum & principem Cremenſem, Comitem Vuirtenbergenſem, Epiſcopum Leodienſem, Epiſcopum Vltrajectinum.

Cardinalis Eboracenſis in comitatu ſuo habebat doctiſſimos viros, Thunſtallum, Thomam Morum, Gulielmum Montiorum, Eraſmum Roterodamum.

Cardinalis Eboracenſis Ceremonia.

Cardinali Anglo prandenti & cœnanti, flexis poplitibus (id quod inter Germanos inauditum) miniſtrabatur, aſſantibus multis Anglis nobilibus.

Nomen Auguſti aureis literis ſcribendum.

Hieronymus Aleander ſenatui Brugiano bullam Leonis 10. & Cæſareæ Majeſt. exhibuit; & cum nomen Auguſti deeſſet, & unus Senatorum cauſam inquireret, inquit Aleander, Aureis hoc nomen literis ſcribendum.

Iſabella Danorum regina moritur.

An. do. 1522. Cum Chriſtiernus Danorum rex aliquot annis in Germania inferiori egiſſet, regina Iſabella uxor ejus, Caroli ſoror, in languorem incidit, quo poſtea brevi maximo viri ſui dolore conſumpta eſt, & ſepulta Gandavi: Fatis, ut putatur, volentibus, ut quæ urbs naſcentem Carolum fratrem vidiſſet, eadem quoque ſororis amantiſſimæ cineres haberet.

Mediolanum capitur.

Mediolanum à Romano Pontifice & Helvetiorum exercitu, diffugientibus metu Gallis, captum eſt, in gratiam Caroli Auguſti.

Ianuenſes ad Cæſarem deficiunt.

Januenſes à Gallo ad Cæſarem defecerunt, & imperata fecerunt, quod putabatur initium Cæſareani nominis exaltandi per Italiam.

Poſtilla Lutheri.

Anno eodem prodit poſtilla Lutheri ſuper Epiſtolas & Evangelia, ad generoſum comitem Albertum à Mansfelt, dominum Schrappel & Helderungen, in qua prædicat ſermonem, inſtat tempeſtive intempeſtive, arguit, increpat, exhortatur, opus peragit Evangeliſtæ, ſummam vitæ Chriſtianæ inculcans.

In Pſalm. 21. Deus Deus meus, lucubrationes Lutheri, anno eodem.

Eodem anno de traditionibus humanis fugiendis.

Anno Domini 1522. Huldrichus Zuuinglius Apologeticum Archetelem ſcribit ad Reverendiſſimum Dominum Hugonem de Hohenlandenberg, Epiſcopum Conſtantienſem, de tota cauſa doctrinæ pietatis. Eodem anno Johan. Oecolamp. apud clariſſimum Franciſcum à Sickingen Germaniæ equitem & Imperatorii exercitus capitaneum Ebernburgo, Lectionem Epiſtolæ & Evangelii vernaculo ſermone plebi promulgat, præſentibus nobilibus & clariſſimis viris Diethero à Thalburg Hartmudio à Cronberg, qua de re extat Oecolampadii Epiſtola.

Anno domini milleſimo 523. Quod Jeſus Chriſtus natus Judæus.

Eodem anno ſermones 23. variorum argumentorum.

Comitia Norimbergæ.

Eodem anno ſcribit ad ſtatus Imperii Norinbergæ congregatos, contra eos qui invertunt aut vitiant mandatum Cæſareum, cujus ſumma erat in quatuor articulis. Ut Evangelium doceretur juxta expoſitionem doctorum Chriſtianorum ab eccleſia approbatorum.

2. Quod Archiepiſcopi & Epiſcopi eruditos in ſacra ſcriptura ordinent, qui judicent de concionibus, an recte vel ſecus doceatur.

3. Ut nihil novi excudatur, uſque ad tempus concilii, quod non per prudentes à magiſtratu ad hac ordinatos admiſſum ſit.

4. Quod perſonæ ſpectantes quę matrimonii onus ſubeunt, aut monaſticum inſtitutum relinquunt privilegijs eorundem careant.

Eodem anno ſcribit apud Eccleſiam eſſe jus de doctrina judicandi, doctores aſciſcere, aut reiicere.

Sed longum fuerit omnia enumerare, quæ D. Lutherus & Philippus Melanchton his annis ædiderint.

Carolus V. redit in Hiſpanias. Johannes Cornelius nauta, navigatione decem dierum ab Anglico littore vehit. Hic natura regem Philippum illuſtriſſimi Auguſti patrem ultima navigatione in ſumma tempeſtate in *Hiſpanias* vexerat, & reginam Danorum una cum principe Vltrajectino in Daniam vexerat. Vir dives & peritiſſimus rei nauticæ.

Hadria-

Hadrianus papa Romæ reformationem tentat, laborat pro pace & concordia apud Principes c. R. P. Item pro auxilio Rhodiis ferendo obsessis à Turca & regno Pannoniæ. *Insula dedita Turcæ.*

Anno Domini millesimo 523, Rhodus Imperii Christiani antiqua propugnatrix Tyranno Turcarum Solimano dedita est. Cujus nobilissimæ urbis semper lugendam deditionem, qui fando audiendove temperare à lachrymis potest, mea quidem sententia non novit, quantum Rhodiana victoria Turcarum vires auctæ sint & nostræ accisæ. Verum (ut quidam scribit) nunc omnes querelæ etiam necessariæ seræ sunt atque ingratæ, quandoquidem Occidentis principes, quos neque obsidio neque postea excidium movit, poti sunt calice furoris, indignationis & iræ Dei. De hoc bello habes libros tres elegantissimos Jacobo Fontano Brugensi autore cum Epistola exhortatoria Philippi Melanchtonis ad Archiepiscopum Mogontinum, ut deliberet non modo de bello Turcico, sed etiam de sanandis Ecclesiasticis dissensionibus. Ex lib. primo tantum libuit subiicere hic epistolam tyranni & juramenti, ut hinc ex unguibus (quod dicitur) leonem æstimes. *Iacobum Fontanum Brugensis.*

SOLYMANVS TSACCVS DEI GRATIA, REX REGVM, DOMINVS dominantium, maximus Imperator, Byzantii & Trapezuntis, &c. Reverendo patri Philippo Vilerio Liladame, magno magistro Rhodi, equitibusque suis & universo populo.

COmmoverunt me afflictissimæ gentis meæ commiseratio, & summa injuria vestra. Impero igitur vobis per celerem insulæ & arcis Rhodiæ deditionem, p e ultroq; concessa gratia, secure abeundi cum omni preciosa suppellectile, aut si libet manendi sub imperio meo, in nullo nec tributo quidem minuta libertate & religione vestra. Si sapitis, præferte amicitiam & pacem bello crudelissimo. Nam victos vi manent acerbissima omnia, quæ victi à victoribus pati solent, à quibus non defendent vos arma, domestica externáve auxilia, nec ingentes muri, quos radicitus evertam. Valete bene: Quod tunc demum fiet, si potius quàm vim amicitiam malueritis. quæ neque fraudi, neque dolo vobis erit. Juro Deum, cœli terræque autorem: juro quatuor Evangelicæ historiæ Chronographos, vicies quater mille prophetas lapsos è cœlo, summumque inter hos nostrum Mahumetem adorandos. item manes avi patrisq;, tum hoc sacrum augustumq; meum imperiale caput. Ex regia nostra Constantinopoli. *Epistola Turcæ ad Magistrum Rhodi.*

MOS JURANDI THARTARORUM.

MOs Thartarorum est super frameas jurare, & aquam ablutionis gladiorum, atq; framearũ epotare, atque verba talia adiicere. Quicunque pacta, ligam & fraternitatem violaverit, aut contra eam violandam insurrexerit, vel aliquispiam intentaverit, à frameis incidendus occidendusque pereat, & tanquam aqua defluat atque evanescat. Ex lib. 4 Chr. Polonorum. *Mos iurandi Thartharorum.*

Anno Domini millesimo 523. Ad Carolum Augustum venerunt in Hispanias quatuor Oratores ex Aphrica, illustres Principes cum muneribus, & 24. Camelis onustis, Elephantibus, variis feris, leonibus & bestiolis, offerentes se & sua. *Oratores ex Africa ad Carolum in Hispanias.*

Venerunt eodem tempore ex Indiæ parte illa, quæ nuper per præfectum maris Hispanici inventa est, quatuor alii Oratores à 12. regulis missi, hii omnes avium pennis ornati, & plumati erant, obtulerulerunt gallinam auream cum duodecim pullis aureis, ornatis gemmis & lapillis pretiosissimis. Crista gallinæ erat ex carbunculo. rostrum ex adamante, pennæ erant gemmæ. Asportarunt & varias aves & vestes ex pennis avium factas. Item tentoria bellica ex plumis. Item tela & scuta. Hii nomine 12. regulorum Indiæ, Cæsareæ majestati nutu & signis obedientiam præstiterunt. *Gallina aurea.*

Anno Domini millesimo 522. Comitia frequentia Norinbergæ habita fuerunt, in quibus legatus Adriani Pontificis, & regis Vngariæ contra Turcam sollicitarunt. Hic Adrianus ad Comitia Norinbergensia, anno eodem legatum suum Franciscum Cheregatum misit, & commisit, ut libere confiteretur coram statibus imperii, in hæc verba. Nos scimus quod in hac sancta sede jam annis aliquot, multa fuerunt abominabilia, abusus in rebus divinis, superfluitas traditionum, & quod tandem omnia in deterius corruerint. Nec mirum est, quod infirmitas à capite in membra, à Papis in minores prælatos derivarit. Nos omnes, hoc est prælati & Ecclesiastici, declinavimus, quisque in viam suam. nec jam diu fuit aliquis qui bonum operaretur. Sed hæc non est nova quærela, lege Bernhardi sermonem ad prælatos in Concilio Remensi. Item super Cantica.

Hoc tempore prodit Breve Hadriani Papæ 6. ad Friderichum Saxoniæ ducem, contra Lutherum. *Breve Hadriani contra Lutherũ.*

Hoc anno Hadrianus 6. Carolus Augustus, Heinricus octavus, Anglorum rex, Ferdinandus dux Austriæ, & civitates Italiæ, unà cum Venetis fœdus ineunt contra Gallorum regem Franciscum primum.

Hadrianus 6. Pont. Rom. natione Germanus, patria Ultrajectinus, ante Pontificatum Lovanien- *Hadrianus Papa moritur.*

& harum exactione, ubi olim expositi ducati 10. jam solvendi centum: nam Mogontia aliquando Colonia, Saltzburgum, 10. mill. ducatorum pallium impetrarunt, jam 24 millibus vix possunt. De confirmationibus & palliis. De novis officiis, Scutiferis, Ribistis, Parcionariis, Patonariis, Caforatis. De commendis & incorporationibus. De regulis Cancellariæ. De servatione pectorali, mentali, regressione. De Curtisanis. De indulgentiis Stationariis. De abusu excommunicationis. Quod multi indocti ordinantur. De synodis neglectis. De mala vita cleri.

Gallorum rex Franciscus cum exercitu suo in Hannoniam usque venit captis quibusdam obscuris oppidulis & incensis: cui cum Cæsareani occurrissent, parvis factis præliis, & utrinque aliquot nobilibus captis & cæsis, in Galliam rediit.

Carolus Augustus unà cum rege Danorum ac cæteris principibus Brugas venit, ibi expectans adventum Cardinalis Eboracensis Angli. Habuit Cæsar in comitatu suo regem Danorum, Archiepiscopum & principem Cremensem, Comitem Vuirtenbergensem, Episcopum Leodiensem, Episcopum Vltrajectinum.

Cardinalis Eboracensis in comitatu suo habebat doctissimos viros, Thunstallum, Thomam Morum, Gulielmum Montiorum, Erasmum Roterodamum.

Cardinalis Eboracensis Ceremonia.

Cardinali Anglo prandenti & cœnanti, flexis poplitibus (id quod inter Germanos inauditum) ministrabatur, astantibus multis Anglis nobilibus.

Nomen Augusti aureis literis scribendum.

Hieronymus Aleander senatui Brugiano bullam Leonis 10. & Cæsareæ Majest. exhibuit: & cum nomen Augusti deesset, & unus Senatorum causam inquireret, inquit Aleander, Aureis hoc nomen literis scribendum.

Isabella Danorum regina moritur.

An. do. 1522. Cum Christiernus Danorum rex aliquot annis in Germania inferiori egisset, regina Isabella uxor ejus, Caroli soror, in languorem incidit, quo postea brevi maximo viri sui dolore consumpta est, & sepulta Gandavi: Fatis, ut putatur, volentibus, ut quæ urbs nascentem Carolum fratrem vidisset, eadem quoque sororis amantissimæ cineres haberet.

Mediolanum capitur.

Mediolanum à Romano Pontifice & Helvetiorum exercitu, diffugientibus metu Gallis, captum est, in gratiam Caroli Augusti.

Ianuenses ad Cæsarem deficiunt.

Januenses à Gallo ad Cæsarem defecerunt, & imperata fecerunt, quod putabatur initium Cæsareani nominis exaltandi per Italiam.

Postilla Lutheri.

Anno eodem prodit postilla Lutheri super Epistolas & Evangelia, ad generosum comitem Albertum à Mansfelt, dominum Schrappel & Helderungen, in qua prædicat sermonem, instat tempestive intempestive, arguit, increpat, exhortatur, opus peragit Evangelistæ, summam vitæ Christianæ inculcans.

In Psalm. 21. Deus Deus meus, lucubrationes Lutheri, anno eodem.

Eodem anno de traditionibus humanis fugiendis.

Anno Domini 1522. Huldrichus Zuinglius Apologeticum Archetelem scribit ad Reverendissimum Dominum Hugonem de Hohenlandenberg, Episcopum Constantiensem, de tota causa doctrinæ pietatis. Eodem anno Johan. Oecolamp. apud clarissimum Franciscum à Sickingen Germaniæ equitem & Imperatorii exercitus capitaneum Ebernburgo, Lectionem Epistolæ & Evangelii vernaculo sermone plebi promulgat, præsentibus nobilibus & clarissimis viris Diethetro à Thalburg Hartmudio à Cronberg, qua de re extat Oecolampadii Epistola.

Anno domini millesimo 523. Quod Jesus Christus natus Judæus.

Eodem anno sermones 23. variorum argumentorum.

Comitia Norimbergæ.

Eodem anno scribit ad status Imperii Norinbergæ congregatos, contra eos qui invertunt aut vitiant mandatum Cæsareum, cujus summa erat in quatuor articulis. Ut Evangelium doceretur juxta expositionem doctorum Christianorum ab ecclesia approbatorum.

2. Quod Archiepiscopi & Episcopi eruditos in sacra scriptura ordinent, qui judicent de concionibus, an recte vel secus doceatur.

3. Ut nihil novi excudatur, usque ad tempus concilii, quod non per prudentes à magistratu ad hac ordinatos admissum sit.

4. Quod personæ spectantes quę matrimonii onus subeunt, aut monasticum institutum relinquunt privilegiis eorundem careant.

Eodem anno scribit apud Ecclesiam esse jus de doctrina judicandi, doctores asciscere, aut reiicere.

Sed longum fuerit omnia enumerare, quæ D. Lutherus & Philippus Melanchton his annis ædiderint.

Carolus V. redit in Hispanias. Johannes Cornelius nauta, navigatione decem dierum ab Anglico littore vehit. Hic natura regem Philippum illustrissimi Augusti patrem ultima navigatione in summa tempestate in *Hispanias* vexerat, & reginam Danorum una cum principe Vltrajectino in Daniam vexerat, Vir dives & peritissimus rei nauticæ.

Hadria-

Digitized by Google

Hadrianus papa Romæ reformationem tentat, laborat pro pace & concordia apud Principes c. R. P. Item pro auxilio Rhodiis ferendo obsessis à Turca & regno Pannoniæ.

Rhodus dedita Turcæ.

Anno Domini millesimo 523, Rhodus Imperii Christiani antiqua propugnatrix Tyranno Turcarum Solimano dedita est. Cujus nobilissimæ urbis semper lugendam deditionem, qui fando audiendove temperare à lachrymis potest, mea quidem sententia non novit, quantum Rhodiana victoria Turcarum vires auctæ sint & nostræ accisæ. Verum (ut quidam scribit) nunc omnes querelæ etiam necessariæ seræ sunt atque ingratæ, quandoquidem Occidentis principes, quos neque obsidio neque postea excidium movit, poti sunt calice furoris, indignationis & iræ Dei. De hoc bello habes libros tres elegantissimos Jacobo Fontano Brugensi autore cum Epistola exhortatoria Philippi Melanchtonis ad Archiepiscopum Mogontinum, ut deliberet non modo de bello Turcico, sed etiam de sanandis Ecclesiasticis dissensionibus. Ex lib. primo tantum libuit subiicere hic epistolam tyranni & juramenti, ut hinc ex unguibus (quod dicitur) leonem æstimes.

Iacobum Fontanum Brugensis.

SOLYMANVS TSACCVS DEI GRATIA, REX REGVM, DOMINVS dominantium, maximus Imperator, Byzantii & Trapezuntis &c. Reverendo patri Philippo Vilerio Liladamo, magno magistro Rhodi, equitibusque suis & universo populo.

Epistola Turcæ ad Magistrum Rhodi.

COmmoverunt me afflictissimæ gentis meæ commiseratio, & summa injuria vestra. Impero igitur vobis per celerem insulæ & arcis Rhodiæ deditionem, p. e ultroq; concessa gratia, secure abeundi cum omni preciosa suppellectile, aut si libet manendi sub imperio meo, in nullo nec tributo quidem minuta libertate & religione vestra. Si sapitis, præferte amicitiam & pacem bello crudelissimo. Nam victos vi manent acerbissima omnia, quæ victi à victoribus pati solent, à quibus non defendent vos arma, domestica externáve auxilia, nec ingentes muri, quos radicitus everram. Valete bene: Quod tunc demum fiet, si potius quàm vim amicitiam malueritis. quæ neque fraudi, neque dolo vobis erit, Juro Deum, cœli terræque autorem: juro quatuor Evangelicæ historiæ Chronographos, vicies quater mille prophetas lapsos è cœlo, summumque inter hos nostrum Mahumetem adorandos. item manes avi patrisq;, tum hoc sacrum augustumq; meum imperiale caput. Ex regia nostra Constantinopoli,

MOS JURANDI THARTARORUM.

Mos iurandi Tharthararum.

MOs Tharrarorum est super frameas jurare, & aquam ablutionis gladiorum, atq; framearu epotare, atque verba talia adiicere. Quicunque pacta, ligam &, fraternitatem violaverit, aut contra eam violandam insurrexerit, vel aliquispiam intentaverit, à frameis incidendus occidendusque pereat, & tanquam aqua defluat atque evanescat. Ex lib. 4 Chr. Polonorum.

Oratores ex Africa ad Carolum in Hispanias.

Anno Domini millesimo 523. Ad Carolum Augustum venerunt in Hispanias quatuor Oratores ex Aphrica, illustres Principes cum muneribus, & 24. Camelis onustis, Elephantibus, variis feris, leonibus & bestiolis, offerentes se & sua.

Gallina aurea.

Venerunt eodem tempore ex Indiæ parte illa, quæ nuper per præfectum maris Hispanici inventa est, quatuor alii Oratores à 12. regulis missi, hii omnes avium pennis ornati, & plumati erant, obtulerulerunt gallinam auream cum duodecim pullis aureis, ornatis gemmis & lapillis pretiosissimis. Crista gallinæ erat ex carbunculo. rostrum ex adamante, pennæ erant gemmæ. Asportarunt & varias aves & vestes ex pennis avium factas. Item tentoria bellica ex plumis. Item tela & scuta. Hii nomine 12. regulorum Indiæ, Cæsareæ majestati nutu & signis obedientiam præstiterunt.

Anno Domini millesimo 522. Comitia frequentia Norinbergæ habita fuerunt, in quibus legatus Adriani Pontificis, & regis Vngariæ contra Turcam sollicitarunt. Hic Adrianus ad Comitia Norinbergensia, anno eodem legatum suum Franciscum Cheregatum misit, & commisit, ut libere confiteretur coram statibus imperii, in hæc verba. Nos scimus quod in hac sancta sede jam annis aliquot, multa fuerunt abominabilia, abusus in rebus divinis, superfluitas traditionum, & quod tandem omnia in deterius corruerint. Nec mirum est, quod infirmitas à capite in membra, à Papis in minores prælatos derivarit. Nos omnes, hoc est prælati & Ecclesiastici, declinavimus, quisque in viam suam. nec jam diu fuit aliquis qui bonum operaretur. Sed hæc non est nova querela, lege Bernhardi sermonem ad prælatos in Concilio Remensi. Item super Cantica.

Breve Hadriani 6. contra Lutherū.

Hoc tempore prodit Breve Hadriani Papæ 6. ad Friderichum Saxoniæ ducem, contra Lutherum.

Hoc anno Hadrianus 6. Carolus Augustus, Heinricus octavus, Anglorum rex, Ferdinandus dux Austriæ, & civitates Italiæ, unà cum Venetis fœdus ineunt contra Gallorum regem Franciscum primum.

Hadrianus Papa moritur.

Hadrianus 6. Pont. Rom. natione Germanus, patria Ultrajectinus, ante Pontificatum Lovanien-

sis Academiæ Cancellarius, & collegii ibidem apud divuum Petrum Decanus. Caroli Augusti præceptor & alumnus, Cardinalis Dertusensis, sedit annos duos, obiit Romæ anno Domini millesimo 523. Johannes Baptista de Macerata suspectus fuit de veneno dato.

Medicus qui pollicetur pestem se prohibiturum.

Medicus quidam fuit, qui quatuor millia ducatorum petiit, pollicitus se pestem prohibiturum. Is magica arte per taurum effodit fontem, è quo si quis biberet, immunis esset. Hic medicus tandem combustus, libri ejus allati Hadriano Pontifici, & inter secretissimas ejus chartas inventi post mortem ipsius. Hinc quidam colligunt, magicis artibus ad hoc fastigium evectum. Deus novit, qui humiliat & sublimat, pauperem facit & ditat, Psalm. 111. Ita Hadriani Pontificatus insignis fuit Primo, peste in urbe Roma supra centum millia hominum absumente. Secundo, Rhodi expugnatione à Turca. Tertio, Bello pernicioſissimo inter Carolum Augustum & Franciscum regem Galliæ.

Anno Domini millesimo 523. Incomparabilis heros, & clarissimus eques Germanus Franciscus à Sickingen, infœlici bello implicitus, quod gesserat anno superiori contra Archiepiscopum Trevirensem, per Ludovicum Palatinum electorem, Philippum Hassiæ Lantgravium, Reinhardum Archiepiscopum Trevirensem in arce Landstall obsidetur, & decusso ex bombardarum ictu, tramite læditur, & moritur, vir plane dignus, cui pax diutina cum summa potentia contigisset, adeo justitiæ religioni, literisque provehendis, erat addictissimus,

Anno eodem in regno Granatæ, circa autumnum multæ civitates & arces absorptæ sunt, & in Neapoli circa festum Galli, tantæ fuerunt tempestates, cum pluviis & tonitruis, ut arces multæ, & pagi ac ingentes arbores corruerent, & loco amoverentur.

Anno Domini 1524. Carolus Cæsar in persona sua propria, contra Galliæ regem Franciscum bellaturus, movit.

Anno eodem Clemens Papa 7. eligitur, antea Cardinalis de Medicis.

Mense Januario in Haga comitis Holandiæ, mulieres seditionum excitarunt, ob vectigalium portoriorum exactionem contra publicanos.

Anno dom. 1525. Soror ducis Friderici, uxor ducis de Lünenburg, hoc anno filiam suam monialem è monasterio materno præcepto abstulit.

Georgius Marchio Brandenburgensis, magnus Prussiæ magister ordinis Teutonicorum verbum Domini cum suis suscepit, & filiam ducis Holsatiæ uxorem duxit.

Anno eodem Fridericus Saxoniæ, clarissimus princeps moritur.

Gallus à Cæsare victus apud Papiam.

Anno eodem Franciscus hujus nominis, Gallorum rex primus in Italia apud Papiam à Caroli Cæsaris exercitibus memorabili prælio victus, capitur.

Nuptiæ Caroli V. cum Isabella.

Eodem anno Carolus Cæsar mensis Martii undecimo die, Isabellam Emanuelis, Lusitanorum regis filiam, ejus qui nunc regnat sororem apud Hispalim Bethicæ, urbem Hispaniæ in matrimonium accepit, eos Salviatus Cardinalis summi Pont. legatus stabili junxit connubio. Ex eadem conjuge, benignitate Dei, virilem stirpem habet.

Gallus in Hispaniam ducitur.

Per idem ferè tempus Gallorum rex, cum aliquandiu captivus in Italia fuisset, tandem navi impositus, ad Cæsarem in Hispaniam perducitur. Conditiones pacis exacto unius anni spatio factas, apud alios legis, referre longius esset.

DE AGRICOLARVM SEDITIONE. ANno Domini millesimo 525.

Seditio Agricolarum.

DE agricolarum seditione, quæ hoc anno fuit per Germaniam, mihi in præsentiarum usu venit e potest, quod de Carthagine dixit Salustius: Tacere melius esse, quam pauca dicere. De qua, unde ceperit, per quos creverit, quibus de causis, quot sodalitia habuerit in agro Rhenensi, ut coierint Zabernæ, & in Lupffilein, Scheruuiler, Nuiuuler, &c. Qua severitate Magistratus in eos animadvertere coactus, & Germania rusticorum cædibus polluta sit, D. Nicolaus Gerbelius Phortzensis, vir doctus, verus, & facundissimus Secretarius, illustrium heroum Capituli Argentoratensis, quatuor libros paravit, eosdem lectorem expectare volo. Mihi enim, & si velim, in hac angustia temporis, non vacat pluribus scribere, & materia est uberrima, sed digna posteritate, ut alieno periculo edocta discat subdita esse cujus humanæ creaturæ propter Dominum, sive regi, tanquam præcellenti, sive præsidibus. Nec unquam habere prætextum malitiæ libertatem, aut Evangelii nomine se quærere. Tantum hoc libet hic dicere, qui cœlestem Christi Philosophiam, quæ gratuito Domini favore his annis Germaniæ annunciatur, & super inenarrabili Dei munere, nemo satis gratias agere possit, imputare velit, quod ab hac διὰ διὰ κακῶν distat, illi sanè mihi toto cœlo errare videtur, & in Cathalogum eorum referendus, qui Tertulliani tempore ad odii in Christianos defensionem, prætexebant illam quoque vanitatem, quod existimabant omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi, Christianos causam esse, si Tyberis ascendit in mœnia, si Nilus non ascendit in arva, si cœlum stetit, si terra movit, si fames, si lues, statim Christianus ad leonem acclamatur.

D. Nicolaus Gerbelius Phortzen.

Vanitas Christianos causam esse publicæ cladis & popularis incommodi.

Ore

Oro hîc vos, qui filium Dei conculcatis, qui tantam negligitis salutem, quæ cum primum enarrari ceperit per ipsum dominum, his temporibus per prædicationem nobis committitur, ante Tyberium, id est ante Christi adventum, quantæ clades orbem & urbem ceciderunt? Legimus Hierapolim, & Delon, & Rhodon, & coninsulas multis cum millibus hominum pessum abiisse. Memorat & Plato majorem Asiæ & Africæ terram Atlantico mari ereptam. Sedet mare Corinthium, terræ motus ebibit, & vis undarum Lucaniam, Italiæ abscissam, in Siciliæ nomen relegavit. Hæc utique non sine injuria incolentium accidere potuerunt. Vbi tunc Evangelium? Sed nec Tuscia, nec Campania de Christianis quærebantur, tum Vulsinios de cœlo, Pompeios de suo monte prosudit ignis. Nemo adhuc Romæ Deum verum adorabat, cum Annibal apud Cannas, per Romanos annulos, cædes suas modio metiebatur. Seditiones auditæ sunt in Germania, in Vngaria, Carvis, & paulo post in Sicilia &c. cum nec natus esset Lutherus, aut alii, qui hac ætate docent veritatis & publicæ utilitatis amore. Et si quis excutiat veterum annales, reperiet pleraſque seditiones ex immodicis exactionibus ortas fuisse: ex rapacitate officiorum, ex repertis novis titulis, plurimum emungendi à populo. Tum accidit juxta proverbium: Nimium tensus rumpitur funiculus, & victa demum populi patientia, in seditionem erumpit: quæ res florentissimis quondam imperiis exitium attulit. Athenæus sub finem lib. 6. scribit: Multæ verò myriades servorum in Attica compedibus vinctæ operabantur in Metallis, quos Possidonius à dominis scribit defeciſſe, & occisis iis qui Metallis præfuerunt, occupasse arcem in Samo, ac diu devastasse Atticam. Id autem eodem tempore factum est, quo & in Sicilia exorta est alia servorum seditio, aut potius multæ. Periisse quidem supra centum myriades servorum constat. De servilibus tum bellis σύγγραμμα historiam edidit Cæcilius Rhetor & Spartacus. Ex his verbis Athenæi habes, eodem tempore & Atticam & Siciliam, & paulo post Italiam conflagrasse bellis servilibus. Non igitur mirum, si pari fato urgente Germania nuper uno fere, eodemque tempore exarserit seditionibus agricolarum.

Clades ante Christi adventum.

Seditiones ante prædicatum Evangelium.

Seditiones in una Bromium.

Athenæus libr. 6. de seditione servorum in Attica.

Seditio servorum in Sicilia.

Quid quod primi agricolæ sub Sigismundo comite à Lupffen tumultuantes, ad quos cohercendos missus fuit nomine fœderis Suevici, illustris comes Gulielmus à Fürstenberg, propalam fatebantur, se non esse Evangelicos, nec Evangelii causa confluxisse, putantes hinc stulti agricolæ potestatis favorem se demerituros abnegatione Evangelii, quo digniores sunt confessores, quam negatores. Ego, quod sæpenumero dixi de occisis rusticis, non vereor hic etiam scribere. Hoc legitur Luc. cap. 13. Cum nunciaretur Christo de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificiis ipsorum. Respondens, dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, imò nisi resipueritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos, putatis quod debitores fuerint, ultra cunctos homines habitantes Hierosolymis? Non dico vobis, imò nisi resipueritis, omnes similiter peribitis. Diversa merita facientium, & diversa passorum. Aliquando qui persequutionem patitur justus, aliquando qui facit, justus est. Est potestas regis, est vis gladii cognitoris, sunt ungulæ carnificis, sunt arma militis, est disciplina dominantis, est severitas boni patris, Habent hæc omnia modos suos, causas, rationes, utilitates. Victoria uti magnum est. Obiiciebatur Severo, quod mansuetudine molliorem potestatem, & contemptibiliorem imperii fecisset. Hic vero respondit, sed securiorem atque diuturniorem. Vtinam benefactis tyranni nomen omnes heroes effugiant, utinam nulli sint λαοβόροι βασιλῆς, quod convitium apud Homerum, Achilles jacit in Principem sibi gerentem imperium. Omnes sint populi pastores, nulli prædones. Nec frustra in Luca additur similitudo de arbore fici succidenda, quæ nec in tertio anno fructum fert, sed inutili onere terram præmit, qui habet aures audiendi audiat. Charitas, quæ perfectionis vinculum est, si conglutinarit magistratum Christianum, Principes, nobiles, & omnes in eminentia constitutos subditis, & vicissim subditos magistratui: hic curabit, ut præsit, prosit, benefaciat, prospiciat subditis. Illi vicissim reddent quod debetur, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem, & ita proceres, suos possidebunt non dimidiatos, sed totos, hoc est corporum potientur, animis minime alienis, nec habebit locum proverb. Oderint dum metuant. Hic fateor, concionatorem pium & doctum (qui fidelis est & prudens dispensator) multum posse, ut non iverim inficias, indoctos καὶ ἀπερχομενόφρονας, qui non missi cucurrerunt & verba viventis Dei perverterunt, frigidam suffudisse Rusticis, aliàs satis ad res novandas æstuantibus. Quod Judas peccavit, nemo bonus Petro imputabit. Johannes Carion in sua Chronica parva meminit, quod in Alsatia, Suevia, Francia Orientali, circa Rhenum, in Thuringia spatio trium mensium, ultra centum millia Rusticorum sint occisa. Fertur de Scaplero quodam qui 12. articulos conscripsit quos intitulavit de Christiana libertate, hoc continentes, ne Tributum & census solveretur Magistratui, per hos articulos putant vulgus excitatum. In Doringia civitate Mulhusensi erat Thomas Müntzerus, is spem faciebat reformandæ Ecclesiæ, & jactabat Deum illi revelasse multa, ac dedisse gladium Gedeonis, ad interficiendum omnes impios, quare & eduxit vulgus, ut arces nobilium diriperent. Atqui per principes Saxoniæ & Lantgravium coherciti sunt, & supplicium sumptum de primariis: Hic Müntzerus primus incepisse Anabaptismum putatur. In hoc versu habes

Rustici fassi se non esse Evangelicos.

Locus Luca cap. 13. de seditiosis per Pilatum interfectis.

& Galli captivitatem & rusticorum seditionem. *Captus erat Gallus, coeunt eum vrbe cohortes.*

Hoc anno D. Lutherus scribit contra seditiosos. Et post hunc Johannes Brentius Ecclesiastes Hallensis, scribit de clementia Principum erga seditiosos, severitatem Lutherani libelli pie promitigans, cum discrimine rusticorum, qui volentes aspernati omnem magistratum, tumultuati sunt. Et qui coacti fuere turmas Corydonum accedere, inviti & reluctantes.

DE ANABAPTISTIS HORUM TEMPORUM.

QUoniam recte Augustinus scribit, in libro de hæresibus. Multum adjuvare fidele cor, si noscat quid credendum non sit. Et forte non erraverit, qui dicat ex mala vita eorum qui jactant Evangelium, cujus πληροφορία non habent hanc multiplicem sectam exortam. Quare unde ceperint, quos duces habuerint. κ' ἀποδείξεις Et quam variis capitibus hæc hydra fuerit, ut quæ habuerit Muntzeranos, Orantes, Silentes, Somniantes, pueris similes, Synceros, impeccabiles à baptismo, Liberos, Binderlianos, Sabbatarios, Maderanos, Hofmannicos, & nuper exortos circumcisos &c. & quam pugnantes hii inter se opiniones. Pios etiam ac electos hac errore aliquandiu implicitos fuisse. De Thoma Müntzero quem putant quidam primarium authorem hujus irrequietudinis. Quid is in Doringia & Saxonia egerit. Quid alii apud Helvetios coryphei, ut Müntzerani è Saxonibus in Helvetiam statim profecti, quid istic Fœlix Manzius, Grebelius, Blaurock. paulo vero post Balthasar Pacimontanus Vualdshuoti. Quid Vuormatiæ Jacobus Kutzius, Vt Johannes Denckius (qui cum Basileæ nulla externa vi adactus Christianissime revocasset) Christiane in Domino obdormiit. De Ludovico Hetzero, qui graviter lapsus, sed post seriam pœnitentiam Constantiæ decollatus fuit, anno 1529. De Nicolao Frey, Argentorati submerso anno 1533. De Melchiore Hofmanno qui Argentorati adhuc detinetur in vinculis, de ejus Pseudoprophetiis & fanaticis consiliis. Quæ in synodo Argentoratensi anno millesimo 533. cum eo acta sint. De Monasterienſibus, & regno paucorum dictum, & tota ista causa. Vt per Bernhardum Rotmannum cœperit, Johannem de Layden, & Johannem Matthiam promota sit & vires acquisierit. Vt illustrissimus ac Christianissimus Princeps Philippus Lantgravius, & alii ex piis magistratibus, nisi sunt malis principiis obstare, & sanissimis consiliis ad viam ab errore reducere. Quem librum Restitutionum doctrinæ & vitæ Christianæ emiserint Monasterienses Anabaptistæ. De mirabilibus istic actis ut sibi videbatur, post Baptismum. De depositione Magistratus. De obsidione civitatis fortissima. De occupata post longam obsidionem, de Rege Knipperdolling & Bernhardo Krechting captis & extremo supplicio affectis, & quicquid ad totam istam causam pertinet, in qua horrenda Dei judicia nobis proposita sunt, quoniam materia uberrima, & singularem librum exposcit, nec jam vacat in Epitomen redigere, & hactenus quæ scripta leguntur, ferè Germanica sunt. Si nemo sequenti hoc biennio prodierit, qui hæc posteritati latinitate cõmendarit, ego simplici dicendi filo, si vixero, & intellexerotuæc non displicere, candidis lectoribus, & unitatis ecclesiarum amantibus, volente Deo, tradam.

Johannes Ludovicus Vives charus vir.

Hoc anno doctissimus ac piissimus vir, Johannes Ludovicus Vives, ad Senatum Brugensem, duos libros scribit, de subventione pauperum, sive de humanis necessitatibus, planè tales, qui ab omnib. Rempub. Christianam amantibus, jure legantur. Primi libri hæc sunt capita: 1. Origo humanæ necessitatis ac miseriæ. 2. Necessitas hominum. 3. Quæ sit benefaciendi ratio. 4. Quam secundum naturam sit benefacere. 5. Quib. de causis quidam à benefaciendo deterrentur. 6. Quo modo inopibus agendum. 7. Quibus vitiis impediantur à benefaciendo ii qui possunt. 8. Nullas causas debere nos impedire à benefaciendo. 9. Quæ unicuique à Deo dantur, non propter ipsum dari solum. 10. Non constare pietatem & Christianismum sine beneficentia mutua. 11. Quantum & quomodo cuiq; benefaciendum. Secundi libri capita sunt: 1. Quantopere conveniat Rectori civitatis curare pauperes. 2. Collectio pauperum & professio. 3. Qua ratione eis omnibus prospiciatur victus. 4. Cura puerorum. 5. Censores & Censura. 6. De pecunia quæ his sumptibus sufficiat. 7. De iis qui vel subita aliqua vel occulta necessitate urgentur. 8. De iis qui novas has constitutiones improbabunt. 9. Nihil debere obsistere, quo minus hæc quæ diximus, fiant. 10. Commoda si hæc fiant humana & divina.

Item scripsit opuscula aliquot vere Catholica, ac inprimis erudita, hisce titulis: Introductio ad sapientiam Satellitium sive symbola de ratione studii puerilis. Commentarius in libr. de civitate Dei, Augustini.

Scripsit idem vir ad Carolum quintum Cæsarem, de concordia & discordia in humano genere libros quatuor, plenos utilissimarum historiarum, & dignissimos lectu pro hoc tempore turbulentissimo. De pacificatione librum unum. Quam misera sit vita Christianorum sub Turca librum unum. De disciplinis libros 20. quos omnibus studiosis quam commendatissimos esse velim, qui eruditionem instrumentũ maximarum rerum pietati junctam volunt. Et quod Hieronymus de Lactantio dixit: Præbe magistrum. Idem hoc illi de Vive dicant: Atqui plura expectamus de frugi viro. De ratione dicendi. De consultatione. Analogiam Latini sermonis in peculiari libro. Librum de ratione linguarum &c. & alia, utpote ex salutari viro salutaria.

Anno

Digitized by Google

Anno Domini milleſimo 526. Turcarum arma vagata ſunt latius intra Hungariæ fines, quam Chriſtiani nominis regibus decorum eſſet. Hoc tempore Ludovicus Hungarorum rex cum fidei hoſtibus conflixit, ſed militum numero longe inferior, & à ſuis, ut quidam tradunt, etiam proditus, tandem fugere cogitur: dumque fugit, in paludes conjectus profundo limo cum ipſo equo hauſtus eſt. Cadaver ejus poſtea inventum, Viennæ Auſtriæ urbe ſepelitur. Præſenti ſucceſſu ferocior factus hoſtis, quæ ante pugnam non adierat loca pervaſtavit, non hominibus, non jumentis, non pecoribus, non arboribus infœlicibus frugiferiſve, non ſatis ipſis, non rectis pepercit.

Ludovicus Hungariæ rex occiditur.

Alii volunt ſepultum in Stuluueiſſenburg, Albaregalis.

Hoc anno Bohemi Ferdinandum Archiducem Auſtriæ in regem eorum eligunt.

Hoc anno menſe Septembri Papa Clemens 7. ingentem exercitum conſcripſit, adjutus potentatibus principum & communitatum, contra Carolum quintum Imperatorem. Quare clariſſimus heros Georgius à Fronſperg Germanus, cum aliquot millibus Germanorum in Italiam movit.

Anno Domini 1527. tres ſoles viſi alicubi duplici iride incluſi.

Hoc anno filius Imperatoris Tartarorum, magna vi Poloniam invaſit, & gravia damna intulit, tamen tandem hoſtis ſuppreſſus & captus fuit.

Eodem anno illuſtriſſimus Princeps Johannes Fridericus Saxoniæ dux, jam Elector, cum filia ducis Clevenſis celebravit nuptias apud Dorgen.

Eodem anno Ferdinandus Archidux Auſtriæ, in die divæ Matthiæ, ab epiſcopo Olmutzenſi Pragæ in regem Bohemorum coronatus. Sequenti die uxor Ferdinandi regis Vngariæ filia, in reginam Bohemiæ coronata fuit.

Eodem anno Ferdinandus rex contra Johannem Vuayuuoda comitem in Vngariam movit, & multas arces ac oppida occupavit. In eo exercitu Marchio Caſimirus à Brandenburg ſupremus capitaneus fuit, nec diu poſt vixit.

Hoc anno Ferdinandus Comitia habens Budæ, vulgo Ofen, in quibus electus eſt in regem Vngariæ. Dies autem coronationis in feſto Simonis & Judæ apud Stuluueiſſenburg habitus eſt.

VRBIS ROMÆ EXPVGNATIO, PER EXERCITVM IMP. Cæſ. Caroli quinti, auſpiciis Borbonii, quæ contigit anno milleſimo 527. paucis narrata.

FOelices ſucceſſus Caroli Cæſaris, toti Italiæ non modicam formidinem injecerunt, tam diu retenta ditione Mediolanenſi, quanquã potentiores Itali fortiter obniterentur, & toties fruſtrato Galliarum rege in repetendis inſubribus, tandem etiam capto, ac in Hiſpaniam abducto. Quare viſum eſt Clementi 7. Pontifici Romano, fœdus Italiæ principum & maximarum civitatum Inſtituere, quo tutiores eſſent adverſus ingruentem Cæſarem, & ad illum excludendum (nam hoc planè agebatur) validiores. Hanc ipſe ligam ſanctiſſimam appellavit, veluti natam, autore eo, quem orbis ſanctiſſimi nomine ſalutat. Ad hæc conſilia turbanda, nihil prius habuit Imperator Carolus, quam exercitum in Italiam quamprimum mittere, qui cunctis minaretur, præſertim Florentinis, qui pace diuturna, auctis opibus, & cive ſummo Pontifice ſuperbi, de novo fœdere mirum quam attollebant criſtas. Itaq; jubetur Georgius à Fronſpergo clarus eques, & notæ virtutis, toties jam ducis munere in proximis bellis, imo præliis, fœliciter functus, exercitum conſcribere, quem ille contractum ocius in Alpeſtri Rhetia ad Atheſim vergente, ſub initium anni quingenteſimi viceſimi ſeptimi ſupra milleſimum, in Italiam duxit. Statim aderant cum aliquot millibus Hiſpanorum Carolus dux Borbonius, cui ſumma totius exercitus præfectura tradita eſt, ac princeps Arauſienſis, Burgundiorum manu comitatus. Sed & Conradinus Lepontinus cum quatuor vexillis Germanorum militum, qui Cremonæ præſidium Cæſareum agitaverant, ſeſe conjunxit. Continet autem vexillum non ſupra quingentos milites, ſæpe pauciores. Paulò poſt Italorum phalanx acceſſit, quos ducebat Murius à Columna. Jam ad famam tam numeroſi exercitus Italia male ſibi conſcia, mire turbata erat. Proinde Pontifex Romanus autor conſpirationis, nepotem ſuum Johannem Medicen cum lecta manu perditorum nebulonum, quorum pars indigenæ erant, pars ab Hiſpania venerant, miſit unà cum Johanne Franciſco Vrbini duce, qui à Venetis conductus erat, Germanis obviam, ut arceret illos, nec Padum tranſiré ſineret. Sed jam trajecerat exercitus. Itaque quum depellere non poſſet, profligare multo minus, perſequi cœpit, & circunquaque vexare, donec paulo poſt in aggere quodam ictu ænei tormenti fuit extinctus. Amiſſo nepote ſuo, qui fœderatorum ſummus dux fuerat, ſolicitus Clemens quum videret Germanos ac Hiſpanos ad Parmam, & deinceps Bononiam urbes Eccleſiæ Romanæ deflectere, ſummiſit Muſchanum vicarium regni Neapolitani, qui apud Borbonium ſubditos Pontificiæ ditioni pecunia redimeret, quo prorſus ab omni maleficio abſtinerent milites, & in aliud territorium tranſirent. Is legatus cum incautius profici ſcitur, captus eſt, ſed mox liberatus. Poſtulata ſunt centena ac quinquaginta aureorum millia. Tantam ſummam nemo voluit præſtare.

Fœdus Italiæ.

Sanctiſſima liga.

Georgius à Fronſperg.

Carolus Borbonius dux princeps Arauſienſis.

Murius à Columna.

Johannes Medicis.

Digitized by Google

Itaque quum haud ita procul Ferraria aliquandiu stativa habuissent, urgente eos rerum omnium penuria, sic ut non solum commeatu destituerentur, sed & vestimentis, atque adeo calceis jam carerent, deportato prius Georgio à Fronspergo Ferrariam, curandæ valetudinis causa (nam signa quædam paralysis jam in eo apparebant) magnis itineribus Florentiam contendunt. Quam rem haud illibenter audierunt Romani, sperantes à periculo se tutos, quum Florentini peterentur, & cupiebat Pontifex spectator tantum esse belli. Verum secus est visum superis, & vetus ac verum est verbum, consultum malè consultori pessima res est. An sua sponte, an potius aureis aliquot globis tacti duces exercitus retro cesserint parum liquet. Hoc constat, eos qui Florentiam petere videbantur, dicto citius Romam advolasse, perpetuo vestigiis insistente duce Vrbinate, sed citra noxiam insignem. Via militari minime sunt profecti, sed per montes & loca confragosa ac sylvas, dum compendium itineris sectantur, tanta celeritate, ut nuncium præverterint, nec adventare scirentur, nisi jam proximi Romæ. Quinto nonas Majas præmiserunt Senatorem ad portam urbis deposcentem, ut aditus advenienti exercitui pateret. Responso nuncium minime dignatus est Laurentius à Cete Ursinus Pontificiorum dux, sed tantum dixit contemptum, Ni abiret properè, se de equo hominem ictu ænei globi tormentarii deturbaturum: itaque rediit ad suos. Postridie ante mœnia urbis constiterunt. Sabbathum erat. Vulgò jactabatur transituros illac Neapolim, nec diu moraturos. At statim apparuit, cujus rei gratia venissent, dum castra figunt post divi Petri inter veterem Romam, & quod Burgum appellant, juxta campum, cui Sancto nomen. Id cum Pontificii viderent, nec ipsi cessabant operibus se munire, æneis tormentis duas noctes & intermedium diem, qui Dominicus erat, illos impetentes. Non visum est consultum Borbonio si inermes, & oppugnatoriis machinis nullis instructi, diu tempus tererent, hostium assiduis ictibus expositi. Libuit quam primum experiri fortunam. Ergo bonis avibus pridie nonas Majas urbis oppugnationem diluculo nebuloso adgrediuntur. Bis repulsi sunt, tertio vicerunt. Hoc profuit irruentibus, quod quoties oppugnationem iterarunt, toties cadebat nebula, prospectum Pontificiis adimens, ut nescirent, qua maximè parte hostis irrueret. Ex stipatoribus Rom. Præsulis numero ducentis, Helvetii erant, cum ad murum viriliter pugnantes circundarentur, vix quinquaginta superfuerunt, nam & in æde divi Petri mox aliquot circa ipsum Clementem ceciderunt. Et Centurio Reschius Turegiensis ex vulnere ad murum graviter affectus, in sinum ministræ domi quiescens, occisus est. Borbonio quoque stanti in scalis, globus ænei tormenti parum caute à suis emissus, ut est plena periculi ejus generis armorum tractatio, crus alterum sub femore perfregit. Id accidit in oppugnatione postrema, qua expugnata urbs est, ex quo vulnere mox extinctus in sacello Xisti, in quod semianimis à militibus fuerat delatus. Hoc quod nunc dicetur, nemo credet forsasse, Pontificia adeò non fuisse curæ exercitum istum, ut sub urbis expugnationem ipse in ædem divi Petri descenderet, spectaturus sacrum, & nunciantes expugnationem primum rideret, donec hostes in ipsum templum irruerent: nimium certe fretus Apostolico fulmine, quod nudius tertius in advenientes jaculatus fuerat, in cujus execrationis diplomate hæc lecta sunt verba:

Senior Rentz Italicus.

Hauptman Resch von Zürch.

Caroli Borbonii mors.

Excommunicamus Carolum dictum Borbonii ducem, & exercitum ejus, partim ex Lutheranis, partim ex Marranis constantem.

Significabantur autem Lutheranorum nomine Germani, ut Hispani Marranorum. Sed ad narrationem redeamus. Pontifex relicto sacro, cui spectator assidebat, quam celerrime in altum se per gradus & ostium quoddam subduxit, in Hadriani molem per nota ambulacra fugiens. Et qui ibi sunt exclusi, jugulati sunt ad unum omnes, non solum ex stipatoribus, ut ante diximus, sed ex templi ministris & ex plebe non pauci: neque enim majestatem divi Petri, in cujus templo hæc fiebant, quicquam reverebatur prophanus miles, ne Pontifici quidem ipsi parsurus, ni fuga ac objectis repagulis sibi consuluisset. Ad tumultum primum captæ urbis cæteri quoque cardinales omnes & episcopi ad Hadriani molem properant. Ubi dum vulgus trepidum nunc excluditur, nunc summovetur, ut magnatibus pateat aditus, in ponte multi mortales oppressi sunt, & obtriti multi. Tantum cessarant Cardinales, Senensis, Cæsarinus, Jacobatius, Tudertinus, & is qui à valle cognominatur: & jam omnia fremebant militari furori circa arcem, quare visum aliò fugere. Patebat in proximo palatium sancti Georgii conditum à Raphaele Cardinale S. Georgii, in quod paulo antè venerat post expugnatam urbem Cardinalis Columnanus cum ingenti lectorũ militum manu, partes Cæsaris sequens, quum tamen discedentes Germanos, nemo fit acrius persequutus. Sed hic Italorum mos est, subinde mutare favorem, ut res & fortuna sese mutarint. In has ædes recepti sunt. Interim non citra plurimorum stragem, Burgo sancti Angeli direpto, regionis nomen est, ulteriores urbis partes invadi cœperunt. Longum sim facturus, si calamitatem describere coner, quantam est passa civitas Romana. A Gothicis, Vandalicis, & Longobardicis temporibus, nunquam exitio propior fuit. Nec innoxiorum civium bonis exsatiata militaris avaritia. Violata sunt etiam templa, refractæ Vestalium fores, cœnobitarum septa dirupta, contaminata ac direpta omnia. Fœlices erant, qui sua tantum amisissent. Torquebantur insuper homines, & jugulabantur, dum non habent quod novo raptori tradant. Senserunt hanc inclementiam multi præclari viri fautores etiam

Cardinalis à Columna.

Cæsaris,

Digitized by Google

Cæsaris, quorum aliqui inter cruciatus perierunt. In summa nihil intactum reliquit hostilis furor, pepercit nemini. Duravit hæc rabies non modicos dies. Mitaris lector, quid nam egerint milites tanta præda potiti. Quieviſſe putas. Imò tum rixæ & jurgia inter ipsos cœperunt. Nam aleam ludi passim exercebant, ubi vidisses uni jactui nunc trecentos aureos, nunc sexcentos, sæpenumero mille committi. Qui suffarcinata veste venerat, quæ poculis aureis & argenteis turgebat, sæpe absque interula discedebat. Vnde non paucos tanta desperatio incessit cogitantes à qua fortuna excidissent, ut clausis oculis in Tyberim præcipitarint. Judæi, quorum magnus numerus illic, ne sint omnia sancta Romæ, persolutis pretiis sese redemerunt, ex præda omnis generis vili empta ingens lucrum facientes. Porrò, qui molem obsidebant Hadriani, in qua Pontifex erat cum Cardinalibus, Episcopis, & Primatibus urbis, extremos muros suffudere cœperunt, ut summisso pulvere, tormentario, structura dissiliret. Sed impediebat aqua, quæ circundat peramplis fossis arcem.

Quid hic attinet convitia recensere, quæ petulantia militaris in summum pastorem & Cardinales subinde effudit? Quid contumelias commemorare, quibus Christianas ceremonias, ut quisque erat levissimus, ita studio majori irrisit, dum ebrii milites, nunc Pontificiæ gestationis simulacrum repræsentant uvidum aliquem sacris vestibus indutum, in lectica bajulantes: nunc benedicentem Pontificem per derisionem æmulantur. Interim parum plausibile Romanis auribus Lutheri nomen boatu horrido occinentes, si fors mitratorum aliquis de fenestra prospexisset. Pontifex tamen obsidionem toleravit, usque ad octavum Idus Junias. Nam eo die, quo videlicet, hostibus urgente rerum omnium inopia sese dedidit, rursum suæ potestatis factus est, & in integrum, ut vocant, restitutus, ut sacerdotia conferret, donaret privilegia, ac de rebus aliis ex more statueret.

Convenerat autem inter præsulem Romanum, & obsidentes in hunc modum. Milites intra arcem reciperentur, & hanc custodirent: Pontifex cum suis illic maneret, donec militibus esset de stipendiis satisfactum. Statim itaque Germani propugnaculum unum tantum, quod ingredienti dextrum occurrit, præsidio occupant Centurione Maynrado Ehingerio Vlmensi. At Hispani, ut minime stupida Gens est, non contenti propugnaculum alterum, quo ad sinistram est, occupasse, in porta arcis etiam & in cœnaculis, per quæ ascenditur aptis locis quinas militum stationes disponunt, in ipsum quoque Pontificis cubiculum præsidio inducto. Nam metus erat, ne elaberetur. Jam itaque potiebantur arce Hispani, sine quorum præfectis militaribus, Larcone, & Johanne Vrbinate, & suppræfecto Morono Mediolanensi nihil agebatur, nimirum huc spectabant, quum tot præsidiis Hadriani molem stiparent. Admittebant ad Pontificem, & excludebant, quos voluissent. Minus poterant Germanorum duo præfecti, primarii virtute, & majorum imaginibus clari, Conradus à Bemmelbergo oriundus ex Hessia, quem vulgo milites parvum Hessum appellitant, quod fratrem habeat grandiorem, & Vuendelinus cognomento, Ad Lacum, Italorum Mutius à Columna, Radus Burgundionum. Dum hæc geruntur, jam agebatur Julius Mensis. Nec superaverat Romæ, quod compilaretur à vago milite, & annona charissima erat, ac invalescebat pestis. Itaque totus exercitus sublatis signis, Narniam proficiscitur, præter eos qui præsidia agitabant in arce Pontificis, ceu memoravimus. Distat id oppidum 40 millibus passuum ab urbe. Expugnatur statim, diripitur, & destruitur, instar Romæ. Immo sevitum ardentius in Narnienses ferunt, pertexebatur causa, ni fallor, quod commeatum, quo nec abundabant ipsi, non subvexissent ad urbem. At non quiescebant Hispani, nisi Hadriani molem soli tenerent, forte instigante Pontifice, qui sperabat, se melius cum Hispanis, qui pauciores erant, transigere posse, quàm cum Germanis, gente effrena. Id quod paulo post accidit, ceu suspicor, cum dimissus est. Persuadent igitur Ehingerio, ut cum suis quinque centuriis, vexillum enim habebat, ex arce discedat, Hispanicis præsidiis locum cædens. Vix exierat, & ecce totus exercitus Narnia, Romam revertitur mense Septembri. Ibi rursum tumultu miscentur omnia. Agminatim adeũt Adriani molẽ, & urbẽ se denuo direpturos, atq; adeò inflãmaturos minantur, ni persolvat Pontifex promissa stipẽdia. Cũ efflagitãdi, minitãdiq; finẽ nullũ facerẽt, prodeũt ex arce tãdẽ colloquii dũtaxat gratia, si quo modo cõpesci milites Germani posſẽt, Archiepiscopus Sipontinus, Archiepiscopus Pisanus, Johãnes Matthæus Episcopus Veronẽsis, egregiè doctus homo, & Antonius Puccius Episcopus Pistorienſis: ex laicis, Jacobus Silviatus consobrinus Pontificis, & Laurentius à Rudolphis, frater Cardinalis à Rudolphis. Hos, ut dixi, colloquẽdi tantũ causa progressos, arripiunt statim avidi milites, & obsidum loco tenent. Erat in Palatio Georgiano, cujus ante meminimus, camera non ita alto loco, sed ferreis cancellis satis munita, in hanc illos contrudunt. Dii boni, quàm sæpe producti sunt in concionem ira frementem, & stipendia convitiis, & minis exposcẽtem: quàm sæpe ad ipsum patibulum adducti, quod in foro pro plectendis facinorosis erat erectum? quàm multis iniuriis domo, forisq; impetiti? Verba Germanorũ non intelligebant, sed satis loquebantur ipsi vultus insultantium. In vestibulo cubiculi, in quo obsides detinebantur, semper reperisses quinq;, raro pauciores, centurias militum, die noctuq; ostium observantes. Horum excubiæ durabant horas 24. Tum totidem centuriæ succedebant in decedentium locum perpetuò. Sed ò Germanorum ofcitantiam. Dum soliciti pro foribus excubant, obsides noctu per fumarium cubiculi pridie divi Andreæ erepserunt, nec visi postea sunt.

Conradus à Bemmelberg eques auratus. der Klein Hess/ Wendelinus zum Weyrt

Quam

Quam rem prius resciverunt Hispani, qui Hadriani molem cum Pontifice tenebant, quàm ipsi excubitores Germani. Vide ingenium & solertiam Gentis. Nec mirum si à præsule Romano, & obsidibus pecuniam tam insolenter flagitabant, qui domum summi ducis, totius exercitus, Principis Arausiensis, in demortui Borbonii locum pridem suffecti, fœdum in modum diripuerant, ut sibi metuens juvenis, Senæ profugeret. Hujus loco dux est mox institutus Marchio à Quosta, qui hoc officio functus est, donec mense Februario Neapolim proficisci cogerentur; nam inviti Romam relinquebant. Sed Galli per Picenum instructissimis copiis, nempe centum millibus peditum & equitum, ditionem Neapolitanam sibi vendicatum ibant. Quibus, nisi fuisset obviam profectus exercitus Romanus, & præcedendo restitisset, actum fuisset non solum de regno Neapolitano, sed & de ipso Cæsare eo exercitu, qui hinc Gallis, hinc Italis medio loco consistens, pœnas dedisset: nam velut inter Scyllam & Charibdim versans ab utrisque, paulò post ad internitionem haud dubiè fuisset cæsus, ni maturasset abitum. Ajunt exercitum Germanorum advenientem, fuisse quatuordecim millium, discedentem octo duntaxat. Tantam multitudinem absumpserat lues, quæ Romæ diu grassata est. Ante hoc tempus ab Hispaniâ literæ venerant, quibus Imperator apud Pontificem anxiè excusabat ea, quæ Romæ nuper acciderant. Nam injussu suo omnia esse gesta, nec se milites eos pro suis agniturum, qui tantum nefas ausi forent. Jubebatque liberum dimitti cum suis Pontificem: id quod & factum est, sed haud dubie prius pecunia placatis Hispanorum animis, in quorum manibus erat, ut supra diximus. Videbatur autem timere solicitus Princeps, ne præsul Romanus ipsum inter eos, quibus ex Christiano ritu communione piorum interdicitur, si non palam, saltem occulte retulisset. Ad quæ rescripsit Clemens, nunquam de Cæsare sic se sensisse, ut pro sacris abstento judicarit. Proinde meliora sibi de sede Romana promitteret. Ipse mox Orvietum concessit.

Carolus Augustus coram Heraldis regum Francorum & Anglorum, injussu suo Romam expugnatam, & Papam Clementem 7. captum, non semel protestatus est.

DE INCOMPARABILI HEROE JOHANNE Reuchlino Pfortzense.

ANno Domini millesimo 528 Egregius ille trilinguis, eruditionis Phœnix Johannes Reuchlin vita defunctus est, relicta posteris, honestissimi nominis immortali memoria. Dum viveret, & benefactis nomen suum immortalitati consecraret, obstrepentes habuit, aves aliquot pennis albis & nigris, Picas dicere possis, cristam gestantes vertice, rostris & unguibus aduncis, ventre prominente.

Prædicatores Monachos intellige, ob libellum, cui titulus Speculum oculare, qui tametsi sacramento & literis se obstrinxerant, se curaturos, ut causa illa perpetuo silentio oblitteraretur à Pontifice Romano, tamen testati sunt literis ad Romanenses, quod pro concordia & extinctione causæ scripserant, id nihil ex animo scriptum, sed tantum avertendi periculi causa. Literæ fuerunt missæ Romam, à Cardinali Mogontino, à Palatino Principe electore, & à Concilio Prædicatorum, quod Francophordiæ tum coierat, juxta exemplar exhibitum iis, quos illi exorarunt arbitros inter Franciscum Sickingerum, clarissimum virum, & patres ordinis. Monachi magna vi pecuniarum Petrum Anconitanum Cardinalem in officio continent, ut sententia Spirensis damnaretur, quam cõprobarat antea Cardinalis Dominicus Grimannus. A sententia Spirensi, inquit hic Hochstratus, Romam provocarat à Spirensi Episcopo, ut moras necteret, ut interim Reuchlino sene defuncto, liceret insultare & cum mortuo luctari. Cardinalis Dominicus Grimannus, qui totius causæ angulos excusserat, secundum justitiam erat pronunciaturus, sed sollicitantibus Monachis, mox adjunctus illi fuit Petrus de Accolintis, Cardinalis Anconitanus, Tituli S. Eusebii, nudissimus sacrarum literarum. Posthac additus tertius, Bernardus Cardinalis S. Crucis, pertinacissimus Thomista. Quid hic Grimannus adversus duos potuit, quando sententiæ non expenduntur, sed numerantur? Sed dũ opera doctissimorũ quorundam Cardinalium, Cardinalis sanctæ crucis revocatur, Hochstratus suis artibus effecit, quoniã tota res ex actis pendebat, ut patribus, fratribus R. D. Theologis & utriusq; Juris Professoribus, cognitio demandaretur. Hic erant de divi Dominici familia, sollicitatores causæ, & simul cognitores. Nihilo tamen secius potentissima veritas evasit superior. Nam ceperunt de scriptis Reuchlini, suffragia dicere in templo Beatæ Mariæ de pace, Georgius Benignus Archiepiscopus Nazarenus, Theologus antiquæ eruditionis, & Episcopus Malseranus, Græcus natus, idemque doctissimus senex, & Petrus Gryphus, Episcopus Foroliuiensis contra Hochstratum, ad confirmandam sententiam Spirensem. Quibus auditis M. N. Sylvester Prioratis per Nicolaũ de Schauenberg extorsit mandatum, ut vocant Apostolicum, de supersedendo. Sic Monachi nihil omittunt ad perdendum Capnionem. Anconitanus non semel dixit Reuchlini patronis, Pontificem nolle contra eorum clientulum ferre sententiam, neque jure licere quidem. At pro eo pronunciandum non esse, quod fratrum, & Theologorum agmina offendisse non expediat. Interea à Roma solvit Stephanus Rosinus, illic Cæsareus procurator, & Johannes Wick, patroni Capnionis, Grimannus extorris factus

fectus. Nazarenus Malphetanus,& Forolivienſis Epiſcopi mortui. qui judices hujus cauſæ, mortuus Cardinalis Senogallienſis,exautoratus Cardinalis Sancti Chryſogoni, deportatus Franciſcus de Sodorinis,viri optimi,& integerrimi,atque amici præcipui Reuchlini, propter ſummam illius eruditionem. Poſt hac Hochſtratus Heret. pra. inquiſitor, contra Reuchlinum judex & actor, cum Mogontiæ ſederet, jamiam condemnaturus libellum hujus, & peccatorem, ſcilicet, à facie terræ per ignem abſumpturus. Magontinus qui ſemper egit pro pace, per reverendum D. Laurentium Truchſes à Bamborsfelden admonitus,mox juſſit Imperioſis literis,u Hochſtratus illi ceu ordinario permitteret de cauſa cognoſcere. Interea per pontificias literas Hochſtratus cogitur, judicis partes cedere & actoris tueri,apud Spirenſem Epiſcopum. Judices Spirenſes fuerunt Georgius dux Palatinus frater Germanus principis electoris.Epiſcopus Spirenſis. Dominus Thomas Truchſes de Vueſthuſen,tum ſcholaſticus, Georgius de Schuualbach,cuſtos Reverend, Dominus Philippus de Flerſcheim,tum cantor,modo Epiſcopus. Hii aſſumpto Vigilio & alio quodam inter Monachos & Franciſcum Sickingerum clariſſimum heroa,concordiam æquam ſancierunt, quam tamen Monachi confirmatam juramento, literis & ſignis monaſteriorum publicatam reſciderunt: Hactenus de Reuchlin cauſa, Cujus viri memoria ſtudioſis & eruditis, ob hoc debet eſſe ſacroſancta,quod quemadmodum amator humani generis Deus, donum linguarum, ut olim per ſpiritum ſanctum Apoſtolis ad Evangelii prædicationem contulit. Ita,in hoc noviſſimo tempore, cum vellet Germaniæ miſereri,& ad agnitionem veritatis adducere, per Johannem Reuchlinum electum famulum ſuum mundo renovarit. Idem efficiat,ut omnibus linguis omnes ubique prædicent gloriam filii Dei, ut confundantur linguæ pſeudo-poſtolorum, qui Dei gloriam obſcurare nituntur, dum ſuam ſtudent attollere.

Anno domini milleſimo 529. die 26. Junii ab hora decima uſque ad mediam primam, viſus eſt Halo circulus rotundus circa ſolem,colores habens ſimiles iridi. Ajunt quatriduo antequam ruſtici in Zabernia occiderentur, ſimilem circulum viſum,An. 1525.

Hoc menſe motus fuit inter Helvetios,quinque Pagenſes erant in armis, armantur contra hos Thuricenſes,Bernates, Friburgenſes, Solaturnenſes & Respubl. quædam,tandem compoſuerunt.

Hoc anno ſeditionis ſpecimen fuit,& murmur Solatomi & Rotuuile propter verbum crucis, aliis dicentibus,bonum eſt,aliis non,ſed ſeducit turbas.

Hoc anno & præcedenti maxima fames fuit, Venetijs et in cõfinibus,vt multi homines(maxime inopes) fame morerentur, fertur Turcam ſubueniſſe periclitantibus inedia.

Anno eodem & præcedenti, negotium ſuſpicionis contra Principes Evangelicos & civitates, per quendam Othonem à Back excitatum,favore Domini pulchre compoſitum fuit. Iis qui conjurationis inſimulati fuerant,publice & privatim literis ſe innoxios teſtantibus.

Anno eodem Princeps Heſſorum Vuormatiæ agit cum confœderatis Suevicis legatis Regis Ferdinandi, Imperatoris & cæterorum Principum,qui petunt.I. ut cœnobia reſtituat & ceremonias: negat ſe facturum niſi edoctum ſacris literis: II. ut ducem Vlrichum à ſe ableget,ne aliquid adverſus Imperatoriam majeſtatem moliatur. Reſpondit alere ut cognatum. III. & fortaſſis ut pecuniam Epiſcopis reſtituat,hic reſponſum,quod olim Lacedæmonii ad prolixam Epiſtolam Philippi regis Macedonum unica ſyllaba, οὐ.

Anno eodem Veneti ut Cæſaris Caroli potentiam imminuerent, reſumptis armis ad Neapolim occupandam profecti ſunt,habebant ſub ſignis quinquaginta armatorum millia, hunc numerum auxit Gallorum adventus. Cæſariani audita eorum appropinquatione nocturnis horis ſummo ſilentio egreſſi,cæſis vigilibus hoſtium caſtra invadunt,& priuſquam ſomno exporrecti arma capere potuerunt, funeſtam Gallo Venetoque pugnam fecere. Eſt poſtea totis utriuſque partis viribus in aciem deſcenſum & ſubito Ferdinandi Regis ad Cæſareanos ſuperventu in prælio, & mox in fuga multa hoſtium millia aut cæſa ſunt aut capta. Ea clade Rex Franciſcus magis irritatus, quinquaginta triremes inſtruxit, quibus onuſtis commeatu, machinis, aliiſque oneribus ad uſum belli neceſſariis,impoſitos armatos ad Hiſpaniam miſit, qui domo profecti non multo poſt ſecundo curſu Hiſpaniæ littoribus appellunt. Expoſitæ itaque in continentem copiæ maritima loca fœde populantur,& cum obvium nuſquam haberent hoſtem,ſpe occupandi regnum & regios filios apud Cæſarem obſides,liberandi longius progrediuntur. Haud ceſſavit in tanta occaſione Hiſpanus; nam procedentes à tergo adortus paſſim trucidat,præter eos qui cæſi & quos pauciores fuga texit,cæteri omnes capti ſunt.

Bellum Caroli & cum Venetis & Gallo.

Eodem anno menſe Julio à Gallis non minus male pugnatum eſt,quum in ſuis vexillis,Aquilam geſtantes Cæſarianos ſe mentiti Mediolanum nullis obſiſtentibus intraſſent, atq; occiſis qui urbem tuendam ſuſceperant Hiſpanis,arcem quoq;nullo ſe negocio expugnaturos ſperarent. Poſt dies enim non multos iis de rebus certiores facti, Arangius Princeps & Andreas Adorius, diurnis nocturnisque itineribus in agrum Mediolanenſem contenderunt, ſuis in præſidio erant,opem & ſuppetias laturi,dux arcis videns adeſſe,quos per nuncios vocaverat Cæſareos exercitus,Cæſareosque præfectos, ſubita facta eruptione,Gallos qui locum cinxerant,adoritur. Dimicatum eſt aliquandiu,fuitque ab initio, cruenta & ambigua pugna exitu vero infœlix militi Gallo.

Galli Cæſareanos ſe mentiti.

Digitized by Google

Dum enim atrociter intra mœnia certatur, qui foris erant, Cæsariani urbe capta, suorum se copiis ingenti lætitia adjungunt, & fusum fugatumq; Gallum cum cede ac strage prosequuntur; Plurimi ex Gallis sunt ea pugna desyderati, Occubuere cum iis plerique nobiles.

Pax cum Cæsare Pont. Rom, Gallo Angl.

Anno eodem, Inter Pont. Rom. Clementem ejus nominis septimum, Carolum V. Franciscum primum Gallorum, Ferdinandum Hungariæ ac Bohemiæ & Henricum Angliæ reges, Cameraci in æde sacra virgini Mariæ, congregato ornatissimo agmine procerum, assistente omni fastigio ordinis Ecclesiastici, auspice Deo, circumfusa ingenti officiorum ac magistratuum civilium multitudine, æterna pax est promulgata. Ac tum demum Italia, Hispania, Gallia & Germania bellicis curis solutæ quieverunt. Ad hanc pacem componendam venit Pont. Rom. legatus Cardinalis Salviatus Cameracum: Veniunt & in eandem urbem, duæ illustres fœminæ Margareta, Caroli Cæsaris amita, & Ludovica Galliarum regis Francisci mater, quibus solis commissum fuerat à Cæsare & regibus faciendæ pacis negotium, qua jam promulgata, Galliæ rex Franciscus, cum universo flore procerum regni sui, Cameracum ingressus, Margaretam salutavit.

Johannes Vayevoda.

Quo anno inter Principes Christianos pax coivit, Ferdinandus multa sibi prius à Turcis Hungariæ adempta loca recepit, & hostem suum Johannem Vayevodam, qui ad se regni jura pertinere ajebat, fugere coegit. Hic ita se victum & expulsum iniquissimo animo ferens, Turcarum tyranni rursus implorat fidem. Visa est hujus causa Turcæ satis digna, quam totis viribus tueretur. Itaque cum validis exercitibus in Hungariam regressus, quæ non multo ante Ferdinandus recuperaverat, omnia rursus expugnat. Inde ad Austriam veniens in morem torrentis. Omnia vi sua proculcat: Multo plura ejus jussu ædita sunt, in pios crudelitatis exempla, quam fatu scriptove quis æquare possit. Alii luminibus privati, his manus, illis nares & aures præcisæ, horum filiis virilia adempta, corruptæ virgines, matronis mammæ mutilatæ, pregnantibus exectus uterus, flammis consumpti partus. His patratis Viennam Austriæ urbem fama & opibus celebrem gravi obsidione adortus est, sexto Calend. Octobr. Fama est eum ducenta & quinquaginta millia armatorum sub signis habuisse. Obsidionis initio eruptione ex urbe facta pii repulsi sunt, è quibus capros complures Turcarum Imp. Viennam remisit nunciaturos suis, maximo & terrifico armorum apparatu ac viribus advenisse hostem. Si deditionem facere ultro vellent ab omni injuria temperaturum, contra ferro & igni ad unum omnes interituros, si pergerent obsidentis cursum impedire. Ubi vero contemptim se audire vidit, totus in civitatem versus fremere vehementerque indignari, & cum parte multo maxima copiarum eo confestim devolans, tormentorum crebris ictibus, muro locis aliquot disturbato, suos urbem invadere jubet. Atrociter Viennam milites adorti muros intrepide subeunt, fuit utrinque magnum, sed Turcis magis cruentum certamen. Pii egregie & valide urbem suam defendentibus. Ad hunc modum semel & iterum tentati nostri multos è Turcis orco demiserunt. Tertio Idus Octobr Impii tertium muros oppugnare incipiunt, utrinque clamor auditur: Duces suos quisque ad locum destinatum ducunt, adsunt, hortantur, rem gerunt. Sed & hoc congressu impios vicerunt pii, saxisque ingenti pondere eminus incutiebant, in subeuntes Turcas devolutis. Juvabat & illud quod faces certatim jacularentur intorquerentq;. Postrema oppugnatione tot labores desudati, tantum sanguinis fusum, tanta est ædita Turcarum cædes, ut qui metu nostrorum, Christianam urbem strenue propugnantium, cesserant, nullis postea potuerunt, ne Imperatoris quidem sui, comminationibus eò adigi, ut recurrerent. Nullum puto à condito ævo locum majore mole oppugnatum, nullum magis strenue defensum. Vicies, ut fertur hostis subiit muros, vicies cum ingenti strage à mœnibus repulsus Dei virtute, nec non ducum, civium, & militum fide: manfit inter tot terrores tres Vienenſis ad exitum, incolumis: maximo vero fide virtute & fœlicitate illustrissimi Principis Philippi comitis Palatini Rheni & ducis Bavariæ, defensa est Vienna: cujus hinc extat beneficium, non solum erga patriam, sed & universam Germaniam maximum & immortale. Turcarum Imperator post multos irritos conatus spe potiundæ urbis abjecta, ad Idus Octob. exercitum abduxit, sexaginta hominum millibus & amplius in oppugnatione amissis. Poloni testantur, quod circiter 80 millia amiserit partim occisa ante Viennam, partim fame & frigore mortua. Numerum annorum hujus obsidionis in his carminibus habes.

Viennæ obsidio.

Numerus Turcici exercitus.

Cæsar in Italiam quo venit Carolus anno,
Cincta est Rhœis nostra Vienna Getis.

Anno Domini millesimo 529 mense Aprili, fuerunt magna comitia Spiræ: In quibus magna fuit frequentia principum, cum primis Ecclesiasticorum, fertur insignem papistam illis prædicasse, & inter reliqua dixisse se malle ab Evangelio quam Ecclesiæ ceremoniis desciscere, dignior qui cum vitiis dimicet, quam qui in comitiis prædicet. Princeps elector Saxoniæ, Item Lantgravius Hassiæ, illic habuerunt suos concionatores Evangelicos. In fine comitiorum protestati sunt Principes aliquot & civitates de non consentiendo in quædam concluſa in præjudicium doctrinæ pietatis & Christianæ veritatis. Legati quorundam principum tum rogati de Catastrophe Comitiorum Spirensium, dixerunt: Minus pecuniæ, multum peccatorum, Plus inquietudinis.

Anno

Anno eodem, Cum ferè triennio maxima fames vexaret Germaniam & Galliam Reſpu. Argentoratenſis exteris, ſupra centum millia quartalia frumenti, vendidit. Hujus pars fertur Mediolanum uſque abvecta fuiſſe.

Eodem anno duo millia centum & quinquaginta pauperes, Gallos & Germanos, Reſpub. Argent. in Monaſterio minorum, magna moleſtia & labore, ſuſtentavit, in cibo potu veſtitu & reliquis neceſſariis corpori.

Eodem anno in hoſpitali aliquot hebdomadibus quotidie quadringẽti (ultra, eos qui communiter iſtic habentur numero centum & viginti) fuerunt ſuſtentati.

Anno domini 1530. In Hoſpitio peregrinorum à feſto Johannis baptiſtæ, uſq; in recurſum ejuſdem diei, Anno 1531. Peregrini hoſpitio excepti fuerunt, viginti millia quingenti quadraginta octo, nam præfectus ejus loci numerum hoſpitum ſingulis noctibus advenientium aſſignat.

Anno domini 1530. à feſto Michaelis, uſque ad diem Michaelis, anni 1531. in frumento communis eleemoſyna Reipub. Argentoratenſis (cujus Diaconus eſt vir pius dexter & perſpicax M. Lucas Batodius) expoſuit mille nongenta quartalia & nonaginta quinque quartalia. Puerorum Orphanorum numerus tamen fuit, centum quinquaginta, quorum media pars adhuc apud nutrices ſervabatur. Hæc non ideo referuntur, quaſi non apud alios Principes & Reſpublicas, ſimilia vel majora facta ſint, quoniam Chriſtus ubique habet ſuos: aut quod contra præceptum Chriſti Matth. 6. hinc inanis gloriæ corragium quæratur. Quin potius ut iſtiuſmodi exempla nos & poſteritatem in ampliorem charitatem & dilectionem provocent. Imò à calumniis quorundam aſſerant, opus fidei & laborem charitatis impie traducentium.

SYNODUS MARPURGENSIS, SUPER *Sacramentaria cauſa.*

ANno domini 1539. Illuſtriſſimus princeps Philippus Lantgravius Haſſiæ, pro publica utilitate totius Germaniæ ac Chriſtianitatis, pro Eccleſiarum concordia provehenda, Synodum inſtituit Marpurgi, ut ad ultimam Septemb. D. Lutherus & ſui, Oecolampadius item & Zuinglius convenirent. Utraque pars annuit principi æquiſſimo. Ad initium Octobris ventum fuit Marpurgum, ibi illuſtriſſimus princeps humaniſſime excepit ſingulos, quenque ſuo nomine ſalutans.

Ante publicum colloquium, primum privata habuerunt D. Lutherus & Oecolampadius ſoli, Philippus & Zuinglius ſoli. Die ſabbati, quæ fuit ſecunda Octobr. Colloquium erat publicum, pro cujus exordio clariſſimus vir Cãcellarius, nomine Principis, alloquutus fuit, ut poſitis affectibus, omnes quærerent gloriam Dei, & concordiam eccleſiarum: & egit gratias, quod adveniſſent. Cœperunt miſcere colloquia, & conferre ſcripturas cum explicationibus patrum, D. Lutherus, Oecolampadius, Zuinglius. Triduo duravit colloquium, & duraſſet diutius, ſpe uberioris tum concordiæ futuræ, niſi horrendus ille morbus Sudatorius ſubito lætaliter Marpurgum infeſtaſſet & Principem cum nobilibus, & vocatos diſperſiſſet. Tum convenit in hiſce articulis, & anno 1536. ex integro, laus ſit Deo ſuper inenarrabili ſuo dono. *Sudatorium morbus.*

Articulus de Sacramento corporis & ſanguinis, cui utraque pars tum ſubſcripſit, hic erat poſtremus inter 15 articulos. I. De unitate & trinitate Dei. II. De incarnatione Verbi. III. De paſſione & reſurrectione Chriſti. IIII. De peccato originis. V. De fide in Jeſum Chriſtum. VI. Quod hæc fides non ſit ex meritis, ſed ex dono Dei. VII. Quod hæc fides ſit juſtitia noſtra. VIII. De verbo externo. IX. De Baptiſmo. X. De bonis operibus. XI. De confeſſione. XII. De magiſtratu. XIII. De traditionibus humanis. XIIII. De Baptiſmo parvulorum. XV. Credimus & tenemus omnes de cœna Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod utriuſque ſpeciei uſus eſſe debeat juxta Chriſti inſtitutionem. Quod miſſa non ſit opus, quo aliquis gratiam impetret, vel vivis, vel defunctis. Et quod Sacramentum altaris ſit verum Sacramentum corporis & ſanguinis Domini. Et quod ſpiritualis manducatio ejuſdẽ corporis & ſanguinis cuivis Chriſtiano imprimis neceſſaria ſit. Item uſus ſacramenti, quemadmodum verbum à Deo omnipotenti datum & ordinatum ſit, ut per hoc infirmæ conſcientiæ ad credendum commoveantur per ſpiritum ſanctum &c.

AD SYNODUM MARPURGENSEM, SUPER SACRAmentaria cauſa conferentem, Euritii Cordi exhortatio.

Inſignes verbi proceres, argute Luthere,
Suavis Oecolampadi,
Magnanimis Zuingli, pie Snepfe, diſerte Melanchthon,
Fortis Bucere, candide
Hadio, præcellens Oſiander ſtrenue Brenci,
Amice Jona, acer Crate,

institutoe. Quorum Jacobus Spiegellius, Juris prudentia clarus, prius Maximiliano Cæsari, mox regi Ferdinando fuit à consiliis. Apud quem nuper Johannes Majus, natu minor, in fratris locum successit, aulæ primoribus, indolis elegantia, ac dexteritate morum jure optimo gratissimus. Annum attigit penè octogesimum diutius etiam victurus, si corpusculi deficientis rationem ullam habere voluisset. *Iacobus Spigelius D.* *Iohannes Maius.*

CORONATIO CAROLI V. BONONIAE, & Comitia Augustæ. Anno 1530.

HIC annus insignis fuit coronatione Caroli 5. Bononiæ, 22. Februarii in æde Petronio sacra, congregato flore procerum, & Ecclesiasticis adsistentibus, Imperatoria corona insignivit eum Clemens Pontifex Romanus, ejus nominis septimus. Ab hac coronatione profectus in Germaniam, in profesto corporis Christi venit Augustam, ibi Principibus, & imperii statibus præsentibus Comitia habentur. Indicta ideo ut deliberetur de auxiliis contra Turcam atrocissimum hæreditarium atque veterem Christiani nominis, ac religionis hostem, quomodo scilicet illius furori & conatibus durabili & perpetuo belli apparatu resisti possit. Deinde & de dissensionibus in causa nostræ sanctæ religionis & Christianæ fidei, & ut in hac causa religionis partium opiniones ac sententiæ inter se, in charitate, lenitate & mansuetudine mutua audiantur, coram, intelligantur & ponderentur, ut illis quæ utrinque in scripturis secus tractata, aut intellecta sunt, sepositis & correctis, res illæ ad unam simplicem veritatem, & Christianam concordiam componantur, & reducantur, quare Cæsareæ majestati fideles & subditi (vigore Cæsarei edicti, quod singuli status imperii suam opinionem & sententiam in Latina & Germanica lingua proponere debeant) articulos confessionis & fidei obtulerunt, Johannes dux Saxoniæ elector, Georgius Marchio Brandeburgensis, Ernestus dux Luneburgensis, Philippus Landgravius Hessorum, Johannes Fridericus dux Saxoniæ, Franciscus dux Lunenburgensis, Vuolfgandus Princeps ab Anhalt, Senatus magistratusque Norinbergensis, Senatus Reutlingensis. Habet autem hæc confessio articulos fidei præcipuos numero 21. Deinde articulos, in quibus recensentur abusus mutati, de utraque specie, de conjugio sacerdotum, de missa, de cõfessione, de discrimine ciborum, de votis monachorum: de potestate Ecclesiastica vide confessionem & Apologiam confessionis. *Coronatio Caroli 5.*

Item quatuor civitates Argentoratũ, Constantia, Memmingen & Lindauu, per legatos Confessionem, & fidei rationẽ Cæsareæ Majestati offerunt. Summa hujus est in articulis 23. I. Unde contiones sint desumptæ, nimirum ex scripturis sanctis. II. In quo & consueta doctrina Ecclesiasticorum discessum sit. III. Unde sit justificatio nostra. IIII. Cui fidei justificatio tribuatur. V. Cui ascribenda bona opera, & quam sint necessaria. VI. Quid homo Christianus agere debeat. VII. De jejunio & oratione. VIII. De præcepto jejunii & oratione. IX. De discrimine ciborum. X. Quod oratione & jejunio nihil mereamur. XI. De invocatione & cultu sanctorum. XII. De Monachali statu XIII. De officio dignitate, & potestate Ecclesiastica. XIIII. De traditionibus humanis. XV. De Ecclesia. XVI. De Sacramentis. XVII. De Baptismo. XVIII. De Sacramento corporis & sanguinis Christi. XIX. De Missa. XX. De confessione. XXI. De cantu & oratione Ecclesiasticorum. XXII. De imaginibus. XXIII. De magistratu prophano. Huic confessioni Papistæ quidam, si diis placet, confutatores, nomine Cæsareæ Majestatis, adnisi sunt respondere, & convellere hanc confessionem, sed citra scripturam, & sic plane, ut horrendis calumniis gravarent innocentem causam. Hinc Respub. coactæ fuerunt, per Apologiam se purgare, quæ confessioni annexa est. Certè non ob aliam causam, quam ut vetus, vera & indubitata Christi Jesu doctrina cognoscatur, & per falsissimas confutatorum calumnias, nemini ponatur offendiculum.

Eodem anno Nonis Novemb. Brabantiæ, Holandiæ ac Flandriæ loca littoralia, maritimaque Selandiam propemodum universam dira aquarum obruit alluvio ruptis aggeribus mari, & fluminibus passim inundantibus, cum magna & hominum & rerum strage, non tantum pagi, sed & oppida Flandriæ atque Selandiæ enavigata sunt cymbis fluvialibus. Fuerunt maria omnia adeo insolenter per id tempus aucta, ut ternis aut quaternis pedibus supergressa sint aggerem. Scio (inquit Hadrianus Barlandus) fuisse paucos admodum in Selandia, quos tam sæva hæc tempestas non deprehenderit, *Aquarum ingens alluvio.*

Vidisses ruere per apertos flumina campos,
Cumq; satis arbusta simul pecudesq; virosq;
Et rapere tecta cumq; suis penetralia sacris,
Et mare, & tellus nullum discrimen habebant,
Omnia Pontus erat, deerant quoq; littora Ponto,
Occupat hic collem cymba, sedet alter adunca,
Et ducit remos illic, ubi nuper ararat

Digitized by Google

Si noctu veniſſet tam ſubitus & grandis cataclyſmus, nõ dubium quin plurima hominum millia fuerat abſumpturus.

Margareta Maximiliani filia moritur.

Eodem anno Mechliniæ mortem obiit Cæſaris Maximiliani filia Margareta, anno ætatis 51. Ea nocte viſus traditur Cometes apud Hagam, comitis in Hollandia.

Roma ingens vis aquarum.

Anno eodem Romæ præter tonitrus ingentes, & crebros ignes, tanta vis aquarum cœlo decidit, ut altero ſe perituros diluvio metuerint homines, Tybris ſe effundentis impetu & publicæ & privatæ domus corruerunt. Atrox vis tempeſtatis hujus ſecum rapuit, & in alveum fluminis deportavit etiam ædificia, quæ trium aut quatuor fictilium lapidum denſitate conſtabant. Si quis vitæ ſervandæ ſtudio & cupiditate conſcenderant tecta alta domorum, hãs ventorum violentia humi decuſſos, Tyberinis undis abſorbendos dedit. Locis urbis depreſſioribus aquæ in triginta trium, aut ſex pedum altitudinem ſeſe extulerant. Unde factum eſt, ut frumenti, quod tum erat in urbe, plus quam tria modiorum millia, fluctus abſumpſerint, præter vinaria vaſa, quæ diſſoluta effuſo liquore aquis innatabant, & alia permulta precioſiſſima, quæ in penariis hæc tempeſtas repperit.

FERDINANDUS XL. GERM. CÆSAR.

Ferdinandus 40. Germ. Cæſ.

ANNo domini 1531. die 11. Januarii Carolus 5. Imper. frequenti procerum Germaniæ conventu, Aquiſgrani Ferdinandum Bohemię & Ungariæ regem fratrem ſuum, ut gradum ei faceret ad imperium regem Rom. declaravit.

Terræmotus in Luſitania.

Anno eodem ſeptimo Calend Februar. motu terræ concuſſa eſt tota ferè Luſitania. Ulyſſiponæ corruerunt mille & quingentæ domus, ex omnium ſpectatiſſimis, plus ſexcentæ ruinam minatæ ſunt. Templa omnia in lapidum acervum redacta traduntur. Hic motus terræ dies octo duravit, & quotidie per intervalla rediit, ut ſepties aut octies interdiu huic periculo fuerint obnoxii incolæ, unde relicta urbe, homines in campis ſub dio agere ſunt compulſi.

Atrox peſtilentia

Ad hæc, ex locis illis quidam ſcripſerunt certos hiatus factos, unde peſtilentiſſimus aer exhalaret, atque hinc atrocem ortam peſtilentiam.

Cometes.

Hoc anno, menſe Aug. viſus eſt Cometes in Germania, Italia & Gallia, ad Occidentem tribus hebdomadibus, de qua variæ doctorum hominum opiniones fuerunt.

Turca tentat Viennam.

Eodem anno agente Aquiſgrani, à coronatione, Ferdinando rege, tum ratus Turca veniſſe tempus, quo rem Chriſtianam vel modico conatu affligeret, in Hungariam recurrit, Viennam iterum tentare volèbat, ſed Imper. Carolus & Ferdinandus Cæſar cum ad ſuos ſcripſiſſent, ut viderent ne majus aliquod detrimentum Chriſtiana reſpub. pateretur, duces caſtra caſtris contulerunt, cum hoſte in aciem deſcenderunt, fuit id fœlix prælium, copiarum Solymanni parte multo maxima, aut capta aut cæſa.

Piſcis longus pedes ſexaginta octo.

Eodem anno & menſe in littore Hollandiæ, non longe ab Herlemo, mare piſcem ejecit mortuum, qui longus fuit pedes ſexaginta octo, craſſitudini ejus, qui viderunt triginta, oris hiatui tredecim pedes tribuunt.

Poloni victoria, contra Valachos.

Idem annus Ludovicæ matris Franciſci primi, Gallorum regis morte, ac victoria Poloniæ regis, contra Vayuodam Muldaviæ Turcæ tributarium, & Valachos inſignis fuit. Vualachi bis cum Polono manus conſeruerunt, Polonus utroq; prælio ſuperior, priore Vualachorum ſex millia profligavit, ex quo numero multi cæſi, capti ſunt quam plurimi, altero, ipſum quoque Vayeuodam duobus vulneribus ſaucium fugere coegit.

BELLUM TYGURINORUM CUM ALIQUOT Helveticis pagis. Anno 1531. Et Zuinglii mors.

ANno domini 1531 Undecima die Octobris, cum nunciaretur bellum Tygurinis à quinq; pagis, hora 12. diei, & hoſtis ex improviſo jam immineret ditioni eorũ, mox egreſſi ſunt è Tyguro cives numero 1200. & circa Capell & Bremgarten invenerunt hoſtem, ad veſperam hora quarta in conflictu Tygurinorum, circiter tria millia confluxerant, præfectus bombardarum Tygurinorum bis emiſit pixides in quinque pagenſes, nec in vanum, multis abſumptis. Inſuper qui pro patria pugnabant, bis hoſtem in fugam adegerunt. Tandem Uri, Schuuitz, Unteruualden. Zug (Lucernates enim non dicuntur adfuiſſe) ut belli eventus varius eſt, victores evadunt, ſed nõ ſine magno damno accepto. In hoc conflictu Tygurini ultra quadringentos vivos non amiſerunt, ſed illos præſtantes & incomparabiles. Inter quos fuit Ulrichus Zuinglius. De cujus viri interitu clariſſimus vir Heinricus Bullinger, ſic ſcribit in libro, de functione Prophetica. In hoc homine ardens fuit amor juſtitiæ, flagrans æquitatis ſtudium, & inexplebilis patriæ fœlicitatis cupiditas, contra vero, ſummum in flagitioſos, & extremũ in flagitia odium. Nemo enim facile explicarit, quantis ſudoribus luxum inertem, ſanguinolentos largitiones, & multorum ſævam expugnarit oligarchiam: & rurſus, quanta cura avitam frugalitatem, probitatem, & ſanctum (Jojadæ ad amorem)

ſtuduerit

ſtudierit reſtituere imperium, quas ob res, vir Dei ſanctus, pulchram tandem oppetiit mortem. Ab iis enim cæſus eſt, quibus ipſe ſeſe tota impenderat vita, ut illos à largitionibus, bellis, luxu, péſſimis quoque ſuis ſtudiis, in viam reduceret juſtitiæ. Hæc autem mortis viri juſtiſſimi, veriſſima eſt cauſa, ut ut alii alias necis jactitent cauſas. Huc facit quod Zuinglium nõ animi libido ad pugnam animavit, ſed ſanctum magiſtratus edictum armavit. Hæc ille. In altero conflictu, qui fuit circiter 26. diem. Octobris, in mõte apud Zug, deſyderati ſunt plus minus octingenti. De hoc bello fortaſſis Helvetici ſcriptores, ut de aliis memorabilibus, certiora brevi tradent.

DE JOHANNE OECOLAMPADIO PIISSIMO
ac doctiſſimo viro, præceptore chariſſimo.

Oecolampadius.

NAtus eſt anno 82. ſupra milleſimum quadringenteſimum in oppidulo Cheruſcorũ Vuinſperga, parentibus, ut illic vivitur, abunde divitibus, unum hunc ex libris ſuis ſuperſtitem, literis & religione prope lactantem imbuerunt, perceptis literarum emolumentis amplius erudiendus Heltprunnam, deinde Heidelbergam venit, ubi eos progreſſus fecit, ut natus annos nõ amplius duodecim tolerabilẽ verſum ſcriberet, biennio poſt Baccalaurei, ut vocãt honorẽ obtinens. Nec minus illa ætate, religione & vitæ innocẽtia, fecit operępretiũ quã literis. Poſteaquã adeptus eſt Magiſterii titulũ, Bononiã cõceſſit, juris ſtudendi gratia: ſed intra ſemeſtre tẽpus cũ valetudo cœlum Italicũ averſaretur, coactus eſt redire ad ſuos. Heidelbergã repetiit, poſthabitis legibus civilibus, audiendæ Theologiæ ſe mancipavit, admiſſis in partem literis humanioribus & linguis. Conſilia omnia huc conferens, ut veritatis literatæ conſcius atque domeſticus fieret. Quo factum ut princeps elector Philippus Palatinus liberis ſuis natu minoribus inſtitutorem eum præficeret. Aulæ valedicens, ad pia ſtudia redit, & Eccleſiaſtes fit Vuinſpergenſis: prius tamen Tubingam adiit & Stutgardiæ Capnionem illis temporibus in linguis doctiſs. convenit, à quo guſtum qualemcunque Græcarum literarum intra paucos dies cœpit, quem brevi adeo ex mutis (ut dicitur) magiſtris provexit, ut Heidelbergam reverſus, Grammaticam cui titulum fecit Dragmata, cõſcriberet. Simul Hebræa à quodam Hiſpano eodem tempore didicit. D. Capitonis tum Concionatoris Baſilien. opera effectum poſthac eſt, apud Chriſtophorum ab Utenheim, Epiſcopum Baſilienſem, ut Oecolampadius parochiæ primi templi Baſilienſis præficeretur, ibi cum D. Eraſmus primum annotationes novi Teſtamenti aditurus eſſet, Oecolampadium in participatum ſanctiſſimi operis accivit. Deinde vocatur à Canonicis Auguſtanis, ut concionibus illic primi templi præſit. Atqui nondum maturuerat meſſis Chriſti, nec dum alba ad meſſem ſeges Evangelica, vitaque cum vulgi tum Eccleſiaſticorum corruptior, quam quæ medentis manum ferret. Inde ſecedendi captavit conſilium. Jam in hoc inſtituto cum eſſet, præter conciones certas quas ædidit, ſcripſit etiam de confeſſione librũ, hujus occaſione Glapion Franciſcanus, qui tum Cæſari Carolo à confeſſionibus, ingens viro periculum creavit. At fortunante Domino, ſolicitantibus amicis & conſentientibus fratribus qui in eo cœnobio erant, tutò diſceſſit, venit Mogontiam, ibi Capito à conventu Vormatienſi, cum Caſ. Hedione colloquentem, præter expectationem deprehendit. Inde ad Heroem illum incomparabilem Franciſcum à Sickingen: apud quem Miſſam repurgare cœpit, & vertit ex Chryſoſtomo Pſegmata. Ubi autem vir ille infœlici bello implicitus, Baſileam conceſſit, ibique ſenatu volente, ut ut Sophiſtæ reclamarent, publice Eſaiam prælegere cœpit. Mox petente id parocho ad D. Martinum, pro eo functus eſt concionandi munere. Magna papiſtici gregis invidia, ſed vicit tandem is quem pure prædicabat, Chriſtus. Itaque annos quinque ſine legitimo ſtipendio parœci vel Concionatoris, Chriſtum docuit. Eodem tempore Chriſoſtomum in Geneſim & Theophilactum univerſum latinos fecit. Diſputationi Badenſi in qua Faber & Eccius regnabant, non ſine gravi periculo interfuit. Poſt annum, & Bernenſi diſputationi & reformationi operam ſuam egregie navavit. Non diu poſt Baſileæ & in agro Reipub. Baſilien. hujus graviſſimi viri cõſiliis & dexteritate, cepta fuit reformatio, reſtitutaq; in illa ſua Eccleſiaſtica diſciplina & cẽſura excõmunicationis. Mox accerſitus Ulmam cũ Ambroſio Blaurero & Martino Bucero ſalubri cõſilio ei Eccleſiæ adfuit, ut ad Evangelii gnomonem Eccleſiaſtica omnia exigerentur. In ſumma, doctrina Dei, vita inculpata & benefactis non ſolum Germaniæ ſed orbi Chriſtiano ſtuduit ſalutaris eſſe, teſtantur hoc innumeræ verſiones Chryſoſtomi, Cyrilli, Theophilacti &c. Explicationes ſanctæ in Eſaiam, Haggeum, Zachariam, Danielem, Jobum, Hieremiã, Ezechielem, in Epiſtolam ad Hebræos. In Johannis Evangelium, in Canonicam Johannis, in Romanos &c. Verum cum Helvetia, Anno 1531. infœlici bello flagraret & Zuinglius fortiſſimus, reſtituendæ apud ſuos innocentiæ, adſertor, & ſedulus Evangelicæ ſyncericatis vindex, ceciderat, Anthrace corripitur Oecolampadius, & poſtquam quindecim diebus decubuit, poſt multa ſancta colloquia, quę habuit cũ primoribus viris & miniſtris Eccleſiarum, adductis etiam in conſpectum liberis, Agite, inquit, tu Euſebi, tu Erena, tu Alethæa mea pignora, Deum diligatis &c. Tandem ultimam hanc vocem, Salva me Chriſte Jeſu, emiſit os illud venerandũ & pium caput, ac obdormivit in Domino. Hęc [illegible]

Inſtitutor liberorum Principis Palatini.

Eccleſiaſtes Vuinſpergenſis.

Dragmata.

Parochus Baſilien.

Concionator Auguſtanus.

Succeſſus Oecolampad.

Venit ad Franciſcum Sickingen.

Diſputationi Badenſi, Bernenſi.

Baſilea, Vlma.

Verſiones Oecolampadii.

Gryneus in Epistola ad Capitonem & Capito in vita Oecolampadii summatiè indicant, qui fusius hæc scire velit, legat & profecto cum fructu leget.

Anno millesimo quingentesimo secundo Carolus Imperator ex Brábantia venit Ratisponam, ubi comitia indixerat, & cum eo Rex Ferdinandus præterea & alii principes. Consulturi in causa religionis & in resistendo Turcæ.

Anno Domini 1514. Cum illustriss. dux Ulricus ministri sui iniquam cædem ultus, Keutlingam civitatem liberam & confœderatam, in ditionem suam redegisset, à fœdere Suevico pulsus, annis ferè quindecim exularet, tandem Illustriss. Princeps Hessorum (quæ est ejus divina indoles & industria) avunculi principis causam animadvertens negligi, comperendinari, contemni, indies haberi & fieri deteriorem, conciliatis Principum externorum & potentum Germaniæ animis, collecto milite tam suo quã externo, eoque veterano & omnibus diligentissime prospectis, mittit legationem in Hispanias ad invictiss. Cæsarem Carolum honesta & justa oratum, alteram ad Cæsaris fratrem Ferdinandum, Pannoniæ utriusque & Bohemiæ regem, eadem, quæ à Cæsare, petitum, ut videlicet, duci Ulrico paternus ducatus restituatur, se idcirco nunc in armis esse qui ducem affinem restituat. Porrò legatis non satis æqua referentibus, prodit in bellum quibus valebat pollebatq; viribus, venit, vidit, vicit, obviã it adversariis apud Laufenũ (oppidi id nomẽ est) Philippus Philippo, Bavarus Hesso, is inquã. Illustrissimus princeps Bavarus, qui tertio ab hinc anno Turcarum vim sustinuerat, Viennæ Austriæ de tota Germania optime meritus, hic fortissimus heros vulneratur, quod non sine ingenti mœrore tulit Hessus. Arces munitissimæ, quæ Imperii vires laturæ putabantur, quæque superioribus annis confœderatorum minas & machinas cõtempserant, Aspergum, Auracum, Nissa & reliquæ aliæ sesquihora, aliæ sesquidie Hessum accipiunt, unà veterem & desyderatum dominum Ulricum. Itaque paucissimis diebus toto confecto negotio, recuperatoque Ulrico ducatu, ad Danubium castrametatur Hessus, moxigitur per Illustriss. Principes electores Albertum Archipræsulem Moguntiæ & Joannem Fridericum Saxoniæ, Georgium ducem Saxoniæ, oblatis acceptisque pacis conditionibus, revertitur in Sparram suam, Dei opt. max. clementiæ & bonitati acceptum ferens fœlicem rerum successum & victoriæ hujus gloriam. Nec minor tum fuit, imo verissima victoria inclito Ferdinando Cæsari invictissimo, qui seipsum vicit, vicit affectus suos, quibus si indulgere quam resistere maluisset, si vires experiri suas, quis non videt, quanti motus, quãtæ cædes futuræ fuissent, nihilo victo deteriores quã victori, nihilo victori lętiores quam victo, quare maluit ab exiguo cadere ducatu, quã tuibari Germaniam, pro quo beneficio, quod cedendo contulit, dominum & Augustum suum agnoscit, Ulricus Austriacæ salutis & Germanicæ pacis semper studiosissimus. Agnoscit Hessus Cæsarem, agnoscit orbis Christianus defensorem & protectorem suum.

Eodem anno pii magistratus civitatum Constantiensis, Lindoviæ, Isnæ, Biberaci, ope & auxilio optimi viri Petri Busleri civis Isnensis, erexerunt stipendia aliquot pro candidatis Theologiæ, ut posteritas vel aliquos habeat appositos ad docendum vel juventutem vel Ecclesiam Dei. In hoc Senatus Argentoratensis, ut gloriam Dei & publicam utilitatem proveheret, anno 1535. Cœnobium Prædicatorum ordinavit, pro civitatum & Busleri Stipendiatis, & pro iis, quos Respub. Argentoratensis ad eundem scopum alit & fovet, quorũ jam aliquot habent, bonæ spei adolescentes, Theologiæ & honestarum disciplinarum studiosos: Ii communem habent præceptorem, virum pium & eruditum, audiunt lectores Theologiæ, linguarum & professores publicos, Dialectices, Rhetorices, Mathematices. Habent visitatores & præsides è senatu paternæ prospicientes, ut in doctrina vita & victus ratione, ad honeste & commode vivendum nihil desit. A lectionibus habent suas repetitiones, disputationes, exercitia & colloquia frugi. Item præludia quædam & exercitamenta, ad hanc functionem docendi, ut pulcherrimam ita difficillimam. Nam mane & vespere lectiones habent ex scriptura sancta. Ibi ex adultioribus, ad quartale unius horæ ex loco scripturæ prælecto sermonem cohortationis habet, & fit hujus concionculæ per orationem ad Deum conclusio. Ita pergunt per tota Biblia quæ jam aliquoties finierunt. Nondissimile stipendium egregius vir Johannes Symler Canonicus Petri junioris Argentoraten. pro duobus Theologiæ candidatis, consilio sanctissimi Theologi doctoris Johannis Keyserspergii, Concionatoris Argentoratensis superioribus annis erexit. Potentissimus Deus dignetur misereri Germaniæ, & vel aliquos excitare, qui tangantur cogitatione communis boni, ut divites hujusmodi illis bonis operibus divites sint, & cooperatores veritati. Ecclesiasticos in primis oportuit hæc curare: sed accidit juxta proverbium; Mala parta, malè dispersa.

DE ERASMO ROTERODAMO.

Anno domini 1536. mense Julio, moritur Erasmus Roterodamus, ornamentum nostræ ætatis, cujus viri vitam utpote de honestis disciplinis optime meriti, libet hic subjicere. Vixit ad septuagesimum annum, de anno quo natus est apud Batavos non constat. Apud Daventriam

triam primum posuit in literis tyrocinium, utriusque linguæ rudimentis imbibitis sub Alexandro Hegio Vuestphalo qui cum Rudolpho Agricola recens ex Italia reverso, amicitiam contraxerat, & ab eodem Græcè docebatur, nam hujus linguæ peritiam ille primus in Germaniam importavit. Terentii Comœdias puer non secus tenebat ac digitos suos, memoria namquè fuit tenacissima, ingenio perspicacissimo. Exceptis rudimentis plane dici potest in literis αὐτοδίδακτος. Nam quod in Italiam jam natu grandior profectus est, post regii apud Anglos medici filios, Archiepiscopi quoq; sancti Andreæ in Scotia, qui tum Senis degebat aliquandiu professor, nobilissimæ regionis visendæ causa fecit, non ut professoribus operam illic daret. Neque enim Bononiæ quenquam publice prælegentium audivit, sed Pauli Bombasii, qui sub Leone postea Romæ periit, amicitia cõtentus, domi studiis suis invigilabat. Adagiorum opus tum colligens, quod paulo post Aldo Manutio dedit excudendum, quæ res fecit, ut Venetias adiret, ubi Marco Musuro atque Scipione Carteromacho, viris doctissimis familiariter usus est, quos ambos non semel consuluit, si quis nodus incidisset, horũ candorem, ac eruditionem apud amicos commendare solitus. Docuit Lovanii, Cantabrigiæ, in Anglia, Lutetiæ etiam privatim, ubi Theologiæ dedit juvenis operam: pileum deinde doctoralem, quum in Italiam iret, in Taurinensi academia accepit. Patronos ac mœcenates habuit Henricum à Bergis episcopum Cameracensem, Gulielmum Montioium, atq; omnium liberalissimum Gulielmum Guaravium, archiepiscopum Cantuariensem, Angliæ primatem. Amicos in Britannia, Johannem Coletum, Grocinum Latumerum, Linacrum, Thomam Morum, Antuerpiæ Petrum Ægidium, Conradum Cochlenium Lovanii, Corpusculo fuit satis compacto, sed quod esset tenerrimæ cõplexionis, & minimarum etiam rerum mutatione, puta vini, cibi, cœlive, facile offenderetur. In literis versabatur infatigabili studio. Testantur hoc tot ab illo conscripti libri, quorum catalogus extat Basileæ. Vixit apud Johannem Frobenium aliquandiu: deinde in alteris ejusdem ædibus seorsum habitavit. Friburgi septennio toto vixit, non solum optimo cuique ejus academiæ charus, verum etiam magistratibus civibusq; haud vulgariter amatus, atq; reverentissime cultus. Friburgo reversus, cum articulari morbo aliquandiu conflictatus, tandem viribus paulatim deficientibus, cum ferme mensem integrum dysenteria laborasset, apud Hieronymum Frobenium Johannis filium, quinto Idus Julias, sub mediam noctem, vita functus est.

Quum autem vitæ finis instaret, clara Christianæ patientiæ & animi religiosi documẽta ædidit, quibus in Christum se ipsum omnem figere testabatur, assiduè clamans: O Jesu Misericordia, Domine libera me, Domine fac finem, Domine miserere mei: & Germanica lingua, sieber Gott / hoc est, Chare Deus. Testamentum condidit, in quo clarissimum virum Bonifacium Amerbachium Jureconsultum nominatũ hæredem si decesserit, de bonis suis in pauperes, ætate, valetudinéve infirmos, in puellas nupturas, ut harum pudicitiæ succurratur, in bonę spei studiosos adolescentes, ac in quovis hujusmodi digno auxilio distribuendis collandisque oneravit adjunctis eidem duobus executoribus, Hieronymo Frobenio, & Nicolao Episcopio.

Elatus fuit humeris studiosorum ad ædem cathedralem, in sinistro templi latere, ubi sacellum fuit D. Virgini sacrum, honorifice sepultus, Anno domini millesimo quingentesimo, tricesimo sexto, 11. die Julii.

DE CONCORDIA EUCHARISTIÆ, ANNO M. D. XXXVII.

SAncta Eucharistia, ut est summa ecclesiæ actio & Sacramentum, quo redemptionis nostræ opus plenissime commemoramus & percipimus: ita Satan illud pervertere præcipua vi studuit, ut certe in nulla re alia tantum abominationis ecclesiæ pridem obtrusit.

Cum ergo Dominus dedisset hoc Sacramentum sicut & cætera invecta per Antichristum, repurgari, Satan nihil intentatum reliquit, ut in ecclesiis non succederet. Nam nostra ingratitudine offensus Deus, quemadmodum olim, sic & hoc nostro tempore illi permisit, nos nonnihil cribrari. Factum itaque est, ut dum D. Lutherus & plerique alii, abusus Papisticos sic incesserent, ut tamen præsentiam & manducationem veram in sancta cœna plenè exprimerent, visi hii sunt Zuinglio & aliis nonnullis, naturalem quandam Christi cum pane conjunctionem vel localem in pane inclusionem statuere, quo illi putabant Christum gloria cœlesti detrahi, & animos hominum pani pro Christo affigi. Verum dum ista, impugnare volebant, sic visi sunt panem & Christum separare, & cœlum Christo adserere, homines à pane revocare, ut credi sint, Christum penitus cœna eximere, & mysterium Sacramenti penitus reticere. Hinc utrinq; maxima & crudelis exorta pugna est. Cui primum illustrissimus Princeps Philippus Lantgravius mederi conatus est, colloquio indicto Marpurgi anno mill. quingẽtesimo vigesimo nono. In quo colloquio propemodũ convenerũt partes & pluta cũmuniter subscripserunt, quã pleriq; putassent. At dum altera pars etiam præsentiæ Christum in cœna cõfessionẽ polceret, qua altera putabat Christũ detrahi cœlo, & fieri cibum ventris: altera etiam daret quæ adhuc viderentur inania in cœna relinquere symbola

de præsentia Domini in cœna plane convenire non potuerunt. Sed postea Augustæ in comitiis, & post comitia variis molitionibus intercedentibus actū est, donec Dominus dedit alterū conventum Vuittenbergæ, anno dom millesimo quingētesimo tricesimo sexto, mense Majo, in quo ejusmodi confessio de hoc & toto sacro ministerio recepta & subscripta est. In qua Christi & donorum ejus exhibitio & perceptio sic exprimitur, ut nec inane ministerium, aut vacua symbola relinquantur: nec tamen quicquam Christo indignum, aut contra puritatem fidei asseritur.

SUCCESSUS DOCTRINAE, PIETATIS, REFORMATIONIS morum, studiorumq; per Germaniam, sub Principibus & Rebuspublicis, ubi Evangelium purius annunciatur quam antea, Ab anno 1516. usque in annum 1537.

Edicta ut doceantur Evangelium.

IN hisce annis & superioribus, hoc est, ab anno 1520. usque in præsentem annum, apud Principes aliquot Germaniæ, apud liberas & Imperiales civitates prodierunt Edicta, ut qui sub eis docere velint, nihil nisi sanctum Evangelium & Dei doctrinam doceant, libere, & palam, & quicquid ad angendam charitatem Dei & proximi facere queat, inculcent, omissis omnibus aliis nugis quæ ad analogiam fidei non faciunt. Interim abstineant etiam ab omnibus convitiis & omni eo quòd proximum non ædificat, & inquietudinem contra magistratus prophanos & ecclesiasticos excitare queat, unde nemo alium lacessat convitiis, clam aut palam, Hæreticum, Nequam, Sceleratum, Nebulonem vocando, ut hoc magis fraterna & civilis charitas possit subsistere. Quæ omnia prudentes Principes & Senatores non alio animo præceperunt, quam Christianissimo, & percupiente Evangelicam veritatem, concordiam fraternam & pacem promota & defensa pro viribus.

Edicta contra libellos famosos.

Præterea edicto cautum fuit, ne quis libellis famosis aut picturis quenquam traducat. Si quis velit emittere libellos, aut quid simile, ut antea ordinatis ad hoc exhibeat legendos. Simul ne aliunde allati libelli aut calumniatrices picturæ vendantur. Sunt enim hæc infirma præsidia, & veritas est invicta, nec eget illis adminiculis vanissimis. Alicubi prudenti deliberatione habita, missæ papisticæ in numerum pauciorem redactæ fuerunt, relictis aliquot paucis in singulos dies, idque ad tempus, deinde ubi dies diem docuit, negotio de abolenda missa ultro citroque agitato, nec in una nocte, ut proverbium habet, consilio capto, utili & honesto in utramque partem expenso prorsus missæ papisticæ suspensæ sunt, quoad pars adversa ex verbo Dei habendis edoceat.

Missæ papisticæ pauciores.

Missa abrogata.

Ceremoniæ suspensæ.

Mox Ironicæ ceremoniæ suspenduntur, canuntur Psalmi teutonicè, utraque species datur laicis. Quantum ad vestes, cibos, jejunia, ferias, vota, matrimonium, confessionem, omnia docentur libera. fides per dilectionem operans commendatur. Excutitur grave jugum hominum onus à libero Christi populo. Utinam ab omnibus simplici oculo & sic ut omnes se submittant jugo Christi, & ut gratiam Dei nemo in lasciviam commutet.

Idola tolluntur.

Hoc tempore & deinceps edocto populo multis concionibus, ut fugiant ab Idolis, hoc est, ne ad lapides & ligna convertantur & dicant, Deus meus es. Simulachra quædam superstitiosa & à vivente Deo avocantia, per magistratum decenter & ordine è templis submota, etiam divæ virginis imagunculæ incertæ, & in vicem posita hæc scriptura: Soli Deo gloria, quicquid oraveritis patrem in nomine meo dabit vobis.

Insuper priora edicta aliquoties renovata, & repetita, quo magis magistratus & populus placidam & quietam vitam cum omni pietate & honestate degere queant. Honestarum enim & necessariarum rerum nulla est facietas,

Cantus Germanici.

Jam quia in Ecclesia omnia ad ædificationem fieri debent. canticum, doctrina, lingua, revelatio, interpretatio, prima Corinth. 14. His annis quæ ante hac latine prælecta sunt rudi populo, cœperunt Germanicè proponi: Benedictiones matrimoniorum, Sacramentum Eucharistiæ, ut populus Amen respondere possit, Et ut nemo jure conqueri possit, in templo Dominico nō audiri verbum Domini: Unde templa vocantur, & sunt Dominica. In plerisque templis receptę doctrinæ pietatis in singulis diebus habentur concionos duæ, tres, quatuor. Item Catechismus puerorum, maxime diebus Dominicis, necessarium exercitium si juventutem, in quidvis sequacem, à Gentilismo imminente recipere volunt, fideles & prudentes concionatores

Conciones.

Constitutio morū.

Et ne quis putet satis esse ceremonias demoliri, ac impium cultum, nisi & innocentia morum & Deo placens vita succedat. Constitutiones & edicta contra blasphemias, jurandi abusum, lusus, ebrietatem, adulteria, scortationem, stupra & id genus alia vitia, quibus nomen Dei blasphematur & Evangelium male audit, promulgata sunt.

Professores Ludimagistri.

His quoque annis, quoniam juventus Sementis est Reipubl. Principum & Magistratuum prudētia. prospicitur gymnasiis, scholis professoribus, ludimagistris, apud quos cura sit educationis liberorum, qui in ludis latinis & Germanicis, ad hunc scopum omnia dirigant, ut juventus sapientior & melior evadat. In hoc quater in anno præsentibus gravibus viris in eminentia constitutis, magistri & præceptores conveniunt, de ingeniis suorum puerorum sermocinantur & consultant & cui rei quisq; puer idoneus sit indicatur. Res quidē adhuc herbescit, sed in dies speramus meliora.

Nec

Digitized by Google

Nec etiam levibus de cauſis pleræque Eccleſiæ habent ſuos præfectos, quos Seniores Eccleſiæ appellare queas, ſpectes imaginem veteris Chriſtianiſmi. His incumbit ſi Parochus aliquis opus habet admonitione, vel in doctrina vel adminiſtratione ſacramentorum, viſitatione infirmorum, vita ſua & ſuorum, & vel hoc ipſi videant, vel ab aliis audiant, ut illorum functio ſit admonere non recte incedentem aut ſecantem verbum Domini. Ad hæc illis incumbit, cum miniſtris verbi conſultare, quid quovis tempore vel prædicando vel aliis Eccleſiæ exercitiis Reipublicæ Chriſtianæ conducere queat. Fideles enim & prudentes vult Dominus habere diſpenſatores. Quod ſi quis ſe offerat in Parochia aliqua, qui rationem fidei ſuæ dare velit (non enim ſpiritus extinguēdi ſunt, & jus ſedentium Paulus non vult rejectum) coram illis quoque quam commode fieri poteſt. *Præfecti Eccleſiarum.*

Nec diſſimili ratione Princeps & magiſtratus quotannis viſitationem eccleſiarum quæ in agro ſunt, inſtituerunt. Præclarum enim opus eſt ἐπισκοπὴν, hoc eſt, præeſſe, prodeſſe, benefacere, proſpicere, vigilare, paſcere, & omnem curam impendere, ne quis à gratia Dei deficiat, ne qua radix amarulentiæ ſuppullulans obturbet & per hanc inquinentur multi. Ideo hæc habetur ratio in viſitatione Eccleſiarum aliquarum certe. Primum fit ſermo exhortatorius clara brevitate, & ut ita dicam laicis, de doctrina pietatis, de recta vita, quæ hanc ſequi debet: de uſu ſacramentorum. Et quod letitia ſacramentorum, cum ſanæ doctrinæ luce clareſcunt, fœlicitati omnium Imperiorum mundi præferenda ſit. De Catechiſmo puerorum. De magiſtratus obedientia. De Eccleſiarum unitate. Poſt hæc convocatis Sculteto & Judicibus, cujuſque loci ſerio rogant viſitatores, de doctrina & vita Parrochi ac ſuorum. An ſit ἀνεγκλητος, diſpenſator Dei, non vinoſus &c. primo Thimoth. ſecundo, & quicquid eſt miniſterii hujus, an hoc ad plenum probatum reddat. Deinde an in grege ſuo ſectarios habeant, Ut conſtitutiones magiſtratus contra blaſphemia, adulteria, ludum, ebrietatem, ſcortationem & id genus vitia obſervent: Ut doctrina Evangelii fructificet? An melius habeat populus à viſitatione. An quiſquam egeat qui ſenio aut valetudine adverſa laborare nequeat: Ut pro illis habeatur eleemoſyna. Hoc examine diligenter habito, rurſus congregatis ſenioribus cujuſque pagi graviter illis dicitur: Ut paterne & fideliter doctrinam pietatis & unitatem eccleſiarum promoveant, ut Evangelii doctrinam recta vita probatam exhibeant. Ut ſit verus uſus ſacramentorum, ut abuſus apud baptiſmum in conviviis tollatur. Sacræ Euchariſtiæ à Chriſto inſtitutæ eos non pudeat. Curam juventutis habeant, eoq; Catechiſmos in precio habeant. Beneficentiæ & eleemoſynæ ne ſint immemores. Et ut in iis omnibus res fœlicius ſuccedat, Eccleſiis in agro præfecti quoque Eccleſiarum ordinati ſunt, pii & integri viri laici, qui una cum Parocho advigilent, & cooperatores ſint veritati, ut paretur Domino plebs perfecta. Hactenus Paraleipomena, quātum brevitate temporis fieri potuit, ſtudioſus quidam hiſtoriarum adjecit. Lector boni conſulat, & pro gloria Dei provehenda publica utilitate & honeſtate, allata hæc, interpretetur. Favente eo qui πάντα ἐφ' ᾧ πάντα ἐστὶν, ut inquit poeta, poſthac pleniora & meliora dabimus.

Viſitatio eccleſiarum.

Sermo lætus. Recta vita. Sacramenta. Catechiſmus. Obedientia Magiſtratus. Unitas eccleſiarum.

CATALOGVS ROMANORVM ATQVE GERMANORVM Imperatorum, quorum historiæ in præcedente Chronico describuntur.

CÆSARES AUGUSTI ROMAN.

i. Octavianus Augustus. 35. 38.
ij. C. Tyberius Nero, 40
iij. G. Caligula. 43.
iiij. Claudius. 44
v. Domitius Nero, 46
vi. Galba. 48
vii. Lucius Otto 48
viij. Vitellius 48
ix. Vespasianus, 48
x. T. Vespasianus, 49
xi. Domitianus. 49
xij. Nerva Coccejus 50
xiij. Ulpius Trajanus Crinitus. 50
xiiij. Helius Adrianus 51
xv. Anton. Ful. Bojomus pius 51
xvi. M. Aurelius Antoni. verus. 52
xvii. L. Aurelius Cõmodus Antoninus 52
xviii. Helius pertinax. 53
xix. Severus septimus pertinax 53.
xx. M. Ant. Bassian. Caracalla. 54.
xxi Opilius Macrinus 54
xxii. M. Aurelius Antoninus Varus Heliogabalus. 54
xxiij Aurelius Severus Alexander. 55
xxiiij Julius Maximinus Trax. 55
xxv. Gordianus, 55
xxvi. M. Julius Philippus. 56
xxvii. Decius. 56
xxviij Virius Gallus Hostilius, 57
xxix. Licinius Valeria Colibius 57
xxx. Claudius. 58
xxxi. Aurelianus. 58
xxxij. Tacitus. 57
xxxiij. Probus, 58
xxxiiij Carus. 59
xxxv. Diocletianus, 59
xxxvi. Constantinus, 60
xxxvij Constantius, 60
xxxviij. Claudius Julianus. 63
xxxix. Jovianus. 65
xl. Valentinianus, 65
xli. Gratianus, 86
xlij. Theodosius. 87
xliij. Archadius & Honorius. 90
xliiij Theodosius junior. 91
xlv. Martianus. 92
xlvi. Leo Bessicanus, 93
xlvij. Zeno Isaurus. 94
xlviij. Anastasius. 95
xlix. Justinus, 96
l. Justinianus. 96
li. Justinus minor. 88
lij. Tyberius Constantinus, 111
liij. Mauricius. 113.
liiij. Phocas. 114
lv. Heraclius 114
lvi. Constantinus, 117
lvij. Constans 116
lviij. Constantinus, 117
lix. Justinianus. 118
lx. Leo, qui & Leontius. 118
lxi. Tyberius Apsimarus 119
lxij Justinianus iterum. 119
lxiij. Philippicus, 119
lxiiij. Anastasius 120
lxv. Theodosius 120
lxvi Leo 120
lxvij. Constantinus Copronymos. 121
lxviij. Leo, 133
lxix. Constant. cum matre Hirene. 132. 133

Hinc Imperium Romanum ad Germanos translatum est.

GERMANORUM IMP.

i. Carolus Magnus. 128. 132
ij. Ludovicus Pius. 139
iij Lotharius. I. 140
iiij. Ludovicus, II. 141
v. Carolus Crassus. 141
vi. Arnolphus 142
vij. Ludovicus. III. 145
viij. Conradus, I. 144
ix. Heinric. I. dictus auceps, 150
x. Otto Magnus. 155
xi. Otto. II. 163
xij. Otto. III. 163
xiij Heinricus claudus. II. 163
xiiij Conradus. II. 165. 207
xv. Heinricus Niger. III. 165. 207
xvi Heinricus IIII. senior, 167. 207
xvij. Heinric. V. junior. 175. 186. 188. 207.
xviij. Lotharius Saxo. 209
xix. Conradus Suevus. III. 213
xx. Fridericus I. Barbarossa. 215. 223
xxi Heinricus. VI. 232.
xxij. Philippus Barbar. filius 233. 235. 238
xxiij. Otto. IIII. 238
xxiiij. Fridericus. II. 243. 245. 249
xxv. Conradus. IIII. 253
xxvi. Vuilhelmus comes Holan, 257
xxvij. Rudolphus comes Habspurgii, Lantgravius Alsatiæ. 257.
xxviij. Adolphus de Nassau. 260
xxix. Albertus primus, 262
xxx. Heinricus. VII. 265
xxxi Ludovicus Bavarus. III. 268
xxxiji Carolus. IIII. 274
xxixij Vuentzeslaus 281.
xxxiiij. Rupertus Palatin. Rheni. 284
xxxv. Sigismundus Ungariæ rex, 285
xxxxi Albertus secundus. 304
xxvxij. Fridericus. III. 306
xxxviij. Maximilianus 333
xxxix. Carolus. V. 347
xl. Ferdinandus. 364

FINIS.

Digitized by Google

CHRONICI

REGINONIS ABBATIS PRVMIENSIS COENOBII, IN DIOECESI TREVERENSI, ORDINIS Sancti Benedicti, natione Teutonici; qui circa annum Christi 900. floruit;

ANNALES.

QVIBVS A CHRISTI NATIVITATE, NON TAM AVGVSTORVM VITAS, QVAM ALIORVM; PRAEcipuè Francorum à Carolo Magno usq; ad Arnolphi ultimi de Carolina stirpe: & Germanorum sequentium usq; ad Ottonem secundum, res gestas diligenter & succinctè tradit.

ARGENTORATI
Sumptibus Lazari Zetzneri Bibliopol.
ANNO M. DC. IX.

Digitized by Google

INVICTISSIMO AC GLORIOSISSIMO D. CAROLO V. ROM. IMPERATORI SEMPER AVGVSTO,

ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Regi, Archiduci Auſtriæ, duci Burgundiæ, &c. Comiti Habſpurgii, Flandriæ, & Tirolis, &c.

devotiſſimus cliens Sebaſtianus de Rotenhan, Francus Germanicus, Eques auratus, & Jureconſultus

S. D.

EX felicioribus Carolis geminos Rom. Imperii habenas effluxis temporibus direxiſſe priſcorum teſtantur monimenta Auguſte invictiſſime, ſorte tamen diſpari, altero glorioſam poſteritatis memoriam perenni reminiſcentia incolumem ſervante, altero illius nominis tertio, ob animi (ut ſcribunt) ſegnitiem, reſque perperam actas à Germaniæ, Italiæ, ac Galliæ monarchia, tandem præcipitato, prudentes autem qui aliorum exemplis ſaluti proſpicerent, Anaxagoras voluit. Quare haud inconvenienter hos majeſtati tuæ æquivocos propoſuerim, quorum rebus geſtis velut ſpeculo luſtraris, laudata imitari, & inſalubria poſt habere poteris. Nam Tullius ille dicendi fulmen, juſtitiam, ac liberalitatem principaliores rectoris baſes poſuit, quibus benevolos ſubditorum animos expeditius aucuparetur. Morales alii fortitudinem ſubjunxere, ac temperantiam, quibus Carolum Magnum, perenne Germanorum decus, ad ſymmetriam ſic innixum legimus, ut juxta Plinii conſilium enchiridion officiorum Ciceronis non modo frequentius lectitaſſe, verum edidiciſſe videatur. O glorioſum facinus in eo virtutum cardine ad proportionem politicæ conſervationi quadrantem veſtri ſic, ut Aulici juſticiarii financiis ſtudentes (barbariſmo enim utar) quærulantes pauperculos æris amore non circumſcribant, proſtergent, eludant, ut beneficentia neglectis aſſentatoribus, integris prudentioribus, ac benemeritis impertiatur, ut ſecundis, adverſisque eventibus idem principis animus, eadem conſtantia, & magnanimitas, ſolida perpetuo ſubſiſtat excellenſque rerum experientia hæc omnia moderetur tandem, ac contemperet. Sed quorſum illa? anceps lector fortaſſe cogitabit me undas Oceano fruſtra inferre, his prius ſuperfluëtia, cujus judicium nihil moror, difficile ac periculoſum eſſe principibus, etiam virtutibus ſplendidiſſimis in faciem eloqui, coram effari, quod oportet, Taciti verbis reſpondens, quos librorum revolutione crebro conſilia exciperé patientius conſtat, quam viva ſenatorum ſuaſione. Id ſi forſan glorioſiſſime Imperator (ut minime ſuſpicor) aliquantiſper ægre tuleris, quanto cauſatius defendar, cum aliorum exempla imitatus reipub. amore, quæ tibi, quæ imperio, uſui, ac ſubditis commodo, ac ſaluti fore ſperavi, non quaſi in te deſiderarentur, ſed ut prius poſſeſſis ſubinde reminiſcaris, tam familiariter velut proſperioris regiminis indicem præſcripſero. Consilio enim recto nihil ſecurius, ut Menander aſſeruit. Neque quenquam latere poteſt talem te agnitum, à quo rē improbam, levem, ſiniſtram fidenter petere nemo audet. Si vero liberalitatem expetamus, tu neque Arcturo Britanniarum regi cantatiſſimo, neque Tito, qui ob beneficentiam humani generis delitiū dicebatur, cedes. Nec minorem generoſæ nobilitatis fortitudinem frequentiorem exercitio militari exhibes, polliceris, oſtentas, illuſtres radices nimirum ab avita Maximiliani ſtrenuitate diducens. In equo medius fidius quacunque armatura cinctus, tam agilis, expeditus, verſarilis extas, quaſi gregarius ſeu veteranus miles, caſtris bellicis totus ab incunabulis incubuiſſes. Inſtructioque armorum ſic te afficit, oblectat, paſcit, ut privatim ad machinas bellorum procurandas indies haud parum temporis abſumere ſoleas. Cujus in Gallias expeditionem pridem edictam, cataphractus eques ſpontaneus fuiſſem ſecutus, niſi Reverendiſſimi in Chriſto patris, & illuſtriſſimi domini Adalberti, ad vincula ſancti Petri Cardinalis, Moguntinenſis, ac Magedeburgenſis archipræſulis, & Aulica negocia, quibus ad præſens neceſſitate quapiam addictus ſum, domi me invitum quaſi diſtinuiſſent. Has denique virtutes flagrantiori religione, ingenita verecundia, & animi manſuetudine ſic modo taris, ut te in ſupremum mundani faſtigii apicem ſublevatum trivialis, plebejus, & depreſſionis ſtatus quiſque coram interpellare poſſit intrepide, ſic ut qui dignitate ſumma, cæteris omnibus præſtas, humilitate, alloquio, comitate par infimis eſſe videaris. Quæ non vaga aliorum relatione, ſed in palatiis tecum aliquandiu verſatus ſciens profiteor. Nec quicquam in te fortunæ amplitudo mu

taſſe agnoſcitur, quam ut prodeſſe tantundem poſſes, quantum velles, quantumve imperatoriæ munere adhoc te obligatum ſentis. Neque virentem tuam ætatem inter effœminatorum contubernia, potatores, ſcorta, ganeones, ſpirantia opobalſama, & alias voluptatum dulcedines exhauris, colloces, diſſolvis, immo ſeriis nec non aſperioribus forenſium cauſarum tractatibus quam ardentiſſime accommodas, parum aut nihil otio inani relinquens. Et ſi rectum facere judicium voluero, ac repudiatis blanditiarum illecebris decernere, vix credi poteſt in adoleſcentiori ætatis tuæ ævo, quæ in multis perficiendis ſatis forent, potuiſſe ſuperos tot excellentiſſimas dotes in te uno conferre, tantus præconiorum acervus, univerſaque laudum conſonantia tibi obvenit, crevit, obtigit, ut nil ſeveritati hilaritas, nil gravitati ſimplicitas, nihil denique majeſtati facilitas ſubducat. Sed omnino μίμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπέχεις, Memento quod mortalis es, ut inquit Phocylides. O Germani, O Hiſpani unius jam ductoris commilitones quanta nobis de gigante, vexillifero, heroe hoc longiore vita incolumi, & ſalvo diis propitiis, ſperanda ſunt, modo collaterales, aulicoſque proceres conſilio fidos, integros, ſynceros, auro Gallico non corruptibiles nactus fuerit. Rara hæc alea in terris. Offero præterea tibi nuncupatim, tibi inquam Aquilæ, terroris alas pro ablatis imperii juribus vendicandis in nubibus vibranti, Chartaceum Reginonis monachi Prumienſis, munus hoc, è pulveribus quaſi reductum non minus varietate, quam compendio, & brevitate expetibile, in quo res geſtæ priſcorum Germanorum graphice depinguntur. Materiam enim reor haud prorſus indignam cognitu, nec trivialiter protritam, ope Johannis Huttichii de Romano eloquio benemeriti, quando forenſes cauſæ ad alia me diſtraxerant, obiter recognitam. Etſi fortaſſe juxta delicatiorum deſyderia haud ubique latialiter perſonare comperitur, poſſet tamen ætas noſtra factorum priſcorum narratione hic præhabita, ſi alicubi reperiretur in eo linguæ aſperitas, latinitatis delatorio aliquantiſper levigare. Sat illi fuerit medioximo ſcribendi ſtylo ſuæ ætatis hominibus placuiſſe, qui prototypum id reipublicæ amore proculdubio poſteritati conſecravit, unde pium & ingenui pudoris exiſtimaverim, qualecunque donum progenitoribus noſtris obtulerit, grato animo excipiendum, nec ad præſens licere aſpernari. Approbatis enim laboribus, operam navavit, cum πολλοὶ γὰρ ἄχρηστοι εἰς τὰ χείρονα. hoc eſt, multi otium conferunt in pejora. Suſcipe igitur à me indigno munus illud hiſtoricum invictiſſime Cæſar, ad formandas aduleſcentulorum mentes oppido per quàm conducibile, fronte, ut adſoles derugata, & hilari, in non violabilis fidei, & debitæ erga te obſervantiæ pignus perpetuum. Ex cujus imperiali ſublimatione non tam Germani nos, quam Hiſpaniarum regna ſolatio haud mediocri ſumus affecti, te impoſterum non modo imperiali, ſed & pii parentis, & vigilantiſſimi conſervatoris officio nos amplexurum facile ſperantes. Eſt inſuper tibi cogitandum, ut opinionem hanc de te à ſubditis conceptam, quę apud omnes maxima eſt, non modo expleas, verum ſuperes. Sic porro gentilium ritu inter ſuperos referendus, & Elyſios campos perluſtrando, immortalitatis nomen proculdubio es conſecuturus, Vale.

SEBA-

SEBASTIANVS DE ROTENHAN, FRANCVS, GERMANVS IVRECONsultus, & eques auratus, Wolffgango Fabritio Capitoni sacræ paginæ Professori.

S. D.

NE autoris huius conditio Lectorem avidum prorsus lateat eruditissime simul, atque amicissime Capito, me duxi operæ precium facturum, si de eius inculpata vita, laudabilique instituto perfunctorie, & velut in transitu meminero. Fuit autem Regino noster Prumiensis monachus, qui in Afflie cœnobio mira pectoris sinceritate, & innocentis simplicitate floruit. Primum sub Ludovico tertio, hinc etiam sub Arnolpho Imperatoribus. Agebat autem longo tempore ex præscripto, & maiorum imperio, & ut dicitur sub obedientia tantisper, donec fratrum, assensu in Abban delectus patris atque gubernatoris titulum susciperet. Quo munere aliquandiu cum laude functus, citrà ullius mali suspicionem, perfidiam tamen, eximiæ virtutis suæ comitem, coactus est pati, ac perferre, vel quod naturà sic sit comparatum, humanæ fœlicitatis instabilitatem maxime tum falli, ubi maximam præ se fert firmitudinem, vel quod fortunæ favor, ex dolio (ut aiunt Iovis) nemini asperius attemperatur, quàm illi, qui summa meruerit, ὡς συνεχήματα μὴ τοῖς πολλοῖς ἀναπεφανσθαι γίνεται.

Adeo enim fortuna sævum amat ludere pertinax, quemadmodum in Reginone nostro videre est, qui vir erat spectatæ probitatis, neminem iniurius, nemini molestus, Richarium tamen quendam iniquiorem pertulit, cuius tandem technis, circumscriptionibus, & insidiis à dignitatis gradu deturbatur haud citra ignominiæ notam, ceu perperam cœnobio præfuisset. Superis, opinor, ita fieri ad publicam utilitatem permittentibus, quo excellens illud ingenium à patrisfamilias curis expeditum, in arcana & secretiores philosophiæ recessus totum se possit insinuare, sicut usu venisse licet agnoscere. Nam ille, ceu sibi redditus, variis omnino literis incubuit, maxime autem rerum gestarum lectioni, quarum cognitio componere nos ad civilitatem ipsa videbatur. Etiamsi huius ætatis nonnulli religiosorum, nescio quo zelo, & ut dicunt conscientia addicti, (quæ autem commenticia crebro, aut vana mihi videtur) nihil plane attingunt quod exiguam præ se integritatis indolem oleat, repræsentet, effingat. Homines nimirum cauti, ac perspicacissimi temporis observatores. Si quidem nobis periisse indicant quicquid impensum sit studiis humanioribus, quasi ἀμαθίαν forent quæcunque veterum memoriis ad excolendos mores efferuntur. Et quæsi serio laudata sint, quæ illi perplexa, & minus firma commentaria domi suæ non dico parturiunt, sed abortiunt, iacturamque temporis ipsi non faciant, pingui ocio plerunque defluentes, quorum haud modica pars ignavia corrumpitur, ac voluptatum illecebris evirata redditur. Contra verò sedulitas, & industria fraudem quasi faciat, & telam absolvat inæqualiter. O præpostera pietas. O Hypocrisis mordacissima. Atqui nostro Reginoni alia ratio, aliud iudicium fuit, qui non solum monimenta veterum perlustravit, sed & literis quoque, ut illa ætate, politioribus, aliam in formulam traducere sategit. His temporibus etiam, quibus singulæ Metropoles separatis legibus, & Romanis pontificialibus haud prorsus quadrantibus dirigebantur, ecclesiastica Germaniæ decreta non minus docte, quam laboriosè congessit, quorum exemplar Trevirensium Archipræsulidicatum, nostri ævi spatio apud Moguntiacos, Vangionesque conspicitur. Neque is unicus fuit Germanis huius instituti monachus, aliis apud primogenitores nostros pari affectione laborantibus. Helmoldus porro Vuagrensis alias Holsatius de Teutonicis, Sclavis, Hermannus Veringensis comes, nec non Bruno, utrique Augiensis, Rupertus aliàs Robertus (tametsi de Gallis ille plura) Vuidekinus Corbiensis de Saxonibus, Gregorius de omni tempore, & Hermannus de floribus temporum, omnes monasteriis addicti, Germanorum res gestas certatim posteritati tradidere. Quorum fœtura nostrorum temporum inertiæ neutiquam conferenda, si hæc placuisse sensero, mea opera in lucem fortassis prodibit. Vnum tamen vellem Reginoni nostro lectorem ignoscere. Nam tractum Cisrhenensem quanquam ante plurima huius ætatis sæcula Galliæ Belgicæ nomen, ubi modo Germani agunt, abjecisse constat, velut alibi plenius fusè deducturus cohibere tamen calamum non potuit, quin littorales memorati amnis munitiones quandoque Gallis ascriberet. Sed is eius error æquiori animo nostratibus est ferendus, quando cuique concessum, provincias aut priscis medioximis, aut modernioribus denique notis repræsentare, modo salva temporum discretione, citra cuiusque præiudicium, citra contentionem id moliatur. Vale mi Capito, ac elucubrationibus tuis, tam græcis, quam latinis, quib. reipublicæ usui esse poteris, ardentius insiste. Datum Mogontiaco, in aulica & exercitatoria utriusque nostrum palæstra. Idus Iulii Anno salutis, 1521.

EXCELLENTISSIMI INGENII, ET TOTIVS PHILOSOPHIAE STVDIIS MVLTIPLICITER INSIgnito Domino Adalberoni, Episcopo Treverensi, Regino, quanvis omnium Christicolarum, extremus, vestræ tamen sublimitati in omnibus devotissimus, fidelia mandat orationum obsequia.

CHronica, quæ de nostris, & antecessorum nostrorum temporibus literis comprehendi, vestræ singulari prudentiæ examinanda transmisi, ut vestro perspicaci iudicio, aut approbarentur, aut condemnarentur. Ea autem in duos libellos distinxi, exordium capiens à primo incarnationis Dominicæ Anno & consummans cœptum opus usque in præsentem annum, qui computatur à prefata incarnatione domini noningētesimus octavus. Indignum etenim mihi visum est, ut cum Hebræorum, Græcorum, atque Romanorum, aliarumq; gentium historiographi res in diebus suis gestas scriptis usque ad nostram notitiam transmiserint, de nostris, quanquam longe inferioribus, temporibus ita perpetuum sit silentium, ut quasi in diebus nostris aut hominum actio cessaverit, aut fortassis nil dignum, quod memoriæ fuerit commendandum, egerint, aut si res memoratu dignæ gestæ sunt, nullus ad hæc literis mandanda idoneus inventus fuerit, notariis per incuriam otio torpentibus. Hac itaque de causa non passus sum tempora patrum nostrorum, & nostra per omnia intacta præterire, sed ex multis pauca notare curavi; & ubi ad præsentia tempora ventum est, stylo temperavi, propter quorundam offensam, qui adhuc sunt superstites, latius hæc posteris exequenda relinquens. Accipite ergo hoc parvum munusculum ea benignitate, qua devotione missum est à mea parvitate. In calceo autem obsecro lectorem, ut si illi hæc nostra dicta, qualiacunq; sint, placuerint, & ea sibi describi voluerit, hanc præfatiunculam nullatenus omittat, quin eam in prima fronte libelli annotari faciat. Gloriam celsitudinis vestræ multorum utilitatibus profuturam superna providentia diu incolumem conservare dignetur.

Finit præfatio

CHRO-

Digitized by Google

CHRONICORUM REGINONIS AD ALBERONEM TREVERENSEM EPISCOPUM,

LIBER PRIMUS.

ANNO Imperii Cæsaris Octaviani quadragesimo secundo, Jesus Christus, filius Dei, natus est. Eadem nocte ab angelis evangelizatur, à pastoribus visitatur, octava die circunciditur, tredecima die, stella duce, à Magis adoratur, & mysticis muneribus prædicatur. Quadragesimo die in templum cum oblatione à parentibus inducitur, à Symeone suscipitur, ab Anna cognoscitur, Posthæc in Ægyptum deportatur, ubi manet usque ad obitum Herodis.

Anno dominicæ incarnationis secundo, Herodes mittēs in Bethleem, & in omnibus finibus eius pueros innocentes jugulare præcepit. Deinde in domesticos arma convertens, multos peremit, dilectam sibi conjugem Mariamnem interfecit, filios, quos ex ea susceperat, Aristobulum, & Alexandrum in Samaria strangulari jubet, novissime Antipatrem ex Dodyse natum incentorem, & insimulatorem, & omnium malorum insidiatorem percutit. Posthæc miserabili morte periit, anno dominicæ incarnationis sexto. Regni vero sui 36. *Herodes & conjugem & liberos interfecit.* *Herodes periit.*

Anno dominicæ incarnationis 7. Archelaus filius Herodis in Judæa regnat. Dominus Jesus Christus ex Ægypto reducitur, & propter metum prædicti regis in Nazareth civitatem Galilææ divertit, ibique usque ad tempus baptismi perduravit.

Duodecimo ætatis suæ anno dominus Jesus Christus Hierosolymam conscendit, ibique in templo in medio doctorum residens, à parentibus post triduum inuenitur.

Anno dominicæ incarnat. 15. Archelaus à Judæis apud Cæsarem accusatus, in Viennam urbem Galliæ exilio relegatur. Regnum Judæorum inter quatuor fratres ejus Herodem, Antipatrem, Lysaniam, & Philippum dividitur, Cæsar Augustus postquam 56. annis & 6. mensibus Romanorum rexit imperium, moritur. *Octavianus Augustus moritur.*

Anno dom. incarnat. 16. Tiberius regnare cœpit, & regnavit annos 23. *Tiberius.*

Anno dominicæ incarnationis 27. Pilatus Judææ procurator à Tiberio dirigitur.

Anno dominicæ incarnationis 30. Tiberii autem 12. Joannes circa regionem Jordanis baptismū pœnitentiæ in remissionem peccatorum prædicat, multosque baptizat. inter quos ipsum redemptorē mundi, qui omnium peccata abluit, aquis Jordanicis tinxit, post baptismum dominus in desertum secedit 40. dies jejunat. post jejunium temptatore superato, in virtute spiritus Galilæam ingreditur, Apostolus vocat, Regnum Dei evangelizat, multa signa & miracula facit.

Anno dominicæ incarnationis 32 Johannes Baptista, Herodiade insidiante, jussu regis Herodis, in carcere capite truncatur. *S. Johannes capite truncatur.*

Anno dominicæ incarnationis 33. Tiberii autem 18. Dominus sua nos passione redemit. 40. die post resurrectionem cœlum ascendit. 50. die Spiritum paracletum misit. Matthias in loco Judæ constituitur apostolus. Jacobus frater domini Hierosolymorum Episcopus constituitur. 7. Diaconi ordinantur. Stephanus lapidatur. *Christus passus est.*

Anno dom. incarn. 34. secundum latinos, qui à Januario annum incipiunt computare, Paulus cum pergeret Damascum, à Christo de cœlo vocatus, Secundum Hebræos qui à Marrio initium anni capiunt, eodem anno, quo dominus passus 11. mense 8. kalend. Febr. *Conversio Pauli.*

Anno dominicæ incarnationis 39. Gajus regnat annis quatuor, Menses quinque, dies octo, his ergo 10. mensibus si addamus 6. qui super fuerūt 56. annis Octaviani, erunt menses sedecim, Ex quibus quatuor detractis, annus integer remanet, qui hoc in loco inserendus videtur, Herodes Agrippa Judæorum genti præficitur. *C. Caligula.*

Anno dominicæ incarnationis 43 Herodes Tetrarcha cum Herodiade in Hispania mœrore periit. Pilatus qui in Dei passione mortis sententiam protulit, sua se manu peremit. *Pilatus seipsum interfecit.*

Anno dominicæ incarnationis 45. Claudius regnat annos quatuordecim, menses septem, dies viginti septem. Addamus itaque his 7. mensibus qui supra remanserint, fiunt 11. & 9. dies his 27. diebus, erunt 37. id est annus, & dies 6. qui huius temporibus adnumerandus videtur. *Claudius.*

Anno dominicæ incarnationis 47. Jacobus frater Johannis ab Herode decollatur, Petrus in carcerem mittitur. Idem *Herodes* ab angelo percutitur, Antiochiæ spiritus discipulos alloquitur, segregate mihi Paulum & Barnabam in opus quod elegi eos. Agrippa filius Herodis in Judæa regnat, usque ad exterminium Judæorum. *Iacobus apostolus decollatur.* *Petrus Iohannis.*

Anno Dominicæ incarnationis 48. Paſſionis vero 14 & Claudii 4. Paulus & Barnabas aſcenderunt Hieroſolymam. De hac aſcenſione ſua Paulus ipſe ſcribit ad Galatas, Deinde poſt annos tredecim aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba aſſumpto & Tito, & contuli cum illis, id eſt, cum Apoſtolis Evangelium, quod prædico in gentibus. 13. itaque anno paſſionis Dominicæ juxta conductum Jacobi, Zephæ & Johannis ad gentium magiſterium & Apoſtolatum Paulus profectus eſt, ubi numerus ipſe quem poſuit recenſendus eſt. annorum. Scimus enim Petrum & Paulum Apoſtolos anno poſt aſcenſionem Domini 38. id eſt ultimo Neronis anno paſſos fuiſſe, & beatum Petrum Romæ viginti quinque annis epiſcopalem ſediſſe cathedram 25. autem anni & 13. non 38. ſed 39. faciunt. Sequitur ergo ut beatum Petrum eodem 13. poſt domini paſſionem anno, quo eum Hieroſolymis alloquitur Paulus, id eſt quarto Claudii anno, Romam veniſſe credamus. ſimulque ni fallor hac ſupputatione Paulum eodem quo dominus paſſus eſt anno, ad fidem veniſſe probatur. Eodem anno fames graviſſima facta eſt, cujus Lucas meminit, & Claudius Britanniam intravit.

Videant qui Petrum Romæ Epſcopatum annum 25 menſ. 7. tenuiſſe ſcribunt.

Fames graniſſima

Nero.

Anno dominicæ incarnationis 53. Claudius Judæos tumultuantes Roma expulit. Nero regnavit annos 13. menſes 7. Dies 28.

Anno dominicæ incarnationis 61. Feſtus procurator ſuccedit Felici. Paulus vinctus Romam mittitur anno 2. Neronis.

Jacobus frater domini lapidatur.

Anno dominicæ incarnationis 63 Jacobus frater domini à Judæis lapidatur. Feſto, magiſtratui Judææ ſucceſſit Albinus, Albino Florus.

Anno Dominicæ incarnationis 70. Veſpaſianus magiſter militiæ cum exercitu in Judæam mittitur.

Petrus crucifigitur

Paulus decollatur

Anno dominicæ incarnationis 72. Romæ Petrus crucifigitur, Paulus decollatur. Sub Neroniana perſecutione coronatur Romæ, Proceſſus & Martinianus 47. qui baptizati ſunt à beato Petro in cuſtodia manuti retruſi. Torpes, Marcellus, & Apulejus, Alexandriæ Marcus Evangeliſta paſſus eſt 8. anno Neronis. Mediolani Nazarius & Celſus Gervaſius & Protaſius ſub Anulino præfecto apud Miceriam. Aquileia Hermagoras epiſcopus, Fortunatus Diaconus, Fœlix cum Conſtantia.

Marcus Evang.

Veſpaſianus.

Anno dominicæ incarnationis 73. Veſpaſianus regnat annos 9. menſes undecim, dies 22. his 11. menſibus addiri 7. Neronis, fiunt 17. & his 22. diebus illius 27. fiunt 50. dies, id eſt annus, 7. menſes & 20. dies, qui annus hoc loco inſeritur.

Anno Dominicæ incarnationis 73. Regnum Judææ à Tito ſubvertitur, templumque deſtruitur. His temporibus Appollinaris epiſcopus à beato Ravenna directus martyrio coronatur.

Titus.

Anno Dominicæ incarnationis 84. Titus regnavit annos 2. menſes 2.

Domitianus.

Johannes Apoſtolus.

Anno dominicæ incarnationis 85. Domitianus regnavit annos 16. menſes 5, his 5. menſibus addamus 7. Veſpaſiani completur annus qui hic inſeritur. Hujus temporibus Johannes Apoſtolus Romæ in ferventis olei dolium mittitur, ante portam latinam, & in Pathmos inſulam relegatur. Ubi apocalypſim ſcribit. Flavia Domicilla in Pontianam inſulam exiliatur Anacletus Papa tertius poſt Petrum martyrio coronatur.

Nerva Imp.

Anno dominicæ incarnationis 90. Nerva regnavit annum unum, menſes quatuor, dies octo. Johannes Apoſtolus ab exilio revocatur, & apud Epheſum Evangelium ſcribit. Hujus temporibus paſſi ſunt Romæ Eutices, Victorinus & Mato apud Amiterninam urbem, Victorinus apud fratrem Severini.

Traianus aug.

Anno dominicæ incarnationis 91. Trajanus regnavit annos 19. menſes ſex, dies ſedecim, his 5. menſibus ſi addiderimus Titi ſecundus, Nervæ 4 fit annus. Qui hoc in loco aptatur, remanent dies 28. qui ſupra notati ſunt.

Sub Traiano paſſi martyrium.

Anno dominicæ incarnationis centeſimo primo, Johannes Apoſtolus Epheſo requievit. Trajani temporibus martyrio coronantur Romæ, Clemens papa, Alexander quartus, poſt Petrum papa. Quirinus, & filia ejus Balbina, Sulpitius & Servilianus. Domicilla & Seraphia virgines, Nereus & Achilleus. Ignatius Antiochenus Epiſcopus Hieroſolymis. Symeon epiſcopus filius Cleope, in ponto Focas Epiſcopus.

Adrianus aug

Anno dominicæ incarnationis centeſimo undecimo, Adrianus regnavit annos undecim. hujus temporibus paſſi ſunt Romæ Sixtus Papa, Getulius, Sabina, Seraphia, Virgines: apud Meſenam civitatem Apuliæ, Eleutherius epiſcopus cum Anthia matre. Apud Athenas, Quadratus & Atriſtides clari habentur, Dionyſius epiſcopus Ariopagita: apud Tiburnam urbem Italiæ Symphroſa cum ſeptem filiis.

Sub Hadriano paſſi.

Antoninus pius aug.

Anno dominicæ incarnationis 123. Antoninus cognomento pius, cum filiis Aurelio & Lucio regnavit annos 22. menſes tres, Juſtinus philoſophus claret, Suppio epiſcopo Hermes librum ſcribit, qui dicitur paſtoralis.

Mar. Antoninus Verus.

Anno dominicæ incarnationis 125. Marcus Antoninus Verus, cum fratre Lucio Commodo annis

annis octodecim, menſe uno. Horum & ſupra dictorum temporibus coronati ſunt Romæ Anicetus Papa, Victor papa, Simetrius presbyter, Felicitas cum 7. filiis, Julius & Antonius, Euſebius & Pontianus, Peregrinus & Vincentius. apud Sebaſtem Armeniæ minoris 40. martyres ſub Agricolo judice. Apud Spoletum, Concordius. Apud Smymam, Policarpus epiſcopus ſancti Johannis diſcipulus. Item Germanicus & Pionius, apud Apameam, Alexander & Gaius, apud Cretam urbem Cortinæ, Philippus epiſcopus apud Pergamum Aſiæ urbem. Carpus epiſcopus, Papinus Diaconus, & Juſtinus philoſophus apud Lugdunum Galliæ, Hireneus epiſcopus cum multis, Fortinus epiſcopus ejuſdem urbis & Blandina cum aliis 48. Epipodius & Alexander in Syria, Victor & Corona Mediolan. Fauſtus, Cabillone Marcellus, item in territorio Cabillonenſi, caſtro Trenortio Valerianus, Alexandria Tholomeus & Lucius. *Martyria coronantur.*

Anno dominicæ incarnationis 144. Lucius Antoninus Commodus, poſt mortem patris Antonini Veri regnavit annos 14. Hujus temporibus nonnulli paſſi ſunt quos ſupra notavimus. Sed iccirco hæc non per ordinem certis imperatorum temporibus exprimi potuimus. Quia in quibuſdam paſſionibus ſanctorum ſupra nominatorum, Imperatorum vocabula ita confuſe poſita ſunt, ut cum dicas rem ſub Antonino geſtam, ignoretur, utrum ſub Pio aut ſub Commodo actum ſit, & cũ dicitur ſub Lucio ambiguum ſit, utrum ſub Aurelio aut ſub Commodo aut ſub Antonino geſtum ſit. Ferunt tamen quod hujus temporibus Hireneus epiſcopus Lugdunenſis paſſus ſit. *Antoninus Commodus aug.*

Anno dominicæ incarnationis 157 Helius pertinax regnat menſes ſex. *Helius pertinax.*

Anno dominicæ incarnationis 158. Severus pertinax regnavit annos 17. Clemens Alexandrinæ eccleſiæ pater, & Pantenus Philoſophus clareſcunt. Narciſſus Hieroſolymorum epiſcopus, Theophilus Cæſarienſis inſignes habentur, Leonides pater Origenis coronatur apud Carthaginem, Perpetua & Felicitas beſtiis deputantur. *Severus pertinax.*

Anno dominicæ incarnationis centeſimo ſeptuageſimo. Antoninus cognomento Garacalla Severi filius, regnat annos ſeptem. *Antoninus Caracalla aug.*

Anno dominicæ incarnationis 171. Macrinus regnat annum unum.

Anno dominicæ incarnationis 172 Marcus Aurelius Antoninus, regnavit annos tres. *Macrinus. M. Aurelius.*

Anno dominicæ incarnationis 176. Aurelius Alexander annos tredecim regnavit. Origenes toto orbi clarus habetur. Hujus temporibus coronantur Romæ, Caliſtus papa, Urbanus Papa, Cæcilia virgo, Tiburtius & Valerianus Calepodius preſbyter, Palmarius conſul cum uxore & filiis, & Simplicius ſenator. *Aurelius Alexander. Origenes.*

Anno dominicæ incarnationis centeſimo octuageſimo nono, Maximinus regnavit annos 4. hujus temporibus coronantur Romæ, Anterus papa, Potianus papa, Cæſarea Paleſtinæ, Pamphilus & Maximinus preſbyteri. *Maximinus aug.*

Anno dominicæ incarnationis centeſimo nonageſimo ſecundo, Gordianus regnavit annos ſex. Origenes in Cæſarea Paleſtinæ Theodorum, cognomento Gregorium, & Antenodorum fratres, divina philoſophia imbuit. *Gordianus aug.*

Anno dominicæ incarnationis 198 Philippus cum filio Philippo regnavit annos ſex, hic primus omnium Imperatorum Chriſtianus fuit. *Philippus primus Chriſtianus Cæſar.*

Anno Dominicæ incarnationis 204. Decius regnavit annum unum, menſes tres. Hujus menſibus adde Antonini Pii tertii, Marci Antonini unum, Helii Pertinacis 6. fit annus, qui hoc in loco ponitur, remanet menſis 1. & dies viginti octo, ſupra notati. Hujus temporibus martyrio coronantur Romæ, Fabianus papa, Sixtus papa, Laurentius feliciſſimus, & Agapitus Diaconus, Abdon & Sennes, Ipolitus & Concordia, Hierenus & Habundus, Cornelius Papa, Victoria virgo, Miniates, Anthiochia, Babillus epiſcopus, Apollonia civitate Leacus, Tirſus & Gallinecus, Hieroſolyma Alexander Epiſcopus, Nazanzo, Tripzo in Ægypto civitate quæ dicitur Thinius, Pheleas epiſcopus, & Philoronius, tribunus cum aliis multis in Sicilia civitate Cartanenſium, Agatha virgo in Perſide, Polocronius Babiloniæ & Theſifontis epiſcopus, Egen Pamphiliæ, Neſtor epiſcopus in Corduba civitate, Parmenius preſbyter cum ſociis apud Circenſem Coloniam, Marianus & Jacobus in Tyro, Anatholia & Andet apud Africam, Nemeſianus & Felix, Roganianus presbyter & Felicimus cum multis aliis Antiochiæ, Aſclepiades epiſcopus Alexandriæ, Agatho & Seraphion, Arſenius & Dioſcorus cum ſociis ſuis. *Decius. Martyrium paſſi.*

Anno dominicæ incarnationis 206 Gallus cum Voluſiano filio regnavit annos duos menſes 4. Origenes Doctor moritur & in Tyro ſepelitur. *Gallus cum Voluſiano aug. Origenes moritur.*

Anno dominicæ incarnationis ducenteſimo octavo. Valerianus cum Galieno regnavit annos 16. Horum temporibus coronantur Romæ Stephanus papa. Eugenia virgo, Jovinus & Baſileus, Lucius papa, Baſilia, Rufina, & Secunda virgo, Herculianus, Protus & Jacinctus, Sixtus papa, Valerianus, Nemeſius, Simphronius & Olympius in Hiſpania urbe Tetragone, Verona, Zenon Epiſcopus. & cõfratres, Fructuoſus epiſcopus, Augurius & Eulogius diac. Cæſarea Paleſtinæ Matinus & Arcemius apud Africã civitatẽ Tiburno, Lucemarię Maxima Donatilla, & Secũda virgo. *Martyres.*

In ter-

In territorio Canallitano, vico Mitanenſi, Privatus, epiſcopus, Theodorus cognomento Gregorius, Cæſariæ Ponti epiſcopus virtutum gloria claret.

Claudius aug. Anno dominicæ incarnat 223. Claudius annum unũ regnat, menſes 8. his adde quatuor Voluſiani, fit annus, qui hic annumeratur, remanet menſis 1. Hujus temporibus paſſi ſunt Romæ Felix papa Marius & Martha conjunx ejus cum filiis, 47. milites, qui baptizati ſunt à Dionyſio Papa. Cyrilla virgo, interracina Campaniæ civitate, Fœlix presbyter, & Euſebius.

Aurelianus aug. Anno dominicæ incarnationis 226. Aurelianus regnavit annos 5. 6. menſes. Hujus temporibus paſſi ſunt Romæ Eutichanus papa, Theodora, Baſilides, Tripos, & Mandalio, Lingonus ſancti Gemini Leonio civitate, Conon Cæſarea Capadociæ, Mannes apud Prænestinam urbem. Agapitus in civitate Salona, Anaſtaſius, Auguſtuduno. Simphorianus in territorio Navarienſi loco, qui dicitur gentibus, Andeolus ſubdiaconus, Andochius presbyter, Tirſus diaconus, & Fœlix in caſtro Divione, Benignus presbyter.

Tacitus aug. Anno dominicæ incarnationis 232. Tacitus regnavit menſes 6. adde 6. Aureliani, fit annus. Remanent 88. dies Floriani, his conjunge 28. dies, qui ſupra remanſerunt, fiunt 108. ideſt menſes 3. 18. dies, Adde duos ſuperfluos menſes, faciunt menſes 5. dies 18. Anatholius Laodiceæ Syriæ epiſcopus clarus habetur.

Probus aug. Anno dominicæ incarnationis 233. Probus regnat annos 6. menſes 4. His adde 6. Taciti, & 5. ſuprascriptos fit annus, remanet 3. menſes,

Carus cum filiis. Anno dominicæ incarnationis 240. Carus cum filiis Carino, & Numeriano regnavit annos 2. Horum temporibus coronantur Romæ Criſantus & Daria, Claudius & Hilaria uxor ejus cum filiis, Jaſon & Mauro, & 70. milites.

Diocletianus & Maximianus & Conſtantius & Galerius. Anno dominicæ incarnationis 242. Diocletianus cum Maximiano, & Conſtantio, & poſt mortem Diocletiani, Maximianus cum Severo, Galerio, & Maximiano regnavit annos 20. Horum temporibus martyrio coronantur Romæ Gaius papa, Ciriacus diaconus, Largus, & Smaragdus, Apronianus Papias, & Maurus, Claudius, & Prepedigna cum filiis, Gabimus presbyter, Caſtulus, Pancratius, Arthemius cum uxore, & filia, Sebaſtianus, Marcus, & Marcellianus, Marcellinus presbyter, Petrus exorciſta. Tranquillinus, Nicoſtratus, Zoe uxor ejus, Primus, Felicianus, Claudius, Caſtorius Victorinus Simphotianus, Baſiliſcus Fauſtius, Simplicius, & Beatrix, Tiburtius filius Coromatii, Suſanna virgo. Johannes, Criſpus, Geneſius, Felix, & Audactus, Lucia, & Geminianus, Sergius, & Bachus, Criſogonus, Saturninus, Quatuor coronati, Theodoros, Pocianus, Prætextatus, & Thraſo, apud Spoletum Gregorius presbyter, Sabinus epiſcopus, Exſuperantius, & Marcellus Diacon. apud inſulas Parmarias Anaſtaſia, Antiochia, Julianus, & Baſiliſſa. In Hiſpania, civitate Cæſarauguſtana, Vincentius Diac. In Barcinona, Eulalia virgo, Cucufas. Apud Gerundam Felix. In Cucumis Juliana virgo. Apud Tyrum Tyranno Silvanus, Peneleus, atq; epiſcopi cum innumera multitudine. Apud Sirmium, Strenum. Nicomedia Petrus, & Lucianus presbyter, Antiocemus, Antimus epiſcopus, Panthaleon, Johannes Adrianus, Dorotheus, & Gorgonius, Eleutherius. Smirniæ, Hireneus Epiſcopus. In Paleſtina civitate Gara Silvanus, Mediolanis Victor. Apud Illyricum civitate Suſſcia, Quirinus epiſcopus. Apud Tharſum, Bonifacius. Apud Aquilejam, Fœlix, & Fortunatus. Apud Ciliam, Vitus & Modeſtus, cum Creſcentia Lucia virgo in Britannia. Albanus apud Maſſiliã, Victor. apud Auguſtam Afra cum matre ſua Hilaria. In Rhetia provincia Nicea, Bithyniæ Theodora cum filiis In Hiſpania, civitate Compluto, Juſtinus, & Baſtar fratres. In Sicilia civitate Catanenſium Euplus Diaconus. Apud urbem Italiæ Pergamum Alexander, in civitate Calcedona Euſemia. In Neapoli Campaniæ Januarius epiſcopus. Beneventi Sosius diacon. Meſenate civitate, Fauſtus & Deſyderius. In Paleſtina Pelus, & Nilus epiſcopi, in Cizico Fauſta & Evilaſius, Aganno. Mauritius cum ſociis Antiochiæ. Cyprianus epiſcopus cum Juſtina apud Egeam civitatem. Coſmas & Damianus in Gallia. Caſtro Solodora, quod eſt ſuper Aralam fluvium, Victor. Apud Coloniam Agrippinam Gereon cum ſociis. Apud Tarſum Probus & Andronicus. in Venuſa civitate Apuliæ, Fœlix epiſcopus, Audax, & Januarius presbyteri. Sueſſionis civitate Criſpinus & Criſpinianus. Apud Sidonem Cenobius presbyter. In territorio Tiberius Modeſtus. & Florentina. In Scythia Menias. Antiochia Romanus. Alexandria Petrus epiſcopus. In Africa civitate Criſpina virgo. In Tuſcia Barbara virgo. In Hiſpania Leocadia. Emerita civitate Eulalia, & Julia virgines.

Conſtantius aug. Anno dominicæ incarnationis 243. Hujus Conſtantii temporibus, pace eccleſiis reddita, Epiſcopi privatis ſedibus reſtituuntur, & alia plura Chriſtianæ religioni profutura ceduntur. Inter quæ etiã

Cœnobium Trevirenſe inchoatur. cœnobium ſervorum Dei Treveri inchoatur, cui præſcripti principis aſſenſu, inter contiguos urbi muros, Johannes abbas mitæ ſanctitatis vir, initia dedit, Cujus cœnobii beatus Auguſtinus in libr. confeſſionum mentionem fecit.

Conſtantinus, Helena concubina Cæſaris. Anno dominicæ incarnationis 243. Conſtantinus Conſtantii, ex concubina Helena filius, regnat annos triginta menſes decem, his adde tres menſes qui ſupra remanſerunt fit annus, remanet menſis unus. Silveſter Papa clarus habetur, cuius induſtria Synodus præclariſſima toto orbe terrarum

trarum 318. patrum apud Niceam urbem celebratur. Crux Domini noſtri Jeſu Chriſti, à Juda inuenitur. Sed ut in geſtis Romanorum pontificum legimus, ſub Conſtantio patre Conſtantini, & Euſebio pontifice Romano, eadem crux inuenta eſt. Nam ibi ita legitur: ſub hujus temporibus, id eſt Euſebii, inuenta eſt crux Chriſti, 5. nonas Maii, & baptiſatus eſt Judas, qui & Quiriacus. *Helena concubina Cæſaris. Concilium Nicænũ. Crucis inuentio per Iudam.*

Anno dominicæ incarnationis 295. Conſtantius cum Conſtantino, & Conſtante fratribus, annos 24. menſes 5 dies 13. Horũ temporibus Maximianus Trevirorum epiſcopus clarus habetur. Jacobus Nifibis epiſcopus agnoſcitur. Antonius monachus, in Eremo moritur. Hilarius Pataviensis Epiſcopus, ab exilio revocatur. Julius papa, in exilium mittitur. Liberius papa, exilio deportatur, revocatus hæreticis favet. Felix papa deponitur, & ab hæreticis interficitur. Euſebius preſbyter propter fidem catholicam in quodam cubiculo includitur, ibique poſt 7. menſes moritur. Dionyſius epiſcopus ab Arrianis ſtrangulatur. Paulinus epiſcopus Treviren. ſucceſſor ſancti Maximiani epiſcopi, ob catholicam fidem à Conſtantio relegatur exilio, & uſque ad mortem etiam ultra Chriſtianum nomen mutando, exilio fatigatur. Ad ultimum apud Frigidam defunctus eſt, inde Treveris reportatur. *Constantius & Constans fratres. Pontifices à Cæsaribus depositi.*

Anno Dominicæ incarnationis 310. Julianus regnavit annos duos, menſes octo. His adde 6. qui remanſerunt, fit annus. ſuperſunt menſes 2. & 18. dies. Hujus temporibus coronantur Romæ Priſcus preſbyter, Priſcillianus clericus, Benedicta fœmina, Pigmenius presbyter, Gordianus, Demetria virgo, Johannes presbyter. item Johannes & Paulus, Fauſtus & Dafroſa, in Hoſtia Hilarianus Hieroſolymorum epiſcopus. Aretia civitate Donatus epiſcopus, Anthiochia Theodoritus presbyter. *Iulianus.*

Anno dominicæ incarnationis 315. Valentinianus cum fratre Valente regnavit annos 11. Romæ Damaſus papa clarus habetur, Mediolani, Ambroſius epiſcopus inſignis habetur. Hilarius epiſcopus Pictavis moritur, Athanaſius Alexandria vita decedit. *Valentianus cum fratre Aug.*

Anno dominicæ incarnationis 327. Valens cum Gratiano & Valentiniano Valentiniani fratris ſui filio regnat annos 4. Hunni, Gothos propriis ſedibus pellunt. Gothi Thraciam depopulantur. *Valens.*

Anno dominicæ incarnationis trecenteſimo trigeſimo ſecundo, Gratianus cum fratre Valentiniano regnavit annos 6. Theodoſius à Gratiano imperator creatur. Synodus 150. patrum congregatur urbe Auguſta ſub Damaſo papa. Theodoſius Archadium filium conſortem imperii facit. Maximus in Britannia imperator creatur, in Gallia apud Lugdunum Gratianum Auguſtum interfecit, fratrem ejus Valentinianum ab Italia expulit. Martinus Turonorum epiſcopus virtutum gloria fulget. Hieron. ſacræ ſcripturæ interpres Bethleem inſignis habetur. *Gratianus cum Valente. Concilium. Maximus Imp. Martinus episcopus Hieronymus. Theodosius.*

Anno dominicæ incarnationis 339. Theodoſius, qui Gratiano vivente, 5. annos jam orientem regebat. Poſt ejus mortem regnavit annos undecim, Maximum Tyrannum quarto ab Aquileja lapide interfecit. Siricus papa Romanam rexit eccleſiam. Hieronym. librum de illuſtribus viris ſcripſit, apud Ægyptum. Johannes Eremita celebratur, qui Theodoſio de Tyranno victoriam prædixit.

Anno dominicæ incarnationis 350. Archadius cum fratre Honorio regnavit annos quindecim. Gothi Italiam, Vuandali atque Alemanni Gallias aggrediuntur. Corpora Abbacuc, & Micheæ prophetarum revelantur. Innocentius papa Romanam rexit eccleſiam. Sanctus Martinus ad cœleſtia tranſit. Severinus epiſcopus Coloniæ Agrippinæ clarus habetur. Auguſtinus epiſcopus eximius doctor in Hipponenſi eccleſia divinam philoſophiam dogmatizat. Pelagius Britto gratiam Dei impugnat. *Archadius cum Honorio aug. Augustinus.*

Anno dominicæ incarnationis 364. Honorius cum Theodoſio minore fratris ſui filio regnavit annos 15. Alaricus rex Gothorum Romam invadit anno 7. Honorii. Corpora ſanctorum Stephani prothomartyris, Gamalielis & Nicodemi, Luciano presbytero revelantur. Bonifacius papa, & Celeſtinus Romanam regunt eccleſiam. Hieronymus presbyter obiit 12. Honorii anno, ætatis autem ſuæ 97. libros ſuos perfecit. *Honorius & Theodosius aug. S. Hiero. obiit.*

Anno dominicæ incarnationis 370. Theodoſius minor, Archadii filius, regnavit annos 26. Valentinianus junior, Conſtantii filius, Ravennæ imperator ordinatur. Gens Vuandalorum, Alanorum & Gothorum, Africam devaſtat. Auguſtinus epiſcopus inter ipſas obſidionum anguſtias migravit ad Deum. Vuandali capta Carthagine, in Siciliam tranſeunt. Celeſtinus & Xiſtus Romanam regunt eccleſiam, hujus temporibus Leo magnus apoſtolicam obtinuit cathedram, ad quem, & ad Pulcheriam Auguſtam, multa ſuper Eutichetis errorem ſcribit Flavianus Conſtantinopolitanus epiſcopus, & Euticenem damnat. *Theodosius minor. Valentinianus iun. S. Augustinus obiit.*

Anno dom. incar. 397. Marcianus & Valentinianus regnaverunt annos 7. Joannes baptiſta duobus monachis caput ſuum manifeſtat. Germanus epiſcopus Vtifrodorenſis, & Lupus Trecaſenis epiſcopus, in Britanniam diriguntur. Poſt hæc Germanus epiſcopus apud Ravennam moritur. Leo epiſcopus Marciano multa fidei dogmata ſcribit, Anatolius epiſcopus Conſtantinopolitanus Eutichetis errorem damnat, & à Leone papa arguitur, quod contra Nicenum concilium, Antiochenam & Alexandrinam eccleſias, ſibi ſubdere voluiſſet. Ætius patricius à Valentiniano occiditur apud Arelatum, Hilarius epiſcopus doctiſſimus atque præclariſſimus vir, qui vitam ſancti Honorati prædeceſſoris ſui compoſuit, moritur. *Martianus & Valentinianus iu. Aetius patricius.*

Anno dominicæ incarnationis 405. Leo regnavit annos ſeptemdecim, huic Leoni, Leo papa plu *Leo aug.*

Digitized by Google

rima scribit. Theodorus episcopus civitatis Syriæ, historiam ecclesiasticam à fine librorum Eusebii scribit. Hilarius Papa, Romanam Ecclesiam gubernat. Victorinus, jubente papa *Hilario*, revolutionem magni anni describit.

Zenon aug. Anno domini incarnationis 414. Zenon regnavit annos 17. Odoacer rex Gotthorum Romam obtinuit, Theodericus, cognomento Vualager, utramque Macedoniam depopulatur. Honoricus rex Vuandalorum, Arriano in Africa plusquam 334. Episcopis fugatis, ecclesias eorum clausit, & plebes variis suppliciis affecit. Felix papa damnavit Achatium Constantinopolitanum episcopum, & Petrum Alexandrinum. Gelasius vir prudens, Felici papæ in pontificatu succedit. Hic etiam damnavit Achatium & Petrum. Post hunc, Anastasius præsul efficitur, qui voluit occulte revocare Achatium, sed non potuit, qui etiam nutu divino percussus est.

Anastasius aug. Anno Dominicæ incarnationis 421. Anastasius regnavit annos 29. Transamundus rex Vuandalorum 220. episcopos exilio Sardinia misit. Huius & Zenonis temporibus sub Vuandalica persecutione martyrio coronantur. Apud Africam Eugenius Carthaginensis episcopus, & cum eo

Martyres crucian tur. plusquam 511. Appa, Bonifacius, Diaconus Servius, & Rusticus subdiaconi. Rogatus & Septimus monachi, & Maximus puer, primo igne injecti, post remotum vectibus enecati sunt. Item Marcianus & Satirianus, & Maxima virgo, & cum eis 370. crudeliter perempti sunt. Item Papias & Mansuetus, Vulteus, Valerianus, Urbanus & Crescens, Felix & Hortulanus episcopi, in confes-

Confessores. sione cursum vitæ consummaverunt. Item Daciva, & Dionysia, Emelianus medicus cum multis aliis, Valerianus episcopus, Symachus papa ecclesiam Romanam gubernat, pecuniam, & vestes

Pontifici liberalitas. per Africam, & Sardiniam episcopis in exilium missis ministrat. Post hunc Hormisda papa constituitur. Clodoveus rex Francorum qui Gallias regnavit trigenta annos, Syagrium patritium interfecit. Cunibaldum regem Burgundia expulit. Almannos tributarios facit. Anno duodecimo regni sui à sancto Remigio, Remorum episcopo, unà cum Francis baptizatur. Mammerius episcopus Viennen. ecclesiæ triduanas litanias instituit ante ascensionem Domini. Clodoveus rex cum Alarico, rege Gothorum, in Aquitania juxta Pictavos confligit, eumque regno & vita privat. Amalricus filius Alarici in Hispania regnum paternum obtinuit. Anastasius imperator Clodoveo donaregia mittit, Clodoveus Reginarium propinquum, atque cõsortem regni interfecit. A transitu sancti Martini usque ad mortem Clodovei sunt anni 112. Quatuor filii eius Theodoricus, Clodomerus, Childebertus, & Clotharius regnũ patris inter se diviserunt. Anastasius imperator in flumine perit.

Iustinus maior aug. Anno dom. incar. 450. Justinus senior regnavit annos 8. Johannes papa, à Theodorico rege Gottorum Ravennam propter fidem catholicam in custodia mittitur, ibique moritur. Idem tyrannus

Symmachum Boetium. Symmachum patritium interfecit. Boetium in liberalibus disciplinis nulli secundum, in catcerem trudit. In quo ipsa philosophia miris disputationum argumentis conqueritur. Præfatus Theodericus subita morte periit. Athalaricus in regnum succedit. Benedictus pater, & primus in loco, qui

S. Benedictus. Sublacus dicitur, & postea in castro Cassini, vir magnæ vitæ meritis, & apostolicis virtutibus effulsit. Felix, & Bonifacius Romanam regunt Ecclesiam. Sigismundus, rex Burgundionum, monasterium sanctorum Auganensium ædificat. Idem à supradictis filiis Clodovei interficitur. Theodericus cum filio Theodeberto, & fratre Clothario Thuringiam depopulatur, Ermenfridum Thuringorum ducem apud Tulpiacum extinguit.

Iustinianus aug. An. dom. incar. 459. Justinianus, Justini ex sorore nepos, regnavit annos 38. Nam per Belisarium patritium Persas fortiter devicit. Perque ipsum Belisarium Vuandalorum gentem, capto eorũ re-

* aliàs Gilimer. ge * Gelismero, usq; ad internitionem delevit. Africamq; totam post annos 90. & 6. Romano imperio restituit. Rursusque Belisarii viribus Gothorum in Italia gentem, capto * Vuitisi, eorum rege,

* aliàs Vitige. superavit. Maurosque post hæc Africam infestantes, eorumq; regem * Attilam per Joannem excõsulem mirabili virtute prostravit. Leges quoque Romanas quarum prolixitas gravabat, minoravit,

* aliàs Anitalam. & inutiles dissonantias mirabili brevitate correxit. Extruxit quoque Constantinopoli templum, quod græco vocabulo ἁγια σοφια nominavit. Cujus opus adeo cuncta ædificia excellit, ut in totis

Cassiodorus. terrarũ spatiis huic simile non possit inveniri. Hujus temporibus Cassiodorus Romæ tam seculari

* al às Alba. quam divina scientia claruit. Hic primitus consul, deinde senator, ad extremum monachus efficitur. Romæ Dionysius * abbas pascales * scribit circulos. Apud Constantinopolim Priscianus Cæsa-

Priscianus. rienses grammaticæ artis (ut ita dicam) profunda rimatus est, tumq; nihilo minus Arator Romanæ

* aliàs Pascalem calculum. ecclesiæ subdiaconus, poeta mirabilis apostolorum actus versibus hexametris decoravit. Hujus tẽporibus Romanam rexerunt ecclesiam Johannes, Agapetus, Sylverius, & Vigilius. Sylverius à Belisario jussu Theodoræ Augustæ in exilium mittitur, & ibi moritur. Vigilius quoq; eo quod nollet revocare Anthemium hæreticum, episcopum Constantinopolitanum, à Justiniano in exiliũ truditur, revocatur ab exilio, cũ Romã reverteretur, in Sicilia civitate Syracusana calculi dolore moritur. Pelagius in pontificatu succedit. Per idem tẽpus Albuinus, filius Odovini, Langobardis jã decimus imperat, qui filiã Clotharii regis Francorũ Clothsuindam in matrimonium habuit. Childebertus rex Francorum, cũ exercitu Hispaniam intrat, Amalricum regem, filium Alarici, in prælio extinguit, multum aurum, & argentum inde asportat. Clotharius filius fratris sui Clodomeri cultro confoditur. Theodericus rex moritur. Theodebertus filius eius post eum regnat.

Digitized by Google

Anno Dominicæ incarnationis 498 Iustinianus minor regnavit annos 11. Narses Patricius Totthylam regem Gothorum in Italia occidit. Idem cum ducibus Theudeberti regis Francorum Bucellino, & Amingho qui Italiam deprædabantur, pugnavit eosque interfecit. Narses apud Iustinianum & ejus conjugem Sophiam accusatus à Romanis, quod servicio Italiam premeret & statim Longinus præfectus mittitur, qui Narsetis locum obtineret. Cui inter cætera Sophia, quia Eunuchus erat, hoc fertur mandasse, quod cum puellis in gynæcio lanarum faceret pensas dividere. Ad hæc ille respondit, talem se ei telam orditurum, qualem ipsa dum viveret, deponere nõ posset, statimque genti Langobardorum mandat ut venirent & possiderent Italiam. Johannes papa Romanam ecclesiam regit. Childebertus & Clotharius reges cum exercitu Hispaniam intrant. Cæsar Augustanam civitatem obsidet. Cives induti ciliciis tunicam sancti Vincentii super murum circunferunt. Deumq; contrito corde exorant. Reges divina inspiratione flexi obsidionem solvunt. Episcopus ejusdem civitatis Childeberto regi pro munere stolam beati Vincentii constituit. Albuinus cum Langobardis Italiam intravit & Gisulphum nepotem suum Forojulianis præfecit. Theodebertus rex Italiam intrat, cum Langobardis certamen init, eosque vicit, in Franciam reversus moritur. Non multo post tempore Childebertus rex Parisius moritur, & in basilica sancti Vincentii sepelitur. Regna quæ fratres & nepotes tenuerant, in Clotharii rediguntur potestatem.

Iustinianus & Narses.

Sancti Vincentii tunica.

His temporibus Medardus episcopus migravit ad dominum, quem Clotharius rex cum debito honore Suessionis sepelivit. Post hæc Clotharius rex cum debito fato moritur, & in basilica sancti Medardi sepelitur. Quatuor filii ejus regna inter se diviserunt. Heribertus regnum Childeberti accepit, & sedem Parisiis habuit. Guniramus regnum Clodomeri renuit, sedemq; constituit Auribanus. Hilpericus regnum patris sui Clotharii cathredram Suessionis habuit. Sigibertus regnũ Theoderici * Remis sive Metis sedem statuit. Huni qui & Avares comperta morte Clotharii, super Sigibertum inruunt. Quibus ille in Thuringiam occurrens eos juxta fluvium, Albiam potenter superavit. Hic Sigebertus legationem in Hispaniam mittens Brunihildem * Atanahildi regis filiam petit, eamque in conjugium accepit, de eaque filium Childebertum * nomine suscepit, Heribertus derelicta legitima uxore, quæ vocabatur Ingoberta, duas sorores Marconefam, & Merofilidam, sibi in matrimonium jungit, ex quo scelere excommunicatus est à sancto Germano Parisiorum episcopo, & justo dei judicio percussus moritur, & in Basilica sancti Romani sepelitur. Regnum ejus Sigebertus arripuit. Hilpericus Geilsunda * sororem Brunichildis in conjugem accepit, quam pauco interjecto tempore, suggerente Fredegunde, in lecto strangulavit. Deinde Andoveram reginam à se repulit, eo quod adhortante Fredegunde, filiam propriam à sacro fonte susscepisset, & eandem Fredegundem sibi in matrimonium jungit. Habuit vero ex supra dicta Andavera tres filios, Theodebertum, Meroveum, & Clodoveum. Theodebertus jussu patris trans Ligerim regionem, quam avunculus ejus Heribertus tenuerat, occupat, & apud Pictavos cum Gulidaldo duce Sigeberti dimicat, eumq; superat. Sigebertus cum exercitu Parisius venit, fratremque Hilpericum bello aggreditur. In quo prælio supradictus Theodebertus occubuit. Hilpericus fugiens cum uxore & filiis, Torniacum ingressus est, ibiq; se communivit. Quem cum Sigebertus ibique persequeretur, dolo Fredegundis reginæ à duobus pueris ejus dolo interficitur. Quem frater in Basilica sancti Medardi sepelivit. Ea tempestate Brunichildis cum filio adhuc parvulo Parisius morabatur. Guldaldus * dux, apprehensum puerum nocte latenter aufugit, eumq; in regnum paternum reportavit. Eademq; Brunichildis Rothomagum in exilium mittitur, ubi veniens Meroveus filius Hilperici eam sibi in conjugium sociavit. Ex qua causa postea à patre attonsus, monachus efficitur, & presbyter ordinatur. Eodem tempore Sanctus Germanus Parisiorum episcopus ad dominum transit, & in Basilica sancti Vincentii sepelitur, matrem Brunichildem requirit, quã Helpericus redire jubet. Narses patricius de Campania Romã venit, ibiq; moritur, corpus ejus in locello plumbeo cum omnibus divitiis ejus Constantinopolim perlatum est. Benedictus papa Romanam ecclesiam gubernat. Fortunatus poeta in Galliis insignis habetur, qui natus quidem in loco, qui Duplalis * dictus fuit, qui locus haud longe à Cenitensi castro vel Tarvisiana distat civitate. Sed tamẽ in Ravenna nutritus & doctus in arte Grammatica, sive Rhetorica seu Metrica clarissimus existit. Qui amore sancti Martini in Gallias transiens, primo Turonis, deinde Pictavis habitavit, in qua civitate episcopus ordinatus est.

Regnum Francie dividitur.

* *Aurelii alias.*

* *Bruniam alias.*

* *Theodebertum alias.*

* *Galsundam al.*

Chilperici regis filii.

Gundibaldo.

Sigebertus dolo interficitur.

* *Gondebaldus alias.*

Meroveus fit presbyter.

S. Germanus.

Narses moritur.

Benedictus papa.

Fortunatus poeta & episcopus.

* *Duplavilis al.*

Albuinus rex cum Langobardis Tarvisium, Vincentiam, Veronamque, & reliquas Venetiæ civitates capit. Deinde Liguriã ingressus Mediolanum cœpit, & omnes Liguriæ civitates, Ticinensis civitas ultra tres annos obsidionem perferens Langobardis se tradidit, omnesque civitates armis cœperunt, præter Romam, & Ravennam, vel aliqua castra quæ erant in maris litore constituta. Albuinus postquam in Italia tres annos, & sex menses regnavit, insidiis suæ conjugis interemptus est, Elmigisus * qui Albuinum occiderat cum Rosemunda regina Ravennam ad Longinum præfectum fugit, auferẽs secum Albisindam filiam regis & omnem Langobardorum thesaurum, ubi ambo veneno perierũt. Longinus Albisindam * filiam Albuini cũ Langobardorum thesauris

Langobardi ill Italiam.

Albuinus occiditur.

Helmigisus.

* *Helmich alias.*

* *Alsuindam al.*

Langobardi in Galliam. Constantinopolim dirigit, Langobardi Gallias ingrediuntur. Horum adventum vir Dei Hospicius qui apud Niceam erat inclusus, sancto sibi revelante spiritu, longe ante prævidit. quibus occurrit armatus dux Gunzrannus, & commisso bello à Langobardis extinguitur. Mumulus in locum ejus subrogatur, qui ex Langobardis multos interfecit, eos q; in Italiam redire compulit.

S. Hospitius.

Tiberius Constantinus Augustus. Anno dominicæ incarn. 510. Tiberius Constantinus regnavit annos 7. Hic cum sub Justino adhuc Cæsare palatiũ regeret, & multas quotidie eleemosynas faceret, magnam ei dominus copiam auri subministravit, nam deambulans per palatium vidit in pavimento tabulã marmoream, in qua Crux domini sculpta, quã inde levari jubens invenit defossum magnũ thesaurum, habentẽ supra mille auri centenaria. Huic etiam thesaurus Narseti à quodam sene, qui eum cũ aliis terræ mandaverat manifestus est, qui tantus fuit, ut vix per multos dies cisternam in qua jacuerat, à deportantibus potuisset evacuari. Huic Sophia Augusta insidias tendere tentavit ingerere. Procedente enim eo ad villam, ut juxta ritum imperialẽ 30. dieb. ad vindemiã jucundaretur, vocato Justiniano nepote Justini mariti, voluit eum in regno sublimare, quo comperto, Tiberius apprehensam Augustam omnibus thesauris spoliavit, solum ei victum relinquens. Hujus exercitus Persas debellavit, tantamque prædam cum 20. pariter Elephantis detulit, ut humanæ crederetur posse sufficere cupiditati. Ad hunc Hilpericus rex Francorũ suos Legatos dirigens, multa ab eo ornamẽta, aureos etiam singularum librarum suscepit, habentes ab una parte effigiem Imperatoris, & scriptum in circulo Tiberius Constantinus perpetuus Augustus, ab alia parte habentes quadrigam & ascensorem, in circuitu scriptum gloria Romanorum. Hujus diebus Gregorius diaconus cum esset apochrisarius in urbe Constantinopolitana, morales libros composuit. Euticiumq; ejusdem urbis episcopum de resurrectione errantem, in conspectu Augusti superavit. Pelagius papa Romanã regnavit ecclesiam, qui absq; jussione principis ordinatus est, eo quod Langobardi Romam obsiderẽt, nec posset quisquã progredi. Hilpericus rex, descriptiones novas per cõsilium Fredegũdis in omni regno suo facit, ut unusquisq; possessor de propria terra, de uno Arpennæ, unam amphoram vini ad partẽ regis daret, & de Jugere modium unum, unde populus valde oppressus vociferabãtur ad dominum. Immisit autem dominus plagam in domo regis, & ipse ęgrotari cœpit, & duo filii ejus mortui sunt. Rex perterritus descriptiones combussit, & tributum indulsit. Post hoc cognovit uxorem suam quæ peperit filium, quem appellavit Clotharium. Hic fuit postea rex magnus

Thesaurus duus Tiberius reperit.

Aurei singularũ librarum.

Gregorius papa.

Pelagius papa.

Lex de Sinearum cultoribus, Gallicum est.

Mauricius Aug. Anno dominicæ incar. 517. Mauricius regnavit annos 20. Hunc, Tiberius sentiens sibi diem mortis imminere, una cum consilio Sophiæ Augustæ ad imperium elegit, ornataque sua filia regalibus ornamentis eam tradidit, & cum ea omne imperium. Langobardi cum per annos 10. sub potestate ducum fuissent, regem super se statuũt Otharium * filiũ Clephonis, quem etiam ob dignitatem Flavium appellaverunt. quo prænomine Longobardorum reges usi sunt, Duces qui tunc erant ob restaurationem regni, omnium substantiarũ suarum medietatẽ regalibus usibus tribuunt, ut esse posset unde rex ipse, sive qui ei aderant, per diversa officia alerentur. Mauricius Imperator Childeberto regi Francorum, quinquaginta milia solidorũ per suos legatos direxit, petens, ut Langobardos de Italia exterminaret. Qui cum Francis in Italiam intrat. Langobardi munera tribuũt, & pacem cum eo faciunt, Imperator solidos requirit. sed ille suarum virium potentia fretus, pro hac nec responsum reddidit. Idem Childebertus bellum adversus Hispanos gerens, eorum acies superavit. Causa hujus certaminis ista fuit. Childebertus Ingundem sororem suam Herminigildo Levigildi Hispanorum regis filio, in conjugium tradiderat, qui Herminigildus prædicatione Leandri episcopi Hispalensis, atque adhortatione suæ conjugis, ad Catholicam fidem cõversus fuerat, quẽ pater impius, in ipso sacrato Paschali die securi percussit. Ingundis post mariti mortem, cum in Gallias repedare vellet, à Pyratis tenetur, atque in Siciliam deducitur, ubi & moritur. Filius ejus Imperatori est transmissus. Eo tempore fuit, aquæ diluvium in finibus Venetiarum, & Liguriæ, seu in cæteris regionibus Italiæ, quale post Noe tempus creditur non fuisse. Sed secuta est statim pestis Inguinaria, quę tanta strage populum devastavit, ut de inæstimabili multitudine pauci remanerent. In hac tribulatione Gregorius à cunctis generaliter papa electus est, & in Pontificali cathedra sublimatus. Per idem tempus, idem Gregorius papa Augustinum, & Mellitum, & Joannem cum aliis plurimis monachis timentibus Deum, in Britanniam misit, eorum q; prędicatione ad Christum Anglos convertit. Racharedus rex Gothorum, frater Herminigildis martyris, per prædicationem Leandri episcopi, ad fidem Catholicam convertitur.

Flavii Langobardorum reges dicti

Leander episcop.

Ingundis moritur

Inguinaria pestis.

Gregorius papa.

Angli & Gothi ad fidem versi.

Gens Anglorum ad Christum convertitur. Edilbertus rex eorum baptisatur.

Gregorius papa, libros regulæ pastoralis, quos in episcopatus sui exordio scripserat, libros etiam, quos in expositione beati Job jamdudum Constantinopoli fecerat, suprædicto Leandro episcopo mittit, cui etiam pallium ex benedictione sancti Petri dirigit.

Mauricius Imperator legationem ad Childebertum regem dirigit, mandans ei, ut quod prius nõ fecerat, nunc adimpleret, ut Langobardos ab Italia removeret, qui exercitum in Italiam direxit, & commissa pugna cum Langobardis. Francorum acies graviter attritę sunt. Abrincatis, Paternus episcopus civis Pictavensis nitescit.

* Autharius al.

Flavius

Flavius rex Otharius, * Theodelindam Garibaldi Baioariorum ducis filiam, in conjugium accepit. Childebertus, iterato in Italiam exercitu Francorum, cum 20. ducibus, ad bellandum Langobardorum aciem direxit. Qui per tres menses Italiam pervagantes, plurima castra depositerunt, & innumerabilem multitudinem captivorum inde abduxerunt, Regem autem Otharium habere non potuerunt, quia intra Ticinensem urbem se continuerat exercitus. quia tempus æstivum erat propter inconsueti aeris incommoditatem, Dysenteriæ morbo graviter fatigabatur, & ob id in patriam redire compellitur. Tassilo super Bavariam à Childeberto dux constituitur. Otharius rex, ad Guntrannum regem, patruum Childeberti legatos misit, ut per ejus nutum, pax inter Childebertũ & Otharium firmaretur. Erat autem iste rex pacificus omni bonitate ornatus. Is cum quodam die venatum in silvam iret, &, ut solet fieri, hac illacque discurrentibus sociis, ipse cum uno fideli suo remansit solus, & gravi somno depressus, capite in gremio ejus inclinato obdormivit. De cuius ore parvum animal egressum, tenuem rivulum, qui prope discurrebat, transire moliebatur. Tunc is in cuius gremio quiescebat, spatam suam eduxit, eique ex ea pontem fecit, per quem ad aliam transiuit partem, et in quoddam montis foramen ingreditur, & post paululum revertitur, & per eandem spatam riuulum transiens, in os Guntranni ingreditur, statimque à somno excitatus omne retulit sicut vidit, is in cuius gremio dormierat, cum rem per ordinem retulisset, effossus est locus, & inæstimabiles sunt reperti thesauri, de quo auro, mirę magnitudinis cœnobium* fabricavit, & supra Corpus sancti Marcelli martyris in civitate Cyballanis * poni fecit. Nec est usquàm ullum opus ex auro factum, quod huic valeat comparari. Nec post multum tempus idem rex, cum thesauros suos ecclesiis ac pauperibus erogasset moritur, & in eadem Basilica sepelitur. Regnum eius Childebertus, & filii eius obtinuerunt. Per idem tempus venit sanctus presbyter Goar, ex Aquitania, & in territorio Treverensi, in pago Trigorio super ripam Rheni, & rivulum qui Vuochara dicitur, Oratorium in honore sanctæ dei genitricis construens, orationibus, eleemosynis & prædicatione inibi insistens, plenus virtutibus in eodem loco quievit. Circa hæc etiam tempora Hilpericus rex, insidiis suæ conjugis Fredegundis, cum de venatione rediret interficitur, & Parisius in Basilica sancti Vincentii sepelitur. Clotharius adhuc puer à matre & Landerico, qui tunc maior domus erat, in regnum sublimatur. Audiens Childebertus Avunculum mortuum; regnum illius occupare nititur, & cum immenso Francorum & Burgundiorum juxta Suessionem civitatem venit exercitu, ubi eis Fredegundis cum Landerico duce occurrit, & pugna commissa, exercitus Childeberti graviter cæsus fugit. Post idem tempus Childebertus moritur, habebat autem duos filios, unum ex concubina nomine Theodebertum, qui maior natu erat, Alterum ex Regina nomine Theodericum. Hujus regis maior domus fuit Arnulfus. Theodebertus regnum parentis obtinuit, Theodericus regnum Guntranni. Idem Burgundiam cum avia sua Brunichilde. Per idem tempus bellum inter Clotharium & Theodericum oritur super fluvium Aroadi, * tantaque cædes de utroque populo facta est, ut ipse alveus de cadaveribus repletus magis cruorẽ, quàm aqua mr fundere videretur. In prædicto, ut aiunt, certamine, visus est angelus domini gladium evaginatum tenens super populum. His temporibus sanctus pater Columbanus ex Hybernia cum beato Gallo, & aliis probatissimis discipulis venit in Burgundiam, ibique permittente rege Theoderico monasterium, quod Luxomnium * dicitur, ædificavit. Exinde à Brunichilde fugatus, Alemaniam ingressus est, ibi sanctum Gallum discipulum suum reliquit. Ipse vero in Italiam transiens monasterium, quod Boviuni * dicitur, ædificavit, ubi & multorum pater extitit monachorum. Per idem tempus rex Otharius moritur, & Agilulfus dux Taurinatius, accepta Theodelinda regina in conjugium, super Langobardos in regem elevatur, quibus Gregorius papa de pace inter Langobardos & Romanos conservanda, multa scribit. Prædictæ etiam reginæ quatuor libros, quos de vita sanctorum composuit, transmisit. Quem codicem dialogum id est duorum locutionum, quia eum colloquens cum suo diacono Petro ediderat, appellavit. Per hanc reginam multum utilitatis ecclesia consecuta est. Agilulfus cum Theoderico rege Francorum, perpetuam pacem fecit. Cœnobium sancti Benedicti abbatis à Langobardis noctu invaditur, monachi Romam petierunt, secum Codicem sanctæ regulæ, nec non pondus panis, & mensuram vini deferentes. Mauricius Imperator cum filiis suis Theodosio, Tiberio & Constantino, à Phoca qui fuit strator Prisci patricii, occiditur.

Anno dominicæ incar. 538. Phocas regnavit annos 8. Hujus secundo anno Gregorius papa migravit ad dominum, cui in pontificatu Sabinianus successit, quo defuncto Bonifacius papa constituitur. Hic obtinuit apud Focam principẽ, ut sedes Romana caput esset omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiarum scribebat. Hic menses 8. & dies 20. in Cathedra residens, perrexit ad dominum.

In cujus loco iterum Bonifacius consecratur. Hic petiit Focam, ut in veteri fano, quod Pantheõ vocabatur, quod à Domitiano Cæsare fuerat constructum, ecclesiam sibi consecrare liceret, quod annuit Imperator. Post hunc Deusdedit, in pontificatu sublimatur. Eleutherius Patritius, & Cubicularius Imperatoris, in Neapoli civitate interfecit Joannem tyrannum.

* Antharius aliàs Theodelinda.

Otharius.

Ex Guntranni somnio reperti thesauri.

* Ciborium aliàs.
* Caballono vel Cavilonio aliàs. Cabilone.

Sanctus Goar.

Hilpericus rex Francorum, dolo conjugis interficitur. Landericus dux.

Childebertus moritur

* Aaronca aliàs.

Maxima clades.
S. Columbanus & Gallus.

* Luxovium aliàs.

* Bobium alius.
Rex Otharius moritur.
Agilulfus rex.

Theodelinda.

Cœnobium sancti Benedicti invadunt Langobardi.
Mauricius Impe. cum filiis à Foca occiditur.
Foca Imperator.
Sabinianus papa.
Sedes Romana, hic primũ cepit esse caput Ecclesiæ.
Bonifacius.

Papa deum dedit. A. 606.

Perſæ, adverſus rempublicã graviſſima bella gerunt, & Hieroſolymã intrantes, vexillũ dominicæ Crucis aſportant. Anaſtaſius monachus illuſtre martyriũ pertulit. Nam à Perſis multa pro Chriſto perpeſſus, ad extremũ à Coſdroe rege eorum decollatus, cum aliis 70. In Francia inter Theodoricũ & Theodebertum fratres, inſtigante Brunichilda avia, graviſſimum oritur bellum, eo quod Theodebertus non legitimus hæres regni diceretur, quia de pellice erat natus, & apud Tulpiacum caſtrum ſummis viribus decertatum. Theodebertus terga vertit, & Coloniam fugit, inde abſtractus, & à fratre attonſus, clericus efficitur, & non poſt multum ab eodem fratre trucidatur, & duo filii ejus interficiuntur. Regna quæ præfati reges tenuerunt, in poteſtatem Clotharii tranſeunt. Brunichildis propter multa maleficia quæ perpetrat, juſſu Clotharii, equorum indomitorum caudis religata diſcerpitur. Agilulfus rex Langobardorum moritur, & Rodoaldus * filius eius in regnum ſtabilitur.

Theodebertus à fratre trucidatur.

Brunichildis mors digna.

Agilulfus rex Lãgobardorum moritur.

* Adaloaldus aliàs.

Heraclius aug.

Anno dominicæ incarnationis 546. Heraclius regnavit annos 26. Qui adverſus Perſas bellum aggreſſus, occiſo Coſdroe rege eorum, Perſas in deditionem accepit, & lignum ſanctæ Crucis Hieroſolymam, unde ſublatum fuerat, cum magna veneratione reſtituit. Bonifacius quintus, & Honorius Severinus, & Joannes Romanam regunt eccleſiam. Heduinus rex Anglorum prædicante Paulino epiſcopo, ad Chriſti fidem cum ſua gente convertitur. Honorius papa Scotos in obſervatione paſchæ errantes, per epiſtolam redarguit, ſimiliter & Joannes ſucceſſor Severini facit. Per idem tempus fuit maior domus in palatio Clotharii regis, Arnulfus vir, ut poſtmodum claruit, Deo amabilis, qui poſt gloriam ſeculi, Chriſti ſe ſervitio ſubdens, mirabilis in epiſcopatu extitit. Huic Dagobertus filius Clotharii, in annis puerilibus poſitus, traditus eſt à genitore, ut eum ſecundum ſuam ſapientiam enutriret, eique tramitem Chriſtianæ religionis oſtenderet. Hinc poſt quàm ad virilem ætatem pervenit, Sandrageſillum ducem Aquitaniæ, & percharum conſiliarium patris, eo quod ſe quadam contumacia deſpiceret, verberibus affecit, & barbæ ratione deturpavit. Quod cum pater cognoviſſet, eum ad ſupplicia requirit. Ille furorem patris timens in Baſilicam ſanctorum Dionyſii & ſociorum eius confugit, eorumque tutelam ſupplex expoſcit. Quorum ſuffragantibus meritis, à nullo potuit inde extrahi, quouſque commiſſum facinus pater indulgeret. Vnde & illum potiſſimum dilexit locum. Vbi poſtmodum ingentia dona contulit, & numeroſa prædia dedit. Poſt hæc Dagobertus cum Pippino duce in Auſtria regnaturus, à patre dirigitur, & ſancti Arnulfi Metenſis epiſcopi conſiliis commendatur. Rodoaldo Langobardorum rege mortuo, Rotharius eidem regno præficitur.

Arnulfus Metẽſium epiſcopus.

Pædagogus.

Dagoberti in Comitem Aquitanie facinus.

Heraclionas aug.

Anno dominicæ incarnationis 572. Heraclionas filius Heraclii, cum matre ſua Martina, regnavit annos 2. Cyrus Alexandriæ, Sergius & Pyrrhus regiæ urbis epiſcopi, unam operationem in Chriſto divinitatis, & humanitatis & unam voluntatem dogmatiſant, et ob hoc à Theodoro * papa, & aliis epiſcopis condemnati ſunt. Dagobertus filius Clotharii cum Saxonibus dimicans, graviter ab eis vulneratur, patremque per legatum vocat in auxilium, qui feſtinus cum exercitu venit, & interfecto eorum duce Bertaldo, * ita Saxones armis perdomuit, ut omnis vitilis ſexus eiuſdem terræ incolas, qui gladii, quod tunc forte gerebat, longitudinem exceſſiſſent, perimeret. Circa hæc tempora Sinenandus, & poſt eum Chilitilla, in Hiſpania regnaverunt. Horum temporibus Synodus bis facta eſt in urbe Toletana, ubi plurima de fide catholica, & religione Chriſtiana promulgata ſunt, & ſcripto roborata. Sub his etiam regibus Iſydorus, Hiſpalenſis eccleſiæ epiſcopus floruit, nulli modernorum doctorum poſtponendus, qui multa de fide regulis, eccleſiaſticiſq; diſciplinis diſputavit. Poſt idem tempus conjunx regis, nomine Cæſarea, pro Chriſti amore, privato habitu venit Conſtantinopolim, & poſt aliquot dies baptiſata, ab Auguſto de ſacro fonte levata eſt. Quam vir eius requirens, cum 40. militaribus * viris pacifice Conſtantinopolim venit, à quo ſatis digne ſuſceptus, cum omnibus quos ſecum adduxerat, baptiſatus eſt, et ab Auguſto de fonte levatur, multiſq; muneribus honoratus, accepta conjuge ad patriam repedavit.

Hæreſis.

* à Martinoaliàs.

* Bertulfo aliàs.

Saxonum cædes maxima à Francis.

Synodus in Hiſpania.

Iſydorus.

Cæſarea regis Perſarum conjunx.

* Militibus suis aliàs.

Conſtantius aug.

Anno dominicæ incarnationis 575. Conſtantius filius Heraclii, cum fratre Heraclione regnavit menſibus 6. Pyrrhi ſucceſſor Paulus, non tantum veſana doctrina ſicut prædeceſſores eius, ſed & aperta perſecutione catholicos cruciavit ob hoc & ipſe ſicut prædeceſſores eius à ſede apoſtolica damnatus eſt.

Paulus patriarcha condemnatur.

Conſtantinus filius Conſtantii.

Anno dominicæ incarna. 576. Conſtantinus filius Conſtantii, filii Heraclii regnavit annos 28. Hic à ſupradicto Paulo deceptus, hæreticus efficitur expoſuitq; typum adverſus catholicam fidẽ, nec unã nec duas voluntates, aut operationes in Chriſto definitas eſſe confitendas, quaſi nihil velle, nec operari, vel credend' potens ſit deus. Vnde è Martino papa, & 150. epiſcopis ſub anathemate dãnati ſunt ſupra nominati epiſcopi. Hac de re idẽ Martin' papa in exiliũ mittitur, apud Cerſonã, ubi; moritur. Vbi etiã miraculorũ gloria fulget. Eugenius papa conſtituitur, quo vita decedente, Vitellianus in eius loco ſubrogatur. Rothario Lãgobardorũ rege mortuo, Grimaldus vir ſtrenuus regnũ obtinuit. Per id tẽpus Clotharius rex Francorũ moritur, & ſub Vrbãno Pariſi' in Baſilica ſancti Vincẽtii ſepelitur. Dagobertus Monarchiã totius Imperii obtinuit, excepto q; fratri ſuo Heriberto cõtra Ligerim, & limitẽ quo tẽditur partib' Vuaſcõiæ, pagũ ſcilicet Toloſanũ, Caturcinũ, Aganẽſe, Petrogoricũ & Sanctonicũ vel q; ab his verſus Pyreneos mõtes excluditur, cõceſſit. Grimaldus rex Beneventi

Martinus papa in exilio moritur.

Eugenius papa.

Dagobertus rex Francie.

Beneventi.

Digitized by Google

rum potentem perſequitur. Quem idem rex in ſua fide ſuſpiciens adulatorum, & detrahentium linguis ſtimulatus, dolo occidere meditatur, ſed induſtria Hunoldi fideliſſimi ſatellitis, per murum Ticinenſem depoſitus fune, in Franciam ad Dagobertum fugit, mortiſque periculum evaſit. Per id tempus Theodorus archiepiſcopus, & Adrianus Abbas doctiſſimus à Vitelliano papa miſſi ſunt in Britanniam, plurimaſq; eccleſias Anglorum, doctrinæ Apoſtolicæ fruge fœcundarunt. *Theodorus archiepiſcopus Cantuariensis epiſcopus.*

è quibus Theodorus archiepiſcopus peccantium indicia, * quantis ſcilicet annis pro uno quoque peccato quis pœnitere debeat, mirabili & diſcreta conſyderatione deſcribit, his diebus Conſtantinus Auguſtus Italiam à Langobardorum manu eripere cupiens, Conſtantinopolim egreſſus venit Athenas, inde mare transgreſſus Tarentum applicuit, inde Beneventum intrávit, omnesq; penè civitates Langobardorum per quas venerat cœpit. Luceriam uſque ad ſolum proſtravit. Deinde Beneventum cum omni exercitu circumdedit, ubi Romualdus filius Grymaldi ſe incluſerat, Imperator accepta obſide prædicti Romualdi ſorore, ſoluta obſidione, Neapolim proficiſcitur. Inde Romam perrexit, cui ſexto ab urbe miliario Vitellianus papa cum ſacerdotibus & populo Romano occurrit, qui obtulit beato Petro pallium auro textile, & manens apud Romam diebus 12. omnia quæ fuerant antiquitus inſtituta ex ære in ornamentum civitatis depoſuit, in tantum, ut etiam baſilicam beatæ Mariæ, quæ aliquando Pantheon vocabatur, diſcooperiret, tegulasque æreas inde auferret. Poſt hæc Neapolim reverſus, itinere * terreno perrexit civitatem Regium, * ingreſſusque Siciliam habitavit Syracuſas, manſit autem in Sicilia 6. annos, ubi poſt plurimas & inauditas deprædationes in balneo à ſuis extinctus eſt, poſt hujus mortem Mezentius * in Sicilia Regnum arripuit, ſed abſq; orientalis exercitus voluntate, contra quem Italiæ milites, alii per Hiſtriam, alii per Campaniã, alii vero à partibus Africæ & Sardiniæ venientes in Syracuſas eũ vita privarunt. Conſtantinopolim caput falſi imperatoris deportatum eſt. Hæc audiens gens Saracenorũ (quæ jam Ægyptum & Alexandriã pervaſerat) ſubito cum multis navib⁹ venientes Siciliã invadunt, Syracuſas ingrediuntur, multamq; ſtragem faciunt populorum, auferentes quoque prædam nimiam & omnem ilium, quem Conſtantinus à Roma ſumpſerat ornatum, in ære & diverſis ſpeciebus, ad Alexandriam reverſi ſunt.

* Supplicio alibi.

* alibi litore Rheno.

* alibi Rhegium conſtantinus interficitur.

* Mezentius, alias Mezetius.

Anno dominicæ incarnati. 605. Conſtantinus filius Conſtantini ſuperioris auguſti, regnavit annos 17. Donus papa apoſtolicam ſedem tenet. Quo defuncto Agatho, papa ordinatur. Conſtantinus Auguſtus 150. epiſcopos congregari fecit in urbe Regia, inter quos etiam fuerunt Legati ſanctæ Romanæ eccleſiæ, miſſi ab Agathone papa, Ioannes diaconus, & Ioannes Portuenſis epiſcopus, qui omnes eandem hæreſim damnarunt, quæ unam operationem & voluntatem in domino Jeſu Chriſto aſſeverabat. Ea hora tantæ aranearum telæ in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur, & per hoc ſignificatum eſt, quod ſordes hæreticæ pravitatis depulſæ eſſent. Et Georgius quidem patriarcha Conſtantinopolitanus correctus eſt, ceteri vero in ſua defenſione perſeverantes, anathematis ſunt ultione percuſſi. Recta autem fides et vera hæc eſt. ut in domino noſtro Jeſu Chriſto ſicut duæ ſunt naturæ, hoc eſt dei & hominis, ſic etiam duæ credantur eſſe voluntates. His temporibus ſolis eclypſis facta eſt 5. Non. Maii, moxque ſubſecuta eſt graviſſima peſtis tribus menſibus, Iul. Aug. et Septem, tunc viſibiliter multis apparuit, quia bonus & malus angelus noctu per civitatem pergerent, & ex juſſu boni angeli malus angelus, qui videbatur, venabulo oſtium cuiuſcumq; domus percuſſiſſet, tot de eadem domo ſequenti die homines interirent. Per id tempus Dagobertus rex Arnulfum avunculum Heriberti fratris ſui, propter infidelitatem ſuam interfici juſſit, qui ab Amalgario & Arneberto ducibus, & Vuilibaldo patritio interfectus eſt. poſt diſceſſum igitur beati Arnulfi, ad huc conſilio Pippini, qui maior domus dicitur, & Cuniberti pontificis Vlſcolone, Dagobertus utens, ab ipſis fortiter ammonitus proſperitatis & juſtitiæ amore complexus, univerſarum ſibi gentium ſubditarum favoribus extollebatur. Habuit filium ex quadam puella nomine Regnidruda, quem frater ejus Heribertus Aurelianus veniens de ſacro fonte ſuſcepit. Namq; dum eundem puerum Amandus epiſcopus catechumenum faceret, finita oratione, cum nemo reſpondiſſet amen, aperuit dominus os pueri, qui non amplius quam quadraginta dies habebat, & cunctis audientibus reſpondit amen. Vocatus eſt idem puer Sigibertus. Arnulfus epiſcopus & Romaricus Abba, clari habentur. Eo anno legati regis Dagoberti, Servatus &. Paternus à Conſtantinopoli regreſſi ſunt, petiitq; Imperator Dagobertũ, ut ones Iudæos regni ſui ſecundũ fidẽ catholicam baptizare præciperet, aut de regno expelleret, Siquidem in ſyderum ſignis cognoverat, quod à circunciſis gentibus divino nutu, ejus Imperiũ eſſet vaſtandũ. Et rex quidẽ ſummo hæc peregit ſtudio, ſed Imperatori non de Judæis, ſed de Saracenis fuerat demõſtratũ. Poſt hæc Heribertus moritur, relinquens filium parvulũ nomine Hilpericũ, qui etiam paulo poſt moritur. Regnum ad Dagobertum tranſit. Grymaldus rex Langobardorum cum Dagoberto pacis firmiſſime fœdus iniit, Quod cum profugus Bertarius * cognoviſſet, metuens Grymaldũ, egreſſus à Gallia ad Britanniam inſulam properare diſpoſuit. Interea Grymaldus moritur, cumque jam Bertarius navim ingreſſus, aliquantum per pelagus navigaſſet, vox à litore audita eſt, revertatur Bertarius in patriam ſuam, quia tertius dies eſt hodie, quod Grymaldus rex mortuus eſt. Qui ſtatim

Theodorus archiepiſcopus Cantuariensis epiſcopus.

* Supplicio alibi.

* alibi litore Rheno.

* alibi Rhegium conſtantinus interficitur.

* Mezentius, alias Mezetius.

Conſtantinus Conſtantini ſuperioris aug.

Donus papa.

Conſtantinus aug. facit concilium.

Vera fides duas in Chriſto voluntates operationes requirit.

Solis Eclypſis.

Peſtis graviſſima et duo Cœli viſi ſunt.

Alii ex Neuſtria Aquitaniã vocantur.

Sigibertus puer à baptiſmo locutus Amen.

Iudæi aut baptizandi aut expellendi.

Heribertus frater Dagoberti moritur cum filio.

* Petiit alibi.

Grimaldus moritur.

statim reversus regnum Langobardorum obtinuit, atque Cunibertum filium suum consortem regni facit. Agathone papa decedente, Leo junior locum ejus obtinuit. Post hunc Benedictus ordinatur. Dagobertus rex cum Sclavis congreditur, eosque superavit, quibus præerat tunc dux nomine Samo. Vuasciones etiam rebellantes ferro compescuit, Huni & Bulgares inter se prælio conserunt, Huni Bulgares superant, qui devicti & de Pannonia expulsi, novem milia cum uxoribus, & liberis regem Dagobertum expetunt, terram ad manendum requirunt. Quos rex ad Heimandum & Baioariam recipere præcepit. Dispersosque per domos omnes una nocte cum mulieribus & liberis interficere fecit. Circa hæc tempora defuncto Sisebodo rege Hispaniæ, Sisenandus quidam ex proceribus Dagobertum regem expetiit, ut ei auxilium ferret, quatenus regnum Hispaniæ obtinere posset, in hujus beneficii recompensatione missorium aurum regi promittit, pensantem auri pondera 50. Rex exercitum misit cum Habundantio, & Venerando ducibus, regnumq; viribus Francorum Sisenandus obtinuit. Missorium Gotthis contradicentibus, non transmisit. Sed ducenta millia solidorum, pro missorio regi Dagoberto persolvit. Quod argentum rex sancto Dionysio dedit. Edildrudis regina & virgo apud Anglos clara habetur. Gens Saracenorum ex Aegypto in Africam cum nimia multitudine pergens, obsessam Carthaginem cœpit, & crudeliter depopulatam ad solum usque prostravit.

Huni Bulgares superant.

Dagoberti crudelitas in Bulgares.

Missorium aurũ.

Justinianus.

B. Chilianus.

Protospatarius.

Anno dominicæ incarnationis 612. Justinianus minor, filius Constantini regnavit annos 10. Joannes, Conon & Sergius Romanam regunt ecclesiam. Chilianus episcopus Vuirtzburgensis, Arnnal ejus discipulus clarescit. Justinianus Africam à Saracenis abstulit, & cum eisdem pacem, terra marique fecit. hic Sergium Pontificem, quia in errorem illius synodi quam Constantinopoli fecerat, favere & subscribere noluit, misso Zacharia protospatario suo, Constantinopolim deportari jussit, sed militibus repugnantibus jussa principis perficere non potuit. Adalgisus * tyrannus, dux Tridentinæ civitatis, admittentibus Aldone & Grausone Brixianis civibus, et aliis multis ex Langobardis, contra Cunibertum regem debellat, eumque de regno expulit, sed resumptis viribus Cunibertus præfatum tyrannum in prælio interfecit Dagobertus rex, Metis veniens in consilio Pontificum & Procerum, filium suum Sigibertum in regno Austriæ * sublimat, eumque Cuniberto episcopo Colonensis ecclesiæ, & Pippino duci commendat. sequenti anno ei filius natus est, cui regnum Neustriæ cum, atque Burgundiæ dandum post suum discessum nominavit, post hæc idem Dagobertus moritur, & in basilica sancti Dionysii sepelitur, fuit autem providus in consilio, cautus in judicio, strenuus in militari disciplina, largus in eleemosynis, studiosus in componenda pace ecclesiarum, & præcipue devotus in ditandis sanctorum cœnobiis, qui quamvis omnia loca sancta excoluisset, tamen præ cæteris monasteria sanctorum Dionysii, Martini, atque Mauritii excoluit, & omni ecclesiastica dignitate nobilitavit. Regnum eius sicut ipse vivens divisérat, filii eius tenuerunt. Ega * maior domus cum Nautilda regina, regnum Clodovei administrat. circa hæc tempora cum in castro Cassino vasta solitudo existeret, venientes de Celimanicorum vel Aurelianensium regione, Franci, venerabilis patris Benedicti, eiusque Germanæ Scolasticæ, corpora asserunt, & in suam patriam asportant. Corpus sancti Benedicti in territorio Aurelianensi, in monasterio quod vocatur Floriacus, sepultum est. Porrò sanctæ Scolasticæ in partibus Cenomanensium religiosorum devotione conditum. rege Cuniberto mortuo de regno Langobardorum inter principes magna fit controversia, plurimi interficiuntur, nonnulli excæcantur. Mulieres etiam quæ se reginas fore jactaverant, naso & auribus abscisis deturpantur, ad extremum Heribertus dux Taurinensium regnum obtinuit.

Pippinus Austrasiæ.

Ega Burchardus aliàs.

S. Benedicti translatio & Scholastica.

Anno dominicæ incarnationis 622. Leo Augustalem dignitatem arripiens, Justinianum regno privavit, eumque exulem in Ponto servavit, regnumque Romanorum tribus annis rexit. Sergius papa in sacrario beati Petri apostoli, magnam portionem ligni dominicæ crucis reperit, quæ ex tempore illo ab omni populo in basilica Constantiniana, die exultationis ejus osculatur ac adoratur. in Britannia Cunibertus Lindisfranensis ecclesiæ episcopus clarus habetur. in Galliis Audoenus Rotomagensis, Eligius Novigensis, Sulpitius Bituriacensis episcopi clari habentur. His etiam temporibus venerabilis vir Vuillibrordus, cognomento Clemens, de Britannia gentis Anglorum, ob gratiam Evangelii in Gallias transiens, à Sergio papa episcopus Frisonum consecratur, atque in eandem gentem ad prædicandum dirigitur. Tiberius regnavit annos septem. Hic contra Leonem insurgens, regnum ejus invasit, eumque toto quo ipse regnavit tempore, in eadem civitate in custodia tenuit. Gisulfus dux, Beneventum & Campaniam igne, gladio & captivitate vastavit. Joannes Romanam regit ecclesiam. Hic universos captivos quos Gisulfus cœperat redemit, atq; Langobardos domum redire fecit, cui successit alius Joannes. Clodoveus rex, corpus beati Dionysii discooperiens minus religiose, licet cupide, os bracchii eius fregit & rapuit, confestimque stupefactus in amentiam incidit, & post duos annos vitam cum regno finivit. Hoc tempore Synodus Aquileiæ facta ob imperitiam fidei, quintum universale concilium suscipere diffidit. Quæ synodus facta fuerat temporibus. Vigilii papæ, contra Hæreticos qui beatam Mariam solum hominem, non deum & hominem, genuisse affirmabant, in qua synodo catholicè institutum est, ut Maria semper virgo *Theotocos* diceretur, quia non solum hominem, sed verè deũ & hominem genuit,

Leo Augustus Justiniano aufert.

Tiberius 3. aug.

Clodoveus moritur. Concilium contra Hæreticos.

Cunibertus episcopus occiditur.

Digitized by Google

Ea ætate claruit Lambertus Tungrenſis eccleſiæ epiſcopus, qui dum regiam domum zelo religionis accenſus increpaſſet, ab iniquiſſimo Dodone, & aliis viris de palatio miſſis, improviſe concluſus intra domum eccleſiæ, in Leodio vico occiditur.

Anno domini incarna. 632. Juſtinianus ſecundo cum Tiberio filio regnavit annos 6. hic regnum rurſus recipiens, eos qui ſe expulerant patritios, occidit. Leonem quoque & Tiberium qui locum ejus uſurparant, cœpit. Et in medio circo coram omni populo jugulari præcepit, Gallicinum vero patriarcham Conſtantinopolitanum erutis oculis Romam miſit, Cyrumque abbatem, qui eum in Ponto exulem haluerat, epiſcopum in loco Gallicini conſtituit Siſinnius & Conſtantinus Romanam regunt eccleſiam. Hunc Conſtantinum ad ſe venire jubens Juſtinianus, honorifice ſuſcepit ac remiſit, quem proſtatus in terra, pro ſuis peccatis intercedere rogans, cuncta eccleſiæ privilegia renovavit. Qui cum exercitum in Pontum mitteret ad comprehendum Philippicum, quem ibi relegaverat, multum eum idem papa prohibuit, ſed tamen inhibere non potuit. Exercitus qui miſſus contra Philippicum fuerat, ad partem ejus ſe contulit, & eum imperatorem facit, qui Conſtantinopolim contra Juſtinianum veniens, cum eo ab urbe millario duodecimo pugnavit, & eum occidit regnumque adeptus eſt. Imperavit autem, ut præmiſimus, hac ſecunda vice 6. annos, quem Leo in expulſione ipſius, naribus detruncavit. Qui poſt iterum aſſumpto imperio, quoties defluentem guttam rheumatis manu deterſit, penè toties aliquem ex his, qui contra eum fuerant, jugulari præcepit. Dum hæc in oriente aguntur, Anſprandus qui apud Bajoariam 9. exulaverat annos, cum Bajoariis Italiam venit, pugnavitque cum Ariberto rege, qui dum in Franciam fugere vellet, Ticinum fluvium ingreſſus cum equo tranſnatare conatus eſt, ſed quia aurogravatus erat, aquis ſuffocatus extinctus eſt. Anſprandus regnum obtinuit 3. tantummodo menſes. Poſt cujus interitum Luitprandus filius ejus in regali conſtituitur ſolio. Apud Francorum quoque gentem Pippino vita exempto, ejus filius Carolus in principatu ſucceſſit. Licet per multa bella & certamina de manu Raginfridi, eundem principatum ſuſtulit. Nam cum in cuſtodia teneretur, divino nutu ereptus aufugit, ac primum contra Raginfridum, cum paucis bis terque certamen iniit, ad extremum eum apud Viciacum magno certamine ſuperavit. Cui tamen unam ut ferunt, hoc eſt Andaganenſem civitatem ad habitandum conceſſit, cunctam vero Francorũ gentem ipſe gubernandam ſuſcepit.

Juſtinianus ſecundo Imperium occupat.

Leo imperator occiditur.

Philippicus ſit Aug. occiſo Juſtino ſecundo.

Juſtinianus naribus detruncatus à Leone.

Anſprandus rex Langobard.

Carolus rex Fran.

Anno Domini incar. 648. Philippicus regnavit annum unum, & menſes 6. hic poſtquam imperiali dignitate confirmatus eſt, Cyro de pontificatu abjecto, ad gubernandum monaſterium ſuum, in Pontum redire cœpit. Hic Conſtantino papæ literas pravi dogmatis direxit, quas ille reſpuit, ſtatuitque populus Romanus, ne hæretici imperatoris nomen, aut chartas aut figuram ſolitas ſuſciperent. Contra hunc Anaſtaſius qui & Arthemius dictus eſt, inſurgens eum regno expulit, oculiſque privavit.

Philippicus Aug.

Anno domini incarnatio. 650. Anaſtaſius * regnavit annos 3. Hic literas Conſtantino papæ per Scholaſticum patricium & Exarcham Italiæ direxit, quibus ſe fautorem catholicæ fidei & concilii prædicatorem eſſe declaravit. Defuncto Giſulfo duce Beneventano, Romaldus filius ejus locum ejus obtinuit. Circa hæc tempora Petronax civis Brixianæ urbis, divino amore compunctus, caſtrum Caſſinum petiit, & monaſterium ſancti Benedicti, quod jam tunc 100 & 10. annos deſtructum manebat, reædificatum multorumque monachorum pater ibi extitit. Gregorius papa conſtituitur, hic Bonifacium ex Britannia ortum, epiſcopum ordinavit, & per eum in Germaniam verbum ſalutis prædicavit, & gentem illam ſedentem in tenebris evangelica luce illuſtravit.

Anaſtaſius.

* Alias Arthemius ex.

Petronax.

Germani ad fidem verſi.

Carolus princeps contra Ratbodum * Regem Friſonum, multa certamina conſerit. Qui tyrannus divino nutu percutitur anno præfati principis 4. regni ſui. pugnavit idem Carolus adverſum Saxones, eoſque vicit.

* Rappodum alias.

Anaſtaſius Imperator claſſem in Alexandriam contra Saracenos direxit, Exercitus de medio itinere reverſus, Theodoſium, imperatorem elegit, atque coactum in ſolio imperii confirmavit. Qui Theodoſius apud Micenas * civitatẽ Anaſtaſium gravi prælio vicit, ſeptem millia de exercitu ceciderunt. Datoque ſibi ſacramento, eum clericum fieri, & preſbyterum fecit ordinari.

Theodoſius 3. Imperator à militibus creatus.

* Niceam alias.

Anno domini incarna. 654. Theodoſius regnavit annum unum, hic poſtquam regnum accepit, mox in Regia urbe imaginem illam, in qua ſancta ſynodus erat depicta, & à Philippo erat dejecta, priſtino in loco erexit. His diebus ita Tyberis fluvius inundavit, ut ultra alveum ſuum egreſſus, multa Romanæ fecerit exitia civitati. ita ut in via lata ad unam & ſemis ſtaturam excreſceret, atque à porta ſancti Petri uſque ad pontem Milvium, aquæ ſe deſcendentes conjungerent.

Tyberis inundatio.

Anno dominicæ incarna. 655. Leo regnat annos 9. his temporib⁹ Saracenorum gens cum inmenſo exercitu venĩs, Conſtãtinopolim circundedit, ac per continuũ trienniũ obſedit, donec civib⁹ multa inſtãtia ad deũ clamãtib⁹ plurimi eorũ fame, frigore, bello, peſtilẽtiaq; perirẽt, ac ſic partes obſidionis abſcederent. Eorũ maxima multitudo tempeſtate in mare periit, intra Conſtantinopolim vero tẽpore obſidionis 300. millia hominũ peſtilẽtia & fame interere. Luitprãd⁹ rex oſſa ſancti Auguſtini epiſcopi à Sardinia trãſtulit, & in urbẽ Ticinẽſẽ cũ debito honore ſepelivit, idẽ rex Ravẽnã obſedit claſſẽ invaſit atq; deſtruxit. Carol⁹ princeps 30. an. regni ſui cũ Bajoariis pugnavit, eoſq; vicit. Idẽ rex

Leo 3. Aug.

Conſtantinopolis obſeſſa a Saracenis.

S. Auguſtini tranſlatio.

quinto decimo anno regni sui Alemanniam ingressus, contra Lanfridum dimicavit, & sibi eandem gentem subjecit. Sextodecimo anno regni sui Vasconiam ingressus, Eudonem ducem Aquitaniæ bello perterruit. 17. anno Saraceni ex Hispania cum uxoribus & parvulis venientes, Aquitaniam Galliæ provinciam quasi in ea habitaturi intrant, Carolus quidem ut dictum est cum Eudone Aquitaniæ Principe tunc discordiam habebat, qui tamen in unum se conjungentes, contra eosdem Saracenos pari consilio dimicarunt. Nam irruentes Franci super eos, 375. milia ex eis interfecerunt. Eudo quoque super eorum castra irruens, pari modo multos interficiens, omnia devastavit. Mille tantum quingenti ceciderunt ex Francis, ut in epistola ab Eudone missa Gregorio papæ de eadem victoria continetur. Ea tempestate Leo Imperator sanctorum imagines depositas incendit, Romanoque pontifici Gregorio similiter facere, si suam vellet habere gratiam mandavit. Sed pontifex hoc facere contempsit. Omnes quoque Ravennæ exercitus vel Venetiarum, talibus jussis uno animo restiterunt, & nisi Pontifex eos prohibuisset, alium Imperatorem super se constituissent. Per id tempus Luitprandus rex, castra Æmiliæ, Foromanum & Pentapolim Auximiumque invasit, sed post aliquos dies Romano pontifice elaborante, Romanis reddita sunt.

Imaginès sanctorum incensæ.

Sanctorum imagines incensæ iterum.

Leo Augustus ad pejora progressus est, ita ut compelleret omnes Constantinopolim habitantes tam vi quam blandimentis, sanctorum imagines deponere, & quascunq; invenire potuit, in media civitate concremavit. Et quia plerique ex populo tale scelus fieri prohibebant, aliquanti ex eis capite truncati, alii parte corporis mutilati sunt, cujus errori Germanus patriarcha non consentiens, à propria sede depulsus est, & ejus in loco Anastasius presbyter ordinatur. Circa hæc tempora Carolus princeps Pippinum filium suum ad Luitprandum regem direxit, ut ejus juxta morem capillum incideret, qui ejus Cæsariem incidens, ei pater effectus est multisque eum ditavit regis muneribus, & genitori remisit.

Carolus 17. anno regni sui cum exercitu in Westrachiam venit, eamque suæ ditioni subjecit. anno 20. regni sui, iterum cum valida manu Vuasconiam ingressus est, et Eudonem regno simul & vita privavit. sequenti anno contra filios ejusdem Eudonis dimicavit.

Anno 22. regni sui, Saracenorum exercitus rursum in Gallias introiens multam devastationem fecit, contra quos Carolus non longe à Narbona bellum committens, eos sicut & prius maxima cæde postravit.

Anno 24. regni sui, iterato Sarraceni Gallorum fines ingressi, usque ad provinciam venerunt, & capta Arelate, omnia circunquaque demoliti sunt. tunc Carolus ad Luitprandum regem mittens, auxilium contra Sarracenos exposcit, qui nihil moratus cum omni Langobardorum exercitu in ejus adjutorium properavit, quo comperto gens Saracenorum mox ab illis regionibus aufugit.

Carolus moritur.

Anno 26. regni sui, Carolus bellicosissimus & victoriosissimus princeps Francorum moritur, fiunt igitur ni fallor, anni ab incarnatione domini computati à quadragesimo secundo anno Imperii Octaviani, usque ad ultimum Leonis Augusti annum, qui temporibus Caroli principis regnasse cognoscitur. 718. Menses 3. Dies 2.

Discordant in supputatione temporum historici.

Discernamus etiam si placet eosdem annos domini, per tempora pontificum Romanorum, & videamus quomodo sibi tempora principum, & præsulum adinuicem comparata, respondeant.

Beatus Petrus Apostolus Romæ in episcopali Cathedra sedit annos 25. Menses 2. Dies 2.

Linus sedit	Annos	XI.	Men.	III.	Dies	XIII.
Cletus sedit	Annos	XII.	Men.	I.	Dies.	XI.
Clemens sedit	Annos	IX.	Men.	II.	Dies.	X.
Anacletus sedit	Annos	IX.	Men.	II.	Dies.	X.
Eucharistius sedit	Annos	IX.	Men.	X.	Dies.	X.
Alexander sedit	Annos	X.	Men.	VII.	Dies.	I.
Sixtus sedit	Annos	X.	Men.	II.	Dies.	I.
Thelophorus sedit	Annos	XI.	Men.	III.	Dies.	XXI.
Iginus sedit	Annos	IIII.	Men.	III.	Dies.	III.
Pius sedit	Annos	XIX.	Men.	IIII.	Dies.	III.
Anicetus sedit	Annos	XI.	Men.	IIII.	Dies.	III.
Sother sedit	Annos	IX.	Men.	VI.	Dies.	III.
Eleutherius sedit	Annos	XV.	Men.	III.	Dies.	II.
Victor sedit	Annos	X.	Men.	II.	Dies.	X.
Zepherinus sedit	Annos	VIII.	Men.	VI.	Dies.	X.
Calixtus sedit	Annos	VI.	Men.	II.	Dies.	X.
Urbanus sedit	Annos	IIII.	Men.	X.	Dies.	XIII.
Pontianus sedit	Annos	IX.	Men.	V.	Dies.	II.
Antherus sedit	Annos	XI.	Men.	I.	Dies.	XII.

Fabianus

Fabianus ſedit	Annos	XIIII.	Men.	XI.	Dies	XI.
Cornelius ſedit	Annos	II.	Men.	II.	Dies.	II.
Lucius ſedit	Annos	III.	Men.	III.	Dies.	III.
Stephanus ſedit	Annos	VII.	Men.	V.	Dies.	II.
Sixtus ſedit	An.	I.	Men.	X.	Dies.	XXIII.
Dionyſius ſedit	An.	VI.	Men.	II.	Dies.	IIII.
Felix ſedit	An.	IIII.	Men.	III.	Dies.	XXV.
Eutichianus ſedit	An.	I.	Men.	I.	Dies.	I.
Gajus ſedit	Annos	XI.	Men.	IIII.	Dies.	XII.
Marcellinus ſedit	Annos	IX.	Men.	IIII.	Dies.	XXV.
Marcellus ſedit	Annos	V.	Men.	VII.	Dies.	XXII.
Euſebius ſedit	Annos	VI.	Men.	I.	Dies.	III
Melchiades ſedit	Annos	IIII.	Men.	o.	Dies.	o.
Silveſter ſedit	An.	XXIIII.	Men.	X.	Dies.	X.
Marcus ſedit	Annos	II.	Men.	VIII.	Dies.	XX.
Julius ſedit	Annos	XV.	Men.	II.	Dies	VI.
Liberius ſedit	Annos	VI.	Men.	III.	Dies.	IIII.
Felix ſedit	Annos	I.	Men.	III.	Dies.	II.
Damaſus ſedit	Annos	XVIII.	Men.	III.	Dies.	XII.
Siricius ſedit	Annos	XV.	Men.	o.	Dies.	o.
Anaſtaſius ſedit	An.	III.	Men.	o.	Dies.	X.
Innocentius ſedit	An.	XV.	Men.	II.	Dies.	XXI.
Zoſimus ſedit	Annos	I.	Men.	III.	Dies	VII.
Bonifacius ſedit	Annos	III.	Men.	VIII.	Dies.	XI.
Celeſtinus ſedit	Annos	VIII.	Men.	X.	Dies.	XVII.
Sixtus ſedit	An.	VIII.	Men.	o.	Dies.	XIX.
Leo ſedit	Annos	XXI.	Men.	I.	Dies.	III.
Hilarius ſedit	Annos	VI.	Men.	III.	Dies.	X.
Simplicius ſedit	An.	XV.	Men.	I.	Dies.	VII.
Felix ſedit	Annos	VIII.	Men.	XI.	Dies.	XVIII.
Gelaſius ſedit	Annos	IIII.	Men.	VIII.	Dies.	XVIII.
Anaſtaſius ſedit	An.	I.	Men.	XI.	Dies.	XXIIII.
Symachus ſedit	An.	XV.	Men.	VII.	Dies.	XXVII.
Hormiſda ſedit	Annos	IX.	Men.	o.	Dies.	XVII.
Joannes ſedit	An.	II.	Men.	IX.	Dies.	XVI.
Felix ſedit	An.	IIII.	Men.	II.	Dies.	XIIII.
Bonifacius ſedit	Annos	II.	Men.	o.	Dies.	XXVI.
Agapitus ſedit	An.	I.	Men.	XI.	Dies.	XVIIII.
Silverius ſedit	An.	I.	Men.	V.	Dies.	XI.
Vigilius ſedit	An.	XVIII.	Men.	VI.	Dies.	XXVI.
Pelagius ſedit	Annos	XI.	Men.	X.	Dies.	XVIII.
Joannes ſedit	Annos	XII.	Men.	XI.	Dies.	XXVI.
Benedictus ſedit	Annos	IIII.	Men.	I.	Dies.	XXVIII.
Pelagius ſedit	Annos	X.	Men.	II.	Dies.	X.
Gregorius ſedit	Annos	XIII.	Men.	VII.	Dies.	X.
Sabinianus ſedit	Annos	I.	Men.	V.	Dies.	IX.
Bonifacius ſedit	Annos	VIII.	Men.	o.	Dies.	XXII.
Honorius ſedit	Annos	XII.	Men.	XI.	Dies.	XIII.
Severinus ſedit	Annos	o.	Men.	II.	Dies.	IIII.
Joannes ſedit	Annos	I.	Men.	IX.	Dies.	XVIII.
Theodorus ſedit	Annos	VI.	Men.	V.	Dies.	XVIII.
Martinus ſedit	Annos	I.	Men.	I.	Dies.	XXVI.
Eugenius ſedit	Annos	I.	Men.	VIII.	Dies.	XXIIII.
Vitellianus ſedit	Annos	VI.	Men.	o.	Dies.	o.
Adeodatus ſedit	Annos	IIII.	Men.	II.	Dies.	V.
Donus ſedit	An.	I.	Men.	V.	Dies.	X.
Agatho ſedit	An.	II.	Men.	VI.	Dies.	IIII.
Leo ſedit	An.	I.	Men.	X.	Dies.	XXII.
Benedictus ſedit	An.	o.	Men.	X.	Dies.	XII.
Joannes ſedit	Annos	I.	Men.	o.	Dies.	IX.

Conob

Conon sedit	An.	0.	Men.	XI.	Dies	0.
Sergius sedit	Annos	XIIII.	Men.	VIII.	Dies	XXIII.
Ioannes sedit	Annos	III.	Men.	II.	Dies	XII.
Ioannes sedit	Annos	II.	Men.	VI.	Dies	0.
Sisinius sedit	An.	0.	Men.	0.	Dies	XV.
Constantinus sedit	An.	VII.	Men.	IX.	Dies	XI.
Gregorius sedit	Annos	XVI.	Men.	IX.	Dies	XXV.
Gregorius sedit	Annos	X.	Men.	IX.	Dies	XI.
Zacharias sedit	Annos	X.	Men.	III.	Dies	XII.

Fit ergo, ut arbitramur, summa horum à temporibus beati Petri apostoli, usque ad Zachariam papam, qui principio regni Pippini Romanam gubernat ecclesiam, Anno, 803. Mensis 8. Dies 26. Quibus si addamus quindecim An. Octaviani. 23. Tiberii 5. Caii, similiter 3 Claudii, quia 4. Claudii anno Petrus à paciolus Romam venit, & ipse jam annus in pontificatu ejus computatur, colliguntur anni 747 super crescunt itaque anni pontificum, annos principum Romanorum 29. antis. Quid horum potius sequendum sit, prudens lector videat. Illud tamen pro certo scimus, quod nec Augustorum, nec Antistitum numerus annorum cyclis Dionysii concordat, siquidem in alio plus, in alio minus invenitur. Nam secundum Dionysium Anno dominicæ incarnatio. 741. Carolus princeps moritur, & Pippinus suscepit principatum, potest autem fieri ut vicio scriptoris numerus sit depravatus annorum. Hæc iccirco ab ipso incarnationis dominæ anno exordium capiunt, usque huc præduximus, ut quia sequens libellus à nostra parvitate editus, per ejusdem incarnationis dominicæ annos tempora principum & gesta declarat, ille nihilominus quo tempore, quo loco, vel quid sub uno quoque principe actum sit, summatim demonstrat. Triumphos quoque sanctorum Martyrum, confessorum, quibus in locis, vel sub quibus regibus coronam gloriæ perceperunt, nominatim aperiet. Igitur ubi ille finitur, ille consequenter initium capiat, & ubi ille incipit, ille finem fortiatur. Primi Libri Finis.

S. Petrus quando venerit Romam.

Ex Eutropio & Paulo Warnefrido sermo omnis sumptus & in primo congestus liber.

CHRONICORUM REGINONIS DE ORIGINE GENTIS & Regum Francorum Liber Secundus.

Anno domini incarna. 741. Carolus filius Pippini, major domus, & bellicosissimus dux Francorum defunctus est.

Anno domi. incar. 742. Carolomannus & Pippinus filii ejus, duxerunt exercitum contra Hunoldum ducem Aquitanorum, et ceperunt castrum quod vocatur Lucas, & in eodem itinere disserunt regnum Francorum inter se, in loco qui dicitur vicus Picta vis, post hæc Carolomannus eodem anno Alemanniam cum exercitu vastavit.

Anno do. incar. 743. Carolomannus & Pippinus contra Odilonem ducem Baioariorum duxerunt exercitum, & inierunt pugnam, & victores effecti, Carolomannus absque fratre in Saxoniã perrexit, & cepit castrum quod dicitur Ochsenburg per placitum & pacis conditionem, & Theodericum Saxonem obsidem accepit, qui sacramentis datis, in patriam dimissus est redire, sed post habito sacramento fefellit.

Bellum Francorum in Saxones.

Anno dominicæ incar. 744 iterum Carolomannus & Pippinus Saxoniam cum exercitu ingressi, & rursus captus est supradictus Theodericus.

Carolomannus fit monachus.

Anno dominicæ in carna 745. Carolomannus confessus est suo Germano Pippino, quod mente disposuisset mundum relinquere, & pro amore dei regnum terrenum deserere, ut in futura vita centuplicatam reciperet possessionem. Et in hoc anno nullam fecerunt expeditionem, sed præparavit se Carolomannus ad id, quod decreverat. Et Pippinus ut Germanum suum ad locum honorifice cum muneribus, & debita munificentia prosequeretur. Carolomannus rex Romam pergens, & in monachali habitu vitam finivit.

Anno dominicæ incarnatio, 746. Carolomannus Romam perrexit, ibique se totondit, & in Sarapte * monte monasterium ædificavit, in honore sancti Sylvestri, ibique aliquod tempus morans faciens, exinde ad sanctum Benedictum in Casinum usque pervenit, & ibi monachus effectus est. Fertur autem de sancto viro exemplum memorabile. Cum adhuc Romæ positus in monasterio quod sibi ædificaverat, ab omnibus propter regiam nobilitatem, & quod maius est, propter contemptum regni terreni, & gloriam præsentis seculi, veneraretur, & laudibus extolleretur, timens vir deo plenus favorem laudis humanæ, qui tanta pro Christo reliquerat, fugere magis arripere disposuit, quam vanæ gloriæ subjacere. Et hoc tantummodo uno fido socio confessus est, quem ab infantia in omnibus fidelem probaverat, cum eo nocte omnibus insciis, & ad Casinum montem usque pervenit, nihil secum portans ex omnibus bonis quæ corpori erant necessaria, nudus Christum secutus est. Et juxta morem portam monasterii pulsans, colloquium patris monasterii exposcit, in cujus præsentiam cum venisset mox in terram corruit, se, homicidam esse, se reum omnium

* Soracte alias.

Ad Casinum montem venit Carolomannus.

omnium criminum proteſtans, miſericordiam expoſcit, pœnitentiæ locum exquirit, pater cum hominem peregrinum eſſe cognoviſſet, interrogat cujus patriæ aut gentis eſſet? at ille confeſſus eſt ſe Francium eſſe, & ex Francia per talia ſcelera migraſſe, exilium libenter ferre paratum, tantum ut patriam cœleſtem non amitteret. Spiritualis pater ejus precibus annuens præcepit eum in cella novitiorum recipi, unà cum ſuo collega, probari ſecundum quod regula jubet, & tanto arctius quanto barbaræ & ignotæ gentis homo erat, implens illud apoſtolicum, Probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Itaque probatus in omni patientia, ſociatus eſt congregationi unà cũ collega, poſt emenſum anni circulum profeſſus ſtabilitatem, converſationem, morum obedientiam ſecundũ regulam ſancti Benedicti, cœpit autem irreprehenſibiliter inter fratres converſari, omnibus virtutibus pollens. Accidit autem ut juxta quod mos eſt, ad coquinæ officium Ebdomadarius deputaretur, quod cum libenter quidem faceret, ſed in multis ignoranter offenderet. Coquus vino exæſtuans ei alapam dedit dicens, Ita te fratribus deſervire oportet, cui ille motus placido vultu reſpondit, Indulgeat tibi dominus frater, & Carolomanus. Nequo enim cuiquam nomen ſuum prodiderat, ne ex vocabulo agnoſceretur. Rurſus cũ in quibuſdã cibariis adminiſtrandis erraſſet, à coquo percuſſus eſt, cui eadem quæ ſupra imprecatus eſt. Et cum tertio à coco crudeliter cæderetur, indignatus ille comes individuus ſuæ peregrinationis, quod tantus vir à tam vili perſona tam contumelioſè afficeretur jam ferre non valens, arripuit pilum unde panis in holera fratrum mittendus conterebatur, & eum omni anniſu percuſſit dicens, Nec tibi Deus parcat ſerve nequam, nec Carolomanus indulgeat. Fratres hoc audito valde commoti ſunt, quod homo alienigena, & pro miſericordia receptus, talia facere præſumpſiſſet. Protinus ergo cuſtodiæ mancipatur, ut die frequenti talis præſumptio acrius vindicaretur. In craſtinum productus de cuſtodia in medio conventu ſiſtitur, percunctatus cur manus extendere in fratrem miniſtrum auſus fuiſſet? Reſpondit, quia inquit, vidi ſervum nequiorem omnibus, virum meliorem & nobiliorem omnium quos in terra converſari ſcio, non ſolum verbis dehoneſtari, ſed etiam plagis affici, furore nimio exagitari quod eum, qui peregrinus venerat, cæteris prætuliſſet, interrogant quis eſſet ille, qui bonitate & nobilitate omnes anteiret? cur ſaltem patrem monaſterii non excepiſſet? ille neceſſitate conpulſus celare non valens, quod Deus jam manifeſtari volebat, ait, iſte eſt Carolomanus quondam Rex Francorum, qui pro Chriſti amore regnum & gloriam mundi dereliquit, qui de tanta excellentia ita ſe humiliavit, ut modo à viliſſimis perſonis non ſolum contumeliis afficitur, verum etiam verberibus affligatur, quo audito tremefacti à ſedibus ſurgunt, pedibus ejus ſe proſternunt, veniam poſtulant, de contemptu, ignorantiam profitentur, ille contra in terram provolutus, cum lachrymis negare cœpit, hæc non eſſe vera, non ſe eſſe Carolomanũ, ſed hominem peccatorem & homicidam, collegam ſine timore perterritum, propter commiſſum piaculum hæc excogitaſſe. Quid plura cognitus ab omnibus cum magna reverentia eſt obſervatus. Hæc non paſſi ſumus prætereire. Nunc ad Chronica revertamur.

Probate Spiritus ſi ex Deo ſunt.

A coquo percuſſus Carolomanus.

Anno dominicæ incarnationis ſeptingeteſimo quadrageſimo ſecundo, Gripho fugit in Saxoniam, & Pippinus iter faciens per Thuringiam, in Saxoniam introivit uſque ad fluvium Muſſaham, in vico qui dicitur Schahaningi * & Gripho collecta manu, unà cum Saxonibus ſuper fluvium Obaccrum ſedit, qui dicitur Orhenum.

* Strahungo al.

Anno dominicæ incarnationis 743. Gripho de Saxonia egreſſus, in Bajoariam pervenit, ipſumque ducatum ſibi ſubjugavit. Giltrudem cum Thaſſilone cœpit, & ſuæ ditioni ſubjecit. Süigder in ſolatium ſupradicti Griphonis. Hæc audiens Pippinus cum exercitu illuc venit, omnesque ſupra nominatos ſibi ſubjugavit, Griphonem & Lantfridum ſecum duxit in Franciam, Thaſſilonem ducem Bajoariorum conſtituit. Griphonem in partibus Neuſtriæ miſit, & ei 12. comitatus dedit. inde iterum Gripho fugiens Vaſconiam petiit, & ad Vuipharium * ducem Aquitanorum pervenit.

* Gayfirum al.

Anno dominicæ incarnationis 749 Burchardus Vurtzburgenſis eccleſiæ epiſcopus, & Folradus Capellanus miſſi ſunt Romam ad Zachariam papam, ut interrogarent de regibus in Francia, quiillis temporibus non habentes regiam poteſtatem, reges tamen vocabantur, ſi bene eſſent reges? Et præfatus papa mandavit Pippino, melius ſibi videri illum regem vocari qui poteſtatem haberet, quam illũ qui ſine regali poteſtate manebat, & ne perturbaretur Chriſtianitatis ordo, per auctoritatem apoſtolicam juſſit Pippinum regem creari, & ſanctæ unctionis oleo inungi.

* Bituricen eccle. Archiepiſcopus al. * Furadus alias.

Anno dominicæ incarnationis 750. Pippinus ſecundum morem Francorum electus in regem, & unctus per manum ſanctæ memoriæ Bonifacii Mogontiacen. urbis Archiepiſcopi, & elevatus eſt à Francis in regno, in Sueſſionis civitate Hildericus vero, qui falſo rex vocabatur attonſus eſt, & in monaſterium miſſus.

Pippinus rex Francia factus.

Anno dominicæ incarnationis 751. Pippinus rex in Saxoniam iter fecit, & Hildegarius epiſcopus occiſus eſt à Saxonibus in caſtro quod dicitur Nigberg, & tamen Pippinus rex victor extitit, & pervenit uſque ad locũ qui dicitur Rimiæ, & reverſus eſt in Franciam, ubi ei nuntiatum eſt quod Gripho qui in Vaſconiam fugerat, Germanus eius occiſus eſt, Stephanus papa eodem anno in Fran-

Gripho occiſus.

in Franciam venit, solatium & adjutorium quærens pro Justiciis sancti Petri, venit autem & Carolomanus monachus & Germanus supradicti regis per jussionem Abbatis sui in Franciam, quasi ad conturbandam petitionem apostolicam. Hoc anno nativitatis domini, in Theodonis villa pascha Carisiaco Dominus Rex celebravit.

Anno dominicæ incarnat. 752. Supradictus Stephanus papa, confirmavit Pippinum sancta unctione in regem, & cum eo unxit duos filios ejus Carolum & Carolomanú ad regiam dignitatem. Eodem anno sanctus Bonifacius archiepiscopus annuntians Deiſ verbum, in Frisia à Paganis interfectus, martyr Christi occubuit. Vuolfridus abbas in Italia claruit.

S. Bonifacius in Frisia occubuit.

Thermopilæ, Inangustiis alpinis occurrebat.

Anno domini incarnat. 753. Philippus rex, per apostolicam invitationem Italiam ingressus est Justitiam Petri apostoli quærens. Haistulfus rex Langobardorum supradictam justitiam contradicendo, Termopylas, id est clausuras Langobardorum petiit, & obviam Pippino regi & Francis venit, & commisso prælio domino auxiliante, & beato Petro intercedente, Pippinus cum Francis victor extitit. Eodem anno Stephanus papa reductus est ad suam sedem, per missos regis Pippini Folradum & aliis plurimis, incluso vero Aistulpho rege in Papia civitate necessitate deductus, justitiam sancti Petri pollicitus est faciendam. Ex hac promissione rex Pippinus obsides 40. recepit, & cum sacramento firmata reversus est in Franciam. Nec superfluum judicavimus si epistolam ejusdem papæ Stephani, hac de causa scriptam, huic operi inseramus, continet enim hunc modum. Stephanus episcopus servus servorum Dei. Sicut nemo se debet jactare de suis meritis, sic non debent opera Dei quæ in illo per suos sanctos fiunt, sine suis meritis silere, sed prædicari, quia sicut angelus admonet Thobiam: unde ego pro oppressione sanctæ ecclesiæ à rege atrocissimo & blasphemo & nec dicendo Haistolpho, ad optimum & sancti Petri fidelem dominum Pippinum Christianissimum regem in Franciam venit, ubi egrotavit usque ad mortem, & mansit aliquot tempus apud pagum Parisiorum in venerabili monasterio sancti martyris Dionysii, quem cum jam medici desperarent, fui, sicut in oratione, in ecclesia ejusdem beati martyris subtus campanas, & vidi ante altare dominum Petrum, & magistrũ gentium dominum Paulum, & tota mente illos recognovi de illorum furcariis, & tunc beatum dominũ Dionysium ad dextri domini Petri subtilem & longiorem, dixitq; bonus pastor dominus Petrus, hic frater noster postulat sanitatem, & dixit beatus Paulus modo sanabitur, & appropinquans misit manũ suam ad pectus domini Dionysii amicabiliter, respexitque ad dominum Petrum, & dixit dominus Petrus ad dominum Dionysium hilariter, Tua gratia est sanitas ejus, Et statim beatus Dionysius thuribulum incensi, & palmam in manu tenens cum presbytero & diacono, qua in parte stabant, venit ad me & dixit, Pax tecum frater, noli timere non morieris donec ad fidem tuam prospere revertaris, Surge sanus, & hoc altare in honore Dei & apostolorum Petri & Pauli, quos vides, dedica, missas gratiarum agens, moxq; factus sanus sum, & volebam implere quod mihi præceptum erat, & dicebãt qui ibi aderant, quod dementabam. Quapropter retuli illis & regi, suisq; omnibus ex ordine quæ videram, & quomodo sanatus fuerim, & implevi quæ visa sunt mihi omnia. Gesta sunt autem hæc anno ab incarnat. dom. 753. 5. Idus Aug. Quo Christi roboratus virtute, inter celebrationem cõsecrationis præfati altaris, & oblationem sacrificii, unxit in reges Francorum Regem Pippinum, & duos filios ejus Carolum & Carolomanum, Sed & Bertradam * conjugem ipsius regis, indutam Cycladibus regiis, & gratia spiritus sancti septiformis consignavit in Dei nomine, atq; Francorum Proceres apostolica benedictione sanctificans, auctoritate sancti Petri sibi à Christo tradita obligavit, & obtestatus est, ut nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula, ipsi vel quique ex eorum progenie orti, regem super se præsumant aliquo modo constituere, nisi de eorum progenie, quos & divina providentia ad fidem apostolicam tuendam eligere, & per eum videlicet sancti Petri vicarium, immo domini nostri Jesu Christi, in potestatem regiam dignata est sublimare, & unctione sacratissima consecrare. His interpositis ad Chronica redeamus. Cum Pippinus rex, ut supra expressum est Italiam ingressus esset, Carolomanus monachus Vienna civitate remansit una cum Bertrada regina, ubi languore correptus diem clausit extremum.

Nobile figmẽtum literarum papalium Incidit in morbũ propter amissa ieiunia, & luxuria Romana prevalente.

Nisi Pippinum auxilium suisset papæ non secessit hoc miraculum Dionysius.

* Bertham alias.

Carolomanus mo ritur.

Anno dominicæ incarnat. 755. Cum audisset Pippinus rex ea non esse vera quæ Haistulphus promiserat de Justitiis sancti Petri, iterum Italiam ingressus, Papiam obsedit, Haistulphum obsidione cinxit, & rursum de Justitiis sancti Petri firmitatem dedit, ut stabiles permanerent, & insuper Ravennam cum Pentapoli, * & omni exercitu conquisivit, & sancto Petro tradidit. Cum autem reversus esset Pippinus rex in Franciam, meditabatur supradictus Haistulphus ea fallere, quæ promiserat. Quadam vero die cum venationibus inserviret, percussus est Dei judicio, vitamq; cum regno finivit, quo modo vero missus est Desyderius in regno, in subsequentibus dicemus.

* Exarchatum.

Haistulphus rex Langobardorum moritur.

Desyderius rex Langobardorum.

Anno dominicæ incar. 756. Misit Constantinus Imperator Pippino cum aliis donis organum, & rex Pippinus tenuit palacium suum in Compendio, ibique Thassilo venit, Dux Bajoariorum, & suus effectus est, per manus sacramentaque multa juravit Pippino, & filliis ejus supra corpus sancti Dionysii, sancti Germani, & sancti Martini simul, & ejus homines meliores fecerunt.

Saxones tributa refolli.

Anno dominicæ incarnat. 758. Pippinus rex in Saxoniam iter fecit, & in munitiones Saxonum per vi-

per virtutem introivit, & in loco qui dicitur Sitina, multæ ſtrages factæ ſunt de populo Saxonum Et tunc promiſerunt ſe omnem voluntatem regis facturos, tributum etiam præſentandum, equos 300. per ſingulos annos.

Anno dominicæ incar. 758. natus eſt Pippino regi filius, cui ſupradictus rex nomen impoſuit, qui vixit annos duos, & in tertio defunctus eſt. Eodem anno celebravit Natalem Domini in Longo Lare, & paſcha in Jopilia.

Anno dom. incarnat 760. Pippinus rex cernens Vaifarium * ducem Aquitanorum minime conſentire, ut juſtitias faceret eccleſiis, quæ erant in Francia, de rebus & poſſeſſionibus illarum qui in ſuo ducatu erant. Iniit conſilium cum Francis, ut iter pergeret in Aquitaniam, & ſupradictas juſtitias quæreret, & pervenit uſque in locum qui dicitur Theodoad. * Quod cum cognoviſſet Vaifarius, timore perterritus mittit legatos, Otbertum & Dauninum, & dedit obſides ad Algarium ſuum propinquum, & mandavit Pippino ſe omnia redditurum, quicquid ſupradictus rex quærebat in cauſis eccleſiaſticis, & celebravit Natalem Domini in Cariſiaco, & paſcha ſimul.

*Gayfirum aliàs.

*Childoacus aliàs.

Anno dom. incar. 761. Vaifarius minime cogitans de obſidibus & ſacramentis datis, ut ſe vindicaret de injuria, quàm à Francis præterito anno fuerat perpeſſus, exercitum miſit, qui uſque ad Cabillonem civitatem venerunt, vaſtantes omnia. Et cum ſupradictus rex Synodum teneret in villa, quæ dicitur Duria, nunciatum eſt ei, quod Vaifarius perpetraſſet, protinus exercitum movit, & Aquitaniam ingreſſus multa caſtella cœpit, ſcilicet Burdellum, *Clarum montem, Cantellam, Avernam & pervenit uſque ad Leonidicas * vaſtando omnia, & celebravit Natalem Domini in Cariſiaco, & paſcha ſimiliter.

*Borbonium aliàs *Lemonicas aliàs.

Anno dominicæ incarnationes 762. Tertio rex Pippinus Aquitaniam cum exercitu vaſtavit, & cœpit civitatem Biturigas & caſtrum quod dicitur Toarcis & celebravit Natalem Domini in villa Gentiliaco, & paſcha ſimiliter.

Anno dominicæ incarnationis 763. Rex Pippinus habuit placitum ſuum in Nivernis, & quarto ingreſſus eſt Aquitaniam, ibiq; Thaſſilo dux Bajoariorum poſtpoſitis ſacramentis, fraudulenter ſe inde ſubduxit, omnia beneficia oblitus, quæ rex avunculus ejus ei fecerat, & Bajoariam ingreſſus ſupradicti regis faciem amplius videre noluit. Rex autem Aquitaniam perluſtrans uſq; ad Caduriciam venit, & per Leonidicas reverſus, in Franciam venit. Et facta eſt hyems valida, & celebravit rex Natalem Domini in villa quæ dicitur Longlare, & paſcha ſimiliter.

Anno dominicæ incarnationis 763. Rex Pippinus habuit placitum ſuum in Vuormatia, & cauſam diligenter pertractavit inter Vaifarium & Thaſſilonem, celebravit Natalem domini in Cariſiaco, & paſcha ſimiliter.

Anno dom. incar. 766. Rex placitum ſuum habuit apud Attiniacum, & eodem anno ſicut ſuperiori nuſquam profectus eſt. Celebravit autem Natalem domini in Aquis villa, & paſcha ſimiliter.

Anno dominicæ incarnationis 766 Rex Pippinus perrexit in Aquitaniam, & placitum ſuum habuit in Aurelianis civitate, & reſtauravit Argentonium caſtrum, quod antea à Vaifario fuerat deſtructum, ibique Francos dimiſit ad continendam Aquitaniam, ſimiliter & in Biturigæ fecit, & celebravit Natalem Domini in Salmoniaco, & paſcha in Gentiliaco.

Anno dom. incar. 767. Rex in ſupra dicta villa Synodum magnam habuit inter Romanos & Græcos de ſancta Trinitate, vel de Sanctorum imaginibus, & poſt hæc Aquitaniam ingreſſus eſt per Narbonam, cœpit autem Toloſam & Ganaldanem, & celebravit paſcha in civitate Vienna. Eodem anno menſe Aug. iterum Aquitaniam ingreſſus, uſque Biturigas venit, ibique Synodum tenuit, & inde profectus eſt, uſque ad Garonnam venit, multas rupes & ſpeluncas cœpit, nec non caſtra Scoraliani, Forunam & Petrociam, & reverſus eſt Bitutigas, ibi nunciatum eſt ei de obitu Pauli papæ, ibi etiam celebravit Natalem Dom.

De Trinitate & Sanctorum imaginibus Synodum habita.

An. dominicæ incarnationis 768. Rex Pippinus iter faciens Rheni ſtagnum cœpit, ad Santones *civitatem uſque pervenit, & ibi cœpit matrem Vaifarii & ſororem ejus, & Neptes ejus, inde perrexit in loco qui dicitur Montes, ibi Heriduicus venit ad eum, qui habebat aliam ſororem Vaifarii, & inde reverſus, paſcha celebravit in caſtro quod dicitur Sles. Poſt hæc aſſumens ſecum Bertradam reginam ad Santones civitatem pervenit, ibique reginam cum famulis dimiſit, & Petragoricum perrexit, & interempto Vaifario cum triumpho victoriæ ad Santones reverſus eſt, ibique moram faciens poſt aliquot dies ægrotare cœpit, & inde profectus eſt Turonis, venit ad oratorium, ad ſanctum Martinum perrexit, inde egreſſus Pariſius ad ſanctum Dionyſium vix pervenit, ibique diem clauſit extremum 8. Id Aug. & Dominus Carolus, & Carolomannus elevati ſunt in regnum. Carolus in Noviana * civitate, Carolomannus in Sueſſione, 7. Id. Octobris, & celebravit Carolus Natalem Dom. in Aquis, paſcha in Roterdama civitate.

*Xantones aliàs.

Petragoricum.

Gayfirus occiditur.

Pippinus moritur.

*Vormatia aliàs.

Carolus & Carolomannus regnum adepti æquali portione.

Anno dom. incarn. 769. Carolus rex Aquitaniam cum exercitu intravit, eo quod Hunaldus diſpoſuiſſet rebellare, & totam Aquitaniam & Vaſconiam, auxiliante Deo, in deditionem recepit, & Hunaldi iniqua conſilia diſſipavit. Inde digreſſus ad Colonienſem civitatem venit, & inde ſumpſit plures Francorum cum armis, & omnibus utenſilibus eorum, & abiit ſuper flumen Dorhdoni-

Carolus Aquitaniam ſubegit.

Digitized by Google

am & ædificavit ibi castrum, quod dicitur Fronticus, & in dicto præsidio Francos collocavit. Deinde missos direxit ad Lupum Vasconem mandans, ut sibi *Hunaldum* cum uxore repræsentaret, qui ad eum confugerant. Adductus est prædictus Hunaldus cum uxore ad nominatum castrum, quem cum recepisset, in Franciam reversus est, & celebravit Natalem Domini in Duria, & pascha in Leodio vico publico.

Lupus Vasconum dux.

Anno dominicæ incarnationis 770. Carolus habuit Synodum in Vormatia civitate, & Berta regina perrexit in Bajoariam, & inde Italiam ingressa est, & rex celebravit Natalem Domini in Moguntia, & pascha in Heristellio.

Anno dominicæ incarnationis 771. Carolus rex Synodum habuit ad Valentinianas, & eodem anno Carolomannus rex defunctus est in villa Salmontiaco 2. Non. Decembris. Venit autem Carolus ad villam Carboniacum, ubi venit ad eum Volcarius, & Folradus capellani cum aliis episcopis & sacerdotib, Vuerinus & Adalhardus comites, cum aliis primatibus qui fuerunt Carolomanni. Vxor vero Carolomanni, cum perpaucis Francis partibus Italiæ perrexit, & celebravit rex Natalem Domini in Adriniaco, & pascha in Heristellio.

Carolomannus rex obiit.

Hermansaul.

An. dom. incar. 772. Carolus rex Synodum habuit in Vormatia, & inde perrexit in partes Saxoniæ, & primo impetu Heresburg castrum cœpit, & ad Hermansaul usq; pervenit, & ipsum fanum destruxit, & aurum & argentum quod ibi reppernit abstulit. Erat autem tunc Siccitas magna, ita ut aqua deficeret in supra dicto loco & dum vellet ibi rex duos aut tres dies manere, ut prædictum fanum funditus destruere posset, & aqua exercitui deesset, subito divina largiente gratia omnib insciis in quodam torrente aquæ effusæ largissime, ita ut omnis exercitus sufficienter haberet. Destructo fano, rex super Vuisuram fluvium venit, & ibi cum Saxonib. placitum habuit, & accepit 12. obsides, & reversus est in Francia, & celeb. Nat. Do. in Heristellio, & pascha similiter.

An. do. incar. 773 Rex pervenit ad hyemandum in Theodonis villa, ubi eum adiit missus Adriani papæ nomine Petrus, invitans eum una cum Francis, ut pro Dei amore, seu pro justitia S. Petri requirenda super Desyderium & Langobardos veniret, venit præfatus legatus per mare usq; in Massyliam inde per terram usq; ad regem, & ideo per mare venit, quia viæ clausæ fuerunt à Langobardis Romanis. Tunc rex fideles consuluit, Verum petitionib. apostolicis assensum præberet, omnibus hoc collaudantibus, illas in partes profectus est, Genuamq; civitatem veniens synodum tenuit, & ibi exercitum divisit in duas partes. Ipse cum una parte per montem Cinysium perrexit, & misit Bernardum avunculum suum cum reliqua parte per montem Jovis. Conjunxerunt autem se uterque exercitus ad Clusas. Quod cum cognovisset Desyderius, regi & Francis cum armatis occurrit. Tunc rex castra posuit ad easdem Clusas, & misit occulte unam Scaram de electis viris per montana. Hoc sentiens Desyderius statim Clusas reliquit, & quàm citius potuit Papiam ingressus est. Rex autem cum omnibus auxiliante Domino, & intercedente beato Petro, sine læsione Italiam ingressus est, & cum ad Papiam perveniset. Desyderium intrinsecum latitantem obsedit, ibiq; in suis castris celebravit Natalem Domini & pascha in Roma.

Bellum Caroli in Desyderium.

Scara multitudinem putat ferè

An. dom. incar. 774. Rex dum in illis partibus pro hujusmodi negocio moram faceret, Saxones occasione accepta, postpositis sacramentis, in finibus Francorum impetum fecerunt, & usq; ad castrum quod nominatur Buriaburgh venerunt, quorum adventum incolæ loci persentientes, in jam dictam munitionem se receperunt. Igitur cum præfata gens sæviens cœpisset foris secus villarum ædificia concremare, venerunt ad quandam Basilicam in loco qui dicitur Friedislar, quam sanctæ memoriæ Bonifacius martyr consecravit, atque per propheticæ spiritum prædixit, quod nunquam incendio cremaretur. *Ca*perunt autem præfati Saxones omni intentione certare adversus eandem Basilicam, quemadmodum eam per quodlibet ingenium igne cremare potuissent. Et dum hæc agerent, apparuere quibusdam Christianis qui erant in castello, simul quibusdam paganis qui in eodem erant exercitu, duo juvenes in albis vestimentis, qui ipsam Basilicam ab igne protegebant, & propterea non potuerunt neq; interius, neq; exterius ignem accendere. Interea nutu divino majestatis pavore perterriti, in fugam conversi sunt, nemine persequente. Inventus autem est postea unus ex eisdem Saxonibus mortuus juxta ipsam Basilicam, flexis genibus, adclivis supra pedes, habens ignem & ligna in manibus, & velut ore flaret ipsam Basilicam cremare. Dum hæc aguntur, Carolus à Roma reversus venit Papiam, ipsamq; civitatem armis cœpit, insuper Desyderium regem cum uxore sua & filia, omnem thesaurum palatii, ibiq; venientes omnes Langobardi de cunctis civitatibus Italiæ, ejus se subdiderunt dominationi. Adalgisus vero filius Desyderii regis fuga lapsus, mare introivit, & Constantinopolim perrexit. Carolus subjugata Italia & ordinata cuitoddiam Francorum in Papia dimittens, cum magno triumpho in Franciam reversus est. & cum venisset in locum qui dicitur Ingelheym, *misit quatuor Scaras in Saxoniam, tres pugnas cum Saxonib, inierunt, & Deo auxiliante, victores extiterunt. Quarta vero Scara non habuit pugnam, sed capta præda magna reversi sunt in Franciam, & celebravit rex Natalem Domini in Carisiaco, & pascha similiter.

Adalgisus Desyderii filius.

*Ingelnheim alia.

Anno dominicæ incarnationis 775. Rex habuit Synodum in villa quæ dicitur Duria, & inde Saxoniam pergens Sigiburgh castrum cœpit, Heresburch reædificavit, super Vuisuram fluvium veni in loco qui dicitur Brunisberg, ubi occurrerunt ei Saxones volentes ripam supradicti fluminis de-

Et Saxones movet

fender-

Digitized by Google

fendere, auxiliante Deo, & Francis decertantibus, fugatis Saxonibus, Franci ambas ripas occupaverunt, & multi Saxones occisi sunt. Tunc rex dividens exercitum, sumpsit secum partem, perrexitq; usque ad Obacrum fluvium, ubi omnes orientales Saxones venientes cum Hassinone duce eorum, dederunt obsides juxtà quod placuit regi, & juraverunt Sacramenta. Simul eo revertente venerunt Angrarii in pago qui dicitur Bucki, unà cum Brunone duce eorum, & fecerunt sicut orientales Saxones fecerant. Interea cum Francis qui super fluvium Vuisara remanserant, Saxones pugnam commiserant, & Deo largiente, Franci victoria potiti sunt, & plures ex Saxonibus interfecti sunt. Hæc audiens rex iterum super Saxones cum exercitu irruens multam stragem fecit, & prædam copiosam cœpit super Vuestphalam, & coacti obsides dederunt, obsidibus itaque receptis, & præda multa capta, rex in Franciam reversus, ubi nunciatum est ei quod Rotgandus Langobardus, post ponens fidem & sacramenta, adversus eum rebellare disponeret, statim illis in partibus iter arripuit, & celebravit Natalem Domini in villa quæ dicitur Schletstat in Elsatio.

Rotgandus decollatur.

Anno dominicæ incarnationis 776. Carolus rex Italiam ingressus, Forojulii partes petivit, Rotgandum rebellem captum decollare jussit, ad Tarvisium civitatem venit, ibique pascha celebravit, & ordinatis rebus, derelictis custodibus ex Francis, in civitatibus quæ adversus eum senserant, in Franciam cum prosperitate reversus est. Interea Saxones cognita absentia regis, more solito, ruptis sacramentis in unum conglobati Heresburgk castrum aggrediuntur, fraudulenter Francis suadent ut de castro exeant, & cum pace in patriam pergant. Sed cum illi fallacibus verbis moniti sunt, minime assensum præberent, machinas præparant, munitionem obsidione cingunt, & summis viribus certant, sed nihil proficiunt. Quadam itaque die cum iterum redivivo certamine bellum parassent, apparuit gloria Dei manifeste supra domum ecclesiæ, quæ erat infra ipsum castrũ, videntibus multis tam Christianis, quàm paganis. Nam duo scuta apparuerunt supra præfatam Basilicam, sanguineo colore flammantia, & velut in prælio quibusdam in motibus agitantia. Itaque Pagani hoc signum aspicientes timore & formidine repleti, mox in fugam conversi sunt, & in tantam amentiam devenerunt, ut strictis gladiis, mutuis armis se confoderent. Quanto vero illi plus pavore perterriti fugierunt, tanto magis Christiani confortati, omnipotentem Dominum laudabant, qui salvos facit sperantes in se. Ex prædicto igitur loco cum tanta confusione discedentes, venerunt ad aliud castrum quod appellatur Desuburgh, ubi voluerunt similiter facere, sed Deo auxiliante, Francisq; eis viriliter repugnantibus, nihil prævaluerunt. Oppidani vero persecuti sunt eos usq; ad flumen quod Lippa dicitur, & multos ex eis interfecerunt. Itaque rex Vormatiam veniens synodum placitumque publicum ibi tenuit, & concilio soluto, mox Saxonum fines penetravit, & velut ingens tempestas omnia prosternit, munitiones irrumpit, Saxones perterriti ad locum ubi Lippa oritur venerunt, ibi se, suamque patriam regi tradiderunt, & spoponderunt se Christianos esse debere. Tunc rex una cum Francis restauravit Heresburgh castrum, & aliud castrum super Lippam, ubi venientes Saxones unà cum uxoribus & parvulis innumerabilis multitudo baptisati sunt, in nomine sanctæ Trinitatis. Posthæc obsides quantos rex expetiit dederunt, reformatis autem castellis, custodiisq; dispositis, Carolus in Franciam revertitur, & celebravit Natalem Domini in Heristellio, & pascha in Novomago.

Lippa fluvius.

Saxones Christianos primum facti.

An. dom. incar. 777. Rex Saxoniam ingressus placitum tenuit in loco qui dicitur Padresbrunna, ubi omnes Saxones convenerunt, excepto Vuidichindo, qui cum paucis Saxonibus in partib. Nortmanniæ cõfugit. In eodem ẽt loco venerunt Sarraceni de partibus Hispaniæ, quorum hæc sunt nomina, Ibina, Jarabi & filius Denizefi, qui Lammeiosephnominabatur, & gener ejus, ubi etiam multitudo Saxonum baptisati sunt, & sacramenta secundum consuetudinem dederunt, ut perderent ingenuitatem, & omnem hæreditatem, nisi conservarent susceptam Christianitatem, & promissam fidelitatem regis & filiorum ejus, nec non etiam & Francorum. Carolus in Franciam reversus celebravit Natalem Domini in Duciato & pascha in Aquitania in villa quæ dicitur Casinogilo.

Vuidichind.

Anno dominicæ incarnationis 778. Carolus cum exercitu Hispaniam ingressus est, venit enim primo ad Pampilonam civitatem, deinde ad Cæsaraugustanam urbem perrexit, ubi innumerabilis multitudo de partibus Burgundiæ, & Austrasiæ, vel Bajoariæ, seu Provinciæ, & Septimaniæ, pars etiam Langobardorum in auxilium Francorum convenerunt, obsidione itaque civitatis territi Saraceni, obsides dederunt, & immensum pondus auri. Ejectis itaque Saracenis de Pampilona, murisque ejusdem civitatis dirutis, Vasconibusq; subjugatis, in Franciam revertitur.

Interea Saxones audientes quod Carolus cum Francis tam longa terrarum spacia ab eis esset separatus, suadente Vuidichindo, secundum cõsuetudinem iterum rebellati sunt, & ad Durià castrũ (quod Coloniæ civitati contiguũ est) usq; venerunt, cædibus, rapinis, & incendiis omnia devastantes. Quod cũ nunciatum esset regi revertenti, ẽt commorãti Antissiodoro civitate, misit idem princeps scaram unam ex electis viris, qui eorũ violentiæ resisterent. Saxones audientes incolumitatem regis & adventum Francorum, in fugam conversi sunt, quos Franci vestigio sequentes, repererunt eos super fluvium cujus vocabulum est Adama, in loco qui dicitur Liheſi, ubi pugna cepta & finita, Franci auxiliante Deo, victores extiterunt, & multitudo Saxonum est ibi occisa & celebravit Rex

Saxones cassecta defectione iuxta Adamam fluv.

Natal. Domini in Heriſtellio & paſcha ſimiliter. Anno Dominicæ incarnat. 779. Carolus venit in villam, quæ dicitur Compendium, ubi ſe obtulit Hildebrandus Spoletanorum dux cum muneribus, ejuſque dominationi ſe ſubdit. Eodem anno ſynodum tenuit in Duria, & poſt hæc Saxoniam ingreſſus uſque ad Lippam venit. Conati ſunt autem Saxones reſiſtere in loco qui dicitur Bucholtz, ſed nihil prævaluerunt. Aperta autem via Vueſtfalos ſubjugaverunt, & omnes Saxones qui ultra Vuiſaram commorabantur. Veniens autem rex in loco qui vocatur Medofulli accepit obſides, & ſacramenta à Saxonibus, qui ab eodem defecerant, & reverſus eſt in Franciam, & celebravit Natalem domini in Vuormatia civitate, & paſcha ſimiliter.

Hildebrandus dux Spoletanorũ.

Anno domin. incarn. 780. Carolus Saxoniam ingreſſus ad Heresburgk venit, & inde ad locum ubi Lippa conſurgit, & ibi ſynodum tenuit. Inde progreſſus ad Albiam fluvium venit, & in ipſo itinere Bardonganenſes, & multi de Nortlindis baptiſati ſunt in loco, qui dicitur Horheym, ultra Obacerum fluvium, & pervenit uſque ad locum ubi Jora confluit in Albiam. Diſpoſitis itaque tam Saxonibus, quàm Sclavis, in Franciam reverſus eſt. Inito autem conſilio, ut Romam pergeret orationis cauſa una cum conjuge Hildegarda, celebravit Natalem Domini in Papia civitate.

Hildegardis Caroli uxor.

Anno dominicæ incarnationis 781. Carolus iter pergens celebravit paſcha in Roma, & ibi baptiſatus eſt filius ejus Pippinus ab Adriano papa, qui & ipſe eum de ſacro fonte ſuſcepit, & duo filii ejus à ſupradicto pontifice inuncti ſunt in regem. Idem Pippinus ſuper Italiam, Ludovicus ſuper Aquitaniam, inde reverſus venit Mediolanum, ubi baptiſata eſt filia ejus Gliſla ab Archiepiſcopo Thoma, qui & ipſe eam à ſacro fonte levavit. His ita peractis reverſus eſt in Franciam. Per id tempus Legati apoſtolici, Formoſus & Damaſus Epiſcopi, cum miſſis regis, Siculfo capellano, & Eunardo magiſtro pincernarum directi ſunt ad Thaſſilonem ducem commonentes & conteſtantes ex auctoritate Apoſtolica, ut recordaretur priorum Sacramentorum, & non aliter faceret, niſi ſicut jurejurando jam dudum promiſerat Pippino regi & filiis ejus. His admonitionibus conſenſit Thaſſilo, & ſumptis obſidibus, ad regem venit Vuormatiam, ubi renovavit ſacramenta, & dedit duodecim obſides, ſed non diu præfatus Thaſſilo promiſſa conſecravit, celebravit autem rex Natalem Domini in Cariſiaco, & paſcha ſimul.

Pippinus filius Caroli.

Gisla filia.

Anno dominicæ incarnationis 782. Carolus Coloniam veniens, Rhenum tranſiit & ſynodum tenuit ubi Lippa conſurgit, ubi omnes Saxones convenerunt, excepto rebelle Vuidinchindo. Illuc etiam venerunt legati Godefridi regis Nortmanorum Altdeni & Hoſmundus, nec non etiam legati Avarorum miſſi à Cacano & Jugurro. Peracto placito reverſus eſt rex in Franciam. Saxones iterum fidem violant, arma corripiunt, ſuadente Vuidichindo. Rex autem ea tempeſtate miſerat nuncios ſuos ad Adalgiſum, & Geilonem atque Conradum viros potentes, ut ducerent exercitum Francorum & Saxonum ſuper Sclavos paucos, qui adhuc rebelles erant. Supradicti vero principes cum jam in itinere eſſent, audientes quod Saxones rebellaſſent, ſuper eos arma verterunt, & commiſſo prælio multos ex eis interfecerunt, in qua pugna duo duces ceciderunt, videlicet Adalgiſus, & Geilo in monte qui dicitur Suntdal. Hoc audiens imperator, cum Francis quos ſub celeritate congregare potuit illuc perrexit, & pervenit uſque ad locum ubi Alara confluit in Vuiſaram. Tunc omnes Saxones iterum convenientes ſubdiderunt ſe ſub poteſtate ſupradicti regis, & reddiderunt ſeditioſos, qui illam rebellionem maxime terminaverunt, ad occidendum quatuor millia quingentos viros, Vuidichindus vero partibus Nortmanniæ aufugit. Interfectis itaque ſeditioſis, exilioque damnatis, rex in Franciam reverſus eſt, & celebravit Natalem Domini in Theodonis villa, & paſcha ſimiliter.

Anno dominicæ incarnationis 783. obiit Hildegardis regina pridie kalend. Maii, quod evenit tunc in vigilia Aſcenſionis domini, & rex iterum Saxoniam ingreſſus eſt, eo quod Saxones rurſum rebellaſſent, & cum paucis Francis ad Thietmalli venit, ibi Saxones paraverunt pugnam in campo viriliter. Tunc rex cum Francis ſuper eos irruit, & magnam ſtragem ex eis fecit, ita, ut perpauci fuga elaberentur. Poſt peractam victoriam venit rex ad Paderbrunna, ubi coadunato exercitu, denuo ſuper Saxones irruit, qui ſe ſociaverunt ſuper fluvium, cujus vocabulum eſt Aſa. Ibi iterum pugna inita non minor numerus Saxonum cecidit, quàm in ſuperiori prælio ceciderat. Tunc rex Vuiſaram tranſiit, & ad Albiam uſq; pervenit, poſthæc in Franciam revertitur. Eodem anno obiit Bertha regina 4 id. Julii & cum Vuormatiam perveniſſet Rex, ſociavit in matrimonium Faſtradanam regnam, & celebravit Natalem domini in Heriſtellio, & paſcha ſimiliter.

Hildegardis conjunx moritur.

Nono pugnatum cum Saxonibus.

Bertha Caroli mater moritur.

Faſtradana uxor Caroli fit.

Anno dominicæ incarnationis 784. Carolus ingreſſus eſt Saxoniam, eo quod iterum rebellaſſet, & cum eis aliqua pars Friſonum, & pervenit uſque ad Huculm, circumeundo & vaſtando omnia. Erat autem nimia inundatio aquarum. Ipſe igitur per Thuringiam ab orientali parte intravit ſuper Hoſtfalos. Porro filium Caroli dimiſit cum valida manu contra Vueſtphalos. Itaque Rex Thuringiam ingreſſus, pervenit uſq; ad fluvium Albiæ, & inde ad Tagniburn, deinde ad Scanminge, ex quo loco reverſus eſt in Franciã. Vueſtphali vero congregaverunt ſe juxta

Decimo pugnavit in Saxones.

Lippam

Lippiam, quibus occurrit filius regis in pago, qui dicitur Dragim, & inierunt pugnam, quibus viriliter ſuperatis, reverſus eſt Vuormatiam ad genitorem ſuum. Rex itaque conſultis fidelibus, iterato hyemis tempore, Saxoniam intravit, & celebravit Natalem Domini juxta Kichriſburch Vuizzagani ſuper fluvium Ambra, in villa quæ dicitur Linhidi.

Anno dominicæ incarnationis 785. Rex uſque Adrine pervenit ſuper fluvium Vuiſarum, ubi confluit Vnaahna, & propter nimiam inundationem aquarum, inde reverſus eſt Heresburgh, ubi uxorem ſuam Faſtradanam cum filiis & filiabus venire juſſit, & ibi tota hyeme reſedit, ibi etiam paſcha celebravit, & multis vicibus ſcaras per Saxones miſit, & eorum caſtra deprædatus eſt, & in Majo Synodum ad Paderbrunnam habuit, & inde iter pergens, nullo eo tradicente, totam Saxoniam circuivit. Venit autem in Bardenguni, & inde miſit poſt Vuidichindum & Abbionem, & utroſque ad ſe fecit venire, quos Sacramento firmavit, ut in Franciam ad eum venirent. Qui acceptis obſidibus, ad Attiniacum ad regem venerunt, ibique baptiſati ſunt, & tunc tota Saxonia ſubjugata eſt Francis, & in eadem villa celebravit rex Natalem Domini & Paſcha ſimiliter. *Vndecimo anno. no Saxonia de-ſtru-ctur.*

Anno dominicæ incarnationis ſeptingeteſimo octuageſimo ſexto, Carolus miſit exercitum ſuum partibus Britanniæ, unà cum miſſo ſuo Odulpho principe Cacorum, ubi multa caſtella acquiſierunt Franci, & eorum primates repræſentaverunt Wormatiam regi in publico conventu. Tunc rex videns ſe ex omni parte pacem habere, Romam perrexit orationis cauſa, & ut ibi cum miſſis imperatoris colloquium haberet, & celebravit Natalem domini in Florentia civitate.

Anno dominicæ incarnationis ſeptingeteſimo trigeſimo ſeptimo, Carolus Romam venit, & à pontifice Adriano ſuſceptus eſt, ubi aliquot dies moratus eſt. Quod cum audiſſet *Heregiſus* dux Beneventanorum, timore perterritus, miſit Romaldum filium ſuum cum magnis muneribus ad regem, poſtulans pacem, & promittens ſe omnem voluntatē eius facturum. Sed his ſuaſionib. minime apoſtolicus credidit, ſed magis hortatus eſt regem, ut Beneventi fines intraret, quod & fecit. Et cum Capuam veniſſet Herigiſus, reliquit Beneventum, & in Salernum receſſit, ibique ſe munivit. Exinde miſit filium ſuum Grimaldum, (nam Romaldum rex ſecum retinebat) cum magnis muneribus offerens obſides, & promittens omnem fidelitatem, tantum ab impugnatione ceſſaret. Tunc rex cum conſulto fidelium & ſacerdotum, ne penitus epiſcopatum, & monaſteria devaſtarentur, elegit duodecim obſides, & decimum tertium filiū ſupradicti ducis Grimaldum, & accepit munera, & juraverunt ei omnes Beneventani, & reverſus eſt Romam, ibique celebravit paſcha cum præſule ſedis apoſtolicæ. Venerunt etiam in eodem loco miſſi, Thaſſilonis Arinis epiſcopus, & Henricus abbas, rogantes papam, ut pacem faceret, litemque terminaret inter Carolum regem, & Taſſilonem ducem. Ex qua cauſa multum coarctatus eſt apoſtolicus. Rex autem ad poſtulata reſpondit, ſe per multa tempora quæſiſſe, ſed minime obtinere potuiſſe. Ne tamen inobediens videretur eſſe monitis apoſtolicis, aſſeruit ſe in ejuſdem papæ præſentia, cum eiſdem miſſis pacem velle firmare. Illis autem renuentibus, atque dicentibus non ſe audere pro ſeniore definitivam proferre ſententiam, neque ſe ad hoc deſtinatos eſſe. Videns apoſtolicus ficta mendacia, & cognoſcens inſtabilitatem ducis, iratus anathematizavit prædictum Thaſſilonem, & omnes illi faventes, niſi fidelitatem quam regi Pippino, & filio ejus Carolo promiſerat, per omnia obſervaret. Conteſtans per eoſdem miſſos eundem virum, & monens ne per ejus obdurationem, & perfidiam ſanguis Chriſtianorum funderetur, & terra devaſtaretur. Et ſi ipſe dux nullatenus obedire vellet, tunc Carolus & exercitus ejus abſoluti eſſent à Deo & ſancto Petro, & quicquid in ducatu ejus perpetratum eſſet, incendiis & homicidiis, vel qualicunque malicia, totum hoc in Thaſſilonem & ſocios eius vertatur, & Rex & Franci perſiſtant innoxii. His verbis abſolutis miſſis Thaſſilonis, Rex oratione ad limina apoſtolorum completa, & benedictione percepta, in Franciam greſſum dirigit, & Vuormatiam ubi erat Faſtradana conjunx eius pervenit, ubi Synodum congregavit, & manifeſtavit ſacerdotibus & optimatibus regni cauſas itineris, & qualiter verſutia Thaſſilonis coram ſummo Pontifice eſſet deprehenſa. Miſit itaque cum conſulto fidelium ad eundem Thaſſilonem monens, ut apoſtolicis adhortationibus obtemperaret, qui cum nollet obedire, Rex partibus Bavariæ exercitum movit, & venit in loco qui dicitur Lehfeld, ſuper civitatem Auguſtam, & venerunt orientales Franci & Tyringi & Saxones ſuper Danubium in loco qui dicitur Faringa. Porro Pippinus rex de Italia cum exercitu venit Trientum, tunc perſpiciens Thaſſilo ſe ex omni parte eſſe circundatum, & videns quod Bajoarii magis eſſent fideles Carolo, quàm ſibi, undique coarctatus venit ad eum, tradens ſe manibus eius, ad ſervitium reddens ducatum à Pippino rege ſibi commiſſum, & ſe in omnibus peccaſſe & male egiſſe confeſſus eſt, & denuo renovans ſacramenta dedit duodecim obſides electos, & tredecimum filium ſuum Theodonem. Rex receptis obſidibus, reverſus eſt in Franciam, & celebravit Natalem Domini in Ingelnheim, & paſcha ſimiliter. *Lechfeld.*

Anno dominicæ incarnationis ſeptingeteſimo octuageſimo octavo, Rex congregavit ſynodum in præfata villa, ibique venit Thaſſilo, cœperunt autem eum Bavari accuſare, quod fidem promiſſam

missam violasset, suadente uxore Luitberga, objecta vero Thassilo denegare non potuit, sed convictus est ad Avaros transmisisse, & in vitam fidelium regis conciliatum fuisse. Ad ultimum tamen confessus est se dixisse, si decem filios haberet, omnes mallet amittere, quàm ita maneret, sicut juraverat. Exiis & aliis multis, ab omnibus dijudicatus est ad mortem. Et cum omnes capitalem sententiam proclamarent, Rex misericordia motus, eo quod consanguineus ejus esset, obtinuit ab ipsis dictisq; suis fidelibus ne moreretur. Interrogatus à rege quid agere vellet, terræ prostratus Licentiam in monasterium intrandi expetiit, ut ibi peccata sua deplorare potuisset. Similiter & filius ejus Thiodo fecit. Igitur attonsi sunt, & in monasterium missi. Pauci Bajoarii qui cum Thassilone senserant, in exilium sunt missi. Eodem anno commissum est bellum inter *Græcos* & Langobardos, ducibus Hildebrando, Spoletino & Grimaldo, Beneventano & Vuinegiso à rege directo cum Francis, & fugati sunt Græci, & victores extiterunt Franci & Langobardi. Perid tempus pugna commissa est inter Avaros & Francos, qui in *Italia* habitabant, & Deo largiente victoriam obtinuerunt Franci. Tertia pugna commissa est inter Avaros, & Bajoarios in campo Iboræ, & fuerunt ibi missi regis Grahamanus, & Odoacer cum aliquibus Francis, & Deo auxiliante victoria fuit Francorum seu Bajoariorum. Hæc omnia supradictus Thassilo & uxor ejus Luitburga terminaverunt. Quarta pugna fuit contra Avaros, qui voluerunt vindicare eos, qui in prælio superius dicto conciderãt, sed Deo adjuvante, victoria Christianis cessit. Post hæc Carolus Ratisbonam venit, ibique marcas & fines Bajoariorum disposuit, indeque reversus est in Franciam, & celebravit Natalem in Aquis palatio, & pascha similiter.

Tassilo monachus factus.

An. do. incar. 789. Rex Rhenum Coloniæ transiit, & Saxoniam ingressus, usq; Albiam fluvium venit, ibiq; duos pontes construxit, & ex utraq; parte pontis castra fecit ex lignis & terra, & inde progressus Sclavorum fines intravit, & Sclavos vocabulo Vuilzi * suo dominio subjugavit. Fuerunt autem cum eo in eadem expeditione Franci & Saxones, Frisones vero navigio venerunt per Habolam fluvium, fuerunt autem cum eo Sclavi, Urbi, & Abotrudi, quorũ princeps vocabatur Vuizan, obsidibus itaq; receptis, reversus est in Franciam. Et celebravit Natalem Domini Vuormatiæ, & pascha similiter. Anno dominicæ incarnationis 790. Nullum iter rex fecit, sed in prædicta civitate Rex celebravit Natalem Domini & pascha similiter.

*Vuinden aliàs.

Anno dominicæ incarnationis 791. Carolus ad partes Bajoariorum perrexit, & Ratisbonam pervenit, ubi & exercitum suum convenire jussit, ibiq; cum consilio optimatum regni, disposuit ire in Avarorum regnum propter maliciam intolerabilem, quam in Gallorum populos gesserunt, & ecclesias Dei. Venit ergo cum exercitu usque ad Anisam fluvium, ubi triduanum jejunium cum letaniis fecerunt, postulantes pro salute exercitus, & adjutorio Dei, & vindictam inimicorum. Rex itaque littora Danubii de Australi parte tenuit, Saxones autem cum quibusdam Francis, & plurima multitudine Frisonum de Aquilonari, & ita pergentes pervenerunt ubi jam dicti Avari habebant munitiones paratas. De Australi parte ad Chunberg, de Aquilonari vero ripa in loco qui dicitur Camp, sic enim nominatur ille fluvius qui ibi influit in Danubium. Itaque Avari cum ex utraq; ripæ parte vidissent exercitum, & classem per medium fluvium venientem, tantus terror, Deo faciente, illos invasit, ut dimissis præsidiis munitionum, fugæ latibula quærerent, & sic Christo duce uterq; exercitus absque læsione Pannoniam introivit. Pervenit autem rex usque ad fluvium qui dicitur Raba, omnia cædibus, incendiis, rapinisq; devastans, & inde reversus Ratisbonam, celebravit ibi Natalem Domini & pascha similiter.

Caroli expeditio in Avaros.

Anno dom. incar. 792. Feliciana Hæresis condemnata est, quem Felicem Engilbertus in præsentiam Adriani pontificis adduxit, & post confessionem hæresim abdicavit. Et eodem anno nulla expeditio facta est, sed tantum super naves ad flumina transeunda, compactus est pons anchoris & funibus, ita cohærens, ut jungi & dissolvi possit, & celebravit rex Natalem Domini Ratisbonæ.

Anno Dominicæ incarnationis 793. Carolus Ratisbonam proficiscens, ad Fossatum magnum inter fluvios Alemonon & Radinzam venit, ibique summi pontificis missi cum magnis muneribus in præsentiam ejus venerunt, ibi etiam nunciatum est ei Saxones iterum more solito fidem & promissa violasse. Inde navigio per Radinzam Mogonum fluvium ingressus, Natalem Domini celebravit in Wizzeburch.

Anno Dominicæ incarnationis 794. celebravit rex pascha in Francono furt, ibiq; congregavit synodum magnã episcoporũ, *Gallia*rum, Germanorũ & Italorũ, ubi fuerunt missi apostoli Theophilus, & Stephanus episcopi. in hac synodo tertiò cõdemnata est hæresis Feliciana, quam damnationem per auctoritatẽ sanctorũ patrum in libro conscripserunt, quem librũ omnes sacerdotes manib. propriis subscripserunt. Eodem tempore Fastradana regina obiit, & in monasterio sancti Albani honorifice sepulta est. Pseudo synodus Græcorũ, quam pro adorandis imaginibus fecerunt, à pontificibus rejecta est. Rex aũt post hæc diviso in duas partes exercitu, Saxoniã ingressus est, Ipse per Thuringiã, Carolus vero filius eius Coloniæ Rhenũ transiit. Tunc Saxones congregantes se in loco qui dicitur Finisfelt, præparaverunt se ad pugnam. Cũ vero audissent se ex duabus partibus esse circundatos, dissipavit Deus consilia eorum, & quamvis fraudulenter Christianos se esse, & fideles regi promiserunt. Rex in Franciam reversus celebravit Natal. Do. in Aquis palacio, & pascha similiter.

Concilium Francophordianum.

Extat adhuc ad dominum Albanum Moguntiæ monumentum.

Anno Dominicæ incarnationis 795. Rex venit Moguntiam, ibique tenuit placitum ſuum in villa quæ dicitur Cuffinſtein, in ſuburbio ejuſdem urbis. Audiens vero quod Saxones ſecundum conſuetudinem promiſſionem ſuam, quam de obſervanda Chriſtianitate & fidelitate regis tenenda fecerant, irritam feciſſent, cum exercitu Saxoniam intravit, & uſq; ad fluvium Albiam pervenit ad locum qui dicitur Hliuni, in quo iiſdem diebus Witzam Abrotitorum rex à Saxonibus occiſus fuerat, ibi etiam venerunt miſſi à Thudone, qui in gente & regno Avarorum magnam poteſtatem habebat, affirmantes quod idem Thudum cũ terra & populo ſuo ſe Regi dare vellet, & ejuſdem ordinatione Chriſtianam fidem ſuſcipere. Rex itaque afflictis magna ex parte Saxonibus, eorũq; terra vaſtata, acceptis obſidibus, in Franciam rediit, & celebravit Nat. dom. Aquis, & paſcha ſimiliter. *Moguntiæ.*

Anno dom. incar. 796. Adrianus papa obiit, & Leo mox in pontificatu ſucceſſit, ſtatimq; miſit regi legatos cum muneribus, Claves ẽt confeſſionis S. Petri, & vexillum Romanæ urbis direxit. Henricus dux Forojulianorum miſſis hominib, cum Vuonomiro Sclavo in Pannoniam, Iringum gentis Avarorum principem, longis retro temporibus qui eum Civili bello, fatigatis inter ſe principibus, improviſe expoliavit. Caganus & Juguro inteſtina clade interempti ſunt, theſaurum priſcorum regum multa ſeculorum prolixitate collectum, idem dux Carolo, ad Aquis palatium miſit, quo accepto, peracta largitori omnium gratiarum actione, magnam partem inde Romam ad limina Apoſtolorum miſit per Angelbertum abbatem. Porro reliquam partem optimatibus, cleticis ſive laicis, ceteriſque fidelibus ſuis largitus eſt. Per id tempus Thudum ſecundum promiſſionem ſuam, cum magna parte Avarorum ad regem venit, & ſe populo ſuo, & patria Regi tradidit. Et ipſe & populus eius baptizatus eſt, & muneribus ſuſceptis redierunt ad propria. Eo tempore rex cum exercitu Saxoniam intravit, & Pippinus rex in Pannoniam cum exercitu introivit. Venit autem legatio Pippini regis ad patrem in Saxoniam, quæ dixit Avaros poſt interfectionem priorum ducum ſuper ſe conſtituiſſe regem, nomine Karam, & Pippinus contra eum certare diſponeret. Rex peragrata Saxonia in Franciam ſe recepit, & in Aquis palatio filium ſuum Pippinum à Pannonia redeuntem, & partem thezauri quæ remanſerat adducentem lætus aſpexit. Et celebravit in eodem loco natalem domini & paſcha ſimiliter.

Anno domin. incarn. 797. Barcinona civitas Hiſpaniæ, quæ jam pridem à Francis diſceſſerat, per Thatim præfectum ipſius, Francis eſt reddita. Nam ipſe ad palatium veniens, civitatem cum ſemetipſo regi tradidit. Eo tempore expeditio facta eſt in Saxoniam, & uſq; ad Oceanum trans omnes paludes & invia loca pertranſit exercitus, & rex de Adulo hoc regreſſus (hoc enim loco nomen, ubi Oceanus Saxoniam alluit) tota Saxonum gente in deditionem per obſides accepta, in Aquis palatio reverſus eſt, ubi Abdellam Saracenum, qui à fratre regno pulſus in Mauritania exulabat, ipſo ſemetipſum commendante, ſuſcepit. In eodem loco & Legatus Niceræ qui tunc Siciliam regebat, nomine Theophilus Imperatoris epiſtolam portans, quem honorifice ſuſcipiens, poſt aliquot dies abſolvit. Ipſe vero Novembri menſe mediante, ad hyemandũ cum exercitu Saxoniam intravit, poſitisq; caſtris juxta Vuiſaram fluvium, locum caſtrorum Heriſtellium vocari juſſit, illuc Legati gentis Avarorum cum magnis muneribus venerunt. De eodem loco Abdellam Saracenum cum filio ſuo Ludovico in Hiſpaniam ire juſſit, & filium ſuum Pippinum in Italiam remiſit, ipſe ad diſponendam Saxoniam totum hyemis tempus impendens, ibi Natalem Domini celebravit & paſcha ſimiliter. *Hiſpaniæ partem obtinet. Adulo.*

Anno dominic. incarnationis ſeptingenteſimo nonageſimo octavo venit ad regem legatus Haldiſonſi regis Galliciæ & Auſtriæ nomine Frola, Papilionem miræ magnitudinis præſentans. Et in ipſo paſchæ tempore, Nordiveli trans Albiam ſedentes ſeditione commota, Legatos regios qui tunc ad juſtitias faciendas apud eos converſabantur, comprehenderunt. Quoſdam ex eis trucidantes, cæteros ad redimendos ſervavere. Rex itaque collecto exercitu, de Heriſtelli ad locum, qui Inida dicitur perrexit, & facto conſilio in deſertores arma corripuit, & totam inter Albiã & Vuiſarã Saxoniam depopulando peragravit. Nordlindi contra Tranaſchonem ducem Abrothidorum, & Helbruinum Legatum regis, commiſſo prælio victi ſunt, cæſa ſunt ex eis in eo prælio quatuor millia, cæteri qui fugerunt, de pacis conditione tractare cœperunt. Rex acceptis obſidibus à Saxonibus in Franciam reverſus eſt, & Aquis perveniens, legationem Græcorum à Conſtantinopoli miſſam ſuſcepit. Erant enim legati Michael patritius quondam Phrygiæ & Theophilus presbyter, epiſtolã *Hirenæ* imperatricis ferentes. Nam filius eius Conſtantinus imperator à ſuis comprehenſus, & excæcatus eſt. Hæc tamen legatio tantum de pace fuit, quos cum abſolviſſet, abſolvit etiam cum eis Siſinnium fratrem Tharaſii Conſtantinopol. epiſcopi, jam dudum in Italia prælio captum. Hoc anno ſydus martis in toto cœlo non comparuit. *Insulæ* Baleares à Mauris & Saracenis deprædatæ ſunt, Aldefonſus rex Galliciæ, & Auſtriæ, prædata Vlixbona ultima Hiſpanię civitate, loricas, mulos captivosque Mauros regi per legatos, Frolam & Baſilicum, hyemis tempore miſit, & celebravit Natalem Domini in eodem loco, & paſcha ſimiliter. *Nordivelli. Conſtantinus Imp. excæcatus.*

Anno dominicæ incar. 799. Romani Leonem papã, Letania majore captũ excæcaverunt, ac linguam ejus radicitus abſciderunt, qui in cuſtodia miſſus noctu per murum evaſit, & ad legatos regis, qui tunc apud Baſilicam ſancti Petri erant, Vuirundum ſcilicet Abbatem, & Vuinegiſum

Spoletanorum ducem veniens, Spoletum ductus est. Rex Saxoniam ingressus apud Paderbrunnam castris positis consedit, & inde diviso exercitu, Carolum filium suum cum medietate ad colloquium Sclavorum, & ad recipiendos Saxones qui ex Nordlandis venerunt, in Bardenganidirexit, in eodem loco Leonem papam summo cum honore suscepit, ibique reditum Caroli filii expectans. Leonem pontificem, simili quo susceptus est honore, dimisit, qui statim Romam profectus est, Recepto cum prosperitate filio, Aquis repedavit, ubi legatus Michaelis Siciliæ præfecti nomine Daniel. ad eum venit, atque inde cum magno honore dimissus est. Eodem anno gens Avarum à fide quam promiserat defecit, & Henricus dux Foro Julianorum post tot victorias prospere gestas juxta Tharsicam Liburniæ civitatem, insidiis civium oppressus est. Per id tempus Geroldus cum esset Bajoariæ præfectus, commisso cum Avaribus prælio interficitur, & in Augia sepelitur, de quo in visione Vuetini legitur, quod inter Martyres sit adnumeratus. Insulæ Baleares quæ à Mauris & Saracenis deprædatæ sunt, postulato & accepto à Francis auxilio à prædonum incursione defensati sunt. Signa quoque Maurorum in pugna sublata regi præsentata sunt. Vuido comes qui Marcam contra Brittones tenebat, cum sociis Britanniam ingressus, totamq; perlustrans, in deditionem recepit & Regi de Saxonia revertenti, arma ducum qui se tradiderant in scriptis singulorum nominibus præsentavit. Tota itaque Britannia quod nunquam antea fuit, Francis subjugata est. Eodem anno monachus quidam de Hierosolymis veniens, reliquias multas attulit regi ex parte patriarchæ Hierosolymitani. Azan præfectus civitatis quæ dicitur Oscadanis regi munera misit, celebravit Natalem Domini in eodem palatio.

Britannia tota à Francis subiugata.

Anno Domini incarnationis octingentesimo, Rex absolutum Hierosolymitanum monachum, misit cum eo Zachariam presbyterum de palatio suo, & per illum multam pecuniam misit, per illa sancta loca ubi dominus conversatus est corporaliter, ipse medio Martio de Aquis egressus, littus Oceani Gallici perlustratus, & in ipso mari quod tunc à pyratis infestabatur, Classem instituit, præsidia disposuit. Pascha apud S. Richardum celebravit, indeq; per littus Oceani ad Rothomagum civitatẽ pervenit, ibiq; Sequana amne transmisso, Turonis ad S. Martinum orationis causa profectus est, ibiq; aliquot dies moratus est, propter adversam Lindkarde conjugis valetudinem, quæ ibidem & defuncta & humata est, obiit autem pridie Non. Junii. Inde per Aurelianos ac Parisios Aquis palatium venit, eodem anno pridie Non. Julii, contra morẽ & naturam aspera & gelu concreta fuit pruina, & 8 id. Julij similiter, sed tamen nullam incõmoditatem fructibus attulit. Mense Aug. Moguntiæ placitum tenuit & inde movens cum exercitu Ravennam venit, ubi 7. dies moratus Romã direxit gressum, filium suum Pippinum cum exercitu in Beneventum misso itaq; cum Romam venisset, occurrit ei pridie Leo papa, & senatus Romanorum apud Nomentũ, duodecimo ab urbe lapide & summa cũ humilitate, summoq; honore suscepit prandens cum eo in eodem loco. Igitur statim eum ad urbem præcessit & in Capitolium, in gradibus basilicæ beati Petri apostoli stans, missis obviam Romanæ urbis vexillis cum crucibus, atque reliquiis, ordinatis etiam, atq; dispositis per cõgrua loca tam peregrinorum, quàm civium turmis, qui venienti laudes dicerent, ipse cum clero, & episcopis ante gradus ecclesiæ cũ humiliter suscepit, data itaq; benedictione in basilicam beati Petri Apostoli cunctis psallentibus introduxit. Hoc autem factum est 8 idus Decemb. post 7. vero dies Rex concione vocata, cur Romam venisset patenter indicavit, & inde cottidie ad ea, quæ venerat facienda operam dedit, interq; quod maximũ & difficilimum erat, de discutiendis criminibus, quæ summo pontifici objecta erant. Causa itaq; ventilata, cũ nullus probator aut testis legitimus appareret, qui locũ controversiæ subire præsumeret, præfatus pontifex coram omni populo in domo S. Petri evangelium portans ambonem conscendit, invocatoq; S. Trinitatis nomine, jurejurando ab objectis se criminibus purgavit. Eadem die Zacharias pater cum duob. monachis, uno de monte oliveti, altero de Bethleem Romam venit, quos episcopus Hierosolymorum ad regem direxit, qui benedictionis causa claves sepulchri domini ac loci calvariæ, claves etiam civitatis cum vexillo detulerunt. quos Rex benigne suscipiens, aliquot dies secum detinuit, & mense Aprili remuneratos absolvit. Et celebravit ibi rex Natalem Domini.

Romam venit Carolus.

Claves civitatis Hierosolymitanæ Carolo missæ.

An. Dom. incarn. 801 Cum rex ipse die Natalis domini ante confessionem S. Petri ab oratione surgeret, Leo papa coronã capiti ejus imposuit, & à cuncto Romanorũ populo ter acclamatum est, Carolo Augusto à Deo coronato, Magno & pacifico imperatori Romanorum, Vita & victoria. Et post laudes more antiquorum principum adoratus est, & ablato patricii nomine Imperator & Augustus est appellatus. Post paucos dies jussit eos, qui anno superiori pontificem deposuerant, exhiberi, & habita de eis quæstione secundum legem Romanam, ut majestatis rei, capitali sententia damnati sunt, pro quibus tamen papa pio affectu apud imperatorem intercessit. Nam vita & membrorum integritas eis concessa est, cæterum pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt. Hujus factionis fuere principes Paschalis Primicerius, & Campulus sacellarius, & multi alii nobiles Romani, qui omnes eadem sententia damnati sunt. Ordinatis itaq; Romanæ urbis totius Italiæ, non tantum publicis, sed etiam ecclesiasticis & privatis negotiis, missaque iterum super Beneventanos,

Eo tempore pedes pontificum nõ deosculabantur, qua Tyranide tamen modo gloriantur.

cum

cum Pippino filio ſuo hoſtili expeditione, ipſe poſt paſcha, 7. kalend. Maii Romam egreſſus eſt, & venit Spoletum, & dum ibi moraretur, 2. kalend. Maii, hora noctis ſecunda terræmotus ingens factus eſt, quo tota Italia graviter concuſſa eſt, quo motu tectum baſilicæ beati Pauli Apoſtoli magna ex parte cum ſuis trabibus corruit. Eodem anno loca quædam circa Rhenum & in Gallia & in Germania terræmotu tremuerunt, & peſtilentia propter mollitiem hyberni temporis facta eſt. Imperator de Spoleto Ravennam veniens, aliquot dies ibi moratus, Papiam perrexit, ibi nunciatũ eſt ei Legatos Aaron, Amirmunmilin regis Perſarum portum Piſe intraſſe, quibus obviam mittens inter Vercellis & Eboreiam eos ſibi fecit præſentari, unus enim ex eis erat Perſi de Oriente Legatus regis Perſarum, alter Saracenus de Africa, Legatus Ammirati Abraham, qui in confinio Africæ in foſſaro poſſidebat, qui Iſaac Judæum, quem imperator ante quadriennium ad regem Perſarum cum Lantfrido & Sigiſmundo miſerat, reverſum cum magnis muneribus nuntiaverunt. Nam Lantfridus & Sigiſmundus in itinere defuncti ſunt. Miſit itaq; Rex Erchanbaldum notarium in Liguriam ad naves parandas, ubi Elephas etiam inter quæ deferebantur, ſubvehebatur, ipſe vero celebrato die nativitatis ſancti Joannis baptiſtæ apud Eboreiam, Alpes transgreſſus in Galliam reverſus eſt, Ipſa æſtate capta eſt Barcinona civitas Hiſpaniæ, jam tunc minus plus biennio obſeſſa, Zatuni præfectus ejus, & alii quàm plures Saraceni comprehenſi ſunt. Et in Italia Theate civitas ſimiliter capta, & flammis exuſta eſt, ejusque præfectus Rodhelmus comprehenſus eſt. Caſtella quæ ad illam civitatem aſpiciebant, in deditionem recepta ſunt. Zatuni & Rotſelmus exilio damnati ſunt. Menſe Octob. Iſaac Judæus de Africa cum Elephante regreſſus, portum Veneris intravit. Et quia propter nives Alpes tranſire non potuit, Vercellis hyemavit. Imperator Aquis Natalem Domini celebravit.

Legati regis Perſarum ad Carolum.

Anno incar. 802. Hirene Imperatrix de Conſtantinopoli miſit legatum nomine Leonem ad Imperatorem, de pace confirmanda inter Francos & Græcos, & Imperator Conſtantinopolim miſit Jeſſe epiſcopum Ambianenſem, & Helingandum comitem, ut pacem cum eo ſtatuerent. Paſcha celebratum eſt in eodem palatio. Eodem anno 13. kalen. Aug. venit Iſaac cum Elephante & cæteris muneribus à rege Perſarum miſſis, in præſentiam Imperatoris, nomen Elephantis erat Amhulater. Oſtona civitas in Italia in deditionem recepta eſt. Luceria quoq; frequenti obſidione fatigata, & ipſa in deditionem venit, præſidium q; Francorum in ea poſitum eſt. Imperator æſtatis tempore in Arduenna venationibus operam dedit, & miſſo in Saxoniam exercitu, transalbianos * Saxones vaſtavit. Grimaldus Beneventanorum dux, in Luceria Vuinegiſum comitem Spoleti qui præſidio præerat, adverſa valetudine fatigatum obſedit, & in deditionem accepit, captumque cum magno honore tenuit. Imperator Aquis Natalem domini celebravit.

Hirene Auguſta ad Carol. imp. legatos miſit.

*Albini aliàs.

Anno incar. 803. Terræmotus Aquis palatio factus eſt, & mortalitas ſubſecuta eſt, Vuinegiſus à Grimaldo redditus eſt. Miſſi imperatoris à Conſtantinopoli regreſſi ſunt & venerunt cũ eis Legati Nicheſori imperatoris, qui tunc rẽ publicã regebat, quorũ hæc ſunt nomina, Michael epiſcopus, Petrus abbas, Calixtus & Candidus, qui venerunt ad Imperatorẽ in Germania ſuper fluvium Sala, * in loco qui dicitur Saltz, & pactum faciendæ pacis in Chriſto ſuſceperunt, inde dimiſſi cum epiſtola Imperatoris Romam venerunt, inde Conſtantinopolim regreſſi ſunt. Imperator autem Bavariam profectus eſt, diſpoſitis Pannoniarum cauſis reverſus eſt, ibi Natalem Domini celebravit.

*Salcza aliàs.

Anno dom. incarnationis 804. imperator Aquis hyemavit, æſtate vero in Saxoniam cum exercitu perrexit, omnesque qui trans Albiam in Vuimodi habitabant, Saxones cum mulieribus & infantibus tranſtulit in Franciam, & pagos trans Albianos Abrotidis dedit. Eodem die Godefridus Rex Danorum venit cum claſſe ſua, & omni equitatu regni ſui ad locum, qui dicitur Schlieſvuich in confinio regni ſui, & Saxoniæ, promiſit enim ſe ad colloquium Imperatoris venturum, ſed conſilio ſuorum territus, propius non acceſſit, ſed quicquid voluit per legatos mandavit. Nam Imperator ſuper Albiam fluvium ſedebat, in loco qui dicitur Holdnſtein, & miſſa ad Godefridum legatione pro fugitivis retentis, mediante Septembr. Coloniam venit, deinde ad Arduennam ingreſſus venationum jocis exercitatus, Aquis reverſus eſt. medio Novemb. nuntiatum eſt ei Leonem papam, cum eo Natalem Domini celebrare velle, ubicunque illi placuiſſet, quod gratanter ſuſcepit. Et ſtatim miſſo filio ſuo Carolo ad ſanctum Mauritium, eum ſuſcipere honorifice præcepit, ipſe vero obviam illi Remorum civitate profectus eſt, ibique ſuſceptum ad Cariſiacum uſque perductum, cum eo ibi Natalem Dom. celebravit, deinde Aquis perduxit, & honoratũ magnis muneribus per Baioariam ire volentem, à ſuis deduci fecit uſque Ravennam, cauſa autem adventus ejus hæc fuit. Nunciatum eſt Imperatori Jeſu Chriſti Domini noſtri ſanguinem in Mantua civitate fuiſſe repertum, & Imperator ad Papam direxit, rogans ut veritatem rei perquireret, qui accepta occaſione Roma exeundi primo in Langobardia, quaſi pro inquiſitione prædicta profectus eſt, deinde arrepto itinere ſubito ad Imperatorem uſque pervenit, manſitq; apud illum dies octo, & ſicut dictum eſt Romam repedavit.

Saxones in Franciam translati.

Anno dominicæ incar. 805. Cacanus princeps Avarorum Imperatorem adiit, poſtulans ſibi locum dari ad habitandum inter Sabariam & Carantanum, qui propter infeſtationem Sclavorum, in

priſtinis

pristinis sedibus manere non poterat, quem Imperator benigne suscepit, eiusq; precibus favit. Eodem tempore misit exercitum cum filio suo Carolo super Sclavos qui vocantur Boemi, qui omnem terram eorum depopulantes, Ducem eorum qui appellabatur Lerzo occiderunt. Imperator Theodonis villam venit, indeque Adromarici montem usque profectus, ibi venationibus exercitatus est, inde Theodonis villam reversus Natalem Domini celebravit.

Carolus 2. contra Boemos.

Anno Dominicæ incarnationis 806. venerunt Vuilharius, & Beatus duces Venetiæ, nec non & Paulus dux Jadore, atque Donatus ejusdem civitatis episcopus, Legati Dalmatiæ in præsentiam Imperatoris cum magnis donis, & ordinatis tam Venetiis, quam Dalmatiis, eorum missis absolutis, Imperator cum primoribus & optimatibus Francorum de pace constituenda, & conservanda inter filios suos, & de partitione regni placitum habuit. Et divisione facta, in tres partes Imperium suum partitus est inter tres filios, ut scilicet unusquisque sciret quam partem tueri & regere debuisset, si illum patrem superviveret. De hac divisione testamentum fecit, & sacramentum interpositum à Francis confirmatum est, & Leoni papæ transmissum, ut hæc decreta manu sua firmaret, quod & factum est. Post hæc Imperator dimisso utroq; filio, in regnum sibi deputatum, Pippino scilicet, & Ludovico de Theodonis villa profectus, navigio per Mosellam Rhenum ingressus, ad Neomagum in Badua venit, ibique tota quadragesima fuit, & sanctum Pascha celebravit, & inde Aquis rediens, Carolum filium in terra Sclavorum quæ dicitur Rorabi, super Albiam fluvium cum exercitu misit, in qua congressione Miliduoh Sclavus occisus est, duoque castella ab exercitu constructa sunt, unum super ripam fluminis Salæ, alterum super Albiam. Sclavisq; compressis, ex hac parte Bohemos cum Bajoariis atque Alemanis aggreditur, eorumque terram ex maxima parte vastavit. Eodem anno in Corsicam insulam contra Mauros qui eam vastabant, classis de Italia à Pippino missa est, cujus adventum Mauri non expectantes, abscesserunt. Vnus tamen ex Francis Hademarus nomine, comes civitatis *Genuæ*, cum imprudenter pugnaret, occisus est à Mauris. In Hispania vero Navari & Pampilionenses, qui superioribus annis ad Saracenos transierant, in fidem recepti sunt. Classis Anicepharo Imperatore, cui Geta patritius præerat, ad recipiendam Dalmatiam mittitur, & Legati qui fere annos quatuor ad regem Persarum missi sunt, per ipsas Græcarum navium stationes transvecti, ac Tarvisium nullo adversariorum sentiente pervenerunt. Imperator celebravit Natalem Domini Aquis palatio. Eodem anno fuit Eclypsis Lunæ, 4. Non. Septembr. erat statio solis tunc in 16. parte virginis, Luna autem morabatur in 16. parte piscium.

Theodonis villa.

Anno domin. incar. 807. Eclypsis solis facta est 3. idus februar, stante utroque sydere in 25. parte Aquarii, & in eodē mense 4. kalen. Martii, Eclypsis Lunæ facta est, & in eadem nocte apparuerunt acies in cœlo miræ magnitudinis, sole morante in undecima parte piscium, & luna in 11. parte virginis. Iterum 11. kalend. Septemb. Eclypsis lunæ facta est hora noctis tertia, Sole posito in 5. parte Virginis, & Luna in 5. Piscium. Rutbertus missus Imperatoris, qui de oriente reverte batur, defunctus est, & Legatus regis Persarum nomine Abdella cum monachis de Hierusalem, qui legatione Thomæ patriarchæ fungebantur, quorum nomina fuere Gregorius & Felix. Gregorius abbas erat de monte oliveti, & erat natione Germanus, & à parentibus Engilbaldus vocatus est. Pervenerunt Aquis ad Imperatorem munera ferentes, quæ prædictus Rex Cæsari miserat, scilicet Papilionem & tentoria atrii, vario colore respersa, miræ magnitudinis & pulchritudinis. Erant enim omnia Byssina, tam tentoria, quàm & funes eorum diversis tincta coloribus. Fuerunt etiam munera prædicti regis pallia holoserica multa, & valde preciosa, & odoramenta, & Balsamum atque unguenta. Misit præterea horologium ex aurichalco arte mechanica mirifice compositum, in quo 12. horarum cursus ad clepsydram vertebatur, cum totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebāt, & casu suo subjectum sibi cymbalum resonare faciebant, additis in eodem horologio ejusdem numeri equitibus, qui per duodecim fenestras completis horis exibant, & in cursu egressionis suæ, totidem fenestras quæ prius erant apertæ, claudebantur. Nec non & alia multa erant in præfato Horologio. fuerunt etiam inter prædicta munera duo candelabra ex aurichalco miræ magnitudinis & proceritatis, quæ omnia Aquis reposita sunt. Imperator igitur Legatum & monachos per aliquot tempus secum retinens, postmodum eos in Italiam direxit, atque ibi tempus navigationis expectare jussit.

Prodigia ante obitum Caroli magni.

Dona à rege Persarum missa Carolo.

Horologium mire artificio fabricatum.

Eodem anno, Burchardum comitem stabuli sui, quod corrupte constabulum appellamus, cum classe misit in Corsicam, ut eam à Mauris defenderet, qui prædas illic exercebant, qui juxta consuetudinem suam de Hispani, egressi, primo Sardiniam appulsi sunt, ibique cum Sardis prælio commisso, & multis suorum amissis, nam tria millia ibi cecidisse perhibentur, in Corsicam recto cursu pervenerunt, ibi iterum in quodam portu ejusdem insulæ, cum classe cui Burchardus præerat, prælio decertarunt, victique ac fugati sunt amissis tredecim navibus, & plurimis suorum interfectis, adeo illo anno in omnibus locis adversa fortuna fatigati sunt, ut ipsi sibi iccirco hoc accidisse testati sunt, quod anno superiori contra omnem justitiam de Patalaria insula 60. monachos asportatos, in Hispania vendiderunt. Quorum aliqui per liberalitatem Imperatoris iterum in sua loca reversi sunt. Niceta patritius, qui cum classe Constantinopolitana sedebat in Venetia, pace facta

Comes stabuli.

cum

Digitized by Google

cum Pippino rege, & induciis usque ad mensem Aug. acceptis, statione solita Constantinopolim regressus est, & celebravit Imperator Natalem Domini Aquis, & pascha similiter.

Anno dom. incarn. 808. Hyems mollissima, & pestilens erat, Vere inchoante Imperator Niumagam profectus est, & celebrato ibi pascha, iterum Aquis repedavit, ubi nuntiatum est ei Godefridũ regem Danorum copias in Abrotides* trajecisse, adversus quem Carolum filium suum cum exercitu misit, jubens vesano regi resistere, si Saxoniæ terminos aggredi tentaret. Godefridus expugnatis aliquot Sclavorum castellis, cum magno copiarum suarum detrimento in patriam reversus est. Nã licet Drasconem ducem Abrotidorum loco pepulisset, Godelaibum alium ducem dolo captum, patibulo suspendisset, Abrotidorũ duas partes sibi vectigales fecisset, optimos tamen militum suorum & manu promptissimos amisit, & cum eis filium fratris sui, nomine Reginbaldum qui in oppugnatione cujusdam oppidi, cum plurimis Danorum primoribus interfectus est. Imperatoris filius Albiam ponte junxit, & exercitum cui præerat Hilinones & Smeldingos, qui & ipsi ad Godefridum regem defecerant, quanta potuit celeritate transposuit, de populatisque circunquaque eorum agris, transito iterum flumine, cum incolumi exercitu in Saxoniam se recepit. Fuerunt cũ Godefrido in prædicta expeditionẽ Sclavi qui dicuntur Vuilzi, qui propter antiquas inimicitias quas cum Abrotidis habere solebant, sponte illi corpus eorum junxerant, ipsoque in regno revertente, cum præda quam in Abrotides cœperant, & ipsi domum reversi sunt. Godefridus vero priusquam reverteretur, destructo emporio quod in Oceani littore constitutum erat, & lingua Danorum Rerich dicebatur, & magnam regno illius commoditatem vectigalium per solutionem præstabat, translatisq; inde negotiatoribus soluta classe, ad portum qui Liesthorph dicitur, cum universo exercito venit, ubi per aliquot dies moratus, limitem regni sui qui Saxoniam respicit, vallo munire constituit, & modo ut ab orientali maris sinu quem illi Hosarsalet dicunt, usque ad Occidẽtalem Oceanũ, totam Egidoræ fluminis Aquilonarem ripam munimentum valli prætexeret, una tantum porta dimissa, per quam carra, & eques emitti & recipi potuissent. Diviso itaque opere inter duces, domum reversus est. Interea rex Nortdanibrorũ de Britania insula nomine Eardulff, regno & patria pulsus, ad Imperatorẽ dum adhuc Niumaga moratur venit, & patefacto adventus sui negotio, Romam proficiscitur, Romaq; rediens per legatos Romani põtificis & Imperatoris in regnũ suum reducitur. Fuit aũt Legatus apostolici Adulphus diaconus de ipsa Britannia, natione Saxo, & cum eo ab Imperatore missi Abbates duo, Rotfridus notarius, & Nantharius de S. Othmaro Imperator ædificatis per legatos suos super Albiam duobus castellis, præsidioq; in eis contra Sclavorum incursiones dispositio, Aquis Natalem Domini celebravit, & pascha similiter.

* Obtritos alibi.

Rerich emporium.

Anno dom. incarnat. 809. Classis de Constantinopoli missa primo Dalmatiam, deinde Venetiam appulit, cumq; ibi hyemaret, pars ejus ad Cumaculam insulam venit, commissoque prælio cõtra præsidium, quod in ea positum erat, à civibus victi atq; fugati sunt. Dux autem qui classi præerat nomine Paulus, cum de pace inter Francos & Græcos constituenda, quasi sibi hoc esset injunctum, apud Pippinum regem agere moliretur, Vuillario & Beato Venetiæ ducibus, omnes conatus ejus impedientibus, atq; ipsis etiam insidias parantibus, cognita eorum fraude, discessit. Dum hæc in Italia aguntur, Ludovicus rex in occiduis partibus cum exercitu Hispaniam ingressus, Tortuosam civitatem super ripam Hiberi fluminis sitam obsedit, consumptoq; in expugnatione illius aliquanto tempore, postquam eam tam cito capi non posse vidit, dimissa obsidione cum incolumi exercitu in Aquitaniam se recepit. Postquam Eardulfus rex Nortdanibrorum in regnũ suũ restitutus est, cum missi reverterentur, Adulfus diaconus captus est à Pyratis, sed postea redemptus est, Romamq; reversus. In Thuscia Populonium civitas Maritima à Græcis qui Orobitæ vocantur, depręda est, Mauri quoq; de Hispania Corsicam ingressi in ipso sabbato, s. paschæ civitatem quandam deprædati sunt, & præter episcopũ, & paucos senes atq; infirmos, nihil in ea reliquerunt. Interea Godefridus rex Danorum, per quosdam negotiatores mandavit duci qui Phrysiam prævidebat, audisse se quod ei Imperator esset iratus, eo quod in Abrotides duxisset exercitum, & suas ultus esset injurias, addens se velle denegare quod ei objiciebatur, quod fœdus promissum irrupisset, petivit etiam Imperatorem, ut mitteret missos suos trans Albim, juxta terminos regni sui, & ipse cum suis ibi veniret, invicemq; discussis causis, quæq; emendationis digna erant, absq; contradictione ibi corrigerentur, quod cum Imperatori nuntiatum esset, non abnuit, colloquiumq; est habitum cum primoribus Danorum trans Albiam, multisque hinc inde prolatis, minime ad effectum res perducta est. Trasco dux Abrotidorum, postquam filium suum postulanti Godefrido obsidem dederat, collecta manu, & auxilio à Saxonibus contracto, vicinos suos Vuilzos aggressus, agros eorum ferro & igne vastavit, regressusque domum cum ingenti præda, accepto iterum à Saxonibus validiori auxilio, Smeldingorum maximam civitatem expugnat, atque his prosperis successibus omnes qui ab eo defecerant, ad suam societatem redire coegit.

Ludovicus Hispaniã ingressus.

Orobita Orati.

Dux Abrotidorũ in Vuilzos.

Imperator itaque, cum ei multa de jactatione & superbia regis Danorum nuntiarentur, statuit trans Albim civitatem ædificare, Francorumque in ea ponere præsidium, cumque ad hoc per Galliam atque Germaniam homines congregasset, armisq; ac cæteris ad usum necessariũ rebus instructos,

instructos, ad locum destinatum ducere per Phrysiam jussisset, Thrasco dux Abroditorum, in emporio Rerich ab hominibus Godefridi dolo interfectus est. Imperator postquam locus civitatis constituendæ fuerat exploratus, Egobertum comitem huic negotio exequendo præficiens, Albiam trajicere, & locum jussit occupare. Est autem locus super ripam Sturiæ fluminis vocabulo Esselfelt. Occupatus est itaque ab Egeberto & comitibus Saxonibus, & circa idus Martii muniri cœptus. Dum hæc circa Danos aguntur, Aureolus comes qui in confinio Hispaniæ atque Galliæ trans Pyreneum contra Oscam, & Cæsar Augustam residebat, defunctus est, & Amoror præfectus in locum eius intravit, missaq; ad Imperatorem legatione, se cum suis omnibus ejus obsequio traditurum promisit. Eclypsis Lunæ accidit 7. kalen. Janu.

Thrasco dux Abrod interfectus. Essfeld.

An. dom. incar. 810. Amoror præfectus colloquiũ Imperatoris expetiit in confinio Gallici & Hispanici limitis, in eo colloquio se promisit cum suis omnibus Imperatoris manibus commẽdaturũ, quod licet Imperator anuuisset, multis intervenientib. causis, remansit infectum. Mauri de tota Hispania, maxima classe collecta, primo Sardiniam, deinde Corsicam applicuerunt, nulloq; in ea invẽto præsidio, insulam penè totã depopulati sunt. Dum hæc aguntur Pippinus rex perfidia ducum Venetiorũ incitatus, ipsam insulam bello, terra mariq; vexabat, subjectaq; Venetia ac ducibus eius in deditionẽ receptis, eandem classem ad Dalmatiæ littora vastanda misit. Sed cum Paulus Cefalaniæ præfectus cũ orientali classe ad auxilium Dalmatiis ferendum adventaret, regia classis ad propria regreditur. Rotrudis filia Imperatoris, quæ natu major erat, Octav. idus Jun. moritur, *Imperator* Aquis morabatur, ubi nuntiatũ est ei classem ducentarum navium de Nortmania in Phrysiam appli cuisse, ternaq; præliacũ Phrysonibus cõmisisse, Danosq; victores tributum victis imposuisse, etiam C. lib. argenti à Phrysonib. esse solutas, Regemq; Godefridum hæc omnia agere dixit, qui nuntius adeo Imperatorẽ concitavit, ut missis in omnibus circunquaq; regionibus ad congregandum exercitum nuntiis, ipse sine mora palatio exiens, illas in partes tendere cœpit, transito itaq; Rheno flumine in loco qui Lippa dicitur, copias quæ nondum convenerant statuit operiri. Vbi cum aliquot dies moraretur, Elephas ille quem ei Aaron rex Saracenorũ transmiserat subita morte periit, congregatis tandem copiis quanta potuit celeritate ad Alarum fluviũ contendit, castrisq; positis minarũ Godefridi regis inflatus, se jactavit arroganter, quod cũ Imperatore congredi vellet, sed cum Imperator in loco memorato sederet, diversarum rerũ legationes ad eum perferuntur, nam & classem quæ Phrysiam vastabat, domum reversam, & Godefridum à quodam suo satellite interemptum, & Castellum vocabulo Huobbuoki, Albiæ flumini contiguũ, in quo Odo Legatus Imperatoris erat, & erat orientaliũ Saxonum præsidiũ à Vuilzis captum, & Pippinũ filium eius Regem Italiæ 8. idus Julii de corpore migrasse, duasq; legationes de diversis terrarum partib. unam de Constantinopoli alterã de Corduba adventare, pacis causa nuntiabatur, quib. ille acceptis disposuit pro tẽporis conditione Saxoniam, Aquis revertitur. tanta in ea fuit expeditione boũ pestilentia, ut penè nullus tanto exercitui superesset, quin omnes usq; ad unum perirent, & non solum ibi, sed etiam per omne imperium hujus generis animalia perierunt. Aquis veniens mens. Octob. memoratas legationes suscepit, pacemq; cũ Nicephoro Imperatore, & cum Abular rege Hispaniæ fecit, siquidem Venetiam Nicephoro reddidit, & Heinricum comitem dudũ à Saracenis captum, Abular remittente cœpit. Eo anno Sol & Lu. bis defecerunt. Sol 5. idus Jun. & pridie kal. Decem. Luna 11 kal. Julii, & Non. kal. Januar. Corsica insula iterum à Mauris vastata est. Amoror & Abdiraman filius Abular de *Cæsare Augusta* expulsus, & Oscam intra compulsus est. Gotefrido ut diximus mortuo, *Hemmingus* filius fratris eius in regnum successit, pacemq; cum Imperatore fecit.

Godefridus rex Danorum interemptus. Pippinus filius Caroli moritur.

Pestilentia boum.

Anno dominicæ incarnationis 811. Absoluto atq; dimisso Arsario Spatario, legato Nichophori Augusti ejusdem pacis confirmandæ gratia, legati ad Imperatorem Constantinopolim mittuntur. Haido episcopus Basilienſ. & Hug Comes de Turonis. & Ago Langobardus de Forojulio, & cũ eis Leo quidam Spatarius natione Siculus, Vuillarius dux Venetiæ, quorum alter ante annos 10 Romæ ad Imperatorem, cum ibi esset, de Sicilia profugit, & redire volens patriam, remittitur. Alter propter perfidiam honore spoliatus Constantinopolim ad dominum suum duci jubetur, Conducta ab *Imperatore* & Hemmingo rege Danorum, Rex propter hyemis asperitatem quæ inter partes commeandi viam claudebat, in armis tantum curata servatur, donec redeunte veris temperie, viis apertis, advenientibus ex utraque parte Francorum & Danorum duodecim primoribus, super fluvium Agidoram, datis vicissim secundum ritum ac morem suum Sacramentis, pax confirmaretur. Proceres autem de parte Francorum hii fuere, Vualach, Burchardus, Bernhardus, Egbertus, Theodericus, Ano, Osdag, Vuichman, omnes comites: de parte vero Danorum in primis hi fratres Hemmingi, Ancimin, & Anganseo, deinde cæteri honorabiles inter suos viri, quorum nomina superfluum duximus annotare. Imperator itaque pace cum Hemmingo firmata, & placito generali secundum consuetudinem Aquis habito, in tres partes regni sui, totidem exercitus misit, unum trans Albiam in Linones, qui & ipsos vastavit, & castrum Hohbuoki superiori anno à Vuilzis destructum restauravit, alterum in Pannoniam ad controversias Hunorum ac Sclavorum finiendas direxit, tertium super Brittones ad eorum perfidiam puniendam misit, qui

Pax inter Francos & Danos.

omnes

omnes rebus prospere gestis, domum reversi sunt, ipse autem Imperator ad classem videndam, quam præcedenti anno fieri et fabricari jusserat, ad Bonnoniam venit, fanumque ibi ad navigandũ, versus dirigendos, antiquitus constitutum restauravit, & in ejusdem summitate nocte ignem accendit, inde ad Scalt fluvium veniens, in loco qui vocatur Gant, naves ad eandem classem ædificatas aspexit, & circa medium Novemb. Aquis venit, ubi obuiaverunt ei Legati Hemmingi regis, Aoum et Hebbi munera regis & verba pacifica regis deferentes, fuerunt etiam Aquis adventum ejus postulantes, qui de Pannonia venerunt, Canizanci princeps Avarorum, & Thudun & alii principes ac duces Sclavorum circa Danubium habitantium, qui à ducibus Francorum qui in Panonias fuerunt missi ad præsentiam principis jussi sunt venire, interea Carolus filius Imperatoris qui maior natura erat, obiit 4. Nonum Decembris.

Anno domi. incar. 812. Hemmingus Danorum rex moritur, cui cum Sigefridus nepos Godefridi, & Anilo nepos Herioldi succedere voluissent, neque inter eos de divisione regni conveniret, comparatis copiis, et cõmisso prælio ambo moriuntur, pars tamẽ Anilonis adepta victoria, fratres ejus Heroldum & Regnifridum reges sibi constituit, quam necessario pars victa secuta, eosdem sibi imperare non abnuit, in eo prælio 10. millia 540. viri cecidisse memorantur. *Ambo imperãtes occubuerunt.*

Nichephorus Imperator post multas & insignes victorias, in Mesia provincia commisso cum Bulgaris prælio moritur, et Michael gener ejus Imperator factus, Legatos domini Imperatoris qui ad Nichephorum Imperatorem missi fuerunt, suscepit in Constantinopolim, & absolvit, cum quibus & suos Legatos direxit, Michaelem scilicet episcopum & Arsafiuni, atqq; Theognostũ protospatarium, & per eos pacem Anicephoro ceptam confirmavit, nam Aquisgrani ubi ad Imperatorem venerunt, conscriptum pactum ab eo in ecclesia susceperunt, more suo, id est græca lingua laudes ejus dixerunt, Imperatorẽ eum, & Basileum appellantes. & in reverentendo Romam venientes in basilica sancti Petri Apostoli, eundem pacti seu fœderis libellum à Leone papa denuo susceperunt, quibus dimissis Imperator generali conventu Aquis solenniter habito, Bernhardum filium Pippini nepotem suum in Italiam misit, & propter famam classis, quæ de Africa et Hispania ad vastandam Italiam venturta dicebatur, Vuallonem filium Bernhardi patruelis sui cum illo esse jussit, quousque rerum eventus securitatem suis afferret, hæc classis partim in Corsicam, partim in Sardiniam venit. Et ea quidem pars ad Sardiniam venit, quæ penè deleta est.

Classis Nortmannorum Hybernam insulam aggressa, commissoque cum Scotis prælio, multi ex eis interfecti, cæteri fuga elapsi sunt, à Grimaldo duce Beneventanorum 25. milia solidorum auri pro tributo Imperatori soluta sunt.

Eodem anno expeditio facta est in Vuilzos, & ab eis obsides accepti. Herioldus & Regnifridus reges Danorum, missa ad Imperatorem legatione, pacem petunt, et fratrem suum Hemmingum sibi remitti rogant. Hoc anno idus Maii, post meridiem Solis eclypsis fuit. *Eclypſis Solis & Lunæ.*

Anno dominicæ incarnationis 813. Imperator Aquis hyemavit, & incipiente vernali tempore Hamalarium qui episcopatum Treverensum tenebat, & Petrum abbatem monasterii de Nonantulas, propter pacem cum Michaele confirmandam, Constantinopolim misit, ac deinde habito generali conventu, evocatum ad se de Aquitania Ludovicum filium, Coronam illi imperialis dignitatis imposuit, Bernhardum nepotem suum Italiæ præfecit, Regemq; appellari jussit, Concilia quoque jussu ejus super statum ecclesiarum per totam Galliã ab episcopis celebrata sunt, quorum unum Mogunt. & alterum Remis, tertium Turonis, quartum Caballonis, quintum Arelate congregatum est, et constitutiones quæ in singulis factæ sunt, ab Imperatore confirmatæ sunt, quas qui nosse voluerit, in supradictis civitatibus invenire poterit, quanquam & earum exemplaria in Archivo palatii habeantur. *Ludovicum fil. O. facit Imperatorẽ. Bernhardum nepotem Rex. Concilia quoq; habita sub Carolo.*

Eodem tempore missi sunt trans Albiam quidam Francorum & Saxonum proceres ad terminos Nortmannorum, qui pacem cum eis secundum petitionem ipsorum facerent, & fratrem regum eis redderent, juramentis itaque ex utraque parte datis, pax firmata est. Tamen ea tempestate regem domi non erant, sed ad Vuestersalt cum exercitu pertexerant, quæ regio ultima regni illorum erat, inter septentrionem & occidentem sita, contra Aquilonem Brittaniæ summitatem respicit, cujus principem ac populus eorum dominationem dedignabantur, quibus perdomitis cum reversi essent, & fratrem ab Imperatore missum recepissent, filii Godefridi regis, & nonnulli ex primoribus Danorum, qui jam dudum relicta patria apud Suiones exulabant, attractis undique copiis bellum intulerunt, & confluentibus ad se passim ex omni Danorum terra populorum turmis, commisso cum eis prælio, eo regno patetno expulerunt. Eodem anno Carolus Imperator obiit & Aquis in basilica sancti salvatoris, & sanctæ dei genitricis Mariæ honorifice sepultus est, quam basilicam ipse mirifico opere à fundamento ædificare fecit. Ludovicus filius ejus imperialia sceptra suscepit. *Vaſtatio facta regni Danici.*

Anno domini, incarna. 814. Hæc quæ supra expressa sunt, in quodam libello reperi, plebeio & rustico sermone composita, quæ ex parte ad latinam regulam correxi, quædam etiam addidi, quæ ex narratione seniorum audivi. Cætera quæ sequuntur, meæ parvitatis studio descripta sunt, prout in Chronicorum libris adnotata inveni, aut ex relatione patrum auditu percipere

portui, & de Ludovici quidem Imperatoris temporibus perpauca literis comprehendi, quia nec scriptores peri, nec à senioribus, quæ digna essent memoriæ commendanda, audivi. De Lotharii vero Imperatoris, et fratrum ejus Regum Francorum gestis, plura descripsi, ubi vero ad nostra tempora ventum est, latius sermonem narrationis protraxi, aliter enim, ut Hieronymus ait, narrantur visa, aliter audita. quæ melius scimus, melius & proferimus.

Bernhardus filius Pippini & oculis & vita privatur.

Anno domini. incar. 818. Bernhardus filius Pippini Rex Italiæ Aquis evocatus ad Imperatore dolo capitur, & primo oculis, post vita privatur. habuit autem iste Bernhardus filium nomine Pippinum, qui tres liberos genuit, Bernhardum, Pippinum, & Heribertum. qui Heribertus Rodulfum comitem filium Balduuini interfecit nostris temporibus, & non multum post occisus est ab Alduinno satellite Balduuini Rodulfi, qui Balduuinus hucusque in Flaudris ducatum tenet.

Anno domini. incarna. 829. Tancradus secundus abbas Prumiensis monasterii obiit, & Marcumardus ei in regimine successit, vir prudens, & sacræ religioni deditus.

Anno domini incar. 836. Brittones fœdera violant, & rebellare incipiunt, cum duce suo nomine Murmano, contra quos Imperator exercitum producit, sed non adeo prævaluit

Ludovicus Impe. privatur imperio.

Anno domi. incar. 837. Murmanus rex Brittanorum moritur, & Numenoio apud Ingelheim ab Imperatore ducatus ipsius gentis traditur.

Anno dominicæ incarna. 838. Ludovicus à suis imperio privatur, & privatus custodiæ traditur. Regnique Monarchia Lothario filio ejus per electionem Francorum datur, rursumque à filio Ludovico, & à Francis de custodia eruitur, ac Imperiali sede restituitur. Fuit autem hæc dejectio pro maxima parte facta, propter multimodam fornicationem Judith uxoris ejus.

Anno dominicæ incarnationis 839. Lotharius derelicta Francia Italiam petiit. Ebbo episcopus Remorum in generali synodo deponitur, ac multi alii exilio damnantur, qui in dejectione Imperatoris conspiraverunt.

Insula Maguntia proxima.

Anno domi. incarnationis 840. Ludovicus Imperator, dum filium Ludovicum trans Rhenum persequitur, morbo gravatur & in navim missus per Mogonum fluvium in Rhenum deducitur, ibique in insula juxta Ingelheim vita decedit, inde Mediomatricum deportatus, in Basilicam sancti Arnolfi honorabiliter sepulturæ mandatur. Statimque Lotharius Italiam egressus imperiū arripuit.

Lotharius apud Fontanetum aggressione sibi agro victum vi dat.

Anno dominicæ incarnationis 841. Ludovicus & Carolus indigne ferentes, quod regno paterno per omnia privati essent, exercitum undequaque contrahunt, ac mox fratrem bello aggrediuntur apud Fontaniacum, in qua pugna ita Francorum vires attenuatæ sunt, ac famosa virtus infirmata, ut nō modo ad amplificandos regni terminos, verumetiam nec ad proprios tuendos imposterum sufficerent. Tandem non sine gravi dispendio suorum Carolus, & Ludovicus vicerunt.

Lotharingia à Lothario nomen sumpsit.

Anno dominicæ incarnationis 842. tres supradicti fratres imperium Francorum inter se diviserunt, & Carolo occidentalia regna cesserunt, à Britannico oceano usque ad Mosam fluvium, Ludovico vero orientalia scilicet, omnis Germania usque Rheni fluenta, & nonnullæ civitates cum adiacentibus pagis trans Rhenum propter vini copiam. Porro Lotharius qui & maior natu erat & Imperator appellabatur, medius inter utrosque incedens, regnum sortitus est, quod hactenus ex ejus vocabulo Lotharingia nuncupatur, totamque Provinciam, nec non omnia regna Italiæ cum ipsa Romana urbe, quæ & modo ab omni sancta ecclesia propter præsentiam apostolorum Petri & Pauli, speciali quodam veneratur privilegio, & quondam propter Romani nominis in victam potentiam, orbis terrarum dominica dicta fuerat.

Anno dominicæ incarnationis 847. Hetto episcopus Trevitorum ex hoc seculo transiit, & Thietgandus cathedram ejus obtinuit.

Anno dominicæ incar. 851. obiit Hermingardis regina, conjunx Lotharii Imperatoris, venerabilis & deo acceptabilis matrona, quæ tres filios Lothario genuit, videlicet Ludovicum, Lotharium, & Carolum.

Nortmannorū maxima clades in Gallos.

Anno dominicæ incarna. 853. Nortmani, Britani, cum mare navigio girantes, hostia Ligeris fluminis occupaverunt, & repentina irruptione civitatem Namnetis invadunt, omniaq; cædibus, incendiis, ac rapinis depopulantes, pontificem civitatis ipso die sabbato sancto paschæ, cum baptismum ex more celebraret, in Basilica interficiunt, Clerumque trucidant, omnemque circūquaque regionem devastantes, primum ad Andagavensem, deinde Turonicam occupant urbem, ac velut immanis tempestas cuncta prosternit, ita cuncta consumunt, Templum etiam præcellentissimi pontificis Martini incendio cremaverunt. Tunc primum Nortmanorum classis (ut aiunt) Ligeris attigit littora.

Eodem anno Egil abbas monasterii Prumien. constituitur. Circa hæc tempora Carolus Pippinū regem Aquitaniæ nepotem suum cœpit, ipsis Aquitanis eum prodentibus, eo quod pace soluta, eadem Provincia à suis indigenis devastaretur, & multa illic mala impune patrarentur,

cœpit,

Digitized by Google

cepit, & captum cum consilio episcoporum, & procerum attondit, & habitu monachico indutũ Suessionis in monasterio sancti Medardi misit, inde duobus monachis consentientibus, simul & opem ferentibus, fuga dilapsus est. Sed iterum captus insula Nectis castro munitissimo custodiæ mancipatur. Fuit vero illic Pippinus filius Pippini filii Ludovici Imperatoris, de quo ferunt quod cum pater videlicet Ludovicus imperator, dum adhuc puerilis esset ætatis, voluerit ad clericatus officium promovere, ac Drogoni episcopo Metensi avunculo, videlicet suo commendare, eruiendum liberalibus simul & ecclesiasticis disciplinis. Sed paternis votis Lotharius frater ejusdem pueri, nequaquàm permisit eum attondi, sed vi abstraxit de manu patris. Erat enim idem puer (ut ajunt) ingentis pulchritudinis, cui postmodum Ludovicus imperator pater suus cum imperium divideret, Aquitaniam provinciam tantum concessit, sed non ei in prosperum cessit, quoda dei cultura & servitio subtractus est. Ebrietatibus enim & comessationibus die noctuque vacans, ad extremum mente captus, in Manicam incidit passionem, & præsentem vitam cum dedecore amisit, successorem relinquens Pippinum filium, de quo paulo superius mentionẽ fecimus.

Pippinũ Aquitaniæ regẽ fecit monachũ Carolus Calvus.

Manica passionẽ Pippinus labora.

Anno dominicæ incarnã. 855. Lotharius convocatis primotibus regni, imperium filiis suis divisit, Ludovico Italiam tradidit, eumque Imperatorem appellari fecit. Æquivoco vero idem Lothario, regnum quod ex suo nomine vocatur concessit, Carolo autem qui junior natu erat, Provinciæ regnum largitus est, Dispositis itaque atque ordinatis regni negotiis, valedicens suis, mundum reliquit, atq; in Prumia monasterio veniens, comã capitis deposuit, habitumq; sanctæ conversationis suscepto, in religionis professione diem clausit extremũ, 3. kal. Octobris.

Lotharius monachus efficitur.

Anno dominicæ incar. 856. Lotharius rex Thuetbergam reginam sibi in matrimonium junxit, ex qua conjunctione maxima ruina non illi solum, sed etiam omni regno ejus accidit, sicut in sequentibus luce clarius apparebit.

Anno dominicæ incarnationis 858. Carolus rex filius Lotharii Imperatoris moritur, qui Provinciam regebat, & ex regno quod tenuerat facta est non modica controversia inter Lotharium regem, & avunculum ejus Carolum.

Anno dominicæ incarnationis 859. Lotharius Hucberto abbati inter Jurum & montem Jovis committit, eo quod tunc fidelissimus putaretur, utpote affinitate conjunctus, propter sororem Thuetbergam.

Anno dominicæ incarnã. 860. Egil abbatiam Prumiensem sua sponte dimisit, & Auspaldus in regimine successit, vir omni sanctitate & bonitate conspicuus. His temporibus Ludovicus senior, frater Lotharii Imperatoris plurima bella strenuissime gessit adversus Sclavorum gentes. Siquidẽ Marahensium regna ingressus, armis cuncta perdomuit, capto eorum principe nomine Rastiz, cui etiam propter violata fœdera oculos erui jussit.

Rastiz.

Ea tempestate inter principes Caroli, magnum discordiarum ac litium efferbuit incendium. Denique Lambertus qui ducatum tenebat inter Ligerim & Sequanam, Vivarium potentem virũ dolo interfecit, rursum eundem Lambertum Ganzbertus comes æque dolo trucidavit. Idem Ganzbertus jussu Caroli decollatus est. Destitutam terram principibus & consilio nudatam perspicientes Britones arma corripiunt, fines regni Francorum invadunt, Ligerim transeunt, & usq; Pictavis progrediuntur, cædibus, rapinis, ac incendiis omnia depopulantes, onerataque ingenti præda ad propria redeunt. Ad compescendam vero hujus præsumptionis insolentiam, Carolus cum magno exercitu Britaniam intravit, pugna committitur, Saxones qui conducti fuerunt ad excipiendos velociũ anfractuosos recursus, in prima fronte ponuntur. Sed priũ impetu spiculas Britonum territi, in acie se recondunt. Britones more solito hoc illucque, cum equis ad hujusce modi conflictum exercitatis, discurrentes, modo conserram Francorum aciem impetant, ac totis viribus in medio spicula torquent, nunc fugam simulantes, insequentium nihilominus pectoribus spicula figunt. Franci qui quo minus strictis gladiis pugnare consueverant, attoniti stabant, novitatẽ autẽ inexperti discriminis perculsi, nec ad insequendum idonei, nec in unum conglobati ruti. Nox superveniens bellũ dirimit. Multi ex Francis interfecti, quàmplurimi vulnerati, innumerabiles equi perierunt. Sequenti die rursus pugna inchoatur, sed graviori infortunio finitur. Quod cernens Carolus nimio terrore dissolutus, nocte in scio exercitu clam aufugit, derelicto Papilione, tentorio, & omni regi apparatu. Mane facto cum exercitus fuga lapsum regem comperisset, nimia formidine repletur, nihilque aliud nisi de fuga meditatur, Britones cum clamore ruunt, & Castra Francorum omnibus divitiis referta invadunt, omnemque belli cupiã capessunt. Fugientia Francorum agmina insequuntur, obvios quosque aut ferro cædunt, aut vivos capiunt, reliquos fuga servavit, Ditati itaque Britones opibus Francorum, armisque instructi, in sua se recolligunt.

Anno dominicæ incarnationis 861. Carolus placitum habuit in Compendio, ibique cum optimatum consilio, Rodberto comiti ducatum inter Ligerim & Sequanam adversum Britones commendavit, quem cum ingenti industria per aliquod tempus rexit.

Rex Britonũ moritur.

Anno dominicæ incarna. 762. Numeneus rex Britonum moritur, divino nutu percuſſus. Nam cum eccleſias die devaſtarat, & confinia crudeliter depopularetur, eo quod Carolo debitam fidelitatem ſervarent, quadam dei cum equum aſcendere vellet, ut cœptam maliciam conſumeret, repente vidit ante ſe ſanctum Maurilonem epiſcopum aſtare, ſibi hæc torvo vultu, & terribilibus oculis ingeminantem, Deſine jam crudelis prædo eccleſias dei vaſtare. His dictis, baculum quem manu geſtabat elevans, eum in capite percuſſit, qui à ſuis in domum reportatur, vitam cum regno finivit. Fuit autem iſte Maurilo epiſcopus Andagavenſis urbis, cujus civitatis termini cohærebant finibus Britaniæ, & ideo ab eis graviter depopulabatur. filius Numenei Heriſpius regnum paternũ obtinuit.

Maurilo.

Heriſpius rex Britonum.

Anno dominicæ incarnationis 863. Carolus iterum cum immenſo exercitu fines Britonum intravit, ſed minime ut optaverat prævaluit, Noviſſime autem eis pacem fecit. Datis itaque ex utraque parte obſidibus & ſacramentis, *Heriſpius* rex ad eum venit, ejuſque dominationi ſe ſubdit. Carolus vero magnis muneribus, honoratum Heriſpium in regnum abire permiſit, ipſe in Franciam revertitur.

Thietbergã uxorẽ repudiat Lotharius obpellicẽ Vualdradam Colonien. epiſcopi ſororem.

Anno dominicæ incarnationis 864. Lotharius Rex cœpit occaſiones quærere, qualiter Thietbergam reginam à ſuo conſortio ſeparare potuiſſet, quam exoſam habebat propter Vualdradam, quæ ejus fuerat concubina, cum ad huc adoleſcens eſſet in domo paterna. Hanc ſiquidẽ diabolo inflammante, nimio diligebat amore. Guntherium itaque Colonienſis urbis pontificem, quieo tempore erat archicapellanus, Rex primo per ſubintroductos miſſos, deinde per ſemetipſũ ſuper hujuſcemodi diſſidio omni arte aggreditur, & ut facilius aſſenſum præberet, promiſit ſe ejuſdem epiſcopi neptem * in matrimonium accepturum, tantum ut prædictam Thietbergam ejus, aliorumque epiſcoporum auctoritate, & licentia repudiare, quacumque ratione potuiſſet. Qui, ut erat levis animo, ac inconſideratus actione, protinus omni intentione introducitur, vana ſpe, ut poſtea claruit, ſeductus. Rurſus idem Guntherius Thietgandum archiepiſcopum Trevirenſẽ, hac de cauſa alloquitur, & ſciens eſſe virum ſimplicem, nec adeo in divinis ſcripturis eruditum, canoniciſque ſanctionibus exercitatum, ex utriuſque teſtamenti paginis quaſdam ſententias profert, quas aliter, quàm eccleſiaſtica regula docet, ediſſerens, virum improvidum ſecum in fuveam trahit, Cæcus cæco ducatum præſtans. Quid plura? facta ſunt omnia, quæ huic commento videbantur eſſe neceſſaria. Concilium Metis convocant, reginam quaſi canonicè evocatam, in medio ſtatuunt, teſtes producunt una cum ſcriptis quæ valde gravia crimina imponebant, inter alia proteſtati ſunt, quod eadem Thietberga confeſſa fuiſſet, ſemetipſam fratris germani inceſtuoſo concubitu eſſe pollutam. Continuo ſtatuta patrum de inceſtuoſis recitantur, & non ſolum à legitimo viro ſeparatur, verum etiam omnis copula maritalis inhibetur, pœnitentia juxta modum culpæ inducitur, & tali neſaria machinatione diu exoptata voluntas regis adimpletur.

* Sororem a liàs.

Colonien. & Trevirenſis epiſcopi magno eorũ malo in deſponſu regis conſentiunt.

Concilĩ Metenſe

Non multò poſt interjecto tempore iterum conventum Synodalem Aquiſgrani cõadunant, ubi Rex libellum ſuæ proclamationis obtulit, ubi continebatur, qualiter in quadam fœmina Thietberga nomine, factioſis perfidorum hominum argumentis fuerat defraudatus, immo non mediocriter repetivit, quod judicio epiſcoporum diſcuſſo in ſententiam pertuliſſet. Quæ ſi idonea eſſet, conjugali thoro & peſtifera inceſtus pollutione fœdata non fuiſſet, nec vivę vocis confeſſione publice condemnata, ſponte eam retineret. Porro ſe incontinentẽ eſſe profeſſus eſt, & ſine copula juvenilis ætatis ardorẽ ferre non poſſe. allatis itaque diverſorum conciliorum voluminibus multa de inceſtuoſis replicata ſunt, quibus recitatis, hanc diffinitivam ſententiam protulerunt. Credimus illam non fuiſſe idoneam ac legitimam conjugem, neque adeo præparatam eſſe uxorem, quæ publica confeſſione inceſtuoſo fornicationis crimine denotata probatur. Quocirca glorioſo principi noſtro pro ſua in divino cultu devotiſſima aſſertione, atque victoriofiſſima regni tuitione, cui non ſolum nos, verum etiam canonica auctoritas interdixit inceſtuoſum conjugium, legitimum matrimonium à deo illi conceſſum non denegamus, juxta indulgentiam dicentis à poſtoli, Melius eſt nubere, quàm uri. His ita peractis, Vualdrada jam in publicum procedit, ſtipata obſequentium multitudine, omnisque regia aula reſultat Vualdradam reginam eſſe Guntherii epiſcopi neptis ad regem accerſitur, ac ſemel, ut ajunt, ab eo conſtupratur, atque cum cachinno, & omnium derisione ad avunculum remittitur. Igitur agentibus fratribus Thietbergæ reginæ, hæc omnia ad noticiam Nicolai papæ deferuntur, qui eo tempore Romanæ præſidebat eccleſiæ.

Concilium Aquiſgrani.

Vualdrada olim concubina uxorem datur rege.

Vualdrada conſtuprata à rege, remittitur epiſcopo Colonienſi.

Anno dominicæ incarnati. 865. miſſi ſunt Hagano & Rodoaldus apoſtolicæ ſedis legati in Galliã ad diſcutiendum, Vtrum res ita ſe haberet, ſicut ſummo pontifici nunciata fuerat: qui in Francia venientes, pecunia corrupti, magis faverunt iniquitati, quam æquitati. Tamen ad regem pervenientes, cum ei declaraſſent legationis ſuæ cauſas, tale reſponſum ab eo acceperunt, ſe nihil aljud egiſſe, niſi quod apiſcopi ipſius regni in generali Synodo ſibi agendum præmonſtraſſent. Dederunt autem idem legati conſilium regi, utillos epiſcopos qui illi Synodo præfuerant, ad ſedem apoſtolicam deſtinaret, qui verbis ac ſcriptis univerſali papæ ſatisfacerent. Legati immenſis ditati opibus, Romam regreſſi ſunt, nunciaveruntque Præſuli quæ in Galliis viderant

dis viderant & audierant, adjicientes se nullum sapientem episcopum in regno Lotharii inveniss, qui ad liquidum canonicis esset institutus disciplinis. Interea Thietgandus, & Guntherius archiepiscopi Romam profecti sunt, ea animi intentione, & ut regem innoxium in supradicto facto demonstrarent, & se cum cæteris coepiscopis ecclesiastica, atque apostolica exercuisse decreta. Stultitiæ quidem elogio denotandi, qui illam Petri sedem aliquo pravo dogmate fallere posse arbitrati sunt, quæ nec se fefellit, nec ab aliqua hæresi unquam falli potuit. Itaque cum in præsentia Nicolai papæ venissent, libellum obtulerunt in quo continebantur gesta Synodalia, quæ in Mediomatrico urbe, & Aquis, ab eis statuta fuerant. Qui cum à Notario coram omnibus recitatus esset, interrogavit pontifex, si hæc scripta verbis confirmarent? Responderunt inconveniens videri, ut quod propriis manibus roboraverant, verbis infirmati mallent. Et sic nec repulsa, nec admissa eorum assertione, jussi sunt ire ad hospitia sua quoisque revocarentur. Paucis interpositis diebus, ad Synodum quam papa congregaverat sunt accersiti, ubi eorum damnata, & anathematisata sunt scripta, & ipsi, omnibus adjudicantibus episcopis, presbyteris, & diaconis, sunt depositi, & omni ecclesiastica dignitate privati. qui tam turpiter dehonestati, Ludovicum Imperatorem, fratrẽ Lotharii regis adeunt, qui ea tempestate Beneventanis morabatur, in partibus scriptis ac dictis vociferantes se injuste esse depositos, ipsi Imperatori, & omni sanctæ ecclesiæ injuriam esse factam, cum numquam auditum sit, vel uspiam lectum, quod ullus metropolitanus sine conscientia principis, vel præsentia aliorum metropolitanorum fuerit degradatus. Adiecerunt insuper multa alia, blasphemantes eundem papam, quæ hic superfluum duximus enumerare, existimantes ejusdem se imperatoris adminiculo, simul & intercessionis ope, & criminis objecti aboleri notam, & pristinæ dignitatis recuperare statum. Sed spes eorum frustrata est, quamvis Imperator omnibus votis illis opitulari voluisset. Thietgandus depositionis suæ à sede apostolica, prolatam sententiã patienter ferens, juxta præcedentem consuetudinem nihil omnino de sacro ministerio contingere præsumpsit. Guntherius vero superbiæ spiritu inflatus, vetitum sibi officium usurpare ausu temerario non expavit, parvipendens apostolicam excommunicationem. Revertuntur igitur in Franciam debita confessione repulsi. Et dum iterum ac tertio sedem apostolicam, reparationis & restitutionis gratia adissent, novissime in Italia infirmitate præventi, peregrini, & exules moriuntur, communione laicali sibi tantum concessa.

Episcopi ambo Romam vadunt.

Ambo episcopi moriuntur exules.

Anno dominicæ incarnationis 866. Arsenius episcopus apocrisarius & consiliarius Nicolai papæ, vice ipsius directus est in Franciam, quo perveniens tanta auctoritate & potestate usus est, acsi idem summus Præsul advenisset. Convocato denique episcoporum conventu Lotharium regẽ alloquitur, ut unũ è duob⁹ eligat, aut propriæ reconcilietur uxori, abdicato Vualdrade pellicis consortio, aut protinus anathematis gladio feriretur, ipse, omnesq; ei in hoc scelere favorẽ præstantes.

Hæc necessitate compulsus vel constrictus, vellet nollet, Thietbergam reginam in matrimonium recepit, interposito jurisiurandi sacramento, se illam ita in reliquum habere, sicut æquitatis jura dictant, Legitimam uxorem esse tenendam, nec eam à se separaret, nec ipsa vivente, aliam super eam induceret. Post hæc Vualdradam ex auctoritate dei & sancti Petri, & verbo domini apostolici, Romam ire jubet, ut pro se rationem reddere studeat. Engildrudam uxorem quondam Busonis comitis, à sede apostolica excommunicatam esse, omnibus declaravit, quia propriũ deseruerat maritum, & Vuangerum suum vassallum in Gallias secuta fuerit, quam excommunicationem cum omnibus qui aderant episcopis renovavit.

Lotharius reconciliatur uxori Thietbergæ.

Engildrudis Busonis comitis.

Post hæc eadem Engildruda prædicto Arsenio in Vuormatia civitate se repræsentavit, in quo loco præfatus episcopus Ludovico regi occurrerat. Juravit igitur in præsentia ipsius missi sacramentum, hunc modum continens. Ego Engildrudis filia quondam Matfridi comitis, quæ fui uxor Busonis comitis, Vobis domino Arsenio episcopo misso, & apocrisario summæ catholicæ atque apostolicæ sedis, & per vos domino meo Nicolao summo pontifici, & universali papæ, juro per patrem, filium, & spiritum sanctum, & per hæc quatuor Christi dei evangelia, quæ ore oscular, & manibus propriis tango, quia amodo relictam illam maliciam, quam in prænominato Busone viro meo exercui, ut ovis perdita quæ fui, ad sanctam catholicam atque apostolicam, sub eadem obligatione qua dominus Nicolaus summus pontifex & universalis papa me obligavit, revertar ecclesiã, & in Italico regno, aut vobiscũ, aut ante vos, quoquomodo provideritis ibo, quicquid dominus apostolicus jusserit vel terminaverit adimplebo, vel perficere non recusabo. Sed tam horribile jusiurandum non adimplevit. Siquidem usque Danubii fluenta cum eodem Arsenio perrexit ibiq; ad quempiã consanguineũ pro Caballorũ adminiculo ire condixit, & ad Augustã civitatẽ ad eundem missũ se reversurã pollicita est. Tali occasione gressũ torquens, ex Alemania in Franciã repedavit, quod cum supradictus Arsenius cognovisset, epistolã misit omnibus archiepiscopis, & episcopis, atq; omnibus sanctæ dei ecclesiæ fidelibus Galliæ, Germaniæ, ac Neustriæ cõmorantibus, obtestans omnes per auctoritatẽ omnipotẽtis, & beatorũ principũ Petri & Pauli & dõini põtificis & universalis papæ, ut nullus eã in suã parrochiã reciperet, sed eam funditus in omnibus ecclesiis suis prædicarent excommunicatam, & ab omni christianorũ communione se

Perterritus abiit ad Arsenium legatum abeuntem cum comitissa.

questratam, insuper & anathematis vinculo innodatam, & inter impias & sceleroſas damnatam, donec de pestiferis factionibus suis, atque perpetrato perjurio ante domini apostolici præsentiam dignam acciperet pœnitentiam.

His summatim commemoratis revertamur ad Lotharii regis ingemiscendam causam. Legatus itaque apostolicæ sedis, compositis in Gallia rebus, Romam unde venerat reversus est, rursus Vualdrada, ejusq; complicibus decertantibus, regis animus adversum Thietbergam commovetur, excitantur iræ, & insopitis discordiarum & odiorum cineribus, denuo copiosus ignis accenditur. Despicitur, abominatur, reicitur, adulterii crimen inpingitur, omniqueingenii arte exquiritur, qualiter puniri, quasi rea possit. Illa prævidens imminere sibi mortis periculum, latenter aufugit & ad Carolum perveniens, ejus se tuitioni commisit, quod cum fama divulgante, Nicolaus papa cognovisset, misit Carolo regi epistolam collaudatoriam, hæc continentem.

Thietberga aufugit.

Inter alios sanctæ ecclesiæ religiosos propugnatores, & veritatis strenuos defensores neminem magis super Thietbergam gloriosæ reginæ contritione sollicitum, neminem magis ipsius incommoditatibus condoluisse, quàm vestræ pietatis affectum recolimus. Et post congruentem exhortationem addidit. Excellentiam vestram nolumus ignorare, adeo Lotharium regem Thietbergam conjugem suam diversis afflictionibus subdidisse, & innumeris pressuris contra præscripta juramenta subegisse, ut nobis coacta nunc scriberet, regia se velle exui dignitate sine copula, & solam privata vita fore contentam. Cui nos rescripsimus non hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitam conjunx ejus Lotharius eligisset. Verum sicut multorum relatu didicimus, ipse Lotharius conventum celebrare disposuit, eandem Thietbergam ex animi proprio & judicio subjicere meditatur. Et siquidem eam prætigius falsitatis suæ, vel argumentosis ambagibus potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua uxor, vult eam penitus à se sequestrare. Sin autem vult eam tanquam propriam quidem uxorem accipere, sed deinde quasi mechata fuerit, insimulare, atque propter hoc hominem suum, & hominem Thietbergæ, ad monachiam impellere, & si homo ipsius reginæ ceciderit, disponit hanc sine dilatione perimere. Quæ quantum sint omni divinæ legi contraria, magnitudo prudentiæ vestræ, credimus, jam advertit. Sed & nos hinc aliquid strictim volumus demonstrare, prius asseverantes quod de retroacta controversia, Thietberga non debet ulterius ad iteratam responsionem provocari, quoniam quod bene semel definitum est, & interpositis sacramentis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis ibi fuerit maior auctoritas, retractari. Deinde quod ecclesiæ refugium quærens, ecclesiasticum judicium semper expetens, submitti non debet seculari judicio. Post hæc vero cum nos ex utraq; parte idem tam à Lothario, quam à Thietberga fuerimus provocati judices, nosque amborum controversiam executi simus, ad nullos alios convenit super hoc negocio judices convolare. Cum secundum sacros canones à judicibus quos communis consensus elegerit, non liceat provocare, & ubi concessa est provocatio, non nisi ubi maior est auctoritas, liceat provocare. Itaq; cum non sit apostolicæ sedis auctoritate, quæ amborũ negotium executa est, usquam maior auctoritas, nescimus si alicui liceat de ejus judicio judicare, vel ejus retractare sententiam. Et post pauca. Illud vero quod Lotharius Thietbergam de adulterio criminatur, quis non videat dolo esse plenum. Denique si ut ipse jactat uxor ejus non est, non pertinet ad eum, illi de adulterio calumniam texere, cum nec mechari potuit, si alicuius uxor non exiſtit. porro si à Lothario de adulterio accusatur, & si victa fuerit, ultio præparatur, necesse est ut fateatur uxorem. Et quibusdam interpositis. præterea sive de conjugii fœdere, sive de adulterii crimine judicium sit agitandum, nulla ratione patet Thietbergam cum Lothario posse legalem inire conflictum, vel legitimum controversiæ subire certamen. nisi prius ad tempus suæ fuerit reddita potestati, seu & suis consanguineis libere sociata, inter quos etiam locus providendus est, ubi nulla vis multitudinis formidanda, & non sit difficile testes producere, vel cæteras personas, quæ tam à sanctis canonibus, quàm à venerandis Romanorũ legibus in hujuscemodi controversiis requiruntur. Verum hæc non ut fiant dicimus, quæ sine decreto, & ordinatione nostra fieri non posse supra docuimus.

Accensus itaq; idem sanctissimus pontifex zelo dei, quo fuerat sacerdos quondã inflammatus, Vualdradã ipso die purificationis sanctæ Mariæ dei genitricis, in Basilica excõmunicavit, & abõni christianorũ consortio separavit, destinavit epistolã omnibus episcopis per Germaniã, & Gallias constitutis, causas & modũ excõmunicationis continentem. Cujus sensũ quàm verborũ seriem, causa brevitatis potius placuit ponere.

Decreveramus quidem circa Vualdradam mechã, & pertinacitet in impœnitentia permanentẽ, vindictæ modum minus districte temperare, & juxta quod merebatur non ita pro scelere sententiam in eam justæ punitionis proferre, nisi obstinato animo in mechiæ volutabro perenniter permanere proposuisset. Igitur quia monita nostra, & crebras exhortationes contempsit, quia culpam suam nec dum cognovit nec confessa est, nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exequendam suscepimus, veniam postulavit. Postremo cum recto itinere nos illi fuerat adeundum, & beati Petri apostoli suffragia requirenda, retro est conversa post Satanam, necnon & Thietbergæ reginæ dolos struere, cœpta interitus meditatione, non cessat, cum egregio apostolo

dicimus, quod contra eam, contraq; ejus ſimiles ſæpius replicandum eſt, quia ſecundum duriciam ſuam, & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram in die iræ. Idcirco nos eam de factis ſuis excommunicavimus, donec eccleſiæ Chriſti, nobiſque præcipue, qui ejus principaliter curam gerimus, quique cauſam ipſius exequi ac inveſtigare cepimus, ſatiſfecerit, donec etiam ſiniſtram omnem ſuſpicionem, conſilium noſtrum ſuſcipiens, adimat, ac præcioſi corporis & ſanguinis domini perceptione, atque ab omnimodo conſortio ſanctæ eccleſiæ, ſancti ſpiritus, beatorumque apoſtolorum Petri & Pauli judicio, & noſtræ mediocritatis, auctoritate fecimus, prorſus cum univerſis complicibus, & communicatoribus, fautoribus ſuis prorſus extorrem. Hanc ſententiam 4. non. Febtuarii à nobis promulgatam meminimus, eamque ſcripto vobis deſtinavimus, & ne labor veſter inanis conſtituatur, ſpiritalis nobiſcum veſtra fraternitas, adverſus jam dictam mecham, & communicatores ejus arma ſuſtollat, & in patrochia ſua excommunicatam hanc, fautoreſque ſuos, una voce unuſquisq; denunciet, donec noſtro ſpeciali judicio dignæ ſe pœnitentiæ ſubmittat.

Direxit etiam Lothario regi idem reverendiſſimus pontifex epiſtolam, hæc cõtinentem. Audito revertenti miſſo noſtro, correctionis tuæ (ut ita dicamus) initio, gratias deo condignas egimus, & ut tibi quoque grates competibiles referremus, animum præparavimus. Sed heu adverſa nuncia hujus intentionis noſtræ propoſito celeriter obviaverunt. Quapropter compulſi ſumus mutare vocem, & qui ad gratiarum actiones eos aperire diſpoſueramus, in luctus & increpationes, ad hoc officium linguæ coacti dirigimuss Didicimus enim te qui prolixo tempore in ſcelere permanens, eccleſiæ dei non modicum nocuiſti, nocere adhuc, & qui in ſordibus eras, ſordeſcere adhuc. Siquidem, ut opinamur, tibi non ſufficit ſolum adulterium perpetraſſe, niſi apponas, ut etiã animas hominum perjurii laqueis irretitas, in extremum demergas interitum. Sed quid mirum, ſi paucorum animabus perjurio exitium acquiſiſti, quando in tanta ſublimitate poſitus, per exemplum tuæ mechæ tot hominũ milia in perditionis Chaos præcipitaveris. Illud autem quod Thietberga, quaſi Vualdradæ teſtimonium dicens eam fuiſſe tuam legitimã uxorem, volens aut invita fruſtra conatur attruere, quandoquidem illius nullius prorſus hinc teſtimonio quis indigeat, cum magis nos ita ſentiamus quod juſtum eſt, & intelligamus quod æquum, ut etiam Thietberga mortua, tu nullis legibus, nullis regulis unquam Vualdradam in uxorem poſſis, aut permittaris aſſumere. Vtrum ergo Vualdrada legitima tua fuerit aliquando conjunx, eccleſia dei ſatis factione Thietbergæ non eget. Vnum tamen ſcimus, quomodo nec nos eadẽ eccleſia dei, qui adulteros judiçabit, et ſi Vualdradam quandocumq; reſumpſeris, etiam Thietberga decedente, dimittet modis omnibus impunitum. Et poſt pauca. Itaq; ſummo ſtudio præfatam Thietbergam conjugem tuam tanquam propriam fovere carnem, ac diligere procurato, & ne illam à te ſeparare ullo pacto conſentias vigilanter attende, unde ſi vult à te diſcedere, corrige, immo corripe eam, & à tali intentione per omnia revocare ſatage. Jam vero ſi amore pudicitiæ ſeparationem quærat, & conjugalis connubii ſolutionem efflagitat, certum eſt apoſtolo dicente. Quoniam mulier ſui corporis poteſtatẽ non habet, ſed vir, verum ſi & ipſe pudicitiam ſectatus religionis obtentu copulam diſſolvere vis, tantum ne ſimulate fiat, concedimus. Nam licet ſit ſcriptum, quos deus conjunxit, homo non ſeparet, Deus tamen, & non homo ſeparat, quando divini amoris intuitu, ex conſenſu utriuſque conjugis matrimonia diſſolvuntur. Si ergo hoc modo vis, gratuito permittimus animo, celeremq; præbemus aſſenſum, aliter autem fieri mutuam veſtram ſeparationem prohibemus. Porro ſi ſterilitas accuſatur, cogites Saram nonagenariam, Annam quoque, ſimul & Eliſabeth, quam tamen ſterilitatem fortaſſe non facit fœcunditas, ſed iniquitas. Ergo glorioſiſſime Rex eſto propria contentus uxore, & præter illius, alterius ne quæras conſortium. Igitur conſilium noſtrũ accipe, & monita noſtra tanquàm affectuoſi patris amplectere, atq; ab omni pravitate mentem, linguam, corpuſque refrena, præcipue. Vualdradæ pellicis tuæ, & dudum à te repudiatæ communionem declinans, & ejus conſortium perpetuæ obligationi contradens. Excommunicata eſt enim, & uſque ad præſentiam noſtram ab omni chriſtianorum contubernio ſequeſtrata, ſicut totus jam novit Occidens, & jam quæ per miſſos noſtros minime cum plagis cæteris Oriens ignorabit. Quãobrem cavendum eſt, ne cum ea pari mucrone percelleris ſententiæ paſſione, & breviſſimi temporis deſyderio, vinctus & obligatus ad ſulphureos fœtores, & perenne traharis exitium. Et paucis interpoſitis epiſtolam ſic concludit. Hæc autem nos tibi nunc ſcripſiſſe, & quaſi inter nos & te noſtra verba exceſſus tuos corripientia diſcutriſſe ſufficiat. Cæterum præcave ne quando nobis ſecundum præceptum duos aut tres teſtes adhibeamus. Immo vero ne hoc eccleſiæ ſanctæ dicamus ẽ quod non optamus, decætero fias ſicut Ethnicus & publicanus.

Ecce ex multis panca notare curavimus, ut ſic neſcientibus ex parte fierent cognita, ut tamen ſcientibus non per omnia eſſent onerosa. Qualem vero exitum hujus peſtiferi morbi pernicies attulerit (Apoſtolico renuens antidoto mederi) quantoque regni diſpendia ex hac mortifera contagione fecit, ſupradictus papa ſpiritu ſancto afflatus prædixerat, quæ in ſubſequentibus ſuo in loco demõſtrabimus. Circa hæc tẽpora Ludovicus rex fratris ſui Caroli regno cũ exercitu ingreſſus eſt, geſtiens occidentalia regna ſuo dominatui ſubjugare, fratriq; præripere debitã portionẽ, quæ ei

ſorte ac funiculo hæreditatis competenter acciderat, oblitus germanitatis ac conſanguinitatis fœdera, oblitus pacti quod jam dudum mutua conventione pepigerat, Immemor etiam ſacramentorum quibus ſe cum magnis execrationibus coram deo obligaverat. Præbuerant ad hoc facinus peragendum, occaſionem, incitamenta, ſomitem, Carolus, ut præmiſimus, quoſdam ex nobilioribus regni, aut publice adjudicatos gladio percuſſit, aut dolo deceptos perdidit. Cæteri formidantes ne ſimilia paterentur, Ludovicum regem trans Rhenum commorantē ſolicitant, ejuſdem animum ad obtinendum fratris regnū illiciunt, promittentes ſemet ipſos una cum regno, ejus ditioni tradituros. Hac perſuaſione, ut animi regum avidi, & ſemper inexplebiles ſunt, facile in ſpem introductus, cum valida manu, ut diximus, terminos regni intravit. Carolus ſenticns viros regnū à ſe defeciſſe, in ultimis finibus Aquitaniæ, Lugiæ latibulum quæſivit. Ludovicus, ut cæperat, regnum obtinuit, ac uſque Retnenſem civitatem pervenit. Dimiſſo vero exercitu, in Germaniam ad propria redire cum optimatibus regni cœpit, negotia diſponere, ſed ſubito fortuna mutatur. Nam principes qui eum in regnum introduxerant, videntes quod longe aliter incederet erga eos, quam exiſtimaverant, pœnitudine tacti, ad Carolum revertuntur. Carolus ex deſperatis rebus, vires ſe recepiſſe congaudens, contractis undique copiis, fratrem bello aggredi tentat. Ille intuens, & à ſuis quos ſecum adduxerat, & ab his quos ibi acquiſiſſe viſus fuerat, ſe eſſe deſtitutum, maturius fugam arripuit, & cū debita confuſione fines regni exceſſit. Hac tempeſtate Hucbertus abbas frater Thietbergæ reginæ contra Lotharium regem rebellare exorſus eſt. Collecta quippe prædonum valida manu, rapinas cepit exercere, interfectiſque aut fugatis Lotharii fidelibus, qui finitima poſſidebant loca, agros, villaſque eorum ſuæ factionis ſectatoribus diſtribuit. Ad hujuſcemodi temeritatē comprimendam Lotharius rex ſemel, iterum atque tertio exercitum produxit, frequenter etiam cum ducibus armatorum multitudinem direxit, ſed minime hanc præſumptionem extinguere potuit, quia loca inacceſſibilia erant inter Juram, & Alpes Appenninas, ſeditioſis munitiſſima itinera. & difficilem ingreſſum præſtantia. Attamen idem Acephala Hucbertus noviſſime à Contardo comite peremptus eſt juxta caſtrum, quod Urba dicitur.

Animi regum avidi & inexplebiles

Salomon dux Britonum.

Anno dominicæ incarnationis 866. Heriſpoſius rex Britonum à ſuis interficitur, & Salomon dux in loco ejus ſubrogatur. Erat enim iſte vir ſtrenuus & bellicoſus, & tam forma quàm animo ad regni gubernacula coaptatus. Carolus tertio ſuper Britones cum exercitu irruere diſponit, ſed cum ad terminos gentis appropinquaſſet, audito quod ad reſiſtendum totis viribus parati eſſent, ſubito mutata voluntate, magis elegit pacem ſuſcipere, quam bellum inferre, facta itaque pactione cum Salomone, quam dudum cum Heriſpoſo fecerat, deceſſit.

Anno domini incar. 867. Nortmanni otam Ligeris fluminis occupantes, nam Mettenſem, Andagavenſem, Pictavenſem, atque Turonicam provinciam iterato crudeliter depopulari cœperunt, contra quos Ruotbertus qui Marchiam tenebat, & Ranulfus dux Aquitaniæ collecta multitudine, aciem dirigunt. illi ſentientes ſe exercitu inſequi, cum ſumma acceleratione ad claſſem repodare contendunt, ſed cum appropinquare inſequentium multitudinem cernerent, cognoſcentes ſe effugere non poſſe, quandam villam ingrediuntur, ubi ſe quantum hora permiſit communiunt. Erat autem in eadem villa baſilica pergrandis ex lapide conſtructa, in qua maxima pars Nortmannorum introivit cum duce eorum nomine Haſtingo, Ruobertus & Ranulfus cum ſociis ſuperirruunt quoſcunque extra baſilicam reperiere, abſque mora trucidant, ad eccleſiam pervenientes, cum viduſſent locum munitum, & animadvertiſſent non modicam turbam paganorum intrinſecus latitantem, parumper deliberantes, caſtra in circuitu ſtatuunt, tentoria figunt, ut in craſtinum extructis aggeribus, applicatiſque machinis hoſtes totis viribus expugnarent, declinabat quippe jam ſol ad occaſum. Ruobertus nimio calore exæſtuans, galeam & loricam depoſuit, ut aura collecta pauliſper refrigeretur, cumque unus quiſque in poſitione caſtrorum intenderet, repente Nortmanni à munitione exiliunt, & cum ingenti clamore ſuper Ruobertum ac ſocios impetum fecerunt. Sed quamvis repentini & ſubitanei caſus etiam fortiſſimos viros in bello conturbare ſoleant, tamen arma quàm citius corripiunt, hoſtes viriliter excipiunt, & cædentes in Baſilicā redire compellunt. Ruobertus abſque galea & lorica accurrens, cum incautius dimicaret, & inimicos ultrà inſequeretur interfectus eſt, in introitu ipſius eccleſiæ, ejus corpus jam exanime Nortmanni intrinſecus trahunt, porrò Ranulfus cum eminus ſtans, eventum rei ſpecularetur, à quodam Nortmanno per feneſtram baſilicæ ſagittæ ictu gravitet vulneratus eſt, & à ſuis ex certamine educto, vix triduo ſupervixit. Tali infelici infortunio pugna commiſſa & finita, exercitus amiſſo capite errore pariter ac mœrore repletus, ſolvit eadem hora obſidionem, & ad propria revertitur, Nortmanni ovantes ad claſſem dirigunt.

Non multo poſt interjecto tempore Hugo Abba in locum Ruoberti ſubſtitutus eſt, vir ſtrenuus, humilis, juſtus, pacificus, & omni morū honeſtate fundatus, ſiquidem Udo & Ruobertus, filii Ruoberti adhuc parvuli erant, quando pater extinctus eſt, & iccirco non eſt illis ducatus commiſſus.

Per id tēpus gens Saracenorū in Benevento ex Africa veniēs, univerſā penè regionē illā invaſerūt, cædibus, rapinis, ac incēdiis omnia depopulātes. cōtra quos Ludovicus imperator exercitū cōtraxit, & verit' ne forte adverſus innumerabilē hoſtiū multitudinē vires regni nō ſufficirēt ad fratrē in

Galliasleg atos mittit,omnino expoſcens,ut ad præfatæ nequiſſimæ gentis vires extenuandas,audaciamque refrenandam, ſibi cum dei auxilio, virtute quoque Francorum opitularetur, qui nihil cunctatus, exercitum cum ingenti induſtria undequaque contrahit, fratrique quauta potuit celeritate in adjutorium venit, ubi plurima bella geſta ſunt, non ſolum fortiter, ſed etiam feliciter, deo opem ferente. Inter hæc exercitus Lotharii gravi peſte fatigatur, ex inſueto quippe calore, & intemperie aëris diſſolutus, Dyſenterię vel Clienterię morbo corripitur, ex qua plaga innumerabilis multitudo extincta eſt, plurimi etiam aranearum morſibus perierunt, ut jam tunc daretur intelligi, quod propter duritiã, & cor inpœnitens, Deus non ſolum Lothario, verum etiam omni regno ejus adverſaretur. revertitur itaq; in Franciã non ſine gravi, ut dictũ eſt, diſpendio ſuorũ.

Aranearum morſibus plurimi perierunt.

Anno dominicæ incarna 868. Nicolaus ſanctiſſimus & beatiſſimus papa, poſt multos pro Chriſto labores, multa pro ſanctæ eccleſiæ inviolabili ſtatu certamina, migravit ad cœleſtia regna, recepturus pro adminiſtrata fideliter ſibi credita diſpenſatione, à largiſſimo Domino immarceſſibilem gloriæ coronam, de cujus deo placitis actibus, plura poterant dici relatu digna, niſi brevitati ſtudentes, cauſas rerum magis ſummatim notare, quàm explanare propoſuiſſemus. Denique poſt beatum Grægorium uſque in præſens, nullus præſul in Romana urbe pontificali honore ſublimatus, illi videtur æquiparandus. Regibus ac Tyrannis imperavit, eiſque ac ſi Dominus orbis terrarum, auctoritate præfuit. epiſcopis & ſacerdotibus religioſis, ac domini mandata obſervantibus humilis, blandus, pius, manſuetus apparuit. inreligioſis & à recto tramite exorbitantibus, terribilis atque auſteritate plenus extitit, ut merito credatur alter Helias (Deo ſuſcitante) noſtris in temporibus reſurrexiſſe, & ſi non corpore, tamen ſpiritu & virtute.

Nicolaus pontifex moritur.

Nicolai pontificis laudes.

Huic ſanctiſſimæ memoriæ viro Adrianus in pontificatum ſucceſſit, quod cum Lotharius rex, certa relatione comperiſſet, ei taha ſcripta direxit. Infauſta relatio & inambigua hactenus manens (ut nos ita dicamus) acriter noſtræ ſerenitatis tranſverberavit aures, intimando quod beatæ recordationis dominus Nicolaus ab hac lachrymarum valle vocante Chriſto deceſſerit, cum ſanctis ut credimus inæſtimabiliter coronandus. Nec differt ut omnis Chriſtiana religio de tanto pontifice doleat, & omnis eccleſiaſticus ordo de prudentiſſimo papa ingemiſcat, revera nos potius deflemus, qui cauſas noſtræ calumniæ, & fraudulentas æmulorum noſtrorum querimonias, tam benigno patri æquitatis ac juſtitiæ lance ponderandas ac determinandas ad tempus, & in parte commiſimus. ſed quod lugubrius replicamus, plus apud ſanctitatem illius valuere inimicorũ inſidiæ, & ſimulatę deceptiones, quam noſtra ſimplex & pura defenſio. Nos enim literis & verbis indeſinenter proclamantes, & diverſis legationibus eadem repetentes, humiliter poſtulavimus, ut nos & accuſatores noſtri, juxta divinas & humanas leges ſui pontifici audientiam mereremur, ut ratio docet noſtram præſentiam exhibendo. Sed temper repulſi ſumus, & poſt pauca. Sed quia deus omnipotens princeps paſtorum, in illa ſancta ſede veſtri pontificatus apicem ſublimavit, ſi tempus arriſerit, veſtrum multipliciter deſyderamus conſpectum, & noſtris deo dignis animari colloquiis, ac melliflua benedictione potiri. Et in fine ipſius epiſtolæ. Interea modis omnibus obſecramus, ut de veſtra optabili proſperitate literis veſtris, celſitudinem noſtram certam reddentes, charæ filiationis munus nobis impartiri dignemini.

Ad hæc ſupradictus papa reſcripſit ſedem ſancti Petri ſemper paratam eſſe, dignam ſatisfactionem ſuſcipere, nec quod divinæ humanęque leges juſte decernunt, unquam repuliſſe. itaque ſi immunem ab objectis ſe ſciret, cum omni fiducia ſedem apoſtolicam oporteret adire, ut expetitam benedictionem perciperet. ſi culpam autem recognoſceret, nihilominus abſque hæſitatione venire feſtinaret, condigna pœnitentiæ remedia ſuſcepturus,

His temporibus gens Bulgarorũ ferociſſima, ac bellicoſa, relictis idolis, abrenuntiatiſque gentilium ſuperſtitionibus, in Chriſtum, & pro maxima parte credidit, & abluta ſalutari baptiſmatis unda, in religionem Chriſtianam tranſiit. Directi ſunt autem à ſede apoſtolica in eandem gentem ſacerdotes, ac viri religioſi, qui populum adhuc rudem divinis informarent præceptis, & inculcatam barbariem ſacris dogmatibus excolentes, Chriſto gratum habitaculum præpararent, ut hujus verè ſanctæ devotioni opus proſperum obtineret effectum. Ludovicus Chriſtianiſſimus rex qui Germanis imperabat, non mediocre præbuit ſupplementum. Ferunt autẽ de hujus gentis rege, quod à tanta perfectione poſt perceptam baptiſmi gratiam cœperit, ut diebus ornamentis regiis indutus, coram populo procederet, noctibus vero ſacro veſtitus, latenter eccleſiam intrans, ſuper pavimentum ipſius baſilicæ, ſubſtrato tantum ſibi cilicio poſtratus in oratione jaceret, non poſt multum tempus divina inſpiratione commotus, regnum terrenum dimiſit, ut in cœlis aternaliter regnaret cum Chriſto. Et ordinato in ſuum locum regem filium ſuum majorem natu, comã capitis depoſuit, habituque ſanctæ converſationis ſuſcepto, monachus effectus eſt, eleemoſynis, vigiliis, & orationibus die noctuque intentus. Interea filius ejus quem regem conſtituerat, longe à paterna intentione, & operatione recedens, prædas cœpit exercere, ebrietatibus, comeſſationibus, & libidinibus vacare, & omni conamine ad gentilitatis ritum populum noviter baptizatum revocare, quod cum pater audiſſet, nimio zelo accenſus, ſacrum habitum depoſuit, & militiæ chri-

Bulgarorum Rex monachus fit.

ſtianæ

gulum resumpsit, & cultu regio indutus, adsociatis sibi deum timentibus, filium persecutus est,
Pater oculos effodit filius. quem mox absque difficultate cœpit, oculosque ejus effodit, & in carcerem misit, deinde convocato omni regno suo, filium juniorem regem constituit, interminatus coram omnibus similia fore passurum, si in aliquo à recta Christianitate deviaret, his ita patratis depositio cingulo, & resumpto sanctæ religionis habitu, in monasterium ingressus, in sancta conversatione reliquum vitæ præsentis tempus duxit.

Lotharius Romã venit. Anno domi. incar. 869. Lotharius Romam profectus est, quo cum perveniſſet, ab Adriano pontifice honorifice susceptus est, qui ab eodem præsule scisitatus, si monita pii patris domini Nicolai cum omni vigilantia hactenus observata haberet, & præstitum jusiurandum inviolato fœdere custoditum, quod ab illo deceptus, qui in veritate non stetit, qui non solum mendax est, sed etiam pater omnis mendacii. respondit se ita omnia observasse, ac si divinitus sibi essent imperata, cumque proceres & optimates qui cum eo venerant, eadem testificarentur, nec ulla opposita persona inveniretur, qui adversus regiam auctoritatem, legittimum auderet controversiæ inire certamen, universalis papa talia prosequitur. Si vestræ testificationis verbis veritas suffragatur, cum omni alacritate mentis, omnipotenti deo multiplices gratiarum actiones referimus. Restat ergo fili charissime, ut ad confessionem sancti Petri accedas, ubi deo propitio, hostiam salutarem pro tua non tantum corporis, quàm animę incolumitate immolabimus, ex qua te nobiscum participare oportet, ut per hanc participationem membris Christi, unde abscissus esse videbaris, merearis incorporari. Finita igitur missarum solennia, invitat summus pontifex eundē regem ad mensam Christi, acceptoque in manibus corpore & sanguine domini, ita eum alloquitur, si innoxium te recognoscis à prohibito, atque interdicto tibi à Nicolao adulterii scelere, & hoc fixa mente statutum habes, ut nunquam diebus vitæ tuæ, Vualdradæ pellicis tuæ dudum à te repudiatæ miscearis nefario concubitu, fiducialiter accede, & sacramentum salutis æternæ, tibi ad remissionem peccatorum profuturum percipe, si autem tua conscientia te accusat, & letali vulnere sauciatum proclamat aut iterum redire mente disponis in mœchiæ volutabro, neque quā sumere præsumas, ne forte ad juditium & condemnationem tibi adveniat, quod fidelibus ad remedium præparavit divina providentia. Qui mente captus, obduratus pariter & obcæcatus absque retractione communionem corporis, & sangvinis domini de manu pontificis sumpsit, non expavescens illam sententiam quæ dicit, horribile incidere in manus Dei viventis. Qui enim manducat & bibit indigne, juditium sibi manducat & bibit. Deinde conversus idem præsul ad sequaces, ac fautores regis, unicuique communionem obtulit in hæc verba, Si domino ac regitivo Lothario, in objecto adulterii crimine fautorem non præstitisti, neque consensum præbuisti, & Vualdradæ & aliis ab hac sede apostolica excommunicatis non communicasti, corpus & sanguis domini nostri Iesu Christi prosit tibi in vitam æternam. Igitur quisquis in his se læsum sciens autu temerario communionem sub tali contestatione porrectam sumere præsumpsit, divino juditio percussus, ab hac luce subtractus est, antequam subsequentis anni rediret principium, perpauci qui se à communione subtraxerunt, vix mortis periculum evaserunt.

Lotharius moritur. Porrò Lotharius Romæ egressus morbo corripitur, & Placentia civitate perveniens, diem clausit extremum 6 Idus August. Tanta autem strages in præfati regis populo facta est, ut non peste periisse, sed hostili gladio corruisse virtus ac nobilitas totius regni videretur, quæ eo tempore tantæ fœcunditatis erat, ut in modum densarum segetum pullulans, veluti quoddam examen imperii fines impleverit.

Carolus certa relatione comperiens Lothariū regē obisse, mox illius occupare ditionē nititur, Mettisq; perveniens, ab Adventio, prefatæ urbis episcopo, & nōnullis aliis primoribus favorabiliter exceptus, in regnū sublimatus, indeq; digrediēs, Aquisgrani palatium ingressus est, eo quod sedes regis esse videretur, ubi multo plures ad eum confluxere.

Carebat autē ea tempestate urbs Trevirorū, & Colonia Agrippinensis pontificibus, siquidē ut præmisimus, amborum præsules in Italia ab hac luce subtracti sunt. Inito autem rex cum optimatibus consilio, Bertulfum nepotem supradicti Adventii episcopi, ecclesiæ Trevirorū præfecit.
Adventius episcopus Mettensis. Dictum est autem ut iste vir episcopalem obtineret dignitatem interventu, & ope prædicti Adventii, qui eo tempore plurimū apud regem poterat, eo quod illi assentando in adipiscendis regni negotiis ambitiosius faveret.

Porrò coloniæ Agrippinæ rex Hilduuinū abbatem præponere tentavit in pontificali cathedra, fecitq; à Francone episcopo Tungrensis Diocœsis, in Aquispalatio presbyterū ordinari ad titulū sancti Petri, prædictæ Metropol.

Dum hæc in regno Lotharii agūtur, Ludovicus rex infirmitate detentus, in Baioariorū finibus lecto decumbebat, audiens itaque à fratre sæpe dictū regnum taliter invasum, ægre tulit, & cum omni festinatione legatos direxit, qui eū obnixe rogarēt, ut ab hac temeraria invasione cessaret, nec solus indebita præsumptiōe usurparet, quod utrisq; hæreditario jure æqualiter cōpetebat, regno decederet, quousq; Deo pacatum sospitatē reddente, venire posset, ut pariter colloquerētur, & de ejusdem regni statu, quod justitiæ, & æquitatis jura dictabant, pari voluntate decernerent.

Digitized by Google

His cum tali mandato præmissis, interim Luidpertum archiepiscopum Maguntiæ urbis, occulte Coloniam dirigit, hortaturque omni arte satageret ordinationem Hilduini prævenire,& ex ipsius civitatis clero, episcopum consecrare studeret per electionem civium, qui assumptis secum aliis episcopis,recto itinere Duiza castrum pervenit,& formidans ne forte insidiæ sibi à Caroli fautoribus molirentur,nequaquam Rhenum transiit, sed destinatis missis, mandavit ut honestiores ex clero, & nobiliores ex populo sibi ad idē castrū occurrerēt,illis jussa cōplētibus episcopus ex parte regis eos alloquitur,ut sibi consulerent, & quam citius ex proprio grege præsulem eligerent, se ad hoc destinatum esse,ut quencumque communi consilio præficiendum decernerent, statim consecraret. Ad hæc illi respondent, Hilduinum episcopum esse datum, jamque presbyterum ad ipsam sedem ordinatum, omnesque penè manibus datis ejus dominationem susceptam haberent, nulla ratione permitterent ut alium eligerent, quibus ille econtra, si electionem nobis à rege concessam despicitis,in arbitrio & potestate regis est, quem nobis velit dare episcopum. his auditis unanimiter elegerunt Willibertum venerabilem virum,quem nimium renuentem ac refugientem,ordinavit prædictus antistes, cum aliis consacerdotibus, & cum omni clero & populo Rheni fluenta transfretavit, & eum honorifice in sede pontificali imposuit, omnibusque rite peractis sub omni celeritate recessit. Carolus comperta ordinatione nimio furore accenditur ac mox Coloniam proficiscitur, quippe dum hæc agerentur, à missis Ludovici Hilduinus apud Aquis palatium in regio obsequio morabatur. Willibertus episcopus, & omnes qui in ejus ordinationem consenserant Rhenum transeuntes, sævitiam regis declinaverunt. Rex cum neminem reperisset, in quem suas injurias ulcisci posset,via qua venerat, regressus est. Interea iterum legati à Ludovico mittuntur, orantes ut à regno discederet, sed cum minime acquiesceret, novissime Ludibertum archiepiscopum,& Altfridum episcopum de Saxonia prudentissimum virum,Ludovicus legatos dirigit mandans ut unum è duobus eligeret, aut cito à regno recederet,aut sibi pugnandum cum fratre foret. qui eum tanta ingenii arte tantaque constantia aggrediuntur,ut absque dilatione recederet, & in proprio regno se reciperet. Post hæc supradicti regis conventum celebrare disponunt, in loco qui dicitur Marsana juxta Mosam.

Per electionem civium olim Episcopi præficiebantur.

Willibertus epi. Colonien. contra Hilduinum fit.

Anno domini, incarnatio. 870. Ludovicus & Carolus una cum optimatibus & proceribus suis ad Marsanam venientes, regnum quondam Lotharii æquis partibus inter se diviserunt. qualiter autem hæc divisio facta sit,quia omnibus penè notum sit, supervacuum duximus adnotare.

Carolus cōvētu absoluto,ad Heristellū perrexit quia ei idē palatiū in parte acciderat,Ludovicus vero ad Aquis palatiū rediit,ubi diuꝰ ferè mēsibus lecto decubuit,adversa valitudine prævētus

Denique cum à partibus orientis veniens Ribuariorum terminos intrasset,in quandam Regiam villam, Flamersheim * ad hospitium divertit, cumque solarium domus conscendisset, stipatus obsequentium multitudine repente ipsū solarium,quod nimia vetustate & putredine resolutum fuerat, trabibus fractis corruit, & inter ruinas ejus Rex, graviter attritus est,ita ut duæ costæ ejus à sua compage disiungerentur,et cum omnes accurrissent cumque periisse arbitrarentur,ipse à loco in quo ceciderat surgens, suis se repræsentavit, asserens se nihil mali passum, & ultra quam credi potest simulato languore, sequenti die contra fratrem ad Marsana proficiscitur. Tanta hujus principis duritia,tanta animositas fuit,ut cum etiam fragor fractarum costarum adinuicem collidentium à nonnullis audiretur, nemo tamen propter hoc audierit, eum suspirium trahentem vel gemitum emittentem.

* Flametum alias.

Ludov. rex costas dum fregit.

Per id tempus Carolus Carolomannum filium suum oculis privavit. siquidem prædictus rex ex Hirmandrude regina tres filios suscepperat, Carolum scilicet, Carolomannum, & Ludovicum sed duo ex his infeliciter perierunt. nempe Carolus levitate juvenili ductus,tentare volens Albuini & Bettonis audaciam. ac sæpe laudatam constantiam, alium se esse simulans, cum ex venatione vespertinis horis idem Albuinus quadam die reverteretur,super eum solus impetum fecit, veluti equum in quo violenter ablaturus. ille nihil minus existimans quàm filium regis,evaginato gladio ex adverso eum in capite percussit,moxque terræ prostravit, deinde multis vulneribus confossum semivivum reliquit, arma pariter & Caballum suum secum auferens, debilitatis ergo membris, ac vultu deformatus, pauco tempore supervixit. Albuinus cognito quod regis filius esset,in quem talia exercuerat, celeriter aufugiendo mortis periculum declinavit.

Carolomannus oculis privatur. Carolus Caroli filius, ob Albuini truncidatur casu.

Porrò Carolomanus cum adhuc esset puerulus, jussu patris attonsus, clericus effectus est, deinde procedente tempore ad Diaconatus officium, quamvis invitus atque coactus in præsentia genitoris ordinatus est,legitque publicè evangelium, & pontifici missam celebranti juxta morem ministravit Post hæc per Apostasiam recedens ab ecclesiastica religione,abjiciens ac pernēs negligenter gratiam,quæ ei data erat,per impositionem manus,alter Julianus efficitur,collecta quippe prædonum non modica turba., ecclesias dei cœpit devastare, ea quæ pacis sunt impugnare, cuncta dirripere & inaudita mala perpetrare,pro quibꝰ cū crebro à patre correptus fuisset,nec tamē ullatenus accepta pravitas cessaret, novissime ex præcepto patris ei oculi eruūtur, ut supra meminimus, justo dei judicio,lucē exteriorē amittēs,qui interiorē,quæ Christus est,à suo pectore effugaverat,in

Carolomannus ejectus.

tenebras

tenebras exteriores missus, qui interioribus sua sponte se tradiderat, orbatusque Ludovicum avunculum suum adiit, miseriarum & calamitatum suarum ærumnas apud eum lugubriter deplorat, ille miseratione motus Absternatum monasterium sancti Willibrodi ei ad subsidium vitæ præsentis concessit, ubi non multo post tempore mortuus est & sepultus.

Anno domini. incar. 871. Adrianus papa migravit ad dominum, & Joannes summi pontificis culmen adeptus est.

Provincia quædam a Ludovico Imperat. deficiunt. Adalgisus.

His diebus Adalgisus dux Beneventanus græcorum persuasionibus corruptus, adversus Ludovicum Imperatorem manum levavit, etenim ejus hortatu plurimæ civitates, provinciarum, Samnii, Campaniæ & Lucaniæ à Ludovico recedentes, græcorum dominationi se subdiderunt. quibus cognitis Imperator in provincia Samnitica exercitum transfert, petiturus harum provinciarum caput Beneventum, ditissimam & opulentissimam civitatem. Adalgisus adventare exercitum sentiens timore perterritus, ad callida argumenta convertitur, & Benevento egressus, Imperatori ultro se offert, paratum se esse, & semper fuisse ad ejus obsequium profitetur, nunquam defectoribus se assensum præbuisse, juramento confirmat, deinde muneribus regem sibi conciliat, ac mox in pristinam recipitur gratiam. Imperator in Campaniam & Lucaniam ad civitates quæ defecerant copias transponit. quas absque difficultate in deditionem recepit, excepto Capua, quæ quia quadrato lapide erat constructa, audaciam repugnandi civibus præbuit. Cingitur itaque obsidione, omnisque aditus intrandi penitus intercluditur, in circuitu vastatur, cuncta hostili rapacitate diripiuntur. Novissime vites & oliveta, & ceteræ fructiferæ arbores radicitus exciduntur. Capuani

Capua obsidetur.

S. Germanus.

desperatis rebus episcopum civitatis adeunt, corpus sancti Germani episcopi, cujus animam venerabilis pater Benedictus in sphæra ignea ab angelis in cœlum viderat deferri, in feretro levant, & sic portis apertis supplices castra Imperatoris petunt, orantes ejusdem sancti interventu sibi veniam largiri. Augustus ut totis pietatis visceribus affluebat, misericordia motus, erratus atque excessus benigne indulsit, præcepitque exercitui ab excidio retrahere manum. Expulsis itaque Græcis, custodes ex numero satellitum in civitatibus quas receperat, locat, & Beneventum proficiscitur, ubi aliquantisper decreverat immorari. Exercitus longa civitatū obsidione fatigatus, genitale solū cœpit suspirare, post emensos labores quietē desyderare, conjugum ac liberorum dulces amplectus ante oculos mentis revocare, & hac ex causa. paulatim cottidie diffluere. Interim Adalgisus ut erat callidus ingenio, Imperatorem alloquitur. cur vires suorum nullis exigentibus causis, profligaret, cur agros villasque suæ ditioni subditas hostiliter depopulari permitteret? oportēre ut & fessis optata concederent, & regio quæ penè devastata erat, clementia principis salvaretur. Flexus his suggestionibus Imperator exercitum, & pro maxima parte absolvit, & ad propria repedare permisit, ipse cum paucis in eodem loco remanet, nil adversi suspicatus. Adalgisus regē dextri tutum suorum viribus cernens, jam dudum conceptam iniquitatem parturit, & cum suæ conspirationis sectoribus palatium in quo Imperator meridie quiescebat, occupare nititur, Rex à strepitu & clamore irruentium excitatus, lecto desilit, arma corripit, & cum perpaucis corporis sui custodibus, ad ostium domus turbatus repentina irruptione procedit, aditumque ferro intercludens, hostem à liminibus arcet, Adalgisus sentiens non sine discrimine ostia domus esse penetranda, ab introitu pedem retrahit, palatiumque flammis jubet exuri. Interea rex inducias sibi dari petit, pacemque obnixe deposcit, cui responsum est, non aliter petita impetraturum, nisi prius jure jurando devovisset, nunquam se diebus vitæ suæ Beneventi fines intraturum, neque ex calumnia quam tunc patiebatur, vindictam aliquando exacturum, allatis itaque sanctorum pignoribus, necessitate constrictus, Sacramentum quod ab eo exigebatur, juravit, statimque posterea die à Benevento exivit.

Adalgisus callidus ingenii & levis animi cognitus.

Anno domini. incar. 872. Ludovicus Imperator Romam venit, ibique conventum celebrans, coram summo pontifice multa super Adalgisi tyrannide conquestus est. Tunc à senatu Romanorum idem Adalgisus Tyrannus, atque hostis reipublicæ declaratur, bellum etiam adversus eum decernitur, Joannes papa Imperatorem à juramento quo se obligaverat, auctoritate dei & sancti Petri absolvit, adfirmans nihil obesse, quod ob mortis periculum evadendum coactus fecerat, Nec sacramentum esse dicendum quod contra salutem reipublicæ, quamvis cum multis execrationibus, fuerit probatum. His exhortationibus principis animus ad rediviva certamina provocatur, tamen ne à suis periturus diceretur, nequaquam ipse contra tyrannum procedit, sed reginam cum exercitu dirigit. Adalgisus certis indiciis colligens, bellum adversum se summis viscēribus parari, hostemque se ac Tyrannum esse denunciatum, suæ nequitiæ conscius, metu perterritus, & spem vitæ in fuga ponens, in Corsicam insulam secessit, ibique ad tempus latuit.

Adalgisus in Corsicam fugit.

Anno dominicæ incarna. 874. Locustarum inæstimabilis multitudo mense Aug. ab oriente veniens, totam penè pervastavit Galliam, quæ majores erant quam ceteræ locustæ, habebantque sena alarum remigia, & mirum dictu est, ut castrorum acies, destinctis ordinibus per aëra ferebantur, vel terræ incumbentes castra metiebantur. Duces cum paucis exercitum itinere unius dei præibant, quasi loca apta multitudini provisuri. circa horam nonam ubi duces pridie venerant, insidebant, nec à loco occupato movebantur, quousque sol suum repræsentaret ortum, tunc per turmas suas, profisciscebantur,

Locustæ Galliam devastant.

Locustarum ordo militaris.

Digitized by Google

proficiſcebantur,ut in parvis animalibus diſciplinam militarem cerneres, ſegetibus veſcebantur, quæ ab eis ita depaſtæ ſunt,ut veluti immani tempeſtate conſumptæ viderentur,ſpatium diurni itineris quatuor aut quinq; miliaribus extendebatur,pervenerunt autem uſque ad mare Brittanicum, ſuperficiem terræ cooperientes,in quo,Deo volente, violento ventorum flatu impulſæ,atq; in profundum aſportatæ,demerſæ ſunt.Æſtu vero atque refuſione oceani rejectæ,littora maritima repleverunt, tantaq; congeries facta eſt,ut ad inſtar montium cumulatæ coacervarentur, ex earum tœtore ac putredine aer corruptus,diram peſtem finitimis generavit,ex qua multi perierunt.

Per id tempus Carolus Andagavenſem obſidebat urbem,deniq; Nortmani poſtquam Ruodbertum & Ranulfum,& alios generoſæ ſtirpis viros, qui patriæ terminos armis tuebantur,Deo habitatoribus terræ adverſante,occiderunt, cum nemo inveniretur,qui eorum violentiæ reſiſteret,ſollicitati paucarum civitatũ vel regionũ deceptione,ex præda ſingularum, quantæ opes univerſarum eſſentatio proſpicientes, Andegavis civitatẽ civibus fuga dilapſis, vacuam reperientes ingrediuntur,quam cum munitiſſimam,& pro ſitu loci inexpugnabilem eſſe vidiſſent,in lætitiã effuſi, hanc ſuis ſuorumq; copiis tutiſſimũ receptaculum adverſus laceſſitas bello gentes fore decernunt. Protinus navibus per Medanam fluvium deductis mulieribus,& parvulis, veluti in ea habitaturi intrant,diruta reparant,foſſas,valloſq; renovant,& ex ea proſilientes,repentinis incurſionibus circũjacentes regiones devaſtant. Quod cum Carolo tam pernicioſa peſtis in viſceribus regni intercluſa nunciata eſſet,illico ex omnib. regnis quæ ſuæ ditioni parebant, veluti ad commune incendium extinguendũ,exercitum colligit,atq; caſtris in circuitu poſitis,civitatem obſidione cinxit.Et quia Medana fluvius à partib.Britanniæ urbis murum abluebat,Salomoni regi Britonum mandat, ut contractis auxiliis citius adventaret,ut cõmunem hoſtẽ communib. viribus,expugnarent. Qui aſſumptis ſecum multis Britonũ milib.,ſuper ripam fluminis Medanæ tentoria fixit. Igitur ex omnibus partibus urbe obſidione circundata,multis diebus undiq; ſumma virtute dimicatur, & nova & exquiſita machinamentorũ genera applicantur,ſed conatus regis proſperitatis effectum non obtinuit,quia & loci facies non facilem præbebat acceſſum,& paganorum valida manus,quia pro vita res erat,ſummo reſiſtebat conamine. Exercitus immenſæ multitudinis cũ longæ obſidionis tædio, famæ, & gravi peſtilentiæ morbo attereretur,cernentes Brittones urbem inexpugnabilem,conati ſunt fluviũ à ſuo alveo derivare,ut exſiccato naturali meatu, naves Nortmanorum invadere poſſent. Cœperunt itaque foſſam miræ proſunditatis ac latitudinis aperire,quæ res tantæ formidinis metũ Nortmanis ingeſſit,ut abſq; dilatione ingentem pecuniam Carolo pollicerentur,ſi ſoluta obſidione,eis ex ſuo regno liberum præberet egreſſum. Rex turpi cupiditate ſuperatus,pecuniam recepit,& ab obſidione recedens,hoſtib.viam patefecit,illi conſcenſis navibus,in Ligerim revertuntur, & nequaquam ut ſpoponderant,ex regno ejus receſſerunt, ſed in eodem loco manentes,multo pejora & immaniora, quam antea fecerunt. Anno do incar 874. Ludovicus Imperator qui Italiæ regnum regebat,moritur. Fuit vero iſte princeps pius & miſericors,juſtitiæ deditus,ſimplicitate purus, eccleſiarum defenſor,orphanorum & pupillorum pater,eleemoſynarum largus largitor,ſervorũ Dei humilis ſervitor,ut juſtitia ejus maneret in ſeculum ſeculi,& cornu ejus exaltaretur in gloria.

Medana fluvius.

Eodem anno Salomon rex Britonum à Paſquitano, & Vurfando ducibus ſuis dolo interficitur, poſt cujus mortem cũ hii duo regnum ejus inter ſe dividere vellent,ſed in diviſione diſſentirent, eo quod maxima pars Paſquitani partib.faveret,bellum ab utriſq; ſummis viribus inſtauratur. Paſquitanus quanquam majore multitudine abundaret, Nortmanorum tamen auxilia pecunia conducit, eaq; ad ſupplementum virium ſuo exercitui miſcet,& mox contra æmulum ad pugnam proficiſcitur. Vurfandi ſatellites videntes vires regni ad Paſquitanum conceſſiſſe, cœperunt ab eo diffugere, ut vix mille cum eo in acie remanerent. Qui & ipſi cœperunt ſuadere,ut ſecederent, mortisq; periculum declinarent, ſe cum paucis innumeram multitudinẽ ſuſtinere non poſſe. Ad hæc ille reſpondit: Abſit inquit optimi commilitones,ut hodie faciã quod nunquam feci,ſcilicet ut inimicis meis terga vertam,& gloria nominis noſtri infametur, Melius nobiliter mori,quam ignominia vitã ſervare,nec diffidẽdum de victoria,fortunæ vires cum hoſtib. experiamur. Neq; enim ſalus eſt in multitudine ſed potius in Deo,hujuſcemodi exhortationib,animarum ſociis, ſuper triginta, & eo amplius, ut ferunt,adverſariorũ milia irruunt,clamor in cœlum tollitur,pugna ſumma virtute conſeritur, Vurfandus cum ſuis conſertiſſimam hoſtiũ aciem irrumpit,& veluti herba pratorum reciſa, ante acumen falcis cadit,& ubertimæ ſegetes, procella tempeſtatis deſæviente proſternuntur, ita ferro cadit,ſternitq; omnia. Raro in illo regno,in ullo prælio tantum ſanguinis fuſum eſt.Paſquitanus,ut mactari ſuos, more pecudum vidit,cum paucis, quos gladius nec dum conſumpſerat fugit. Porro Nortmani qui in auxilium fuerant cõvocati,monaſteriũ ſancti Melanii epiſcopi ingreſſi ſunt, ibiq; ſe more ſolito communiunt,& ſuccedente nocte fuga dilapſi,ad naves revertuntur. Fuit vero geſtum hoc prælium in campis juxta civitatem Rodonis. Erat hic Vurfandus genere inter ſuos clarus,ſed virtutum experimentis & nobilitate clarior,quæ tanta fuit in illo, ut animi magnitudine, virtumq; gloria inter ſuos,ut diximus, nulli videatur eſſe ſecundus,ad cujus audaciam, mentiſque conſtantiam demonſtrandam,unum è multis ponere placuit. Nam cum Salomon rex hyemis tem-

Vurfandi laus.

pore aliquando contra Nortmanos castra posuisset, ut ab eorum incursione fines regni sui tuerentur, ibiq; multis diebus resideret, quadã die cum sermo inter socios teneretur de audacia, & duricia Nortmanorum, Vurfandus se ultra vires præsumens arrogãter jactavit, si rex cum exercitu recederet, se tantummodo audere cũ suis in eodẽ loco remanere, & tribus diebus post decessum regis immorari. Distabant vero castra Britonum à Nortmanorum classe tantum octo miliaribus, nunciata sunt verba quæ Vurfandus quasi leviter protulerat, nescio à quo Hastingo duci paganorũ. Nõ multo post interjecto tempore, datisq; quingẽtis vaccis, Salomon pacẽ cum Nortmanis fecit, & acceptis obsidibus, cum redire in regnum disponeret, Legatus Hastingi eum taliter alloquitur. Nunciatum est Domino meo te tantum virum habere, qui se jactet quod te recedente solus cum suis hoc in loco audeat remanere. Si ergo tantus est quantus sibi videtur, incunctanter remaneat, quia dominus meus vult eum videre, audaciisq; viri desyderat noticiam habere. Interrogatus aũt Vurfandus à rege, utrum tale aliquid professus esset, respõdit se talia dixisse, & hæc eadem facere velle, protinusq; licentiam ibi remanendi petit. Cum à principe objurgatus, cur tã fatua obstinatione detentus, proverbiis inaniter inventum prolatis, vellet mori, suosq; morti tradere, nullatenus acquievit, asserens nisi remanendi licentiam daret, nequaquàm illi fidelis in reliquum foret. Sed cum Salomon inrevocabilem ejus animum perspexisset, dare ei solatium ex suis satellitibus voluit, quod tenuit suscipere affirmans si alios, quam suos secum haberet, jam non esse vera quæ sponderat. Rex cum omnibus copiis in regnum recessit, & Vurfandus in eodem loco cum ducentis fere viris remansit, ibiq; quinque dieb. expectavit. Sexta nocte Hastingus quandam captivum absolvit à vinculis, & eũ ad Vurfandum direxit, mandans ut sibi ad vadũ cujusdam torrentis inter tertiam & secundã supervenientis diei horas occurreret, ut mutuis colloquiis fruerentur. Qui nihil cunctatus arma corripere, sociis imperat, & ad cõdictum locum absq; mora peragit, prospiciensq; vadum torrentis inter suos & adversarios, quasi limitem fore, nullo modo ibi consistere voluit, sed transvadato gurgite ultro obviã hostibus procedit. Nortmani admirantes animositatẽ & audaciam viri, ab eo declinaverunt, nec eũ bello lacerare ausi sunt. Ille autem usq; ad horam sextam intrepidus expectans, cum neminem adversæ partis venire cerneret, cum suis ad propria reversus est. Nec illi animus minus in mortem invictus, quàm in hostem fuit. Deniq; post peractam victoriam morbo graviter ad extremũ deducitur, cujus invaletudinem cum persensisset Pasquitanus resumptis viribus, fautores ejus bello aggreditur, qui perterriti timore ad ducem confugiunt, & cum lachrymis ei minas Pasquitani aperiunt, petentes contra imminens periculum consilium. At ille hortatur ut adversus hostem audaciter procedant, suũ vexillum ferentes, polliceturq; victoriam. Qui cum respondissent sine ejus præsentia non audere cum adversariis congredi, spiritum qui una cum virib. corporis jam penè effugerat, resumens, quia nec pedibus, neque equo poterat ire, jubet se in lecto portari, & ante aciem inimicorum exponi, & sic subire certamen. Quod cum Satellites fecissent, ejus mox hostes in fugam versi sunt, patrata victoria, eum cum reportare vellent domum, inter manus militum, spiritum qui tantummodo in pectore palpitabat, exhalavit. Paucis autem interpositis diebus Pasquitanus & ipse defunctus est. Post horum duorum continuas mortes Indicheil, ex filia Herispon regis natus, & Alanus frater memorati Pasquitani Britanniam inter se partiti sunt, inter quos etiam multa jurgia, & bella fuerunt. Sed Indicheile, in prælio qnod contra Nortmanos magis audacter, quàm provide gesserat, interempto, ditionem Alani omnis Britannia concessit, qui & hanc strenue hactenus gubernat.

Vurfandus moritur, & Pasquitanus paulopost.

Eodem anno Carolus Romam perrexit, & datis apostolico Joanni, & Romanis magnis munetibus, Imperator creatur.

An. do. incar. 886. Ludovicus rex apud Franchonefurt palatium, diem clausit extremum 5. kalen. Septemb. sepultus est in monasterio sancti Nazarii, quod Lorasham nuncupatur. Fuit autem iste Princeps Christianissimus, fide catholicus, non solum secularibus, verumetiam ecclesiasticis disciplinis sufficienter instructus, quæ religionis sunt, quę pacis, quæ justitiæ, ardentissimus executor. Ingenio callidissimus, consilio providẽtissimus, in dandis sive subtrahendis publicis dignitatibus, discretionis moderamine temperatus, in prælio victoriosissimus. Armorum, quàm conviviorum apparatibus studiosior, cui maxime opes erant instrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem, quàm auri fulgorem. Apud quem nemo inutilis valuit. In cuius oculis perraro utilis displicuit, quem nemo munerib. corrumpere potuit. Apud quem nullus per pecuniam ecclesiasticam, sive mundanam dignitatem obtinuit, sed magis ecclesiam probis moribus, & sancta conversatione mundani, devoto servitio, & syncera fidelitate. Habuit autem hic gloriosissimus Rex cujus memoria in benedictione est, reginam nomine Hemmam sibi in matrimonium junctam, quæ nobilis genere fuit. Sed quod magis laudandum nobilitate mentis multo præstantior, Ex quâ tres filios suscepit, excellentissimæ indolis videlicet Carlomannum, Ludovicum, & Carolum qui fœlici sorte post decessum patris, imperii moderati sunt gubernacula.

Carolus autem audito quod frater à seculo recessisset, nimia (ut aiunt) exultatione perfusus est, arbitratus portionem regni Lotharii, quam idem frater tenuerat, in suos libitos concessuram.

Exerci

Exercitum ergo quanta potuit celeritate adunavit, & cum omnibus viribus regnum ingressus ad Aquis palatium venit, ubi paucis diebus moratus, Coloniam profectus est.

Dum hæc aguntur in memorato regno Carolomanus primo genitus Ludovici, Italiæ fines intravit, cupiens eam paterno, suoque subjugare dominatui. Siquidem Ludovicus Imperator jam (ut diximus) ab hac luce subtractus fuerat, & Carolus Imperatoris nomen reportans, ex Italia excesserat. Carolus vero frater ejus, in Alemania morabatur. Porro Ludovicus, qui ad patris obitum fuerat, funerisq; ejus obsequia condigno honore celebraverat, apud Franckfurt, principalem sedem orientalis regni, residebat, cui cum nunciatum esset quod Carolus avunculus ejus, jam regni paterni terminis occupatis, circa Rhenum fluvium castra posuisset, nimio furore accenditur, statimque legatos ad eum dirigit, orans, ut memor esset germanitatis, atq; consanguinitatis, memor esset nominis domini nostri Jesu Christi, cujus mentionē coram nonnullis testibus facientes ipse & frater, quando regnū inter se diviserunt, terribili essent alternam pacem adinvicem pacto polliciti, & pertimescens tantum nomen in vanum accipere, redderet domino juramenta sua, fœdus quod alterutrum pepigerat inviolabile maneret, parceret gladio, & humanum fundere sanguinē, tam dira cupiditate infectus, formidolosius exhorresceret, foret sua sorte contentus, & funiculo hæreditatis divinitus sibi collato, pacifice frueretur. Aliena jura non invadens, nō subtrahens, nō perturbans, nō esset in tanto viro vanæ gloriæ typus, non supercilii fastus, non alterius usurpandi terminos ambitio, sed justitia, caritas, & concordia regnaret, ac summum pacis inter illū & nepotes teneret omnino fastigiū. Sed hujus cōmodi monita Carolus sprevit, asserens se cū fratre, non cum nepotib. pepigisse. Interim Ludovicus exercitū ex Saxonia, Turingia, & orientali Francia congregat, & ut in filio tantū paternos vultus, quantum animi subtilitatē, artium q; ingenia recognosceret, castra è regione Coloniæ contra castra Caroli super ripam fluminis magno apparatu collocat. Ipse aūt cum hostili virtute inter confluentes, & Arduennā Rhenum transit, nec defuit qui ad aures Caroli perferret nepotem cū omnib. copiis Rhenum transisse. Tunc primū animadvertit Carolus se à castris Ludovici esse illusū. Movit v. absq; mora exercitū cum eo, & eo amplius, ut ferunt, millib. in pago Meginense, non longe ab Andernaco castello, adversus eū ad pugnā procedit, sed non salvatur ex multa virtute, fallax. n. equus ad salutē. Siquidem initio certamine Reginarius comes, qui regium vexillū ferebat, primo impetu extinguitur. Confertissimæ acies Ludovici à sociis irrūpuntur, & sicut ignis in stipula immissus fuerat, & in momēto cuncta devorat; ita vires adversariorū ferro conterunt, terræ prosternūt. Exercitus Caroli graviter cæsus terga vertit, & Ludovici victoria fuit. Carolus videns suos fugere, & ipse fuga vitā servavit, sero secū revolvens, quāti discriminis sit, æquitatis jura divinarū humanarūq; legum institutionib. roborata, immoderatæ cupiditatis ambitione violare velle. Acta est autē hæc strages 8. id. Octob. Post hæc cū venerunt tres supradicti fratres in loco, qui dicitur Saulifelt, & ibi diviserunt paternum regnum, Carolomannus sortitus est Bajoariam, Pannoniam, & Carnutum, quod corrupte Carantanum dicitur, nec non & regna Sclavorum, Beheimensium, & Marahensium. Ludovicus orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Fresiam, & partem regni Lotharii. Porro Carolus Alamaniam & aliquas civitates ex regno Lotharii.

Carolomanus primogenitus Ludovici Imp.

Ludovicus exercitū cum contra Carolum Imp. duxit.

Andernacum.

Divisio regni filiorum Ludovici Imperatoris.

An. dom. incar. 877 Carolus senior Romā secundo profectus est, ubi jampridē imperatoris nomen, à præsule sedis Apostolicæ Joanne, ingenti pretio emerat, regnūq; Italiæ magis in transeundo, vidit, quàm regendo potitus est. Ab urbe Roma in Langobardiam reversus. Bosoni,* Germanichildis reginæ, Hirmingardē filiā Ludovici Imperatoris in matrimoniū jungit, dies nuptiarū tanto apparatu, tantaq; ludorum magnificentia celebratus est, ut hujus celebritatis gaudia, modū excessisse ferantur. Dedit insuper eidē Bosoni provinciā. & corona in vertice capitis imposita, eū regem appellari jussit, ut more priscorū imperatorū, regibus videretur dominari. Evolutis deinde paucis diebus, Papiā ingreditur, in qua cū disponendis publicarū rerum negotiis animū intenderet, repentine nuntiatum est ei Carolomannū cum ingenti armatorū multitudine Langobardorū ditionem introisse. Mox pavore solutus, Ticinū, Padumq; transit, & summo annisu in Gallias repedare cōtendit, Sed prius quam Alpium præeminentia juga, angustaq; itinera attingeret, ægritudine pulsatur, quam protinus secuta est finem vitæ imposuit. Est aūt fama quod à quodam Judæo qui vocabatur Sedechias, poculum mortis ei propinatum sit, qui ei familiarius adhærebat, eo quod in medendis corporum passionibus, singularem experientiā habere diceretur. Porro hic sicarius planè erat, & magicis præstigiis, incantationibusq; mentes hominū deludebat. Obiit vero pridie Non. Octo. corpus ejus levitum est in feretro, à suis extra Italiā deportatur, Sed quia fœtor intollerabilis ex putredine cadaveris bajulantes gravabat, compulit illud terræ mandare. Post aliquantos annos ejus ossa translata sunt, & Patisius in monasterio sancti Dionysii honorifice sepulta, cui successit in regnum filius Ludovicus.

Carolus rex Gall. imperium Romanum emit à pontifice.

*Rosymoni alibi.

Carolus imperator à Judæo necatus veneno.

Versellis inhumatus est in ade divi Eusebii.

An. dom. incar. 888. Eclypsis lunæ magna facta est, mense Octob. die 16. Item eodem mense Eclypsis Solis accidit, die 28. circa horam nonam.

Paucis interjectis diebus, Ludovicus rex filius Caroli, qui Balbus appellabatur, eo quod impeditioris, & tardioris esset eloquii, ab hac luce subtractus est, Fuit vero iste princeps; vir simplex ac mi-

tis pacis, justitiæ, & religionis amator. Habuit aût cum adhuc juvenilis ætatis flore polleret, quandã puellam nobilem nomine Ansgard, sibi conjugii fœdere copulatam, ex qua duos liberos suscepit elegantis formæ, ac ingentis animi, virtute præstantes. Horum unus Ludovicus, alter Carolomanus vocabatur. Sed quia hanc sine genitoris conscientia, & voluntatis consensu, suis amplexibus sociaverat, ab ipso patre ei postmodum interdicta, & interposito jurisjurandi Sacramento, ab ejus consortio in perpetuum separata. Tradita est autem eidem, ab eodem patre Adalheidis in matrimonium, quàm gravidam ex se reliquit. Idem rex cum obiret, quæ tempore pariendi expleto, enixa est puerum, cui nomen Avi imposuit, eumq; Carolum vocitari fecit.

Ansgard. Adalheidis.

An. do. incar. 879. Boso de quo paulo superius mentionẽ fecimus, audita morte Ludovici, à Provincia egreditur, totamq; Burgundiam occupare nititur. Deniq; nonnullos episcopos, partim minis partim suasionibus, in societatis fœdera colligit, & Lugdunum ingressus, ab Aureliano ejusdem urbis metropolitano, & aliis pontificibus in regem super præfatum Burgundiæ regnum inungitur, pro nihilo ducens adulescentes filios Ludovici, & velut degeneres despiciens, eo quod jussu Caroli, eorum genitrix sprete, atq; repudiata fuerit. Quæ res obtulit illi magis continuũ clam odium, ac periculorum dispendium, quàm gloriæ, & dignitatis emolumentum. Siquidem jam dicti adulescentes Ludovicus, & Carolomanus, industria ac studio Hugonis abbatis, & aliorum procerum in regnũ sublimatorum, & eundem Bosonem diebus vitæ suæ omni instantia sunt persecuti. Nec solum illi; verum etiam alii reges Francorum per succedentia tempora adeo graviter nomen ejus tulerunt, atque exosum habuerunt, ut irrecuperabili ejus dejectione, & mortis exitio, non modo principes ac duces, sed etiam eorum satellites sacramentis, & execrationib. obligarentur. Fuit aût tam perspicacis ingenii, ut cum à multis, ut dictum est, regibus & regnis, assidue infectatus sit, à nullo tamen, aut capi, aut circumveniri aliquando potuerit. Tantæ moderationis, ut cum sibi faventes proscriptionibus damnarentur, bonisq; omnibus privarentur, nunquam insidiis suorum militum fuerit petitus, neq; fraude proditus, cum utrumq; hostes sæpe certassent.

Per id tempus Ludovicus qui Austrasiis imperabat, cognita morte æquivoci sui, regnum illius invadere disposuit, & transvadata Mosa, imperii fines occupavit. Cui occurrerunt duo memorati fratres cũ valida manu, sed intercurrentib. vicissim legationibus, nequaquam pugna committitur, sed pax roboratur. Adolescentes, quo impetu fœderatus ab eis recederet Ludovicus portionem regni Lotharii, quã avus, paterq; tenuerat, ex integro illi cõcesserunt, addita insuper Atrabatis abbatia sancti Vedasti. facta itaq; pactione, datisq; sacramentis, cũ in regnum idẽ rex reverteretur, repente obviam habuit Nortmannorũ innumerã multitudinem, juxta Carbonariã in loco, qui vocatur Thimnin, cũ ingenti prẽda ad classem repedantem, cũ quibus absq; mora conflixit, & (Deo propiciante) maxima ex eis partem gladio prostravit. Reliqui fuga dilapsi, in fiscũ regium se communiunt, ubi Hugo filius regis ex pellice natus, cũ incautius dimicaret, graviter vulneratus, ab hostibus rapitur, & inter adversariorum arma recidit. Rex existimans quod adhuc filius vivus ab inimicis servaretur, exercitus ab impugnationis infestatione jubet cessare, ut quocunq; pacto, illũ incolumem recipere posset. Interea nox desuper veniens, regem cũ suis redire ad castra compulit. Normanni cadavera suorum flãmis exurentes, noctu diffugiunt, & ad classem dirigunt gressum. Rex diluculo consurgens, cum filium extinctum reperisset, nimio dolore afficitur, corpus ejus in loco compositum, ad Lorsheim monasterium imperat deferri, ibiq; tumulari.

An. do. incar. 880. Carolomanus rex Paralisi dissolutus, diem clausit extremũ 7. Non. Aprilis. sepultusq; est cum debito honore in Bajoaria, in loco qui dicitur Hodingas. Fuit vero iste præcellentissimus rex, literis eruditus, Christianæ religioni deditus, justus, pacificus, & omni morum honestate decoratus, pulchritudo ejus corporis insignis, vires in homine quoq; admirabiles fuere, nec inferior animi magnitudine. Permulta quippe bella cum patre, plurima sine patre in regnis Sclavorũ gessit, semperq; victoriæ triumphum reportavit. Terminos imperii sui ampliando, ferro dilatavit. Suis mitis, hostibus terribilis apparuit. Alloquio blandus, humilitate ornatus. In ordinandis regni negocijs singulari solertia præditus. Sic, ut prorsus ei nihil deesse in regiæ majestatis competentia videretur.

Huic ex legitimo matrimonio non est nata soboles propter infœcunditatem conjugis, sed ex quadam nobili fœmina filium elegantissimæ speciei suscepit, quem Arnolphum nominari jussit, ob recordationem reverendissimi Arnolphi Mettensis ecclesiæ episcopi, de cujus sancto Germine sua, aliorumq; Germanorum Francorum prosapia pullulaverat, quod non casu accidisse, sed quodam præsagio portentoq; futurorum actitatum videtur. Siquidem genealogia regum cœlitus provisa, per intervalla temporum, secundis incrementorum successionibus cœpit exuberare, quousque in magno Carolo summũ imperii fastigium non solũ Francorum, verum et diversarum gentium regnorumq; obtineret. Post cujus decessum, variante fortuna, rerũ gloria quæ supra vota fluxerat, eodem quo accesserat modo, cœpit paulatim diffluere, donec deficientib. non modo regnis, sed etiam ipsa regia stirpe, partim immatura ætate pereunte, partim sterilitate conjugum marcescente, hic solus de tam numerosa regum posteritate idoneus inveniretur, qui imperij Francorum ceptra susciperet, quod in subsequentibus suo in loco lucidius apparebit.

Digitized by Google

Ludovicus comperto quod frater obiisset, Bajoariam ingressus, Ratisbonam venit, ubi omnes optimates regni ad eum confluentes, ejus ditioni se subdiderunt. Concessit autem idem rex Arnolfo Corantanum, quod ei pater jam pridem concesserat, in quo situm est jam castrum munitissimum, quod Mosburgk nuncupatur, eo quod palude impenetrabili locus vallatus, difficillimum adeuntibus præbeat accessum. *Mosburch.*

Anno dom. incarnat. 881. Carolus de Alemania egressus, Langobardorum fines occupavit, ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem accepit, & Romam perveniens, à præsule apostolicæ sedis Joanne, & senatu Romanorum favorabiliter exceptus, cum magna gloria Imperator creatus est.

Per id tempus Nortmanorum classis, Vualam fluvium ingressa, Neumago palatio regio applicuit, ibique castra posuit, quod factum cum ad notitiam Ludovici perlatum est, absque dilatione cum exercitu venit, & munitionem obsidione clausit. Conserto nonnullis diebus certamine, non adeo prævaluit quia palatium ingentis magnitudinis, mirique operis hostibus tutissimum præbebat receptaculum. In qua congressione captus est adversarius Eberhardus Saxo, filius Meginardi comitis, & captivus ducitur, quoad postea mater Enessa magno precio dato, incolumem recepit. Postremo rex, accepta pollicitatione, quod si ab obsidione cessaret, Nortmanni continuo è regno ejus decederent, cum omnib. copiis recessit. Illo recedente, pagani palatium unà cũ munitione exurentes, flammis navibus accensis, hostia Rheni repetunt. *Eberhardus Saxo captus.*

Idem eodem anno mense Novembri, duo reges Nortmanorum Godefridus, & Sigefridus cum inæstimabili multitudine peditum, & equitum confederunt in loco, qui dicitur Haslou juxta Mosam, & primo quidem impetu finitima loca depopulãtes, Leodium civitatem, Trajectum castrum, Tungrensem urbem incendio cremant. Secunda incursione Ribuariorum finibus effusi, cædibus, rapinis, ac incendiis omnia devastant, Coloniam Agrippinam, Bunnam civitates cum adjacentibus castellis, scilicet Tulpiacum, Vilipiacum, & Nuis igne comburunt. Post hæc Aquis palatium idem Amalimundarias, & Stabilius monasteria in favillam redigunt.

An. dom. incar. 882. Arduennam percurrentes Prumiam monasterium ingrediuntur ipso die Epiphaniæ domini, ubi triduo, cõmorantes omnem in circuitu regionem depopulati sunt, in quo loco innumera multitudine peditum ex agris & villis in unum agmen conglobata, eos expugnatura aggreditur. Sed Nortmanni cernentes ignobile vulgus, non tantum inerme, quantum disciplina nudatum, super eos cũ clamore irruunt, tantaq; cæde prosternunt, ut bruta animalia, nõ homines mactari viderentur. His itaq; patratis, onerati præda, ad castra redeunt, illis discedentib. ignis, qui in diversis habitaculis accensus remãserat, cũ nullus esset qui eũ extingueret, & monasteriũ cõsumpsit. *Bruma monasterium que consumtum à Nortmannis.*

Dum hæc aguntur Ludovicus rex morbo gravatus, apud Franckfurt moritur 13. kal. Sept. sepultus est in Loresheim juxta patrẽ in cœnobio. Habuit aũt Luitgardam reginam in matrimonium copulatam, ex qua filium unicum suscepit, quem nomine suo Ludovicum appellavit. Sed ut præmisimus, post obitũ fratris ad obtinendum regnum ejus, Bajoariam ingressus, & Ratisbona moraretur, idem puerulus de fenestra cecidit & contractis cervicibus, statim expiravit, quæ non tantum immatura, sed inhonesta mors, non solum regi & reginæ, verùm etiam omni domo regiæ maximum luctum ingessit. Nortmanni, audita morte regis, nimio exultabant tripudio, etiam non de conflictu, sed de præda cogitant. Igitur cum omni ammonitione exiliunt, & Trevirorum nobilissimam civitatem Galliarum, Non. Aprilis. die sacratissimæ Cœnæ Domini occupant, in qua usq; sanctum diem paschæ, festa ab itinere corpora recreantes, omne tentorium urbis circunquaque utique ad solum demoliti sunt, deinde civitatem flammis exurentes, Medimatrico dirigunt aciem. Quod cum repentisset ejusdem urbis episcopus Vualla, adjuncto sibi Bertolfo episcopo, & Andalhardo comite ultro illis obviam ad pugnam procedit. Inito certamine, Nortmanni victores extiterunt. Idem Vualla episcopus cecidit, cæteri fugierunt. Pagani iter quod cœperant, deferentes cum ingenti præda, summa celeritate ad classem revertuntur. *Treuiris Galliarum à Nortmannis depopulatur.*

Ea tempestate Carolus Imperator in Italia morabatur, ubi diversis legationibus Germaniæ, ac Galliæ pulsatur, ut ad suscipienda regna, sibi hæreditario jure competentia, festinaret, & periclitanti imperio succurreret. Quod capite amisso, ludibrio hostibus erat. Qui nihil tardatus, cum omnib. copiis in Franciam venit, & cum Langobardis, Bajoariis, Allemannis, Turingis, Saxonibus, Fresonibus, & omnibus regnis suæ ditioni subditis, Nortmannos in supradicto loco obsidere exorsus est, sed conatus eius parũ effectum obtinuit, quanquã, ut diximus, ex diversis regnis, & gentibus innumerabilis multitudo in unum confluxit, indignatione cœlesti super populũ, Christianam religionẽ profanantẽ desæviente. Novissime rex Godfridus Nortmannorum ea conditione Christianum se fieri pollicetur, si ei munere regis Frisia provincia concederetur, & Gisla filia Lotharii in uxorẽ daretur. Qui, ut optavit adeptus, baptisatus est, & ex sacro fonte ab Imperatore susceptus. Sigifrido, & reliquis Nortmannis immẽsum põdus auri, & argẽti expositũ est, & tali tenore fines regni excedũt.

An. domin. incarnationis 883. Ludovicus frater Carolomani moritur apud sanctum Dionysium, ibique honorabiliter tumulatur, quem omnes Galliarum populi nimio planctu lamentati sunt. Fuit enim virtutis maximæ, regnumque sibi subditum à paganorum infestatione potenter, viri- *Ludovicus frater Carolomanni moritur.*

literque defendit. Inter cæteras quę strenue gessit, illud præcipue prælium commendatur, quod adversum Nortmanos in loco qui vocatur Sodalcurch summis viribus exercuit, in quo certamine, ut ferunt, plusquam octo millia hominum gladio prostravit. Carolomanus frater regnum illius obtinuit. Eodem tempore Bertulfus Trevirorum episcopus, migravit ad dominum 4. id. Sept. cui successit in Pontificali cathedra per electionem cleri, & totius plebis Ratbodus* reverendissimus antistes, 7. Idus Aprilis. His etiam diebus Ruopertus præsul ab eodem episcopo Ratbodo in Mettensi ecclesia consecratur, 10. kalend. Maii.

*Ratbodo alibi.

Circa hæc tempora Hugo filius Lotharii, in spem recuperandi paterni regni ab aliquibus discordiarum, ac litium sectatoribus introducitur, omnesq; qui justitiam & pacem execrabantur, ad eum confluxerunt, ita ut paucis diebus innumera multitudo prædonum ejus dominationi se subdiderunt. Inter quos etiam nonnulli ex primoribus regnivana spe seducti, manibus datis accedunt, videlicet Stephanus, Rotbertus, Vuitbertus, Thietbaldus comites, Albricus, & fratre ejus Stephanus, tantaq; rapina, & violentia ab his in regno fit, ut inter horum, & Nortmannorum maliciam nil differret, præter quod à cædibus & incendiis abstinerent. Sic omnipotens Deus iratus regno Lotharii adversabatur, & talibus incrementorum cladibus, vires ejusdem regni radicitus exterminabat, ut prophetia sanctissimi Nicolai papæ, simul etiam maledictum quod super idem regnum protulerat, adimpleretur. Hoc ēt tempore, idem Hugo Vuitbertum comitem, qui ab ineunte ætate sibi faverat, interfecit. Paucis de hinc interpositis diebus, Bernarium nobilem virum, sibiq; fidelissimū dolo trucidare jussit, pulchritudine illius captus uxoris, quam absq; momento in matrimonium jungit. Vocabatur autem mulier Friderach, quæ antequam Bernario sociaretur, copulata fuerat Engilranno potenti viro, ex quo filiam peperit, quam postmodum Richininus comes in conjugium accepit, quam etiam propter stuprum commissum, idem comes decollari jussit.

Nortmani ad Senum fluvium confident.

An. do. incar. 884. Nortmani qui ab Hasiou recesserant, Sonum fluvium intrant, ibiq; consedērūt, quorum crebertimas incursiones cum Carolomanus sustinere non posset, pecuniam pollicetur, si a regno ejus recederēt. Mox avidæ gentis animi ad obtinendā pecuniam exardescunt, & 12. milia pōdera argenti puri atq; probati exigunt, totidemq; annis pacem promittunt. Accepta tam ingenti pecunia, funes a littore solvunt, naves conscendunt, & marina littora repetunt. Interea Carolomanus venatum pergexit, ubi & ab apro graviter vulneratus, post modicum, vitam cum regno amisit, sepultusq; est apud sanctum Dionysium. Ajuntautem quidam, quod à quodam suo satellite, improvide arma ferenti, vulneratus fuerit, & quia non sponte, sed invitus hoc facinus commiserat, iccirco à rege celatum est, nē innoxius morti trāderetur.

Carolomanus ab apro vulneratus interit.

Nortmanni cognita morte regis, protinus in regnum revertuntur, itaq; Hugo Abba, & cæteri proceres, legatos ad eos dirigunt, promissionem & fidem datam, violatam esse proclamant. Adhæc illi respondent, se cum Carolomano rege, non cum alio aliquo fœdus pepigisse, quisquis ille esset, qui in regnum ejus succederet, ejusdem numeri & quantitatis pecuniam daret, si quiete ac pacifice imperium tenere vellet. Territi hujuscemodi mandatis, optimates regni ad Carolum Imperatorem missos dirigunt, eumque ultro in regnum invitant, eiq; advenienti ad Gundolphi villam obviam procedunt, & manibus, sacramentisq; juxta morem datis, ejus ditioni se subdiderunt.

Eodem anno Nortmani qui in Chinheim, & Denemarca venerant, adsentiente Godefrido, Rhenum navigio ascendunt, & Dinsburch oppido occupato, munitionē in eodem loco more solito construunt, & in ea tota hyeme residunt. Contra quos Henricus dux castra posuit, & nullatenus prædas agere permisit. Redeunte vernali tempore, castris exustis, maritimis locis se recipiunt.

Lovanium tunc in regno Lotharii fuit.

His ēt diebus Nortmani à Sono exeunt, & rursus in regno Lotharii revertentes, in loco qui dicitur Loven, castrametati sunt in confinio ejusdem regni, & continuis ejusdem regni infestationibus, utraq; regna fatigant, ad quorum maliciam compescendam, Imperator semel, & iterum exercitum misit, sed nihil dignum memoriæ adversus tantam violentiorum rapacitatem actum est.

*An. dom. incarnat. 885. Hugo rebellare disponens contra Imperatorem, legatos ad Godefridum in Frisia occulte dirigit, eo quod illi esset affinitate conjunctus, propter sororem quam in conjugiū acceperat, hortaturq;, ut in patriam mitteret, & auxiliorum validam manum undique contraheret & cum omnib. viribus sibi opem ferret, quatenus regnum paternum evindicare armis posset, & si id ejus industria, virtutisq; suffragio prosperitatis effectum obtineret, medietatem ipsius regni pro munere pollicetur. His suasionum promissionibus, Godefridus veluti veneno infectus, occasionis formitem inquirit, qualiter ac si juxta rationem à fidelitate Imperatoris se subducere prævaleret, statimq; Gerolfum, & Gardolfum comites Frisonum, legatos ad Cæsarem dirigit, mandatq; si vellet cum ea, quam pollicitus fuerat fidelitatem, perseveraret, finesq; regni sibi commissos, ab incursione propriæ gentis defensaret, Confluentem, Andrenacum, Sucicha, & nonnullos alios fines obsequiis imperialibus deditos, sibique largiretur, propter vini affluentiam, quæ in his locis erat, eo quod terra, quam ex munificentia principis possidendam perceperat, minimè vini ferax esset. Agebat autem hoc ea animi intentione, ut si petita sibi largirentur, suos in viscceribus regni immiscere posset, & varios eventus speculari. Si autem denegarentur, nihilominus offensus in sibi prohibitos, quasi justitia dictante, rationalibus desævire posset, rebellionisq; causa susciperet. Quorum callida machi-

namenta, & factionum conspirationes cum persensisset Imperator, cum Henrico viro prudentissimo altiori cõsilio pertractat, quo ingenio hostem, quem in regni extremitatibus introduxerat, exstinguere posset, & sciens loca inaccessibilia exercitui, propter diversarum aquarum innumeros decursus, & impenetrabiles paludes, magis id arte quàm ex virtute experiri statuit. Legatos igitur responso suspensos absolvit, & ad Godefridum redire permisit, asserens per suos missos de omnibus legationum suarum causis ea responsa tradituru, quæ sibi & eidem Godefrido essent convenientia, tantum ut in cœpta fidelitate perseveraret. Post hæc Heinricum ad eundem virum mittit, ut fraus quæ struebatur, occularetur, cum eo Vuilibertum venerabilem episcopum Coloniæ Agrippinæ, qui satis fatellibus secreto imperat, ut per Saxoniam properantes, non agmine facto, sed ipsarum sibi occurrentes loco & die quo eis edixit, ipse cum perpaucis Coloniam venit, & assumpto cum præfato episcopo mox in Batuam proficiscitur. Godefridus audito eorum adventu, illis obviã procedit ad locum qui dicitur Herispich, in quo Rheni fluenta, & Vual uno se alveo refulvunt, & ab invicem longius recedentes Batuam provinciam suo gurgite cingunt. Hanc insulã ingredientes episcopus & comes multa à Godefrido audiunt, multa ex parte Imperatoris respondent, dies ad occasum vergitur, soluto colloquio insula excedunt, hospitia repetunt, in crastinum reversuri. Heinricus episcopum hortatur, ut die subsequenti Gislam uxorem Godefridi extra insulam evocaret, eique ad pacis studium revocare satageret, interim ipse cum Godefrido causam Eberhardi comitis agitaret, cui rerum possessio ab eo violenter diripiebatur. Deinde persuadet eidem Eberhardo, ut de injustitia quam patiebatur, in medio adsurgens se proclamaret, & cum à ferocis, & barbaræ gentis homine durius, & contumeliosis verbum sibi esset prolatum, absque mora evaginato gladio eum summo annisu in capite percutit, antequã à terra elevari posset. Quid plura? Ab Eberhardo primo percussus, & fatellib. Henrici confossus Godefridus moritur, omnesq; Nortmanni qui in Batua reperti sunt, trucidãtur. Nõ multis post interpositis diebus Hugo ejusdem Henrici consilio ad Gundulfi villam promissionib. attrahitur, dolo capitur, & jussu Imperatoris ab eodem Henrico ei oculi eruuntur, omnesq; fa ventes dehonestantur. Post hæc in Alemannia in monasterium sancti Galli mittitur, interim postea in patriam revocatur. Novissime temporibus Zundibolchi regis in Prumia monasterio manu mea attonsus est. Eram enim tunc temporis, in eodem loco dominici ovilis, quamvis non idoneus, tamen custos, ubi non post multos annos moritur & sepelitur.

Batuorũ insula.

Hugonis oculi eruuntur

Hugo monachus erat tempore nostro in monasterio Prumiensi.

Anno dom. incarn. 886. Nortmanni à Sonno fluvio exeunt, & rursus in regno Lotharii revertentes, in loco qui dicitur Loven, castra sedesq; statuunt, scilicet in confinio utriusq; regni, & continuis incursionum infestationib. utraq; regna fatigant, ad quorũ ingentã malitiam compescendã, Imperator semel & iterum exercitum mittit, sed nihil dignum adversus tantam violentorum rapacitatẽ actum est. Eodem anno Ansbaldus abbas Prumiensis cœnobii, summæ sanctitatis ac religionis vir, ad cœlestem patriam transiit 4 idus Julii. Cui successerũ regiminis loco Sarabertus venerabilis prior 8. idus Aug.

Et paulo ante hæc eadem verba posita.

Anno dominicæ incarnationis 887. Nortmanni à Loven recedentes, Sequanam ingrediuntur, & Parrisius applicantes castra ponunt, & civitatem obsidione claudunt, contra quos Imperator Heinricum ducem cum exercitu vernali tempore dirigit, sed minime prævaluit. Erant enim ut ferunt 30. & eo amplius adversariorum millia, omnes penè robusti bellatores.

Nortmanni Parrisios obsident.

Denuo æstivo tempore antequam segetes in manipulos redigerentur, idem Heinricus cum exercitibus utriusque regni Parrisius venit, & circumstantibus legionibus ipse cum perpaucis propius accedens, munitionem circuit, situm loci contemplatur, aditumq; perquirit, quo exercitui cũ hostibus manus periculosis pateret congressus. Porrò Nortmanni audientes appropinquare exercitũ, foderant foveas latitudinis unius pedis, & profunditatis trium, in circuitu castrorum, easq; quisquilis & stipula operuerant, semitas tantum discursui necessarias, intactas reservantes, pauci igitur latrunculi qui latitabant in concavis viarum itineribus, videntes Heinricum appropinquantem, quæ re citò surgunt à locis, quib. delituerant, provocantq; virum telis, & voce lacessunt. Ille animi magnitudine indignitatem non ferens, super eos irruit, & mox incertis foveis equus cui insidebat impegit, & cum ipse in terram corruit, hostes summa cum festinatione advolantes, antequã à loco elevaretur, eum in terra confodiunt, & aspiciente universo exercitu, absq; mora eum trucidant, arma auferunt, & spolia ex parte diripiunt. Agminibus autem impetum facientibus, vix cadaver exanime eruitur, & à suis usque Sanctionis deportatur, in basilica sancti Medardi sepelitur, exercitus amisso duce ad propria revertitur.

Nortmannorum strategema.

Heinricus per insidias occubuit.

Eodem tempore Hugo abba magnæ pietatis vir, & magnæ prudentiæ, Autelianis moritur, & apud sanctum Germanum Antisiodoro tumulatur. Ducatus quem tenuerat & strenuè rexerat, Odonis filio Ruodberti ab Imperatore traditur, qui ea tempestate Parrisiorum comes erat, & cum Gozzelino eiusdem urbis episcopo contrà Nortmannorum assiduam impugnationem civitatem totis viribus tuebatur.

His etiam diebus prædictus Gozzilinus episcopus inter ipsas obsidionum pressuras migravit à seculo, in cujus loco subsliterus est ab Imperatore Haschincus episcopus.

Gozzelinus episcopus Parisius.

Post hæc Imperator Galliarum populos perlustrans, Parisius cum immenso exercitu venit, ibique adversus hostes castra posuit, sed nil dignum imperatoria majestate gessit, in eodem loco ad extremum concessis terris & regionibus, quæ ultra Sequanam erant, Nortmannis, ad deprædandũ, eo quod incolæ illarum sibi obtemperare nollent, recessit, & recto itinere in Alemaniam recessit, & primo quidem Luiduuardum episcopum Vercellensem, virum sibi perchærum, & in administrandis publicis utilitatibus unicum cõsiliarium, objecto adulterii crimine, eo quod reginæ secretis familiarius quàm oportebat immisceretur, à suo latere cum dedecore repulit. Deinde paucis interpositis diebus conjugem Richardem sic enim Augusta vocabatur, pro eadem re in concionẽ vocat, & mirum dictu publice protestatur, nunquam se carnali coitu miscuisse, cum plusquam decennio legitimi matrimonii fœdere ejus consortio esset sociata, illa econtra non solum, ab ejus sed etiam ab omni virili commixtione se immunem esse profitetur, & de virginitatis integritate gloriatur, idque se approbare Dei omnipotentis judicio si marito placeret, aut singulari certamine aut ignitorum vomerum examine fiducialiter adfirmat. Erat enim religiosa fœmina. Ea, acto dissidio, in monasterio quod in proprietate sua construxerat, Deo famulatura recessit.

Regni proceres à Carolo desciscunt.

His ita gestis Imperator corpore & animo cœpit ægrotare, mense itaque Novembr. circa transitum sancti Martini Triburias venit, ibiq; conventum generalem convocat. Cernentes optimates regni, non modo vires corporis, verum etiam animi sensus ab eo diffugere, Arnolfum filium Carolomanni ultra in regnum attrahunt, & subito facta conspiratione ab Imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim transeunt, ita ut in triduo vix aliquis remaneret, qui ei saltem officia humanitatis impenderet. Cibus tamen & potus ex Luidperti episcopi sumptibus administrabatur. Erat res spectaculo digna, & æstimatione sortis humanæ, rerum varietate miranda. Nam sicut ante secunda fortuna reb. ultra, quàm arbitrari posset affluentibus, tot tantaq; imperii regna sine laborũ sudoribus, & certaminibus attraxerat, ita ut post magnum Carolum majestate, potestate, divitiis, nulli regum Francorum videretur esse postponendus. Ita nunc adversa velut in ostensione fragilitatis humanæ deficiens, quæ fortuna cumulaverat, cuncta inhoneste, in momento abstulit. Quæ prospero arridens successu, quondam gloriose attulerat. Mittit ergo ad Arnolfum ex Imperatore effectus ægenus, ex desperatis rebus nõ de imperii dignitate, sed de victu cottidiano cogitans, tantũ alimentorum copiam ad subsidium vitæ præsentis supplex exposcit. Dirigit etiam Bernardum filium, quem ex pellice susceperat, cum xeniis, eumque ejus fidei commendat. Miseranda rerum facies, videre Imperatorem opulentissimum, non solum fortunæ ornamentis destitutum, verum etiã humanæ opis ægentem. Concessit autem Arnolfus rex nonnullos fiscos in Alemannia, unde ei alimonia præberetur, ipse vero compositis in Francia feliciter rebus in Bajoariam revertitur.

Eodem anno Vuitgarius episcopus de Augusta civitate obiit, & Adalbero nobilis generis magnique ingenii ac prudentiæ vir cathedram ejus obtinuit, ei in episcopatum successit.

Carolus tertius Imper. moritur.

Anno dominicæ incarnationis 888 Carolus Imperator tertius, hujus nominis & dignitatis, obiit pridie idus Janu. sepultusq; est in Augea monasterio. Fuit vero hic Christianissimus princeps, Deum timens, & mandata ejus ex toto corde custodiens, ecclesiasticis sanctionibus devotissime parens, in eleemosynis largus, orationi & psalmorum melodiis indesinenter deditus, laudibus Dei infatigabiliter intentus, omnẽ spẽ & consilium suum divinæ dispensationi cõmittens, unde & ei omnia felici successu concurrebant in bonũ, ita ut omnia regna Frãcorum, quæ prædecessores sui nõ sine sanguinis effusione cum magno labore acquisierant, ipse perfacile in brevi temporum spatio sine conflictu, nullo contradicente, possidenda perceperit. Quod autem circa finem vitæ dignitatibus nudatus, bonisque omnibus spoliatus est, tentatio fuit, ut credimus, non solum ad purgationem, sed quod majus est, ad probationem. Siquidem hanc, ut ferunt, patientissime tolleravit in adversis, sicut in prosperis gratiarum vota persolvens, & ideo coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se, aut jam accepit, aut absque dubio accepturus est. Post cujus mortem regna quæ ejus ditioni paruerant, veluti legitimo destituta hærede, in partes à sua compage resolvuntur. Etiam non naturalem dominum præstolantur, sed unumquodq; de suis viscerib. regem sibi creari disponit. Quæ causa magnos bellorum motus excitavit. Non quia principes Francorum deessent, qui nobilitate, fortitudine, & sapientia regnis imperare possent, sed quia inter ipsos æqualitas generositatis, dignitatis, ac potentiæ discordiam augebant, neminẽ tantum cæteros præcellente, ut ejus dominio reliqui se submittere dignarentur. Multos enim idoneos principes ad regni gubernacula moderanda Francia genuisset, nisi fortuna eos æmulatione virtutis, in pernitiem mutuam armasset. Igitur quædam pars Italici populi Berengariũ filium Emmathardi, qui ducatum Forojulianorũ tenebat, regem sibi statuunt, quædam Guidonem filiũ Lamperti ducem Spoletanorũ, æque regia dignitate sublimandum decernunt: ex qua dissensionũ controversia strages ex utraq; parte postmodũ facta est, tãtusq; humanus sanguis effusus, ut juxta dominicã vocem, regnũ in seipsum divisũ, desolationis miseriam penè incurrerit. Ad extremũ Vuido victor exilles, Berengariũ regno expulit. Pulsus itaque ad Arnolfum regem adiit, ejusque patrocinium contra hostem exposcit. Quid vero Arnolfus fecerit, qualiter, Italiæ regnum bis cum exercitu penetravit, suo loco commemorabitur

Carolo mortuo regna dissipata.

Berengarium duo rex ab Italis eligentur.
Guido.

Interea

Interea Galliarum populi in unũ congregati, cum conſenſu Arnolfi Ottonẽ ducem filiũ Ruoperti, de quo paulo ſupertus mentionẽ fecimus, virũ ſtrenuũ, cui præ cęteris formæ pulc'ritudo, & proceritas corporis & viriũ, ſapientiæq; magnitudo inerat, regem ſuper ſe pari conſilio & volũtate creant, qui rem publicam viriliter rexit, & contra aſſiduas deprædationes Nortmanorũ indefeſſus propugnato: extitit. Per id tempus Ruodolfus filius Chuonradi, nepos Hugonis abbatis (de quo ſup. meminimus) provinciam inter Juram & Alpes Penninas occupat, & apud S. Mauritiũ, accitis ſecum quibuſdam primorib. & nonnullis ſacerdotib, coronã ſibi impoſuit, regemq; ſe appellari juſſit. Poſt hæc mittit legatos per univerſum regnũ Lotharii, & ſuaſionib, pollicitationibusq; epiſcoporum ac nobiliũ virorum mentes in ſui favorem demulcet. Quod cum nuntiatũ eſſet Arnolfo, illico cũ exercitu ſuper eũ irruit, ille per arctiſſima itinera fuga dilapſus, in tutiſſimis rupium locis, ſalutis præſidiũ quæſivit. Omnibusq; diebus vitæ ſuæ Arnolfus, & Zundibaldus filius ejus eundem Ruodolfum perſecuti ſunt, nec tamen eũ lædere potuerunt, quia ut ſupra expreſſum eſt, loca inacceſſibilia quæ ſemitis tantum pervia ſunt, inſequentium confertas acies procul ab ingreſſu repellebant.

Eodem anno Nortmani qui Pariſiorũ urbem obſidebant, mirã & inauditã rem non ſolum noſtra, ſed etiam ſuperiore ętate fecerunt. Nam cũ civitatem inexpugnabilẽ eſſe perſenſiſſent, omni virtute, omniq; ingenio laborare cœperunt, quatenus urbe poſt tergũ relicta, claſſem cũ omnib. copiis per Sequanã fluviũ ingredientes, Burgundię fines abſq; obſtaculo penetrarent. Civib. aũt omni inſtantia prohibentib. aſcenſum fluminis, naves per ſiccũ pluſquam duorum paſſuum millib. trahunt, & taliter declinato omni periculo iterum eas Sequanæ fluentis immergunt, & poſt paululũ Sequanam relinquentes, Hiſpaniã ut diſpoſuerant, & ſub omni celeritate navigantes, Senonis applicuerunt, ibique caſtris poſitis, per continuos ſex menſes eandem urbem obſidione claudunt, totaq; penè Burgũdiam rapinis, cædibus, ac incendiis demolĩtur. Sed civib. fortiter repugnantibus, Deo protegente, nequaquã præfatam civitatẽ capere potuerũt, quanquam omni laborũ ſudore, omniũq; artium, & machinamentorum ingenio id multipliciter pertentaſſent. Inter ipſas vero obſidionũ anguſtias Euuerhardus ejuſdẽ loci Metropolita, vir totius ſanctitatis & ſapientiæ nitore fulgidus, corporeis vinculis abſolutus, ad cœleſtẽ patriã tranſiit, in cujus cathedram ſublimatus eſt Vualtharius, nepos Vualtharii Aurelianẽſis urbis epiſcopi, longe inferior prædeceſſore moribus, religione, & philoſophiæ ſtudio. Anno, incar. 889. Gens Hungarorũ ferocĩſſima & omni belua crudelior, retroante ſeculis ideo inaudita, quia nec nominata à Scythis regnis & à paludib. quas Thanais ſua reſuſione in immenſum porrigit egreſſa eſt. Sed priuſquam ipſius gentis acta crudelia præſequamur, ſtylo non ſuperfluũ videatur, ſitue Scythiæ ſitu, Scythiarũq; moribus hiſtoriographorum dicta ſequentes, aliquid commemoremus. Scythia (ut ajunt) in oriente extenſa, induitur ab uno latere Ponto, ab altero montib. Ripheis, à tergo Aſia, & Iduli flumine. Patet autem multum in longitudinem & latitudinem, omnib. hanc inhabitantibus inter ſe nulli fines. Perraro enim agrum exercẽt, nec domus illis ulla, aut tectũ vel ſedes eſt. Armenta & pecora ſemper paſcentibus, & per multas ſolitudines errare ſolitis. Vxores liberosq; ſecum in plauſtris vehunt, coriis imbrium hyemisq; cauſa tectis pro domib. utuntur, nullum ſcelus apud eos furto gravior, quippe ſine tecti munimẽto pecora & atmẽta, alimentaq; habeant. Aurum & argentũ non perinde ut reliqui mortales appetunt, venationum & piſcationũ exercitus interviunt, lacte & melle veſcuntur, lanæ his uſus ac veſtiũ ignotus, & quanquã continuis frigoribus afficiantur, pellibus tantum ferinis ac murenis induuntur. Imperium Aſiæ ter quæſivere, ipſi perpetuo ab alieno imperio, aut intacti, aut inviſi manſere, nec virorũ magis qnã fœminarum virtutibus claruere. Quippe cum ipſi Parthos Bactrianosq;, fœminæ aũt eorum, Amaſonũ regna cõdiderunt. Priſcus ut res geſtas virorũ mulierumq; conſiderãtibus, incertũ ſit uter apud eos ſexus inclytior fuerit, Dariũ regem Perſarum turpi à Scythia ſumma moverunt fuga, Cyrum cum omni exercitu trucidaverũt, Alexandri Magni ducẽ Sopiriona, pari ratione cũ univerſis copiis deleverunt. Romanorũ audiere, nõ ſenſere arma, laborib. & bellis aſperi, vires corporis immẽſæ. Abundant vero tanta multitudine populorũ, ut eos genitale ſolum nõ ſufficiat alere. Septẽtrionalis quippe plaga, quanto magis ab æthu ſolis remota eſt, & nivali frigore gelida, tanto ſalubrior corporib, hominum, & propagandis gentib. coaptata. Sicut & econtra omnis meridiana regio, quo ſolis eſt fervori vicinior, eo ſemper morbis abũdat, & educandis minus eſt apta mortalibus, unde fit ut tãtæ populorum multitudines, aretoo ſub axe otiãtur, ut nõ immerito univerſa illa regio à Tanai fluvio, uſque ad occiduum, licet & propriis loca in ea ſingula nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo, Germaniæ ſæpe innumerabitur. Ab hac ergo populoſa Germania ſæpe innumerabiles captivorum turmæ abductæ, meridianis populis precio trahuntur. Multæ quoq; ex ea, pro eo quod tantos mortalium germinant quantos alere vix ſufficit, frequenter gentes egreſſæ ſunt, quæ nihilominus & partes Aſiæ, ſed maxime ſibi contiguam Europam afflixerunt. Teſtantur hoc ubique urbes erutæ, per totam Illyriam Galliamque. Sed maxime miſeræ Italiæ, quæ penè illarum omnium eſt gentium experta ſævitiam.

De Scythia unde egreſſi Hungari.

Scytharum res geſtæ.

Scythia in Germ.

Ex ſupradictis igitur locis, gens memorata à finitimis ſibi populis, qui Pezinati vocãtur à propriis ſedibus

Pezinati.

sedibus expulsa est, eo quod numero & virtute præstarent, & genitale, ut præmissimus, rus exuberãte multitudine, non sufficeret ad habitandum. Horum itaque violentia effugati ad exquirendas, quas possent incolere terras, sedesque statuere. Valedicentes patriæ iter arripiunt. Et primo quidem Pannoniorum & Avarorum solitudinem pererrantes, venatu ac spatione victum cottidianum quæritant. Deinde Carantanorum, Marahensium ac Bulgarum fines crebris incursionum infestationibus irrumpunt, perpaucos gladio, multa millia sagittis interimunt, quas tanta arte ex corneis arcubus dirigunt, ut earũ ictus vix præcaveri possit. Cominus enim in acie præliari, aut obsessa expugnare urbes nesciunt. Pugnant autem procurrentib. equis, aut terga dantibus, sæpe etiam fugam simulant, nec pugnare diu possunt.

Hungari in Pannoniam veniunt.

Arte sagittandi Hungari præstant

Cæterum intollerandi forent, si quantus est impetus, vis tanta & perseverantia esset. Plerunq; in ipso ardore certaminis prælia deserunt, ac paulo post pugnam ex fuga repetunt, ut cum maxime vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit. Quorum pugna, quo cæteris gentibus inusitatior, eo & periculosior. Inter horum & Brittonum conflictum, hoc unum interest, quod illi missilibus, isti sagittis utuntur, vivunt non hominum, sed beluarum more, carnibus, ut fama est, crudis vescuntur, sanguinem bibunt, cordа hominum quos capiunt particulatim dividentes, veluti pro remedio devorant, nulla miseratione flectuntur, nullis pietatis visceribus commoventur, capillum usq; ad cutem ferro cædunt, super illos ire, meditari, consistere, ac colloqui solent. Liberos, ac servos suos equitare, ac sagittare magna industria docent, ingenia illis tumida, seditiosa, fraudulenta, præcocia. Quippe eandem ferocitatem fœminis, quam viris adsignant, semper in externos, aut in domesticos motus inquieti, natura taciti, ad faciendum, quàm ad dicendum proniores. Hujus igitur nefandissimæ gentis crudelitate non solum memoratæ regiones, verum etiam Italiæ regnum ex permaxima parte devastatum est. Eodem anno Nortmanni à Senonica urbe recedentes, denuò Parisius cum omnib. copiis devenerũt. Et cum illis decursus fluminis à civibus omnino inhiberetur, rursus castra ponunt, civitatem totis viribus impugnant, sed Deo opem ferente nihil prævalent. Transactis paucis diebus, iterum Sequanam cũ classe ascendunt, & Matronam fluvium ingredientes, Trecas civitatem incendio cremant, & usq; Verdensem, ac Tullensem urbes cuncta circunquaque depopulantes. His ẽt diebus Luidpertus Maguntiæ urbis præsul è rebus humanis sublatus est, in cujus loco subrogatus est Sunzo vir religiosus ac simplex, sacris literis sufficienter instructus, qui in Fulda monasterio sub regimine abbatis ab ineunte ætate nutritus, & conversatus est. Poppone Thuringorum duce & Arnolfo rege annuente.

Inter Hungaros & Brittones hoc interest, confligendo,

Nortmanni Parisios iterum obsident.

Anno dom. incar. 890. Arnolfus rex concessit Zundeboldo Marahensium Sclavorum Regi, Ducatum Bohemensium, qui hactenus principem suæ cognationis, ac gentis super se habuerant, Francorumq; regibus fidelitatem promissam, inviolato fœdere conservaverunt. Eo quod illi antequam in regni fastigio sublimaretur, familiaritatis gratia fuerit connexus. Denique filium ejus quem ex pellice susceperat, à sacro fonte levavit, eumq; ex nomine suo Zundebolch appellari fecit. Quæres non modicum discordiarum, & defectionis præbuit incitamentum. Nam & Bohemi à fidelitate diutius custodita, recesserunt. Et Zundibolch ex adjectione alterius regni, vires non parvas sibi accessisse sentiens, fastu superbiæ inflatus, contra Arnolfum rebellavit. Quod cum cognovisset Arnolfus, cum exercitu regnum Marahensium ingressus, cuncta quæ extra urbes reperit, solotenus demolitus est. Ad ultimum ne cæteræ fructiferæ arbores radicitus exciderentur, Zundibolch pacem posuit, & dato filio obside, hanc pacem sero promeruit.

Parisios tertio obsident Nortmanni

Per id tempus Nortmanni à Matrona fluvio exeuntes Parisius revertuntur. Et quia omnimodis descensus fluminis per pontem prohibebatur, tertio castra locant, & iterato certamine prædictam urbem impugnant. Sed civib. (continuis enim operum ac vigiliarum laboribus indurauerant, & assiduis bellorum conflictib. exercitati erant) audaciter reluctantibus, Nortmanni desperatis rebus, naves per terrã cũ magno sudore trahunt, & sic Alveum repetentes, Brittaniæ finibus classem traijciunt. Quoddam castellũ in Constantiensi territorio, quod ad sanctum Loth dicebatur, obsident. Et accessum ad fontem aquæ ex toto prohibentes, oppidanis siti arescentibus fit deditio, eo pacto, ut vita tantũ concessa, cætera tollerẽt. Illis à munitione progressis, gens perfidia fidem, & promissa data prophanat, omnesq; absq; respectu jugulat. Inter quos episcopũ Constãtien. ecclesiæ interemunt.

Perfidi Nortmanni.

Erat tunc temporis inter Alanum, & Vuidicheil ducibus Brittonum non parva de partitione regni discensionum controversia. In hoc ergo schismate, & divisione non tantum terrarum, quantum mentium pagani Brittones reperientes, super eos fiducialiter irruunt. Illi dum privatum singulorũ non commune universorum bellum ducunt, & auxilium ferre alteralteri recusat, quasi victoria unius non omnium foret, graviter ab hoste læduntur. Passim & usq; ad Blavitam fluvium, omnis eorum possessio diripitur. Tunc primum intelligentes quantam sibi perniciem, quantas adversarius vires, discordia administraret, per internuntios se invicem confirmant, tempus & locum ei indicunt, bellũq; cõmunib. viribus construunt. Itaq; Vuidicheil qui erat adolescentior cupiens gloriã nominis sui exaltare, non expectato Alano cum sociis, prælium conserit mult millia hostium cædit, reliquos in quendam vicum fugere compulit. Quos cum ultra quàm oporteret inprovide persequeretur, ab ipsis extinguitur. Ignarus cui vincere bonum est, supervincere bonum non est. Periculosa

Periculoſa eſt enim deſperatio. Poſt hæc Alanus coadunata omni Britania tale votum vovit, ut ſi adverſarios per divinam virtutem poſſet ſuperare, decimam partem omnium bonorum ſuorũ Deo, & ſancto Petro Romam deſtinaret. Omnibus autem Brittonibus idem votum ſpondentibus, ad pugnam procedit, & commiſſo prælio tanta ſtrage hoſtes effudit, ut vix quadringenti viri ex quindecim millibus ad claſſem repedarent.

Hac tempeſtate ſanctiſſimo, & in divinis humanisque rebus prudentiſſimo Vuiliberto epiſcopo ab hac luce ſubtracto, Hermannus venerabilis vir per electionem cleri, ac plebis eccleſiæ Colonienſi præficitur.

Circa hæc tempora Salomon Conſtantienſis eccleſiæ antiſtes receſſit à ſeculo, in cujus loco ſucceſſit Salomon, qui hac ætate Abbatiam ſancti Galli tenebat, vir non ſolum nobilitate, verumetiam prudentiæ ac ſapientiæ virtutibus inſignitus, qui præfatæ urbis tertius hujus nominis dignoſcitur eſſe pontifex.

Anno dominicæ incar. 891. Nortmanni duobus continuis prœliis in Brittania graviter attriti, in regnum Lotharii claſſem transferunt, & caſtrametati, prædas exercent. Contra quos Arnolfus rex exercitum dirigit, jubetque ſuper Moſam tentoria figere, tranſitumq; fluminis hoſtibus prohibere. Sed antequam exercitus in unum colligeretur ad cõdictum locum juxta caſtrum Trajectenſe Nortmani ſuperiora tenentes, circa Leodium Moſam tranſierunt. Et hoſtilem expeditionem à tergo relinquentes, in ſyluis & paludibus Aquiſpalatio contiguis diſperguntur, obvios quosq; perimunt. plauſtra & vehicula in quibus alimenta exercitui deferebantur, capiunt. Quæ fama cum ad exercitum perveniſſet, qui jam ipſo die Nativitatis ſancti Joannis baptiſtæ penè in unum convenerant, non tam tremor, quàm ſtupor mentes omnium occupavit. Principes vero contione convocata non tam de periculo, quàm de re dubia conſulunt, Incerti utrum Ribuariorum fines intrantes, Coloniam tenderent, ut per Prumiam tranſeuntes Treveros ditigerent greſſum, vel certe congregata adverſum ſe multitudine pertimeſcentes tranſvadata Moſa, ad claſſem feſtinarent. Inter hæc nox ſuperveniens conventum ſolvit, poſtera die cum aurora radios ſuæ lucis repræſentaret, omnes armãtur, & levatis vexillis per deſcenſum fluminis ad pugnam gradiuntur. Cumq; torrentem qui Gulid dicitur tranſiſſent, acies pariter ſubſtiterunt. De hinc deliberant, ne omnis exercitus incaſſum fatigaretur, quod unuſquiſq; procerum duodecim ex ſuis mitteret, qui in unum agmen redacti hoſtes inveſtigarent. Hæc ſermocionantibus ſubito apparuerunt ſpeculatores Nortmannorum. Quos cum omnis multitudo inconſultis ducibus, confuſo ordine inſequerentur, peditum turmas in quadam villula offendunt, qui in unum conglobati facile ſparſim ſupervenientes repellunt, atq; retrorſum redire cogunt. Deinde perſtrepentibus ſecundum morem pharetris, clamor in cœlum tollitur pugna committitur. Equites Nortmannorum audito clamore, ſumma cum feſtinatione advolant, & ingravato prælio Chriſtianorum exercitus, peccatis facientibus, heu proh dolor terga vertit. In quo prælio epiſcopus Moguntiæ urbis Sunzo, & Arnolfus comes occubuerunt, nec non innumera multitudo nobilium virorum. Nortmanni patrata victoria, caſtra divitiis omnibus referta invadunt, & trucidatis quos in bello cœperant, onerati præda ad claſſem revertuntur. Fuit vero hæc cædes facta 6. kalen. Julii. Dum hæc aguntur, Arnolfus rex in Bajoariorum extremitatibus morabatur, inſolentiam Sclavorum reprimens, cui cùm nuntiata eſſet ſuorum ſtrages, hoſtiumq; victoria, primo pro amiſſis fidelibus nimium triſtatur, & querelam cum gemitu deponit, quod Franci eatenus invicti, adverſariis terga darent. Deinde indignitatem rei animoſo in pectore verſans, in hoſtem accenditur, & congregato ex orientalibus regnis exercitu, mox Rheno tranſmiſſo, circa littora Moſæ caſtra ſtatuit. Interiectis diebus Nortmanni ex ſuperiori pugna elati, cũ omni virtute ad deprædãdum proficiſcuntur. Contra quos Rex cũ expeditis ad pugnã procedit. Illi cementes acies appropinquare, ſuper fluviũ qui Thilia dicitur, ligno & terræ congerie more ſolito ſe communiunt, & cachinnis & exprobrationibus agmina laceſcunt, ingeminantes cũ inſultatione, & deriſu ut memorarentur Guliæ, turpisq; fugæ, cedisq; patratæ, poſt modicum ſimilia paſſuri. Rex felle commotus, exercitum jubet deſcendere, & pedeſtri congreſſione cũ adverſariis decertari. Qui dicto citius ab equis deſilientes, clamore exhortationis dato, præſidium inimicorũ irrumpunt, & (Deo vires cœlitus adminiſtrante) eos uſq; ad internitionem ferro cædunt, terræq; proſternunt, ita ut ex innumerabili multitudine vix reſiduus eſſet, qui ad claſſem adverſum nuntium reportaret. Rebus feliciter geſtis, Arnolfus in Bavariam revertitur.

Ribuarii alli.

Maguntin. epiſcopum a Nortmannis occiſum.

Arnolfus rex contra Nortmannos potitur victoria.

Eodem anno Hatto venerabilis Abba, in Maguntiacenſi eccleſia Metropol. conſecratur, qui hactenus in Augia monaſterio multorum pater extitit monachorum.

Hatto mona. Augienſis fit epiſcopus Magun.

Anno. do. incar. 892. Menſe Febr. Nortmanni qui ad naves remanſerant, Moſam tranſeuntes, Ribuariorum pagum ingreſſi, & ſecundum crudelitatem ſibi ingenitam cuncta devorantes, pervenerunt uſq; Bonnam, inde digreſſi occupaverunt quandam villam quæ Landolfeſdorff dicitur, ubi occurrit eis exercitus Chriſtianorum. Sed nihil dignum quid virtuti aſſcribatur egit. Nocte ſuperveniente receſſerunt. Nortmanni à jam dicta villa, & formidantes hoſtilem impetum, nequaquam auſi ſunt ſe committere planioribus, atque campeſtribus locis, ſed ſilvas ſemper tenentes.

tenebras exteriores missus, qui interioribus sua sponte se tradiderat, orbatusque Ludovicum avunculum suum adiit, miseriarum & calamitatum suarum ærumnas apud eum lugubriter deplorant, ille miseratione motus Absternatum monasterium sancti Willibrodi ei ad subsidium vitæ præsentis concessit, ubi non multo post tempore mortuus est & sepultus.

Anno domini. incar. 871. Adrianus papa migravit ad dominum, & Joannes summi pontificis culmen adeptus est.

Provinciæ quædam a Ludovico imperat. deficiunt. Adalgisus.

His diebus Adalgisus dux Beneventanus græcorum persuasionibus corruptus, adversus Ludovicum Imperatorem manum levavit, etenim ejus hortatu plurimæ civitates, provinciarum, Samnii, Campaniæ & Lucaniæ à Ludovico recedentes, græcorum dominationi se subdiderunt quibus cognitis Imperator in provincia Samnitica exercitum transfert, petiturus harum provinciarum caput Beneventum, ditissimam & opulentissimam civitatem. Adalgisus adventare exercitum sentiens timore perterritus, ad callida argumenta convertitur, & Benevento egressus, Imperatori ultro se offert, paratum se esse, & semper fuisse ad ejus obsequium profitetur, numquam defectoribus se assensum præbuisse, juramento confirmat, deinde muneribus regem sibi conciliat, ac mox in pristinam recipitur gratiam. Imperator in Campaniam & Lucaniam ad civitates quæ defecerant copias transponit. quas absque difficultate in deditionem recepit, excepto Capua, quæ quia quadrato lapide erat constructa, audaciam repugnandi civibus præbuit. Cingitur itaque obsidione, omnisque aditus intrandi penitus intercluditur, in circuitu vallatur, cuncta hostili rapacitate diripiuntur. Novissime vites & oliveta, & ceteræ fructiferæ arbores radicitus exciduntur. Capuani

Capua obsidetur.

S. Germanus.

desperatis rebus episcopum civitatis adeunt, corpus sancti Germani episcopi, cujus animam venerabilis pater Benedictus in sphæra ignea ab angelis in cœlum viderat deferri, in feretro levant, & sic portis apertis supplices castra Imperatoris petunt, orantes ejusdem sancti interventu sibi veniam largiri. Augustus ut totis pietatis visceribus affluebat, misericordia motus, erratus atque excessus benigne indulsit, præcepitque exercitui ab excidio retrahere manum. Expulsis itaque Græci, custodes ex numero satellitum in civitatibus quas receperat, locat, & Beneventum proficiscitur, ubi aliquantisper decreverat immorari Exercitus longa civitatū obsidione fatigatus, genitale solū cœpit suspirare, post emensos labores quietē desyderare, conjugum ac liberorum dulces amplectus ante oculos mentis revocare, & hac ex causa. paulatim cottidie diffluere. Interim Adalgisus ut

Adalgisi callidum & fraudulentum ingenium.

erat callidus ingenio, Imperatorem alloquitur. cur vires suorum nullis exigentibus causis, profligaret, cur agros villasque suæ ditioni subditas hostiliter depopulari permitteret? oportēretque ut & fessis optata concederent, & regio quæ penè devastata erat, clementia principis salvaretur. Flexus his suggestionibus Imperator exercitum, & pro maxima parte absolvit, & ad propria repedare permisit, ipse cum paucis in eodem loco remanet, nil adversi suspicatus. Adalgisus regē destitutum suorum viribus cernens, jam dudum conceptam iniquitatem parturit, & cum suæ conspirationis sectoribus palatium in quo Imperator meridie quiescebat, occupare nititur, Rex à strepitu & clamore irruentium excitatus, lecto desilit, arma corripit, & cum perpaucis corporis sui custodibus, ad ostium domus turbatus repentina irruptione procedit, aditumque ferro intercludens, hostem à liminibus arcet, Adalgisus sentiens non sine discrimine ostia domus esse penetranda, ab introitu pedem retrahit, palatiumque flammis jubet exuri. Interea rex inducias sibi dari petit, pacemque obnixe deposcit, cui responsum est, non aliter petita impetraturum, nisi prius jurejurando devovisset, nunquam se diebus vitæ suæ Beneventi fines intraturum, neque ex calumnia quam tunc patiebatur, vindictam aliquando exacturum, allatis itaque sanctorum pignoribus, necessitate constrictus, Sacramentum quod ab eo exigebatur, juravit, statimque posterea die à Benevento exivit,

Anno domini. incar. 872. Ludovicus Imperator Romam venit, ibique conventum celebrans, coram summo pontifice multa super Adalgisi tyrannide conquestus est. Tunc à senatu Romanorum idem Adalgisus Tyrannus, atque hostis reipublicæ declaratur, bellum etiam adversus eum decernitur, Joannes papa Imperatorem à juramento quo se obligaverat, auctoritate dei & sancti Petri absolvit, adfirmans nihil obesse, quod ob mortis periculum evadendum coactus fecerat, Nec sacramentum esse dicendum quod contra salutem reipublicæ, quamvis cum multis execrationibus, fuerit probatum. His exhortationibus principis animus ad rediviva certamina provocatur, tamen ne à suis periurus diceretur, nequaquam ipse contra tyrannum procedit, sed reginam cum exercitu dirigit. Adalgisus certis indiciis colligens, bellum adversum se summis viscēribus parari, hostemque se ac Tyrannum esse denunciatum, suæ nequitiæ consciius, metu perterritus,

Adalgisus in Corsicam fugit.

& spem vitæ in fuga ponens, in Corsicam insulam secessit, ibique ad tempus latuit.

Anno dominicæ incarna. 874. Locustarum inæstimabilis multitudo mense Aug. ab oriente

Locustæ Galliam devastant.

veniens, totam penè pervastavit Galliam, quæ majores erant quam ceteræ locustæ, habebantque sena alarum remigia, & mirum dictu est, ut castrorum acies, destinctis ordinibus per aëra ferebantur, vel terræ incumbentes castra metiebantur. Duces cum paucis exercitum itinere unius dei præibant,

Locustarum ordo militaris.

quasi loca apta multitudini provisuri. circa horam nonam ubi duces pridie venerant, insidebant, nec à loco occupato movebantur, quousque sol suum repræsentaret ortum, tunc per turmas sua, profisciscebantu,

proficiſcebantur,ut in parvis animalibus diſciplinam militarem cerneres, ſegetibus veſcebantur, quæ ab eis ita depaſtæ ſunt,ut veluti immani tempeſtate conſumptæ viderentur,ſpatium diurni itineris quatuor aut quinq; miliaribus extendebatur,pervenerunt autem uſque ad mare Brittanicum, ſuperficiem terræ cooperientes,in quo,Deo volente, violento ventorum flatu impulſæ,atq; in profundum aſportatæ,demerſæ ſunt. Æſtu vero atque refuſione oceani rejectæ,littora maritima repleverunt, tantaq; congeries facta eſt,ut ad inſtar montium cumulatæ coacervarentur, ex earum fœtore ac putredine aer corruptus,diram peſtem finitimis generavit,ex qua multi perierunt.

Per id tempus Carolus Andegavenſem obſidebat urbem,deniq; Nortmani poſtquam Ruodbertum & Ranulfum,& alios generoſæ ſtirpis viros, qui patriæ terminos armis tuebantur,Deo habitatoribus terræ adverſante,occiderunt, cum nemo inveniretur,qui eorum violentiæ reſiſteret,ſollicitati paucarum civitatũ vel regionũ deceptione,ex præda ſingularum, quantæ opes univerſarum eſſentatio proſpicientes, Andegavis civitatẽ civibus fuga dilapſis, vacuam reperientes ingrediuntur,quam cum munitiſſimam,& pro ſitu loci inexpugnabilem eſſe vidiſſent,in lætitiã effuſi, hanc ſuis ſuorumq; copiis tutiſſimũ receptaculum adverſus laceſſitas bello gentes fore decernunt. Protinus navibus per Medanam fluvium deductis mulieribus, & parvulis, veluti in ea habitaturi intrant,diruta reparant,foſſas,valloſq; renovant,& ex ea proſilientes,repentinis incurſionibus circũjacentes regiones devaſtant. Quod cum Carolo tam pernicioſa peſtis in viſceribus regni intercluſa nunciata eſſet,illico ex omnib. regnis quæ ſuæ ditioni parebant, veluti ad commune incendium extinguendũ,exercitum colligit,atq; caſtris in circuitu poſitis,civitatem obſidione cinxit. Et quia Medana fluvius à partib. Brittaniæ urbis murum abluebat,Salomoni regi Britonum mandat, ut contractis auxiliis citius adventaret,ut cõmunem hoſtẽ communib. viribus expugnarent. Qui aſſumptis ſecum multis Britonũ millib. ſuper ripam fluminis Medanæ tentoria fixit. Igitur ex omnibus partibus urbe obſidione circundata,multis diebus undiq; ſumma virtute dimicatur, & nova & exquiſita machinamentorũ genera applicantur,ſed conatus regis proſperitatis effectum non obtinuit,quia & loci facies non faciem præbebat acceſſum,& paganorum valida manus,quia pro vita res erat,ſummo reſiſtebat conamine. Exercitus immenſæ multitudinis cũ longæ obſidionis tædio, famæ, & gravi peſtilentiæ morbo atteretur,cernentes Brittones urbem inexpugnabilem,conati ſunt fluviũ à ſuo alveo deſtivare,ut exſiccato naturali meatu, naves Nortmanorum invadere poſſent. Cœperunt itaque foſſam miræ proſunditatis ac latitudinis aperire,quæ res tantæ formidinis metũ Nortmanis ingeſſit,ut abſq; dilatione ingentem pecuniam Carolo pollicerentur,ſi ſoluta obſidione,eis ex ſuo regno liberum præberet egreſſum. Rex turpi cupiditate ſuperatus,pecuniam recepit,& ab obſidione recedens,hoſtib. viam patefecit,illi conſcenſis navibus,in Ligerim revertuntur, & nequaquam ut ſpoponderant,ex regno ejus receſſerunt, ſed in eodem loco manentes,multo pejora & immaniora, quam antea fecerunt. Anno do incar 874. Ludovicus Imperator qui Italiæ regnum regebat,moritur. Fuit vero ille princeps pius & miſericors,juſtitiæ deditus,ſimplicitate purus, eccleſiarum defenſor,orphanorum & pupillorum pater,eleemoſynarum largus largitor,ſervorũ Dei humilis ſervitor,ut juſtitia ejus maneret in ſeculum ſeculi,& cornu ejus exaltaretur in gloria.

Medana fluvius.

Eodem anno Salomon rex Britonum à Paſquitano, & Vurfando ducibus ſuis dolo interficitur, poſt cujus mortem cũ hi duo regnum ejus inter ſe dividere vellent,ſed in diviſione diſſentirent, eo quod maxima pars Paſquitani partib. faveret,bellum ab utriſq; ſummis viribus inſtauratur. Paſquitanus quanquam majore multitudine abundaret, Nortmanorum tamen auxilia pecunia conducit, eaq; ad ſupplementum virium ſuo exercitui miſcet,& mox contra æmulum ad pugnam proficiſcitur. Vurfandi ſatellites videntes vires regni ad Paſquitanum conceſſiſſe, cœperunt ab eo diffugere, ut vix mille cum eo in acie remanerent. Qui & ipſi cœperunt ſuadere,ut ſecederent, mortisq; periculum declinarent, ſe cum paucis innumeram multitudinẽ ſuſtinere non poſſe. Ad hæc ille reſpondit: Abſit inquit optimi commilitones,ut hodie faciã quod nunquam feci,ſcilicet ut inimicis meis terga vertam,& gloria nominis noſtri infametur. Melius nobiliter mori,quam ignominia vitã ſervare,nec diffidẽdum de victoria,fortunæ vires cum hoſtib. experiamur. Neq; enim ſalus eſt in multitudine ſed potius in Deo,hujuſcemodi exhortationib,animarum ſociis, ſuper triginta, & eo amplius, ut ferunt,adverſariorũ milia irruunt,clamor in cœlum tollitur,pugna ſumma virtute conſeritur, Vurfandus cum ſuis conſertiſſimam hoſtiũ aciem irrumpit,& veluti herba pratorum reciſa, ante acumen falcis cadit,& ubertimæ ſegetes, procella tempeſtatis deſæviente proſternuntur, ita ferro cædit,ſternitq; omnia. Raro in illo regno,in ullo prælio tantum ſanguinis fuſum eſt. Paſquitanus, ut maclari ſuos, more pecudum vidit,cum paucis, quos gladius nec dum conſumpſerat fugit. Porro Nortmani qui in auxilium fuerant cõvocati,monaſteriũ ſancti Melanii epiſcopi ingreſſi ſunt, ibiq; ſe more ſolito communiunt,& ſuccedente nocte fuga dilapſi,ad naves revertuntur. Fuit vero geſtum hoc prælium in campis juxta civitatem Rodonis. Erat hic Vurfandus genere inter ſuos clarus,ſed vi tutum experimentis & nobilitate clarior,quæ tanta fuit in illo, ut animi magnitudine, virtumq; gloria inter ſuos,ut diximus, nulli videatur eſſe ſecundus,ad cujus audaciam, mentiſque conſtantiam demonſtrandam,unum è multis ponere placuit. Nam cum Salomon rex hyemis tem-

Vurfandi laus.

pore aliquando contra Nortmanos caſtra poſuiſſet, ut ab eorum incurſione fines regni ſui tuerentur, ibiq; multis diebus resideret, quadã die cum ſermo inter ſocios teneretur de audacia, & duricia Nortmanorum, Vurfandus ſe ultra vires præſumens arrogãter jactavit, ſi rex cum exercitu recederet, ſe tantummodo audere cũ ſuis in eodẽ loco remanere, & tribus diebus poſt deceſſum regis immorari. Dicebant vero caſtra Britonum à Nortmanorum claſſe tantum octo miliaribus, nunciata ſunt verba quæ Vurfandus quaſi leviter protulerat, neſcio à quo Haſtingo duci paganorũ. Nõ multo poſt interjecto tempore, datiſq; quingẽtis vaccis, Salomon pacẽ cum Nortmanis fecit, & acceptis obſidibus, cum redire in regnum diſponeret, Legatus Haſtingi eum taliter alloquitur. Nunciatum eſt Domino meo te tantum virum habere, qui ſe jactet quod te recedente ſolus cum ſuis hoc in loco audeat remanere. Si ergo tantus eſt quantus ſibi videtur, incunctanter remaneat, quia dominus meus vult eum videre, audaciſq; viri deſyderat noticiam habere. Interrogatus aũt Vurfandus à rege, utrum tale aliquid profeſſus eſſet, reſpõdit ſe talia dixiſſe, & hæc eadem facere velle, protinuſq; licentiam ibi remanendi petit. Cum à principe objurgatus, cur tã fatua obſtinatione detentus, proverbiis inaniter inventum prolatis, vellet mori, ſuoſq; morti tradere, nullatenus acquievit, aſſerens niſi remanendi licentiam daret, nequaquàm illi fidelis in reliquum foret. Sed cum Salomon inrevocabilem ejus animum perſpexiſſet, dare ei ſolatium ex ſuis ſatellitibus voluit, quod tenuit ſuſcipere affirmans ſi alios, quam ſuos ſecum haberet, jam non eſſe vera quæ ſnoponderat. Rex cum omnibus copiis in regnum receſſit, & Vurfandus in eodem loco cum ducentis fere viris remanſit, ibiq; quinque dieb. expectavit. Sexta nocte Haſtingus quendam captivum abſolvit à vinculis, & eũ ad Vurfandum direxit, mandans ut ſibi ad vadũ cujuſdam torrentis inter tertiam & ſecundã ſupervenientis diei horas occurreret, ut mutuis colloquiis fruerentur. Qui nihil cunctatus arma corripere, ſociis imperat, & ad cõdictum locum abſq; mora peragit, proſpiciensq; vadum torrentis inter ſuos & adverſarios, quaſi limitem fore, nullo modo ibi conſiſtere voluit, ſed transvadato gurgite ultro obviã hoſtibus procedit. Nortmani admirantes animoſitatẽ & audaciam viri, ab eo declinaverunt, nec eũ bello lacerare auſi ſunt. Ille autem uſq; ad horam ſextam intrepidus expectans, cum neminem adverſæ partis venire cerneret, cum ſuis ad propria reverſus eſt. Nec illi animus minus in mortem invectus, quàm in hoſtem fuit. Deniq; poſt peractam victoriam morbo graviter ad extremũ deducitur, cujus invaletudinem cum perſenſiſſet Paſquitanus reſumptis viribus, fautores ejus bello aggreditur, qui perterriti timore ad ducem confugiunt, & cum lachrymis ei minas Paſquitani aperiunt, petentes contra imminens periculum conſilium. At ille hortatur ut adverſus hoſtem audaciter procedant, ſuũ vexillum ferentes, polliceturq; victoriam. Qui cum reſpondiſſent ſine ejus præſentia non audere cum adverſariis congredi, ſpiritum qui una cum virib. corporis jam penè effugerat, reſumens, quia nec pedibus, neque equo poterat ire, jubet ſe in lecto portari, & ante aciem inimicorum expoſi, & ſic ſubire certamen. Quod cum Satellites feciſſent, ejus mox hoſtes in fugam verſi ſunt, patrata victoria, eum cum reportare vellent domum, inter manus militum, ſpiritum qui tantummodo in pectore palpitabat, exhalavit. Paucis autem interpoſitis diebus Paſquitanus & ipſe defunctus eſt. Poſt horum duorum continuas mortes Indicheil, ex filia Heriſpon regis natus, & Alanus frater memorati Paſquitani Britanniam inter ſe partiti ſunt, inter quos etiam multa jurgia, & bella fuerunt. Sed Iudicheile, in prælio quod contra Nortmanos magis audacter, quàm provide geſſerat, interempto, ditionem Alani omnis Britannia conceſſit, qui & hanc ſtrenue hactenus gubernat.

Vurfandus moritur. & Paſquitanus paulopoſt.

Eodem anno Carolus Romam perrexit, & datis apoſtolico Joanni, & Romanis magnis muneribus, Imperator creatur.

Anno incar. 886. Ludovicus rex apud Franchonefurt palatium, diem clauſit extremum 5. kalen. Septemb. ſepultus eſt in monaſterio ſancti Nazarii, quod Lorasham nuncupatur. Fuit autem iſte Princeps Chriſtianiſſimus, fide catholicus, non ſolum ſecularibus, verumetiam eccleſiaſticis diſciplinis ſufficienter inſtructus, quæ religionis ſunt, quę pacis, quæ juſtitiæ, ardentiſſimus executor. Ingenio calliditiſſimus, conſilio providẽtiſſimus, in dandis ſive ſubtrahendis publicis dignitatibus, diſcretionis moderamine temperatus, in prælio victorioſiſſimus. Armorum, quàm conviviorum apparatibus ſtudioſior, cui maxime opes erant inſtrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem, quàm auri fulgorem. Apud quem nemo inutilis valuit. In cuius oculis perraro utilis diſplicuit, quem nemo munerib. corrumpere potuit. Apud quem nullus per pecuniam eccleſiaſticam, ſive mundanam dignitatem obtinuit, ſed magis eccleſiam probis moribus, & ſancta converſatione mundana, devoto ſervitio, & ſyncera fidelitate. Habuit autem hic glorioſiſſimus Rex cujus memoria in bẽnedictione eſt, reginam nomine Hemmam ſibi in matrimonium junctam, quæ nobilis genere fuit. Sed quod magis laudandum nobilitate mentis multo præſtantior, Ex quâ tres filios ſuſcepit, excellentiſſimæ indolis videlicet Carlomannum, Ludovicum, & Carolum qui fœlici ſorte poſt deceſſum patris, imperii moderati ſunt gubernacula.

Carolus autem audito quod frater à ſeculo receſſiſſet, nimia (ut aiunt) exultatione perfuſus eſt, arbitratus portionem regni Lotharii, quam idem frater tenuerat, in ſuos libitos conceſſuram.

Exerci

Exercitum ergo quanta potuit celeritate adunavit, & cum omnibus viribus regnum ingressus ad Aquis palatium venit, ubi paucis diebus moratus, Coloniam profectus est.

Dum hæc aguntur in memorato regno Carolomanus primo genitus Ludovici, Italiæ fines intravit, cupiens eam paterno, suoque subjugare dominatui. Siquidem Ludovicus Imperator jam (ut diximus) ab hac luce subtractus fuerat, & Carolus Imperatoris nomen reportans, ex Italia excesserat. Carolus vero frater ejus, in Alemania morabatur. Porro Ludovicus, qui ad patris obitum fuerat, funerisq; ejus obsequia condigno honore celebraverat, apud Franckfurt, principalem sedem orientalis regni, residebat, cui cum nunciatum esset quod Carolus avunculus ejus, jam regni paterni terminis occupatis, circa Rhenum fluvium castra posuisset, nimio furore accenditur, statimque legatos ad eum dirigit, orans, ut memor esset germanitatis, atq; consanguinitatis, memor esset nominis domini nostri Jesu Christi, cujus mentionē coram nonnullis testibus facientes ipse & frater, quando regnā inter se diviserunt, terribili essent alternam pacem adinvicem pacto polliciti, & pertimescens tantum nomen in vanum accipere, redderet domino juramenta sua, fœdus quod alterutrum pepigerat inviolabile maneret, parceret gladio, & humanum fundere sanguinē, tam dira cupiditate infectus, formidolosius exhorresceret, foret sua sorte contentus, & funiculo hæreditatis divinitus sibi collato, pacifice frueretur. Aliena jura non invadens, nō subtrahens, nō perturbans, nō esset in tanto viro vanæ gloriæ typus, non supercilii fastus, non alterius usurpandi terminos ambitio, sed justitia, caritas, & concordia regnaret, ac summum pacis inter illū & nepotes teneret omnino fastigiū. Sed hujus cōmodi monita Carolus sprevit, asserens se cū fratre, non cum nepotib. pepigisse. Interim Ludovicus exercitū ex Saxonia, Turingia, & orientali Francia congregat, & ut in filio tantū paternos vultus, quantum animi subtilitatē, artium q; ingenia recognosceret, castra è regione Coloniæ contra castra Caroli super ripam fluminis magno apparatu collocat. Ipse aūt cum hostili virtute inter confluentes, & Arduennā Rhenum transit, nec defuit qui ad aures Caroli perferret nepotem cū omnib. copiis Rhenum transisse. Tunc primū animadvertit Carolus se à castris Ludovici esse illusū. Movit v. absq; mora exercitū cum eo, & eo amplius, ut ferunt, millib. in pago Meginense, non longe ab Andernaco castello, adversus eū ad pugnā procedit, sed non salvatur ex multa virtute, fallax n. equus ad salutē. Siquidem inito certamine Reginarius comes, qui regium vexillū ferebat, primo impetu extinguitur. Confertissimæ acies Ludovici à sociis irrūpuntur, & sicut ignis in stipula immissus fervit, & in momēto cuncta devorat, ita vires adversariorū ferro conterunt, terræ prosternūt. Exercitus Caroli graviter cæsus terga vertit, & Ludovici victoria fuit. Carolus videns suos fugere, & ipse fuga vitā servavit, fero secū revolvens, quāti discriminis sit, æquitatis jura divinarū humanarūq; legum institutionib. roborata, immoderatæ cupiditatis ambitione violare velle. Acta est autē hæc strages 8. id. Octob. Post hæc cū venerunt tres supradicti fratres in loco, qui dicitur Saulifelt, & ibi diviserunt paternum regnum, Carolomannus fortitus est Bajoariam, Pannoniam, & Carnutum, quod corrupte Carantanum dicitur, nec non & regna Sclavorum, Beheimensium, & Marahensium. Ludovicus orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Fresiam, & partem regni Lothatii. Porro Carolus Alamaniam, & aliquas civitates ex regno Lotharii.

Carolomanus primogenitus Ludovici Imp.

Ludovicus exercitū contra Carolum Imp. ducit.

Andernacum.

Divisio regni filiorum Ludovici Imperatoris.

Anno dom. incar. 877 Carolus senior Romā secundo profectus est, ubi jampridē imperatoris nomen, à præsule sedis Apostolicæ Joanne, ingenti pretio emerat, regnūq; Italiæ magis in transeundo, vidit, quam regendo potitus est. Ab urbe Roma in Langobardiam reversus. Bosoni,* Germanichildis reginæ, Hirmingardē filiā Ludovici Imperatoris in matrimoniū jungit, dies nuptiarū tanto apparatu, tantaq; ludorum magnificentia celebratus est, ut hujus celebritatis gaudia, modū excessisse ferantur. Dedit insuper eidē Bosoni provinciā & corona in vertice capitis imposita, eū regem appellari jussit, ut more priscorū imperatorū, regibus videretur dominari. Evolutis deinde paucis diebus, Papiā ingreditur, in qua cū disponendis publicarū rerum negotiis animū intenderet, repentine nuntiatum est ei Carolomannū cum ingenti armatorū multitudine Langobardorū ditionem introisse. Mox pavore solutus, Ticinū, Padumq; transit, & summo annisu in Gallias repedare cōtendit. Sed prius quam Alpium præeminentia juga, angustaq; itinera attingeret, ægritudine pulsatur, quam protinus secuta est finem vitæ imposuit. Est aūt fama quod à quodam Judæo qui vocabatur Sedechias, poculum mortis ei propinatum sit, qui ei familiarius adhærebat, eo quod in medendis corporum passionibus, singularem experientiā habere diceretur. Porro hic sicarius planè erat, & magicis præstigiis, incantationibusq; mentes hominū deludebat. Obiit vero pridie Non. Octo. corpus ejus levatum est in feretro, à suis extra Italiā deportatur. Sed quia fœtor intollerabilis ex putredine cadaveris hajulantes gravabat, compulit illud terræ mandare. Post aliquantos annos ejus ossa translata sunt, & Patisius in monasterio sancti Dionysii honorifice sepulta, cui successit in regnum filius Ludovicus.

Carolus rex Gall. imperium Romanum emit à pontifice.

*Rosymoni alibi.

Carolus imperator à Judæo necatus veneno.

Versellis inhumatus fuit in ede divi Eusebii.

Anno dom. incar. 888. Eclypsis lunæ magna facta est, mense Octob. die 16. Item eodem mense Eclypsis Solis accidit die 28. circa horam nonam.

Paucis interjectis diebus, Ludovicus rex filius Caroli, qui Balbus appellabatur, eo quod impeditioris, & tardioris esset eloquii, ab hac luce subtractus est. Fuit vero iste princeps; vir simplex ac mi-

tis pacis, justitiæ, & religionis amator. Habuit aût cum adhuc juvenilis ætatis flore polleret, quandã puellam nobilem nomine Ansgard, sibi conjugii fœdere copulatam, ex qua duos liberos suscepit elegantis formæ, ac ingentis animi, virtute præstantes. Horum unus Ludovicus, alter Carolomanus vocabatur. Sed quia hanc sine genitoris conscientia, & voluntatis consensu, suis amplexibus sociaverat, ab ipso patre ei postmodum interdicta, & interposito jurisjurandi Sacramento, ab ejus consortio in perpetuum separata. Tradita est autem eidem, ab eodem patre Adalheidis in matrimonium, quàm gravidam ex se reliquit. Idem rex cum obiret, quæ tempore pariendi expleto, enixa est puerum, cui nomen Avi imposuit, eumq; Carolum vocitari fecit.

Ansgard. Adelheidis.

An. do. incar. 879. Boso de quo paulo superius mentionẽ fecimus, audita morte Ludovici, à Provincia egreditur, totamq; Burgundiam occupare nititur. Deniq; nonnullos episcopos, partim minis partim suasionibus, in societatis fœdera colligit, & Lugdunum ingressus, ab Aureliano ejusdem urbis metropolitano, & aliis pontificibus in regem super præfatum Burgundiæ regnum inungitur, pro nihilo ducens adolescentes filios Ludovici, & velut degeneres despiciens, eo quo à jussu Caroli, eorum genitrix sprета, atq; repudiata fuerit. Quæ res obtulit illi magis continuũ clam odium, ac periculorum dispendium, quàm gloriæ, & dignitatis emolumentum. Siquidem jam dicti adolescentes Ludovicus, & Carolomanus, industria ac studio Hugonis abbatis, & aliorum procerum in regnũ sublimatorum, & eundem Bosonem diebus vitæ suæ omni instantia sunt persecuti. Nec solum illi; verum etiam alii reges Francorum per succedentia tempora adeo graviter nomen ejus tulerunt, atque exosum habuerunt, ut irrecuperabili ejus dejectione, & mortis exitio, non modo principes ac duces, sed etiam eorum satellites sacramentis, & execrationib. obligarentur. Fuit aût tam perspicacis ingenii, ut cum à multis, ut dictum est, regibus & regnis, assidue infectatus sit, à nullo tamen, aut capi, aut circumveniri aliquando potuerit. Tantæ moderationis, ut cum sibi faventes proscriptionibus damnarentur, bonisq; omnibus privarentur, nunquam insidiis suorum militum fuerit petitus, neq; fraude proditus, cum utrumq; hostes sæpe certassent.

Per id tempus Ludovicus qui Austrasiis imperabat, cognita morte æquivoci sui, regnum illius invadere disposuit, & transvadata Mosa, imperii fines occupavit. Cui occurrerunt duo memorati fratres cũ valida manu, sed intercurrentib. vicissim legationibus, nequaquam pugna committitur, sed pax roboratur. Adolescentes, quo impetu fœderatus ab eis recederet Ludovicus portionem regni Lotharii, quã avus, paterq; tenuerat, ex integro illi cõcesserunt, addita insuper Atrabatis abbatia sancti Vedasti. facta itaq; pactione, datisq; sacramentis, cũ in regnum idẽ rex reverteretur, repente obviam habuit Nortmanorũ innumerã multitudinem, juxta Carbonariã in loco, qui vocatur Thimnin, cũ ingenti præda ad classem repedantem, cũ quibus absq; mora conflixit, & (Deo propiciante) maxima ex eis parte gladio prostravit. Reliqui fuga dilapsi, in fiscũ regium se communiunt, ubi Hugo filius regis ex pellice natus, cũ incautius dimicaret, graviter vulneratus, ab hostibus rapitur, & inter adversariorum arma recidit. Rex existimans quod adhuc filius vivus ab inimicis servaretur, exercitus ab impugnationis infestatione juber cessare, ut quocunq; pacto, illũ incolumem recipere posset. Interea nox desuper veniens, regem cũ suis redire ad castra compulit. Normanni cadavera suorum flãmis exurentes, noctu diffugiunt, & ad classem dirigunt gressum. Rex diluculo consurgens, cum filium extinctum reperisset, nimio dolore afficitur, corpus ejus in loco compositum, ad Lorsheim monasterium imperat deferri, ibiq; tumulari.

An. do. incar. 880. Carolomanus rex Paralisi dissolutus, diem clausit extremũ 7. Non. Aprilis. sepultusq; est cum debito honore in Bajoaria, in loco qui dicitur Hodingas. Fuit vero iste præcellentissimus rex, literis eruditus, Christianæ religioni deditus, justus, pacificus, & omni morum honestate decoratus, pulchritudo ejus corporis insignis, vires in homine quoq; admirabiles fuere, nec inferior animi magnitudine. Permulta quippe bella cum patre, plurima sine patre in regnis Sclavorũ gessit, semperq; victoriæ triumphum reportavit. Terminos imperii sui ampliando, ferro dilatavit. Suis mitis, hostibus terribilis apparuit. Alloquio blandus, humilitate ornatus. In ordinandis regni negocius singulari solertia præditus. Sic, ut prorsus ei nihil deesse in regiæ majestatis competentia videretur.

Hunc ex legitimo matrimonio non est nata soboles propter infœcunditatem conjugis, sed ex quadam nobili fœmina filium elegantissimæ speciei suscepit, quem Arnolphum nominari jussit, ob recordationem reverendissimi Arnolphi Mettensis ecclesiæ episcopi, de cujus sancto Germine sua, aliorumq; Germanorum Francorum prosapia pullulaverat, quod non casu accidisse, sed quodam præsagio portentoq; futurorum actitatum videtur. Siquidem genealogia regum cœlitus provisa, per intervalla temporum, secundis incrementorum successionibus cœpit exuberare, quousque in magno Carolo summũ imperii fastigium non solũ Francorum, verum et diversarum gentium regnorumq; obtineret. Post cujus decessum, variante fortuna, rerũ gloria quæ supra vota fluxerat, eodem quo accesserat modo, cœpit paulatim diffluere, donec deficientib. non modo regnis, sed etiam ipsa regia stirpe, partim immatura ætate pereunte, partim sterilitate conjugum marcescente, hic solus de tam numerosa regum posteritate idoneus inveniretur, qui imperij Francorum sceptra susciperet, quod in subsequentibus suo in loco lucidius apparebit.

Digitized by Google

Ludovicus comperto quod frater obiisset, Bajoariam ingressus, Ratisbonam venit, ubi omnes optimates regni ad eum confluentes, ejus ditioni se subdiderunt. Concessit autem idem rex Arnolfo Corantanum, quod ei pater jam pridem concesserat, in quo situm est jam castrum munitissimum, quod Mosburgk nuncupatur, eo quod palude impenetrabili locus vallatus, difficillimum adeuntibus præbeat accessum. *Mosburgk.*

Anno dom. incarnat. 881. Carolus de Alemania egressus, Langobardorum fines occupavit, ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem accepit, & Romam perveniens, à præsule apostolicæ sedis Joanne, & senatu Romanorum favorabiliter exceptus, cum magna gloria Imperator creatus est.

Per id tempus Nortmanorum classis, Vualam fluvium ingressa, Neumago palatio regio applicuit, ibique castra posuit, quod factum cum ad notitiam Ludovici perlatum est, absque dilatione cum exercitu venit, & munitionem obsidione clausit. Collato nonnullis diebus certamine, non adeo prævaluit quia palatium ingentis magnitudinis, mirique operis hostibus tutissimum præbebat receptaculum. In qua congressione captus est adversarius Eberhardus Saxo, filius Meginardi comitis, & captivus ducitur, quoad postea mater Enessa magno precio dato, incolumem recepit. Postremo rex, accepta pollicitatione, quod si ab obsidione cessaret, Nortmanni continuo è regno ejus decederent, cum omnib. copiis recessit. Illo recedente, pagani palatium unà cũ munitione exurentes, flammis navibus accensis, hostia Rheni repetunt. *Eberhardus Saxo captus.*

Idem eodem anno mense Novembri, duo reges Nortmanorum Godefridus, & Sigefridus cum inæstimabili multitudine peditum, & equitum confederunt in loco, quĩ dicitur Haslou juxta Mosam, & primo quidem impetu finitima loca depopulãtes, Leodium civitatem, Trajectum castrum, Tungrensem urbem incendio cremant, Secunda incursione Ribuariorum finibus effusi, cædibus, rapinis, ac incendiis omnia devastant, Coloniam Agrippinam, Bunnam civitates cum adjacentibus castellis, scilicet Tulpiacum, Vilipiacum, & Nuis igne comburunt. Post hæc Aquis palatium idem Amalimundarias, & Stabilius monasteria in favillam redigunt.

An. dom. incar. 882. Arduennam percurrentes Prumiam monasterium ingrediuntur ipso die Epiphaniæ domini, ubi triduo, cõmorantes omnem in circuitu regionem depopulati sunt, in quo loco innumera multitudine peditum ex agris & villis in unum agmen conglobata, eos expugnatura aggreditur, sed Nortmanni cernentes ignobile vulgus, non tantum inerme, quantum disciplina nudatum, super eos cũ clamore irruunt, tantaq; cæde prosternunt, ut bruta animalia, nõ homines mactari viderentur. His itaq; patratis, onerati præda, ad castra redeunt, illis discedentib. ignis, qui in diversis habitaculis accensus remãserat, cũ nullus esset qui eũ extingueret, & monasteriũ cõsumpsit. *Prumia monasterium igne consumptum à Nortmannis.*

Dum hæc aguntur Ludovicus rex morbo gravatus, apud Franckfurt moritur 13. kal. Sept. sepultus est in Loresheim, juxta patrẽ in cœnobio. Habuit aũt Luitgardam reginam in matrimonium copulatam, ex qua filium unicum suscepit, quem nomine suo Ludovicum appellavit. Sed ut præmisimus, post obitũ fratris ad obtinendum regnum ejus, Bajoariam ingressus, & Ratisbona moraretur idem puerulus de fenestra cecidit & contractis cervicibus, statim expiravit, quæ non tantum immatura, sed inhonesta mors, non solum regi & reginæ, verùm etiam omni domo regiæ maximum luctum ingessit. Nortmanni, audita morte regis, nimio exultabant tripudio, etiam non de conflictu, sed de præda cogitant. Igitur cum omni ammonitione exiliunt, & Trevirorum nobilissimam civitatem Galliarum, Non. Aprilis, die sacratissimæ Cœnæ Domini occupant, utpote usq; sanctum diem paschæ, festa abitinere corpora recreantes, omne tentorium urbis circunquaque usque ad solum demoliti sunt, deinde civitatem flammis exurentes, Medimatrico dirigunt aciem. Quod cum reperisset ejusdem urbis episcopus Vualla, adjuncto sibi Bertolfo episcopo, & Andalhardo comite ultro illis obviam ad pugnam procedit. Inito certamine, Nortmanni victores exiterunt. Idem Vualla episcopus cecidit, cæteri fugierunt. Pagani iter quod cœperant, deferentes cum ingenti præda, summa celeritate ad classem revertuntur. *Treviris Galliarum à Nortmannis depopulatur.*

Ea tempestate Carolus Imperator in Italia morabatur, ubi diversis legationibus Germaniæ, ac Galliæ pulsatur, ut ad suscipienda regna, sibi hæreditario jure competentia, festinaret, & periclitanti imperio succurreret. Quod capite amisso, ludibrio hostibus erat. Qui nihil tardatus, cum omnib. copiis in Franciam venit, & cum Langobardis, Bajoariis, Allemannis, Turingis, Saxonibus, Fresonibus, & omnibus regnis suæ ditioni subditis, Nortmannos in supradicto loco obsidere exorsus est, sed conatus eius parũ effectum obtinuit, quanquã, ut diximus, ex diversis regnis, & gentibus inæstimabilis multitudo in unum confluxit, indignatione cœlesti super populũ. Christianam religionẽ profanantẽ desæviente. Novissime rex Godfridus Nortmannorum ea conditione Christianum se fieri pollicetur, si ei munere regis Frisia provincia concederetur, & Gisla filia Lotharii in uxorẽ daretur. Qui, ut optavit adeptus, baptisatus est, & ex sacro fonte ab Imperatore susceptus Sigifrido, & reliquis Nortmannis immẽsum põdus auri, & argẽti expositũ est, & tali tenore fines regni excedũt.

An. domin. incarnationis 883. Ludovicus frater Carolomani moritur apud sanctum Dionysium, ibique honorabiliter tumulatur, quem omnes Galliarum populi nimio planctu lamentati sunt. Fuit enim virtutis maximæ, regnumque sibi subditum à paganorum infestatione potenter, viri- *Ludovicus frater Carolomanni moritur.*

literque defendit. Inter cæteta quę strenue gessit, illud præcipue prælium commendatur, quod adversum Nortmanos in loco qui vocatur Sodalcurch summis viribus exercuit, in quo certamine, ut ferunt, plusquam octo millia hominum gladio prostravit. Carolomanus frater regnum illius obtinuit. Eodem tempore Bertulfus Trevirorum episcopus, migravit ad dominum 4. id. Sept. cui successit in Pontificali cathedra per electionem cleri, & totius plebis Ratbodus* reverendissimus antistes, 7. Idus Aprilis. His etiam diebus Ruopertus præsul ab eodem episcopo Ratbodo in Mettensi ecclesia consecratur, 10. kalend. Maii.

*Ratbodo alias.

Circa hæc tempora Hugo filius Lotharii, in spem recuperandi paterni regni ab aliquibus discordiarum, ac litium sectatoribus introducitur, omnesq; qui justitiam & pacem execrabantur, ad eum confluxerunt, ita ut paucis diebus innumera multitudo prædonum ejus dominationi se subdiderunt. Inter quos etiam nonnulli ex primoribus regnivana spe seducti, manibus datis accedunt, videlicet Stephanus, Rotbertus, Vuitbertus, Thietbaldus comites, Albricus, & fratre ejus Stephanus, tantaq; rapina, & violentia ab his in regno fit, ut inter horum, & Nortmannorum maliciam nil differret, præter quod à cædibus & incendiis abstinerent. Sic omnipotens Deus iratus regno Lotharii adversabatur, & talibus incrementorum cladibus, vires ejusdem regni radicitus exterminabat, ut prophetia sanctissimi Nicolai papæ, simul etiam maledictum quod super idem regnum protulerat, adimpleretur. Hoc ĕt tempore, idem Hugo Vuitbertum comitem, qui ab ineunte ætate sibi faverat, interfecit. Paucis de hinc interpositis diebus, Bernarium nobilem virum, sibiq; fidelissimũ dolo trucidare jussit, pulchritudine illius captus uxoris, quam absq; momento in matrimonium jungit. Vocabatur autem mulier Friderach, quæ antequam Bernario sociaretur, copulata fuerat Engilranno potenti viro, ex quo filiam peperit, quam postmodum Richininus comes in conjugium accepit, quam etiam propter stuprum commissum, idem comes decollari jussit.

Nortmani ad Sonum fluvium considunt.

An. do. incar. 884. Nortmani qui ab Hasiou recesserant, Sonum fluvium intrant, ibiq; considerũt, quorum crebertimas incursiones cum Carolomanus sustinere non posset, pecuniam pollicetur, si à regno ejus recederẽt. Mox avidæ gentis animi ad obtinendã pecuniam exardescunt, & 12. milia pondera argenti puri atq; probati exigunt, totidemq; annis pacem promittunt. Accepta tam ingenti pecunia, funes a littore solvunt, naves conscendunt, & marina littora repetunt. Interea Carolomanus venatum perrexit, ubi & ab apro graviter vulneratus, post modicum, vitam cum regno amisit, sepultusq; est apud sanctum Dionysium. Ajunt autem quidam, quod à quodam suo satellite, improvide arma ferenti, vulneratus fuerit, & quia non sponte, sed invitus hoc facinus commiserat, ideirco à rege celatum est, ne innoxius morti trãderetur.

Carolomanus ab apro vulneratus interit.

Nortmanni cognita morte regis, protinus in regnum revertuntur, itaq; Hugo Abbã, & cæteri proceres, legatos ad eos dirigunt, promissionem & fidem datam, violatam esse proclamant. Adhæc illi respondent, se cum Carolomano rege, non cum alio aliquo fœdus pepigisse, qui squis ille esset, qui in regnum ejus succederet, ejusdem numeri & quantitatis pecuniam daret, si quiete ac pacifice imperium tenere vellet. Territi hujuscemodi mandatis, optimates regni ad Carolum Imperatorem missos dirigunt, eumque ultro in regnum invitant, eiq; advenienti ad Gundolphi villam obviam procedunt, & manibus, sacramentisq; juxta morem datis, ejus ditioni se subdiderunt.

Eodem anno Nortmani qui in Chinheim, & Denemarca venerant, adsentiente Godefrido, Rhenum navigio ascendunt, & Dinsburch oppido occupato, munitionẽ in eodem loco more solito construunt, & in ea tota hyeme residunt. Contra quos Henricus dux castra posuit, & nullatenus prædas agere permisit. Redeunte vernali tempore, castris exustis, maritimis locis se recipiunt.

Lovacium tunc in regno Lotharii fuit.

His ĕt diebus Nortmani à Sono exeunt, & rursus in regno Lotharii revertentes, in loco qui dicitur Loven, castrametati sunt in confinio ejusdem regni, & continuis ejusdem regni infestationibus, utraq; regna fatigant, ad quorum maliciam compescendam, Imperator semel, & iterum exercitum misit, sed nihil dignum memoriæ adversus tantam violentiorum rapacitatem actum est.

An. dom. incarnat. 885. Hugo rebellare disponens contra Imperatorem, legatos ad Godefridum in Frisia occulte dirigit, eo quod illi esset affinitate conjunctus, propter sororem quam in conjugiũ acceperat, hortaturq;, ut in patriam mitteret, & auxiliorum validam manum undique contraheret & cum omnib. viribus sibi opem ferret, quatenus regnum paternum evindicare armis posset, & si ide jus industria, virtutisq; suffragio prosperitatis effectum obtineret, medietatem ipsius regni pro munere pollicetur. His suasionum promissionibus, Godefridus veluti veneno infectus, occasionis formitem inquirit, qualiter ac si juxta rationem à fidelitate Imperatoris se subducere prævaleret, statimq; Gerolfum, & Gardolfum comites Frisonum, legatos ad Cæsarem dirigit, mandatq; si vellet cum ea, quam pollicitus fuerat fidelitatem, perseveraret, finesq; regni sibi commissos, ab incursione propriæ gentis defensaret, Confluentem, Andrenacum, Sucicha, & nonnullos alios fines obsequiis imperialibus deditos, sibique largiretur, propter vini affluentiam, quæ in his locis erat, eo quod terra, quam ex munificentia principis possidendam perceperat, minimè vini ferax esset. Agebat autem hoc ea animi intentione, ut si petita sibi largirentur, suos in viscceribus regni immiscere posset, & varios eventus speculari. Si autem denegarentur, nihilominus offensus in sibi prohibitos, quasi justitia dictante, rationalibus desævire posset, rebellionisq; causa suscipere. Quorum callida machi-

namenta, & factionum conſpirationes cum perſenſiſſet Imperator, cum Henrico viro prudentiſſimo altiori cõſilio pertractat, quo ingenio hoſtem, quem in regni extremitatibus introduxerat, extinguere poſſet, & ſciens loca inacceſſibilia exercitui, propter diverſarum aquarum innumeros decurſus, & impenetrabiles paludes, magis id arte quàm ex virtute experiri ſtatuit. Legatos igitur reſponſo ſuſpenſos abſolvit, & ad Godefridum redire permiſit, aſſerens per ſuos miſſos de omnib. legationum ſuarum cauſis ea reſponſa tradditurum, quæ ſibi & eidem Godefrido eſſent convenientia, tantum ut in cœpta fidelitate perſeveraret. Poſt hæc Heinricum ad eundem virum mittit, ut fraus quæ ſtruebatur, occularetur, cum eo Vuilibertum venerabilem epiſcopum Coloniæ Agrippinæ, qui ſuis ſatellibus ſecreto imperat, ut per Saxoniam properantes, non agmine facto, ſed ſparſim ſibi occurrerent loco & die quo eis edixit, ipſe cum perpaucis Coloniam venit, & aſſumpto cum præfato epiſcopo mox in Battuam proficiſcitur. Godefridus audito eorum adventu, illis obviã proceditad locum qui dicitur Heriſpich, in quo Rheni fluenta, & Vual uno ſe alveo reſolvunt, & ab invicem longius recedentes Battuam provinciam ſuo gurgite cingunt. Hanc inſulã ingredientes epiſcopus & comes multa à Godefrido audiunt, multa ex parte Imperatoris reſpondent, dies ad occaſum vergitur, ſoluto colloquio inſula excedunt, hoſpitia repetunt, in craſtinum reverſuri. Heinricus epiſcopum hortatur, ut die ſubſequenti Giſlam uxorem Godefridi extra inſulam evocaret, eãque ad pacis ſtudium revocare ſatageret, interim ipſe cum Godefrido cauſam Eberhardi comitis agitaret, cui rerum poſſeſſio ab eo violenter diripiebatur. Deinde perſuadet eidem Eberhardo, ut de injuſtitia quam patiebatur, in medio adſurgens ſe proclamaret, & cum à ferocis, & barbaræ gentis homine durius, & contumelioſis verbum ſibi eſſet prolatum, abſque mora evaginato gladio eum ſummo anniſu in capite percutit, antequã à terra elevari poſſet. Quid plura? Ab Eberhardo primo percuſſus, & ſatellib. Henrici confoſſus Godefridus moritur, omnesq; Nortmanni qui in Batua reperti ſunt, trucidãtur. Nõ multis poſt interpoſitis diebus Hugo ejuſdem Henrici conſilio ad Gundulfi villam promiſſionib. attractus, dolo capitur, & juſſu Imperatoris ab eodem Henrico ei oculi eruuntur, omnesq; faventes dehoneſtantur, Poſt hæc in Alemania in monaſterium ſancti Galli mittitur, interim poſtea in patriam revocatur. Noviſſime temporibus Zundibolchi regis in Prumia monaſterio manu mea attonſus eſt. Eram enim tunc temporis, in eodem loco dominici ovilis, quamvis non idoneus, tamen cuſtos, ubi non poſt multos annos moritur & ſepelitur.

Battua inſula.

Hugoni oculi eruuntur

Regno noſter tũo temporis cuſtos Monaſterii Prumienſis.

Anno dom. incarn 886. Nortmanni à Sonno fluvio exeunt, & rurſus in regno Lotharii revertentes, in loco quĩ dicitur Loven caſtra ſedesq; ſtatuunt, ſcilicet in confinio utriuſq; regni, & continuis incurſionum infeſtationib. utraq; regna fatigant, ad quorũ ingenitã malitiam compeſcendã, Imperator ſemel & iterum exercitum miſit, ſed nihil dignum adverſus tantam violentorum rapacitatẽ actum eſt. Eodem anno Anſbaldus abbas Prumienſis cœnobii, ſummæ ſanctitatis ac religionis vir, ad cœleſtem patriam tranſiit 4. idus Julii. Cui ſucceſſit in regiminis loco Sarabertus venerabilis pater 8. idus Aug.

Et paulo ante hæc eadem verba poſita.

Anno dominicæ incarnationis 887. Nortmanni à Loven recedentes, Sequanam ingrediuntur, & Parriſius applicantes caſtra ponunt, & civitatem obſidione claudunt, contra quos Imperator Henricum ducem cum exercitu vernali tempore dirigit, ſed minime prævaluit, Erant enim ut ferunt 30. & eo amplius adverſariorum millia, omnes penè robuſti bellatores.

Nortmanni Pariſios obſident.

Denuo æſtivo tempore antequam ſegetes in manipulos redigerentur, idem Heinricus cum exercitibus utriuſque regni Parriſius venit, & circumſtantibus legionibus ipſe cum perpaucis propius accedens, munitionem circuit, ſitum loci contemplatur, aditumq; perquirit, quo exercitui cũ hoſtibus minus periculoſis pateret congreſſus. Porrò Nortmanni audientes appropinquare exercitũ, foderant foveas latitudinis unius pedis, & profunditatis trium, in circuitu caſtrorum, eaſq; quiſquiliis & ſtipula operuerant, ſemitas tantum diſcurſui neceſſarias intactas reſervantes, pauci igitur latrunculi qui latitabant in concavis viarum itineribus, videntes Heinricum appropinquantem, quare cito ſurgunt à locis, quib. delituerant, provocantq; virum telis, & voce laceſſunt. Ille animi magnitudine indignitatem non ferens, ſuper eos irruit, & mox incertis foveis equus cui inſidebat impegit, & cum ipſe in terram corruit, hoſtes ſumma cum feſtinatione advolantes, antequã à loco elevaretur, eum in terra confodiunt, & aſpiciente univerſo exercitu, abſq; mora eum trucidant, arma auferunt, & ſpolia ex parte diripiunt. Agminibus autem impetum facientibus, vix cadaver exanime eruitur, & à ſuis uſque Suueſſionis deportatur, in baſilica ſancti Medardi ſepelitur, exercitus amiſſo duce ad propria revertitur.

Nortmannorum ſtratagema.

Henricus per inſidias occubuit.

Eodem tempore Hugo abba magnæ pietatis vir, & magnæ prudentiæ, Aurelianis moritur, & apud ſanctum Germanum Antiſiodoro tumulatur. Ducatus quem tenuerat & ſtrenue rexerat, Odoni filio Ruodberti ab Imperatore traditur, qui ea tempeſtate Parriſiorum comes erat, & cum Gozzilino eiuſdem urbis epiſcopo contrà Nortmannorum aſſiduam impugnationem civitatem totis viribus tuebatur.

Hiſ etiam diebus prædictus Gozzilinus epiſcopus inter ipſas obſidionum preſſuras migravit à ſeculo, in cujus loco ſubſtitutus eſt ab Imperatore Haſchincus epiſcopus.

Gozzelinus epiſcopus Pariſien.

Post hæc Imperator Galliarum populos perlustrans, Parisius cum immenso exercitu venit, ibique adversus hostes castra posuit, sed nil dignum imperatoria majestate gessit, in eodem loco ad extremum concessis terris & regionibus, quæ ultra Sequanam erant, Nortmannis, ad deprædandũ, eo quod incolæ illarum sibi obtemperare nollent, recessit, & recto itinere in Alemaniam recessit, & primo quidem Luiduuardum episcopum Vercellensem, virum sibi percharum, & in administrandis publicis utilitatibus unicum cõsiliarium, objecto adulterii crimine, eo quod reginæ secretis familiarius quàm oportebat immiscereturà suo latere cum dedecore repulit. Deinde paucis interpositis diebus conjugem Richardem sic enim Augusta vocabatur, pro eadem re in concionẽ vocat, & mirum dictu publice protestatur, nunquam se carnali coitu miscuisse, cum plusquam decennio legitimi matrimonii fœdere ejus consortio esset sociata, illa econtra non soluni, ab ejus sed etiam ab omni virili commixtione se immunem esse profitetur, & de virginitatis integritate gloriatur, idque se approbare Dei omnipotentis judicio si marito placeret, aut singulari certamine aut ignitorum vomerum examine fiducialiter adfirmat. Erat enim religiosa fœmina. Ea, acto dissidio, in monasterio quod in proprietate sua construxerat, Deo famulatura recessit.

Regni proceres à Carolo desciscunt.

His ita gestis Imperator corpore & animo cœpit ægrotare. mense itaque Novembr. circa transitum sancti Martini Triburias venit, ibiq; conventum generalem convocat. Cernentes optimates regni, non modo vires corporis, verum etiam animi sensus ab eo diffugere, Arnolfum filium Carolomanni ultra in regnum attrahunt, & subito facta conspiratione ab Imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim transeunt, ita ut in triduo vix aliquis remaneret, qui ei saltem officia humanitatis impenderet, Cibus tamen & potus ex Luidperti episcopi sumptibus administrabatur. Erat res spectaculo digna, & æstimatione sortis humanæ, rerum varietate miranda, Nam sicut ante secunda fortuna reb. ultra, quàm arbitrari posset affluentibus, tot tantaq; imperii regna sine laborũ sudoribus, & certaminibus attraxerat, ita ut post magnum Carolum majestate, potestate, divitiis, nulli regum Francorum videretur esse postponendus. Ita nunc adversa velut in ostensione fragilitatis humanæ deficiens, quæ fortuna cumulaverat, cuncta inhoneste, in momento abstulit. Quæ prospero arridens successu, quondam gloriose attulerat. Mittit ergo ad Arnolfum ex Imperatore effectus ægenus, ex desperatis rebus nõ de imperii dignitate, sed de victu cottidiano cogitans, tantũ alimentorum copiam ad subsidium vitæ præsentis supplex exposcit. Dirigit etiam Bernardum filium quem ex pellice susceperat, cum xeniis, eumque ejus fidei commendat. Miseranda rerum facies, videre Imperatorem opulentissimum, non solum fortunæ ornamentis destitutum, verum etiã humanæ opis ægentem. Concessit autem Arnolfus rex nonnullos fiscos in Alemannia, unde ei alimonia præberetur, ipse vero compositis in Francia feliciter rebus in Bajoariam revertitur.

Eodem anno Vuitgarius episcopus de Augusta civitate, obiit, & Adalbero nobilis generis magnique ingenii ac prudentiæ vir cathedram ejus obtinuit, ei in episcopatum successit.

Carolus tertius Imper. moritur.

Anno dominicæ incarnationis 888 Carolus Imperator tertius, hujus nominis & dignitatis, obiit pridie idus Janu. sepultus q; est in Augea monasterio. Fuit vero hic Christianissimus princeps, Deum timens, & mandata ejus ex toto corde custodiens, ecclesiasticis sanctionibus devotissime parens, in eleemosynis largus, orationi & psalmorum melodiis indesinenter deditus, laudibus Dei infatigabiliter intentus, omnẽ spẽ & consilium suum divinæ dispensationi cõmittens, unde & ei omnia felici successu concurrebant in bonũ, ita ut omnia regna Frãcorum, quæ prædecessores sui nõ sine sanguinis effusione cum magno labore acquisierant, ipse perfacile in brevi temporum spatio sine conflictu, nullo contradicente, possidenda perceperit. Quod autem circa finem vitæ dignitatibus nudatus, bonisque omnibus spoliatus est, tentatio fuit, ut credimus, non solum ad purgationem, sed quod majus est, ad probationem. Siquidem hanc, ut ferunt, patientissime tolleravit in adversis, sicut in prosperis gratiarum vota persolvens, & ideo coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se, aut jam accepit, aut absque dubio accepturus est. Post cujus mortem regna quæ ejus ditioni paruerant, veluti legitimo destituta hærede, in partes à sua compage resolvuntur. Etiam non naturalem dominum præstolantur, sed unumquodq; de suis visceribus, regem sibi cęari disponit. Quæ causa magnos bellorum motus excitavit. Non quia principes Francorum deessent, qui nobilitate, fortitudine, & sapientia regnis imperare possent, sed quia inter ipsos æqualitas generositatis, dignitatis, ac potentiæ discordiam augebant, neminẽ tantum cęteros præcellente, ut ejus dominio reliqui se submittere dignarentur. Multos enim idoneos principes ad regni gubernacula moderanda Francia genuisset, nisi fortuna eos æmulatione virtutis, in pernitiem mutuam armasset. Igitur quædam pars Italici populi Berengarũ filium Emnathardi, qui ducatum Forojulianorũ tenebat, regem sibi statuunt, quædam Guidonem filiũ Lamperti ducem Spoletanorũ, æque regia dignitate sublimandum decernunt: ex qua dissensionũ controversia stroges ex utraq; parte postmodũ facta est, tãtusq; humanus sanguis effusus, ut juxta dominicã vocem, regnũ in seipsum divisũ, desolationis miseriam penè incurrerit. Ad extremũ Vuido victor existẽs, Berengariũ regnor expulit. Pulsus itaque ad Arnolfum regem adiit, ejusque patrocinio contra hostem exposcit. Quid vero Arnolfus fecerit, qualiter, Italiæ regnum bis cum exercitu penetravit, suo loco commemorabitur

Carole mortuo regna dissipata.

Berengarius duo rex ab Italis eligitur.
Guido.

Interea

Interea Galliarum populi in unũ congregati, cum conſenſu Arnolfi Ottonẽ ducem filiũ Ruoperti, de quo paulo ſuperius mentionẽ fecimus, virũ ſtrenuũ, cui præ cęteris formæ pulchritudo, & proceritas corporis & viriũ, ſapientiæq; magnitudo inerat, regem ſuper ſe pari conſilio & volũtate creant, qui rem publicam viriliter rexit, & contra aſſiduas depræ dationes Nortmanorũ indefeſſus propugnator exti tit. Per id tempus Ruodolfus filius Chuonradi, nepos Hugonis abbatis (de quo ſup. meminimus) provinciam inter Juram & Alpes Penninas occupat, & apud S. Mauritiũ, accitis ſecum quibuſdam primorib. & nonnullis ſacerdotib. coronã ſibi impoſuit, regemq; ſe appellari juſſit. Poſt hæc mittit legatos per univerſum regnũ Lothatii, & ſuaſionib. pollicitationibusq; epiſcoporum ac nobiliũ virorum mentes in ſui favorem demulcet. Quod cum nuntiatũ eſſet Arnolfo, illico cũ exercitu ſuper eũ irruit, ille per arctiſſima itinera fuga dilapſus, in tutiſſimis rupium locis, ſalutis præſidiũ quæſivit. Omnibusq; diebus vitæ ſuæ Arnolfus, & Zundibaldus filius ejus eundem Ruodolfum perſecuti ſunt, nec tamen eũ lædere potuerunt, quia ut ſupra expreſſum eſt, loca inacceſſibilia quæ ſemitis tantum pervia ſunt, inſequentium confertas acies procul ab ingreſſu repellebant.

Eodem anno Nortmani qui Pariſiorũ urbem obſidebant, mirã & inauditã rem non ſolum noſtra, ſed etiam ſuperiore ętate fecerunt. Nam cũ civitatem inexpugnabilẽ eſſe perſenſiſſent, omni virtute, omniq; ingenio laborare cœperunt, quatenus urbe poſt tergũ relicta, claſſem cũ omnib. copiis per Sequanã fluviũ ingredientes, Burgundiç fines abſq; obſtaculo penetrarent. Civib. aũt omni inſtantia prohibentib. aſcenſum fluminis, naves per ſiccũ pluſquam duorum paſſuum millib. trahunt, & taliter declinato omni periculo iterum eas Sequanæ fluentis immergunt, & poſt paululũ Sequanam relinquentes, Hiomã ut diſpoſuerant, & ſub omni celeritate navigantes, Senonis applicuerunt, ibique caſtris poſitis, per continuos ſex menſes eandem urbem obſidione claudunt, totaq; penè Burgũdiam rapinis, cædibus, ac incendiis demoliũtur. Sed civib. fortiter repugnantibus, Deo protegente, nequaquã præfatam civitatẽ capere potuerũt, quanquam omni laborũ ſudore, omniũq; artium, & machinamentorum ingenio id multipliciter pertentaſſent. Inter ipſas vero obſidionũ angustias Euuerhardus ejuſdẽ loci Metropolita, vir totius ſanctitatis & ſapientiæ nitore fulgidus, corporeis vinculis abſolutus, ad cœleſtẽ patriã tranſiit, in cujus cathedram ſublimatus eſt Vualtharius, nepos Vualtharii Aurelianẽſis urbis epiſcopi, longe inferior prædeceſſore moribus, religione, & philoſophiæ ſtudio. Anno, incar. 889. Gens Hungarorũ ferociſſima & omni belua crudelior, retroante ſeculis ideo inaudita, quia nec nominata à Scythis regnis & à paludib. quas Thanais ſua refuſione in immenſum porrigit egreſſa eſt. Sed priuſquam ipſius gentis acta crudelia præſequamur, ſtylo non ſuperſedẽdum videatur, ut de Scythiæ ſitu, Scythiarũq; moribus hiſtoriographorum dicta ſequentes, aliquid commemoremus. Scythia (ut ajunt) in oriente extenſa, indutur ab uno latere Ponto, ab altero montib. Ripheis, à tergo Aſia, & Iſhaſi flumine. Patet autem multum in longitudinem & latitudinem, omnib. hanc inhabitantibus inter ſe nulli fines. Perraro enim agrum exercẽt, nec domus illis ulla, aut tectũ vel ſedes eſt. Armenta & pecora ſemper paſcentibus, & per multas ſolitudines errare ſolitis. Vxores liberosq; ſecum in plauſtris vehunt, coriis imbrium hyemisq; cauſa tectis pro domib. utuntur. Nullum ſcelus apud eos furto gravior, quippe ſine tecti munimẽto pecora & armẽta, alimentaq; habent. Aurum & argentũ non perinde ut reliqui mortales appetunt, venationum & piſcationũ exercitiis intervium, lacte & melle veſcuntur, lanæ his uſus ac veſtiũ ignotus, & quanquã continuis frigoribus afficiantur, pellibus tantum ferinis ac murenis induuntur. Imperium Aſiæ ter quæſivere, ipſi perpetuo ab alieno imperio, aut intacti, aut inviſi manſere, nec virorũ magis quã fœminarum virtutibus, claruere. Quippe cum ipſi Parthos Bactrianosq;, fœminæ aũt eorum, Amaſonũ regna cõdiderint. Prorſus ut res geſtas virorũ mulierumq; conſiderãtibus, incertũ ſit uter apud eos ſexus illuſtrior fuerit. Dariũ regem Perſarum turpi à Scythia ſumma moverunt fuga, Cyrum cum omni exercitu trucidaverũt, Alexandri Magni ducẽ Sopiriona, pari ratione cũ univerſis copiis deleverunt. Romanorũ audiere, nõ ſenſere arma, laborib. & bellis aſperi, vires corporis immẽſæ. Abundant vero tanta multitudine populorũ, ut eos genitale ſolum nõ ſufficiat alere. Septẽtrionalis quippe plaga, quanto magis ab æſtu ſolis remota eſt, & nivali frigore gelida, tanto ſalubrior corporib. hominum, & propagandis gentib. coaptata. Sicut & econtra omnis meridiana regio, quo ſolis eſt fervori vicinior, eo ſemper morbis abũdat, & educandis minus eſt apta mortalibus, unde fit ut tãtæ populorum multitudines, arctoo ſub axe oriãtur, ut nõ immerito univerſa illa regio à Tanai fluvio, uſque ad occiduum, licet & propriis loca in ea ſingula nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo, Germaniæ ſæpe innumerabitur. Ab hac ergo populoſa Germania ſæpe innumerabiles captivorum turmæ abductæ, meridianis populis precio trahuntur. Multæ quoq; ex ea, pro eo quod tantos mortalium germinant quantos alere vix ſufficit, frequenter gentes egreſſæ ſunt, quæ nihilominus & partes Aſiæ, ſed maxime ſibi contiguam Europam afflixerunt. Teſtantur hoc ubique urbes erutæ, per totam Illyriam Galliamque. Sed maxime miſeræ Italiæ, quæ penè illarum omnium eſt gentium experta ſævitiam.

De Scythia unde egreſſi Hungari.

Scytharum tergoſa.

Scythæ in Germ.

Pezinati.

Ex iſtis igitur locis, gens memorata à finitimis ſibi populis, qui Pezinati vocãtur à propriis ſedibus

Periculosa est enim desperatio. Post hæc Alanus coadunata omni Britania tale votum vovit, ut si adversarios per divinam virtutem posset superare, decimam partem omnium bonorum suorũ Deo, & sancto Petro Romam destinaret. Omnibus autem Brittonibus idem votum spondentibus, ad pugnam procedit, & commisso prælio tanta strage hostes effudit, ut vix quadringenti viri ex quindecim millibus ad classem repedarent.

Hac tempestate sanctissimo, & in divinis humanisque rebus prudentissimo Vuiliberto episcopo ab hac luce subtracto, Hermannus venerabilis vir per electionem cleri, ac plebis ecclesiæ Colonien si præficitur.

Circa hæc tempora Salomon Constantiensis ecclesiæ antistes recessit à seculo, in cujus loco successit Salomon, qui hac ætate Abbatiam sancti Galli tenebat, vir non solum nobilitate, verumetiam prudentiæ ac sapientiæ virtutibus insignitus, qui præfatæ urbis tertius hujus nominis dignoscitur esse pontifex.

Anno dominicæ incar. 891. Nortmanni duobus continuis prœliis in Britania graviter attriti, in regnum Lotharii classem transferunt, & castrametati, prædas exercent. Contra quos Arnolfus rex exercitum dirigit, jubetque super Mosam tentoria figere, transitumq; fluminis hostibus prohibere. Sed antequam exercitus in unum colligeretur ad cõdictum locum juxta castrum Trajectense Nortmani superiora tenentes, circa Leodium Mosam transierunt. Et hostilem expeditionem à tergo relinquentes, in syluis & paludibus Aquispalatio contiguis disperguntur, obvios quosq; perimunt. plaustra & vehicula in quibus alimenta exercitui deferebantur, capiunt. Quæ fama cum ad exercitum pervenisset, qui jam ipso die Nativitatis sancti Joannis baptistæ penè in unum convenerant, non tam tremor, quàm stupor mentes omnium occupavit. Principes vero contione convocata non tam de periculo, quàm de re dubia consulunt. Incerti utrum Ribuariorum fines intrantes, Coloniam tenderent, ut per Prumiam transeuntes Treveros dirigerent gressum, vel certe congregata adversum se multitudine pertimescentes transvadata Mosa, ad classem festinarent. Inter hæc nox superveniens conventum solvit, postera die cum aurora radios suæ lucis repræsentaret, omnes armãtur, & levatis vexillis per descensum fluminis ad pugnam gradiuntur. Cumq; torrentem qui Gulid dicitur transissent, acies pariter substiterunt. De hinc deliberant, ne omnis exercitus incassum fatigaretur, quod unusquisq; procerum duodecim ex suis mitteret, qui in unum agmen redacti hostes investigarent. Hæc sermocionantibus subito apparuerunt speculatores Nortmannorum. Quos cum omnis multitudo inconsultis ducibus, confuso ordine insequerentur, peditum turmas in quadam villula offendunt, qui in unum conglobati facile sparsim supervenientes repellunt, atq; retrorsum redire cogunt. Deinde pertrepentibus secundum morem pharetris, clamor in cœlum tollitur pugna committitur. Equites Nortmannorum audito clamore, summa cum festinatione advolant, & ingravato prælio Christianorum exercitus, peccatis facientibus, heu proh dolor terga vertit. In quo prælio episcopus Moguntiæ urbis Sunzo, & Arnolfus comes occubuerunt, nec non innumera multitudo nobilium virorum. Nortmanni patrata victoria, castra divitiis omnibus referta invadunt, & trucidatis quos in bello cœperant, onerati præda ad classem revertuntur. Fuit vero hæc cædes facta 6. kalen. Julii. Dum hæc aguntur, Arnolfus rex in Bajoariorum extremitatibus morabatur, insolentiam Sclavorum reprimens, cui cùm nuntiata esset suorum strages, hostiumq; victoria, primo pro amissis fidelibus nimium tristatur, & querelam cum gemitu deponit, quod Franci eatenus invicti, adversariis terga darent. Deinde indignitatem rei animoso in pectore versans, in hostem accenditur, & congregato ex orientalibus regnis exercitu, mox Rheno transmisso, circa littora Mosæ castra statuit. Interiectis diebus Nortmanni ex superiori pugna elati, cũ omni virtute ad deprædãdum proficiscuntur. Contra quos Rex cũ expeditis ad pugnã procedit. Illi cementes acies appropinquare, super fluviũ qui Thilia dicitur, ligno & terræ congerie more solito se communiunt, & cachinnis & exprobrationibus agmina lacessunt, ingeminantes cũ insultatione, & derisu ut memorarentur Guliæ, turpisq; fugæ, cedisq; patratæ, post modicum similia passuri. Rex felle commotus, exercitum jubet descendere, & pedestri congressione cũ adversariis decertari. Qui dicto citius ab equis desilientes, clamore exhortationis dato, præsidium inimicorũ irrumpunt, & (Deo vires cœlitus administrante) eos usq; ad internitionem ferro cædunt, terræq; prosternunt, ita ut ex innumerabili multitudine vix residuus esset, qui ad classem adversum nuntium reportaret. Rebus feliciter gestis, Arnolfus in Bavariam revertitur.

Ribuarii ubi.

Moguntin. episcopus à Nortmannis occubuit.

Arnolfus rex contra Nortmannos potitur victoria.

Eodem anno Hatto venerabilis Abba, in Maguntiacensi ecclesia Metropol. consecratur, qui hactenus in Augia monasterio multorum pater extitit monachorum.

Hatto monachus Augiensis fit episcopus Magun.

Anno do. incar. 892. Mense Febr. Nortmanni qui ad naves remanserant, Mosam transeuntes, Ribuariorum pagum ingressi, & secundum crudelitatem sibi ingenitam cuncta devorantes, pervenerunt usq; Bonnam, inde digressi occupaverunt quandam villam quæ Landolfesdorff dicitur, ubi occurrit eis exercitus Christianorum. Sed nihil dignum quid virtuti asscribatur egit. Nocte supervenient recesserunt. Nortmanni à jam dicta villa, & formidantes hostilem impetum, nequaquam ausi sunt se committere planitiebus, atque campestribus locis, sed silvas semper tenentes.

Digitized by Google

Denique Otto rex audiens cum exercitu ſuper ripam Axani fluminis ſedit, & copias Arnolfi intrare in regnum nullatenus permiſit. Duces regis cernentes Ottonem viriliter paratum eſſe ad pugnam, ab eo declinaverunt, & ad propria reverſi ſunt.

Carolus autem in Burgundiã ſeceſſit, & Ottone Pariſius revertente, rurſus regni fines occupat. Ottonis fideles inſectatur, ſicque alternatim ex utraque parte multi pereunt, ingens malicia, innumerabilis rapinæ, & aſſiduæ prædæ fiunt.

Anno dominicæ incarnationis 894. Arnolfus cum valido exercitu Langobardorum terminos intravit, & circa purificationem ſanctæ Mariæ caſtrum, quod nuncupatur Pergamum, armis cœpit, & Ambroſium comitem ipſius civitatis laqueo ante portam ipſius urbis, in quadam arbore ſuſpendit. Unde tantus timor ſuper reliquas civitates cecidit, ut nullus auderet contradicere, ſed omnes obviam procederent venienti, pervenit autem uſque Placentiam. Inde converſus eſt per Alpes Penninas. Galliam intravit, & ſanctum uſque Mauritium pervenit. Ruodolfo quem quærebat, nocere non potuit, quia montana conſcendens, in tutiſſimis locis ſe abſconderat. Regionem inter Juram & montem Jovis, exercitus graviter attriuit.

Poſt Vuormatiam venit, ibique placitum tenuit, volens Zundibolch filium ſuum regno Lotharii præficere, ſed minime optimates prædicti regni, ea vice aſſenſum præbuerunt.

Soluto conventu cum ad Loraham idem princeps veniſſet. Ludovico filio Boſonis, matre Hirmingarde interveniente, quaſdam civitates cum adjacentibus pagis, quas Ruodolfus tenebat, dedit. ſed & hoc ei in vacuum ceſſit, quia eas nullo modo de potestate Ruodolfi eripere prævaluit,

Eodem anno Guido qui Italiam regebat, & Imperatoris tenebat nomen moritur. Lambertus filius ejus regnum obtinuit, & Romam veniens, Dyadema imperii à præſule ſedis apoſtolicæ ei imponi fecit. *Guido Imperator.*

Per id tempus Hildegardis filia Ludovici regis fratris Carolomani & Caroli, à quibuſdam ad Arnolfum accuſata, regiis poſſeſſionibus privatur, & privata in exilium deſtinatur in monaſterio puellarum, quod Chemiſſem dicitur, ſed non multum poſt temporis in gratiam redit, & ſua ex maiori parte cœpit. *Hildegardis ſuis privatur.*

Circa hæc etiam tempora Zundibolch rex Marahenſium Sclavorum, vir inter ſuos prudentiſſimus, & ingenio callidiſſimus, diem clauſit extremum. Cujus regnum filii ejus pauco tempore infeliciter tenuerunt. Ungaris omnia uſque ad ſolum depopulantibus, *Zundibolch rex Moraviæ.*

Anno domini. incarnationis 895. Synodus magna celebrata eſt apud Triburias contra pleroſq; ſeculares, qui auctoritatem epiſcopalem immunuere tentabant, ubi viginti ſex Epiſcopi, cum Abbatibus monaſteriorum reſidentes, plurima decreta ſuper ſtatum ſanctæ eccleſiæ ſcripto roboraverunt. Poſt hæc Arnolfus Vuormatiam venit, ibique optimatibus ex omnibus regnis ſuæ ditioni ſubditis ſibi occurrentibus, conventum publicum celebravit, in quo conventu omnibus aſſentientibus, atque collaudantibus Zundibolch filium regno Lotharii præfecit. *Synodus contra ſeculares.*

In eodem placito Otto rex cum magnis muneribus ad Arnolfum venit, à quo honorifice ſuſceptus eſt, omnibuſque impetratis pro quibus venerat, cum in regnum reverteretur Folconem epiſcopum, & Adalonum comitem ſui manſionarii ad Arnolfum xeniis à Carolo miſſis, Venientes in media via offenderunt, ſuper quos cum clamore impetum fecerunt. Epiſcopus fuga elabitur. Adalongus mortali vulnere ſauciatur, ſarcinæ diripiuntur, prædictus comes in Trigorio in villa, quæ dicitur Belthonnus ſepelitur. *Legati Ottonis regis Galliæ ſpoliantur & graviter vulnerantur.*

Eodem anno Zundibolch collecto immenſo exercitu, cupiens amplificare terminos regni ſui, quaſi Carolo adverſus Ottonem auxilium laturus, Lugdunum deprædatum venit, & civitatem obſidione cinxit, ſed minime eam capere potuit, quamvis multis diebus ſummis viribus certatim dimicatum eſſet. Audiens autem Ottonem cum exercitu advenire, qui ea tempeſtate in Aquitania morabatur, cum omnibus copiis receſſit, & in propria regna ſe recepit. Ea tempeſtate Ludelinus venerabilis vir, in Tullenſi eccleſia à metropolitano Rodbaldo, à ſuis ſuffraganeis epiſcopus conſecratur.

Anno dominicæ incarnationis 896. Arnolfus ſecundo Italiam ingreſſus, Romam venit, & urbẽ Romanam cum conſenſu ſummi pontificis armis cœpit. Quod retroante ſeculis ideo inauditum, quia non factum fuit, excepto quod Galli Senones, cum Brennone duce, multo ante nativitatem Chriſti tempore ſemel fecerunt. Mater Lamperti, quæ ad præſidium à filio relicta fuerat, cum ſuis latenter aufugit. Arnolfus civitatem ingreſſus, à Formoſo apoſtolicæ ſedis præſule, cum magno honore ſuſceptus eſt, & ante confeſſionem ſancti Petri coronatus, Imperator creatur. *Arnolfus capit Romam.*

Inde reverrens Paraliſi morbo gravatur, ex qua infirmitate diu langueſcit. Eodem anno Lampertus filius Guidonis, de quo ſuperius paulo mentionem fecimus, vita decedit, & Ludovicus Filius Boſonis à Langobardis invitatus, à provincia egreſſus, Italiam intrat.

Per id tempus circa feſtivitatem ſancti Andreæ Albricus comes, qui Megingandum occiderat, à Stephano fratre Vualonis, interficitur.

Digitized by Google

Anno dominicæ incarnationis 897. Stephanus Odocar, Gerhardus, & Matfridus comites, honores & dignitates quas à rege acceperant, perdunt. Zundibolch Treveris cum exercitu venit, terra quam præfati tenuerant, inter ſuos dividit, monaſterium ad Horrea, & monaſterium ſancti Petri, quod Mettis ſitum eſt ſibi reſervans.

Zundibolch Odam filiam Ottonis accipit in uxorem.

Poſt hæc patrem, ſuper uxore, quam accipere deſyderabat per legatos conſulit, cujus hortatu ad Ottonem comitem miſſum dirigit, ejus filiam nomine Odam, in conjugium expoſcit, ille petitionibus ejus graviter aſſenſum præbuit, eique filiam tradidit, quam poſt paſcha celebratis nuptiis ſibi in matrimonium ſociavit. Eodem anno Arnolfus Wormatiam venit, ibique placitum tenuit, ubi ad ejus colloquium Zundibolch occurrit, & interventu Imperatoris Stephanus, Gerhardus & Matfridus cum filio reconciliantur.

Ea tempeſtate inter Ruodolphum epiſcopum Wirtzburgenſem, & filios Heinrici ducis, Adalhardum, & Heinrichum magna diſcordiarum lis, & implacabilis odiorum controverſia, ex paucis minimiſque rebus oritur, & velut ex permodica ſcintilla, ingens incendium excitatur, ita de die in diem ſuccreſcens, in immenſum dilatatur. Et dum de nobilitate carnis, de parentum numeroſa multitudine, de magnitudine terrenæ poteſtatis ultra, quàm decet, ſe extollunt, in mutuis cædibus prorumpunt, innumerabiles ex utraque parte gladio pereunt, truncationes manuum ac pedum fiunt. Regiones illis ſubjectæ, rapinis & incendiis, ſolotenus devaſtantur.

Otto rex Galliæ moritur.

Anno dominicæ incarnationis 898. Otto rex ægritudine pulſatur, & menſe Januario, die tertio ejuſdem menſis diem clauſit extremum, & apud ſanctum Dionyſium debito honore ſepulturæ mandatur. Principes in unum congregati, pari conſilio & voluntate, Carolum ſuper ſe conſtituunt.

Reginarium ducem.

Eodem anno Zundibolch Reginarium ducem ſibi fidiſſimum, & unicum conſiliarium, neſcio cujus inſtinctu à ſe reppulit, & honoribus, hæreditatibus, quas in ſuo regno habebat, interdictis, eum extra regnum infra 14. dies ſecedere jubet. Ille, adjuncto ſibi Odocro comite, & quibuſdam aliis cum mulieribus & parvulis, & omni ſupellectili in quendam tutiſſimum locum, qui Durſos dicitur intravit, ibique ſe communivit. Quod cum rex cognoviſſet, coadunato exercitu, caſtrum expugnare conatus eſt, ſed minime prævaluit propter paludes, & multiplices refuſiones, quas in prædicto loco Moſa fluvius facit. Rege ab obſidione recedente, præfati comites Carolum adeunt, & eum cum exercitu in regnum introducunt. Zundibolch quamvis ſerò intelligens ſe circumventum, cum paucis fuga dilabitur. Carolus recto itinere Aquis venit, deinde Neumagum perexit: interea Zundibolch ad Franconem epiſcopum venit, & cum omnibus ſuis ſecum adjumens, Moſam tranſiit, & ad Forichmagas venit, ubi omnes proceres regni qui in illis partibus erant ad eum confluxerunt. Et ex deſperatis itaque rebus, vires ſe recepiſſe congaudens, reſumpta fiducia, contra æmulum ad pugnam proficiſcitur. Carolus à Neumago reverſus, Prumiam venit, & inde adverſus Zundibolch copias transfert: ſed appropinquantibus ex utraque parte exercitibus, nequaquam pugna committitur, ſed intercurrentibus legatis pax firmatur, ſacramenta jurantur, Carolus transvadata Moſa, in ſuum regnum regreditur.

Dum hæc in Francia geruntur, inter Ludovicũ & Berengarium, in Italia plurimæ congreſſiones fiunt, multa certaminum diſcrimina viciſſim ſibi ſuccedunt. Noviſſime Ludovicus Berengarium fugat, Romam ingreditur, ubi à Summo pontifice coronatus, Imperator appellatur.

Per id tempus Euerhardus dux filius Meginardi à Waltgario Friſone, filio Gerolfi, cum venatum pergeret, dolo trucidatur. Ducatus quem tenuerat Meginardo fratri ab Imperatore committitur.

Anno dominicæ incarnationis 899. Zundibolch colloquium habuit cum optimatibus Arnolfi & Caroli & ſuis apud ſanctum Goarem, ex regno Arnolfi interfuerunt Hatto archiepiſcopus, Chuonradus & Gebelhardus comites, ex parte Caroli Haſchiricus epiſcopus, & Odacar comes. Quid vero in eodem conventu ſeorſum ſine præſentia regis pertractatum ſit, poſtea eventus rei luce clarius manifeſtavit.

Eadem anno Richarius abba monaſterii Prumienſis conſtituitur. Qualiter autem erga me actũ ſit, idcirco hoc in loco notare diſtuli, ne forte injuriis provocatus, ultra quam chriſtiana patientia permittit, perſecutionis meæ cauſas exaggeraſſe viderer. & ne prolixæ rationis oratio, quæ multiplex atque perplexa eſt, faſtidium inferret audientibus. Res enim geſtas, ut ſupra præmiſimus, notare ſtuduimus, non rerum geſtarum cauſas certis rationum indiciis enodare. Et qui in aliorum actionibus brevitati ſtudemus, in noſtris verboſitatis vicium cavere debemus. Zundibolch denuo cum exercitu ad Durſos venit, multitudinem totis viribus expugnare molitur. Sed cum minime conatus ejus proficeret, Epiſcopos jubet ut Reginarium, & Odacrum, & ſocios eorũ anathematiſarent. Sed cum illi anathematis ſententiam proferre recuſarent, nimis exprobrationibus & contumeliis utitur, & ſic ſoluta obſidione, unuſquiſque ad propria redit.

Premiſit & antea ſe dicturum & ad hoc retinet.

Ea tempeſtate Odilbaldus ſanctus vir Trajectenſis eccleſiæ præſul, rebus humanis ſublatus, ad cœleſte regnum tranſivit, in cujus loco ſubrogatus eſt Radoldus venerabilis antiſtes. Circa

confini-

confinia memorati anni Arnolfus Imperator migravit à ſeculo, 3. Kal. Decembris, ſepultusque eſt honorifice in Odingas, ubi & pater ejus tumulatus jacet.

Anno dominicæ incarnationis 900. proceres & optimates, qui ſub ſeditione Arnolfi fuerant ad Forachem in unum congregati, Ludovicum filium præfati principis, quem ex legitimo matrimonio ſuſceperat, regem ſuper ſe creant, & coronatum, regiiſq; ornamentis indutum, in ſolio regni ſublimant. Dum hæc in Germania aguntur inter Zuendipoldum, & primoribus regni inexpiabilis oritur diſſenſio, propter aſſiduas depræda tiones & rapinas, quæ in regno fiebant, & quia cũ mulieribus, & ignobilioribus regni negocia diſponens, honeſtiores & nobiliores quoſque dejiciebat, & honoribus & dignitatibus exſpoliabat. Pro hujuſcemodi itaque cauſa, omnibus odioſus efficitur. Certatim igitur ad Ludovicum tranſeunt, eumq; in regnum introducunt, eunt Theodonis villa manibus datis, ejus dominationi ſe ſubiciunt. Ludovico trans Rhenum eunte, Zuendipold coadunatis, quasque potuit, civitates regni circuit, incendiis ac rapinis cuncta devaſtat, arbitratus defectores qui propter ejus inſolentiam, & immanem maliciam ab eo defecerant, immaniora & pejora faciens, ad ſe revocare poſſe. Ludovicus in regnum rurſus accerſitur, & à comitibus Stephano, Gerhardo & Matfrido circa Moſam idem Zuendipold in prælio interficitur, idus Aug. Eodem anno Gerhardus comes Odam uxorem ejuſdem Zuendipoldi regis, ſibi in matrimonium copulat.

Anno dominicæ incarnationis 901. Gens Hungariorum, Langobardorũ fines ingreſſa cœdibus, incendiis, ac rapinis crudeliter cuncta devaſtat. cujus violentiæ, ac beluino furori, cum terræ incolæ in unum agmen conglobati reſiſtere conarentur, innumerabilis multitudo ictibus ſagittarũ periit. Quamplurimi epiſcopi, & comites trucidantur. Ludmardus epiſcopus Vercelen. eccleſiæ, Caroli quondam Imperatoris familiariſſimus, & conſiliarius à ſecreto, aſſumptis ſecum opibus, atque incomparabilibus theſauris, quibus ultra quàm æſtimari poteſt, abundabat, cum effugere eorum cruentam ferocitatem, omnibus votis elaboraret, ſuper eos inſcius incidit, ac mox interficitur, opes quæ ſecum ferebantur, diripiuntur.

Ludmardus epiſcopus Vercellenſis ab Hungaris trucidatur.

Eodem anno Stephanus comes, frater Vualonis, cum in ſeceſſu reſidens nocturnis horis alvum purgaret, à quodam per feneſtram cubiculi, ſagittæ toxicatæ ictu graviter vulneratur, ex quo vulnere eadem nocte extinguitur.

Anno dominicæ incarnationis 902. Adalbertus cum fratribus Adalhardo & Henrichio, collecta valida manu, adverſus Eberhardum & Gebelhardum, & Ruodolphum fratres, de quibus paulò ſuperius mentionem fecimus, ex caſtro quod Babenberg dicitur, proſiliens ad pugnam proceſſit. Cuius impetum viriliter excipientes, ferro aciem irrumpunt, obvios quoſque terræ proſternunt, nec ante deſiſtunt, quàm adverſariorum agmen fugam inire compellant, in quo certamine Heinricus interfectus eſt, & Adalhardus captus eſt, & poſtmodum juſſu Gebehardi decollatus eſt. Eberhardus etiam multis vulneribus conſoſſus in prælio cecidit, ubi finito conflictu, inter cadavera occiſorum à ſuis inventus, domum reportatur, & paucis interpoſitis diebus & ipſe moritur.

Anno dominicæ incarnationis 903. Adalbertus Ruodolphum epiſcopum de Wirtzburgenſi eccleſia fugat, & res & poſſeſſiones præfatæ eccleſiæ crudeliſſime depopulatur, filios etiam Eberhardi, ſimul cum matre à propriis hæreditatibus & honoribus, regio munere conceſſis, exire compellens, ultra Spectheshart * ſecedere cogit.

*Speſſart ſylva alibi

Circa hęc tẽpora Folco Remorũ Archiepiſcopus, à quodã Winimaro ſatellite Balduini comitis interfectus eſt, cauſa autem hujus interfectionis hæc fuiſſe memoratur. prædictus Balduinus Atrebatis caſtrum, videlicet abbatiam ſancti Vedaſti nullo ſibi concedente invaſerat, quam Carolus rex ei auferens, Folconi epiſcopo eandem in beneficium largitus eſt. Quod Balduinus ægre ferens, miſit ad jam dictum epiſcopum Winimarum, obſecrans, ne honores quos hactenus renuerat, atque poſſederat, ipſe cupiditate ductus, ſibi uſurparet. Inſuper etiam ingentia bona pollicitus eſt, ſi ejus ope, & interventu præfatam poſſeſſionem obtinere poſſet. Sed cum epiſcopus minime aſſenſum præberet, & neſcio quid durius, & amarius quàm oportebat, reſponderet. Ille, diabolo inſtigante, furore nimio ſuccenſus, ab eo divertit, & quandam ſylvam cum ſociis ingreſſus, cum idem Folco à Compendio palatio, à rege reverteretur, ſuper eum irruit, & eum abſque mora trucidavit. In Remorum cathedra Herineus ſublimatus eſt, qui eundem Winimarum cum multis aliis epiſcopis excommunicavit, & pro tam inaudito ſcelere, perpetuo anathemate condemnavit.

Remorum epiſcopus interficitur.

Anno dominicæ incarnationis 904. Ludovicus filius Boſonis, quem ſupra meminimus Imperatoris nomen eſſe ſortitum, Berengarium de Italia expulit, atque omne illud regnum ſuæ ditioni ſubegit. Cernens autem nullum eſſe aut poſſe nocere, ultra quam oportebat de ſecuritate præſumens, ea quæ pacis & quietis ſunt cœpit cogitare, abſoluto itaque exercitu, cum perpaucis Veronam ingreſſus eſt, adhortante Adelhardo præfatæ urbis epiſcopo. Cives autem hoc Berengario ſumma cum feſtinatione norum fecerunt, qui eo tempore in Baioaria exulabat. Ille nil moratus, contractis undique copiis, Veronam pervenit, atque improvidum virum dolo cœpit, &

Berengarius Italia expellitur.

Berengarius Ludovicum oculis privat

captum luminibus privavit. Siquidem cives, qui partibus ejus favebant, portas civitatis ei aperientes, eum nocturno tempore intra muros receperunt, & sic insperate, & absque præmeditatione Ludovicus non solum regno, sed etiam oculis privatus est. Tandem itaque Berengarius regnum Italiæ multis cædibus cruentatum, infaustis, infortunatisque præliis diu quæsitum, cum huiusce-modi triumpho obtinuit. Eodem anno in mense Maio, Cometæ stella apparuit, & in mense Augusto hæc mutatio regni facta est.

Anno dominicæ incarna. 907. Chuonradus comes, filium suum Chuonradum misit cum armatorum non modica manu, ut irruerent super Gerhardum, & fratrem ejus Matfridum, eo quod honores suos & Gebelhardi fratris ejus, videlicet possessionem sancti Maximini, & sanctæ Mariæ ad Horrea violenter invasissent, quibus exercitus ex regno Lotharii sociatus est. Pervenerunt autē usq; in Pago Blesiaco rapinis, & incendiis hæreditatem, & possessionem supradictorum fratrum, ac satellitum eorum depopulantes. Porro Gerhardus, & Matfridus à castro in quo se munierant, legationem mittentes, pacem petierunt, qua concessa, datis ex utraque parte sacramentis, usque in octa. Paschæ exercitus ad propria discessit.

Dum hæc in regno Lotharii aguntur, Chuonradus senior in Hessia in loco qui dicitur Frideslar, cum multa turba peditum & equitum residebat, crebras incursiones Adalberti suspectas habens, fratrem vero ejus Gerhardum in Wederauia, cum omnibus quos sibi adsociare poterat, ejusdem Adalberti præstolabatur repentinam inruptionem, nec eos fefellit per omnia rerum eventus. Siquidem Adalbertus vires adversariorum extenuatas esse sentiens, eo quod in tribus partibus essent divisi, oportunum & diu exoptatum tempus adveniſſe gaudens, congregatis sociis mox arma corripit, & primo quidem simulat se contra Gerhardum copias transferre velle, ut & illum bello perterreret, & fratrem securiorem redderet, deinde quanta potuit celeritate aciem adversus Chuonradum dirigit. Quod cum Chuonradus sero cognovisset, divisis sociis in tribus turmis, ei incunctanter occurrit, & commissa pugna duæ turmæ, una peditum, & altera Saxonum statim terga vertūt. Quos cū Chuonradus clamore ingenti frustra hortaretur ut nullatenus hostib⁹ cederent, Sed pro conjugum, ac liberorum salute & defensione patriæ, totis viribus decertarent. Ipse cum tertia turma, animatis sociis, super adversarios irruit, sed mox in ipso primo impetu, multis vulneribus confossus, extinctus est. Adalbertus victoria potitus, cum sociis fugientes insecutus est, & innumeram multitudinem maxime peditum gladio prostravit. Tribus itaque continuis diebus, totam illam regionem perlustrans, cædibus ac rapinis cuncta demolitus est. His patratis, sociis spoliis, ac ingenti præda ad Babenberch castrum reversus est. Peracta est autem hæc cædes 3. Kal. Martii. Venientes filii cum matre, levaverunt corpus Chuonradi, & sepelierunt in castro quod Vuileneburch vocatur.

Vuilburg in Hassia.

Eodem anno circa Julium mensem, Ludovicus rex conventum generalem celebravit apud Triburias villa regia, ubi adesse mandavit sæpe dictum Adalbertum, ut in præsentia optimatum regni, pro se rationem redderet, & pacis conditionem, quam hactenus exosam habuerat, tandem aliquando deposita crudelitatis tyrannide, susciperet: & rapinis, cædibus, & incendiis saltem, vel sero quiesceret. Sed his salutaribus monitiis, nequaquàm assensum præbuit. Cernens itaque rex obduratum ejus animum, & incœpta rebellionis malicia obstinatum, collecto undique exercitu, eum in castro quod Tetrassa dicitur, obsidione cinxit. Interea Egino qui ejus individuus comes in omni pravitate exiterat, ab ejus societate defecit, & cum omnibus suis, ad regis castra transiit. Protracta igitur paulo prolixus obsidione, fractus animo Adalbertus, ad callida argumenta convertitur, & omni ingenio excogitare cœpit, qua arte obsidio solveretur, ut exercitu ad propria remeante, optata libertate potius ipse cum sibi faventibus, dolos quos in pectore volvebat, longe lateque effundere posset. Portis itaque apertis, à munitione exiens cum perpaucis, ultro se regi obtulit, supplex veniam de commissis expoſcit, emendationem promittit. Sed cum fraus quæ struebatur, suis prodentibus fuisset detecta, custodiæ mancipatur, & in præsentia totius exercitus, manibus vinctis adductus, ab omnibus, capitalem sententiā susc epit 5. Idus Septembris. facultates & possessiones ejus in fiscum redactæ sunt, & dono regis inter nobiliores quosque distributæ.

Albertus Bombergensis.

Compositis ita in Orientali Francia rebus, rex Mediomatricum venit, ibique in publico conventu Gerhardum atque Matfridum proscriptione damnavit. Inde regressus Strasburgensem urbem adiit, episcopum ac plebem inter se dissidentem ad concordiam revocavit, & sic Rheno transmisso, recto itinere in Alemanium perrexit. Per id tempus Baltrannus Strasburgensis ecclesiæ, & Luidhelmus Tullensis ecclesiæ præsules migraverunt à seculo. Quibus successerunt in pontificali cathedra Otbertus in Strasburgensi civitate, & Drugo in Tullensi. Hucusque Regino.

Hæc vero quæ sequuntur addita forte à se sunt ab alio quopiam monacho.

Anno dominicæ incarnationis 907. Bavari cum Hungaris congressi, multa cæde prostrati sunt, in qua congressione Luitbaldus dux occisus est, cui filius suus Arnolphus in ducatum successit.

Anno

Anno dominicæ incarnationis 908. Hungari iterum terminos tranſgreſſi, Saxoniam & Thuringiam vaſtaverunt. *Hungari in Alemaniam.*

Anno dominicæ incarna. 909. Hungari Alemaniam ingreſſi ſunt.

Anno dominicæ incarnationis 910. Franci in confinio Bavariæ, & Franciæ Hungaris congreſſi, miſerabiliter aut victi, aut fugati ſunt. In quo prælio Gebelhardus comes interiit, relictis duobus filiis ſuis adhuc pueris, Udone & Herimanno, qui poſtea clari & nobiles in Francia extiterunt. *Franci ab Hungaris victi.*

Anno dominicæ incarnationis 911. Ludovicus rex, filius Arnolphi Imperatoris obiit, cui Chuonradus filius Chuonradi ab Adalberto occiſi, regali jam ſtirpe deficiente, in regno ſucceſſit.

Anno dominicæ incarnationis 912. Hungari iterum, nullo reſiſtente, Franciam & Thuringiam vaſtaverunt. Hatto archiepiſcopus obiit, vir adeo ſtrenuus & prudens, cui Herigerus ſucceſſit, Otto dux Saxonum obiit. *Hatto epiſcopus Moguntin. obiit.*

Anno dominicæ incarnationis 913. Hyems magna nimis. Hungari partes Alemaniæ vaſtaverunt, & juxta In fluvium à Bavaris & Alemanis occiſi ſunt. Eodem anno Everhardus epiſcopus Spirenſis ab Erenhardo, & Chuonrado comitibus cæcatus eſt. Otbertus Straſburgenſis epiſcopus occiditur. *Hungari cæſi ab Alemanis, & Bavaris.*

Anno dominicæ incarnationis 914. Salomon epiſcopus captus eſt.

Anno dominicæ incarnationis 615. Hungari totam Alemaniam igne & gladio vaſtaverunt, ſed Thuringiam & Saxoniam pervaſerunt, & uſque ad Fuldam monaſterium pervenerunt, 916.

Anno dominicæ incarnationis 917. Hungeri per Alemaniam in Alſatiam, & uſque ad fines Lotharienſis regni pervenerunt. Freckanger & Berahtold decollantur. Arnolphus dux Bavarorũ regi rebellat. *Hungari in Alſatiam*

Anno dominicæ incarnationis 918. Chuonradus rex nativitatem ſancti Joannis Herolvesfelt monaſterio celebravit.

Anno dominicæ incarnationis 919. Chuonradus rex obiit, vir per omnia manſuetus, & prudens, & divinæ religionis amator, qui cum obitus ſui diem imminere ſentiret, vocatis ad ſe fratribus, & cognatis ſuis maioribus ſcilicet Francorum, mortem ſibi imminere prædixit, & ne in eligendo poſt ſe regem diſſidium regni fieret, paterna eos voce præmonuit. Sed & Heinrichum Saxonum ducem, filium Ottonis virum ſtrenuum, & induſtrium præcipuumque pacis ſectatorem, ut eligerent juſſit, aliumque ei ad hoc officium æque condignum inveniri non poſſe teſtificans, Sceptrum ei & coronam, cæteraque regiæ dignitatis ornamenta, peracto tuendi, & conſervandi regni, per eos tranſmiſit. Ipſe vero hac vita decedens, in Fulda monaſterio honorificata ſepultura, tumulatus eſt. Multis tamen laboribus, ad paucos quos regnavit annos, eſt à Bavaris & Alemannis, & Saxonibus ſibi rebellantibus fatigatus, quos ante obitum ſuum, deo propitio, ſuperavit. *Chuonradus rex obiit.* *In Fuld ufi monaſterio ſepultus.*

Anno dominicæ incarnationis 920. Heinrichus dux, conſenſu Francorum, Alemanorum, Bavarorum, & Saxonum, rex eligitur, qui initium ſui regni, diſciplina ſervandæ pacis inchoavit. Multi enim illis temporibus, etiam nobiles illis temporibus latrociniis inſudabant. *Heinrichus dux Saxonum rex eligitur.*

Anno dominicæ incarnationis 921. apud Franciam ſuperiorem, graves & inteſtinæ diſcordiæ ſervent inter Ruodbertum invaſorem regni, & Carolum regem. Interim Heinrichus rex ſtabiliendæ paci, & reprimendæ Sclavorum ſævitiæ fortiter inſiſtit.

Anno dominicæ incarnationis 922. Sueſſionis inter Ruodbertum & Carolum tanta pugna commiſſa eſt, ut pene ex utraque parte victores eſſe viderentur. Carolus tamen ori ſacrilego Ruodberti ita lanceam infixit, ut diffuſa lingua cervicis, poſteriora penetraret.

Anno dominicæ incarnationis 924. præciosiſſimus theſaurus ſanguinis domini venit in Augiam 6. idus Novembris. Haicho alba Fuldenſis obiit, cui Hilbertus ſucceſſit. Carolus Alſatiam, & partes illas Franciæ juxta Rhenum uſque Moguntiam ſibi uſurpaturus, uſque * Patennichheim villam juxta Wormatiam hoſtiliter pervenit. Unde fidelibus regis Heinrichi Wormatiæ coadunatis, aliter quàm decuerat regem aufugit. ** Padenheim alia.*

Eodem anno Heinrichus rex, adjunctis ſibi Ruotgero archiepiſcopo, Giſalberto duce, Mettenſem urbem obſedit, & Witgerum licet diu reluctantem, ſibi obedire coegit. Herimannus ſanctiſſimus vir, Colonien. epiſcopus obiit. cui Wigfridus ſucceſſit.

Anno dominicæ incarnationis 924. Hungari orientalem Franciam vaſtaverunt. Carolus & Heinrichus reges apud Bonnam caſtellum conveniunt, & pacem inter ſe facientes, fœdus ineunt; & Carolus nunquàm ſibi amplius Lotharienſe regnum uſurpaturum promittens, regreditur. Eodem anno ab Heriberto comprehenſus, in cuſtodiam mittitur. *Carolus rex Gallia regnum Lotharingia donat Germanorum regi.*

Anno dominicæ incarnationis 925. Heinricho rege, coadunatum & conſtabilitum Lotharienſe regnum, ideo in ſua poteſtate habente, Carolus rex in cuſtodia qua tenebatur obiit, qui *in cuſtodia moritur.*

Digitized by Google

ferrur vir hebetis esse ingenii,& minus aptus utilitatibus regni. Omnes etiam à filio ejus deficientes, quippe qui tunc temporis, capto patre, in Hyberniam exulaverat, quendam Ruodolphum sibi regem eligunt. Eodem anno Wirgerus episcopus obiit, Benno ex ordinariis Strasburgensibus, in Alpibus quondam hæremiticam vitam ducens, successor eligitur.

Anno dominicæ incarnationis 926. Hungeri totam Franciam, Alsatiam, Galliam & Alemaniã igne & gladio vastaverunt. Burchardus dux Alemaniæ in Italia occiditur. Herigerus deo dignus præsul obiit, cui Hildebertus Fuldensis abbas successit. Herimanno, Ducatus Alemaniæ committitur, qui Widam Burchardi duxit uxorem.

Hungari in Germaniam excurrunt.

Anno dominicæ incarnationis 927. Benno qui benedictus episcopus dicitur, à Mettensibus excæcatur, & Synodo apud Duisburgen. habita, omnes illius facti auctores excommunicantur, & Adalbero nobilis pro eo episcopus instituitur.

Benno episcopus excæcatur.

Anno domi. incarna. 928. Heinrichus rex, Boemos hostiliter invasit, & præstante deo fortiter superavit. Ea tempestate Ottoni filio ejusdem regis natus est filius Willihelmus. Hyems magna nimis. Ruotgerus Trevirorum archiepiscopus obiit, cui Ruodbertus successit.

Anno dominicæ incarnationis 929. Gisalbertus dux, Gerburgam filiam Heinrichi regis duxit uxorem.

Anno dominicæ incarnationis 930. Otto filius regis Heinrichi, Edgid filiam regis Anglorum duxit uxorem.

Anno dominicæ incarna. 931. Heinrichus rex, regem Abotridorum, & regem Danorum efficit christianos. Eodem anno rex ab Eberhardo, aliisque Franciæ comitibus seu episcopis in Franciam vocatus, singillatim ab uno quoque eorum in domibus suis, ecclesiarum sedibus regem decentibus, est conviviis & muneribus honoratus. 932.

Anno dominicæ incarnationis 933. Hungari per orientales Francos, & in Alemania multis civitatibus igne & gladio consumptis, juxta Wormatiam Rheno transito, usque ad mare Oceanũ Galliam devastantes, per Italiam redierunt.

Anno dominicæ incarnationis 934. Heinrichus rex, Hungaros multa cæde prostravit, pluresq; ex eis comprehendit. Eodem anno Sclavos qui Uncrani vocantur hostiliter invasit, & vicit, sibiq; tributarios fecit. Ecclesia sancti Maximini turbine cecidit, Flectione clementia regis monachis reddita. Ogo ante propositus, Abbas ejusdem loci eligitur, & monachi non regulariter ibi viventes, expelluntur.

Anno dominicæ incarna. 935. Heinrichus rex Paralisi percutitur.

Anno dominicæ incarnationis 936. Synodus apud Erfesfurd in Thuringia celebratur à compluribus episcopis. Heinrichus rex præcipuus pacis sectator, strenuusque paganorum insecutor, post plures fortiter, & viriliter actas victorias, dilatatis undique sui regni terminis 6. non. Julii, diem clausit extremum. Cui filius suus Otto consensu primorum regni successor eligitur. Hildebertus archiepiscopus obiit, cui Friderichus successit, Unni archiepiscopus, cui Adalgisus successit.

Synodus Erffurdiæ

Anno dominicæ incarnationis 937. Monasterium sancti Galli & monasterium sancti Bonifacii igne comburuntur. Ruodolphus rex Burgundiorum, & Arnolphes dux Bavarorum obierunt, graves & intestinæ discordiæ inter Heinrichum fratrem regis, & Eberhardum ducem Francorum nascuntur, ob exortas inter Wassallos eorum inimicitias.

Anno domi. incarna. 938. Filii ducis Arnolphi, ambitione Ducatus regi rebellarunt, quos ipse debellaturus in Bavariam ibat. Sed non, ut voluit, eos pacificare valens, revertitur. Interim frater regis Heinrichus ab Eberhardo comprehenditur in castello Badalikki, quo tamen citius liberato, Ebethardus Hildinesheim in exilium destinatur. Iterumque rex in Bavariam revertens, omnes sibi subdidit, & Eberhardum Arnolphi filium plus aliis rebellem, in exilium misit. Hungari iterũ à Saxonibus multa cæde vastati.

Anno dominicæ incarnationis 939. Eberhardus ab exilio remittitur, totumq; regnum inimicis & rebellionibus confunditur. Eberhardus enim & Gisalbertus cum Heinricho fratre regis adversus regem conjurant, sed quidam ecclesiastici viri nequam, & deo odibiles, cum illis factione concordant, omniaque passim pacis & concordiæ jura turbabant. Tunc rege Lothar. ubi tunc rebellionis summa gerebatur adeunte, Gisalbertus cum fratre regis transitum Rheni regi prohibere volens, nec valens, juxta Biertanam sociis regis congreditur, Deoque victoriam præstante, pluribus suorum occisis, aliisque fugatis, ipse & frater regis fugæ subsidia petunt. Quos rex insequens, usque ad Capri montem pervenit, castellumque in eo situm, firma undique obsidione circumdedit. Interim Ludovicus rex Galliæ Romanæ, filius Caroli, consilio inimicorũ regis sub obtentu requirendi Lotharienſis regni, quod pater suus perdiderat, Alsatiam invasit, ubi quæque poterat plus hostiliter, quàm regaliter gessit. Quod rex Otto patienter non ferens, Capri montem obsidione absolvit, & Alsatiã petens, Ludovicũ regem expulit. Quo expulso, Brisacũ castellũ munitissimũ obsedit, ubi quàmplura utrimq; fortia, & bellica gesta peracta sunt, quæ futura posterorũ

Romanus Galliæ.

sacrum.

successio

ſucceſſio nō ignorabit. Unde Friderichus Archiepiſcopus Moguntinenſis, & Ruodhardus epiſcopus Stratburgenſis, fixis in obſidione tentoriis, & relictis copiarum quas detulerant ſarcinis, nocte clam aufugerunt, & Mettenſem urbem adeuntes, Giſalberto & Heinricho ſe occurſuros, ut conjuraverant, ſperaverunt. Sed longe aliter eis contigit, cum eos ſpes inaniſſima deluſit. Nam Giſalbertus & Eberhardus juxta Anternacum caſtellum cum ſuis Rhenum tranſituri, ab Udone, & Chuonrado comitibus, cæteriſque regi fidelibus, ne tranſeant bellica congreſſione, citoque mortis compendio præventi. Nam Eberhardus occiditur, & Giſalbertus in Rheno ſubmerſus, necatur, plurimique ex illorum ſociis occiſi, reliqui vero ſunt fugati, aut capti. Quo audito, Briſacenſes caſtellani regiæ dominationi ſubduntur, caſtellum obſidione abſolvitur. Tunc iterum Lotharienſes adiens, omnes ſuo ſubjugavit imperio. Sed & fratrem ſuum projectis armis ad ſe venientem, ſolita ſibi ſuſcepit miſericordia. Nam omnia, quæ in eum deliquit, indulſit, & fraterno ſecum amore detinuit, omnibus tamen Lotharienſibus ſubactis, aliquandiu reſiſtere conatus eſt epiſcopus Mettenſis. Unde Theodonis villa capellam domini Ludovici pii Imperatoris, inſtar Aquenſis incœptam, ne perficeretur, aut pro munimine haberetur deſtruxit. Nec tamen diutius in hujuſcemodi rebellione permanſit. Statim ſiquidem totum regnum velut ex ipſis fidei viſceribus, Deo propicio, ad regem convertitur, & extinctis hoſtibus, pax & concordia renovatur. Friderichus archiepiſcopus ad Fuldam monaſterium mittitur, & Ruodhardus Straſburgenſis, Corbeiæ monaſterio deſtinatur. Interim dum hæc quæ prædiximus aguntur, Domina * Edgid regina Lauresheim Monaſterio commoratur. In hac eadem tempeſtate, Danemar frater regis ex concubina rebellans, Mereſburgo caſtello occiditur, aliique ſequaces ejus truncantur, aut ſuſpenduntur.

Epiſcopi Moguntinen. & Argentin. ab Ottone rege ſuſpenſi.

* Alias Orgil vel Egid appellant ex nobili gente Anglorum, filia fratris Adelſtani regis fuit.

Hac tempeſtate non in uno ſolum, ſed in omnibus Saxoniæ, & Franciæ provinciis, huc & illuc verſabatur Vuigman Saxo rebellans, ſed reconciliatur. Ludovicus rex Gerbirgam viduam Giſalberti duxit uxorem.

Anno dominicæ incarnationis 940. Heinricho fratri regis, Lotharienſis Ducatus committitur, qui mox eodem anno à Lotharienſibus expellitur, cui Otto comes in eodem ducatu ſucceſſit. Friderichus epiſcopus à Fulda remittitur.

Anno dominicæ incarnationis 941. Heinrichus frater cum quibuſdam Saxonibus contra regem conſpirat, quorum qui majores videbantur, rex decollari jubebat. Fratrem vero ſuum Ingelheym cuſtodiæ mancipabat. Friderichus archiepiſcopus, qui conſpirationis hujus particeps videbatur, publica ſe examinatione, perceptione corporis & ſanguinis domini, coram populo in eccleſia purgavit.

Anno dominicæ incarnationis 942. Rex Natalem Domini Franckfurdiæ celebravit, ubi frater ejus per Rhuodbertum Maguntinenſis eccleſiæ Diaconum, cuſtodia noctu clam aufugiens, antelucano tempore Regis eccleſiam adeuntis pedibus accubuit, & conceſſa venia miſericordiam quam precatur obtinuit. Bonna caſtello præclara ſynodus à viginti duobus epiſcopis habetur. Treveris baſilica ſancti Maximini dedicatur. Sydus ſimile Cometæ per 14. noctes viſum, & immenſa mortalitas bouum ſecuta eſt.

Bonnenſis ſynodus.

Anno dominicæ incarnationis 943. Otto Dux obiit, cui Chuonradi filius Werinheri in Ducatu ſucceſſit.

Anno dominicæ incarnationis 944. Rex apud Duiſburgen, in rogationibus placitum cum primoribus Lotharienſium, & Francorum habuit, ubi factione Conradi Ducis, Ruotbertus archiepiſcopus Trevirenſis, & Richarius Tungerenſis epiſcopus infidelitatis apud regem arguuntur. Sed in brevi ab objecto ſibi crimine liberantur. Illuc etiam à Trajactenſibus clericis corpus ſancti Servatii aſportatum eſt, ob multimodas ſibi ab Immone comite illatas injurias. Hungari à Carantanis tanta cæde mactantur, ut nunquam à noſtratibus antea taliter infirmarentur. Adalbertus comes filius Matfridi ab Idone occiditur.

Anno dominicæ incarnationis 945. Richarius epiſcopus obiit, cui Ogo Treveren. Abbas in epiſcopatum ſucceſſit. Herimannus & Chuonradus Duces, quaſdam inter ſe inimicitias habentes, in præſentia piiſſimi regis in Caſſella ſunt replicati. Bertaldus dux Bavarien. obiit. Henrichus frater regis in ducatu ſucceſſit.

Anno domini. incarna. 946. Ludovicus Rex, à ſuis regno expulſus, auxilium petens Regem Ottonem adiit, & ut deſideraverat obtinuit. Nam valida manu rex Galliam intravit, Remenſem urbem & Lugdunum, aliaque caſtella complurima firma & munita Ludovico reddi fecit, ipſeque hoſtiliter uſque Rothomagum pervenit. Inde omnibus penè, excepto Hugone Ruodberti filio, regni majoribus, regi ſuo ſubactis, in patriam regreditur.

Anno dominicæ incarnatio. 947. Domina Edgid Regina obiit, quæ Maximo regis, omniumque ſuorum planctu Madeburg ſepelitur. Chuonradus dux, regi tunc temporis penè præ omnibus charus, Luitgardam filiam regis in matrimonium ſumpſit. Ludolfus filius regis tali, ut decuerat, apparatu tertiam filiam Hermanni ducis ſibi conjugio copulavit.

Anno domini. incarnationis 948. Synodus in Ingelheym à 34. epiſcopis habetur. Cui præſidente

Synodus in Ingelheym.

Digitized by Google

Martino episcopo Romanæ ecclesiæ Legato, incliti reges Otto & Ludovicus affuerunt. in quæ multis ecclesiasticæ utilitati rebusque promulgatis, causa quoque Hugonis filii Heriberti, qui Artaldum archiepiscopum expellens, sedes ecclesiæ Remensis invaserat, ventilatur, & omnium qui affuerant judicio episcoporum damnatur. Chuonradus comes qui Curcipoldus dicebatur, filius Eberhardi, vir sapiens & prudens obiit.

Anno dominicæ incarnationis 949. Waldo Curiensis episcopus obiit cui Hardbertus successit. Uto comes obiit, qui permissu regis quicquid beneficii, aut præfecturarum habuit, quasi hæreditatem inter filios divisit, Herimannus dux, inter suos sapientissimus, & prudentissimus obiit 4. idus Decemb. Eodem anno Luidolfo filio regis, Mathildis filia nascitur.

Anno dominicæ incarnationis 950. Rex purificationem sanctæ Mariæ Franckfurt celebravit, indeque Wormatiam adiit, ubi viduam Herimanni ducis ad se venientem benigne suscepit, sed & filio Luidolfo Ducatum Alemanniæ commisit. Ibi Chuonradus filius Eberhardi comitis, qui cum quadã nepte regis se cõcubuisse sibi imposuit, à quodam Burchardo Saxone Monomachia victus, fefelliſſe se patefecit. Eodem anno Bohemorum princeps Bolizlaus regi rebellat, quem Rex validissima manu adibat, suæque per omnia ditioni subdebat. Rothardus Strasburgensis episcopus obiit. cui Udo filius Ulonis comitis, in episcopatu successit. Rihgonno Wormatiensis episcopus obiit, cui Anno successit. Ruodbertus archiepiscopus pro acquirenda Abbatia sancti Maximini, multum laboravit, sed (Deo propitio) prævaluit.

Anno dominicæ incarnationis 951. Rex Otto in Italiam ire volens, multo se ad hoc iter apparatu præstruxit, quomodo Adalhaidam viduam Lotharii regis Italici, filiam Rudolfi regis, à vinculis & custodia qua à Berengario tenebatur liberare, sibique eam in matrimonium assumere, Regnumq; cum ea simul Italicum adquirere posset, deliberavit. Quod inter filios ejus Luidolfus cum Alemannis anticipans, patrique si quid ibi a l ingressum suum fortiter ageretur, placere desyderans, nihil tale quod speraverat peregit. Sed potius inconsultum patrem offendens, totius inde rebellionis, & discordiæ seminarium sumpsit. Patruus enim ejus Henrichus dux, omnium ejus honorum & prosperitatum invidus, de Bavaria per triennium legatos suos præmisit in Italiam, omniumque quorum potuit mentes Italicorum ab eo avertit in tantum, ut nec civitas nec Castellum, quæ subsequenter regis pistoribus, cocisque patuerant, filio regis aperiretur, omniaque ibi incommodata, & plena molestiæ pateretur. Mox subsequenter Rex regnum Italicum ingreditur, Deoque sibi assistente totius Italiæ possessor efficitur. Sed & domina Adalheid, Deo amabilis regina, sua ipsius prudentia à custodia est, (Deo propitio) liberata, & Ottoni regi felici, deo auspicante, copula conjuncta, Tunc Luidolfus dux hæc quæ præscripsimus ægreferens, inconsulto patre archiepiscopo, Friderichо comite in patriam revertitur.

Adalheida Ottoni regi jungitur matrimonio.

Anno dominicæ incarnationis 952. Rex expulso Berengario, cum suis fidelibus hyemans in Italia, Papiæ Natalem, domini celebravit. Sicque dispositis regni negotiis, verno tempore in patriam rediit. Ducem autem Chuonradum ad persequendum Berengarium in Italia reliquit. Luidolfus dux de Italia revertens regio ambitu Natalem domini in Salefelt celebrat, ubi Friderichum archiepiscopum, omnesque qui in promptu erant regni majores, secum detinuit Quod convivium jam multis suspitiosum cœpit haberi, & plus ibi destructionis quam utilitatis ferebatur tractari, Chuonrado duce, ad persequendum Berengarium relicto, Berengarius ejusdem ducis consilio, sponte sua in Saxoniam ad regem venit, nihil tamen de his quæ voluit obtinuit. Sed machinatione Henrichi ducis vita & patria indulta, in Italiam rediit, unde etiam Chuonradus dux multum offensus, à debita regis fidelitate defecit. Tunc Friderichus archiepiscopus, & Chuonradus dux amici facti sunt, nam antea inimici erant adinuicem. Eodem anno mediante Augusto mense, conventus Francorum, Saxonum, Bavarorum, Alemanorum, & Longobardorum publicus apud Augustanam urbem, Rhetiæ provinciæ agitur, ubi præscriptus Berengarius cum filio suo Adalberto, regiæ se per omnia in vasallitium dedit dominationi, & Italiam iterum cum gratia, & dono regis accepit regendam. Marcha tantum Veronensis & Aquilensis excipitur, quæ Henricho fratri regis committitur. Berengarius tamen in Italiam revertens, omnia hæc in episcopos & comites, ceteroſque Italiæ principes retorsit, omnes eos odiis, & inimicitis insequens, inimicissimos sibi fecit.

Chuonradus dux defecit à rege.

Anno dominicæ incarnationis. 953. Rex Natalem domini Franconofurdiæ celebravit. Indeque Alsatiam progrediens socrui suæ Bertæ matri scilicet, Dominæ Adalheidæ, reginæ Abbatiam Merenlein dedit. Tunc jam animositates & consilia occulte contra eum facta palã cœperant apparere, & unus quisque eorum, quæ in corde contexerant apperire. Redeunte enim illo de Alsatia, & Ingelheym pascha celebraturo, Luidolfus filius ejus, & Chuonradus dux nequam fautoribus, & maxime juvenibus, & de Francia, & de Saxonia, & de Bavaria sibi coadunatis, conspiraverant. Et quacunque poterant munitiones seu castella, futuræ seditioni muniebant. Nec enim jam clam agebatur, quo tendebant, sed aperta rebellionis signa monstrabant. Rex igitur Ingelheym perveniens, paucis suorum fidelium secum habitis, non tutò inter medios hostes pascha celebrandum ratus, Maguntiam inde secessit. Ubi aliter quàm regem decebat, diutius ante portas

Conjuratio filii & episcopi Moguntinen. in Ottonem regem.

expectans

expectans. Friderichoarchiepiſcopo jam cum illis conſpirante, vix urbis ingreſſum obtinuit.

Tunc Luidolfus & Chuonradus ibi facta ad eum humilitate, ut poſt claruit, venientes, nihil talium ſe in ejus contrarietate egiſſe dicebant. Sed ſi Henrichus frater ejus in paſcha Ingelheym veniret, illum ſe comprehenſuros non negabant. quod Rex tranquille ac modeſte ſuſcipiens, navigio Coloniam attigit, indeq; progrediens Droomanni vico paſcha celebravit. Poſt paſcha coadunata fidelium ſuorum multitudine, Coloniam iterum rediit, ibique Mettenſem epiſcopum, in quo maxima ſpes & fiducia Luidolfo & Chuonrado eſſe videbatur, omneſq; Lotharienſes excepris paucis, quibus prædæ & rapinæ cordi erāt, obvios habuit, & ab amicis ſuis deficientes, benigna ad ſe venientes ſuſcepit charitate, & in ſua fidelitate firmos & ſtabiles coadunavit. Quibus diſpoſitis, in Saxoniam revertitur, ubi firmaris nihilominus, & ſtabilitis ſuis rebus, iterum in Franciam hoſtili manu revertitur. Quo audito Friderichus archiepiſcopus Maguntia ſeceſſit, & civitatem Briſacum (caſtellum latibulum ſemper Deo regique rebellantium) intravit, totamque ibi penè æſtatem rei eventum expectaturus, permanſit. Tunc Rex audiens, Maguntiam Metropolim Franciæ, regiamque civitatem inimicis ſuis deditam, qua potuit velocitate eam adiit. Collectaq; ſuorum fidelium multitudine tam Francorum quàm Saxonū, & Lotharien. firma eam obſidione circundedit. Sed & frater ejus Henrichus de Bavaria regi auxilium collaturus advenit, licet ſibi plus incommodi, quam utilitatis conquiſierit. Nam interim Luidolfus Bavaros machinatione Arnoldi fratris, Judithe uxoris ejus ab eo avertit, & Ratiſbonam intromiſſus, omnes ejus ibi theſauros diripuit, ſuisque rapiendos diſtribuit. Quæ ejus incomoda Rex ſuis præponens, Maguntiā obſidione abſolvit, & in Bavariam iter dirigens, Ratiſbonam obſedit, in qua obſidione penè uſq; Natale Domini permanſit. Eodem anno Wigfridus Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus obiit, cui Brun frater regis ſuccedens, totius Lotharienſis regni Ducatum, & regnum cum epiſcopatu ſuſcepit. Luitgarda filia regis obiit.

Briſacum fortecepit epiſcopus Maguntii.

Maguntia Metropolis Franciæ à regia gracia vitat.

Maguntiam obſidet Otto.

Anno domi. incarn. 954. Rex omiſſa obſidione in Saxonia Natal. Domini celebravit, iterumq; appropinquante quadrageſima in Bavariam remeavit. Ibi Heroldus archiepiſcopus à fratre regis cæcatus, Deo propitio, viribus imminutis inimicorum, in brevi tota Bavariæ virtus ad eum & Alemaniæ in tantum convertitur, ut & Ratiſbona civitas regi redderetur, ipſique rebellatores, nihil ſe contra eum velle, vel poſſe profiterentur. Friderichus etiam ſacramento ſe expurgaturus, nihil contra regiam ſe fidelitatem egiſſe acceſſit: ſed Rex omni pietate plenus, eum ſacramento abſolvit. In eodem anno Chuonradus Dux cum Lotharienſibus duce Brun archiepiſcopo, in Belenſi pagum ad villam Rimilinga congreſſurus erat. Sed in ultimo, quia contra regem erat (Deo volente) ne fieret, remanebat. Hungari ducentibus inimicis regis in quadrageſima, Rheno tranſito, pervadentes Galliam maudita mala in eccleſias dei fecerunt, & per Italiam redierunt. Friderichus archiepiſcopus obiit, vir in ſancta religione ſtrenuus, & valde laudabilis, niſi in hoc tantū videbatur reprehenſibilis, quod ſicubi vel unus regis inimicus emerſit, ipſe ſe ſtatim ſecundum appoſuit. Cui ſucceſſit regis filius Wilhelmus, à populo & clero in Arneſtat concorditer electus. Ea tempeſtate Luidolfus in gratiam regis revocatus, Vaſallos quos habuit, & ducatum patri reddidit, cui Burchardus in ducatu ſucceſſit. Chuonradus etiam omnium quas habuit divitiarum nudus, omiſſo ducatu, in gratiam regis intromittitur, vita & patria, & prædio contentus. Luidolfo filius Otto naſcitur.

Hungarorum ſævitia in Galliam.

Maguntinus epiſcopus regi ſemper infeſtus.

Conjurati in gratiam redeunt.

Anno dominicæ incarna. 955. Hungari cum tam ingenti multitudine exeuntes, ut non niſi terra eos dehiſceret, vel cœlum eos obrueret, ab aliquo ſe vinci poſſe dicerent, Chuonradus quondam Dux ibi occiditur, & ab exercitu Regis apud Lichum fluvium tanta cæde (Deo præſtante) proſtrati ſunt, ut nunquam ante apud noſtrates victoria talis audiretur aut fieret. Rex inde revertens, in Sclavos hoſtem dirigit, ubi ſimili potitus victoria, vaſta illos cæde proſternit. Wigmannus expellitur. Henrichus frater regis deſperatis rebus recuperatis, recepto Bavario ducatu obiit. Cujus filio Henricho, Pius rex ducatum & Marcam dedit. Otto filius regi naſcitur.

Anno dominicæ incarnationis 956. Rex in pace & ocio degens, maximo ſuorum fidelium conventu, Coloniæ placitum regale habuit. Ea tempeſtate, gravis per omnes regni partes peſtilentia graſſabatur, quæ innumeram populi multitudinem paſſim extinxit. ex qua Rotbertus archiepiſcopus Treverenſis, & Hadamarus abbas Fuldenſis obierunt. Quibus Heinrichus in epiſcopatu, & Hatto in abbatia ſucceſſerunt. Eodem anno Luidolphus in Italiam ad deprimendam Berengarii tyrannidem dirigitur, & in brevi expulſo Berengario, totius penè Italiæ poſſeſſor efficitur. Abbatia ſancti Nazarii in Lauresheim electione reſtituitur.

Peſtilentia magna.

Ludolphus Ottonis filius Moguntiæ ad ſanctum Albanum ſepelitur.

Anno dominicæ incarnationis 957. Rex iterum Sclavos invaſit. Luidolphus in Italia obiit, cujus corpus inde translatum, à venerabili archiepiſcopo Wilhelmo fratre ejus, Moguntiæ apud ſanctū Albanum honorifice ſepultus eſt. Willerus Treverenſis abbas obiit, cui Wikerus ſucceſſit. Ea tempeſtate rex clementiſſimus Abbatiam ſancti Petri in Wirtzeburg multis retro temporibus, ſub anteceſſoribus ſuis electionis, & privilegii dono privatam, ſtudio ſanctæ religionis dignitati priſtinæ reſtituit, & virum venerabilem Gelionem eidem cœnobio abbatem præfecit.

Abbatia in Wirtzburg reſtauratur.

Anno

tavit. Dum hæc igitur aguntur. Imperator à Papia movens iter, Berengarium in monte ſancti Leonis obſedit, totamque ibi æſtatem ſedens, ſæpe montem undique circumdedit, & ne aliquatenus pateret exitus, vel introitus prohibuit. Interim Ioannes papa promiſſiones Imperatori factas, oblivioni tradens ab eo deficit, & Berengarii ſeu Adalberti partibus favens, Adalbertum Romam intromittit. Quas doloſitatis ejus fraudes Imperator audiens, relicta circa montem obſidione, Romam verſus cum hoſte pergit. Cujus ipſi metuentes adventum, plurimum theſaurũ ſancti Petri rapientes, fugæ ſubſidia petunt. Tunc Roma in plura diviſa, partim Imperatori faventes, multi enim à prædicto papa injuriis ſe opprimi conquerebantur, partim apoſtolico blandiẽtes, licet diverſa ſentirent, Imperatorem tamen cum honore debito urbem intromittunt, ſeque per omnia datis obſidibus, illius ditioni ſubjungunt. Imperator vero plurimorum Epiſcoporum collecta multitudine Synodum coadunavit, & conſilio eorum miſſa legatione, canonica auctoritate, profugum apoſtolicum ad ſedem pontificalem & apoſtolicam revocavit. Illo tamen hoc omnibus modis renuente, plebs Romana Leonem proſcriniarium, virum ſtrenuum, & induſtriũ communi conſenſu in locum ejus elegit & ordinavit, cui Synodo interfuerunt omnes prope Romanæ & Italiæ epiſcopi. Angelfredus etiam Aquileienſis patriarcha, qui tunc temporis etiam ibidem obiit, ſed & de noſtratibus interfuerunt, Adaldagus & Heinrichus archiepiſcopi, Landtuardus, & Otgerus epiſcopi. Poſtea Ioannes qui & Octavianus, videns ſe eſſe depoſitum, ſera pœnitentia ductus, Adalberto diſiungitur. Adalbertus vero in Corſicam revertitur. Eodem anno Gard caſtellum in Italia capitur, apud nos quoq; Sclavi qui dicuntur Lunſinzani * ſubduntur.

Perfidia perfidis dat occaſionem injuriæ. Otto-cius

*Lucenſi aliàs

Anno dominicæ incarnationis 964. Imperator Romæ Natal. domini celebravit. Berengarius cum ſuis in montem ſancti Leonis obſeſſus vincitur, & idipſum caſtellum Imperatoris ditioni ſubditur, & Berengarius cum Willa in Bavariam mittitur. Romani iterum ab Imperatore ſolito more deficientes, pluribus aliis caſtellanis, ſibi per conjurationem extrinſecus adjunctis, eum occidere nitebantur. ſed inſidiis eorum patefactis, eodem dei quo eum extinguere moliebantur, nutu ſibi paratam anticipans, 3. non. Januarii cum pauciſſimis ſuorum eos invaſit, & non modicam illorum multitudinem intra muros urbis proſtravit. Die vero ſequenti, Romam iterum veniẽtes, centum obſides dederunt, & ſupra corpus ſancti Petri ſub jurejurando fidelitatem Imperatori, & papæ promiſerunt. Tunc Imperator plena adhuc hebdomada apud illos manens, Spolatinum ducatum, & Camerinum ordinaturus exivit, & ad preces papæ Leonis, obſides Romanis remiſit, quibus ipſi beneficiis ingrati, non longe illo ab urbe poſito, Joannem qui & Octavianus urbi intromittunt. & fidem Imperatori, & papæ promiſſam adnihilare non metuunt. Leo vero papa vix cum paucis facultatum omnium nudus evaſit, & Imperatorem in Camerino ducatu poſitum adiit, ibique paſcha celebravit. Joannes autem qui & Octavianus, Joannem Diaconum, & Azonem ſcriniarium crudeliter detruncavit, & Otgerum Spirenſem epiſcopum compræhenſum & flagellatum, aliquandiu licet incommode, ſecum detinuit. Sed poſtea ſtatim eum ſpe impetrandæ ab Imperatore veniæ remiſit, quæ ſpes divina cum ordinatione fefellit. Nam 2. Idus Maii rebus humanis exceſſit. Tunc Romani non modicè metuentes Imperatoris adventum. Benedictum quendam Romanæ eccleſiæ diaconum, fidei & electionis Domini Leonis immemores eligunt, & ordinatum ſedi apoſtolicæ imponunt. Quo audito Imperator collecta undique ſecus fidelium ſuorum multitudine, Romam adiit, & firma eam omni parte obſidione, nequis pateret exitus, munivit. Sed prædictus Benedictus falſo nomine Apoſtolicus, diutius ut Imperatori reſiſterent, Romanos animavit, ipſeque Imperatori ſuiſque fidelibus excommunicationem comminans, muros urbis aſcendit, & elatiori ſe faſtu quàm apoſtolicũ decuerat oſtendit. Ad ultimũ Romani, fame & obſidione conſtricti, ſe erraſſe, contraque Imperatorem injuſte deliquiſſe, pœnitentes, in vigilia præcurſoris, id eſt 6. Kalen. Julii portas urbis aperiunt, & Imperatore cum honorificentia debita intromiſſo, Benedictum ſacrilegum, & perjurum Imperatoriæ ditioni reddunt, & dominũ Leonem in ſedem apoſtolicam reſtituunt.

Berengarius capitur.

In perfidos Romanos movet Otto.

Ioannes proſugus, pontificatum iterũ occupat.

Ab epiſcopo Romano.

Otto impe. Romã obſidet contra Benedictum epiſcopũ

Leo verũ in pontificatũ admittitur

Tunc Leo apoſtolicus coadunata multorũ epiſcoporũ ſynodo, eundem Benedictum Romanæ ſedis invaſorem judicio omnium ab invaſo gradu depoſuit, & pontificale pallium, quod ſibi impoſuerat abſcindit, ferulamque paſtoralem manu ejus arreptam, coram omnibus in fruſta confregit, & ad preces Imperatoris diaconatus ei tantum gradu uti conceſſit. Celebrata vero beati Joannis Nativitate, & ſanctorum apoſtolorum feſtivitate, Imperator ab urbe Romana revertitur, & infeliciore quàm ſperaverat omine, in redeundo fruitur. Nam tanta exercitũ ejus peſtis & mortalitas invaſit, ut vix vel ſanus quis à mane uſq; ad veſperã, vel à veſpera uſq; mane ſe victurũ ſperaverit. Ex qua peſtilentia obierunt, Heinrichus archiepiſcopus Treveren. & Gerricus abbas Wirtzeburgen. & Godefridus dux Lotharienſis, aliorũq; innumera multitudo, tam nobiliũ quàm ignobiliũ. Tãdẽ miſeratione divina peſtilentia ceſſante, Imperator in Liguriã pervenit, ibiq; autũnali tempore, pace & ocio vacans, ſe venationibus exercitavit. Eodẽ anno Duodo pallatii capellanus, ab Adalberto compræhenditur, & flagellis cæſis in Corſicã deducitur, ſed non longo poſt tempore dimittitur.

Peſtis maxima in Ottonis exercitu.

Ea tempeſtate

Cumani lacus munitiones solo æquantur.

Ea tempestate Waldo Cumanus episcopus insulam in Cumano lacu cæpit, & munitiones in eâ solo destruxit, quod Udoni Comiti nuncium malorum fuit. Nam Hattonem ejusdem insulæ tutorem in suam fidem suscepit, & destructa insula non, ut optaverat, eum Imperatori reconciliare potuit, quo indigne ferens, totum in Waldonem episcopum detorsit, & inimicus in eum si possit ulcisci disposuit. Erkanbertus in locum fratris sui Gerrici Wirtzburgensis cœnobii Abbas constituitur.

Anno dominicæ incarnatio. 965. Imperator Papiæ Natalem domini celebravit, & peracta festivitate statim in patriam, dispositis in Italia regni negotiis, commeavit, cui filii sui Otto & Wilhelmus archiepiscopus in confinio Franciæ & Alemaniæ, in villa Heimbodesheym occurrerent, & cum magna ibi cum alacritate susceperunt. Inde Wormatiam progressus, fratrem suum Brun, archiepiscopum, in purificatione sanctissimæ mariæ virginis sibi obviam habuit, sicque tota quadragesima in Francia commorans, in Ingelheym pascha cum magno gaudio celebravit. Inde navigio Coloniam attingens, matrem suam Dominam Mathildam, & sororem suam Gerbirgam reginam, filiumque ejus regem Lotharium sibi obvios, condigno ibi amore & honore tractavit. Sicque in Saxoniam iterum direxit. Benedictum etiam illum depositum ab urbe Romana secum in Franciam advexit, quem Adaldago Archiepiscopo custodiendum commisit. Duas quoque filias Berengarii in pallatio cum Domina Imperatrice decenti sibi honore detinuit.

Ingelheym prope Maguntiam in Francia ut sæpe alias posita.

Eodem anno quidam ex Langobardis more solito, ab Imperatore deficiunt, & Adalbertum in Italiam reducunt. Tunc Imperator Burchardum ducem Alemanorum in Italiam misit, cui ad congrediendum ei ubicunque inveniretur, cum Langobardis Imperatoris fidelibus, & Alemanis visum, per Padum navigavit, & illis ubi eum audierant esse partibus, navim applicuit. In quos in prima fluminis egressione Adalbertus insiluit, ubi & frater ejus Guido cum aliis quàm plurimis occubuit. Ipse vero Adalbertus vix fuga evasit, & montana quædam ubi Imperatorem lateret intravit. Hac igitur Dux lætus victoria in patriam repedavit, & quæ sibi acciderant Imperatori significavit. Interim Guido Mettensis episcopus vulpina calliditate Imperatori simulans fidelem, ipsique infideles se proditurum jactitans, legatione Adalberti fungens in Saxonia Imperatorem aggreditur. Nec tamē visu, aut allocutione ipsius participatur, sed cum dedecore redire permissus, infra Alpes ultra Curiam compræhenditur, & in Saxoniam remissus, in Sclavis custodiæ mancipatur. Udo Strazburgensis episcopus obiit, cui Erkanboldus successit.

Leo papa moritur.

Eodem etiam anno dominus Leo papa obiit, tunc legati Romanorum Azo videlicet protoscriniarius, & Martinus Surienſis ecclesiæ episcopus. Imperatorem pro instituendo quem vellet Romano pontifice, in Saxoniam adeuntes, honorifice susciptuntur, & remittuntur. Et Otgerus Spirensis episcopus, & Linzo Cremonen, episcopus, cum eisdem Romam ab Imperatore diriguntur. tunc ab omni plebe Romana, Joannes Narriensis ecclesiæ episcopus eligitur, sedique apostolicæ pontifex intronisatur. Qui statim majores Romanorum elatiore animo quàm oporteret, insequitur. quo in brevi inimicissimos, & infestos patitur. Nam ab urbis præfecto, & quodam Rotfredo compræhenditur, & urbe expulsus in Campania custodiæ mancipatur. Hoc demum anno Imperatore ab Italia redeunte, Henricho archiepiscopo Treverensi, Thiedericus ejusdem ecclesiæ diaconus, & Adalberoni Mettensi episcopo Thiedericus consobrinus Imperatoris successores instituuntur. Bruno quoq; archiepiscopus germanus Imperatoris, vir ducatu pariter & episcopatu dignissimus, 5. idus octob. obiit. cui Foltmarus in episcopatu successit. Eodem anno Gero Marchionum nostri temporis optimus, & præcipuus obiit, Lotharius rex Dominam Henimam sibi conjugio copulavit.

Bruno archiepiscopus Coloniens. moritur.

Anno domini, incarnati. 966. Imperator Coloniæ Natalem, domini celebravit, cunctaque ibi Lotharienſis regni negotia, prout sibi videbatur disposuit. Erkanbertus Wirtzburgensis cœnobii Abbas obiit, & Imperator electione monachorum Adalbertum Rugis ordinatum episcopum, eidem monasterio præfecit. Starkandus Rubilocensis ecclesiæ episcopus obiit, cui Reginoldus successit in episcopatu. Udo comes conjurationem cum Adalberto Berengarii filio habens, & in Italiam ad excæcandum Waldonem Cumanum episcopum, ire disponens, Imperatoriæ majestatis reus esse convincitur, & sacramento ne aliquatenus ullas partes regni præsumat ingredi, regno expellitur. Wikerus Treveren. cœnobii Abbas obiit. cui Asolfus in Abbatia successit. Imperator iterum in Italiam ire disponens, Assumptionem sanctissimæ Mariæ virginis Wormatiæ celebravit, ibique habito cum omnibus regni majoribus consilio, inde per Alsatiam & Curiam alpes transcendens, Italiam intravit, & Sigolfum Placentinum episcopum, quosdamq; ex comitibus Italicis, propter Adalbertum priori anno à se deficientes, in trans Alpinas partes Franciæ, vel Saxoniæ custodiendos direxit. Tunc Romani Imperatoris metuentes adventum, Rotfredo jam mortuo, à custodia qua tenebatur, Joannem apostolicum absolvunt, & veniam pro malis quæ ei ingesserant petentes, in locum & sedem suam illum restituunt. Eodem anno comes Eberhardus obiit. Eodem anno Berengarius quondam Italiæ rex exul moritur, & Babenberg regio more sepelitur Cujus vidua Vuilla antequam sepeliretur, Velum sibi sanctimoniale assumpsit. Udo comes, sacramenti oblitus Franciam ingreditur, unde iterum absque omni utilitate revertitur.

Udo comes ex regno pellitur.

Anno

Anno dominicæ incarnationis 967. Imperator Romæ Natal. domini celebravit, & excepto præfecto urbis qui aufugerat. 13. ex maioribus Romanorum, qui authores expulſionis domini Joannis papæ videbantur, ſuſpendio interire juſſit. Inde progrediens per Spoletum Ravennam adiit, ibique paſcha celebrans cum domino Joanne papa, plurimos ibi ex Italia & Romania Epiſcopus condemnavit. & habita ſynodo, multa ad utilitatem ſanctæ eccleſiæ adinvenit, & apoſtolico Joanni urbem & terram Ravennatium, aliaque complura multis retro temporibus Romanis Pontificibus ablata, reddidit, eumque inde Romam cum magna lætitia remiſit, ipſe vero in partes Thuſciæ ſeceſſit. Interim papa Joannes, & Imperator regi Ottoni literas invitatorias miſerunt, & ut cum ipſis ad Natal. domini Romæ celebrandum feſtinaret, juſſerunt. Tunc rex pro diſponendis regni negotiis ante ſuum in Italiam iter Wormatiam venit, ibique in primo ſuo placito, Deo propitio, plurima futuræ prudentiæ ſimul & clementiæ indicia præmonſtravit. Sicque Nativitate præcurſoris, & apoſtolorum feſtivitate Franconofurd celebra. iter ſuũ acceleraturus in Saxoniam remeavit.

Et tempeſtate Aſulfus Treverenſis Abbas præſenti vitæ ſubtrahitur. Cui Thietfridus ſucceſſor eligitur. Tunc etiam Dominus archiepiſcopus Wilhelmus aliquantula infirmitate detentus, in brevi (Deo miſerante) convaluit. Domino Imperatore in Italia commorante, legati Nichophori, Græcorum Imperatoris Ravennæ ad eum venerunt, honorifica ſecum munera ferentes, & pacem ab eo, vel amicitiam poſcentes, quibus honorabiliter ſuſceptis, decenterque remiſſis, Dominus Imperator nuncium ſuum eidem Græcorum Imperatori, pro conjungenda in matrimonium ſuo filio regi Ottoni privigna ipſius Nichophori, filia ſcilicet Romani Imperatoris, Conſtantinopolim dirigit. Qui iterum eodem anno, ante Natalem Domini, ad Imperatorem revertitur.

Eodem anno, intrante Septembri menſe, Otto rex Romam iturus, decenti ſe comitatu egreſſus, memoriam ſancti Michaelis in Auguſta civitate celebravit.

FINIS.

Digitized by Google

CHRONICI

LAMBERTI SCHAF-NABVRGENSIS MONACHI,

OLIM SUB DIOECESI MOGUNTINA,
circa annum Christi 1058. in Cœnobio Hirsfeldensi, Buchoniæ Sylvæ, quæ est inter Hassiam & Thuringiam, viventis

ANNALES:

QUIBUS, AB EXORDIO PRIMUM NAscentis Mundi breviter repetitâ memoriâ, Regum, Principum ac Imperatorum, præsertim Germanorum à Caroli Magni tempore usq; ad annum Millesimum Septuagesimum septimum res gestæ, ut & aliarum memoratu dignissimarum rerum annotata continentur.

ARGENTORATI,

Sumptibus Lazari Zetzneri Bibliop.

ANNO M DC IX.

PHILIPPVS MELANCHTON
SUO CASPARO CHURRERO, BONAS LITERAS Tubingæ in Suevis docenti, Salutem.

FEcit mearum rerum varia jactatio, mi Chaſpar, cur hactenus ad te nihil ſcripſerim, tametſi ſemper animo tui memoriam circumferrem, & tanquam oculis noſtris aſſiduò obverſareris. Neque enim fieri potuit, ut ſtudium erga te meum temerè benevolentiaq; langueſceret, quem tantopere dilexiſſem. Quàm vellem officiis amplioribus voluntatem animi in te mei declarare potuiſſem. Scis enim hunc mihi morem eſſe, ut liberaliter & conſtanter amem. Tu viciſſim, ſi non ſinis nos ex animo tuo effluere per quàm amanter facis. Neſcio enim qui fiat, ut uſq; adeo veteribus amicis ſordeam. De tua voluntate nihil dubito: præſertim ſi in iis ſtudiis ac literis es, quæ nos ad benevolentiam, pietatem, fidem adhortantur. Reliquis libenter ignoſco, qui in ejuſmodi ſtudiis verſantur, ut mirum ſit, non omnino, quemadmodum ille ait, vulturios fieri. Diſcedenti huic Secerio mandaram, ut curaret hiſtoriam, cujus eſt in Auguſtinenſium Monachorum bibliotheca exemplum, deſcribi. Nondum enim vidi à Germaniæ ſcriptoribus eo argumento quicquam diligentius eſſe compoſitum, tametſi quædam admiſcuerit de privatis rebus indigna poſterorum memoria. Eam rem totam tuæ committo & fidei & prudentiæ: Si judicaris dignam eſſe hiſtoriam editione, quæſo incumbas, ut illius prælis emendatiſſima mandetur: Sin aliter videbitur, facile faciam, ſcriptum non elegantiſſimum interire. Vale. ex Vuittenberga.

Digitized by Google

VITÆ AVTHORIS NOSTRI

ELOGIUM, EX PRIMO JOANNIS TRITEMII ABBATIS Hirſaugienſium Chronicorum volumine primo decerptum.

CLaruit his temporibus Lambertus monachus Hirſveldſiens in Buchonia ſylva, quæ eſt inter Haſſiam & Turingiam Magontinæ Diœceſis. Vir tam in divinis ſcripturis doctiſſimus, quàm in ſecularibus literis valde eruditus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Qui inter cætera ingenii ſui opuſcula ſcripſit Chronicon monaſterii ſui Hirſveldenſis: Breve quidem, ſed non inutile. Scripſit & de geſtis regum, principum & Imperatorum à tempore Caroli Magni, uſque ad annum Dominicæ nativitatis Milleſimum, ſeptuageſimum ſeptimum, hiſtoriarum volumen unum inſigne & jucundæ lectionis. Alia quoque multa compoſuit, quæ ad notitiam noſtræ lectionis non venerunt.

Hæc Tritemius.

En, lector humaniſſime, habes hiſtoriarum hunc noſtrum authorem, & Germanicarum quidem rerum ſtudioſiſſimum ſclaruiſſe, quo nam tempore verò, unicuique profecto, qui opus illud percelebre Abbatis Tritemii non legiſſet, ſatis adhuc anceps & ambiguum videri poſſet. Sed id quicquid eſt dubii, nos brevi ac unica ratione iſthac, quã è ſcriptoris contextu collegimus, animo eximemus. Sic quidem cõfeſtim poſt Chriſtianæ ſalutis annũ 1058. hoc ipſo volumine annotatũ, ita leges *Ego N. vulgatã toto orbe Abbatis Meginheri placitam Deo cõverſationẽ emulatus, rei familiaris curam, ne in via Dei pregravaret, abjeci: Sanctamq́, veſtem, ab ejus ſanctiſſimis manibus, Idib. Martiis, hen nimium impar tali armatura, ſuſcepi.* Habes hic verbis apertis, quo anno ſeculi cõmercium abjurarit. Nec te moveat, quòd Lamperti nomen nuſquam aſſcriptum cernis, neque Meginherum Hirſveldenſium Abbatem appellari audis. Hoc enim paulò poſt ita expreſſim apparebit, ut quod apertiſſimè. Illud autem ſtudioſe ſuppreſſum eſt, ne alicubi ſciolis, videlicet, autem popularem captare videretur. Chriſtiana prorſus ratione permotus, contraque multorum philoſophantium inverſum morem, qui etiamſi mundi gloriolas ſeſe aſpernare, paſſim libris æditis jactitent, nullos tamen videre licet de nominis ſui ratione, adeoque librorum ſuorum curioſa inſcriptione magis concertare. Maximeque tunc, quando vel jam ſeriò, de contemnenda exiſtimatione populari, graviſſima dictione declamant. Porrò nec quemquam ſolicitum reddat, quod archetypus Tritemii, quem ipſi vidimus, Lampertum hunc Hirſveldenſis Monaſterii aſſeclam recenſeat, hoc noſtro autem volumine potiſſimum Herveldenſis Eccleſiæ mentio habeatur, ſicque diverſi inſtituti loca eſſe, vel nõminum diſparitate ſuperati, cogamur fateri. Ita enim Germanicorũ locorum, & quarum non tandem rerum vocabula, ſcriptorum ſive inopia, ſive librariorum incuria, nobis uſqueadeo nonnunquam lacera mutilataq́; relicta ſunt, ut non niſi abſolutiſſima ratione, vix tandem quoque ad paucula hæc, quæ nobis ex profeſſo interdum ſuperſunt, deveniamus. Proinde nihil, aut parum jam retulerit, utrum legere quiſpiam malit, quum cætera conſtent. Ludimus enim hac in re plerumque & ludimur. Cæterum quo tempore in presbyterorum numerum ordinemque aſcitus, quamdiu etiam Hieroſolymitana peregrinatione jactatus ſit, ex anni ſubſequentis 1059. deſcriptione liquidò conſtabit. Qui & quo tandem anno ſubſtiterit, extremamque operi manum impoſuerit, finis ex amuſſim demonſtrat. Nam ultra 1077. Jeſu Chriſti annum non proceſſit. Demum inter quos bonarum literarum profeſſores ac hiſtoricos hic author tibi reponendus ſit, Philippus Melanthon ille, vir inſigni eloquentia & acri humanioris literaturæ judicio præditus, ut interim alios itidem doctiſſimos taceam, hac una perſuaſit annotatiuncula, quam & apud nos Tubingæ primum hunc ex interitu in lucem aſſerens authorem archetypo, quem nonnulli credebamus, inſcriptionis loco appoſuit. Quæ & prima ante hac æditione tituli vicem obtinuit, in hæc verba,

Quisquis es gloriæ Germanicæ & majorum ſtudioſus, hoc utere cum magiſtro libello.

Et Philipum illum ſic erga librum animatum fuiſſe, ſcripta ad M. Chaſp. Churre. virum eruditiſſimum præcedens epiſtola edocet. Et profecto, ſi authoris ſeculum ſpectes, quo penè omnia ſub finem confuſa, fractaque ob Heinrici regis quarti impotentiam erant, egregium illius ingenium fuiſſe dices, Ut quod ea re nihil permotum ſit. Adde id etiam quod & longe maximum videri debet, hominem inter graſſantem jam barbariem, tam eleganti latinitate, tantaque diligentia, diverſas rerum ſpecies, pulcerrimo ordine digeſtas reddere, ac ea ſingula unus ipſe compendio potuiſſe præſtare. Vale.

Digitized by Google

GENEROSI ANIMI AC STRENUO MILITIÆ DECURIONI SEBASTIANO Schertlino, domino & affini ſuaviſſimo ſuo Burtenbachii &c. Lutovicus Schradinus S. P. D.

MUlta me tibi debere, vir ornatiſſime, quum ob præclaram erga me benevolentiam, tum vero ſplendidiſſimam benignitatem nupero nuntio acceptam, ac noſtram inſuper neceſſitudinem ingenue fateor. Tanta eſt enim tua in quoſvis, nedum quoque me humanitas, ut etiamſi maximè velim, abſque inſigni tamen imprudentiæ vitio ſic tari non poſſim. Dudum igitur conveniebat, aliqua ratione officijs quoque meis, iſdemque literatis ſi non reſpondere, id enim nunc temporis vel impoſſibile eſt, at ſaltem aliquo modo viam, indiciis quibuſdam editis, apparare. Non defuit rei huic perficiendæ obſequens animus, ſed pleraque ſubinde ſedulo conanti, negotiorum pondus, ſtudiaque graviora, ut interim rei familiaris curam, ætatemque omnibus illis vix dum ſatis maturam reticeam, obſtiterunt. Itaque jam res eò magis magiſque anxium reddere ac perurgere cœpit, quò minus brevi temporis ſpatio aliquid egregij operis, ex mea penu literaria depromptum, componi vel confici poſſe ſperarem. Atqui tandem in alterorum libris editioni paratis audere cœpi. Et cœptis quidem propria non debatur. Atqui tandem in alterorum libris editioni paratis audere cœpi. Et cœptis quidem propria non debatur. Fuit divinitas, verumq́, item ſucceſſus ipſe ac temporis opportunitas, quam Occaſionem appellant. Nam quum primum Trithemij Abbatis Spanhaimenſis Chronicorum Hirſaugienſium volumen forte obtinque volverem, & authoris hujus Germanici nomen occurreret, quid mihi lætius evenire potuerit non videbam. Liber namque Hiſtoriæ Germanicæ antea ſui parentis nomen deſiderans, hoc jamjam è tinea rum injuria integrum receperat. Gratulabar igitur Lamberto noſtro recepti nominis gratia. Verum de te idem ferè, at multo ſplendidiſſimum nuntium eodem ſane accipiebam tempore: Numerum te actu ſpecioſo partim triumpho illo de Turcarum gente flagitioſiſſima 14. KL. Octob. anni antecedentis 62. ſupra ſeſquimilleſimum, militari dignitate, inſignibuſque & nunc etiam ab ipſius Auguſtiſſimi Caroli Imperatoris noſtri ſacratis manibus, aut certe illo ipſo imperante, auctum eſſe, ac deinde quoque ſalvum incolumemque inter alios belli duces, legionumve præfectos & militum Tribunos non poſtremos, ingenti applauſu domum rediiſſe. Atque à pleriſque omnibus certatim eo nomine, affluentiſſimis muneribus affectum eſſe. Ibi tum valde ceſſationis meæ tædebat, quum viderem te ex bellorum fluctibus reducem, ameno in ſalutatum velitum. Proinde jam Lamberti Germanicarum rerum ſcriptoris diligentiſſimi, juamque cauſam juxtà habebam. Quandoutrique eadem penè de cauſa, ut pote nominis & gloriæ gratulari: mo & meam itidem animi gratitudinem unà oſtendere liceret. Nolui occaſionem ſemel nactam deſerere. Studioſe rationes contuli, aggreſſus ſum, proceſſit. Utinam autem tam bene quam magno labore. Liber enim principiò librariorum partim incuria haud bene deſcriptus, partim etiam tempore abſumptus extabat, pleraque ordine neglecto verius interim irretita quam redditа. Nec illa potuerunt primæ ſtatim editione per omnia emaculari. Siquidem prælij ſedulitas, quæ videre omnia reſtituereque ſingula nequaquam permiſit: etiam ſi ea M Chaſpar Churrerus ille noſter, bonarum diſciplinarum admodum peritus, magna cum laude præſtare potuiſſet. Sed enim hæc fato quodam, in tuam authoriſque hujus ac mei gratiam, præſenti ſervata crediderim tempori. Ita enim vel Hiſtorici manes cauſam habent, qua interceptum antea nomen recuperent, ſtudioſi quoque, quamobrem Magnanimitatem tuam laudent, egoque tandem qua tibi meam diligentiam, ſi qua eſt mihi, ſtudiumve meum commendem, & inſuper tibi Decurionum jam ordini aſſcripto, rebuſque cum deploratiſſimis Turcicis prædatoribus cordatè geſtis applaudem. En iterum habes conſilium, cernes inter legendum præterea quid præſtiterim. Atque ita probe facta tectaque ſint. Nam ſicubi lectio ab optimis ſcriptoribus variabat, vel annotatiuncula ſubjecta eſt, invidioribus in hoc mediocrioribuſve conſulens, ſeu aſteriſco prænotata, aut ceu lunulis quibuſdam inflexis lineolis circumſcripta ſunt: ne quid nugarum authori graviſſimo aſpergeretur. Et neque confeſtim quisquam ex jure manu me conſertum putet, vel mecum interdicto contendat, clamitans. Bartholi aliorumque lectiones potius mihi ſectandas, adeoque tomos Pandectarum Legis Civilis Canonumque ſcita verſanda magis, quam hiſtorias terendas. Hinc quod reſpondeam in promptu & facile eſt. Quiſquis Philoſophiæ, dicam enim quod ſentio, rerum geſtarum cognitionem adimit, neceſſe eſt, ut cum ipſa aut aperte marte depugnet, aut leges omnes, ſi aut mori aut evincere decretum obſtinatumque ſit, evertat. Niſi Jurisprudentiam non jam divinarum humanarumq́, rerum cognitionem, ſed garrulam contioſulamq́, decipiendi machinatricem dicas. Jam quid foro & Theologiæ, quid medicinarum profeſſioni cum tribunali commune? Et hæc profecto tamen conſumato legum interpreti neceſſaria plerique affirmant. Porro unde tandem orationis nervi, unde affectuum permovendarum ratio petenda? Quos, obſecro, legum oratores Juſtinianus ille intellexit, quos & perfectiſſimos appellavit? Sed hæc prolixius quàm volebam. Atte redeo. bellator egregie, libellum ut hunc tuo nomini adeptæq, dignitati conſecratum, ob multa quæ belli peritiam adangere poſſunt ſtrategemata, contra invidorum morſus fortiter tuearis. Deus Opt. Maxime nobis ad militarem præclaram diſciplinam illam. Ro. Imperij & Reip. unicum robur & decus, quaq́, ſola beata omnibus pacem & reddi & conſervari uſu rerum comperimus, diu ſuperſtitem concedat.

Vale, KL. Septemb. è Tubinga Virginei partus Anno 1583

Digitized by Google

LAMBERTI SCHAFNABVR-GENSIS ANNALES, ET HISTORIÆ GERMANORUM.

PRima Ætas ab Adam usque ad Noe, continens generationes. 10. Annos vero mille, 656. Quæ tota periit diluvio: Sicut infantiam mergere solet oblivio.

Secunda, à Noe usque ad Abram, generationes similiter complexa. 10. Annos autem. 292. In qua linguarum facta est divisio: A pueritia namque homo incipit loqui posse post infantiam, Quæ & inde nomen accipit: quia fari, id est, loqui potest.

Tertia ab Abraham usque ad David, generationes. 14. Annos quoque. 942. continens. Et quia ab adolescentia incipit homo posse generare, Matthæus ab Abraham generationum Christi sumpsit exordium.

Quarta à David usq; ad transmigrationē Babylonis, generationib⁹ equè, juxta Mattheū, 14. Annis autē 483. porrecta. De qua Regū tempora cœperunt. Quia dignitas juvenilis regno est habilis.

Quinta deinde usq; ad adventum Salvatoris in carnē generationibus & ipsa 14. porrò. an. 588. extenta. In qua, ut gravi senectute fessa, malis crebrioribus plebs Hebræa quassatur.

Sexta, quæ nunc agitur: nulla generationum, vel temporum serie certa, sed ut ætas decrepita, Ipsa totius seculi morte finienda. Secula generationibus constant: Inde dicuntur secula, quòd se sequantur. Abeuntibus enim aliis, alia succedunt. Quorum decursus per generationes & regna ita scribitur.

PRIMA ÆTAS CONTINET
creationem mundi.

Primo enim die Deus, in lucis nomine, condidit Angelos.

Secundo, in Firmamenti appellatione creavit cœlos.

Tertio, in Descretionis vocabulo, speciem aquarum & terræ.

Quarto, Luminaria cœli.

Quinto, animantia ex aqua.

Sexto, animantia ex terra. Et primum hominē Adam.

Adā, centesimo trigesimo anno genuit Seth. A quo filii Dei.

Seth anno centesimo quinto genuit Enos, Qui cœpit invocare nomen Domini.

Enos anno nonagesimo genuit Cainan.

Cainā anno Septuagesimo genuit Malalehel. Qui interpretatur plantatio Domini.

Malalehel anno Septuagesimo secundo genuit Jareth.

Jareth anno centesimo sexagesimo secundo genuit Enoch.

Hunc nonnulla divina scripsisse, Judas apostolo testante, comperimus.

Enoch anno Sexagesimo quinto genuit Mathusalem. Post cuius ortum translatus est à Deo.

Mathusalem anno centesimo octogesimo septimo genuit Lamech.

Gygantes nati sunt.

Et concupierunt filii dei, id est Seth, filias hominum, id est Cain.

Lamech an. centesimo octogesimo secundo. genuit Noe.

Qui arcam ædificavit.

Noe, an. centesimo decimo venit diluvium.

Fuerunt autem ab Adam usq; ad cataclysmū, id est, diluvium, anni 1656.

SECUNDA ÆTAS CONTINET
annos 292.

Sem anno. 2 post diluvium genuit Arphaxat. A quo Chaldæi.

Arphaxat an. 35. genuit Sale. A quo Samaritæ & Indi.

Sale anno 30. genuit Heber. A quo Hebræi.

Heber anno 14. genuis Phalech. Turris ædificabatur.

Phalech anno 30 genuit Reu.

Dii primum adorantur.

Reu anno 32 genuit Saruch.

Regnum Scytharum inchoat.

Saruch an. 30. genuit Nachor.

Regnum Ægyptiorum nascitur.

Nachor an. 29. genuit Thare.

Regnum Assyriorum & Sicyoniorum oritur.

Thare anno. 70. genuit Abram.

Semiramis condidit Babyloniam.

Et Zoroastes Magicam reperit.

Fuerunt autem anni ab Adam usque ad Abram 1947.

TERTIA ÆTAS CONTINET
annos 942.

Abram anno 75. propter imperium Dei venit in terram Chanaam.

Abram anno 86. genuit Hismael. A quo Hismaelitæ.

Abraham anno. 100. genuit Isaac.

Isaac anno 60. genuit Jacob.

Jacob anno 90. genuit Jōseph.

Memphis in Ægypto conditur.

Joseph annis. 110 vixit.

Græcia segetes habere cœpit.

Hebræorum servitus in Ægypto annis 147.

Et Cecrops Athenas condidit.

Moyses annis 40. rexit Israel.

Sub quo Hebræi literas habere cœperunt.

Josue annis 26. rexit Israel.

Erichthonius in Græcia primus jumēt quadrigam.

Judices, à Moyse usq; ad Samuel, præfuerunt annis. 305.
Othoniel annis. 40. præfuit.
Cadmus Thebanorum rex, Græcas literas invenit.
Ahud annis. 80. præfuit.
Amphion musicus claruit.
Debora annis. 40.
Primus Latinus regnavit Picus.
Et Apollo Medicinæ artem invenit.
Gedeon annis 40.
Orpheus, Linusque musici claruerunt.
Abimelech annis. 3. Iste fratres suos occidit.
Thola annis 22 (Heb. 23.)
Priamus regnavit in Troia.
Jair annis 22.
Carmenta Latinas literas reppersit.
Jephthe annis 6.
Hercules flammis se injecit.
Abessan annis. 7. (Qui & Hesebon)
Bellum decennale Troiæ surrexit.
Ahialon annis. 10. Hic in 70. interpretibus non habetur. (Euseb. Adon.)
Labdon annis. 8.
Capta Troia.
Æneas venit in Italiam.
Samson an. 20. (hactenus Judicum liber.)
Ascanius Albam condidit.
Heli sacerdos annis. 40.
Archa testamenti capitur.
Et regnum Sicyoniorum finitur.
Samuel & Saul annis. 32.
Regnum Lacedæmoniorum exoritur.
Et Homerus fuisse probatur.

QUARTA ÆTAS CONTINET annos. 473. (Septua. 485.)

David annis. 40. regnavit.
Carthago à Didone conditur.
Gath, Nathan & Asaph prophetaverunt.
Salomon annis. 40.
Templum Hierosolymis ædificatur, an. 480. egressionis ex Ægypto expletis. Ex quo apparet, Samuelem & Saulem 32. annos, & non 40. præfuisse.
Roboam 17. annis regnavit.
Regnum Israhel & Juda dividitur.
Abia annis. 3.
Pontifex Abimelech insignis habetur.
Asa annis. 41.
Haggæus, Amos, Johel et Jehu prophetarũt, & Azarias.
Josaphat annis 25.
Elias, Elisæus, Abdias, Et Micheas prophetaverunt.
Joram annis. 8.
Edom recessit à Juda, & constituit sibi Regẽ.
Ochozias anno. 1.
Elias rapitur.
Athalia annis 7.
Jonadab filius Rechab sacerdos claruit.
Joas annis 40.
Zacharias filius Joiadæ lapidatur.
Amasias annis 28.
Amos propheta claruit in Israel.
Ozias annis. 52.
Olympias prima, à Græcis constituitur.
Joathan annis 16.
Esaias, Oseas & Iohel prophetaverunt.
Et Romulus nascitur.
Achaz annis. 26.
Roma conditur.
Et Israel in Medos transfertur.
Hezechias annis. 29.
Romulus 100. senatores constituit.
Manasses annis 55.
Numa. 2 menses anno adiecit.
Et Sybilla Samia claruit.
Amon annis. 2.
Tullus in republica censum exegit.
Josias annis 31.
Tales Physicus claruit.
Joachim annis 11.
Hujus tertio anno Nabuchodonosor Judæam cœpit.
Sedechias annis 11.
Templum Hierosolymis incensum est.
Fuerunt autem ab Origine mundi usque ad terminum Judaici regni anni. 3363.

QUINTA ÆTAS CONTINET annos 588. (Alius 589.)

Hebræorum captivitas annos 70.
Judith historia conscribitur.
Darius annis. 36.
Hujus secundo an. templum Hierosolymis construitur, finitis. 70. an. judaicæ captivitatis.
Xerxes annis. 21.
Herodotus historiographus agnoscitur.
Artaxerxes annis 40.
Esdras legem incensam renovavit.
Et Nehemias Hierusalem restauravit.
Darius, qui & Nothus. annis. 19.
Hæc ætas habuit Platonem.
Artaxerxes, qui & Ochus, annis 26.
Demosthenes & Aristoteles prædicantur.
Artaxerxes Ochi filius annis. 4.
Xenocrates claruit.
Darius annis 6.
Alexander Macedo annis 12.
Qui Hierosolymam cepit.
Hucusque regnum Persarum.

DEHINC GRÆCORUM REGNUM

Alexander an. 5. Asiam obtinuit.
Ptolemæus Lagi filius annis 40.
Machabæorum liber primus inchoavit.
Philadelphus annis 38.
Septuaginta interpretes claruerunt.
Ptolemæus Evergetes annis. 26.
Jesus sapientiæ librum composuit.
Philopater annis. 17.
Machabæorum liber secundus inchoavit.

Digitized by Google

Epiphanes anno 24.
Romani Græcos obtinuerunt.
Philometor annis 35.
Hunc Antiochus ſuperans, Iudæos oppreſſit.
Et Scipio Aphricam vicit.
Evergetes annis 29.
Brutus Hiſpaniam ſubegit.
Soter annis 17.
Thraces Romanis ſubjiciuntur.
Varro & Cicero naſcuntur.
Alexander annis 10.
Syria per Gabinium Romanis ſubjicitur.
Ptolemæus Cleopatræ filius annis 8.
Salluſtius hiſtoriographus naſcitur.
Dionyſius annis 30.
Pompeius Iudæam cœpit.
Cleopatra annis 2.
Ægyptus Romanis ſubditur.
Hucuſque regnum Græcorum.

NUNC ROMANORUM Imperium.

IUlius Cæſar annis 5.
Hic primus monarchiam tenuit, & ab hoc Cæſares appellati ſunt.
Octavianus annis 56.
Hujus anno 42. Dominus noſter Ieſus Chriſtus naſcitur, completis ab Adam, juxta Hieronymum, annis 5199.
Tiberius autem annis 23.
Huius anno 18. Dominus noſter Jeſu Chriſtus crucifixus eſt.
Caius annis 4.
Matthæus Evangelium ſcripſit.
Claudius annis 14.
Petrus Romam, & Marcus Alexandriam petierunt.
Nero annis 13.
Petrus & Paulus cruci, gladioq; traditi ſunt.
Veſpaſianus annis 10.
Huius anno ſecundo, Titus Hieroſolymam ſubvertit, templum ſolò ſtravit: poſt annos primæ ædificationis 1809. Dominicæ autem incarnationis, 71.
Titus annis 2. Hic facundus & pius fuit.
Domitianus annis 16.
Johannes apoſtolus in Pathmos relegatur.
Nerva anno uno.
Johannes Epheſum rediit, & Evangelium ſcripſit.
Traianus annis 9.
Simeon Hieroſolymorum Epiſcopus crucifigitur.
Et Johannes Apoſtolus requieſcit.
Adrianus annis 21.
Aquila interpres oritur.
Antoninus minor, annis 22.
Montanus Cataphrygarum author oritur.
Commodus annis 13.
Theodotion interpres apparuit.
Ælius Pertinax an. 1. nihil hiſtoriæ habet.
Severus Pertinax an. 18.
Symmachus interpres agnoſcitur.
Antoninus Caracalla annis 7.
Quinta æditio Hieruſalem invenitur.
Macrinus anno uno.
M. Aurelius Antonius annis 4.
Sexta æditio Nicopoli reperitur.
Et Sabellius infœlix oritur.
Alexander annis 13.
Origenes Alexandriæ claruit.
Maximianus, vel Maximus an. 3.
Hic perſecutus eſt Chriſtianos.
Gordianus annis 6. (aliis 7.)
Fabianus epiſcopus Romæ claruit.
Philippus annis 7.
Hic primus Imperator Chriſtianus fuit.
Decius anno 1.
Antonius monachus oritur.
Gallus & filius ejus Voluſianus annis 2.
Novatiana hæreſis oritur.
Valerianus cum Galieno annis 15.
Cyprianus & Cornelius martyrio coronantur.
Claudius annis 2. Iſte Gothos ab Illyrico expulit.
Aurelianus annis 5.
Hic etiam perſecutus eſt Chriſtianos.
Tacitus annum unum.
Probus annis 6.
Manichæorum hæreſis oritur.
Carus annis 2.
Iſte de Perſis triumphavit.
Diocletianus & Maximianus annis 20.
Iſti divinis libris exuſtis, vaſtari eccleſias, affligi & interfici Chriſtianos juſſerunt.
Maximinus filius Maximiniani, Severus & Galerius anno 1.
Conſtantinus annis 31.
Cujus 15. anno Nicena ſynodus congregatur. Dominicæ incarnationis anno 324.
Conſtantius & Conſtans annis 27.
Reliquiæ ſancti Andreæ, ſanctiq; Lucæ Evangeliſtæ Conſtantinopolim transferuntur.
Et Anthropomorphitarum hæreſis oritur.
Per idem tempus Athanaſius & Maximinus Treverorum Archiepiſcopus, atque Hylarius doctrina & fide clari habebantur.
Julianus annis 2.
Hic ex monacho paganus factus, Chriſtianos perſecutus eſt.
Jovinianus anno 1.
Iſte cum omni exercitu Chriſtianus efficitur.
Valentinianus annis 11.
Qui à Iuliano, ob fidem Chriſti, militia fuerat privatus.
Et Gotthi hæretici facti ſunt.
Gratianus cum fratre Valentiniano annis 6.
Ambroſius & Martinus Epiſcopi claruerunt.
Valentinianus cum Theodoſio annis 11.
Hieronymus in Bethlehem toto mundo claruit.

Theo-

Theodosius annis. 11.
Sanctus Johannes Anachorita claruit.
Arcadius cum fratre Honorio annis. 13.
Johannes Chrysostomus & Augustinus Episcopi claruerunt.
Honorius cum Theodosio minore annis. 15.
Cyrillus Alexandriæ Episcopus claruit.
Theodosius minor Archadii filius annis. 26.
Ephesina synodus Nestorii, cum suis fautoribus Pelagianis, damnat, sub Celestino Papa.
Marcianus annis. 7.
Calcædonense concilium sub Leone Papa. 630. patrum agitur.
Leo maior cum Leone minore annis 17.
Ægyptus ab errore Dioscori liberatur.
Zenon annis. 17.
Corpus Barnabæ apostoli reperitur.
Et Acæphalorum hæresis oritur.
Anastasius 26. annis.
Fulgentius Episcopus claruit.
Justinus maior annis. 9.
Acæphalorum hæresis abdicatur.
Justinianus annis. 39.
Hujus Sexto anno primus cyclus Dionysii inchoavit, Dominicæ incarnationis anno 532.
Justinus minor annis. 11.
Armenii fidem Christi susceperunt.
Tiberius annis 6.
Ermingildus rex Gotthorum martyrio coronatur.
Mauricius annis 21.
Gregorius Papa Augustinum archiepiscopũ cum monachis Britanniã misit, ut genti Anglorum verbum Dei evangelizarent, Dominicæ incarnationis anno 596.
Phocas annis 8.
Angli Axones fidem Christi susceperunt.
Heraclius annis 27.
Judæi in Hispania Christiani facti sunt.
Heracleonas cum matre sua Martina annis. 2.
Pyrrhus regiæ urbis Episcopus à Theodoro Papa damnatur.
Constantinus Heraclii filius menses 6.
Paulus Pyrrhi successor, ob eandem vesanã doctrinam damnatus est.
Constantinus Constantini filius annis 17.
Hic sextam synodum congregavit.
Cujus rogatu Agatho Papa misit in regiam urbem Legatos suos, in quibus fuit Johannes Romanæ ecclesiæ tunc Diaconus, non longè post Episcopus, pro adunatione facienda sanctæ Ecclesiæ,
Hæc sexta synodus Constantinopolim acta est. Ubi affuerunt Episcopi 150. præsidente Georgio Patriarcha urbis regiæ, & Machario urbis Antiochiæ.
Et convicti sunt, qui unam voluntatem & operationem astruebant in Christo, falsasse Patrum catholicorum dicta perplurima, anno Dominicæ incarnationis. 702.

HUCUSQUE BEDA.

703.
704.
705.
706.
707.
708. Cunrat rex de Britannia Romam perrexit. Ibique attonsus ac monachus factus, in jejuniis & precibus ad diem pervenit ultimum.
709.
710. Pippinus Maior domus regni Francorum, perrexit in Alemanniam.
711.
712. Mortuus est Heriuuertus Rex Langabartorum.
713.
714. Mortuus est Pippinus Maior domus. Cui successit Carolus filius ejus.
715. Mortuus est Dagouuertus rex, fuitq; pugna Francorum.
716. Pugnavit Carolus contra regem Ratbodũ.
717. Pugnavit Carolus contra Francos, in dominica die ante pascha.
718. Vastavit Carolus Saxoniam plaga magna.
719. Occisio Francorum ad Suessonis civitatem.
720. Pugnavit Carolus contra Saxones.
721.
722. Magna fertilitas facta est.
723.
724.
725. Carolus perrexit Andegavis.
726.
727. Sanctus Egbertus migravit ad Christum.
728.
729. Cometæ stellæ apparuerunt.
730.
731. Carolus vastavit ultra Ligurarn.
732.
733.
734. Carolus perrexit in Fresiam.
735. Carolus vastavit Vuascones
736. Beda nobilis & præclarus doctor obiit.
Initium Hervueldensis monasterii
737.
738. Carolus pugnavit contra Saracenos in Gothia.
739. Carolus Saxoniam iterum intravit, & fecit eos tributarios.
740. Carolus provinciam intravit usq; in Massiliam.
741. Carolus obiit Major domus regni Francorum. Cui successerunt Carlmannus & Pippinus filii ejus.
Initium Altahensis monasterii.
742. Carolus magnus natus est.
743.
744. Initium Fuldensis monasterii.
745.
746. Sanctus Burchardus ordinatus est Episcopus. 1. in Wurzeburg.

747.

747. Sanctus Wigbertus migravit à ſeculo, Carlmannus Romæ monachus factus eſt.
748.
749.
750. Pippinus de rem Zachariæ papæ, per unctionem Sancti Bonifacii archiepiſcopi Rex appellatus eſt. Qui antea Maior domus vocatus eſt.
Et Hilderichus rex tonſoratus, in monaſterium mittitur.
751. Zacharias Papa obiit.
Stephanus electus eſt atque occiſus.
Et alter Stephanus electus atq; conſecratus eſt.
752.
753. Stephanus papa ad Pippinum veniens, defenſionem petiit contra Haſthulphum regem.
754. Stephanus papa duos filios Pippini Carolum & Carlmannum unxit in reges.
755. Sanctus Bonifacius martyrio coronatur.
756. Organa primum miſſa ſunt Pippino de Græcia.
757.
758. Pippinus Saxonibus ſuperatis, tributum impoſuit, ut 300. equos ſingulis annis perſolverent.
759.
760.
761.
762.
763.
764. Pippinus magnum conventum habuit in Cariſiago.
Fuit que hyems duriſſima.
765. Ruotgangus Epiſcopus corpora ſanctorũ Gorgonii. Naboris & Nazarii de Roma advexit.
766. Victi ſunt Sclavi in Weidahaburg à Francis.
767.
768 Pippinus rex acquiſivit Aquitaniam totam. Et inde revertens ad ſanctum Dionyſium, Octavo Kl. Octobris obiit. Carolo magno & Carlmanno regnum relinquens.
769.
770. Berta Regina, venit de Italia, & Deſiderii regis filiam adduxit in Franciam.
771. Carlmannus obiit, fratri Carol regnum reliquens.
772. Carolus in Saxonia Ereſburg expugnavit, & phanum eorum, quod vocabatur Irminſul deſtruxit.
773. Carolus ab Adriano Papa invitatus, Deſiderium regem in Papia obſedit.
774. Carolus Papiam cœpit, & Deſiderium Regem in Franciam duxit.
Eodem anno Saxones eccleſiam in Frideſlare, lignis & igne implentes incendere volebant, ſed minimè valebant.
775.
776. Saxones Chriſtiani effecti ſunt.
777.
778. Carolus pugnavit contra Saracenos, & Saxones.
Et Langabarrorum regnum vaſtavit.
779. Sturm abbas Fuldenſis, cœnobii obiit.
780.
781. Carolus Romam perrexit. Ibiq́ue baptizatus eſt Carlmannus filius ejus. Quem Adrianus papa immutato nomine vocavit Pippinum. Ibi quoq; deſpõſata eſt Ruddrut filia ejus Conſtantino imperatori.
Carolus diviſit terrã inter Epiſcopos in Saxonia.
782. Caroli comites occiſi ſunt à Saxonibus in loco qui dicitur Suntal.
783. Hildigart regina obiit, cui Vaſtrhat ſucceſſit.
784.
785.
786. Sanctus Lullus archiepiſcopus obiit.
Et Carolus ad Italiam venit.
Multa quoque viſa ſunt prodigia. Signum enim crucis in veſtimentis hominum apparuit. Et ſanguis è cœlo terraque profluxit.
787. Carolus Romam veniens, Beneventum provectus eſt.
Et monaſterium S. Benedicti adiit.
788.
789. Carolus ſubegit gentem Vvilzorum.
790. Carolus perrexit in Pannoniam.
791. Carolus ſubegit gentem Avarorum. (*aliàs Ararorum.*)
Et fundata eſt eccleſia ſancti Bonifacii in Fulda.
792. Conjuratio Pippini contra patrem ſuum, quæ per Fardolphum publicata eſt. Unde Pippinus attonſus in monaſterium mittitur, cæteriq; omnes perditi, alii decollati, alii ſuſpenſi, miſerabiliter ſunt mortui. Et ipſi Fardolpho datum eſt cœnobium ſancti Dionyſii.
793.
794. Hæreſis Feliciana damnata eſt, in ſynodo Franconefurt.
Et Vaſthat regina obiit.
795. Adrianus Papa obiit in nativitate Domini.
796.
797.
798. Balthart abbas Herveldenſis obiit.
799. Leo papa lingua truncata, excæcatus, & de pontificatu ejectus, videns & loquens in Franciam venit ad Carolum, in locum, qui dicitur Heriſtelle.

GERMANORUM IMPERIUM.

800. Carolus à Romanis Auguſtus eſt appellatus.
801. Amarmurmulus rex Perſarum, Elephantõ unum, cum aliis muneribus, Carlo miſit.
802.
803. Leo Papa iterum venit in Franciam, & Saxones trans Albiani translati ſunt in Franciã.
804.
805. Carolus Caroli filius Beetheimos vaſtavit.
806.

Mortalitas

807. Mortalitas maxima facta est in Fulda.
808.
809.
810. Hohenburg castellum impositum est Albis flumini, ab imperatore Carolo, contra Danos.
811. Depositio Luitgeri Episcopi.
812.
813. Richolphus Magonciæ Archiepiscopus obiit: & pons apud Magonciam incendio periit.
814 Carolus Magnus Imperator obiit. Cui Luitouuichus successit. Qui episcopatum in Hildenesheim constituxit.
815. Gangüolphus abbas Fuldensis obiit.
816.
817. Luitouuichus Imperator Aquisgrani habuit synodum. Ibiq; ordinavit vitam monachorum.
818 Luitouuichus Imperator in Britannia Nortmannorum regem vicit.
819. Luitouuichus Judith, filiam Welf, in uxorē accepit.
Et in Fulda dedicata est ecclesia.
820.
821.
822. Inchoatio monasterii novæ Corbeiæ.
823.
824. Luitouuichus contra Vivomarcum regem pugnavit, & Britanniam vastavit.
825. Vivomarcus occisus est in domo propria.
Et Haistolphus Magonciæ archiepiscopus obiit cui Otger successit.
826. Hiltuuinus ossa S. Sebastiani in Galliam
827. (transtulit.
828.
829. Luitouuichus Imperator depositus est à filiis suis Luithario, Luitouuicho & Carolo.
830.
831 Bun & Raban abbates, fundamentum ecclesiæ sancti Wigberti foderunt 6. Idus Julii, secunda feria.
832. Corpus S. Aurelii in Germaniam delatum
Et Hirsaugia fundata. (est.
Conjuratio Luitouuichi contra patrem suum.
833. Regnum Francorum ad Lotharium est conversum.
834. Pippinus & Luitouuichus patrem suum restituerunt in regnum.
835.
836.
837. (nefurt.
838. Conjuratio Luitouuichi iterum ad Franco-
Et conversum est regnum ad patrem ejus.
839.
840. Luitouuichus insequendo filium, venit ad Herolsfelt monasterium 3. Idus Aprilis.
Luitouuichus Imperator obiit. Cui filius ejus Luitouuichus successit.
841. Luitharius bellavit contra fratres suos Luitouuicum & Carolum: In quo prælio penè ad internecionem deleti sunt Franci: & Luitharius victus est. Ubi & Adelbertus comes occisus est,
842. Luitherus expulsus est à regno.
Et Raban Abbas de monast.
843. Luitherus, Luitouuichus, & Carolus pacē fecerunt.
844. Luitharius rex, regem Sclavorum Gestimulum occidit.
845. Luitouuichus venit ad Herolfesfelt, 2. Calendis Novemb.
Et privilegia monachis dedit, suoque sigillo munivit.
Monachi quòq; ejusdem Herolsfeldensis monasterii reconciliati sunt cum Otgario archiepiscopo, de decimis frugum & porcorum ex terra Thuringorum, per fideles Legatos domini Luitvichi Augustenses Episcopos, videlicet & præsides.
846 Luitouuichus filius Luitouuichi Pannoniam subegit, & Boheimos domum rediens vastavit, Bunabbas Hervelden. obiit, cui Brunuuart successit.
847. Oggarius Magonciæ archiepiscopus obiit. Cui abbas Fuldensis Rabanus successit. Abbatia Waldo susceptit.
848. Ad Magonciam habito synodali concilio, Gotteschalc hæreticus damnatus est.
849.
850. Dedicata est ecclesia S. Wigberti. 5. Kl. Novembris, à Rabano Magonciacensi Archiepiscopo.
851.
852 Translatio S. Lulli in cæna Domini.
853.
854.
855. Luitouuichus rex, cum magno exercitu, petrexit contra Ratzidum regem Maruhensiū. Luitharius etiam rex, tonsuram & monachicū habitum susceptit moriturus in Promia.
856. Rabanus Archiepiscopus obiit. Cui Carlus successit.
857. Carolus archiepiscopus in Magoncia magnum synodum habuit.
858. Luitouuichus rex, Luitouuichum filium suum misit cum exercitu magno ad Abitritos.
859. Luitouuichus & Carolus, atque Luitharius filius Luitharii fratris eorum, cum juramento pacem fecerunt.
860.
861. Udo, Ernost, Berngerus comites & Waldo abbas Fuldensis honoribus depositi sunt, Thiedo abbas successit.
862.
863. Carolus archiepiscopus obiit. Cui Luitbernus successit.
864. Luitouuichus rex Ratzidum regem Maruhensium sibi subegit.
865.
866.
867.
878.
869. Luitherus rex à Benevento reversus, Romā
venit.

venit, ibique ab Adriano damnatus est. Qui domum rediens, penè cum omnibus periit.

Eodem anno Thiedo abbas Fuldensis depositus, & Sigehardus electus est vir religiosus.

Anno 870.

Anno 871.

Anno 872.

Anno 873.

Anno 874.

An. 875 Luitouuichus rex obiit. Cui filius ejus Luitouuichus successit.

Brunnuart Herveldensis Abbas obiit. Cui Drugo successit.

Ann. 876. Pugna juxta Andernaha facta est, inter Carolum & Luitouuicum, Luotouuici regis filium.

Anno 877.

Anno 878.

Anno 879. Luitouuichus rex, filius Luitouuichi regis obiit. Cui frater ejus Carolus successit.

Anno 880.

Anno 881.

Anno 882.

Anno 883.

Anno 884.

Anno 885.

Anno 886.

Anno 887. Carolus de regno est ejectus, Et Arnoldus electus.

Anno 888 Carolus obiit.

Anno 889.

An. 890. Luitbertus Archiepiscopus obiit. Cui Sunderholt successit.

An. 891. Sunderolt Magonciæ archiepiscopus occisus est. Cui Hatto successit.

An. 892 Arn episcopus occisus est.

Et Drugo abbas Herveldensis obiit, Cui Harderat successit.

An 893. Prælium magnum factum est inter Bajoarios & Hungaros.

An. 894.

An. 895.

An. 896. Arnold. Romę Imperator, factus est.

An. 897.

An. 898.

An. 899. Arnoldus Imperator obiit. Cui Luitouuichus filius ejus successit.

An. 900.

An 901. Harderat abbas Herveldensis obiit. Cui Thiethart successit.

An 902 Sclavi vastaverunt Saxoniam.

An. 903. Adelbrah & Eberhart & Heinricus occisi sunt.

An. 904. (berto.

An. 905. Cunrad comes occisus est, ab Adel-

An 906. Hungari vastaverunt Saxoniam.

An. 907. Adelbertus comes occisus est, jubente Luitouuicho rege. (gariis

An. 908. Luitboldus Dux, occisus est ab Hun-

An. 909. Burchardus, Dux Thuringorum, occisus est ab Hungariis.

An. 910. Luitouuichus rex pugnavit cum Hungariis & victus est.

An. 911. Hungarii vastaverunt Franciam.

An. 912. Luitouuichus rex obiit. Cui Cunradus successit.

Hatto Archiepiscopus Magonciæ obiit. Cui Hereger successit.

An. 913.

An. 914 Ottho Saxonicus comes obiit.

An. 915. Hungari vastando, venerunt usque in Fuldam.

An. 916.

An. 917.

An. 918. Cunradus rex fuit in Herolfesfeld.

An. 919. Cunradus rex obiit. Cui Heinricus Saxo successit.

An. 920.

An. 921.

An. 922.

An. 923.

An. 924. Herger Archiepiscopus Magonciæ obiit. Cui Hildibertus successit.

An. 925.

An. 926

An. 927. Thiethardus junior, abbas Herveldiæ factus est, cum senioris Thiethardi consensu.

An. 928. Thiethardus abbas junior Episcopus ordinatus, & Burchardus abbas electus est.

An. 929.

An. 930. Thiethardus senior obiit.

An. 931. Heinricus rex Abitritos subegit.

An. 932. Thieto Episcopus obiit. Cui Burchardus Abbas Herveldiæ successit.

An. 933. Megingoz abbas Herveldiæ electus est

An. 934. Heinricus rex Wucronin cum exercitu fuit.

An. 935. Magni synodus fuit in Erphesfurt.

Eodem anno Heinricus rex obiit.

Cui filius ejus Ottho successit.

An. 936 Ottho rex fuit in Herolfesfeld.

Eodem anno ecclesia sancti Bonifacii exusta est.

An. 937. Eberhardus comes, Heinricum filium Heinrici regis captum, projecit in vincula.

An. 938. Eberhardus & Gisilbertus occisi sunt.

Hildibertus Archiepiscopus Magonciæ obiit Cui Friderrichus successit.

An. 939.

An. 940.

An. 941.

An. 942. Dedicata est Ecclesia sancti Maximini in Treveris.

An. 943. Synodus ad Bunnam congregata est.

An. 944.

An. 945. Nuntii Græcorum ad regem Otthonem venerunt cum magnis muneribus, in vigilia Omnium Sanctorum.

An. 946.

An. 947. Etheit regina obiit. Cui Adelheit successit.

ad Boheimos, & maximam partem terræ illius incendio concremavit.

Ipſe quoq; Heinricus cum altero Heinrico invaſerant Bozouuam. Quod Imperator ut audivit, feſtinatò exercitum illò movit, urbemq; obſedit, & Heinricum ducem ad ſuam gratiam recepit, atque in Franciam perrexit.

Anno 978. Ad Imperatorem Otthonem venit in Paſcha Boliſlauuo. Qui honorificè ſuſceptus, magniſq; munerib, ab Imperatore oneratus rediit domum. Aderat & Heinricus cum altero Heinrico: Qui comprehenſi in exilium miſſi ſunt.

Eodem anno Luitherus rex, cum electo numero militum, repentè invaſit Aquiſgrani Palatium, ſeditq; ibi tribus diebus. At Ottho Imperator, feſtinatò cum exercitu inſecutus eſt Luitharium uſque in Sigonem fluvium, & uſque ad ſancti Dionyſii cœnobium: eumq; non apprehendit, quia fugiendo evaſit.

An. 979. Gero comes à Waldone quodam accuſatus, dum eum in ſingulari certamine occidiſſet, ipſe tamen ab Imperatore decollatus eſt.

Anno 980. Ottho Imperator perrexit in Italiam.

Et Gotzberdus abbas eccleſiam conſtruxit in Ordorff.

An. 981. Adalbertus Magadaburgenſis archiepiſcopus obiit. Cui Hiſillarius ſucceſſit.

Imperator Natalem Dom Romæ celebravit.

Anno 982. Deſtructus eſt Epiſcopatus in Merſeburg.

Miræque magnitudinis ædificium cecidit in Magadaburg.

Eodem anno Ottho Imperator, valdè periculoſum habuit prælium cũ Saracenis in Calabria: In quo prælio occiſus eſt Heinricus Auguſtenſis eccleſiæ epiſcopus, cũ aliis plurimis Epiſcopis. In quo etiam prælio, Idibus Julii, occiſi ſunt milites fortiſſimi Hi ſcilicet, Udo, Gebehardus, Güthe rus, Bertholdus cũ aliis multis & Ottho dux, atque Wernherus abbas Fuldenſis. Ipſe Imperator, vita comite, vix evaſit.

Anno 983. Ottho ſecundus Imperator Romã poſt male geſtas res, regreſſus obiit, ibidemq; ſepultus eſt.

Heinricus dux Bajoariæ regnum invaſit: Sed à principibus eſt reprobatus.

Anno 984. Filius Imperatoris tertius Ottho patri ſucceſſit in regnum, unctus in regem Aquiſgrani à Johanne Ravennati Epiſcopo.

Anno 985. Gotzberdus abbatiam reddidit, cui Bernhartus ſucceſſit.

Anno 986. Ottho rex puer, Bohemiam vaſtavit, ſed Miſiconem cum muneribus obviam ſuſcepit.

Anno 987. Iterum rex Bohemiam intravit, & eam ad deditionem coegit.

Anno nongenteſimo octuageſimo octavo, Æſtatis fervor nimius.

Rupertus Magonciæ Archiepiſcopus obiit. Cui Willigis ſucceſſit.

Anno 989. Theophana imperatrix Romam perrexit, omnemque illam regionem regi ſubdidit.

Anno 990.

Anno 991. Theophana imperatrix obiit.

Ignis de Rheno aſcendit, & villas proximas abſumpſit.

Godehardus monachus factus eſt.

An. 992. Ottho rex, Brandenburg obſedit.

Gerdach Hildesheim Epiſcopus obiit. Cui Bernuuart ſucceſſit.

Anno 993.

An. 994. Wolffgangus Ratiſponenſis Epiſcopus obiit. Cui Gebehardus ſucceſſit.

Filii Heinrici comitis, Heinricus, Uto, Sigifridus contra Piratas pugnant, quorum primus occiſus, duo ſunt capti.

Anno 995. Majolus Abbas obiit.

An. 996. Ottho rex contra Creſcentium Romam venit, ubi & Brunonem in ſede Apoſtolica conſtituit. A quo & ipſe Imperator factus eſt.

Gotehardus abbas factus eſt in Altaha.

Anno 997 Johannes Placentinus epiſcopus ſedem Apoſtolicam invaſit, conſilio Creſcentii.

Adalbertus epiſcopus martyrizatur.

Anno 998. Creſcentius ab Imperatore decollatus, cum duodecim ſuis, ante urbem ſuſpenditur.

Johannes pſeudopapa cæcatur.

Anno 999 Brun Papa, qui & Gregorius (V) obiit. Cui Gebertus, qui Sylveſter, ſucceſſit.

Adelheit Imperatrix obiit.

Anno 1000. Imperator oſſa Caroli Magni Aquiſgrani, à pluribus eo uſque ignorata invenit.

Gaudentius frater Adalberti martyris, in Pago archiepiſcopus conſtituitur.

An. 1001. Imperator natalem Domini Romæ celebravit.

Anno 1002. Ottho 3. Imperator obiit. Cui Heinricus Bajoarius ſucceſſit.

Eggihardus Marchio, regni uſurpator Polodi occiſus eſt.

An. 1003. Pleriq; principes à rege deficiũt, ſed poſt modicum correcti, in gratiam recipiuntur.

An. 1004. Miſerandum Papiæ incendium.

Brun frater regis, qui electioni ejus aliquamdiu reſtiterat, in gratiam ejus redit.

An. 1005. Bernharius abbas Herueldenſis obiit. Cui Godehardus ſucceſſit.

An. 1006. Gunthetus nobilis vir de Turingia, monachus factus eſt Herveldiæ: ſed poſtea ad Altha tranſivit, conſilio Godehardi abbatis.

Fames valida.

Anno 1007.

Anno 1008. Nothger Leodienſis epiſcopus obiit. Cui Baldaricus ſucceſſit.

Guntherus monachus eremum petivit.

ſui, quem regi Heinrico nupturam ſperaverant, certum repudium reportabant.

Ibi quoq; Legati regis Hungariorum pacem ſupplicitèr orant, ſed non impetrant: Quoniam rex Petrus, quem Uban per vim regno expulerat, præſens erat, ſuppliciterq; Heinrici regis auxilium, contra illius violentiam, implorabat.

Sigeuuard Fuldenſis abbas obiit. Cui Rohingus ſucceſſit.

Giſla imperatrix obiit, & Spiræ ſepulta eſt.

Rex, ſecunda expeditione in Hungarios facta prædictum Uban ad placitam ſibi pactionem coegit: Acceptiſq; ab eo de pace juramentis & & obſidibus, reverſus, nuptias celebravit in Ingelheim, in conjunctione Agnetis filiæ Wilhelmi comitis Pictavorum.

An. 1044. Rex natalem Dom. celebravit Treveris: Ibique omnes, qui in regiam majeſtatem deliquerant, crimine abſolvit, eandemque legem per totum regnum promulgavit: ut omnes ſibi invicem delicta condonarent.

Gozzelo dux Lotheringorum obiit: Cujus filius Gotefridus nobiliſſimæ indolis juvenis, atque in re militari admodum exercitatus, quia ducatum patris non potuit obtinere, arma contra rempublicam corripuit. Adalbertum ducem, quem rex patri ejus ſubrogaverat, prælio victum occidit, cædes hominum & depopulationes agrorum, quàm maximas fecit, loca omnia uſq; ad Rhenum, præter ea, quæ vel murorum præſidio hoſtilem impetum ſubterfugiebant, vel ſe data pecunia redemerant, in cinerem redegit.

Rex, tertia expeditione in Hungariam facta, prædictum Uban vicit & expulit: Petroque regnum reſtituit.

Hazecho Wormaciæ epiſcopus obiit. Cui Adelgerus ſucceſſit.

Cui itidem, paulo poſt humanis rebus exempto, Arnoldus ſucceſſit.

Diotmarus Hildenesheimenſis epiſcopus obiit. Cui Æzelinus ſucceſſit.

An. 1045 Dux Gotefridus, à rege in detitionã acceptus, in Gibekenſtein miſſus eſt cuſtodiendus. Sicque regnum brevi tempore quietum & pacatum manſit.

Petrus Hungariorum rex, Uban æmulum atque inſidiatorem regni ſui captum, decollavit.

Brun Wirceburgenſis epiſcopus obiit. Cui Adelbero ſucceſſit.

Cathelo Cuicenſis epiſcopus obiit. Cui Eppo ſucceſſit.

Altorandus Premenſis archiepiſcopus obiit. Cui Adelbertus ſucceſſit.

Ann. 1046. Rex natalem Dom. Goſlariæ celebravit; ubi & ſocrus ejus de Pictavis cum primoribus gentis ſuæ aderat.

Petrus rex Hungariorum, ab Andrea propinquo ſuo, dolo circumventus, cæcatur.

Eggihardus Marchio, ſubitanea morte præfocatus, interiit.

Drutmarus abbas Corbejenſis obiit. Cui Ruthardus ſucceſſit.

Dux Gotefridus cuſtodia abſolutus, dum videret nec interceſſionem Principum, nec deditionem, quam ſponte ſubierat ſibi aliquid profuiſſe, & rei indignitate. & inopiæ familiaris tedio permotus, bellũ rurſus de integro ſumpſit.

Inter alias, quas R. P. intulit clades, Neumago domum regiam miri & incomparabilis operis incendit, Civitatem Veridonenſem cepit, majorem in ea eccleſiam concremavit. Sed poſt modicum, facti in tantum pœnituit, ut publicè ſe verberari faceret, & capillos ſuos, ne tonderẽtur, multa pecunia redimeret, ſumptus ad reædificandam eccleſiam daret, & in opere cæmentario per ſeipſum plerumq;, vilis mancipiis miniſterio functus, deſerviret.

Ann. 1047. Rex natalem Dom. Romæ celebravit. Ubi tribus depoſitis, qui ſedem Apoſtolicam contra eccleſiaſticas regulas invaſerant, Suiggerum Bebenbergenſem epiſcopum, vicarium apoſtolorum conſtituit.

A quo, in die ſancto, ipſe viciſſim cum Agnete regina, Imperiali nomine & honore eſt donatus.

Inde Beneventum, vicinasque regiones peragrans, ſanctum Paſcha in redeundo Mantuæ celebravit. Aſcenſionem in Auguſta.

Ubi Epponi (*H. Contract. hic Gebehardum recenſet*) epiſcopo defuncto, Heinricũ ſubrogavit.

Deinde exercitum navalem per Rhenum duxit in Freſiam, cõtra Gotefridum, ejuſq; adjutorem Diodericum. Ibiq; duas urbes munitiſſimas cepit, Rinesburg & Heerdingen.

Suiggerus Papa, qui & Clemens (II) obiit: & Babenberg ſepultus eſt.

Rohingus abbas Fuldenſis obiit, qui eodem anno Romæ in natali Domini conſecratus fuerat à Suiggero Papa.

Gunterus eremita obiit.

Ann. 1048. Imperator natalem Dom. Polethæ celebravit.

Ibi legati aderant Romanorum, Suiggeri Papæ obitum nuntiantes, eiq; ſucceſſorem poſtulantes. Quibus imperator Popponem Pariſienſem (*alii Brixienſem*) epiſcopum aſſignavit.

Babenbergenſem vero epiſcopatum, Hezekin Cancellario contradidit.

Feſtum ſancti Michaelis, Imperator iterum Polethæ celebravit.

Ibi poſtero die Dietmarus comes, frater ducis Bernhardi, cum à milite ſuo Arnoldo accuſatus fuiſſet, de inito contra Imperatorem conſilio, congreſſus cum eo, ut objectum crimen manu propria purgaret, victus & occiſus eſt.

Ecbertus Fuldenſis abbas factus fuerat, ſtatim poſt natalem Domini.

An. 1049. Imperator natalem Dom. Friſingiæ celebravit.

Ibi iterum Legati Romanorum, Bopponis Papæ morte nuntiata, rectoré Romanæ eccleſiæ

postulabant. Quibus Imperator Brunonem Tolosæ Episcopum dedit. (*Revera, ut è Ptol. & Contract. liquet, Brunonem Tullensem Leucorum episcopum intelligit.*)

Synodus. Anno 1050. Leo Papa, propter componendum statum ecclesiarum, & pacem Galliis reddendam, Roma egressus, Mogonciæ synodum celebravit, præsidente Imperatore cum 42. episcopis.

Ubi Sybiche Spirensis episcopus de criminibus, quibus accusabatur, sacra communione se purgavit.

Et dux Gotefridus, interventu Papæ & principum, gratiam Imperatoris obtinuit.

Expleta synodo Imperator expeditionem movit super Balduuinum.

Papa vero reditum ejus, Aquisgrani expectavit.

Anno 1051. Imperator natalem Domini Wormaciæ celebravit.

Ubi Leo Papa ei valefaciens, mediocriter compositis & causis ecclesiasticis & regni negotiis,

Nortmanni in Apulia. Romam reversus est: Abducens secum Gotefridum ducem, & fratrem ejus Friderichum (qui & Gebehardo postmodum in sedem Apostolicam successit) item alios quam plures tam clericos, quàm laicos in re militari probatissimos. Quorum virtute Nortmannis, qui Apuliam occupaverant, obviam ire parabat.

Consecrata est ecclesia in Goslaria, ab Herimanno Coloniensi archiepiscopo.

Imperator Pentecosten celebravit Podelbrunnen.

Ubi Bardo Archiepiscopus, ad missam habito sermone, obitum suum instare prædicens, orationi fidelium se commendavit. Qui eodem mense decessit: Eique Luitboldus successit.

Dietricus Constantiensis episcopus obiit. Cui Rumolt successit.

Hunfridus Magadaburgensis episcopus obiit. Cui Engelhardus successit.

Natus est Imperatori filius Heinricus. 4. Rex. 3. Id. Novembris.

Anno 1052. Imperator Natalem Domini Polethæ celebravit.

Vbi filio suo Heinrico, adhuc catechumeno, Principes regni sub juramento, fidem promittere fecit.

Pascha celebravit Coloniæ: Ibique prædictus puer ab Herimanno ejusdem civitatis Archiepiscopo, baptizatus est.

Rudolphus Podelbrunnensis episcopus obiit. Cui Immed successit.

Anno 1053. Imperator natalem Domini Goslariæ celebravit.

Vbi & Immed consecratus est à Luitpoldo archiepiscopo.

Leo Papa profectus contra Nortmannos, contulit cum eis prope Beneventum signa: & fugientibus statim in prima congressione Longobardis, Teutonici omnes penè ad unum interfecti sunt. Ipse quoque obsessus est in Benevento, & vix tandem post multas tribulationes, obsidione liberatus, cunctos dies quibus supervixit tantæ calamitati, in luctu & mœrore egit.

Eo tempore Friderichus frater Gotefridi Romanæ ecclesiæ archidiaconus Constantinopoli apostolicæ sedis functus legatione, abierat. Vbi indicta synodo cum Imperatorem Constantinopolitanum & Patriarcham evocasset, & illi primatus sui majestatem vindicantes, dicto obtemperare dedignarentur, regressus urbem, sandalia sua, more Apostolorum, publicè super eos excussit. Quo facto, tantum terrorem omnibus Constantinopolitanis incussit, ut Imperator & Pa-

Synodus.

Legatus Rompon triarcha cum clero & populo sequenti die, sacco & cinere obvoluti, ad eum procederent, & apostolicam autoritatem in eo, proni in terram, adorarent.

Ibi quoque per Gotefridum ducem hæretici deprehensi sunt, & suspensi.

Marchio Italorum Bonifacius obiit, cujus viduam Beatricem dux Gotefridus accipiens, Marcham & cæteras ejus possessiones, conjugii prætextu, sibi vendicavit. Quo comperto, Imperator Heinricus gravi scrupulo perurgeri cœpit: Reputans ne forte per eum animi Italorum, semper avidi novarum rerum, ut à Regno Teuthonicorum deficerent, sollicitarentur.

Anno 1054. Leo nonus Papa 13. kalend. Maii, beato fine quievit in Domino, Romæque sepultus est.

Imperator interpellatus à Romanis, ut antistitem sedi Apostolicæ provideret, Gebehardum Einstadensem episcopum misit. Datisque clanculò literis ad omnes, qui in Italia opibus, aut virtute militari plurimum poterant, deprecabatur eos, ut ducem Gotefridum, ne quid forte mali contra rempublicam machinaretur, observarent, promittebatque seipsum, vita comite, proximo anno affuturum, & quid facto opus esset visurum. Huic subdiaconus toxicum in calicem misit,

Victori II. PP. toxicum paratum. Quem cum ipse post consecrationem levare vellet, nec posset, à Domino causam ficti inquisiturus, cum populo ad orationem prosternitur: statimque toxicator à Dæmone arripitur. Ita igitur causa manifestata, dominus Papa calicem cum sanguine Dominico, cuidam altari jussit includi, & pro reliquiis in perpetuum conservari. Deinde iterum cum populo tamdiu ad orationem prostemitur, quousque subdiaconus à Dæmonio liberaretur.

Friderichus Archidiaconus Constantinopoli regressus, ubi comperit Leonem Papam humanis rebus excessisse, & alium jam Ecclesiastici regiminis jura suscepisse, dona quidem quæ ab Imperatore

Digitized by Google

peratore Conſtantinopolitano permagnifica deferebat, eccleſiæ Romanæ conſignavit. Et ſtatim urbe excedens, in monaſterium Caſſinum ſe contulit: Ibi deinceps Chriſto ſub ſanctæ profeſſionis titulo militaturus. Quod factum, malè plerique interpretabantur. Sed nemo, qui ſanum ſapiebat, aliter hoc eum, quàm ardore fidei, & tædio ſecularium negotiorum feciſſe credebat: præſertim cum eodem tempore & longi itineris labore exhauſtus, & gravi corporis moleſtia pulſatus, diu ſe poſſe vivere deſperaret.

Azelinus Hildenesheimenſis epiſcopus obiit. Cui Hecelo ſucceſſit.

Sivico Spirenſis epiſcopus obiit. Cui Arnold ſucceſſit. (*Is ſupra Sybicho vocatur.*)

Hezeken Babenbergenſis epiſcopus obiit. Cui Adelbero ſucceſſit.

Imperatoris filius Heinricus, conſecratus eſt in regem Aquiſgrani, ab *He*rimanno Colonienſi archiepiſcopo: Vix ægrè ſuper hoc impetrato conſenſu Luipoldi archiepiſcopi: ad quem, propter Primatum Magontinæ ſedis conſecratio regis, & cæteta negotiorum regni diſpoſitio potiſſimum pertinebat. Sed imperator potius Herimanno archiepiſcopo hoc privilegium vendicabat, propter claritatem generis ejus, & quia intra diœceſim ipſius conſecratio hæc celebranda contigiſſet.

An. 1055. Heinricus imperator natalem Domini Goslariæ celebravit.

Statimque exactis feriis ſolennibus, in Italiam perrexit, vocatus eò Legatione Romanorum, qui nuntiaverant nimium in Italia contra rempublicam creſcere opes potentiam Gotefridi ducis, & niſi turbatis rebus mature conſuleretur, ipſum quoque regnum propediem ab eo, diſſimulato pudore occupandum fore.

Sed ubi Italiam ingreſſus eſt, dux Gotefridus, miſſis in occurſum ejus nuntiis mandavit, nihil ſe minus, quàm rebellionem cogitare, paratum potius pro ſtatu reipublicæ & Imperatoris ſalute, extrema etiam omnia experiri: Gratum ſe habere, quòd patriis finibus extorris, patriis poſſeſſionibus ejectus, opibus ſaltem uxoris ſuæ in peregrinatione ſuſtentaretur, quam nec dolo nec raptu, ſed ipſius placito & celebratis ſolenniter nuptiis, in matrimonium ſibi junxiſſet. Beatrix quoque diſſimulato metu, imperatori obviam proceſſit, & vix impetrata dicendi copia, ait. Nihil ſe egiſſe, præter quàm quod jure gentium ſibi agere licuiſſet: Deſtitutam ſe priori marito, deſolatæ domui patronum paravilſe, & ingenuam ingenuo, ſine fuco nephariæ cuiuſquam machinationis, nupſiſſe. Nec æqui, nec boni memorem eum eſſe, ſi id ſibi, pace ejus non liceret, quod in imperio Romano fœminis nobilibus ſemper licuiſſet. Imperator itaq; accepto à primoribus conſilio, Gotefridum crimine abſolvit, non tam probans ſatisfactionem ejus, quàm metuens, ne malis recentibus exaſperatus, Normannis infeſtantibus Italiam, ducem belli ſe præberet, & fierent noviſſima ejus pejora prioribus. Beatricem tamen, quaſi per deditionem acceptam, ſecum abduxit; Hoc illi culpæ obiiciens, quod contractis ſe inconſulto nuptiis, hoſti publico Italiam prodidiſſet.

Deinde anno integro intra Italiam commoratus, cuncta quæ rei utilitas expoſcere videbatur, magnificè, pro loco & tempore ordinavit.

Viſio Guntheri Cancellarii.

Anno 1056. Guntherus, tunc temporis Cancellarius, viſionem vidit memoria dignam. Dominum in ſolio majeſtatis ſuæ reſidere, & elevato in altum brachio, diſtrictum gladium magno niſu vibrare, & circumſtantibus dicere. Reddam ultionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Quam viſionem, protinus mortalitas ſubſecuta eſt principum regni.

Eaque expleta, vidit eodem rurſus ſchemate Dominum reſidere, & remiſſo jam in vaginam gladio, & ſuper genua ſua reclinato, dicere circumſtantibus. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit uſque ad inferni noviſſima.

Herimannus Colonienſis epiſcopus obiit. Cui Anno Goſlarienſis præpoſitus ſucceſſit.

Imperator regreſſus de Italia, ſanctum Paſcha Podelbrunnæ celebravit.

Breviſque commoratus in Goſlaria, perrexit ad villam Civois, in confinio ſitam regni Francorum ac Theutonicorum, colloquium ibi habiturus cum rege Francorum. A quo contumelioſe atque hoſtiliter objurgatus, quod multa ſæpe ſibi mentitus fuiſſet, & quod partem maximam regni Francorum, dolo à patribus ejus occupatam, reddere tamdiu diſtuliſſet: Quum Imperator paratum ſe diceret, ſingulariter cum eo conſerta manu, objecta refellere, ille proxima nocte fuga lapſus, in ſuos ſe fines recepit.

Imperator nativitatem ſanctæ Mariæ Goſlariæ celebravit.

Ibique Victorem Papam, * qui & Gebehart, * magnifico apparatu ſuſcepit hoſpitio: Collectis, ſcilicet, ad ornandam tantæ diei ſolennitatem, cunctis penè regni opibus & Principibus.

*(*II. *Huius nominis*)* (*antea nuncupatus*)

Saxonum clades.

In Ie profectus Botfelden, cum ibi aliquamdiu venationi deditus moraretur, comperit Wilhelmum Marchionem Miſniæ & Diodericum comitem cum infinita multitudine Saxonici exercitus, quos contra Luticios miſerat, malè geſtis rebus, occubuiſſe.

Nec multo post, ipse corporis molestia correptus, cum 7. aut eò amplius diebus lecto decubassset, diem clausit extremum.

Præsentes erant, quasi ad officium tanti funeris ex industria evocati, Romanus Pontifex, Aquilegiensis Patriarcha, Patruus Imperatoris Ratisponensis episcopus: Item aliæ innumerabiles tam Laici, quàm ecclesiastici ordinis dignitates. Notatumq; est nulla retro majorum memoria, sine publica indictione, tot illustres personas in unum confluxisse.

Corpus ejus Spiram translatum est, & celebratis regio more exequiis, die natalicio apostolorum Simonis & Judæ, quo, scilicet, die etiam natus fuerat, sepulturæ est traditum.

Heinricus Quartus, infans.

Regnum pro patre obtinuit filius ejus Heinricus, quinque annorum infantulus, anno postquam in regem unctus fuerat tertio. Summa tamen rerum & omnium, quibus facto opus erat, administratio penes imperatricem remansit. Quæ tanta arte periclitantis reipublicæ statum rutata est, ut nihil in ea tumultus, nihil simultatis tantæ rei novitas generaret.

Arnoldus Spirensis episcopus obiit. Cui Cunradus successit.

Cunradus filius imperatoris, dux Bajoariæ, obiit. Ducatum eius imperator Imperatrici dedit, privato jure, quoad vellet, possidendum.

Clericum homicida

Dedi Palatinus comes, à quodam clerico Premensi occisus est, quem à fratre suo archiepiscopo susceperat, pro criminibus, quæ ei objiciebantur, exilio deportandum. Sepultusque est, jubente Imperatore, in Goslaria.

Wilhelmo Marchioni successit Udo comes, vir valde industrius, & regi consanguinitate proximus.

An. 1057. Rex natalem Domini Ratisponæ celebravit, præsente adhuc Victore Papa. Qui exinde, compositis mediocriter, prout tunc copia erat, regni negotiis, in Italiam regressus, quinto kalend. Aug. migravit ad dominum.

Einstatensem episcopatum, quo se ille Papa factus, non abdicaverat, Gunzo suscepit.

Tum vero universi quicquid principum, quicquid plebis Romanæ erat, uno animo, pari voluntate, in electionem consenserunt Friderichi fratris Gotefridi ducis, extractumque de monasterio Casino, ubi lucerna Dei ardens & lucens, sub lecto monasticæ quietis delitescebat, super candelabrũ extulerunt sedis Apostolicæ. Nec quisquam sanè multis retro annis lætioribus suffragiis, majore omnium expectatione, ad regimen processerat Romanæ ecclesiæ. Sed tantam spem, heu, frustrata est mors immatura.

Uto Marchio obiit. Cui filius ejus Uto junior successit.

Rebellio contra Imp. in Saxonia exorta.

Principes Saxoniæ, crebris conventiculis, agitabant de injuriis, quibus sub Imperatore affecti fuerant, arbitrabanturq; pulchrè sibi de his satisfactum fore, si filio ejus, dum adhuc ætas oportuna injuriæ esset, regnum eriperent. Nec procul ab fide aberat, filium in mores, vitamque patris pedibus, ut ajunt, iturum esse. Accessit ex insperato magnum turbandis rebus adjumentum, Otto frater Guilelmi Marchionis, sed matrimonio impari, matre, scilicet, Sclavica natus, vir acer, ingenio & manu impiger. Is apud gentem Bohemorum jam à puero exulaverat: Sed comperta morte fratris, magna spe obtinendæ hæreditatis, regressus in Saxoniam, à cunctis illic principibus benignè accipitur, magnisque omnium adhortationibus instigatur, non modo Marcham, quæ sibi jure hæreditario competeret, sed ipsum quoq; regnum affectare. Ubi alacrem paratumq; negotio advertunt, fidem omnes dicunt, suas quisque manus, suam operam pollicentur; regemque, ubicumq; fortuna opportunum fecisset, interficere constituunt. Perculsis metu omnibus, quibus rerum publicarum sollicitudo aliqua erat & magnoperè intentis, ad sedandam turbam, quæ oriebatur, placuit, Regem ocyus in Saxoniam venire, & periclitanti reipublicæ, quaqua posset ratione consulere. Itaque natalem sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in Mersenburg celebraturus erat, eò quicquid principum erat in Saxonia, ad colloquium evocari jussit. Quò dum pergerent, pro sua singuli copia magna militum manu stipati, contigit, ut Brun & Ecberdus patrueles regis, casu inciderent in multitudinem prædicti Ottonis, conglobato agmine ad Curtem Regiam proficiscentis. Hi præter causam publicam, privatis quoque inimicitiis infestissimi illi erant. Nec mora, dato militibus signo ad pugnam, equis subdunt calcaria, & pari utraque pars audacia, paribus odiis, in mutua vulnera ruunt. Ibi in prima fronte Brun & Otto, ambo pleni irarum, ambo sui tegendi immemores, dum hostem ferirent, tam concitatos in sese vicissim impetus dederunt: ut uterque alterum primo incursu equo excussum letali vulnere transfoderet. Amissis ducibus, aliquamdiu utramque aciem anceps pugna tenuit, Sed Ecbertus quamquàm graviter saucius, dolore tamen interempti fratris efferatus, rapido cursu in confertissimos hostes præcipitem se mittit. Bernardi comitis filium egregium adulescentem, sed vix dum militiæ maturum, interficit. Cæteros languidius, quoniam ducem perdidissent, pugnantes, in fugam convertit. Sic respublica maximo metu liberata est, & Saxones adempto rebellionis signifero, nihil ulterius, quod secus esset contra regem moliti sunt.

Cuono

Cuono cognatus regis, dux factus est Carentinorum.

Frater ejus Heinricus Palatinus comes Luthariorum, instinctu dæmonis, monasticam vitam professus est in Gorzia. Sed per paucos dies, vulgante se dæmonio, quo illusus fuerat, sanctæ conversationis habitum, quo se angelus satanæ in angelum lucis transfiguraverat, abjecit, uxoremque suam & possessiones, desertor Dei & transfuga, recepit. *Heinricus Palatinus fit monachus instinctu Diaboli.*

Anno 1058. Rex natalem Domini Mersinburg celebravit. Aderatq; ibi inter alios regni principes, etiam Hildebrant abbas de sancto Paulo, Mandata deferens ab sede Apostolica, vir & eloquentia & sacrarum literarum eruditione valdè ammirandus.

Ego. N.* vulgatam toto orbe abbatis Meginheri placitam Deo conversationem æmulatus, rei familiaris curam, ne in via Dei prægravaret, abjeci: Sanctamque vestem, ab ejus sanctissimis manibus, idibus Martiis, heu. nimium impar tali armaturæ, suscepi. *Author Lambertus fit monachus.*

* *En autoris modestiam laudatissimam: qui ut verè omnem seculi hujus gloriam à se abdicaret, nomen suum obscurat.*

Piæ memoriæ Stephanus Papa* qui & Fridericus, cum in civitate Florentina moraretur, IV. Kalendas Aprileis naturæ mortali debitum solvit. Et verè, ut speramus, de hac convalle lachrymarum ad gaudium transiit angelorum. Indicio sunt signa & prodigia, quibus sepulchrum ejus in eadem civitate, usque hodie divinitus illustratur.

* *Is Friderichus ducis Gotefridi frater fuit, qui Leoni IX. ejus nominis, interjecto tamen Gebhardo, qui Victoris secundi papæ nomen adeptus est, successit, & Stephanus IX. appellatus.*

Sed in Apostolicam protinus, inconsulto rege & principibus, invasit Benedictus* quidam Lateranensis, adjutus factione popularium, quos pecunia corruperat.

* *illius nominis Papa X.*

Ottho de Suinfurde dux Suevorum obiit. Ducatum ejus Rudolphus obtinuit, & ut regi in dubiis tunc rebus ex affinitate devinctior, fideliorque in rempublicam foret, soror quoque regis ei desponsata est, tenera adhuc ætate, traditaque est episcopo Constantiensi nutrienda, dum toro conjugali matureſceret.

Cuono dux Carentinorum, contractis ingentibus copiis, ad occupandum ducatum suum, quem tanto tempore, metu rebellionis non invaserat, primam profectionem parabat. Sed morte præventus, cœptum iter non explevit.

Ego. N. presbyter ordinatus sum à Scafnaburgin Iejunio autumnali à Lupoldo archiepiscopo (*Magontiacensi*) statimque peregrinationem Hierosolymitanam aggressus sum, zelo Dei, sed utinam secundum scientiam.* *Author presbyter.*

* *Delectum, prudentiamque innuit, quam & vel unice hac in re adhibendam D. Hieronymus ad Paulinum & magnus Erasmus ille noster, in Colloquiorum formulis lepide admonet.*

Ecbertus, qui & Eppo, abbas Fuld. XV. Kalendas Decembres obiit. Cui Sigisfridus ejusdem cœnobii monachus successit.

Anno 1059. * Natalem Domini in civitate Marouua celebravi, in confinio sita Hungariorum & Bulgariorum.

* *hic si, rex, quod conjicio, deest,* celebravit *legas.*

Romani principes satisfactionem ad regem mittunt, se, scilicet, fidem, quam patri dixissent, filio quoad possent servaturos. Eoque animo, vacanti Romanæ Ecclesiæ pontificem usq; ad id tempus, non subrogasse, ejus magis super hoc expectare sententiam: orantque sedulo, ut quem ipse velit, transmittat. Nihil ejus ordinationi obstare, si quis, non per legitimæ electionis ostium, sed alunde ascendisset in ovile ovium. Rex habita cum primoribus deliberatione, Gerardum Florentinum episcopum, in quem & Romanorum & Teuthonicorum studia consenserant, pontificem designat, Romamq; per Gotefridum Marchionẽ transmittit. Ita Benedicto, qui injussu regis & principũ sacerdotiũ usurpaverat reprobato, Gerardus qui & Nicolaus (11) põtificatũ obtinuit.

Is eodem anno, ab abbate Meginhero interpellatus, propter decimationes Saxoniæ, literas & mandata direxit Burchardo Halberstadensi episcopo, ne statutos patrũ terminos transgrederetur, neu monasterium Herfeldense superfluis concertationibus inquietaret: si pergeret molestus esse, necessariò se apostolicæ authoritatis virga usurum adversus ejus inobedientiam: Præsertim quum monasterium illud sub jurisditione esse Ro. pon. tot prædecessorum ejus privilegia testarentur. Abbati quoq; epistolam scripsit verbis consolatoriis, quæ usque in præsentiarum in cartario servatur Hervordensis monasterii.

Ego* exacta peregrinatione Hierosolymitana, XV. KL. Octob. ad monasterium reversus sum. Et quod in omni illa profectione mea, præcipuum à Deo postulaveram, Meginherũ abbatem superstitem inveni. Timebam, scilicet, quoniã sine benedictione illius profectus fuissem, si offensus, irreconciliatusq; decessisset, magni criminis reum me teneri apud Dominum. Sed non abfuit propitia divinitas redeunti, quæ tanto illo itinere sæpe usque ad ultimam necessitatem periclitatum, misericordissimè texerat: Incolumem repperi, peccatum indulsit, & quasi ex inferis redivivus emergerem *Author rediens è terra sancta.*

mergerem, sic obviis, ut aiunt, manibus me gratulabundus excepit. Mirum autem in modum, dicens, vitam ejus absolutioni meæ ex industria servatam fuisse, eodem die, quo me crimine absolverat, febre correptus est, & sic per octo dies gravi ægritudine decoctus, 6. kal. Octobr. fœliciter consummato cursu, quievit in dominò: Vir magnarum in Christo virtutum, & verè (quod omnium modernorum abbatum pace dixerim) unicum suæ ætate in Teutonicis regionibus rectè ac monastice vivendi exemplar.

* *Hæc ipsidem author de se scribit.*

Lis propter Decimas.

Is, ut prædictum est, cum Burchardo Halberstadensi episcopo diuturnam traxerat litem, propter decimationes Saxoniæ, quas ille Herveldensi monasterio ereptas, per occasionem episcopalis regiminis sibi vendicabat. Contra cujus improbitatem, cum nec forenses, nec ecclesiasticæ leges quicquàm valerent, & abbas sæpe querimonia in jus relata, surdis tribunalibus fabulam narrasset, tandem brevi anteequam vita excederet, mandavit ei per Friderichum Palatinum comitem, se quidem, tanquam viribus imparem, caussa cadere, Deo tamen vires ad tuendam æquitatem non defuturas esse. Proinde parati ambo essent, ut intra paucos dies ad tribunal, æquissimi judicis Dei, causam dicerent, victurum ibi esse, non qui plus posset, sed cujus causa justior esset. Nec fefellit eventus. Nam post dormitionem abbatis pauci dies interceserant: Et ecce, episcopus cum prædictæ rei gratia synodum indixisset, & admoto jam equo illuc properare vellet, repentè, divina animadversione ictus, corruit. Reportatusque ad cubiculum, ascitis ocyus presbyteris suis, per Deum obtestabatur, ut decimationes suas Herveldensi monasterio restituerent, atque omnem in perpetuum super hac re litem præciderent, scirentque, cunctis qui eadem tentassent, sic infœliciter rem cessuram, ut sibi cessisset: qui injustæ exactionis tam acerbum vindicem ipsum experiretur Dominũ.

Burchardi Episcopi Halberstad. horrendum interitus.

Quúque Magdaburgensis & Hildenesheimensis episcopi visitatum eum advenissent, cum magno ejulatu fatebatur, se juxta prædictum eximii abbatis, ad tribunal Dei jam jam arripi, & pro invasis rebus alienis rationem exigi: rogabatque obnixè, ut missis *Herveldiam* nuntiis, venia sibi pro admisso supplices precarẽtur. Nec multo post, diruptis miserabili genere morbi viscerib. expiravit.

Uto quoque archipresbyter ejus, quo ille potissimum incentore in hanc sævitiam inarserat, quique exactor atque administer hujus calumniæ vehementissimus extiterat, eodem anno subitanea morte, sine confessione, sine sacra communione interiit: à diabolo, ut fama vulgatior loquebatur, suffocatus.

Meginhero abbati. 6. Idus Novembr. substitutus est Ruothardus Corbejensis disciplinæ monachus qui in monasterio Corbejensi abbas quondam fuerat ordinatus: Sed quorundam criminum postea falso, ut creditur, insimulatu, abbatia amissa, nonnullos per diversa monasteria privatus, jam exegerat annos.

Burchardo episcopo successit Bucco Goslarienſis Præpositus. Qui præcessoris sui, recenti adhuc exitio conterritus, ab infestatione Herveldensis monasterii temperabat. Minabatur tamen plerumque magna se facturum, sed ultra verba non processit.

Lupoldus Archiepiscopus Magontinus. 7. Idus Decembres obiit, relicto in monimentum sui, monasterio sancti Jacobi, quod propriis impensis extruxerat Magontiæ foris murum, in monte, qui dicitur Speciosus. Cui successit Sigifridus abbas Fuldensis. Abbatiam vero Wideradus obtinuit, ejusdem cœnobii monachus, ejusdem quoque familia oriundus.

Anno 1060 Rex natalem Domini Wormaciæ celebravit.

Synodus.

Ubi & synodus indicta fuerat, sed excusantibus se episcopis per infirmitatem & pestilentiam, quæ tunc temporis vehementer grassabatur in Gallia, ad effectum non pervenit.

Sitto Verdensis episcopus obiit. Cui Rucberdus successit.

Gebehardus Ratisponensis episcopus obiit. Cui Ottho successit.

Cunradus Spirensis episcopus moritur, in cujus locum Einhart promovetur.

Andreas rex, Hungariorum.

Anno 1061. Andreas rex Hungariorum, videns Belem quendam propinquum suum, regnum affectare, & Hungarios à se paulatim ad eum deficere, uxorem suam & filium Salomonem, cui Imperator filiam suam parvulo parvulam desponderat, cum multis opibus, ad regem Heinricum transmisit, petens, ut & sibi misso exercitu subveniret, & suos, donec rebus tranquillitas redderetur, servaret. Rex Wilhelmum Marchionem Thuringorum, & Epponem Citicensem Episcopum, cum duce Bohemorum, & exercitu Bajoarico illuc misit. Sed Marchio & episcopus priores Hungariam ingressi, non expectato duce Bohemorum, cum Bele signa contulerunt, atq; infinitam multitudinem Hungariorum peremerunt. Deinde cum ex omni parte Hungarii, ad ferendum suis auxiliũ frequentes confluxissent, videntes missi regis, tantæ multitudini se numero & viribus impares esse, finibus hostium excedere volebant. Verum illi loca omnia, per quæ exitus esse poterat, occluserant tum ne quid cibi aut potus in via reperiretur providerant. Quumq; insuper abeuntes crebra incursione infestarent, & illi semper periculum virtute propulsantes, magnas hostium strages darent, tãdem, diuturna cæde exhaustis viribus, Andreas equo forte excussus, pugnantium pedibus est conculcatus, Episcopus captus, Marchio fame magis, quàm ferro expugnatus, se dedidit. Cujus virtus

Hungariorum clades.

tantæ

tantæ admirationi apud Barbaros fuit, ut Ioas filius Belis, pro illius tum gentis moribus haud desperatæ indolis adolescens, ultro patrem exoraret, non modo, ut eum jure belli intactum sineret, sed etiam ut affinitate sibi jungeret, desponsata ei filia sua sorore Iojade.

Imperatrix ducatum Bajoariæ quem post mortem Cunradi filii sui usque ad id tempus per seipsam administraverat Ottoni dedit, videns eum virum industrium & juvandis regni negotiis satis opportunum.

Heinricus Palatinus comes Luthariorum, uxorem suam manu propria interfecit. Et sic tandem publica evidentius infestatione dæmonis, quam diu dissimulaverat, missus est in monasterium Edernachen. Ibiq; diuturna vexatione consumptus, interiit. *Heinricus Palatinus uxorē occidit.*

An. 1062. Wilhelmus Marchio reversus in Thuringiam, dum redire in Hungariam, & sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione adducere pararet, inter eundum, secunda mansione, morbo correptus obiit: Sponsam ejus Vdalricus Marchio Carentinorum cognatus ejus accepit: Marcham Otho frater ejus obtinuit. Sed is beneficia Magontini episcopatus aliter obtinere non potuit, nisi promitteret decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum, & cæteros Thuringos, ut idem facerent, coacturum. Quæ res multorum malorum seminarium fuit, detestantibus omnibus Thuringis factum ejus, & asserentibus: mori se malle, quàm patrum suorum legitima amittere. *Thuringi primum decimas dare cogantur.*

Imperatrix nutriens adhuc filium suum, regni negotia per seipsam curabat: utebaturq; plurimũ consilio Heinrici Augustensis episcopi. Unde nec suspicionem incesti amoris effugere potuit, passim fama jactitante, quòd non sine turpi commercio in tantam coaluissent familiaritatem. Ea res principes graviter offendebat: videntes, scilicet, quòd propter unius privatum amorem, sua, quæ potissimum in repub. valere debuerat authoritas, penè obliterata fuisset. Itaque indignitatem rei non ferentes, crebra conventicula facere, circa publicas functiones remissius agere, adversus imperatricem popularium animos sollicitare, postremò omnibus modis niti, ut à matre puerum distraherent, & regni administrationem in se transferrent. Ad ultimum Colonien sis Episcopus, communicatis cum Ecberto comite & cum Otthone duce Bauuariorum consiliis, navigio per Rhenũ ad locum, qui dicitur, sancti Suitberti insula, venit. Ibi tum rex erat. Qui dum quadam die post solennes epulas factus fuisset hilarior, hortari eum episcopus cœpit, ut navim quandam suam, quam ad hoc ipsum miro opere instruxerat, spectatum procederet. Facilè hoc persuasit puero simplici, & nihil minus quàm insidias suspicanti. Quumq; navim ingressus fuisset, stipantibus eum his, quos Episcopus factionis suæ socios ac ministros paraverat, repentè remiges insurgunt, remis incumbunt, navim, dicto citius, in medium fluminis impellunt. Rex nova rerum facie confusus, incertusque animi, nec aliud quàm vim & necem sibi paratam arbitratus, in flumen se præcipitem dedit. Citiusque eum aqua violentior suffocasset, nisi Ecbertus comes, dato post eum saltu, periclitantem, ipse quoq; non minimùm periclitatus, vix & ægrè morti eriperet, & navi restitueret. Exin blanditijs, quibus poterant delinitum, Coloniam perducunt. Cætera multitudo per terram subsequitur. Criminantibus plurimis, quod regia Majestas violata, suiq; impos facta foret. Episcopus ut invidiam facti mitigaret, ne videlicet, privatæ gloriæ potius, quàm communis commodi ratione hæc admisisse videretur, statuit, ut episcopus quilibet, in cujus diœcesi rex tunc temporis moraretur, ne quid detrimenti respublica pateretur, prouideret: & cautis, quæ ad regem delatæ fuissent, potissimum responderet. *Imperator in vitæ discrimine.*

Imperatrix nec filium sequi, nec injurias suas jure gentium expostulare voluit: Sed in propria recedens, privata deinceps ætatem agere proposuit. Nec multò post tedium passa erumnarum seculi, domesticis quoq; erudita calamitatibus, quàm citò & velociter, exsufflante spiritu Dei, exsiccetur fœnum temporalis gloriæ, cogitavit sæculo renunciare. Statimque ad explendum quod cogitaverat, præceps abiisset: nisi in ea impetum spiritus; amici maturibus consiliis inhibuissent. *Imperatrix privatā vitā eligit.*

Ann. 1063. Rex natalem Domini Goslariæ celebravit.

Ubi ipsa die, dum ad vesperam sellæ episcoporum locarentur, inter Camerarios Hecelonis Hildeldenesheimensis episcopi, & Camerarios Wideradi Fuldensis Abbatis, gravis concertatio oborta est: Et primò jurgijs, dein pugnis res gesta est: citoq; ad gladios prorupissent, nisi Ottonis ducis Bajoariorum, qui causam abbatis tuebatur, authoritas intercessisset. Causa vero talis erat. Consuetudo erat in regno, per multos retro majores observata, ut semper in conventu episcoporum, abbas Fuldensis archiepiscopo Magontino proximus assideret. Sed Episcopus causabatur neminem sibi intra diœcesim suam post archiepiscopum, debere præferri: animatus ad hoc & opum gloria, qua antecessores suos longe supergrediebatur, & temporis opportunitate. Quia rege adhuc in puerilibus annis constituto, singuli quod sibi animus suggessisset, facere impunè poterant. *Concertatio Episcoporum ob sessionem.*

Gerardus Papa, qui & Nicolaus (II) obiit. In cujus locũ per electionẽ regis & quorundam principũ, Parmensis episcopus * substitutus est, & Romã per Bucconẽ Halberstadẽsem episcopũ missus. *Nicolai PP. II. obitus.*

Cui

Cui redeunti, pro præmio benè curatæ legationis, pallium dedit & alia quædam archiepiscopatus insignia. Quod archiepiscopus Maguntinus, ad obfuscandum sui prioratus fastigium factum interpretatus, indignissimè tulit. Sed per archiepiscopi Colonienſis interventum, latisfactione accepta, paruit indignatio ejus.

* *qui Ebertus ante annuncupatus est.*

Rex Pentecosten Goslariæ celebravit.

Ibi dum ad vespertinalem synaxim rex & episcopi convenissent, rursus de positione sellarum episcopalium tumultus exoritur, non fortuita, ut prius conversione, sed præmeditata diu machinatione. Nam episcopus Hildenesheimensis, acceptæ prius contumeliæ memor, Ecbertum comitem cũ expeditis militibus retro altare occuluerat. Hi audito tumultuantium Camerariorũ strepitu, ocyus advolant, Fuldensiũ alios pugnis, alios fustibus cædũt, prosternũt & de sacrario ecclesiæ, inopinato periculo attonitos, facile proturbãt. Quibus ilicò ad arma conclamantibus, Fuldenses quibus arma in promptu erant, facto grege, ecclesiam irrumpunt, in medio chori, psallentium que fratrum manus conserunt: rem non iam fustibus, sed gladijs gerunt. Pugna atrox committitur, atque per totam ecclesiam pro hymnis & cãticis spiritualibus, vociferatio adhortantium & ululatus moriẽtium exauditur. Super altaria Dei tristes iugulantur hostiæ, passimque per ecclesiam sanguinis currunt flumina, non legali, ut quondam religione, sed hostili crudelitate profusa. Episcopus Hildenesheimensis capto æditiori loco, tamque militari quodam classico, suos ut fortiter præliarentur hortabatur, & ne loci religione ab armis terrerentur, suæ authoritatis & promissionis titulum obtendebat. Multi utrimque vulnerati, multi occisi sunt. Inter quos præcipui erant Regenbodo signifer Fuldensis, & Bero, Ecberto comiti charissimus miles. Rex inter hęc vociferans, & sub obtentu regiæ majestatis populum adjurans, surdis fabulam narrare videbatur. Tandem monitus à suis, ut vitæ propriæ, pugna excedens, consuleret. Vixque inter conflipatam arctius multitudinem eluctatus, in palatium se recepit. Hildenesheimenses, qui instructi, præm editatiq; ad pugnam venerant, superiores efficiuntur. Fuldenses, utpote quos inermes, inopinatosq; subitò exortæ seditionis procella contraxerat, susi, fugatique, atque de ecclesia expulsi sunt. Fores ilicò obserantur. Fuldenses, qui primo tumultu ad arma tollenda paulò longius discurrerant, frequentes armatiq; adsunt, atrium ecclesiæ occupant, aciem instruunt, ut de ecclesia progressos statim adoriantur. Sed nox concertationem dirimit. Postero die severissimè habita quæstione, Ecbertus comes facile crimen removit, non tantum juris & legum patrocinio, quantum favore & indulgentia regis, cujus patruelis erat. Totum accusationis pondus in abbatem versum est. Hunc, inquiunt, omnium quæ acciderant, caput, fomitemq; fuisse, hunc ad disturbandam quietem Regiæ curtis præmeditato furore venisse. Atgumento rei esse, quòd tanta vi hominum, tanta bellici apparatus pompa instructus, nullo periculi metu urgente eò venisset. Tum vero urgebat & ille apostolicæ sanctitatis, ac Mosaicæ mansuetudinis episcopus, qui tanti sanguinis effusione manus suas Deo consecraverat, & violatæ ecclesiæ injurias truculentius atque immitius, quàm rex suas persequebatur, in quorum corpora prius ferro debacchatus fuerat, ad perimẽdas horum animas gladio spiritus modò fulminabat, præcidens tam defunctos, quàm eos qui cædi superfuerant, de corpore ecclesiæ. Abbatem, præter acerbitatem rei quæ acciderat, odiũ quoque gravabat nominis monachici, quod inveterata malitia, homines seculi semper obfuscare atque opprimere conabantur. Sic undiq; impetitus, oppugnatus, oppressus, post tot tantasque contumelias privatus abscessisset, nisi quem nec lex, nec innocentia tueri poterant, pecunia tutata fuisset. Nam distractis ac dilapidatis rebus Fuldensis monasterii, se suosque carissimo mercimonio redemit. Quantum regi, quantum auricularijs, quantum episcopo datum sit, haud satis certò comperimus. Cautum enim fuerat, ne passim vulgaretur. Hoc haud dubiò constat, sic ea tempestate exhaustas atque attritas esse illius monasterii opes, quæ usq; ad id temporis florentissimæ erant, cunctisq; Galliarum ecclesiis eminebant, ut modò ibi prioris opulentiæ, vix monimenta reperias.

Abbatis & Episcopi conflictus in sacra ade.

Cladis Fuldensi, Abbatia.

Abbas posthæc, accepta licentia, Fuldam remeavit, amaro & confecto nimis super tantis calamitatibus animo. Et, ecce, ibi acerbiori penè rerum asperitate excipitur, & secundum prophetæ elogiũ, fugiens arma ferrea, incidit in arcum æreum. Fratres Fuldenses à principio austerum ejus & minus quàm decuit populare ingenium offenderant: auxit ipse invidiã, & facem non minimam æmulationi subdidit, prædia ecclesiæ militibus improbè erogando, & victualia fratrum, priorum abbatũ liberalitate statuta, minuendo. Murmurabant de his cotidie, & intestinis simultatibus quatiebatur monasteriũ. Tolerabantur tamen timore magis quàm amore: Ne, scilicet, immaturè vulgata querimonia, favor regis & principũ eum tuerentur. At ubi nuntius acceptæ in Goslaria cladis Fuldã venit, tum vero & recentis vulneris dolore, & pręteritorũ memoria accensi, fremere omnes, & se vicissim hortari, ut tantã tẽporis commoditatẽ divinitus oblatã non negligerent, agẽdo negotio nihil præter operam, industriamq; suam deesse, urgeri hominẽ propriis iniquitatib, ad interitũ: agerent nunc singuli pro virili portione, & se suumq; monasterium liberarẽt acerrimo non patre, sed hoste:

Seditio monachorum Fuldensium.

ſed hoſte: qui Fuldenſe nomen, cœlo prius æquatum, probro nunc, ludibrioque cunctis expoſuiſſet. Sic inflammatæ ſeditioni, tanquam oleum igni, addidit injuria recentior. Reginbodo, qui in illa Goslarienſi congreſſione occubuerat, equum unum magni pretii fratribus Fuldenſibus, ob recordationem animæ ſuæ dederat, quem protinus abbas, ipſis inconſultis, laico cuidam dedit. Hunc efferatis animis, intemperatiſſimis clamoribus fratres repetunt, diu ſe tyrannidē ejus, magis quàm dominatū, ſervili patientia tuliſſe, non ultra laturos fore: Redderet ocyus per vim erepta ſibi alienæ liberalitatis beneficia, ſi cunctaretur, non jam clamdeſtinis muſſitationibus ſe acturos, ſed palàm, aditis tribunalibus, divinā & humanam opem contra violentiam ejus imploraturos. Abbati, pondus malorū primò conſiliū reſpondendi ademerat. Dein totus ad preces lachrimaſq; verſus orare & obteſtari per Deum, ne juxta vetus proverbium, ignem gladio ſcrutarentur, ne Goslarienſis contumeliæ vulnus, recens adhuc & necdum in cicatricem obductum, novis doloribus exulcerarent: Memorarentur calamum conquaſſatum non conterendum, nec linū fumigans in favillas, cineresq; redigendum: Parcerent ſi minus exiſtimationi propriæ, calamitati ejus & miſeriæ, quæ tanta eſſet, ut hoſtibus quoq; ſuis lachrymas excutere poſſet: Se, ſi angelus Domini perſequens eum, paululùm remiſiſſet, ſi ab tantis malis, vita comite, unquam reſpiraſſet, non modò adempta redditurū, ſed duplicatis quoq; muneribus cumulaturū. His, qui ætate & ſenſu maturiores erant citò hæc verba ſatis fecerant: Sed juventus, more ſuo, nihil veniæ, nihil laxamenti admittebat. Diu ſimplicitati ſuæ per mollia verba inſultatū fuiſſe, fidem ejus tantopere, tot rebus ſpectatam ultra fallere non poſſe: eos mores, eam inprobitatem hominis eſſe, quicquid impræſentiarū malis non feciſſet, id, niſi iterum vis adhiberetur, perpetuò infectum fore: Propterea ſe ab jure ſuo non ceſſuros eſſe, donec ad expugnandam animi ejus duritiam, omnia divinæ, omnia humanæ opis ſuffragia pertentaſſent. Abbas diu inmoratus, ubi ſe videt nihil ſupplicando agere, nec copiā ſibi eſſe ad reddenda, quæ exigebantur, præſertim exhauſtis penè cunctis opibus monaſterii, nec ſufficientibus, tamen ad exſaturandam ingluviem avaritiæ eorū, qui in Goſlarienſi tumultu læſi fuerant, tandem regis juſſione acceſſitus, ad Cuttim regiam proficiſcitur: dato neceſſariis ſuis negotio, ut terroribus & blandimentis, quaqua via poſſēt, efferatæ juventutis animos mitigarent. Sed hoc in irritū ceſſit. Demiq; poſt abſceſſum ejus principes juventutis, quibus potiſſimū incentoribus tantum malum exarſerat, totam adeunt congregationem, indicant animo ſibi fixū eſſe, ut eruptione facta de monaſterio, regem ubicunq; gentium reperiatur perquirant, contra ſævitiam abbatis ejus potentiæ patrocinium expoſcant: Orantq;, ut quibus valetudo non obſiſtat, ſecum proficiſcantur: qui vero ætate vel morbo prægravantur id non poſſint, ſcripti ſui aſtipulatione factum eorū corroborent. Res fœda & dictu quoq; horrenda viſa eſt ſenioribus, ſuſiq; in terram per deum precabantur, ne ſe, & ipſum Fuldenſis ſpei exiguum quod reſtabat perditum irent: turbatā graviter Goſlarienſi clade rem Fuldenſem, ſi ipſi monaſterii limen ea mente exceſſiſſent, non turbandam modò, ſed omnino in præceps ituram. Nihil illi his ſermonibus moti, jam enim pertinacia in amentiam atq; in rabiem ſe verterat, concitè per monaſterium diſcurrunt, invicem ſe ad audendum facinus adhortantur, & ſic tandem adulta conſpiratione ſedecim numero, crucem ſibi præferentes antiphona impoſita, claustris monaſterii erumpunt. Sequebantur eos eminus maiores natu, qui ſanum aliquid ſapiebant, cum tanto luctu atque ejulatu, ac ſi eos ad ſepulturam funebris pompa, ultimum vale auditurus, efferret. Itaque ne rei tam atrocis novitas repentè nuntiata regi ſtuporem incuteret, unum ex numero ſuo, citato quantum poterat equo præmittunt, qui literas ad regem tantæ calamitatis indices perferat, & qua vi, qua neceſſitate, ad hæc extrema experienda coactu ſint edoceat. Ipſi paulatim pedeſtres ſervatis ordinibus ſubſequuntur. Poſt quàm nuntius eò pervenit, lectæque ſunt literæ, horror quidam perculit omnes, qui in palatio erant ſuper tam procaci facto. Mirabanturque inter eximios & apoſtolicæ converſationis viros tantum flagitii potuiſſe reperiri, ut privatas tam peſſimo exemplo ulciſcerentur: nec filii patris in ea potiſſimùm calamitate ruinæ reſerentur, in qua hoſtes quanquàm ſuos ad miſerationem & ad lachrymas provocare potuiſſet.

Monachi Fuldenſ de diſceſſu cogitant.

Placuit itaque omnibus inſigne hoc facinus, in ſigni aliquo exemplo vindicari. Tum rex conſilio uſus Colonienſis archiepiſcopi & Otthonis ducis Baioariorum, quorum tunc arbitrio reſpublica adminiſtrabatur, præcepit ut ipſe bajulus literarū cū aliis tribus, qui authores ſeditionis fuerāt, per diverſa monaſteria in cuſtodia habendi mitterentur. Ad compeſcendam vero cæteram multitudinem, quoniam nec ſpiritu lenitatis nec virga monaſticæ correptionis ſanari potuiſſent, abbas militari manu uteretur. Tunc abbas miſſis obviam militibus, ſine vi & tumultu eos Fuldam reduci juſſit, & extra monaſterium, cuſtodibus adhibitis, ſuū præſtolari reditū. Ipſe quoq; regi vale facto, eos veſtigio eſt ſubſecutus. Ibi collectos fratres, & primos militum Fuldenſiū diu ea conſultatio tenuit, laicorum an monachorum judicio in eos animadverti oporteret. Vicit ea ſententia, quæ cenſebat eos, qui excuſſo jugo regulæ, contempto abbate, per contumaciam egreſſi, & necdum in monaſterium recepti eſſent, laicorum potius lege judicandos, fore. Ita abbas laycorū

Pœna monachorū ſeditioſorum.

jurisdictionem secutus, duos ex eis alterum presbyteratus, alterum diaconii honore insignes, jussit publicè virgis cæsos & attonsos expelli. Reliquos multis plagis maceratos, per vicina monasteria alium alio transmisit. De singulis tamen non pro modo culpæ, sed pro natalium suorum claritate vel obscuritate, mirius vel atrocius sumptum supplicium est. Viderit abbas, an vi doloris impulsus, injurias suas acerbius, quàm decuit, vindicando, modum forte excesserit. Id constat, inultam esse ea tempestate maculam Fuldensi monasterio, quæ longa forsitan succedentium temporum serie ablui & extergi non possit.

Reges Hungariæ. Bel, qui regnum invaserat Hungariorum, obiit. Joas filius ejus satius putans moderatis opibus, in pace perfrui, quàm immoderatas ambiendo calamitatem atque excidium parere genti suæ mandavit regi Heinrico: si sibi apud Salamonem filium Andreæ regis, natalibus & meritis suis condignus honor haberetur, subditum se ei, fidelemque futurum, & malle beneficiis cum eo quàm armis, fide quàm acie dimicare. Eadem Hungari omnes assidua legatione pollicebantur. Ita rex Heinricus Hungariam cum exercitu ingressus Salamonem in solium patris restituit, juncta ei in conjugium sorore sua: Ablatisque omnibus quæ regi scrupulum movere, vel regni statum labefactare poterant, in pace remeavit ad Gallias.

Episcopi quomodo regem educarint, & rem administrarint. Educatio regis atque ordinatio omnium rerum publicarum penes episcopos erat, eminebatque inter eos Magontini & Colonienſis archiepiscoporum authoritas. A quibus cum in partem consilii Adelbertus Premensis archiepiscopus assumptus fuisset, tum propter claritatem generis, tum propter ætatis atque archiepiscopatus prærogativam, ille sæpius colloquendo, obsequendo etiam, atque assentando, ita sibi regem brevi devinxerat, ut cæteris episcopis posthabitis, totus in eum inclinaretur: & ipse in regno communi penè monarchiam usurpare videretur. Secundas post eum partes agebat Werenher comes, juvenis tam ingenio quàm ætate ferox. Hi duo pro rege imperitabant. Ab his episcopatus & abbatiæ, ab his quicquid ecclesiasticarum, quicquid secularium dignitatum est, emebatur: nec alia cuiquam, licet industrio atque egregio viro, ipes adipiscendi honoris ullius erat, quàm ut hos prius ingenti profusione pecuniarum suarum redemisset. Et ab episcopis quidem & ducibus metu magis, quàm religione temperabant. In abbates vero, quòd hi injuriæ obviam ire non poterant, tota libertate grassabantur. Illud præ se ferentes, nihil minus regem in hos juris ac potestatis habere, quàm in villicos suos, vel in alios quoslibet regalis fisci dispensatores. Et primò quidem prædia monasteriorum fautoribus suis, pro ut libitum erat distribuebant, & quod reliquum erat, crebra regalium servitiorum exactione usque ad feces ultimas exhauriebant. Dein convalescente audacia, in ipsa monasteria impetum faciebant, atque ea inter se tanquàm provincias partiebantur: rege ad omnia quæ jussus fuisset, puerili facilitate annuente. Itaque Premensis archiepiscopus duas occupat abbatias, Laurensem & Corbeiensem. Præmium hoc asserens esse fidei ac devotionis suæ erga regem. Neque id invidiosum apud cæteros regni principes foret, persuaso rege, dat Colonienſi archiepiscopo duas, Malmendren. & Endan. Magontino archiepiscopo unam, in Selechinstat. Otthoni duci Baioariorum unam in Altha. Rodolpho duci Suevorum unam in Kenbeten. Igitur Premensis archiepiscopus, ut totam tyrannidi suæ vacantem redderet Corbeiensem abbatiam, ridiculam commentatur fabulam.

Premensis Episcopi astus. Disseminatis per Curtim Regiam rumoribus divulgat: Episcopum civitatis cujusdam transalpinæ, cui Pole nomen est, humanis rebus excessisse. Huic successorem, persuaso rege, surrogat abbatem Corbeiensem. Jubetque, ut destitutam rectore ecclesiam, quantocius eat invisere. Verum inter moras quibus ille itineri necessaria parabat, dum quidam de Italia venientes, Episcopum qui mortuus dictus fuerat, vivum & incolumem nuntiassent, irridere omnes & detestari fraudem archiepiscopi cœperunt. Tum Ottho dux Baioariorum, ad prohibendum tantum nephas, divino spiritu animatus, multis conatibus circumquaque explicitis, vix & ægrè obtinuit, ut tam abbati, quàm monasterio Corbeiensi suus honor, sua dignitas incolumis servaretur.

Laurense monasterium. Portò cum in monasterium Laurense satellites archiepiscopi veniſſent, nuntiantes, quòd regia donatione, locus ipse in jus potestatemque archiepiscopi concessisset, juberentque ut abbas ei constituto locò pigritaretur occurrere, tantus dolor & indignatio omnes invasit, ut nec manibus in Legatos ipsos temperassent, nisi jus gentium plus, quàm ira valuisset: Contumelioſe auditi, contumelioſius multò sunt dimissi. Quod postquàm regi nuntiatum est, missis aliis nuntiis jussit abbati sub interminatione salutis propriæ, ut Abbatia se abdicaret, festinusque monasterio excederet. Ille comperta, priusquàm Legati advenirent, regis sententia, benignè eos suscipi jussit, atq; in diem posterũ eorum, quæ in mãdatis habebant audientiã distulit. Nocte, paucis sibi adhibitis, inde discedens, in loca tutissima omnibus, præter admodũ paucos, ignoratus se recepit: cum & prius ônes ecclesiæ thesauros clãculò exportatos in tutũ locasset. Ita Legati die postero, cui jussa regis exponerent non habentes, multumque viri prudentiã admirantes, infecta legatione redierunt. Tum milites ejus, quos eo tempore & opum gloria & militaris rei industria clarissimos habebat,

bat, collatis viribus montem, qui proximus adjacet monasterio occupant, castellum extruunt, præsidium imponunt, parati archiepiscopum ab infestatione monasterii, capitis quoque sui periculo arcere.

Ann. 1064 Causabantur Romani principes, quòd rex eis inconsultis Romanæ ecclesiæ Pontificem constituisset, & ob eam injuriam defectionem meditari videbantur. Propter quod placuit Colonienſem archiepiscopum Romam mitti. Qui veniens eò, cum aliud turbatis rebus, invenire non posset remedium, judicavit ordinationem, quæ insciо senatu Romano facta fuisset, irritam fore. Et sic amoto Parmensi episcopo, per electionem eorum Anselmum Luccensem episcopum pro eo ordinari constituit. Verum ubi ipse, peracta legatione, regressus est in Galliam, Parmensis episcopus armata multitudine non modica, Luccensem episcopum sede apostolica per vim deturbare aggressus est. Econtra fautoribus illius ad arma impigrè concurrentibus, congressio facta est, multique hinc & inde vulneribus acceptis corruerunt. Sic depravata ecclesiastici rigoris censura, homines non ut quondam, ut præessent ecclesiæ Dei, injecta manu trahebantur, sed ne non præessent, armata manu præliabantur, fundebantque mutuo sanguinem non pro ovibus Christi, sed ne non dominarentur ovibus Christi. Anselmus tamen, qui & Alexander, (II.) & virtute militum & favore Principum sedem obtinuit. Alter vero & si per contumeliam repulsus, tamen quoad vixit ab jure suo non cedebat, huic semper derogans, hunc adulterũ ecclesiæ Dei, hunc Pseudoapostolum appellans. Missas quoq; seorsim celebrans, ordinationes facere, & sua per ecclesias decreta & epistolas more sedis apostolicæ destinare non desistebat. Verum nullus attendebat, criminantibus universis, quòd in ultionem privatæ contumeliæ sedem quanquã apostolicam homicidio maculasset.

Roma turbata per Pontifices seditiosos.

Alexander. II papa.

Heinricus Augustensis episcopus obiit: Invisus regi, invisus episcopis omnibus, propter superbè administratam regni gubernationem tempore imperatricis. Embricho ei successit præpositus Magontinus, vir pontificalis modestiæ & gravitatis.

Heinricus Augustensis episcopus.

Werherus comes villam monasterii nostri, quæ dicitur Kirchberg, inconsulto abbate à rege petit, & impetravit. Pro qua recipienda diuturnum agonem desudavimus, dimicantes adversus tanti hostis sævitiam, non armis carnalibus, sed jejuniis & crebris orationibus. Unde ille mordaciter magis, quàm facetè jocari solebat. Magno munere dignum se esse apud regem, qui monachos ejus languidos prius in opere Dei & tepidos, novis facibus adhibitis exsuscitasset, invitosque ad jejunia & nudipedalia coegisset.

Sigefridus Magontinus episcopus, & Guntherus Babenbergensis, & Ottho Ratisponensis, & Wilelmus Trajectensis episcopi, item alii quàm plures columnæ & capita Galliarum, autumnali tempore Hierosolymam proficiscuntur.

Profectio Episcoporum Hierosolymam.

Anno 1065. Rex natalem Domini Goslariæ celebravit, Pascha Wormatiæ. Ubi archiepiscopus Premensis, inter sacra missarum solennia, dum debitum tantæ festivitati sermonem faceret, hominem ab infestatione dæmonis purgavit, fusis pro eo tam suis quàm totius populi, qui præsens erat precibus. Ea res grandi miraculo cunctis erat. Stupentibus, scilicet, quòd vir tam pessimæ in populo existimationis, qui vitam virtutum non haberet, signa virtutum faceret. Sed æmuli ejus invidiosè hoc interpretabantur, non meritis ejus, sed præsentium populorum supplicationi ascribendum esse tantæ rei effectum.

Dæmoniaci liberatio.

Ibi per concessionem ejusdem archiepiscopi, primùm se rex arma bellica succinxit, statimque primam susceptæ armaturæ experientiam in archiepiscopum Colonienſem dedisset, & ad persequendum eum ferro & igni præceps abisset, nisi res turbatas imperatrix tempestivo valde consilio composuisset. Inter cætera id potissimùm invidiæ ei erat, quòd ante aliquot annos, dum imperatrici jus regni, rerumque gubernacula eripere vellet, ipsum penè regem in ultimum discrimen præcipitasset.

Heinricus Imperat. primum armis accingitur.

Heceloni Argentorat. episcopo paulò ante defuncto, successor substitutus est Werher, propinquus Werheri comitis.

Episcop. Argentoratens.

Interea prædicti episcopi Hierosolymam pergentes, dum magnitudinem opum suarum gentibus, per quas iter habebant, inconsultius ostentarent, ultimum sibi periculum conscierunt: nisi rem, humana temeritate prolapsam, divina misericordia restituisset. Nam Barbaros, qui ex urbibus & agris ad spectandos tam illustres viros catervatim profluebant: Primò peregrini cultus ac magnifici apparatus ingens miraculum, dein, ut fit, non minor prædæ spes ac desiderium cœpit. Itaque cum transita Lycia, fines Saracenorum introissent, & jam à civitate, cui Ramulo nomen est, una vel paulò plus mansione abessent, proximo paraſceve ante Pascha, circa tertiam diei horam, incursionem passi sunt ab Arabitis. Qui comperto tam insignium virorum adventu, undique ad spolia diripienda frequentes, armatiq; confluxerant. Pleriq; Christianorũ religiosum putantes, manu sibi auxilium ferre, & salutem suam, quam peregrè proficiscentes Deo devoverant, armis corporalibus tueri. Prima statim congressione prostrati, vulneribus multis confecti, & omnibus quæ habebant à filo subteminis usque ad corrigiam caligæ exspoliati sunt. Inter quos Wilhelmus quoque Trajectensis episcopus, brachio penè plagis debilitato, nudus ac semivivus

Expeditio in terram sanctam.

Arabes.

relictus est. Cæteri Christiani jactu lapidum, quod genus teli forte locus ipse affatim ministrabat, non tam periculum propulsabant, quàm mortem, quæ præsens urgebat, differre conabantur. Pedem etiam paulatim subtrahendo, ad villam declinabant, quæ ab ipso itinere spacio mediocri distabat. Capharnaum hanc fuisse ex similitudine vocabuli coniiciebant. Quam ut ingressi sunt, Episcopi omnes atrium quoddam occupant, humili septum maceria & tam fragili, ut etiã si nulla vis adhiberetur, sola vetustate facilè corrueret. In cuius medio domus erat, cœnaculum habens satis æditum & ad repugnandum quasi ex industria præparatum. Hujus superiora episcopus Magontinus & Babenbergensis cum clericis suis, inferiora cæteri episcopi sibi vendicant. Laici omnes ad arcendam vim hostium, & maceriam defendendam impigrè discurrunt. Et primam quidem certaminis procellam lapidum jactu, ut prædictum est, sustinuere. Dein cum Barbari magnam telorum nubem in castra conjecissent, & ipsi plerumque, impressione in eos facta, clypeos & gladios manibus eorum vi extorsissent, non solum jam maceriam tueri sufficiunt, sed portis etiam interdum erumpere, & pugnam comminus lacessere audent. Quorum impetum dum Arabes nullo jam loco, nulla acie sustinere possent, consilium tandem à tumultuaria congressione ad obsidionem vertunt: & inedia atque lassitudine conficere aggrediuntur, quos ferro expugnare non poterant. Itaque multitudinem, qua superabundabant, conglobatis scilicet, circiter 12. millibus partiuntur, ut alii aliis vicissim ad oppugnationis studium succedentes, nullam illis vel paululùm respirandi copiam facerent. Suspicantes quòd propter inopiam rerum omnium, quibus vita humana sustentari solet, dimicandi laborem non diu toleraturi forent.

Capernaum.

Oppugnatio Capernaum.

Ita Christiani toto parasceve, toto sabbato sancto usque ad tertiam ferè horam paschalis diei sine intermissione oppugnabantur. Nec eis hostilis improbitas, vel modicum temporis punctum, quo saltem somni perceptione corpora recrearent, indulgebat. Nam cibum & potum nec (mortem præ oculis habentes) desiderabant: nec si magnopere desideraretur, quid sumerent, omnium inopes, habebant. Quumque die tertio labore & inedia exhausti ad extremum pervenissent, & fortia plerumque conatos, virtus jejunio infracta frustraretur, quidam ex numero presbyterorũ exclamavit. Non rectè eos agere, quòd in armis suis plus quàm in Deo spei ac roboris ponerent, & calamitatem, quam eo permittente incidissent, propriis viribus propulsare conarentur: Propterea placere sibi, ut se dederent, præsertim cum triduana jam abstinentia militaribus rebus eos inutiles prorsus reddidisset. Non esse Deo difficile, ut deditis eis & ab hoste sub jugum missis misericordiam præstaret, qui suos toties etiam, in ultima necessitate conclusos, mirabiliter liberasset. Ut hoc quoque inferret: Barbaros nequaquam propter ipsos occidendos tanto molimine grassari, sed ut pecunias eorum auferrent, quibus si potiti fuissent, liberos eos deinceps intactosq; sine vi, sine molestia abire passuros. Placuit consilium omnibus, statimque ab armis ad preces versi, per interpretem, ut in deditionem acciperentur orabant. Quo comperto, dux Arabum citato equo in primos advolat: Et cæteros quidem longius summovet: cavens, ne temerè admissa multitudine, præda confuse distraheretur. Ipse decem & septem honoratissimos gentis suæ secũ assumens, castra ingressus est potentia relicto ad portas præsidii causa filio suo, nequis forte prædæ avidus, post se non vocatus irrumperet. Quumque admotis scalis in cœnaculum, ubi Magontinus & Babenbergensis episcopi latitabant cum paucis ascendisset, Babenbergensis episcopus, cui, licet junior ætate esset, tamen propter virtutum prærogativam & totius corporis admirandã dignitatem, præcipuus à cunctis honor deferebatur, rogare eum cœpit, ut omnibus, quæ haberent usque ad novissimum quadrantem sublatis, nudos se abire sineret. Ille & victoria elatus, & præter ingenitam morum barbariem, accepta quoque tot congressionibus clade nimiùm efferatus, ait, Se adversus eos jam triduò, non sine grandi damno exercitus sui, ea mente bellum gessisse, ut suis conditionibus erga victos uteretur, non quas ipsi constituissent. Ne ergo falsa spe eluderentur, se omnibus quæ haberent sublatis, carnes eorum comesturum & sanguinem bibiturum. Nec moratus, linteum, quo caput more gentis obvolverat expediens, facto vinculo in collum episcopi injecit. Episcopus, ut erat vir liberalis verecundiæ & maturæ admodum gravitatis, ignominiam non ferens, tanto nisu pugnum ei dedit in faciem, ut uno ictu consternatum ad pavimentũ usq; præcipitem daret: vociferans insuper, prius eum pœnas pro impietate daturum, quòd impuras manus in sacerdotem Christi, profanus & idololatra mittere præsumpsisset. Irruunt protinus alii clerici & laici, & tam huic quàm cæteris, qui in cœnaculum ascenderant, adeò arctis nexibus manus à tergo constringunt, ut sanguis plerisq; rupta cute, per ungues profluere. Perlato audacis facti indicio ad eos qui in inferiori parte domus consistabant, ipsi quoque his, qui apud se erant Arabum principibus idem faciunt. Dein laici omnes, sublato in altum clamore, vocatoque in auxilium sibi omnium rerum opifice Deo, rursus arma capessunt, maceriam occupant, præsidium quod circa portas erat, conserta manu fundunt, fugantque. Et sic alacres, sic

Consultatio de deditione

Arabes a Christianis domiti.

innovatis

innovatis inopino ſucceſſu viribus, ubique rem peragunt, ut nihil laſſitudinis, nihil incommodi ex triduana eis inedia & labore acceſſiſſe putares. Alacritatem tantam repentè ex trepidis rebus & ultima deſperatione coortam omnium admirati Arabes: nec aliam novitatis hujus cauſſam ſuſpicati, quàm quod de Principibus ſuis ſumptum fuiſſet ſupplicium; infeſtiſſimis animis in pugnam ruunt, & facto grege per arma, per viros in caſtra perrumpere parant. Et acta res foret, niſi maturè orto conſilio Chriſtiani vinctos eo loco principes ſtatuerent, ubi atrociſſima vis hoſtium & creberrimus telorum imber incumbebat: appoſito ſuper capita eorum ſpiculatore, qui diſtrictum in manibus gladium tenens clamitabat per interpretem, Niſi ab oppugnatione quieſcerent, non armis ſe adverſos eos, ſed principum capitibus dimicaturos. Tum ipſi principes, quos præter vinculorum acerbitatem, imminens quoque cervicibus gladius vehementer angebat, cum magno tiolatu ſuos obteſtabantur, ut moderatius agerent: ne obſtinatè certamen hoſtibus inferentes, eos ad ſupplicium, necemque ſuam, cum incita ſpes eſſet veniæ, inflammarent. Patris periculo attonitus filius ducis Arabum, quem ad portam arcis à patre cauſa præſidii relictum ſupra memoravi, citato gradu in confertiſſimos ſuorum cuneos ſe dedit, & furentis exercitus impetum, voce & manu increpitans, retinuit, & tela in hoſtes jacere prohibuit: Quæ non hoſtes, ut ipſi putarent, ſed Principes ſuis propriis pectoribus excepturi forent.

Per hanc occaſionem paululum ab armis & incurſionibus vacatione data, nuntius venit in caſtra ad Chriſtianos, miſſus ab his, qui in paraſceve omnibus amiſſis nudi & ſuccî uſque Ramolo pertenderant. Is amaritudine & metu confectis mentibus, magnum attulit refrigerium: indicans ducem prædictæ civitatis licet paganum, divino tamen, ut putabatur, inſtinctu animatum, cum ingentibus copiis ad ipſos liberandos advenire. Nec latère potuit Arabitas advenientium hoſtium fama. Statimque omnes averſis ab aliorum oppugnatione, ad ſe ipſos ſalvandos cogitationibus, præcipiti fuga quo quemque ſpes evadendi vocabat, dilabuntur. In ea trepidatione, dum alii ad alia curanda diſcurrerent, unus vinctorum evaſit, opera uſus Sarraceni cujuſdam, quem ducem itineris Chriſtiani habebant. Tanto omnium dolore, tanto gemitu, ut ab eo cujus indulgentia dimiſſus fuerat, vix manus inhiberent. Nec multò poſt dux ipſe, ut nuntiatum fuerat, cum exercitu advenit, pacificeque in atrium Chriſtianis ſuſceptus eſt. Suſpenſis tamen omnibus inter ſpem & metum, ne forte non ſublata calamitas, ſed hoſtis tantum mutatus eſſet: Et propter novitatem rei difficile credentibus, quod faranas ſitanam ejicere, hoc eſt, Paganus paganum ab infeſtatione Chriſtianorum cohibere vellet. Primò omnium vinctos ſibi præſentari juſſit. Quos cum aſpexiſſet, & quæ facta fuerant ordine audiſſet, maximas Chriſtianis gratias egit pro magnificè geſtis rebus & expugnatis reipublicæ acerrimis hoſtibus, qui regnum Babyloniam jam per multos annos aſſiduis populationibus infeſtaſſent, & magnas plerumque adverſum ſe inſtructas acies, commiſſo certamine, obtriviſſent. Traditos eos cuſtodibus regi Babyloniorum, vivos ſervari præcepit. Ipſe acceptâ à Chriſtianis quanta convenerat pecunia, ſecum eos Ramulo perduxit. Inde adhibito eis expeditorum juvenum præſidio, ne quando latronum incurſione periclitarentur, uſque Hieroſolymam eos perduci juſſit. Nihil deinceps difficultatis in eundo, nihil in redeundo perpeſſi, Lyciam perveneruntz gratias Deo referentes, quòd emenſis tot rerum aſperitatibus, vivos eos & incolumes in tutum reſtituiſſet. Ex hoc per Chriſtianorum fines reditum facientibus, omnia cedebant ex ſententia.

Præfectus Ramulæ liberat Chriſtianos.

Verum poſtea quam in Hungariam ventum eſt, Gunterus Babenbergenſis epiſcopus, heu immaturâ morte præventus, proſperæ ac lætæ reverſionis lugubrem omnibus exitum fecit. Deceſſit autem 10 Kl. Aug. ætate integra & ad perfruendum hoc ſeculo maximè matura: vir præter morum gloriam & animæ divitias, corporis quoque bonis apprimè ornatus. Natus erat ex primis Palatii, privatis poſſeſſionibus præter epiſcopatum affluentiſſimus; Lingua promptus & conſilio: Literis eruditus tam divinis quàm humanis: Tum ſtatura & formæ elegantia ac totius corporis integritate ita cæteris eminens mortalibus, ut in illo Hieroſolymitano itinere, ex urbibus & agris ſpectandi ejus ſtudio proflueremt & benè ſecum actum crederet, cui eum videre contigiſſet. Unde quum poſtis eis in diverſorio, plerumque turba intemperans propter eum nimis moleſta foret, compulſus eſt aliquoties à cæteris epiſcopis, ut in publicum procederet, & obſidentem fores multitudinem, ſuo ſpectaculo à cæterorum vexatione avocaret. Tantum hunc tranſitoriæ felicitatis ſplendorem, vitæ innocentia & morum temperantia clariorem in eo cumulationemque faciebant. Nam tantam in ſe utriuſque hominis gloriam, quam omnes mirabantur, ſolus ipſe ita propter Deum contemnebat, ut infimæ quoque conditionis hominibus popularem ſe, communemque præberet, & à ſervis ſuis plerumque maximas verborum contumelias inultus acciperet. Celebri ergo pompa funeris in patriam reportatus, & magnis omnium, qui eum noverant planctibus exceptus, in Babenbergenſi eccleſia, ubi à puero adoleverat ſepultus eſt. Succeſſit ei in epiſcopatum Herimannus vicedominus Magontinus, qui in eadem

Gunterus Epiſcopus Babenbergenſis moritur.

Hieroſolymitana peregrinationis conſtitutus, dum eum invaleſcente morbo ad exitum urgeri videret: legationem præmiſit ad neceſſarios ſuos, quibus patria excedens ſuæ rei familiaris diſpenſationem delegaverat: petens ut ſibi ad epiſcopatum quaqua poſſent ratione aditum pateſacerent. Quod & ſedulò fecerunt, profuſo in coëmptionem ejus argenti & auri inæſtimabili pondere.

Epiſcopus Patauienſis. Eilbertus Patavii epiſcopus obiit, cui Altman capellanus imperatricis ſucceſſit. Quidum ipſo tempore cum cæteris principibus Hieroſolymam abiſſet, per interventum imperatricis, abſens deſignatus eſt epiſcopus.

Epiſcopus Vuormatienſ. Arnolfus Wormatiæ epiſcopus, vir pontificalis modeſtiæ & ſanctitatis, migravit ad Dominum: Succeſſitque ei Adelhero monachus ex monaſterio ſancti Galli, frater Rudolfi ducis, uno pede omnino debilis, vir per omnia dignus ſpectaculo. Erat enim fortitudinis magnæ, edacitatis nimiæ, craſſitudinis tantæ, quæ aſpicientibus horrorem magis incuteret quam admirationem. Nec ita Centimanus gygas, aut aliud antiquitatis monſtrum ſi ab inferis emergeret, ſtupentis populi oculos in ſe atque ora converteret.

Monachus monſtroſus.

Anno 1066. Rex natalem Domini Goslariæ celebravit. Ubi ab ipſo jam initio autumni, uſque ad eam partem hyemis, tanquàm ſtativis caſtris ſe continuerat: Sumptus habens, regiæ magnificentiæ multum impares. Nam præter pauca, quæ ex redditibus regalis fiſci veniebant, vel quæ abbatis coactitio famulatu miniſtrabant, cætera omnia in cotidianos uſus ejus, cotidianis impenſis emebantur. Hoc adeò fiebat odio Premenſis archiepiſcopi, quem omnes criminabantur ſub prætextu regiæ familiaritatis monarchiam uſurpaſſe manifeſtæ tyrannidis. Et ipſi ergo conſueta regi ſervitia mittere detractabant: Et ille in alias regni partes regem abducere nolebat, ne, ſcilicet cum aliis principibus communicando principatum conſiliorum & familiaritatis, ipſe ſibi aliquid imminueret de faſtigio uſurpatæ ſingularitatis. Sed non ultra laturi injuriam videbantur principes regni. Archiepiſcopi Magontinus & Colonienſis, cum cæteris, quibus curæ erat reſpublica, crebra conventicula faciebant, atque omnes in commune, quid facto opus eſſet conſulere rogitabant. Dein jam adulta conſpiratione, diem generalis colloquii omnibus indixere regni principibus, ut Triburiam convenientes, Premenſem archiepiſcopum, communem omnium hoſtem communibus omnes ſtudiis oppugnarent: Regique denuntiarent, aut regno ei cedendum eſſe, aut familiaritate & amicitia Premenſis archiepiſcopi defungendum. Perlato Goslariam atrocis rei nuncio, Rex ad ſtatutam diem concitus properabat. Cum quo & Werēher comes veniens in villam Ingilneheim, cuius pars aliqua ad noſtrum quoque monaſterium pertinet, hoſpitatum divertit. Ubi dum milites ejus ab incolis prædas agerent, & illi ad arma conclamantes, manu vindicare ſe niterentur, atrox pugna coorta eſt. In qua dum Werenher comes, ad ferendam ſuis opem, pigrè diſcurreret, à quodam noſtri monaſterii viliſſimo mancipio, vel ut alii ferunt, à fœmina ſaltatrice clava percuſſus in capite corruit, atque ad regem ſemivivus eſt reportatus. Admonitus ab epiſcopis, qui præſentes erant, ut pro peccatis ſuis Deo, in extremo jam ſpiritu conſtitutus, ſatis faceret: ſeque Herveldenſium monachorum precibus interemptum recognoſcens, villam Kirchberc, quam injuſtè invaſerat redderet, nullo modo acquievit, donec epiſcopi conſenſu facto minitarentur, ſe ei ſacram communionem morienti non daturos, niſi prius tanti peccati pondere ſe exonerāſſet. Sic tandem pudore magis quam religione victus reddidit, ſtatimque vita exceſſit.

Principes Epiſcopum Bremenſē oppugnare ſtudent.

Statuta die triſtis in regem omnium vultus, triſtis erat ſententia, ut aut regno ſe abdicaret, aut archiepiſcopum Premenſem à conſiliis ſuis atque à regni conſortio amoveret. Tergiverſanti, & quid potius eligeret hæſitanti, archiepiſcopus conſilium dedit: ut proxima nocte, ablatis ſecum regni inſignibus, clam aufugeret, & Goslariam, aut in alium locum ſe reciperet ubi ab injuria tutus foret: donec turba hæc conquieſceret. Adveniente veſpera, theſauros regios per ſatellites & ſocios fraudis ſuæ jam exportare cœperat, tum repentè ad miniſtros regis conſilium hoc, neſcio quo indicio, permanavit, qui ſtatim raptis armis curtim regiam circumdederunt, totamque deinceps noctem ducentes pervigilem, ne quid novi accideret, aſſervabant. Facto mane, infenſis adeo animis omnes in archiepiſcopum coorti ſunt, ut nec manibus temperaſſent, niſi regia majeſtas vix & ægrè iracundiam cohibuiſſet. Contumelioſe itaque ejectus eſt de Gurte regia cum omnibus tyrannidis ſuæ fautoribus: Miſitque cum eo rex amicorum ſuorum non modicam manum; ne, ſcilicet, ab æmulis ſuis inſidias in via pateretur. Sic iterum publicarum adminiſtratio ad epiſcopos rediit, ut ſinguli ſuis civibus quid regi, quid R. P. facto opus eſſet, præviderent.

Archiepiſc. Bremenſis ab aula regia pellitur.

Rex Paſcha Trajecti celebravit.

Eberhardi epiſcopi obitus

Eberhardus Treverorū archiepiſcopus, dum in ſabbato ſancto tantæ diei myſterium ſolenniter populo exhibuiſſet, regreſſus in Sacrarium, caput in ſinū archidiaconi reclinavit, circūſtantibus ſcilicet fratribus

fratribus ſpiritum exhalavit. Epiſcopatum ejus, per interventum Colonienſis archiepiſcopi, ſuſcepit Cuno præpoſitus Colonienſis. Graviter & indignè nimis tulit tam clerus quàm populus Treverorũ, quòd ipſi in electionem ejus admiſſi, conſultique non eſſent: Seque vicißim hortabantur, ut inſignem hanc contumeliam inſigni aliquo exemplo eluerent. Erat tum temporis Major domus eccleſiæ Treverorum Diedericus comes, adoleſcens tam natura ferox, quàm ætate. Is die, quo epiſcopus urbem ingreſſurus ſperabatur, cum ingentibus copiis ei obviam proceſſit: Atque ipſo lucis crepuſculo, priuſquàm hoſpitio progrederetur, ſuper eum irruens paucos reſiſtere tentantes occidit: cæteros inopino terrore perculſos facile fudit, fugavitque. Opes quas ampliſſimas advexerat diripuit, ipſum epiſcopum captum, traditumque in manus carnificum, de rupe altiſſima præcipitari, & ſic interfici juſſit. Corpus ejus à religioſis viris collectum, atque in monaſterio Doleienſi ſepultum eſt; ubi uſque in præſens tempus magnis, ut fertur, miraculis divinitus ſæpe illuſtratur. Succeſſit ei in epiſcopatum Uto, concordante in electionem ejus tam clero quàm populo.

Cuno epiſcopus à carnificibus de rupe præcipitatur.

In feſtis paſchalibus, per quatuordecim ferrè noctes continuas, Cometa apparebat. Quo in tempore atrox & lachrymabile nimis prælium factum eſt in partibus Aquilonis, in quo rex, Angliſaxonum tres reges cum infinito eorum exercitu, uſque ad internitionem delevit.

Imperator ægrotans.

Rex Frideslare veniens, graviſſimam ægritudinem incidit, ita ut à medicis deſperaretur, & principes de regni ſucceſſione conſilia conferre cœpiſſent. A qua infirmitate, vix dum plenè reſumptis viribus, Pentecoſten Herueldiæ celebravit. Nec multo poſt, nuptias in Triburia regio apparatu celebravit, in conjunctione Berthæ reginæ filiæ Ottonis Marchionis Italorum.

Reginherus Miſnenſis epiſcopus obiit. Cui Craft præpoſitus Goslarienſis ſucceſſit. Sed is, dum ſuſcepto epiſcopatu Goslariam veniſſet, poſt refectionem in cubiculum, ubi theſauros ſuos, quorum nimius amator erat, nullo conſcio infoderat, quaſi paululùm requieſcere volens, ſeſe incluſit. Quumque jam die vergente in veſperam, præter modum conſuetudinemque ſuam ſomno indulgere videretur, rem inſolitam mirantes cubicularii pulſare oſtium cœperunt. Sed nec pulſantibus nec vociferantibus ullum dabatur reſponſum. Tandem effractis foribus irrumpentes, invenerunt eum fractis cervicibus, colore retro, exanimem ipſis theſauris ſuis miſerabilem in modum incubantem. Epiſcopatum pro eo ſuſcepit Benno prædictæ Goslarienſis Eccleſiæ canonicus.

Epiſcopus Miſnenſis.

Cratonis epiſcopi horrendus interitus.

Anno 1067 Otto Marchio Thuringorum obiit: Gaudentibus admodum in morte ejus omnibus Thuringis. Eo quod ipſe primus ex principibus Thuringorum, ut prædictum eſt, decimas ex ſuis in Thuringia poſſeſſionibus dare conſenſiſſet, & per hoc calamitatem maximam genti ſuæ invexiſſe vi reretur. Marchiam ejus, Egbertus patruelis ſuſcepit.

Thuringi decimas ſolvere coguntur.

Einhardus Spirenſis epiſcopus obiit: cui Heinricus ſucceſſit Goslarienſis eccleſiæ canonicus: Tantæ dignitati vix dum per ætatem maturus: & non tam electione Principum ad hanc provectus, quàm indulgentia regis, cui in puerili ætate fuerat familiariſſimè aſſentatus.

Epiſcop. Spirenſis

Benno Oſenbruggenſis epiſcopus obiit. Cui alius Benno ſucceſſit,

Epiſcop. Oſnabrug.

Rex in natalem ſancti Martini Goslariam veniens, graviter infirmari cœpit, atque eadem valetudine per multos dies laborans, lecto recubabat.

Anno 1068. Rex natalem Domini Goslariæ nec dum ſoſpitate ad plenum recuperata, celebravit. A quo Egbertus Marchio, exactis diebus feſtis digreſſus, cum ſe in ſua recepiſſet, modica febre pulſatus, terminum vitæ accepit. Sed Marchiam adhuc vivens acquiſierat filio ſuo, tenerrimæ ætatis infantulo, quem ei vidua ducis Ottonis de Suuinenfurt pepererat. Cui tamen ipſe paucis diebus, antequàm vita excederet, repudium ſcribere cogitaverat, & contra leges ac ſtatuta canonum, viduam Ottonis marchionis matrimonio ſibi jungere. Quod hæc forma elegantior & efferatis moribus ſuis opportunior videretur. Sed mors opportunè interveniens, nefarios conatus ejus intercepit.

Ravenger patriarcha Aquileienſis obiit. Cui Sigehardus cancellarius ſucceſſit. Pro quo, Bibo cancellarius eſt ſubſtitutus.

Anno 1069. Rex natalem Domini Goslariæ celebravit: Paſcha Quidelenburc, pentecoſten Coloniæ. Poſt Pentecoſten Wormaciæ cum principibus regni colloquium habuit. Ibi primum cum epiſcopo Magontino rem ſecreto agit, ejuſque opem ad perficiendum, quod mente machinetur, obnixè implorat: Si impetret, ſe deinceps ei ſubditum, & dicto obtemperantẽ fore: Ad hoc Thuringos armata manu, ſi aliter nequeat, coacturum, ut decimas ſine ulla in perpetuum contradictione perſolvant. Annuente epiſcopo, & pactione utrinque firmata, rex ad publicum refert, Sibi cũ uxore ſua non convenire, diu oculos hominu fefelliſſe, ultra fallere nolle, nullum ejus crimen, quo juſtè repudium mereatur afferre: Sed ſe incertum quo fato, quo Dei judicio, nullâ cũ ea maritalis operis copiâ habere. Proinde per Deũ orare: ut ſe malè ominatacõpede abſolvant, patianturque æquo animo diſcidiũ fieri, ut illa ſibi, & ipſe ei, ſi ita Deus velit feliciores

Imperator Heinrich cui uxori repudiũ molitur.

matrimonii viam patefaciat. Et ne quis violatum semel pudorem causetur obstare, iterum nupturæ, se sub jurejurando confirmare, quòd eam ut acceperit, sic incontaminatam, illibatoque virginitatis pudore conservaverit. Fœda res & ab regia majestate nimium abhorrens visa est omnibus, qui aderant. Negotio tamen, cui rex tam fervidè animum adjecisset detractare, singuli religiosum arbitrabantur. Episcopus quoque tam pretiosa pollicitatione redemptus, quantum poterat salva verecundia, haud ægre causam regis tuebatur. Itaque cunctis id fieri decernentibus, synodum conficiendo negotio indixit Magontiæ, proxima post festum sancti Michaelis hebdomada. Hac expectatione rebus suspensis regina Loresham, ut statutum tempus ibi præstolaretur, missa est. Rex aliò, quo regni negotia vocabant, abiit.

Dedi marchio Saxonicus.

Interea Dedi Marchio Saxonicus, cum viduam duxisset Ottonis marchionis tertio prius anno defuncti, prædita etiam, quæ ille à diversis Dominis beneficii loco habuerat, summa vi nitebatur acquirere. Quum nullus daret postulanti, indignitatem non ferens Regi per quem potissimum stetisset ne darentur, bellum parabat, crebrisque colloquiis Thuringos ad societatem armorum sollicitabat. Promptum hoc fore sperabat, eò quod rex archiepiscopum adjuvando, in exigendis decimationibus, multum à se avertisset animos eorum. Incitamentum tamen illi furoris vel maximũ erat uxor sævissima. Hæc placido hominis ingenio & per ætatem jam mansuefacto, juveniles animos inspirabat, sæpius obtundens: Quia si vir esset, non inultus injurias acciperet: nec priori marito ejus audacia se imparem gereret, quo & virtute & opulentia superior esset. Rex accepto nuntio, graviter permotus, ingentes copias, & quæ pluribus etiam bellis satis essent, celerrimè contraxit. Tum vero episcopus Magontinus tempus se accepisse ratus, quo per occasionem publici belli privatum in Thuringos odium vindicaret, infestissimus aderat: regem quàm atrocissimè rem agere instigabat: ipse quoque totis amicorum, totis Magontini episcopatus opibus cœpto annitebatur. Non fefellit Thuringos efferatus in se animus episcopi: nec ipsi in eum mitiores spiritus gerentes, legatos ad regem miserunt, se nihil iniquum, nihil quod secus sit moliri adversus eum, nec arma contra R. P. suo consilio aut favore sumpta esse, paratos se potius hostem publicum, capitis quoque sui periculo, expugnare. Promptius autem ac devotius id facturos esse, si decimationum leges, priorum regum & episcoporum indulgentia sibi statutas, ratas inviolatasque fore pateretur. Quòd si episcopus ad eos rem divinam, non divinis, sed humanis armis expugnatum veniret, & decimas jure belli sibi extorquere vellet, quas nec jure ecclesiastico, nec lege forensi potuisset, jam pridem se sacramento obstrictos, obligatosque fuisse, ut raptores & prædatores inultos non sinerent. Satius sibi esse mori in bello, quam amissis patrum legitimis, periuros vivere. Rex ad hæc benigne respondit, auxiliumque suum, si in fide permanerent, certissimos sperare jussit. De hinc, ubi res matura visa est, infesto agmine Thuringiam intravit. Duo ibi castella, quibus marchio præsidium imposuerat, Bichelingun & Schidingen, alterum per deditionem, alterum manu expugnatum recepit. Cæteris illicò admovendus erat exercitus. Sed Marchio advertens nullo loco vel munitione sustineri posse impetum regis, incisa spe resistendi, se suaque omnia dedidit. Thuringi & si, ut promiserant, erga regem & causam publicam devoti fidelesque essent, in episcopum tamen Magontinum hostilia pleraque facere, probris & conviciis in faciem lacessere, milites ejus, dum prædas agerent, facto grege sæpius incursare, rapinam excutere, fundere, fugare: Nonnullos denique ministros ejus, nec hos mediocri fortuna vel humili loco ortos, dum ab exercitu regis paulò longius prædatum abissent, comprehensos suspenderunt. Iussum tamen eis est ab rege facile & contemptim, ut decimas darent: non quò recusantibus vim inferre in animo esset, sed ne non reddito promisso archiepiscopum offenderet.

Imperator Thuringos bello premit.

Dedi Marchio aliquamdiu habitus in custodia, tandem adempta possessionum & reddituum non modica parte, dimissus est. Filius ejus Dedi Iunior patrem ea tempestate infestius acerbiusque quàm alius quisquam infectatus est. Ob eam rem, exacto bello, ingenti gloria esse cœpit apud regem, egregiæ indolis adolescens, nisi ambitionis spiritu & præpropera dominandi cupidine præceps raperetur. Is non multò post quum nocte quadã ad necessitatem naturæ secessisset, appositò extrinsecus insidiatore, confossus in inguine, & occisus est. Quis necis ejus author fuerit, non satis constat: Quanquàm dolo novercæ interfectum, vulgi sermonibus passim jactaretur. Illud haud dubiè liquet, monasteria & ecclesias, moriente eo, magna formidine exoneratas esse. Quis mentibus omnium certissima opinio insedisset, eum augendarum opum studio, non Deo, non homini parciturum, qui patri proprio non pepercisset.

Imminente jam die, qui scindendo regis conjugio dictus fuerat, Rex Magontiam concitus properabat. Et, ecce, inter eundum comperit legatum sedis apostolicæ, suum Magontiæ adventũ præstolari, qui discidium fieri prohibeat; & episcopo Magõtino apostolicæ animadversionis sententiam minitetur, quòd tã nefariæ separationis se authorẽ promisisset. Consternatus illico, quod

rem

regem diu exoptatam perdidisset è manibus, pariter, quo venerat, in Saxoniam redire volebat. Vix & ægrè primum amicorum consiliis superatus, ne principes regni frustraretur, quos summa frequentia sibi Magonciæ occurrere jussisset, Francofurt abiit. Ibique eos qui Magonciæ convenerant, statuto die adesse jussit. Quo dum frequentes venissent, Petrus Damianus, is legatus erat sedis apostolicæ, vir ætate & vitæ innocentia admodum reverendus, mandata exposuit Romani Pontificis, pestilentem rem & ab nomine Christiano, nedum ab regi multum abhorrentem esse, quam moliatur Simonus humanis legibus, vel canonum sanctionibus terreretur, parceret saltem famæ & existimationi propriæ, scilicet tam fœdi exempli venenum, ab rege sumpto initio, totum commacularet populum Christianum: Et qui ultor esse debuisset criminum, ipse author & signifer fieret ad flagitium. Postremò si non flecteretur consilijs, se necessariò vim ecclesiasticam adhibiturum, & canonum lege scelus prohibiturum. Adhæc suis manibus nunquam imperatorem consecrandum fore, qui tam pestilenti exemplo, quantum in se esset, fidem Christianam prodidisset. Tum vero in eum coorti omnes qui aderant Principes, ajebant: Æquà censere Romanum Pontificem, & per Deum rogabant, ne crimen inferret gloriæ suæ & regni nominis majestatẽ tam turpis facti colluvione macularet. Præterea, ne parentibus reginæ causam defectionis & justâ turbandæ reip. occasionem daret. Qui si viri essent, quum armis & opibus plurimum possent, tantam filiæ suæ contumeliam proculdubio insigni aliquo facinore expiatum essent. *Mina Legati Pontificii.*

Hac oratione fractus magis quam inflexus: Si ad, inquit, fixum, obstinatumque est vobis, imperabo egomet mihi, feramque ut potero onus quod deponere non valeo. Ita efferato magis per studium concordiæ odio, annuit quidem ut in regni consortium regina revocaretur. Ipse tamen, ut congressum ejus conspectumque vitaret, adhibitis sibi vix 40. militibus, in Saxoniam concitus rediit. Regina cum cætera multitudine & regni insignibus, paulatim subsecuta est. Quumque ad eum Goslariam venisset, vix compulsus ille à familiaribus suis, ut ei obviam procederet latis super jure pro consuetudine eam benignè suscepit. Sed protinus refrigescente amore, *Regis ἀνεγκλησία.* ad ingenium suum atque ad pristinum rigorem animi rediit: Et quia consilia scindendi conjugii sæpe jam tentata non processerant, statuit deinceps, communicato cum ea solum regni nomine, sic eam habere, quasi non haberet.

Maximo eo anno vinearum, omniumque sylvestrium arborum sterilitas fuit.

Meginwardus abbas Hildenesheimensis abbatiam suscepit Augiensem, patefacto in eam sibi per multum largitionem ditu.

Rumoldus Constantiensis episcopus, maturæ admodum gravitatis vir obiit. Cui Carolus successit Magdaburgensis canonicus. Is à clericis Constantiensibus primò benignè susceptus est. Sed processu temporis, dum pro libito suo magis quàm ex ratione rem gereret, indignantes clerici, à communione ejus se abstinere cœperunt: propter simoniacam hæresim, per quam episcopatum usurpasse dicebatur: Id quoque ei crimini dantes, quòd plerosque ecclesiæ thesauros furtivè abstulisset. Qua accusatione, Romanus Pontifex mandata direxit Magontino archiepiscopo, ne ullo modo ab eo consecraretur, donec in sui præsentia causa diligentius ventilaretur. *Simoniaca hæresis.*

Tolosæ episcopus obiit. Cui Bibo cancellarius successit: Pro quo Adalbero canonicus Mettensis cancellarius est substitutus. *Episcopus Tolosæ*

Anno 1070. Rex natalem Domini Frisingæ celebravit.

Episcopus Magontinus & Colonienſis & Babenbergenſis à Domino apostolico evocati Romam venerunt. Ibi episcopus Babenbergensis accusatus, quòd per simoniacam hæresim, data pecunia, episcopatum invasisset, multa & pretiosa munera Papæ dedit; & per hæc efferatam adversùm se mentem ejus ad tantam mansuetudinem reduxit: ut qui non sine periculo honoris & gradus sui evasurus putabatur, non solum impunitatem criminis, quod objectum fuerat, consequeretur, sed etiam pallium & alia quædam archiepiscopatus insignia, ab sede apostolica pro benedictione perciperet. Magontinus archiepiscopus ultro se episcopatu abdicare, atque in otiũ privatæ conversationis secedere, magnopere cupiebat. Sed tam Romani Pontificis authoritate quàm eorum qui præsentes erant, maturioribus consiliis vix & ægrè abductus est à sententia. *Simoniaca in Epi scopis.*

Omnes in cõmune, acerbe objurgati, quòd sacros ordines per simoniacam hæresim venderent & mentibus indifferenter communicarent, manusque imponerent. Tandem accepto ab eis jurejurando, quòd hæc ulterius facturi non essent, in sua, cum pace dimissi sunt.

Dux Lutheringorum Godefridus, omnibus penè ferris, magnitudine suarum rerum gestarum compertus & cognitus obiit, & Verdunis sepultus est. Cui filius ejus Godefridus successit: præstantis quidem animi adolescens, sed gibbosus.

Udalricus Marchio Carentinorum obiit.

Rex

Rex pascha in Hildenesheim celebravit. Ibi inter milites regis & milites episcopi seditio facta est. Sed milites regis in congressione superiores facti, plerosque ex militibus episcopi peremerunt, captosque seditionis authores, ex edicto regis, in vincula conjecerunt.

Ituendum.

Rex ascensionem domini Quidelenburc, Pentecosten Merseburc celebravit.

Augustissimum in Quidelenburc templum, cum omnibus attiguis sibi ædificiis, incertum divina ultione an fortuita calamitate, incensum atque in cineres redactum est.

Clarus eo tempore in palatio & magnæ in R. P. authoritatis erat Otto dux Bajoariorum. Sed, sicut semper gloriam sequi solet invidia, invidentes ei plerique homines nequam, qui malitiæ suæ potentiam ejus atque immmoderatam gloriam obstare querebantur, sollicitè opportunitatem ad opprimendum eum quærebant. Itaque quendam Egenen nomine, hominem ingenuum, sed omni flagitiorum genere infamatum, in necem exitiumque ejus subornaverunt. Is crimen adversus eum detulit, quòd se ad occidendum regẽ, precibus & pollicitationibus multis, sæpe numero solicitasset. Atque in argumentum fidei gladium ostentabat, quem sibi ab eo, in hos tam scelerato nefariosque usus, datum asserebat. Si inficiaretur, paratum se quovis indicio verbis suis fidem facere. Qua accusatione vulgata hi, quos ratione communis commodi aliquando offenderat, omnes infensi infestique aderant, & iracundiam regis adversus eum inflammare summa vi, summa ope nitebantur. Igitur rex eum Magontiam cum cæteris Principibus ad colloquiũ evocavit, quid delatum esset exposuit: negantique inducias in sex hebdomadas dedit. Ut KL. Augusti Goslariam veniens, objectum crimen, congressus cum accusatore suo, manu propria refelleret. Cum in hæc verba discessum esset, causari principes de iniquitate conditionis cœperunt, nec bonum, nec æquũ esse dicentes, ut homo nobilissimus, integerrimæ apud omnes existimationis, nec ulla unquàm sinistri rumoris macula attaminatus, manum conferre juberetur cum homine sceleratissimo. Qui si quid ingenuitatis, à parentibus accepisset, id per furta, per latrocinia, denique per omnia vitiorum probra jam dudum obliterasset. Ille tamen & indignitate rei efferatus, & Deo innocentiæ suæ teste & conscio fretus, cum quovis etiam indigno, etiam præter natales suos pugnare malebat, quàm tanti sceleris suspitione teneri. Igitur die statuta, ad proximæ Goslariæ loca, cum armata multitudine venit, missis ad regem nuntiis, mandavit: Si sibi tutò venire, si tutò causam dicere liceret, paratum se coram venire, & conditione quam Principes regni æquam judicassent, crimen cujus insimulatus fuerat refellere. Rex ad hæc atrociter & acerbè respondit, Se ei nec in causa dicenda pacem aut securitatem polliceri: Id solum expectare, ut juxta condictum Goslariam comminus veniret: & si quid de innocentia sua præsumeret, conserta cum adversario suo manu, æquissimo judici Deo rem committeret: Ni id faceret, se omissa legum dissidentium simultate, relegato sententiarum certamine, pro convicto, confessoque eum in tanti sceleris immanitate habiturum.

Egenen in ducit interimendum subornant principes.

Relato ad ducem hoc responso, nec tutum, nec satis honestum ejus rationib' visum est his, qui recte ei consultum cupiebant, ut sic inflammatæ adversum se regis iracundiæ illudendum se, vexandumque obiiceret: Quum sibi integris adhæc rebus, & crimine nec dum comprobato, tutò coram venire non licuisset. quam jure fori omnibus semper reis, omnibus in causis licuisset. Ita incisa spe veniæ, infectis rebus in sua se recepit, satius putans, quoad posset armis salutem tueri, quàm ad exsaturanda hostium suorum odia turpiter, more pecudum, jugulari.

Posterea die rex, principes Saxoniæ, quod ex his oriundus esset & hi propter privatas inimicitias maximè invisum eum haberent, sententiam super eo rogavit. Qui eum tanquam manifesti criminis deprehensum, reum Majestatis judicaverunt: & si caperetur, capitali in eum sententiam animadvertendum fore decreverunt. Illicò amici regis ferro & igne persequi eum singuli pro virili portione aggrediuntur. Plerique etiam nec fide erga regem, nec studio erga remp. nec ultione cujusquam privatæ injuriæ, sed sola rapinarum cupiditate, arma contra eum capiunt. Ita undique laxatis, immò ruptis irarum habenis, omnes in eum irruunt, prædia ejus & possessiones alias diripiunt, vastant, incendunt: ministros ejus agrorumque cultores, si quos fors obtulisset, obtruncant, lacerant, jugulant. Sic postremò præter modum, modestiamque ira immoderatior debachabatur, ut nec ab ecclesiis nec templis, quæ ille propriis impensis Deo construxerat, hostilis sævitiæ impetus temperaret. Deinde rex collecto exercitu egressus, extremam operi manum per se ipsum imposuit. Principes, quos ei consanguinitate, vel alia necessitudine obnoxius noverat, aut, acceptis obsidibus, aut jure jurando, ne ad eum deficerent, obligavit. Castellum ejus Hamerstein, à quo ad primum statim belli terrorem præsidium abductum fuerat, funditus everti jussit. Alii castello, quod Tesenberg dicitur, exercitum jam admoverat. Sed hi qui intus erant, & si loci situ inexpugnabiles essent, & copiis omnibus quæ administrando bello necessariæ erant, affatim affluerent, ultro tamen se dedere, quàm ancipitem belli fortunam tentare maluerunt.

Otto Bajoariæ dux reus Majestatis damnatur.

Relicto

Relicto illic præſidio, rex in ulteriora loca, ad demoliendas uxoris quoq; ejus poſſeſſiones, exercitum abduxit: villas multas opibus & ædificiis ornatiſſimas incendit, bona diripuit, in mulieres & pueros (nam viri in montes & in ſaltus devios ſe abdiderant) fœda & hoſtilia multa commiſit. Tantaque in ea expeditione acerba & crudelia perpeſſi ſunt à rege proprio homines innocentes, & nulla ſaltem ſuſpitione criminis cujuſquam infamati, ut nihil acerbius, crudelius à barbaris perpeti potuiſſent.

Tandem dux Ottho perdoluit, & calamitatum pondere ſuperata eſt conſtantia patientiæ. Itaque aſſumptis ſecum ad tria millia viris electis, & omni militaris diſciplinæ ſtudio exercitatis, impetũ in Thuringiam fecit, villas regalis fiſci rebus cunctis affluentiſſimas incendit, prædam multam abegit, & milites ſuos, quorum pleroſque ad ſocietatem belli ſola ſpes rapinarum allexerat, hac primum mercede meſcavit, fidoſque ac firmos ſibi effecit. Ita populabundus ultra Heſchenenuege pervenit, ibi confluentibus ad ſe agrorum ſuorum cultoribus, quibus milites regis, præter miſeram vitam, nihil reliquum fecerant, partem aliquam prædæ diſtribuit, verbera divinæ animadverſionis fortibus animis tolerare admonuit, & pro ſe quum arma ferre non poſſent, ſuppliciter ad Deum vota facere flagitavit. *Otto dux Bajoariæ vaſtat Thuringiam.*

Interea Thuringi, qui ſe ante aliquot annos ſacramento obſtrinxiſſent, ne latrones aut raptores inultos ſinerent, rerum ſuarum direptionibus exacerbati, ad arma conclamant: conglobatis properè ingentibus copiis, hoſtes veſtigio inſequuntur: Inventiſque haud procul ab Heſchenenuege certamen inferunt, 4. Non. Sep. Nec diu anceps pugna fuit. Nam his, qui cum duce Ottone erant impigrè occurſantibus, vix primam prælii procellam ſuſtinentes, in fugam vertuntur: & alii in proximos montes & ſylvas evadere, alii pariter quò venerant citatis equis referri, ſummo conámine videbantur, haud ſatis auſpicatò tentatam fortunæ aleam deteſtantes. Ipſe denique, qui primò ut res certamini committeretur vehementiſſimus author incentorque fuerat Rutgerus comes, is nunc primus fugiendi author ac ſignifer apparebat, omnique, ut vulgò dicitur, vento citatior, montes & colles modernus Idithum tranſmittebat. Trecenti, plus minuſve, in ea congreſſione ex Thuringis corruerunt. Ex parte altera unus occiſus, duo ſunt vulnerati

Dux Otto ſigno receptui dato, cum à cede hoſtium, vix & ægre militem ſuum revocaſſet, aliquamdiu in eiſdem caſtris commoratus eſt: & vergente jam in veſperam die, pleroſque principes exercitus ſui ſingulos in ſua cum pace dimiſit. Ipſe adhibitis ſibi, quantas res poſcere videbatur copiis, in ulteriorem Saxoniam contendit, ibique totam hyemem uſque ad natalem Domini exegit. Partim rapinis & depræda tionibus victitans: partim ex poſſeſſionibus Magni comitis, quem belli, periculorumque omnium ſocium & innocentiæ ſuæ devotiſſimum aſſertorem habebat. Is filius erat Ottonis ducis Saxoniæ egregius adoleſcens, boni & æqui in pace ſupra annos ſuos ſervantiſſimus, & in bello audacia & virtute militari nulli ſecundus.

Perlato ad regem nuncio acceptæ in Heſcheneuuege cladis, omiſſis rebus aliis Goslariam concitus remeavit. Nec inde uſq; ante natalẽ Domini abſceſſit: timens (ſcilicet) netã charam, tamq; acceptam ſibi villam, quam pro patria ac pro lare domeſtico Theutonici reges incolere ſoliti erant, hoſtes per abſentiam ejus, quod minitari & crebris uſurpare ſermonibus dicebantur, in favillas cineremque redigerent. *Goslaria regni & Imperatorum domicilium.*

Adalbertus Wormaciæ epiſcopus propria, ut fertur, craſſitudine præfocatus interiit. Cui Adalbertus ſucceſſit.

Kribo diaconus frater Wilhelmi & Ottonis Marchionum occiſus eſt à propriis ſervis ſuis. Vir tam divinis quàm ſecularibus literis apprime eruditus: ſed propter laſciviam, morumque intemperantiam meritò bonis omnibus gravis & inviſus.

Sylveſtrium arborum eadem quæ priore anno ſterilitas permanſiti. Sed vinearum tanta fertilitas fuit, ut pleriſque in locis præ multitudine vix colligi vindemia poſſet,

Anno 1071. Rex natalem Domini Goslariæ celebravit.

Ibi per interventum Rudolphi ducis Suevorum, Welf filius Azzonis Marchionis Italorum, ducatum Bajoariæ ſuſcepit. Is filiam Ottonis ducis Bajoariorum uxorem duxerat, & per juſiurandum altera jam vice matrimonio fidem dixerat. Quamdiu itaque res tranquillæ erant, quamdiu etiam bellum temerè cœptum ſine grandi permutatione rerum ſedari poſſe ſperabat, maritalem uxori affectum & honorem deferebat, & cauſam ſoceri quantùm poterat armis & conſiliis tuebatur. At ubi animadvertit datam in eum eſſe ſententiam, & bellum, iracundiamque regis magis indies adverſus eum crudeſcere, leges omnes, vinculaque omnia, quibus viciſſim propinquitatem firmaverant, abrupit. Satius putans, periurii crimen & violatæ fidei verecundiam ſuſtinere, quàm res ſuas florentiſſimas, deſperatis ac perditis ejus rebus admiſcere.

Et primò in tam trepidis rebus petenti auxilium denegavit. Deinde filiam ejus à complexibus

ſuis

ſuis & tori conſortio ſegregavit, patriq́ue remiſit. Poſtremò ad ipſum ejus ducatum occupandum omnem operam intendit nihil penſi habens, quantum auri, quantum argenti, quantùm redditum ac poſſeſſionum ſuarum dilapidaret, dummodo quod cupiebat aſſequeretur. Directus eſt ergo dolus in manu ejus, & potuit & invaluit: cunctis deteſtantibus, quòd clariſſimam atque opinatiſſimam in Rep. dignitatem tam fœda ambitione polluiſſet. Noverat rex haud ſatis placiturum Principibus Bajoariæ, quòd hoc tum contra morem & jus, tum ipſis inconſultis factum fuiſſet, & propterea quantocius ire in Bajoariã cogitabat ut tumultum, ſi quis fortè oriretur, per ſe ipſum reprimeret. Sed è diverſo haud neſcius erat ſi ipſe longius abiiſſet, hoſtes illicò in Goslariam impetum facturos, & clariſſimum illud regni domicilium in cinerem redacturos. Accepto à familiaribus ſuis conſilio, quoſdam Saxoniæ principes illic præſidii cauſa reliquit, & ipſe, ſicut inſtituerat, in Bajoariam proficiſci parabat.

Interea dux Otto, videns ſibi nihil jam ſpei reliquum eſſe, cujus & bona omnia flamma hoſtilis abſumpſiſſet, & ducatum alius, in ſuam potiſſimùm contumeliam invaſiſſet, ſtatuit rem in extremum diſcrimen adducere, & cum rege, ubi primùm copia fieret, collatis ſignis dimicare. Itaque montem, qui dicitur Haſengun, occupavit, ut is (ſcilicet) militibus ſuis, quomodocunque res in prælio cecidiſſent, receptui foret. Eum, & ſi natura & ſitu ipſo ſatis munitum, munitiorem tamen manu atque opere fecit. Ibique convecta ex circumjacentibus agris præda regem præſtolabatur. Rex accepto nuncio nihil moratus, quantas in ea trepidatione potuit copias ex Saxonia, ex Thuringia atque ex Haſſia celerrimè contraxit. Cæteris principibus qui longius aberant mandavit, ut ſi forte res ſine mora & diuturnitate confici non poſſet, ſibi quàm citius poſſent armata manu concurrerent.

Plurimum eo tempore rex conſiliis utebatur Eberhardi comitis, ſapientis admodum viri. Is videns hoſtes ſic ad bella exercitatos, ſic ipſa jam deſperatione, quæ plerumque timidis etiam virtutem addere ſolet, efferatos ſine magno detrimento Reip. nec vinci nec vincere poſſe, abiit ad ducem Ottonem; eumque per Deum obteſtari cœpit: Ne ſe, ſuoſque in tantum diſcrimen præcipitaret. Necdum ei omnem ſpem veniæ, omnem reſpirandi facultatem ereptam eſſe: ſi de monte, quem occupaverat exercitum abduceret, ſeque regi juſtis conditionibus dederet: ſub juramento ſe ei promittere, quòd & veniam culpæ, cujus inſimulatus fuerat, & omnium quæ jure belli amiſerat, reſtitutionem ei è rege impetraret. Annuente eo, rem ad regem detulit, & cum haud difficulter in ſententiam adduxit: Quippe cum tædere eum jam belli cœpiſſet, quod propter privatum hominis amorem à principibus per ingenuum trahi, ac ſegniter geri videbat. Pace per juſiurandum utrimque firmata, induciæ datæ ſunt Otthoni duci uſque in Paſcha, ut Coloniam veniens, deditionem regi, quam principes æquam judicaſſent, perficeret. Inter has inducias, cum dux Otthо exercitum ac ſingulos in ſua dimiſiſſet, Rether comes, partium ejus haud leve momentum, occiſus eſt ab hoſtibus ſuis, propter quaſdam privatas ſimultates.

Saricho abbas Corbeienſis obiit. Cui Werenher ejuſdem cœnobii monachus ſucceſſit.

Rex in caſtello reſtaurato.

Rex ſicut inſtituerat in Bajoariã abiit. Ibique compoſitis mediocriter, prout tum copia erat, regni negotiis, ad Rhenum rediit, caſtellum Hamerſtein, quod à ſuperioribus regibus jam olim dirutum fuerat, ſummo niſu inſtauravit.

Paſcha coloniæ celebravit. Ibique rurſus Otthoni duci inducias uſq; in pentecoſten dedit.

Exacta ſolennitate Paſchali, Leodium abiit.

Ibi ad eum vidua Balduini comitis venit, regiæ majeſtatis patrocinium expetens contra violentiam improbitatemque Ruthberti fratris Balduuini, qui & fratrem prælio victum vita privaſſet, & comitatum ejus, expulſis uxore & liberis, tyrannica crudelitate occupaſſet. Non ingratum fortaſſe lectori fecero, ſi geſtæ rei hiſtoriam, quàm paucis potero, abſolvam. In comitatu Balduini ejuſque familia id multis jam ſeculis ſervabatur, quaſi ſancitum lege perpetua, ut unus filiorum, qui patri potiſſimùm placuiſſet nomen patris acciperet, & totius Flandriæ principatum ſolus hereditaria ſucceſſione obtineret. Cæteri vero fratres aut huic ſubditi, dictoque obtemperantes ingloriam vitam ducerent, aut peregre profecti, magis propriis rebus geſtis florere contenderent, quàm deſidiæ ac ſocordiæ dediti, egeſtatem ſuam vana majorum opinione conſolarentur. *Hoc* (ſcilicet) fiebat, ne in plures diviſa provincia, claritas illius familiæ per inopiam rei familiaris obſoleret.

Lex Flandrica de ſucceſſione magnatum.

Igitur cum Balduuius ſenior duos genuiſſet filios Balduuinum & Rubertũ, Balduuinũ omnium quæ habebat hæredẽ inſtituit, Ruberto, ubi primùm ætas faciendis ſtipendiis matura viſa eſt, naves paravit, aurum, argentum & cæteras longinquæ profectionis impenſas affatim præbuit; Juſſitq́; ut ad gentes exteras iret, & ſi vir eſſet, propria ſibi virtute regnum divitiaſq́; pararet. Ille patri acquieſcens, aſſumpta ſecum multitudine, qua regio prægravari videbatur, navẽ aſcendit, & in Gallitiã ire, eamq́; ſi vous Deus ſucceſſum annuiſſet, ſibi ſubdere cogitavit. Cumq́; poſt paucos dies ad ignota quędã littora applicuiſſet, & egreſſus in terrã ab incolis loci prædas agere cœpiſſet, illi ex omnibus partibus ad arcendam vim ilico armati conveniunt, facta congreſſione, cum, quum aliquamdiu

Rubertus Flandriam armis repetit.

pugnam

diu pugnam fortiter sustinuisset, in fugam vertunt, fugientem usque ad naves persequuntur, sociosq; ejus penè ad internecionem prosternunt. Ipse cum paucis, vix fuga elapsus, ad patrem tantæ calamitatis nuncius rediit. A quo, propter male gestas res, contumeliosè repulsus, alia rursum via, quoniam hac non successisset, fortunam tentare aggreditur, omnia paratus, etiam extrema perpeti, ut maculam veterem factis recentioribus elueret. Reparatis navibus, & numero militū instaurato, marinis iterum fluctibus se credidit in regionem longinquam, ubi sedem vaganti Deus ostendisset, iter facturus. Et, ecce, post paucos dies, tempestate infestissima circumventus, multis suorum naufragio amissis, ipse nudus, omniumq; rerum egens, vix & ægrè in littus evasit. Dehinc assumpto plebejo habitu inter eos, qui Hierosolymam causa orationis pergebant, Constantinopolim ire parabat. Vocatus eò crebris legationibus Northmannorum, qui sub imperatore Constantinopolitano militabant: quiq; ei, si illuc veniret, totius Græciæ principatum pollicebantur. Sed imperator Cōstantinopolitanus, comperto hoc consilio, omnia flumina, per quæ transitus in Græciam esse poterat, appositis custodibus observari fecit. Vt deprehensus illico trucidaretur. Sic conatus, cœptumq; ejus irritum fuit.

Tandem advertens sic infeliciter sibi cedere, quamcunq; viam tērasset amplificandæ gloriæ suæ, deinceps in perpetuum ab oppugnatione exterarum gentium, animum avocavit. Atque Frisiam, quæ confinis Flandriæ, cui Thedericus quondam comes, & post hunc Florentius frater ejus imperaverat, irruptionem fecit. Bis ibi commisso prælio victus ac fugatus est. Tandem incolæ loci, multis certaminibus exhausti, quum animum ejus vel ad mortem, vel ad victoriam obstinatum cernerent, ultro se ei dediderunt. Quod ubi frater ejus Balduvvinus comperit (jam enim pater ejus morbo ac senio confectus, naturæ concesserat) armata multitudine his eum sedibus proturbare magna vi, magno molimine parabat. Cui cum exercitu adventanti, Rubertus legatos obviam misit: obtestans per Deum: Vt se fratrem suum reminisceretur, nec jura germanitatis, apud Barbaros quoque semper sacrosancta & inviolata, pollueret, Misereretur potius peregrinationis, laborū & calamitatum, in quibus totam ætatem suam detrivisset, gauderet ipse beatus sorte sua, quòd totam communis patris, hæreditatem, quam jure gentium secum dividere debuisset, solus sine consorte obtineret: Se patris finibus extorrem, paterna hæreditate destitutum, ab summa gloria majorum suorū ad ultimam egestatem coactum, exteras gentes bello lacessisse, terras ac maria concitasse. Nihil denique prætermisisse, ne de portione paterna substantię, quæ se contingeret, fratri molestus esset. Nunc laboribus exhaustum adversitatibus defatigatum, vix & ægre parvissimo terrarum angulo insedisse, cujus nullam partem constet ad ejus dominium pertinere. Potheno id se animo fixum habere, nec ab sententia ulla vi, ulla necessitate abduci posse, ut hinc aut instantis jam senectutis requiē, aut honestæ saltem mortis sepulchrū sit habiturus. Nihil ille his verbis motus, exercitū haud segniter ad Frisiam admovebat. Tum Rubertus necessitate compulsus, armata juventute, quàm secum lectissimam habebat, obviam ei processit: Commisso prælio, ex parte Balduvvini multi occisi, plures vulnerati, omnes in fugam versi sunt. Quos dum ipse loco pulsos sistere, pugnamque restituere summo conamine moliretur, in confertissimos hostium cuneos temerè invectus, occiditur. Cujus morte comperta, Rubertus illicò in Flandriam irruptionem fecit, eamq; sibi tanquam ex jure debitæ successionis totam mancipavit.

Frisia deditio.

Filius erat Balduvvino impubis adhuc adolescens, & necdum armis militaribus maturus. Is repentè & perempti patris & hostilis irruptionis atroci nuntio attonitus, ad regem Francorum Philippum nomine, confugit, auxilium & necis paternæ vindictam expetens. Eò quòd pater ejus tum ipsi, quàm majoribus ejus sæpe in arduis rebus commodissimè affuisset, & civitates quasdam ex his quas Rubertus occupaverat, pro donativo ab eo accepisset. Ille rei indignitate gravissimè permotus, statim temerè & tumultuario tantum milite collectum exercitum duxit in Flandriam: de magnitudine virium suarum & hostis imbecillitate nimium præsumens. Sed Rubertus, quo viribus erat impar, eò magis ut rem æstu tractaret intentus: Simulato aliquamdiu metu & fugiendi studio, ex insperato atque ex insidiis copias suas super exercitum regis effudit: Tantumq; eis terrorē incussit, ut abjectis armis, fugiendo saluti consulere summa ope conarentur.

Filius Balduvvini, quum deinceps parum spei in armis Francorum poneret, assumpta matre sua ad regem Theutonicorum Heinricum Leodii, ut prædictum est, tum temporis positum venit: opemque ejus adversus patrui violentiam supplex imploravit. Atque ut magis eum sibi obnoxium faceret comitatum Reginheri quondam comitis, cum Castello munitissimo, Mons nomine, quæ, scilicet, prædia mater ejus à priore marito suo dotis nomine acceperat, sancto Lamperto tradidit. Quæ rursum Episcopus Leodiensis duci Gotefrido, ille itidem ipsi filio Balduvvini beneficii loco dedit. Hoc rex, quasi pretio redemptus, episcopo Leodiensi atque duci Gotefrido, item aliis Lutheringiæ principibus præcepit, ut in arduis rebus præsidio illi essent, & Rubertum, si injustè invasis sedibus ultro excedere nollet, vi & armis expellerent. Qui protinus coadunato exercitu, in Flandriam profecti sunt. Sed comperto, quod Rubertus cum rege Francorum jam in gratiam redisset, & expiata veteri contumelia firmum sibi eum, fidelemque fecisset, infectis rebus in sua

Reinher comes à Berg.

rediere. Temeritatem judicantes, cum rege potentissimo privatis viribus acie confligere. Sic Rubertus deinceps Flandriæ principatu in securitate potiebatur.

Malmundrense monasterium.

Fratres de Monasterio protuberati, quotidie aures Regias obtundebant, pro repetitione Monasterii Malmundrensis, quod Abbati ereptum rex, consilio Prumensis episcopi, ut prædictum est, dono dederat Coloniensi archiepiscopo. Quumque nihil ille precibus, nihil lacrymis, nihil ipsa pertingentium importunitate moveretur, muto consilio &, ut fertur, divina revelatione ad hoc faciendum incitatus, ossa beati Remacli levant, Leodium deferunt, & rege celebri quodam loco convivium agente, super mensam ipsam apponunt obsecrantes per Deum, ut si minus filiorum, saltem patris tanti misereretur jam eũ Christo regnantis, & de injuriis suis cotidie ad tribunal æterni judicis proclamationem facientis. Cui nisi sua restituerent, ultra ei propter penuriam rerum necessariarum militaturi non essent. Hoc supplicationis genere, quod ad captandam benevolentiam comparatum fuerat, rex versa vice nimium efferatus, concitus se relictis epulis, in palacium protripuit, quo exemplo in Abbatem, tam audacis facti incentorem, animadvertere deberet, plenus fratrum cogitabat. Sed, ecce, mensa cui superpositæ erant sacræ reliquiæ, divina virtute contracta corruit, ministroque regis, haud obscuram nominis viro, crura pedesque contrivit. Qui paulò post exorata per intercessionem beati Remacli pietate divina, ita pristinæ restitutus est sospitati, ut ne cicatrix quidem ullum argumentum læsionis abolitæ relinqueretur. Atque ita deinceps per tota noctem, sequentemq; diem, tanta circa sanctum corpus conflcabat, miraculorum multitudo, ut corporali quodammodo proclamatione videretur beatus Remaclus jus suum expostulare. Attoniti omnibus tanta rei novitate, & exanimare vehementissimo correpeus, ne fortè si cunctaretur celestis ira rem protinus ultio procederet, non solum ablata restituit, sed recentibus etiam donis, pro munificentia regia, magnificè cumulavit.

S. Remacli ossa & miracula.

Hinc digressus, Pentecosten Halberstat celebravit.

Ibi Ottonem ducem, ceterosq; ingenuos, qui cum eo armis contra Rempsimplisse arguebantur, in deditionem suscepit: principibusq; regni in custodia habendos & statuto die filo reddendos commendavit.

Megingardus Abbas Augiensis dignitate sua ultro se abdicavit offensus tum infestatione quorundam militum suorum, qui eum gravibus contumeliis afficerant, tum importunitate Regis, qui sequentibus eum edictis urgebat, ut prædia monasterii, quæ tam ejus quam priorum Abbatum largitione dilapidata, vix jam in usus fratrum sufficere poterant, militibus suis in beneficium erogaret.

In locum ejus non per electionis ostium, sed per simoniacæ hæreseos cuniculum, protinus irrupit Rubertus Abbas Babenbergensis, cognomento Nummularius, annumeratis in ærarium Regis mille pondo argenti purissimi. Hic sordidissimis quæstibus & usuris, quas etiam privatus adhuc in monasterio exercuerat, infinitam sibi pecuniam conflaverat: & propterea mortes Episcoporum & Abbatum anxia exspectatione jam dudum suspiraverat. Quumque eos diutius vivendo, vota sua & effrenatæ ambitionis impetum, quo præceps rapiebatur, morari graviter & impatientissimè ferret, eò vesaniæ evasit, ut præter occulta munera, quibus auricularium favor redimendus erat, Regi centum pondo auri promitteret, ut ejecto eximiæ sanctitatis viro Abbate Widerado, sibi Abbatia Fuldensis traderetur. Et profecto, quòd nefariè concupiverat flagitiosissimè obtinuisset, nisi pauci, quibus leges Ecclesiasticæ pecunia chariores erant in faciem Regi, ne id faceret, obstitissent. In professionem ejus dicam expressius vi doloris impulsus, is angelus Satanæ transfigurátus in angelum lucis, ita sanctam & angelicam monachorum professionem infamavit, corrupit, vitiavit, ut monachi nostris temporibus atque in his regionibus non innocentia alimentum atque integritate vitæ, sed quantitate pecuniæ. Nec quæratur in Abbatibus eligendis quis dignus præsse, sed quis carius abbatiam polliceatur emere, ita proprio hujus invento, novo atque insuetæ hujus aucupio, hæc in Ecclesiam introducta est consuetudo, ut abbatiæ publicè venales proponantur in palatio. Nec quisquam tanti venales proponere queat, quin protinus emptorem inveniat monachi inter se non de observantia regulæ zelo bono, sed de quæstibus & usuris zelo amaro contendentibus. Sed hæc, ut dignè deflerí possint, pro magnitudine sua, & propolio volumine & prolixiore opus habent tragœdia. Ad cœptum potius revertamur.

Rubertus abbas fit.

Monachi malè audiunt.

Abbatum eligendi mala consuetudo.

Advocatus Augiensis monasterii, postquam pecuniosum hunc abbatem advenire comperit, & quanta largitione aditum sibi in ovile Christi, hujus rapax, patefecisset audivit, missis obviam legationibus, denunciavit ei sub interminatione salutis propriæ ne intra possessiones Augiensis monasterii præsumeret accedere: alioquin occursurum se & armata manu vindicaturum in liberem, quos ipse tam caro mercimonio emisset in servitutem. His ille auditis, nimium animo consternatus est. Tum propter gravem jacturam pecuniarum suarum, tum propter ereptum sibi tam quæstuosum de faucibus, cui diu anxiè inhiasset, mercatorem.

Et primò quidem animum induxerat rem armis experiri, & ut dici solet, igne & gladio sectari, hoc est, Sunoniacam hæresim homicidiis cumulare. Sed adhærentibus his, qui eũ eo eum supra vires

Idus

ſuas eſſe negotium, confuſo, ut dignum erat, & confecto animo abiit in poſſeſſiones fratris ſui: præſtolaturus ibi, quos exitus tam triſtibus initiis fors eſſet allatura. Nam abbatiam Babenbergenſem interea ſuſceperat Ecebertus Gorzienſis diſciplinæ monachus. Ad cujus ingreſſum, omnes protinus fratres, quos prior ille Abbas ſuis, hoc eſt, mercatoriæ atque uſurariæ artis diſciplinis inſtituerat, & quaſi filios pater in vitam moreſque ſuos pedibus, ut dicitur, ire docuerat, tamquam folia, quæ vento raptantur, diffugerunt.

Karolus, cui rex Conſtantienſem epiſcopatum dederat, aſſiduis proclamationibus pro ordinatione ſua ſedem Apoſtolicam appellabat. E contra fratres Conſtantienſes obſtinata contentione obluctabantur, ne contra canonum inſtituta is, qui præter ſimoniacam hæreſim furti quoq; inſimulatus fuerat, ſibi epiſcopus ordinaretur. Papa quum ei moleſti eſſent, cognitionem cauſæ à ſe ad archiepiſcopum Magontinum rejecit. Juſſitq; ut utriſq; vocatis ad ſynodum rem diligentiſſimè ventilaret: & ſi crimina, quæ objiciebantur refellere non poſſet, nulla eum ratione conſecraret. Hac de cauſa ſynodum Archiepiſcopus Magontiæ indixit in menſem Auguſtum. Rex concertationem hanc iniquo valde animo ferebat, propter amicitiam Caroli, & plurima ſervitia, quibus etiam in re familiari plerumq; ſibi commodiſſimè affuerat, & iccirco munera ſua rata ei manere cupidiſſimè volebat. Vnde Magontino Archiepiſcopo graviter ſuccenſebat, quod non ſtatim eũ, contemptis obſtrepentium fratrum ſimultatibus ordinaſſet. Sed ille immobilis perſiſtebat in ſententia. Illud præ ſe ferens: quàm terribiliter anno ſuperiore à Papa pro ſimili cauſa objurgatus fuiſſet, & quàm vix & ægrè ſine damnò gradus ſui evaſiſſet: Et quòd poſtea recentibus literis ſedis Apoſtolicæ, ne ſine diligentiſſima diſcuſſione manus illi imponeret, commonitus fuiſſet.

Itaq; inſtantibus jam KL. Auguſt. Rex Magontiam properabat, cupiens ipſe in diſcuſſione tanti negotii cum Archiepiſcopo cognitor aſſidere. Inter eundum Herveldiam venit. Inde digreſſus die poſtera, in villam, quæ dicitur Vrenhuſen prandendi gratia divertit. Cumq; refecti jam ſerventiſſimo accelerandi itineris ſtudio certatim omnes caballos repeterent, accidit ut Lupoldus quidam de Mersburg regi chariſſimus, cujus opera & conſiliis familiariſſimè uti ſolitus erat caballo forte laberetur, & proprio mucrone tranſfoſſus ilicò expiraret. Cujus calamitas intolerabili dolore & mœſtitia regem confecit, ſtatimque Herveldiam reportatum in medio eccleſiæ, cum magnifica funebris officii pompa ſepelivit. XXX. quoque manſos pro anima ejus monaſterio contradidit in loco, qui dicitur Mertenefelt.

Notatum autem eſt hunc ipſum gladium fuiſſe, quo famoſiſſimus quondam rex Hunnorũ Attila in necem Chriſtianorum atque in excidium Galliarum hoſtiliter debacchatus fuerat. Hunc ſiquidem Regina Vngariorum mater Salomonis regis, duci Bajoariorum Otthoni dono dederat, quum eo ſuggerente atque annitente Rex filium ejus in regnum paternum reſtituiſſet. Cumq; eum dux Ottho filio Dedi Marchionis, Dedi juniori in argumentum pignuſque individuæ dilectionis ad tempus præſtitiſſet, illo ut prædictum eſt perempto, regi & per regem Lupoldo huic caſu obvenerat. Vnde plerique ducis Otthonis fautores divino hunc judicio per eum, qui ducis Otthonis fuiſſet, gladium occiſum interpretabantur. Eò quòd ad illum perſequendum & de palatio ejiciẽdum is potiſſimum regem inſtigaſſe diceretur. Legitur autem de hoc gladio in geſtis Getarum, qui & Gothi dicuntur: quòd Martis quondam fuerit. Quem bellandi præſidem & militarium armorum primum repertorem Gentiles mentiebantur, eumq; poſt multa tempora paſtor quidam in terra leviter abſconſum deprehenderit, ex ſanguine bovis, cujus pedem dum in gramine paſceretur vulneraverat: iſq; eum Attilæ regi detulerit. Divinatumq; illi fuerit omnium tunc temporis aruſpicum reſponſis, quòd gladius idem ad interitum orbis terrarum atq; ad perniciem multarum gentium fatalis eſſet. Quod verum fuiſſe oraculum, multarum nobiliſſimarum in Galliis civitatũ, hodieq; teſtantur excidia, intantũ, ut gladius ipſe vindex iræ Dei, ſive flagellum Dei à Barbaris quoque diceretur. Hæc, quoniam gladii hujus mentio inciderat, per exceſſum ſint dicta.

Attilæ regis Hunnorum enſis.

Rex magnificè ac regaliter curato funere Magontiam, ſicut inſtituerat properavit. Cumq; ſtatuta die in ſynodo cum Epiſcopis aſſediſſet, aderat Carolus, aderant fratres Conſtantienſes, magnã ei molem criminum objectantes. Contra quos rex, quantum ſalva verecundia poterat, dedita opera nitebatur. Et modò objecta purgare, modò pondus objectorum, quæ non poterat purgare, callidis ſermonibus conabatur attenuare: plerumq; & jam inſtantium ac perurgentium procacitatem verbis durioribus corripiebat, ac frontis impudentiam, oppoſita authoritatis ſuæ majeſtate, refringere tentabat. Primum & ſecundum diem in hoc negotio inſumpſit. Cumque accuſatorum conſtantiam nec veritate reſponſionis, nec arte dictionis eludere poſſet, ad ultimum probatis, quæ objecta fuerant criminibus, baculum Epiſcopalem ab eo recepit. Verbis tamen exquiſitiſſimis mœſtitiam ejus conſolabatur. Promittens quod dum primùm ſibi opportunum fieret, benigna vice hanc calamitatem ei compenſaret. Ipſis diebus Regina, quæ una cum rege Magontiæ aderat, filium peperit. Sed is baptizatus ſtatim obiit, delatuſq; in Hartesburg ibi ſepultus eſt. Epiſcopatum Conſtantienſem Rex Otthoni Canonico Goslarienſi dedit: Recentisq; calumniæ exemplo cõterritus

confeſtim eum conſecrari fecit: Ne quis, ſcilicet, adverſus eum ſcrupulus denuo per dilationem conſecrationis oriretur.

Inter ducem Polenorum & ducem Beheimorum infeſtiſſima diſſentio erat. Propter quod eos rex in civitatem Miſene autumnali tempore evocatos durius corripuit: & ut deinceps ſuis ſinguli terminis contenti eſſent: Nec ſe viciſſim temeratiis incurſionibus laceſſerent, ſub obtentu regiæ majeſtatis præcepit. Alioquin ſe hoſtem & vindicem experturus foret, qui prior alteri arma intuliſſet.

Hoc anno Colonienſis archiepiſcopus, expulſis de Salefelt canonicis, vitam illic inſtituit monaſticam, miſſis eò de Sigeberg & de ſancto Pantaleone monachis. Quo in tempore, & ego illuc veni, conferre cum eis de ordine & diſciplina monaſterialis vitæ: Eò quòd magna quædam & præclara de illis vulgi opinione jactarentur. Denique ſicut vulgò aſſiduitate vileſcunt omnia, & populariũ animi novarum rerum avidi magis ſemper ſtupent ad incognita, nos quos uſu noverant, nihili æſtimabant, & hos quia novum inuſitatumq; aliquid præferre videbantur, non homines ſed angelos, non carnem ſed ſpiritum arbitrabantur. Et hæc opinio principum quàm privatorũ mentibus altius preſſiuſq; inſederat. A quibus ad populum derivatus rumor tantum terroris pleriſq; in hac regione monaſteriis injecit, ut ad ingreſſum illorum alias XXX, alias XL, alias L, monachi auſterioris vitæ metu ſchandalizati de monaſteriis abſcederent. Satiuiq; ducerent de ſalute animæ in ſeculo periclitari, quàm ſupra virium ſuarum menſuram vim facere regno cœlorum. Et reverà non immeritò Dominus ſuper noſtrates mõnachos deſpectionem effundere videbatur.

Opinio vulgi de monachorum probitate.

Monachi infames.

Nam quorundam pſeudomonachorum privata ignominia nomen monachorum vehementer infamauerat: qui omiſſo ſtudio divinarum rerum totam operam pecuniis & quæſtibus inſumebat. Hi pro Abbatiis & epiſcopatibus aures principum importune obtundebant, & ad honores eccleſiaſticos non via virtutum, ut majores noſtri conſueverant, ſed per ambitionis præruptum, & malè partarum pecuniarum profuſionem graſſabantur. Denique in coëmptionem exigui honoris aureos montes cotidie promittebant, ſeculareſq; emptores, largitionis ſuæ immoderantia excludebant: Nec venditor tantum audebat expoſcere, quantum emptor paratus erat exſolvere. Mirabatur mundus, unde tantus pecuniarum ſcateret fluvius: unde Crœſi & Tantali opes in privatos homines congeſtæ fuiſſent: & eos potiſſimum homines, qui Crucis ſchandalum & paupertatis titulum præferrent & præter ſimplicem victum & veſtitum nihil rei familiaris habere ſe mentirentur.

Iſta dominici agri zizania, hæc vineæ Dei arida ſarmenta & ſtipula æternis ignibus præparata, totum ſacri gregis corpus quaſi tabo quodam infecerant, & ſecundum Apoſtolum, Modicum fermentum totam corruperat maſſam, ita ut omnes ſimiles æſtimaremur, nec eſſe in nobis putaretur, qui faceret bonum, non eſſe uſque ad unum. Propter hoc Principes regni, ad inſtituendam in Galliis divini ſervitii ſcholam, Tranſalpinos monachos evocabant. Noſtrates autem quicumq; in illorum inſtituta ultro concedere noluiſſent de monaſteriis cum ignominia ejiciebant. Ego tamẽ, ut prædixi, ad eos veniens, & per XIV. hebdomadas apud eos partim in Salefelt, partim in Sigiberg commoratus, animadverti noſtras quàm illorum conſuetudines, regulæ ſancti Benedicti melius congruere, ſi tam tenacis propoſiti, tamq; rigidi paternarum noſtrarum traditionum æmulatores vellemus exiſtere.

Archiepiſcopus Magontinus à feſtivitate ſancti Michaelis uſq; in Pentecoſten mala valetudine laborabat; Ita ut etiam deſperaretur à Medicis, & de ſucceſſione ejus pleriq; intentiſſimis ſtudiis ſatagerent.

Carolus, quem ab epiſcopatu Conſtantienſi dejectum ſupra diximus, regreſſus ad Magdaburgenſem diœceſim VI. KL. Ian. obiit.

Anno 1072. Rex natalem Domini Wormaciæ celebravit. Inde peragrata aliquanta regni parte Goslariam regreſſus, totam ibidem quadrageſimam exegit.

Burchardus camerarius Archiepiſcopi Magontini, Epiſcopus ordinatus eſt in Baſilea.

Alberti epiſcopi laus.

Primus tunc in palatio erat Adalbertus Premenſis archiepiſcopus: qui triumphatis æmulis ſuis, qui eum ante aliquot annos de palatio ejecerant, ſolus nunc rege fruebatur: Receptus non modò in gratiam & familiaritatem, ſed penè in regni conſortium, & omnium quæ publicè vel privatim agenda erant ſocietatem. Ita regem callidis ſurreptionibus ſuum fecerat. Sed is morbo & ætate exhauſtus, cum diu per exquiſitiſſimas medicorum operas morti obluctatus fuiſſet, quaſi naturam arte eludere poſſet, mediante quadrageſima XVI. KL. April. debitum conditioni perſolvit: & pertinacibus odiis hominum quod nunquam potuerat vivendo, tandem aliquando ſatisfecit moriendo. Erat planè vir admirandæ compunctionis, & potiſſimum dum ſalutarem Deo hoſtiam immolaret, totus in lacrymas effluebat. Virgo quoq; ut ferebatur, ab utero matris permanebat. Sed has in eo virtutes nimium in oculis hominum morum inſolentia & jactantiæ levitas obfuſcabant. Corpus ejus ex Goslaria in ſedem epiſcopatus ſui delatum atque ſepultum eſt.

Rex palmas Coloniæ, Paſcha trajecti celebravit. Vbi dum ei populus vehementer obſtrepe-

ſtreperet pro injuriis & calamitatibus, quibus paſſim per totum regnum innocentes opprimebantur, pupilli & viduę diripiebantur, monaſteria & eccleſiæ vaſtabantur, & ruptis iniquitatis habenis in omne quod voluiſſet facinus impune bachabatur. Permotus tandem vel ipſa rei acerbitate vel proclamantium importunitate, annitentibus in hoc ipſum cunctis regni principibus, exoravit Colonienſem archiepiſcopum, ut poſt ſe rerum publicarum adminiſtrationem ſuſciperet. Diu ille reſtitit petenti, partim memoria veterum injuriarum, partim quia homo totus in Deum ſuſpenſus, divinis quàm ſecularibus negotiis implicari maluiſſet. Superatus tamen unanimitate poſtulantiũ, privatum commodum publico poſtpoſuit. Tum primùm reſpublica in priſtinum ſtatum dignitatemque reformari cœpit, frenaq; injecta ſunt vaganti uſque ad id tempus licentiæ. *Heinrico Imp. ob. tecta crimina,*

Nam cum Rex omnem cauſarum cognitionem à ſe ad archiepiſcopum tamquam ad patrem ac ſalutis ſuæ tutorem rejicere ſoleret, ille nec gratia cujusquam, nec odio ab jure ad injuriam unquam abduci poterat, ſed judicabat omnia ſicut ſcriptum eſt: Sine perſonarum acceptione, nec conſiderans perſonam pauperis in judicio, nec honorans vultum potentis. Divites, ſi qui per potẽtiam pauperes oppreſſiſſe delati fuiſſent, ſæveriſſima animadverſione caſtigavit; Caſtella eorum, quæ malè agentibus perfugiũ erant, funditus everti juſſit: plerosq; ex ipſis & genere & opibus clariſſimos in vincula conjecit. Inter quos illum noſtra ætate nominatiſſimum Egenen, qui duci Bajoariorum Otthoni calamitatis tantæ cauſa extiterat, cum plurimis adverſus eum pro privatis injuriis & deprædationibus faciem regis interpellaſſent, teneri fecit; eumq; catenis oneratum plerumq; ad ſpectaculum vulgi deduci juſſit: ad gratificandam, ſcilicet, popularium animis regiam ſeveritatem. Poſtremò eò moderamine, ea induſtria atque authoritate rem tractabat, ut profecto ambigeres, pontificali eum an regio nomine digniorem judicares, atque in rege ipſo, qui in cultu atque ſocordia penè præceps ierat, paternam virtutem & paternos mores brevi exſuſcitaret.

Rex Aquaſgrani profectus, ſanctum Speum confeſſorem, & brachium juſti Simeonis, cujus mẽtio eſt in Evangelio, & caput Anaſtaſii monachi & martyris, aliorumq; ſanctorum reliquias ibi accepit, atque in Hartesburg tranſtulit. Treveris quoque apud ſanctum Paulinum XIII. corpora ſanctorum Thebææ, ut putatur, legionis reperta ſunt, quorum hæc nomina in tabulis plumbeis conſcripta ibidem reperta ſunt, Palmatius, Tyrſus, Maxentius, Conſtantius, Creſcentius, Juſtinus, Leander, Alexander, Sother, Hormiſta, Papyrius, Conſtans, Iovianus. Dumque ex crypta ubi ſancti pauſabant terra portaretur, os quoddam incaute projectum, ſanguinem fudit non modicũ, & uſque hodie permanet ſanguinolentum. De paſſione eorum hæc ad nos ab ipſis Treverenſibus ſcripta perlata ſunt. Rictiovarus Maximiani imperatoris præfectus legionem Thebæã iuſſu ipſius circumquaque perſecutus, Treverim propter ipſos IV. Non. Octobris eſt ingreſſus, & eadem die occidit ibi ducem ejuſdem legionis Tirſum cum omnibus comitatibus ſuis. Sequenti autem die Palmatium Trevericæ civitatis conſulem & patricium cum omnibus ejuſdem civitatis principibus interfecit. Tertia vero die cædem exercuit in plebe ſexus utriuſque. Horum autem martyrum corpora innumerabilia in ſancti Paulini archiepiſcopi jacent eccleſia. *Sanctorum reliquiæ & miracula Treverũ.*

Rex aſcenſionem Domini Goslariæ, Pentecoſten Magadaburg celebravit. Vbi Adalberto Premenſi archiepiſcopo in quadrageſima ut prædictum eſt defuncto ſucceſſorem conſtituit Liemarum, optimæ ſpei juvenem & omnium liberalium artium peritia apprime inſignem.

Ibi quoq; Ottho dux Bajoariorum poſt integrum annum deditionis ſuæ gratiam regis recepit, data vel regi vel his qui regi pro eo ſuggeſſerant non modica portione prædiorum ſuorum. *Ottho dux Bavariæ in gratiam recipitur.*

Rex in natalem ſancti Iacobi Wormaciæ occurrit matri ſuæ Agneti imperatrici de Tranſalpinis partibus redeunti. Vbi ſex aut eo amplius annos jam demorata fuerat, ſub nimia auſteritate vitam inſtituens, adeo ut communem humanarum virium menſuram excederet, jejuniorum ac vigiliarum patientia.

Reverſionis autem ejus in Galliam hæc cauſa erat. Rudolphus dux Sueviæ ab his qui ei malè conſultum cupiebat accuſatus apud regem fuerat, quod iniquum aliquid contra regem contraq; Remp. moliretur. Propter quod aſſiduis legationibus ad Curtim regiam ut cauſam diceret accerſebatur. Sed ille, licet ab culpa remotiſſimum ſe ſciret, conterritus tamen ducis Bajoariæ Otthonis recenti exemplo & aliorum quorundam, quos Rex præcipitata ſententia abſque diſcuſſione legitima damnaverat, temerè in periculum ſe dare nolebat. Cumque eſſet Imperatrici ob vetus meritum ſuum acceptiſſimus, propinquitate etiam devinctus propter filiam ejus, quæ ei, ut prædictum eſt, nupſerat, ſed intra paucos dies celebratæ conjunctionis deceſſerat, miſit, eamq; obnixis præcibus in Galliam evocavit, ad ſedandam quæ oriebatur inteſtini belli tempeſtatem. Nã firmiter apud ſe ſtatuerat ſi pax non conveniſſet armata potius manu quoad poſſet ſalutem tueri, quã probris & contumeliis deformandum regiæ ſe tradere potentiæ. Imperatrix, quamquam cuncta ſeculi negocia religionis obtentu in perpetuum abjuraſſet, nec à propoſito tamen ſuo nimium abhorrere, nec ab eccleſiaſtica functione alienum fore judicavit, ſi viro optimè erga ſe merito in anguſtis rebus opem ferret, & filio juveniliter tumultuanti modum imponeret. Venit itaque Wormatiam ampliſſimo ſtipata numero Abbatum & monachorum, & prædictum Ducem, *Rudolphus Suevia dux Imperatori reconciliatur.*

quum interposita fide Colonienſis & Magontini Archiepiſcoporum coràm veniſſent, omni criminis ſuſpitione abſolvit, ſtatimq; compoſitis, propter quæ venerat, à filio abſceſſit: ut non tã carnali affectione quàm communis commodi ratione ad hanc ſecularis negotii adminiſtrationem ſe adductam liquidò cunctis patefaceret. Dux quoq; à Rege dimiſſus in pace protinus ſe in ſua recepit. Certum tenens non ex integro abolitas ab animo Regis inimicitias, ſed ademptam interim nocendi facultatem eſſe.

Ibi etiam Hugo Cloniacenſis Abbas, qui cum imperatrice eò advenerat Ruberto Augienſi Abbati Romani Pontificis mandata & literas detulit: Quòd, ſcilicet, apoſtolicæ ſedis anathemate de corpore eccleſiæ præciſus eſſet, quod omne ei divinum officium præter pſalmodiam interdictum eſſet, quod omnis ei in perpetuum ad abbatiam Augienſem vel ad aliquam dignitatem eccleſiaſticam acceſſus occluſus eſſet, propterea quod de ſimoniacæ hæreſi inſimulatus, & ut objectum crimen purgaret ad ſynodum ſecundo ac tertio vocatus venire diſtuliſſet. Ita ille compulſus à rege baculum paſtoralem, quem non ut paſtor, ſed ut mercenarius uſurpaverat multa cum amaritudine reddidit.

S. Sebaldi Norimbergæ & Heimeradi in Haſungen miracula.

Clara & celebris valde his temporibus per Gallias erat memoria ſancti Seboldi in Nurnberg, & ſancti Hemerad in Haſengun, & magnó populorum concurſu cotidie frequentabantur propter opitulationes, quæ divinitus illic languentibus ſæpenumero conferebantur.

Archiepiſcopus Magontinus in nativitate ſanctæ Mariæ Magontia egreſſus, cum in Galliciam quaſi orationis cauſa profectionem ſimulaſſet, in Cloniacenſe monaſterium ſeceſſit, dimiſſiſque his qui ut à venerant, abdicatis etiam omnibus quæ habebat, ſtatuit ibi deinceps privatus ætatem agere, atque ab omni ſecularium negotiorum ſtrepitu ſub voluntariæ paupertatis titulo in perpetuum feriari. Sed brevi peritùrit in propoſito, revocante eum tam clero quàm populo Magontiacenſi, vix & ægrè abſtractus de monaſterio in natalem ſancti Andreæ Apoſtoli Magontiam rediit, atq; opus arduum quàm præcipitanter arripuerat, tam præcipitanter, quoniam communi omnium ſententiæ obluctari non poterat, deſeruit.

Ruthardus Abbas Hervveldenſis Menſe Ianuario ægrotare cœpit, & ſic per annum continua ægritudine decoctus, cum evaſurum ſe deſperaret, abbatia & paſtorali dignitate, quam per infirmitatem adminiſtrare non poterat. III. Id. Decembris ultrò ſe abdicavit, anno poſtquam abbati Meginhero ſucceſſerat tertiodecimo jam exacto. Succeſſitque ei protinus ſecundum ipſius poſtulationem. H. ejuſdem cœnobij monachus.

Epiſc. Metenſis. Adalberto Metenſis Epiſcopus obiit, cui Herimannus Leodienſis præpoſitus ſucceſſit.

Ann 1073. Rex natalem Domini Babenberg celebravit.

Ibi Bertoldo duci Carnotenſium ducatum, ſine legitima diſcuſſione abſenti abſtulit, & Marcvvardo cuidam propinquo ſuo tradidit. Rudolphus quoq; Dux Suevorum tumultum aliquem reipublicæ machinari formidabatur. Sed diſcurrentes utrinque frequentes Legati, & illum, ne præcipitanter in arma prorueret, & Regem ne cunctantem obſtinata importunitate laceſſeret, ſalubri moderamine retinebant.

Ibi quoque Colonienſis Archiepiſcopus offenſus his, quæ plurima præter æquum & bonum fiebant in palatio, petit à rege vacationem deinceps pari ſibi ab rerum publicarum adminiſtratione, cauſatus ut ſenium jam vergentem ætatem, & laboriosis regni negotiis minus minuſq; indies ſufficientem. Quod rex haud difficulter annuit. Quia pravis libidinibus ſuis, & juvenilibus ineptiis jam dudum animadverteret eum graviter offendi, & plerumq, quantum ſalva regia dignitate poterat pro virili portione obniti.

Is ergo ubi ſe in ſua recepit, rex tamquam ſeveriſſimo pædagogo liberatus, ſtatim in omnia genera flagitiorum, ruptis omnibus modeſtiæ & temperantiæ frenis, præcipitem ſe dedit. Montes omnes colliculoſq; Saxoniæ & Thuringiæ caſtellis munitiſſimis extruxit, præſidiumque impoſuit. Quibus cum victui neceſſaria minus ſufficerent, permiſit, ut ex proximis villis & agris hoſtili more prædas agerent, & ad ipſa caſtella munienda circumquaque manentes cogerent, & impenſas affatim convectare & per ſeipſos ſervili manu deſudare. Verùm ne manifeſtæ tyrannidis notaretur, ſi contra innocentes atque in regnum proprium tam barbara crudelitate graſſaretur, ut impietatem ſuam quadam religionis ſpecie palliaret. Archiepiſcopum Magontinum modis omnibus inſtigavit, ut decimationes Thuringiæ ſicut ante plures annos inſtituerat, exigeret, pollicens ſe et in exigendo ſumma ope affuturum, & dicto obtemperare nolentes regia majeſtate coacturum, ea tamen pactione, ut ipſarum decimationum partem ſibi, quæ & regiæ magnificentiæ & tanto labori ſuo digna foret, tribueret.

Decimationes.

Ita epiſcopus vaniſſima ſpe animatus ſynodum indixit in Erphesfurd. VI. Id. Martii. Statuto die aderat rex, aderat Archiepiſcopus, ſtipatus uterque magno grege Philoſophorum, immo Sophiſtarum, quos ex diverſis locis ſummo ſtudio conſciverant, ut Canones ſibi non prorei veritate ſed pro epiſcopi voluntate interpretarentur, & cauſam ejus quoniam veris non poterant, ſophiſticis allegationibus roborarent.

Sophiſta Canonũ.

Aſſide-

Digitized by Google

Assidebant ergo cum rege & Archiepiscopo Magontino Herimannus Babenbergensis episcopus, Hecel Hildenesheimensis episcopus, Eppo Citicensis episcopus, Benno Osenbruggensis episcopus. Qui non ad discutiendam juxta Ecclesiasticas leges causam fuerant evocati, sed ut id quod rex volebat arte dictionis & sententiarum pondere, postremò quaqua possent ratione & consilio obtinerent, quamquam plerique eorum id quod rex moliebatur vehementissime improbarent, sed ne libere quod sentiebant eloquerentur, & regis terrore & privata Archiepiscopi amicitia inhibebatur. Habebat præterea rex circa se armatorum copias non modicas, quibus eos si qui forte negotiũ interturbare conarentur militari manu coerceret.

Thuringorum spes & fiducia potissimum in Abbate Fuldensi & Abbate Herveldensi nitebatur, quod hi ecclesias decimales plurimas & prædia infinita haberent in Turingia, & hi si causa cecidissent sibi unà cadendum esset. Qui publica discussione interpellati pro decimarum redditione, primo per Deum rogabant archiepiscopum, ut antiquitus tradita monasteriis suis legitima rata inconvulsaque manere sineret, quæ & sedes Apostolica & veteribus & recentibus scriptis crebro sibi firmasset, & præcessores ejus Magontini summi pontifices, ac sanctissimi viri usq; ad Luipoldum episcopum nunquam infringere tentassent.

Id atroci responso Archiepiscopus repulit, scilicet, præcessores suos sua ætate pro suo arbitratu ecclesiæ Dei moderatos fuisse, eosque rudibus in fide auditoribus & penè adhuc neophytis lac potum dedisse non escam, & sapienti dispensatione multa indulsisse, quæ processu temporis, dum in fide convaluissent, successorum suorum industria resecari vellent. Se jam adulta vel potius senescente Ecclesia spiritualia comparare spiritualibus, nec jam parvulis lac sed perfectis solidum cibum ministrare, atque à filiis ecclesiæ leges ecclesiasticas exigere. Proinde esse eis, aut ab unitate ecclesiæ secedendum, aut legibus ecclesiæ æquanimiter acquiescendum.

Tum illi rursus per Deum orare, ut si in Romani pontificis authoritate, si in Caroli, aliorumque imperatorum privilegiis, si in præcessorum ejus Magontinorum Pontificum indulgentia, nihil sibi præsidiarent spei reliquum esset, ipsarum saltem decimarum eam ipse partitionem fieri sineret, quam & canonum leges æquam judicassent & cæteræ per orbem terrarum ecclesiæ usitatam haberent. Scilicet, ut quarta parte ipse pro suo suorumque missorum servitio contentus, tres reliquas portiones ecclesiis, quibus antiquitus attributæ fuissent permitteret.

Econtra episcopus non ea mente se ait tantum laborem triviſſe, & jam per decem ferme annos laboriosum hoc saxum volvere, ut tandem aliquando voti compos effectus, ulto jure suo cederet, & tanto molimine extortas eis decimas ipsis pro libito suo partiendas adjiceret.

Primus ac secundus dies in hac concertatione jam fluxerat, ancipiti adhuc fortuna, utra pars utri cessura foret. Jamque in eo res vertebatur ut Thuringi improbata synodo sedem Apostolicam appellarent. Sed rex subarrhatione nominis divini affirmabat, se ineum, si quis id præsumptisset, capitali sententia animadversurum, & omnia quæ ejus essent usque internecionem dissipaturum; clademque ejus dei multis postea seculis non abolendam.

Ita Abbas Herveldensis horum periculo conterritus, quoniam aliud, in arctum conclusis rebus, non patebat effugium, rem consilio regis permisit, quatenus prout ipse bonum & æquum judicaret causam inter se & Archiepiscopum terminaret.

Diu igitur habita deliberatione in hanc tandem pactionem mediante rege abbas & Archiepiscopus consenserunt, ut Abbas in decem suis decimalibus ecclesiis duas partes decimarum, tertiam Archiepiscopus acciperet. In reliquis vero ejus ecclesiis dimidia abbati, dimidia Archiepiscopo contingeret. Vbi vero Ecclesia decimalis propria Archiepiscopi esset, tota illic ei decima cederet. Præterea ut omnes Dominicales Archiepiscopi Curtes, in quacunque essent parochia, ab omni penitus decimarum exactione immunes manerent.

Sub jugum misso Abbate Herveldensi, statim Turingi omni spe adempta, eò quòd in illius prudentia & eloquentia plurimum fiduciæ sibi posuissent, non ultra reluctati sunt, sed decimas in reliquum ablatæ retractatione dare professi sunt.

Fuldensis Abbas aliquantis postea diebus obstinatus in proposito perstitit. Sed cum nec regis gratiam recipere, nec ad sua redeundi licentiam impetrare posset, nisi in communem sententiam concederet, tandem rerum difficultate superatus, ad hanc conditionem nõ tam consilio quam imperio & metu regis coactus est, ut in cunctis decimalibus ecclesiis suis partem dimidiam decimarum ipse, dimidiam Archiepiscopus acciperet, dominicales autem Curtes suas, sicut Archiepiscopus, omnes ab omni decimarum redditione liberas haberet.

Tum rex sciens haud bene placitura Romano Pontifici quæ gesta fuerant, sub interminatione gratiæ suæ utriq; Abbati præcepit, ut neq; per se ipsos, neq; per nuntium, neq; alio quovis modo pro infirmanda synodo Apostolicã sedẽ interpellarent. Atq; ita omnib. quæ intenderat, pro voluntate exactis, concitus Ratisponam contendit, sanctum Pascha ibi celebraturus. Cumq; in civitate Augusta diem Palmarum ageret, Rudolphum ducem Suevorum & alios quosdam, qui sinistrum aliquid contra Remp. moliri jam pridem delati fuerant, in gratiam recepit. Dein sanctum Pascha, sicut statuerat, Ratisponæ, Pentecosten in Augusta celebravit.

Alexander Papa (II), qui & Anshelmus decesſit. Cui Romani protinus, inconſulto rege, ſuc-
Hildebrandus PP. ceſſorem elegerunt Hildebrandum, virũ ſacris literis eruditiſsimum, & in tota eccleſia tempore quoque priorum pontificum omni virtutum genere celeberrimũ. Is quoniam zelo Dei ferventiſsimus erat, Epiſcopi Galliarum protinus grandi ſcrupulo permoveri cœperunt, ne vir vehementis ingenii & acris erga Deum fidei diſtrictius eos pro negligentiis ſuis quandoq; discuteret. Atque ideo communibus omnes conſiliis regem adorti, orabant, ut electionem, quæ ejus injuſſu facta fuerat, irritam fore decerneret: aſſerentes, quòd niſi impetum hominis prævenire maturaret, malum hoc non in alium gravius quam in ipſum regem redundaturum eſſet.

Statim rex à latere ſuo Eberhardum comitem miſit, qui Romanos proceres conveniens, cauſam ab eis ſciſcitaretur, quare præter conſuetudinem majorum, rege inconſulto, Romanæ eccleſiæ Pontificem ordinaſſent, ipſumque ſi non idoneè ſatisfaceret, illicitè accepta dignitate abdicare ſe præciperet. Is veniens Romam, benignè à prædicto viro ſuſceptus eſt. Cumque illi mandata Regis expoſuiſſet, reſpondit: ſe, Deo teſte, honoris hujus apicem nunquam per ambitionem affectaſſe: ſed electum ſe à Romanis, & violenter ſibi impoſitam fuiſſe eccleſiaſtici regiminis neceſsitatem: Cogi tamen nullo modo potuiſſe, ut ordinari ſe permitteret, donec in electionem ſuam tam regem quàm principes teutonici regni conſenſiſſe certa legatione cognoſceret. Hac ratione diſtuliſſe adhuc ordinationem ſuam & ſine dubio dilaturum, donec ſibi voluntatem regis, certus inde veniens nuntius intimaret. Hoc ubi regi eſt renunciatum, libenter ſuſcepit ſatisfactionem, & lętiſsimo ſuffragio ut ordinaretur mandavit. Quod & factum eſt anno ſequente in purificatione ſanctæ Mariæ.

Interea hi, qui in caſtellis ſupra memoratis erant, graviter nimis imminebant populo Saxoniæ & Turingiæ. Omnia quæ in villis & agris erant indies eruptione facta diripiebant, tributa & vectigalia ſylvarum & camporum importabilia exigebant, & plerumq; ſub prætextu decimarum totos ſimul greges abigebant. Ipſos provinciales, & pleroſque ex his honeſto loco natos, & re familiari florentiſsimos, vilium mancipiorum ritu ſervire ſibi cogebant. Filias eorum & uxores conſciis & penè aſſicientibus maritis violabant. Nonnullas etiam ut in caſtella ſua raptas, & quanto tempore libido ſuggeſiſſet impudiciſsime habitas, ad ultimum maritis, cum ignominioſa exprobratione, remittebant. Querum ſi quis inter tanta mala ſuſpirare & internum animi dolorem leviſſem querimonia ſolari atque evaporare auſus fuiſſet, ſtatim velut qui gravem injuriam regi feciſſet in vincula conijciebatur. Nec inde exire poterat, niſi totius ſupellectilis ſuæ diſtractione, vitam, ſalutemq; ſuam redemiſſet. Cumque ex omnibus locis catervatim cotidie pro his regiam majeſtatẽ interpellarent, quæ unicum ante hac omnibus afflictis refugium eſſe conſueverat, cum gravi contumelia reiciebantur: Dicente rege, iſta eos, pro injuſta decimarum retentione pati: Seq; tamquã vindicem cauſæ Dei, neceſſariò armata manu eos coercere, qui legibus eccleſiaſticis ſponte nollent acquieſcere.
Saxonici belli cauſa.

Itaque videns rex omnes circumquaque manentes, metu attonitos & ad ſuſcipiendũ quaſcumq; impoſuiſſet conditiones patientiſsimos, magnum quiddam, & à nullo majorum ſuorum ante hac tentatum machinari cœpit: videlicet, ut omnes Saxones & Thuringos in ſervitutem redigeret, & prædia eorum fiſco publico adijceret. Cavebat tamen ne conſilium hoc immaturè vulgatum & effectu careret & principibus Regi iuſtæ murmurationis occaſionem præberet. Itaque ſecretò cũ rege Danorum colloquium facit, & cum eo magna quadam parte Saxoniæ, quæ Utoni Marchioni pertinebat, paciſcitur, ut in conficiendis rebus, quas animo agitabat auxilio ſibi foret, & ſe Saxonib. ex uno latere bellum inferente, ipſe eos ex alio latere adoriretur. Idipſum aliis, qui Saxoniæ contigui erant, regibus & gentibus injungit. Vbi ſatis adminiculorum viſum eſt, cunctis regni principibus expeditionem indixit in Polenos: Id cauſæ prætendens, quod Boemos, contra vetitum ſuum, bello impetiſſent, & fines eorum ferro & igne infeſtaſſent. Hanc, ut dixi, cauſam in promptu habebat.
Danorum rex contra Saxones & Thuringos.

Cæterùm ut fama vulgatior poſtmodum loquebatur, ſub occaſione Polenorum volebat in Saxoniam exercitum ducere, & deletis uſque ad internecionem Saxonibus, loco eorum gentem Suevorum conſtituere. Hæc enim illi gens erat acceptiſſima, & eorum pleroſque, obſcuris & penè nullis majoribus ortos, ampliſſimis honoribus extulerat, & primos in palatio fecerat, & ad eorum nutum cuncta regni negotia diſponebantur. Quæ res eum valde exoſum inviſumq; principibus reddiderat, & eorum plerique indignitatem rei non ferentes, niſi pro reſponſo neceſſariò evocati, in totum palatio abſtinebant.
Suevorum gens Imperatori gratiſſima.

Igitur exercitum ſuum in expeditionem adunari conſtituit, ſeptimo die poſt aſſumptionem ſanctæ Dei genitricis Mariæ. Qua expectatione ſuſpenſis & intentis omnibus, ipſe jam ferocius ſolito atque infeſtius agebat, poſthabitis principibus, ſolos circa ſe Suevos aſſiduò habebat. Ex his ſibi auricularios à ſecretis, ex his tam familiarium quàm publicorum negotiorum procuratores inſtituebat. Tum Saxones omnes ſervilis conditionis eſſe crebro ſermone uſurpabat, nonnullos etiam ex eis miſſis nunciis objurgabat: Cur ſibi juxta conditionem natalium ſuorum, ut ipſo verbo utar, ſerviliter non ſervirent, nec de redditibus ſuis fiſcalia ſibi obſequia impenderent. Contradicentes,

quaſi

quasi qui majestatem regiam violassent, totis regni viribus persequi, & de regno proturbare minabatur. His atque hujusmodi inditiis Principes Saxoniæ malum, quod cervicibus suis impendebat animadverterunt, statimque graviter ancipiti periculo permoti, clamdestina conventicula crebro faciebant, & se vicissim, quid facto opus esset, in medium consulere hortabantur. Vna omnium voluntas, eadem erat sententia, eamq; dato & accepto vicissim Sacramento confirmabant: malle se mori, atq; extrema omnia prius experiri, quã acceptam à parentib. libertatem per dedecus amittere. *Saxonum coniuratio & fœdus.*

Hujus conjurationis authores ac signiferi quidem erant Bucco Halberstatensis Episcopus, Otto dux quondam Bajoariæ atq; Herimannus frater Otthonis Saxonici ducis, qui superiore anno decesserat. Sed Bucco, licet frequentibus injuriis à rege lacessitus fuisset, tamen quia vir eximiæ sanctitatis erat, & optimæ in Ecclesia Dei existimationis, credi nullo modo potest, aliter in hanc audaciam prorupisse, nisi zelo Dei & sola communis commodi ratione. Cæteri duo, præter publicam gentis suæ causam, etiam privato odio jam pridem à rege desciverant, propter Magnum Otthonis ducis Saxonici filium, quem rex in deditionem acceptum, jam per biennium in custodia tenebat. Huic veniam admissi non aliàs impetrare poterant, nisi ducatu & aliis quæ sibi ex defunctis parentibus hæreditario jure competebant, in perpetuum se abdicaret. Quod ille nulla ratione se facturum protestabatur, etiamsi sibi, quicquid ætatis reliquum esset, in custodia & in vinculis exigendũ, etiamsi per omnes cruciatus & per omnia suppliciorum genera anima ponenda esset. Cumque nihil supplicando, nihil pecuniam atq; infinita prædia offerendo, nihil sua uterq; erga ipsum regem atque erga rempublicam multa sæpe benemerita commemorando proficerent, ad ultimum Otthodux quondam Bajoariæ seipsum Regi obtulit, quamdiu vellet in vinculis habendum, & omnia, tam quam priori conventione nihil actum esset, pro arbitratu suo distribuenda: dummodo propinquũ suum, qui solo suarum partium studio in eam calamitatem devenerat, deditione absolveret. Ad hæc fertur rex atrox nimis dedisse responsum: Ipsum & omnia quæ ipsius essent, jam pridem deditionis jure in potestatem regiam cessisse: Nec eum objecto quondam crimine adhuc ita purgatum, ut sui vel suarum rerum jure gentium traditionem ullam liberam haberet. Ea vox acerbè prolata, acerbius est accepta, magnumq; odii seminarium iratumq; fomitem ministravit. *Bucco episcopus Halberstadensis.*

His authoribus orta seditio, ita brevi totum Saxoniæ populum, quasi rabie quadam infecit, ut omnis dignitas, omnis conditio, omnis ætas, quæ modò faciendis stipendiis idonea foret, uno animo, pari voluntate, ad arma conclamaret, & se, sub Sacramento, promitteret, aut obstinatè morituros, aut gentem suam in libertatem vindicaturos.

Erant in ea conjuratione principes isti, Wezel Magadaburgensis Archiepiscopus, Bucco Halberstatensis Episcopus, Hezel Hildenesheimensis Episcopus, Wernher Merspurgensis episcopus, Eilbertus Mindensis episcopus, Immet Poderbrunnensis episcopus, Friderich Mimegardefurdensis episcopus, Benno Misinensis episcopus, Ottho dux quondam Bajoariæ, Vto Marchio, Dedi Marchio & omni Marchione animosior atq; implacatior uxor ejus Adela, Egberrus Marchio Turingorum, puer adhuc infra militares annos, Friderich Palatinus comes, Diedericus comes, Adelbertus comes Ottho comes, Cunradus comes, Heinricus comes, tum vulgus promiscuum supra 60. milia erat, qui ad asserendam libertatem patriæ legesq; tuendas prõptissimo animo manus, operãq; suam promittebant. Et verè divinitus oblatam sibi esse occasionem dicebant, qua jugum iniquissimæ dominationis à cervicibus suis excuterent. *Principes coniurati in Saxonia.*

Dux Saxoniæ necdum aliquis constitutus fuerat: Quia sicut supra memoratum est, Dux Ottho paulò ante humanis rebus excesserat, & filius ejus Magnus, cui ducatus legitima successione debebatur, adhuc in castello Hartesburg deditus servabatur: & quia Rex in bona ejus inhiaverat, id præstolari putabatur, ut malorum pondere ac longæ deditionis tædio fatigatus, ultro jure suo cederet, & ducatum cui rex voluisset dandum permitteret.

Liemarus Premensis Archiepiscopus, Eppo Citicensis episcopus, & Benno Osenbruggensis episcopus, quia in communem sententiam gentis suæ concedere nolebant, de finibus Saxoniæ effugati ad regem se contulerunt: eique toto belli hujus tempore individui comites adhæserunt.

Igitur circiter kal. Augusti, adulta jam satisq; roborata conjuratione, Legatos mittunt ad regem, tum temporis Goslariæ constitutum: postulantes ut expeditio, quam in Polenos instituerat sibi remitteretur: se adversum acerrimos hostes Luticios die ac nocte in procinctu atque in acie stare: & si paululum manus remittant illicò finibus suis insultantes adversarios & omnia cæde atque depopulantes aspicere. Ad horum vim arcendam vix sibi satis copiarum esse. Proinde stultum fore, ut exteris ac longè positis gentibus arma inferant, qui domesticis ac penè intestinis, sine intermissione, bellis quatiantur. Præterea postulant, ut castella, quæ ad eversionem Saxoniæ per singulos montes colliculosq; extruxerat dirui juberet. Vt principibus, Saxoniæ quibus, sine legitima discussione, bona sua ademerat, secundum principum suorum jurisdictionem satisfaceret. Vt relicta interdum Saxonia, in qua jam à puero residens otio atq; ignavia penè emarcuisset, etiam alias regni sui partes inviseret. Vt utilissimos homines, quorum consilio seque, remque publicam præcipitem dedisset, de palatio eiiceret, & regni negotia regni principibus, quibus ea competerent, curanda atque administranda permitteret, *Legati Saxonum ad Imp. Henricum.*

Vtab-

Vt abdicato grege concubinarum, quibus contra ſcita canonum attrito frontis rubore, incubabat, Reginam, quàm ſibi ſecundum eccleſiaſticas traditiones tori ſociam, regnique conſortem delegiſſet, conjugali loco haberet & diligeret. Vt cætera flagitiorum probra, quibus dignitatem regiam adoleſcens infamaverat, nunc ſaltem maturato ſenſu & ætate abdicaret. Poſtremo per Deum rogant, ut iuſta poſtulantibus ſponte annueret: Nec ſibi magni cujuſquam atque inuſitati facinoris neceſſitatem imponeret. Si ita faceret, ſe promptiſſimo animo ei, ſicut hactenus, ſeri vituros, eo tamen modo, quo ingenuos homines atque in libero imperio natos, regi ſervire oporteret. Sin autem Chriſtianos ſe eſſe, nec velle hominis, qui fidem Chriſtianam capitalibus flagitiis prodidiſſet, communione maculari. Quòd ſi armis cogere inſtituiſſet, ſibi quoque nec arma deeſſe, nec militaris rei peritiam, Sacramento ſe ei fidem dixiſſe, ſed ſi ad ædificationem non ad deſtructionem eccleſiæ Dei, rex eſſe vellet; ſi juſtè, ſi legitimè, ſi more majorum rebus moderaretur: ſi ſuum cuique ordinem, ſuam dignitatem, ſuas leges tutas inviolatasque manere pateretur. Sin iſta prior ipſe temeraſſet, ſe jam ſacramenti hujus religione non teneri, ſed quaſi cum Barbaro hoſte & Chriſtiani nominis oppreſſore juſtum deinceps bellum geſturos, & quoad ultima vitalis caloris ſcintilla ſupereſſet pro eccleſia Dei, pro fide Chriſtiana, pro libertate etiam ſuadimicaturos.

Vehementer regem permovit hæc legatio. Verum conſiliariis ejus dicentibus: Quòd ad primum belli terrorem tanti motus irarum deflagraturi eſſent, paululum reſumpto ſpiritu, leviter & contemptim Legatis reſpondit: nihilque certi reportantes dimiſit.

Quod ubi ſuis nunciarunt, atrox omnium mentibus ira incanduit, ſeque mutuo ſermone, ut cõtemptum ſui manu vindicarent, hortabantur. Obſtinatum, inquiunt in malis ingenium, niſi acrior vis adhibeatur emolliri non poterit, & niſi ad vivum propiuſque medullas mucro adigatur, ſenſum doloris non admittet.

Saxonum expeditio in Imperatorem.

Igitur armati, inſtructiq; Goſlariam contendunt, ibique mediocri à villa intervallo caſtra locant: ſtatimque efferato animo in eum irruiſſent, & jus ſuum non jam rhetoricis allegationibus, ſed bellicis terroribus expoſtulaſſent: niſi Bucco Halberſtatenſis Epiſcopus & pauci admodum qui ſanum aliquid ſapiebant, impetum tumultuantis turbæ ſalubri moderatione inhibuiſſent.

Rex accepto nuntio vicini, jamque inſtantis periculi graviter mente conſternatus, propere in Hartesburg ſe contulit, eoque ſecum regni inſignia & theſaurorum ſuorum, quantum in ea trepidatione potuit partem, convexit. Erant tum temporis cum eo Eppo Citicenſis epiſcopus, & Benno Oſenbruggenſis epiſcopus, eorumque conſilio & prius tranquilla & nunc turbata Republica omnia faciebat.

Bertoldus dux Carentinorum.

Caſu quoque nuper advenerat, neſcio quid privatæ cauſæ acturus in palatio, Bertoldus dux quondam Carentinorum. Huic rex quàm ſanctis obteſtationibus ſe purgabat, quod ducatum ejus nulli alii tradidiſſet: ſed Marcuuardus privata præſumptione fines alienos invaſiſſet, nec ei quicquam de jure ſuo propterea imminutum eſſe, ſi ſuo injuſſu ſine conſulto principum honores publicos homo ineptiſſimus temeraſſet. Ille licet hæc ficta eſſe ſciret, & regis malitiam non tam voluntate quàm fortunæ violentia correctam eſſe, tamen ſuſcepit ſatisfactionem, promiſitque operâ ſuam Reipub. utilitatibus nuſquam defuturam.

Heinrici Imperat. Legati ad Saxones.

Hunc itaque, quia vir erat ſummæ prudentiæ & popularis eloquentiæ, cum duobus ſupra memoratis epiſcopis rex Legatum miſit ad Saxones. Ad quos cum veniſſent, rogabant eos per Deum, ut ab armis, quæ honeſto licet nomine, peſſimo tamen exemplo ſumpſiſſent, mature diſcederent, nec rem ſupra modum, ſupraque vires ſuas tentarent, quæ à cæteris regni principibus nimium improbanda foret: utpote quam nec ſua nec majorum ſuorum memoria unquam gens ulla tentaſſet. Juſtam eorum eſſe cauſam, quos ſummis ſæpe injuriis regis inclementia adhæc extrema experienda coegiſſet. Honori tamen ſuo magis conſulendum quàm iracundiæ, & deferendum regiæ majeſtati, quæ apud Barbaras etiam nationes ſemper tuta inviolataque fuiſſet. Proinde remiſſo armorum ſtrepitu, pacatis animis, ſopitis ſimultatibus, tempus locumque conſtituerent, quo rex totius regni principes evocaret, ut juxta communem ſententiam & objecta purgaret, & quæ correctionis egere viderentur corrigeret.

Reſponſio Saxonũ

Adhæc illi, Non eadem, inquiunt, cæteris regni principibus & nobis incumbit neceſſitas rebellionis. Cæteris enim gentibus vacatione data & penè feriatis omnibus nos ſolos ſibi peculiariter elegerat, quos ſecundum prophetæ elogium, in plauſtris ferreis, quorum regionibus poſt initum ſemel principatum nunquam excederet. Quibus poſt erepta patrimonia, libertatem quoque eriperet, & natalibus omnium infamatis, duriſſimæ ſervitutis jugum injiceret. Ad quorum oppreſſionem ſingulis montibus colliculisque præſidium imponeret, ut aquas noſtras pecunia bibere, & ligna noſtra pretio comparare cogeremur. Quorum uxores & filias militibus ſuis publicæ libidinis victimas proſtitueret. Quorum terram, quod omnium quæ paſſi ſumus graviſſimum ducimus, inauditis adinventionibus, nec Chriſtiano ore nominandis criminibus inceſtaret. Si cum cæteris regni principibus hæc nobis communis eſſet injuria, merito ad illorum cognitionem communemq; audientiam nos reijceret. Nunc autem cum nobis aut privata calamitate cadendum, aut privata

virtute

virtute injuriis ſit obviam eundem, nihil noſtra intereſt ſuper noſtris miſeriis aliorum expectare ſententiam. Quapropter ſi eum malefactorum tandem aliquando piget pœnitetq; in argumentum non fictæ pœnitentiæ caſtella, quæ in pernitiem noſtram extruxit, abſq; procraſtinatione diruat, patrimonia nobis per vim ſeu per calumniam erepta reſtituat, poſtremo juſiurandum nobis det, quod legitima gẽti noſtræ à primis temporibus conſtituta nunquam deinceps infringere moliatur. Si hoc facit, licet ſæpe eluſi, ſæpe verbis pacificis in dolo irriſi: tamen utcumq; adhuc credimus bona pollicenti. Si autem, omni dilatione relegata, nec expectatis aliarum gentium aut aliorum principũ decretis, jugum quod cervicibus noſtris impendet excutere conabimur, liberoſque noſtros noſtrã vel morte vel victoria in libertatem aſſeremus.

In hæc verba legatos dimiſerunt. Qui iterum miſſi, iterumq; remiſſi, in eadem eos ſententia obſtinatos invenerunt. Itaq; omnes vias, per quas deſcenſus eſſe poterat, de caſtello adhibitis cuſtodibus obſervari ſtatuerunt. Summa ope id præcavendum æſtimantes, ne qua ei copia fieret effugiendi, & in alias regni partes bellum transferendi. Et profecto ſi id ritè curaſſent, facili diſpendio & paucis admodum diebus res conficeretur: quæ poſtmodum tanto tempore tracta, in extremum pene diſcrimen cunctas regni provincias attraxerat.

Neq; hoc ipſum regem latebat, iccirco modis omnib. agebat qualiter hoſtiũ cuſtodias falleret, & de anguſtiis Saxoniæ in latiſſimam regni aream bellum trajiceret, maximeque ad Epiſcopos Rheni, quos ſibi ob crebra ſua merita fidos firmosq; inadverſis fore ſperabat. Caſtellum in altiſſimo colle ſitũ erat, & uno tantum itinere ipſoq; difficillimo adiri poterat. Cætera montis latera vaſtiſſima ſylva inumbrabat, quæ exinde per multa milia paſſuum continua vaſtitate in latum extenditur, uſq; ad cõfinũ Turingiæ. Et ideo nulla obſidentiũ diligentia concluſis egreſſũ vel ingreſſũ eripere poterat.

Rex collato cum ſuis conſilio, frequentes ad eos Legatos mittebat, pacem poſtulans, & omnium quæ illos offenderat, emendationem pollicens.

In quam actionem intentis ſuſpenſisq; omnibus, & jam propter res bene geſtas immatura ſecuritate torpentibus; nocte quadam cũ nihil minus ſuſpicarentur, ipſe Bertoldũ ducem & duos ſupra memoratos epiſcopos & alios pleroſq; familiares ſuos ſecũ aſſumpſit, & præmiſſis ante ſe in ſarcinis regni inſignibus & quanta tempus & res patiebantur parte theſaurorũ, clam egreſſus eſt de caſtello: Dato negotio his qui intus remanebant, ut poſtera die quanta poſſent arte præſentiam ſui ſimularent, & hoſtiũ animos à ſuſpicionib. fugæ ſuæ avocarent. Triduo per vaſtiſſimã ſylvã jejuni, ut ferunt, gradiebantur, anguſtiſſimo & paucis ante hac cõperto tramite, quem venator quidã dux itineris, dum venandi ſtudio ſolertius ſylvarum abdita rimaretur, deprehenderat, undiq; circumſpectantes gladium, & ad quemlibet perſtrepentis auræ ſonitum, incurſus hoſtium, imminentem interitum formidantes. *Imperatoris fuga.*

Quarto die inedia, vigiliis ac longi itineris labore uſq; ad extremã laſſitudinẽ confecti, Eſchenauuege pervenerunt. Ubi cibo ſomnoq; paululũ recreati, poſtero die Id. Aug. cũ jam miles frequentior ad regem confluere cœpiſſet, Herveldiã contenderunt. Quatuor deinceps dieb. ibidẽ commoratus eſt, operiens exercitum, quẽ in expeditione contra Polenos de toto regno ſuo evocaverat. Jam enim dies inſtabat, quem coadunando militi conſtituerat, Adalbero Wircebergenſis epiſcopus, & Herimãnus Babenbergenſis epiſcopus, & alii pleriq; principes, qui ad militiam proficiſcentes vicina in loca jam devenerant, audito quod acciderat, properè ad regem adhuc Herveldiæ conſtitutum concurrerunt. Rudolphus dux Suevorum cum epiſcopis Rheni, Sueviæ, atq; Bajoariç circa Magontiam caſtris poſitis nuntiũ regis præſtolabatur, per quem certius edoceretur, quo nam in loco ei occurrere deberet. Audierat enim eum ab hac expeditione ad alia regni negotia animum revocaſſe, ſed quæ nam mutandæ ſententiæ neceſſitas repente incidiſſet certo non comperierat. Pleriq; tamen ſuſpicabantur eũ conjurationis hujus conſcium participemq; extitiſſe, ideoq; tam lento gradu ad militiã proceſſiſſe, ne aut regi in tanto diſcrimine contra propoſitum ſuum pudore victus auxilium præberet, aut ſi negaret defectionem ſuam conſilium mque immature prodere cogeretur.

Rex itaq; miſſis nunciis mandavit, ut tam ipſe quàm cæteri qui cũ eo erant principes citato, quãtum poſſent itinere, ſibi occurrerent in villa, quæ dicitur Capellia, haud procul ab Herveldia. Quò cum venuſſent, pedibus eorum provolutus orabat, per reſpectum Dei, ſub cujus teſtificatione ſibi fidem dixiſſent, ut ſuper inſolitis eventis ſuis miſererentur patrem & indignarentur, communia ipſorum bona ſpoliatq; opes ſibi eſſe paucorũ malignitate, qui immemores juriſiurandi, immemores beneficiorum, quibus eos ex penurnero & privatim & publicè ſibi obligaſſet, cum regno etiam vitam ſibi eripuiſſent, niſi fugæ præſidio periculum declinaſſet: Violatæ regiæ majeſtatis injuriam non ad ſe ſolum pertinere: publicam eſſe contumeliam omnium eorum, qui ſe regem creaſſent, & quorũ auxilio ab improbis hominib. tutus eſſe debuiſſet. Proinde omnes pro virili portione ſatagerent, ne regia dignitas, quam à majoribus ſuis honeſtiſſimam atque præclariſſimam acceperant, ſua ignavia fuſcaretur: neque tam peſſimum exemplum ſuorum temporum ad poſteros ſuos inultum tranſmitterent. Hæc memorando, tam deformitate caſuum ſuorum, quam miſerabilis querimoniç proſecutione omnibus qui aderant lacrymas excuſſit. *Imperator Principum fidem implorat.*

Erant

Consultatio de bello Saxonia inferendo.

Erant qui censerent, quomodo in expeditionem contra Polenos armati instructique venissent, ut protinus in Saxoniam exercitus duceretur,& recentis contumeliæ vulnus recentis vindictæ antidoto curaretur. Alii decernebant,non esse rem præcipitanter aggrediendam,gentem Saxonum esse robustissimam,& bellorum usu propter ingenitam feritatem exercitatissimam , quæ insuper frequentibus injuriis efferata,ruptis jam omnibus juris & legum retinaculis, aut mori aut vincere sit obstinata. Propterea dandas sibi esse, quibus domum redeant,copias instruant, impensas augeant, ut multiplicatis sumptibus ad protrahendum in quaslibet moras bellum durare valeant. Horum sententia ab omnibus comprobata, decrevit rex, ut septimo die post festum sancti Michaelis miles in expeditionem adunaretur in villa Herveldensis monasterij quæ dicitur Bredingen.

Imperator auxiliares copias sollicitat.

Ita assumptis secum qui advenerant principibus, abiit Triburiam,& cætera circa Rhenum loca invisere. Missis etiam circumquaque nuntiis obnixè,non solum principibus sed & popularibus,ne à se deficerent supplicabat,multa largiendo,plura pollicendo,nonnullis etiam sua restituendo,quæ superioribus annis, dum prosperis successibus immoderatius indulgeret , per calumniam abstulerat.

Saxones comperto quod clusis custodibus suis rex in alias regni partes evasisset , vehementer sunt contristati,arbitrantes id quod res exigebat,nihil sibi deinceps otii aut remissi habendum, nec pestem hanc & hactenus intra domesticos parietes cohibendam sed revelata facie, bellum publicũ cum hoste publico gerendum. Ideoque sibi expedire,ut quantascumq; possent gentes & regna adversus regem concitarent. Protinus Legatos miserunt ad Turingos, auxilium petere & rogare, ut ipsi pro sua quoq; libertate,& frequentibus contumeliis,quibus lacessiti fuerant , arma sumere non pigritarentur.

Coniuratio Thuringorum cum Saxonum.

Turingi celeberrimo conventu habito in loco,qui dicitur Triteburc , ubi legationem Saxonum audierunt,promptissimè assensi sunt, nec ulla unquam legatio lætioribus acclamationibus excepta est. Nec mora,jusjurandum dant nusquam se defuturos negotio, communem sibi esse cum eis rebellandi necessitatem : & ideo commune periculum,communem etiam,si Deus annueret,victoriam futuram : seq; usq; ad extremum spiritum pro communi utilitate dimicaturos. Denuntiant preterea abbati Fuldensi & abbati Herveldensi,& cæteris principibus,qui in Turingia prædiorum aliquid haberent,ut ad ferendum genti suæ auxilium die statuto conjuraturi venirent. Ni id facerent, se bona eorum protinus omnia direpturos.

Legati Imper. ad Thuringos.

Legati etiam regis supervenerunt,ingentia eis beneficia pollicentes, si fœdus Saxonum bellique societatem respuerent. Sed cum gravi contumelia sunt repulsi,in tantum ut nec manibus in eos furor populi temperasset,nisi paucorum sapientium moderatio propter jus gentium quo legatis est deferendum intercessisset.

Archiepiscopus Magontinus Erpesfurd eo tempore morabatur. Hunc adorti in communem sententiam concedere urgebant. Nec prius regionibus illis excedere passi sunt, donec datis obsidibus fidem suam firmaret,nihil se adversum eos armis,aut consilio moliturum. Quamquam nonnulli existimarent,tam eum quam archiepiscopum Colonienſem & alios plerosque Rheni Principes jam à principio conjurationis hujus conscios participesq; extitisse. Id tamen dum incertus adhuc rerum eventus pendebat,summa ope dissimulabant.

Castella in Saxonia extrema extructa.

Igitur quoniam in exteras gentes regem persequi consilium non erat, omnem operam suam ad expugnanda castella ejus verterunt. Hæc autem sunt castella,quæ ipse postquam pater ejus decessérat extruxit; quæ tamen ad præsens memoriæ occurrant, Harteſpurg, Wigantenstein, Moseburg Sassenstein, Spatenberg,Heimenburg, Asenberg. Vokenroht Friderici Palatini comitis fuerat,idq; ei rex quadam legum violentia eripuerat,præsidiumque suum imposuerat. Luineburc quoque oppidum maximum Otthonis ducis Saxonici,situm in confinio Saxonum & Luticiorum occupaverat, militesque lectissimos cum Eberhardo filio Eberhardi comitis de Ellenburc imposuerat : non aliam ob rationem , nisi quòd omnia,quæ prædicti ducis fuerant, in potestatem regiam jure deditionis per Magnum filium ejus venisse argumentabatur. Alia præter hæc quàm plurima extruere aggressus fuerat,sed eum ab incœpto repente oborta bellorum tempestas revocavit.

Luneburgi deditio.

Hermannus frater ducis Saxonici jam pridem antequam rex Saxonia effugaretur Luineburc obsederat : militesque regis quoniam temere ingressi alimenta non habebant, paucis diebus ad deditionem coegit. Nec tamen dimittere victos aut punire volebat,sed intra oppidum diligenti custodia ne effugerent observatos secundum Prophetam, Pane arto & aqua brevi sustentabat. Mittensque ad regem , mandavit : ut si suos qui obsidebatur vivos incolumesque recipere vellet , Magnum fratris sui filium deditione absolveret,sibique remitteret : ni id faceret , se de his tanquam de hostibus qui fines alienos contra leges invasissent, juxta leges gentis suæ,capitale supplicium sumpturum.

Diu rex quid ageret ambigebat: Inhumanum, scilicet,fore sciebat,si suis extrema necessitate circumventis non consuleret. Sed reputabat econtra , quantum rationibus suis deperiret , si eum de cuius interitu sibi totius Saxoniæ dominatum pollicitus fuerat dimitteret, suique compotem faceret:

Digitized by Goog

ret: præſertim cum propter recentes injurias, quibus eum jam triennio in cuſtodia habitum afflixerat, graviùs cæteris omnibus rempublicam vexaturus timeretur. Non paucis diebus hæc deliberatio eum incertum ſuſpenſumque tenebat. Et profecto viciſſet avaritia, privatiſq; utilitatibus ſalutem militum poſthabuiſſet, niſi principes regni crebris legationibus fatigati ab his, qui obſidebãtur, unanimi conſilio eum adoriretur, & non tam ſupplicando quàm comminando & terrendo ab ſententia deducerent.

Itaque in aſſumptione ſanctæ Mariæ, cum adhuc Herveldiæ eſſet, miſit, qui Magnum cuſtodiæ exemptum ſuis reſtituerent, & eos, qui in prædicto caſtellò jamiam puniendi ſervabantur, obſidione & periculo liberarent.

Turingi quoque conglobata ex vicinis locis multitudine, Heimenburc caſtellum obſiderunt, pauciſq; diebus vi & armis oppugnatum ceperunt atque ſuccenderunt. Eos qui intus erant caſtello everſo dimiſerunt impunitos: ut, ſcilicet, ſe probarent non hoſtili odio adverſus regem arma ſumpſiſſe, ſed tantum ut injurias, quibus regio eorũ per calumniam opprimebatur, propulſarent. Protinus alii caſtello, quod Aſenberc dicebatur, exercitum admoverunt, & quia propter difficultatem locorum militari manu capi poſſe deſperabatur, caſtris circumquaq; poſitis ſatagebant ne cui ingrediendi vel egrediendi copia fieret: ut quos humana vis non poterat, alimentorum inopia expugnaret. Haud dubiè ſcientes, quod cibaria quantumvis copioſe congeſta, multitudini quæ intus erat, in longum tempus ſufficere non poſſent. *Heimenburg caſtellum exuſtum.*

Interea rex videns conjurationẽ magis magiſq; indies convaleſcere, copiasque hoſtium augeri, conterritus etiam damno caſtellorum ſuorum, quorum alia jam capta, alia ſummo molimine oppugnari audiebat, rogavit Magontinũ & Colonienſem archiepiſcopos, ut Saxones convenirent, & turbatis rebus aliquod remedium invenire conarentur. Qui dicto obtemperantes, mandaverunt Principibus Saxoniæ, ut ſibi in monaſterio Corbejenſi 9 kal. Septemb. occurrerent, de communi commodo tractaturis. Epiſcopus Colonienſis caſu neſcio an per induſtriam remoratus, die ſtatuto non venit: nuntios tamen miſit qui pro ſe cauſam dicerent. Promittens omnibus, quæ ipſi de ſuis reiq; publicæ utilitatibus rationabiliter ſtatuiſſent, ſe promptiſſime aſſenſurum, & pro cõmuni ſalute, quantum poſſet, operam daturum. Magontinus archiepiſcopus reſidens cũ Saxonibus, qui occurrerant ſedulò nitebatur pacare eos, Regiq; reconciliare. Sed illi econtra, præter vulgatas ubiq; injurias ſuas, quibus ab eo vehementer attriti fuerant graves cauſas afferebant, quibus probarent eũ ſine magna Chriſtianæ religionis jactura, non poſſe ulterius regnare. Ea, ſcilicet, in familiariſſimos amicos, ea in uxorem, ea in ſororem propriam abbatiſſam de Quidelenburc, ea in alias perſonas naturæ neceſſitate ſibi conjunctiſſimas facinora patraſſe, quæ ſi ſecundum eccleſiaſticas leges judicarentur, & conjugium & militiæ cingulum, & omnem prorſus ſeculi uſum, quanto magis regnum abdicare cenſeretur.

Longis itaq; contentionibus ad hunc finem poſtremo res deducta eſt, ut decernerent, 12. ex ſua gente, 12. ex parte regis, ol ſides dari: quorũ in fide interpoſita, ipſi tutò ad colloquium venire poſſent cum cæteris principibus regni. Vt cauſæ quas adverſus regem afferrent, eorum judicio diſcuterentur & terminarentur, ipſo rege ſi ita expedire videretur præſente, & crimina quæ objicerentur ſi poſſet refellente. Dandis accipiendiſq; obſidibus dies ſtatutus eſt Idus Septemb. infra Turingiam in loco, qui dicitur Hoenburg. Habendo autem cum principibus colloquio dies ſtatutus eſt, 13. kal. Novemb. in confinio Turingiæ & Haſſiæ, in villa quæ dicitur Gerſtengen. In hanc conditionem diſceſſum eſt.

Saxones tamen de apparatu belli & oppugnandis regis caſtellis nihil propterea remittebant. Cũque regi quæ geſta fuerant nunciata fuiſſent, viſum eſt his, qui partes ejus adjuvabant, multum abhorrere a majeſtate regia, ut ipſe Saxonibus pro ſe obſides daret, nimiumq; gravari nomen regium fœdiſſimæ conditionis injuria. Quapropter Magontinus & Coloniẽſis Epiſcopi ſtatuta die Hoenburg profecti, obtinuerunt, ut omiſſis ex utraq; parte obſidibus, ipſi tantum pro pace firmanda fidẽ ſuam interponerent, & hoc pignore venturis ad colloquium principibus, omnem periculi metum adimerent.

Interea rex legatos miſit ad Luticios, gentem Saxonibus infeſtiſſimam, eiſq; infinitam pecuniam promiſit, ut Saxonibus bellum inferrent: Aſſerens eos nunc inteſtinis ſimultatibus occupatos, facili externorum bellorum impulſu poſſe uſq; ad internecionem deleri. Quod ubi Saxonibus compertum eſt, ipſi quoq; nuntios ad eos miſerunt, & multo copioſiorem eis pecuniam promiſerunt, ut ab infeſtatione ſua, tam iniquo tempore quieſcerent: Quod ſi non facerent, ne inani opinione fallerentur, ſe utriq; hoſti, ſi ea neceſſitas incũbat, & multitudine & virtute militũ poſſe ſufficere. *Imperator Ludovicus contra Saxones ſollicitat.*

Barbarorum alii regis, alii Saxonum fœdus pecuniamque ſuſcipiendam clamitabant. Vnde orta per imperitę multitudinis intemperantiam ſeditione, tanta ſe cæde laniaverunt, ut multa milia hominum in ea congreſſione interfecta referantur: atque ita deinceps multis diebus in ſeipſos & in ſua viſcera hoſtili gladio debacchantes, extremis bellis neceſſariò ſupersedere cogebantur. *Luticii intra ſe intemulantur.*

Rex quoque Danorum memor firmatæ jampridem cum rege pactionis, cum exercitu navali applicuit ad Saxoniam. & tractis per longa terrarum spatia navibus in fluvium, qui administrando negotio opportunus videbatur, igne & ferro regionem infestare parabat. Sed miles ejus vehementer detractabat militiam: objiciens, quod sibi, quoties externorum hostium incursionibus quaterentur, Saxones pro muto fuerint, nec ullis unquam cum facultas supperteret lacessierint injurus. Postremo si calamitatem quæ ad præsens urgeret quandoq; propulsarent, graves pœnas injustæ hujus infestationis à populo Danorum exacturos. Cum hæc privatim & publicæ jactitarent, rex veritus, ne in eo discrimine à milite desertus, ludibrio fieret hostibus, naves retrahi jussit, & nulla regioni clade illata, Saxonia excessit. Ita tantus ille bellici apparatus fervor, impunè deflagravit.

Conventus in Gerstungen.

Principes Saxoniæ 13. kal. Novemb. juxta condictum venerunt in Gerstengun, cum 14. milibus armatis, cætera multitudine ad custodiam regionis atque in obsidione castellorum derelicta. Aderant etiam ex parte regis Magontinus archiepiscopus, Colonienſis archiepiscopus, Mettensis Episcopus, Babenbergensis episcopus, Gozelo Lutheringorum dux, Rudolfus Suevorum dux, Bertholdus Carentinorum dux, missi à rege, ut causam quam adversum se afferrent discuterent.

Ipse eò venire noluit, sed in civitate Wirceburg exitum rei præstolabatur: præcavens, scilicet, ne tumultuantis populi furor, sua magis præsentia efferatus aliquid forsitan in se, quod secus esset, admitteret.

Igitur principes Saxoniæ, principum qui à rege venerant pedibus provoluti, rogabant per Deum, ut ad ventilandam causam suam, intenti cognitores & justi judices adessent: Nec perpenderent quantum, quaque in Republica inusitatum opus aggressi essent, sed quæ calamitas eos ad hæc extrema coegisset. Accepta deinde dicendi copia suas singuli injurias exposuerunt. Quæ in ipsos singulos, quæ etiam in gentem suam rex nefanda facinora commisisset. Quibus præterea inauditis criminibus ipsam regii nominis majestatem polluisset.

Obstupuerunt principes qui à rege venerant, & præ immanitate scelerum secundum Prophetæ tinniebant aures omnium, nec eos quod pro libertate sua, pro conjugibus, pro liberis, arma sumpsissent, sed quod intolerabiles contumelias muliebri patientia tamdiu supportassent, culpandos censebant.

Cumque toto triduo consilia contulissent, & quid facto opus esset communi sollicitudine perquirerent, hæc postremò cunctis sententiam convenit. Ut reprobato rege, alium qui gubernando regno idoneus esset eligerent. Id tamen haud temere publicari placuit, donec rege per occasionem pacis in remotiores partes regni abducto, cum cæteris regni principib. consilium hoc communicarent. Propter hoc vulgari jubent in plebem, in hanc sententiam utriusq; partis principes consensisse, ut Saxones regi prò admissa in eum atq; in Remp. temeritate, satisfactionem congruam proponerent. Rex aût eis & facti impunitatem & injuriam, quibus ad defectionem eos coegisse insimulabatur, de cætero securitatem sub jurejurando promitteret. His rebus conficiendis tempus statutum est in Natalem Domini, rege eam festivitatem Coloniæ celebraturo. Et profecto Rudolphum ducem ibidem absq; dilatione regem constituissent, nisi ille pertinaciter resistendo juraret, nunquam se in hoc, consensurum, nisi à cunctis principibus, conventu habito, sine nota perjurii, integra existimatione sua, id facere posse decerneretur.

Saxones in sua cum pace redierunt. Cæteri principes Wirceburg profecti sunt, regi qui gesta fuerant nuntiaturi. Qui protinus nihil hæsitans, pedibus, ut dici solet, in sententiam abiit: & dummodo pax conveniret, quascumq; conditiones imposuissent, se promptissimè laturum spopondit. Celebrata ibidem omnium sanctorum festivitate, Ratisponam ire instituit: Animadvertens, quod principes Rheni aliquantula Saxonici furoris labe jam infecti, minus minusq; indies ad exhibenda sibi obsequia devoti ac benevoli essent.

Gumque inter eundum aliquot diebus Nurenberg moraretur, quidam qui lateri ejus jam diu familiarissime obversatus fuerat, Regenger nomine, incertum aliorum instinctu, an privato in eum odio susciratus, repente prorupit in medium, & ducibus Rudolfo ac Bertholdo grave adversus eum crimen detulit. Ego, inquit, & alii plerique quos pessimæ machinationis suæ rex idoneos fore administros speraverat, nuper multis precibus magnisq; pollicitationibus ab eo sollicitati sumus, ut vobis ac cæteris regni principibus Wirceburg convenientib. & secretioris colloquii gratia paululum à multitudine remotis, armati in vos irrueremus, & trucidatis seditionis authoribus, ipsum periculo, Remp. perturbatione liberaremus. Et cæteri quidem satis impigre susceperunt negotium. Solus ego tam justitiæ respectu, quam futuri judicii metu detrectabam opus nefarium, & quàtum obluctari obstinatę sententiæ audebam, dehortari eum conabar à proposito. Quapropter tanta in me incanduit indignatione, ut à contubernio suo, quo me hactenus cæteris familiarius perfruitum optime nostis protinus me amoveret: & jugulandum apparitoribus suis objecisset: nisi periculum imminens, penetralibus properè excedendo, declinassem. His dictis, in argumentum fidei, locum expressit, conscios nominavit, & si rex inficiaretur, paratum se ait, cum ipso, si id leges paterentur, vel cum quovis homine conserta manu, rem divino judicio committere.

Regingeri Imperatori crimen nefandum impingit.

Vehe-

Vehementer hæc verba permoverunt prædictos duces, cum esset is qui deferebat homo haud obscuri nominis in palatio, & apud suos inviolatæ existimationis. Præterea ea res potissimum dictis fidē conciliabat quod rex & alius quibusdam principibus suis simili modo necem paravisse, & plerosque ex familiaribus suis etiam occidisse jam pridem infamatus fuerat. Itaq; Legatos ad eū mittunt, mandantque se jam nulla religione teneri sacramenti, quo ei fidem subjectionemque firmassent, quum ipse prior fidem prodidisset, & de salute sua tractantibus, insidias machinatus fuisset. Proinde nisi objecta diluisset, nullam deinceps à se vel in tranquillis rebus fidem, vel in perturbatis auxilium sperare debere.

Ægrè nimis id passus rex, statim ad populum retulit de importunitate Rudolfi ducis: qui ut invadendi regni occasionem inveniret, cum verum sibi crimen impingere non posset, falsis suspicionibus & arte compositis rumoribus impeteret, & obruere conaretur innocentiam suam. Sed procul, ait, facessant verborum pugnæ, cessent callida argumentorum phantasmata: Ego non verbis, sed manu mea refellam mendacium, & neglecta interim Regiū nominis majestate, cum ipso duce R. congressus detegam cuniculos fictæ hujus criminationis, qua malitiam suam palliare conatur: Vt si regnum amisero, non mea culpa, sed per illius supplantationem perjuriūq; intelligar amisisse.

Tunc Vdalricus de Cosheim, unus ex his, qui consilii participes, & sceleris administri destinati fuisse accusabantur, lenibus verbis dolorem Regis mitigare studebat. Rogabatq; eum ne aliquid quod infra regiam magnificentiam esset, vi doloris impulsus proferetur, se melius multoque rectius cum Regingero, vel cum quolibet homine collata manu & suam & ipsius innocentiam assertutum. Statimque ad ducem R. abiit, seque paratum dixit, quocunq; modo ipse æquum judicasset, mendacium Regingeri refellere. Ille satisfactionem nec suscepit, nec aperta fronte abnuit: sed ait, se super hac re deliberatione cæterorum principum sententia expectaturum.

Rex, sicut instituerat, Ratisponam contendit, omnibus invisus, omnibus suspectus, nec ipse jam cuique hominum satis fidei habens, cum hi quoque quos intima familiaritate sibi devinxerant, ad primam ingruentis tempestatis nubeculam à se defecissent. *Imperator omnibus invisus.*

Interea Saxones crebris legationibus urgebant principes Rheni, ut vel sibi constituendi regis potestatem facerent, vel ipsi, quomodo & dignitate & multitudine superiores essent, quemcumque vellent, Saxonibus suffragium ferentibus, eligerent & constituerent. Nec sinerent rempublicam, unius hominis ignavia ad extremam usq; vastitatem deperire. His accensus archiepiscopus Magontinus, cui potissimum propter primatum Magontinæ sedis eligendi & consecrandi regis authoritas deferebatur, principes de toto regno Magontiam evocavit, ut communi consilio Rudolphum ducem regem constitueret.

Quod ubi regi compertum est, assumptis secū, quoscunq; donis vel promissis ad studium suarum partium allicere potuit, concitus de Bajuaria remeavit: ratus ante omnia impediendæ tantæ rei curam agendam. Cūq; prope Wormaciā in locum, qui dicitur Lovendeburg venisset, gravissima ægritudine correptus, multis diebus lecto decubabat: spemq; maximā hostib. suis fecerat, tantos irarum motus sine sanguinis effusione posse confici. Sed ab infirmitate vix dū plenè recreatus Wormatiam festinavit. Vbi cum magna pompa à civibus in urbem susceptus est. Qui & paulò ante ut sua erga eum studia clariora facerent, milites episcopi ingressum eius prohibere tentantes urbe expulerant, & ipsum episcopū nisi maturè fuga lapsus civitate excessisset, cōprehendissent & vinctum misissent. Venienti ergo ei armati instructique obviam procedunt, non ad vim faciēdam, sed ut conspecta eorum multitudine, armorū apparatu, expeditorum juvenum frequētia, animadverteret in arduis rebus suis quantum spei in eis ponere debuisset. Operam suam benignè spondent, jusiurandum dant, sumptus ad bellum administrandum ex sua re familiari singuli pro virili portione offerunt, & quoad vivant, pro honore ejus devotè se militaturos confirmant. Ita rex civitate munitissima potitus, hanc deinceps belli sedem, hanc regni arcem, hanc utcumq; res cecidissent, tutissimum asylum habere cœpit, eò quod esset & civibus frequens, & murorum firmitate inexpugnabilis, & ubertate circumjacentiū regionū opulentissima, & omnib. quæ in bello usui esse solent copiis instructissima. *Imperator agritudine.* *Wormatienses Imper. recipiunt.* *Episcopus Wormatia ejicitur.*

Porro hi, qui ab archiepiscopo Magontino ad colloquium Magontiam evocati fuerant, audito quòd rex concitus adventaret, plures metu perculsi eò venire dissimulaverunt. Pauci qui venerunt, cū de tantis rebus, sine aliorum principum discussione sententiam ferre non auderent, irriti frustratiq; discesserunt. Ad quos rex Legatos mittens, multis precib. ab eis vix & ægrè extorsit, ut sibi, familiaris colloquii gratia, in Oppenheim occurrerent. Quò dum, datis utrimq; obsidib. propter periculi suspicionem, venissent, pedib. eorum provolutus, suppliciter orabat, ut memores justi judicis Dei memores sacramenti, quo se Deo mediante obligassent, fidem sibi servarent in adversis: Si quid antè hac excessisset, juvenilibus annis & ætati in vitium pronæ veniam darent: deinceps & malo correctum & annorum sensusq; maturitate roboratum, quæ parvuli sint evacuaturum, & quæ virtutis, quæ honoris, quæ regiæ dignitatis, quæ postremo virum deceant cogitaturum & amplexurum. *Imperator principibus fit supplex.*

Ad hæc illi respondererunt, Frustra eum à se fidem expetere, quam ipse nec Deo unquam nec homini præstitisset; de quo ambigerent in pace an in bello, amicis an inimicis infestior suspectiorque

esset. Quique ante paucos dies positis sibi in Wirceburg & de salute ejus tractantibus clanculò exenifices mortemque præparasset. Sin aliquid haberet obtendere, aut per quorundam factionem falsis criminibus se impetitum putaret, sineret Vdalricum de Cosheim, sicut professus fuisset, manu conferre cum Reginhero, ut si vicisset, eos deinceps fidos sibi obnoxiosque sine omni in perpetuum contradictione haberet.

Libenter rex suscepit conditionem, statuitque ut certo die, post octavam Epiphaniæ, congressi prope Magontiam in insula Rheni, quæ dicitur Marouua, utriusque partis allegationem justo judicio Dei decernendam permitterent.

Ea tempestate hi, qui in Hartesburg erant multa & præclara militaris audaciæ facinora fecerunt. Nam sæpenumero erumpentes, prædas in vicinis regionibus & strages hominum non modicas agebant, & priusquam Saxones ad vim arcendam frequentes confluere possent, se in castellum receperant. Maximè autem Goslarienses, propter viciniam exitiales erant. Plurimos enim eorum peremerunt, & bona eorum, quæ extra villam reperta fuissent, crebra incursione populabãtur, & mercatores exterarum gentium, ne consuetas merces eò conferrent, metu vitæ amittendæ inhibebant. Cúque tempore quodam ad modicum inter eos pax convenisset, quidam ex castello Goslariam, privatæ rei aliquid ibi acturi, venerunt. Vbi cibo potuque distenti, dum nimia potione incaluissent, sicut ebrietas mater esse solet jurgiorum, cœperunt adversum eos cum quibus accumbebant, ineptos inconditosq; sermones jactitare, & Saxonibus ignaviam exprobrare: Quod non militari sed ovina mente adversus regem arma sumpsissent. Indignati qui aderant Saxones, seditione concitata eos trucidaverunt, foraq; projecerunt. Quod ubi his, qui in Hartesburg erant, compertum est, dedita opera se in ultionem sociorum suorum accinxerunt. Et quia villam viris fortibus, vallis & seris undique munitam, incursare haud satis tutum putabatur, dolo eos circumvenire parabant.

Bodonis præfecti æstus.

Erat quidam Goslariæ præfectus Bodo nomine, regi tempore pacis acceptissimus, nunc quoque turbata republica fidem inviolatam ei servans, occultè tamen metu Saxonum, ne deprehensus, fictione vulgi, omnia sua amitteret. Is edoctus ab his qui in castello erant, pastores qui Goslarienses pecora servabant, pretio corrupit, ut gregem paulò longius à villa in pastum ejicerent. Missi de castello equites ea protinus abegerunt: Cæteri in montibus & sylvis armati se abdiderunt. Perlato Goslariam rumore abactorum pecorum, unanimiter ad arma conclamant, summis omnes viribus in certamen ruunt: nec quisquam alterum operiebatur, sed citato quisque quantum poterat equo prior hostem insequi, prædamq; excutere contendebat. Illi paululum fuga simulata, cedebant insequentibus, donec eos ultra locum insidiarum incautos protraherent. Tunc sublato undiq; clamore, tam hi, qui in castello remanserant, quam hi, qui in vicinis montibus se occultaverant, impetum in eos fecerunt: & tamdiu palantes fugientesq; prosternebant, donec non ratio, sed susi sanguinis horror ac satietas occidioni finem facerent.

Propter hæc & alia hujusmodi placuit Saxonibus, proximum castello collem occupare, militesque imponere, qui contra excursiones hostium sine intermissione intenti sollicitique excubarent. Nec sic tamen audaciæ eorum modum imposuerunt, sed ubicumq; opportunitas se præbuit, multa & in eos, à quibus asservabantur, & in alios provinciales hostilia fecerunt.

Obsessi in arce Asseburg.

Interea instante jam natali die Domini, milites regis, qui Asenberg obsidebantur, assiduò Legatos ad regem mittebant: rogantes per Deum, ut ad ereptionem eorum aliquod consilium exquireret, quomodo deficientibus alimentis extrema jam inedia tabescerent, & nisi maturè periclitantibus consuleretur, aut moriendum sibi esse, aut in hostium potestatem concedendum. Rex Magontinũ & Coloniensem archiepiscopos ad colloquium evocans, obnixè rogavit, ut Saxones convenirent, agerentq; cum eis, ut ab oppugnatione castellorum, datis saltem ad modicum tempus induciis, recederent. Illi quanquam laborem hunc in irritum cessurum haud dubiè scirent, tamen quia molestus eis erat facturos se quod rogabantur promiserunt: statimq; missis Legatis, mandaverunt principibus Saxoniæ. Vt sibi proxima hebdomada post Epiphaniç Corbeiæ ad colloquium occurrerent.

Exactiones decimarum silent.

Hoc anno, post exortum bellum Saxonicum, nulla deinceps exactio facta est decimarum in Turingia. Gaudentibus Turingis quod occasionem invenissent, ut traditas sibi à patribus leges, manu militari tuerentur, & dolẽte rege, quod dũ decimis immoderatius inhiaret, penè regnum cum vita amisisset. Hoc etiam anno, famosissimus ille Egen, qui duci Bajoariæ Otthoni, capitale illud crimen intenderat, comprehensus in quodam latrocinio, a popularibus cæcatus est, & ad tantam egestatem redactus, ut deinceps ostiatim circumeundo, stipem publicam peteret,

Egen oculis privatur.

Giso quoq; comes & Adalbertus cum 4. filiis suis, quibus incentoribus idem perditus tragicam hanc fabulam confinxerat, ab hostibus suis, ob privatas quasdam inimicitias, occisi sunt in castello ipsius Gisonis Hollenden, Deo vindicante innocentiam ducis Otthonis.

Imperatoris aula tenuis & deserta.

Anno 1074. Rex natalem Domini Wormaciæ celebravit. Longè aliter ibi victitans, quam regium magnificentiam deceret. Nam neq; ex fiscis regalibus quicquam servitii ei exhibebatur, neque episcopi aut abbates vel alii publicæ dignitates, consueta ei obsequia præbebant, sed in sumptus cotidianos necessaria ei, vili pretio coemebantur.

Erant

Erant tamen cum eo nonnulli ex principibus, ſed hi neque cum eo ſervitiorum apparatu, neque cum ea militũ aut apparitorũ frequentia, qua ſoliti fuerant, ſed cum paucis & penè privato habitu ad ſalutandum eum venerant: Ne, ſcilicet, manifeſtæ defectionis notarentur, ſi evocati ad Curtem, venire detrectarent. Quos tamen ille nullo modo à ſe abſcedere permittebat: reputans quòd ſi minus auxilii ſibi, hoſtibus tamen multum terroris allaturi eſſent, dum tam illuſtres in regno perſonas adverſus ſe congregatas audirent.

Conventus in Corbeia.

Magontinus & Colonienſis Archiepiſcopi, die ſtatuta Corbeiam juxta condictum venientes, ſicut in mandatis à rege habebant, rogabant Saxones, qui ibidem occurrerant, ut ab oppugnatione caſtellorum exercitum abducerent. At illi nulla ratione hoc ſe facturos reſponderunt. Præterea vehementer eos objurgarunt, quod dum deliberando & modò colloquia, modò inducias expetendo tempus tererent, & regi audaciam auxiſſent, & ſibi maximas commoditates vindicandæ libertatis corrupiſſent. Proinde recederent, nec ſibi ultra verbis pacificis in dolo illuderent: Se in eum locũ progreſſos eſſe, ubi jam non muliebribus colloquiis, ſed militaribus armis res expedienda ſit. Vix tandem ſedata multitudine ab his, qui ſapientiores erant, unanimi conſenſu ſtatuerunt, ut proxima hebdomada poſt purificationem ſanctæ Mariæ Frieſlar convenirent: Ibique communicato cum cæteris regni principibus conſilio, periclitanti Reipublicæ Rectorem, qui omnibus placuiſſet, conſtituerent. Regi quoque mandaverunt, ut ſi ita ſibi expedire judicaret, die ſtatuta præſto adeſſet, & jus ſuum non per epiſtolas, aut internuntios, ſed præſens ipſe vivâ voce expoſtularet.

Aſſeberg expugnatur.

Poſtquam in hanc ſententiam digreſſi ſunt, Turingi tertia dehinc die eos qui in Aſenberg erant, inedia expugnatos in deditionem acceperunt, impunitosque dimiſerunt: caſtellum ſuccenderunt, ſtatimq; alii caſtello, quod Spatenberg dicebatur, exercitum admoverunt.

Spatenberg. Volcurot.

Caſtellum Vokenrot, paucis ante diebus cœptum fuerat obſideri. Et quia regina in eo, toto tẽpore belli hujus ſervabatur, juſſu regis, profectus eò abbas Herveldenſis, conſentientibus Turingis eam inde accepit, atq; Herveldiam adduxit prægnantem, & jam de partus vicinitate indies anxiantem. Cumque ibi diebus multis moraretur, neſciente, ſcilicet, rege propter perturbationem Reipublicæ, quò eam mittere poſſet ſervandam, 2. Idus Febr. feria 4. peperit filium. Is quũ modo infirmari & jamiam expiraturus putabatur: tertio die baptizatus eſt ab Ezzone Altenburgenſi epiſcopo qui tunc forte apud Abbatem hoſpitabatur, & nomine atavi ſui Cunradus eſt vocatus. Et quom modò alii non aderant, qui dignè eo munere fungerentur, Abbas & alii plerique fratres Herveldenſis cœnobii eum de ſacro fonte ſuſceperunt.

Regina puerpera.

Cunradus filius Imp.

Reginger qui ad ſuggillandum regem, contra Vdalricum de Cosheim propoſuerat, ante paucos dies ineundæ congreſſionis, ditiſſimo dæmone arreptus, horrenda morte interiit.

Reginger à Dæmone abreptus.

Interea rex cũ videret, quòd paulatim à ſe principes deficerent, & hoſtium ferocitas ſua magis patientia increſceret, pudore compulſus pariter & neceſſitate, ſtatuit extremam fortunæ aleam tẽtare, & cum Saxonibus, ubi primum copia fieret, collatis ſignis dimicare: Magis eligẽs, vitam honeſtè, quam regnum per dedecus amittere. Multum enim animos militũ ab eo evocaverat, quod ſuis qui cotidie oppugnabantur, expugnabantur, expellebantur, non ſubveniebat, & aliis pro ſalute ejus anxiè deſudantibus, ipſe intra muros Wormaciæ inerti otio torpeſcebat: ut hoc crimen elueret, vel morte paciſci cupiebat. Igitur miſit ad omnes Principes regni, eoſque per Deum obſecrabat, ut ſibi auxilio venirent: multa ſua erga eos in præteritum benemerita cõmemorans, plura in futurum pollicens. Et multi quidẽ epiſcoporum protinus ad eum cõvenerunt, ſed hi conſiliis præbendis paratiores, quàm ſtipendiis faciendis. Nã militib. ſuis domi relictis, ipſi cum paucis & penè privati aderant: Ea, ſcilicet, mente, ut & de inobedientia apud eum excuſarentur, & cauſam ejus, quam vehementiſſime omnes improbabant, non multum adjuvarent. Sed Archiepiſcopus Magontinus, Archiepiſcopus Colonienſis, epiſcopus Argentorati, epiſcopus Wormacienſis, quem civitate ſua ſupra expulerat: præterea duces omnes Bajoariæ, Sueviæ, Lutheringæ, Moſellæ regionis, Carentinorum, milites & Fuldenſis & Herveldenſis abbatum conſtanter ei contradixerunt, nolle ſe ad oppreſſionem innocentum arma ferre: Qui ſi etiam aliquid, quod gladio vindice plecti debeat admiſiſſent, ad hoc eos gravis & facile excuſabilis neceſſitas impuliſſet.

Imperator cum Saxonibus conflagrandum præſumit.

Principes imperatoris auxilia denegantes.

Rex Wormacia egreſſus, 6 kal. Febr. Herveldiam cum exercitu venit. Eo die viſum eſt in cœlo ſignum mirabile. Oriente ſole, duæ ſimul columnæ aurei coloris, ſplendidiſſimi fulgoris dextra levaque oriebantur, quæ uſquequo ſol aliquantis lucis in altum excreſceret, eodem jubare rutilantes permanebant.

Prodigium.

Præcedenti quoq; nocte, cœleſtem arcũ circa Gallorum cantũ ſereniſſimo cœlo pleriq; viderunt.

Arcus cœleſtis.

Frigus erat validiſſimum, & hyberna ſiccitate arebant omnia, in tantum, ut flumina non ſuperficietenus glacie conſtricta, ſed tota præter ſolitum in glaciem converſa viderentur. Vnde panis inopia vehementer laborabat exercitus. Eo quod propter rigorem fluminum ubiq; ceſſante molarum uſu, ipſum quod forte inveniſſent frumentum, comminuere non poterant.

Frigus.

Annona.

Rex pridie quam Herveldiam veniret, miſit Abbatem Herveldenſem ad Saxones, qui in ulteriore ripa Witæ fluminis ad 40. milia congregati reſidere ferebantur, inveſtigare ab eis, an nunti ſui

tutò ad eos ire ac redire possent. Ipse transgressus Herveldiam, in proximis villulis reditum Abbatis præstolabatur, duobus ferme milibus à prædicto fluvio. Nec ulterius castra movere voluit, donec miles frequentior conveniret, & ipse diligentius perquireret, an aliqua spes recuperandæ pacis reliqua esset. Siquidem audierat Saxonibus placuisse, ut ei ingressum Turingiæ non concederent: sed statim in ipsa ripa fluminis prædicti, quod Hassiam Turingiamq; dirimebat, instructa acie excipe-
Saxonum exercitus. rent venientem. Fluvium glacies pedestri itinere commeabilem fecerat. Ea res majorem ei metum incutiebat, ne forte dum adhuc imparatus, imparque tantæ multitudini esset, hostes super eum, nulla itineris difficultate præpediti, repentè irruerent. Ideoque consiliariis suis graviter succensere dicebatur, quòd eum Wormacia egredi, & in tantum discrimen ultro se præcipitare permisissent. Saxones enim in tantum abundare multitudine ferebantur, ut undecim millia plebis, quomodo subito clamore in expeditionem evocata, cibos secum non sumpsissent, in domos suas tanquam minus sibi necessaria remitterent.

Inter has moras exercitus regis prædæ quam pugnæ avidior, per contiguas Herveldiæ villas longè lateque discurrebat, easque hostiliter depopulabatur, & sub prætextu necessarii victus, quo in militiam aleretur, præter miseram vitam nihil reliquum faciebat innocentibus. Neq; rex prohibebat injuriam, ut militem hoc pretio redemptum, devotiorem sibi faceret. Qua clade ita attritæ atq; exhaustæ sunt possessiones Fuldensis monasterii atq; Herveldensis, ut ingravescente alimentorum inopia, magna cum difficultate fratres retinerentur in monasteriis.

Abbas Herveldensis reversus à Saxonibus retulit, eos præter omnium opinionem mitia atq; pacifica respondere: Quod, scilicet, non ita expertes rationis, ita sint immemores vulgati etiam apud barbaras nationes Jurisgentium, ut nesciant ab injuria legatorum ēt inter atrocissimas inimicitias temperandum; se extrema necessitate compulsos, in aciem processisse, nec ad persequendum quēquam, sed ad se protegendos, injuriasque propulsandas arma sumpsisse; Si ea necessitas adimatur, etiam nunc pacem quam bellum malle, & districtos jam gladios libenter in vaginam remittere.

Grata admodum erat his, qui cum rege erant, responsio. Tunc missi sunt quatuor ex episcopis, agere cum eis de pace, & promittere ex nomine regis: Quod omnibus quæ rationabiliter postulassent, & quæ electi ex utraq; parte judices æqua censuissent, promptissimè annueret: dum ipsi quoq; vicissim justis conditionibus acquiescerent, & mansuetudinem ejus, quam mantum militarem experiri mallent.

Adhæc illi responderunt, Nihil aliud se postulare, quam quod multis jam sæpe legationibus postulassent: Scilicet, ut castella, quæ ad oppressionem eorum per Saxoniam & Turingiam extruxerit, sine dilatione dirui jubeat; Vt sua singulis patrimonia, per vim seu per calumniam erepta, restituat. Vt duci Otthoni, ad quem extinguendum falsa criminatione, & pessimo nefarii hominis artificio impudenter abusus sit, ducatum Bajoariæ reddat. Vt episcopo Magontino, episcopo Colonienſi, duci Rudolpho, postremo omnibus qui in hac dissensione ab eo defecissent, aut aliquid quod eum læderet aliarum partium studio admissent, impunitatem tribuat, nullasque in perpetuum offensæ hujus pœnas exigat. Vt libertatem genti suæ & legitima à primis temporibus statuta, rata atque inviolata manere sinat. Vt totam in sola Saxonia ætatem, inerti otio deditus, non transigat, sed interdum Goslaria decedens regnum suum, quod majorum ejus industria latissimum sit, circūeat. Ecclesiis & monasteriis, viduis & orphanis & cæteris, qui calumniam patiantur justa faciat. Et regiam dignitatem, quam nomine præferat, regalium morum & operum claritate exornet. Si hæc se facturum fidelissimè polliceatur, & ad firmamentum indubitatæ fidei, fidejussores sibi det eosdem, quos nunc habeat recuperandæ pacis intercessores principes regni, paratos se arma deponere, pacem suscipere, & deinceps dicto obtemperantes vivere. Sin autem, sacramento se obstrictos esse, ut quādiu sibi vitalis caloris ultima scintilla supervivat, pro libertate, pro legibus, pro patria sua indefessi dimicent. Dura nimis regi visa est exactio, cœpitq; huc & illuc anxius tergiversari, fidemq; principum suorū appellare, ne se sub jugum tam fœdæ conditionis ad sui omnium ignominiam mitti paterentur: Illud præ cæteris intolerabile judicans, quod castella sua destruere & hostibus suis præmia pro suppliciis reddere cogebatur. Cumq; sprera pace quæ offerebatur, sequenti die exercitum recenseri, aciemq; ad pugnam instrui placuisset, misit circumquaq; ad habitacula principum, jubens ut suos singuli ad aciem instruendam producerent. Omnes promptissime se dicto parere spoponderunt: sed redeuntibus nuntiis nullus castris est egressus, detrectantibus cunctis opus nefarium, ut eis quorum causam justissimam æstimarent certamen inferrent.

Ex alia quoque parte castra Saxonum non minima seditione quatiebantur. Plebs universa tumul-
Tumultus in castris Saxonum. tuabatur contra principes, quod se frustra in tantas bellorum procellas impulsissent. Cum enim nūc victoriam omnia spondeant, & opportunitas ad votum arrideat, ad quam ab exordio belli anhelantibus semper animis suspiravissent, ipsi repentina pœnitudine correcti, manus supplices tendant, pacem petant, & ei à quo toties eluſi sint, iterum se eludendos muliebri socordia & puerili levitate tradant. Duci quoq; Ottoni vehementer insistebant, ut accepto super se regno, ducatū sibi præbere ineundi certaminis, & prospera omnia promittenti Deo, manus suas operamq; non negaret.

Tunc

Tunc circumſtantes regem hi, quorum conſilio familiarius uti conſueverat, cum ſubterfugiendæ conditionis ſtudio divina atque humana omnia ſollicitantem viderent. Nullum inquiunt, ô rex, habemus diverticulum, aut æquanimiter ſuſcipienda eſt conditio quam impoſuerint, aut regnum cum magno etiam vitæ periculo amittendum. Acie vis confligere, periculumque armis propulſare, ſed qua virtute putas is miles hoſtem congreſſus proterit, qui modo ad recenſendum exercitum nomen dare juſſus, ne caſtris quidem exire voluit: parvulo intervallo abeſt hoſtium infinitus exercitus, ſed cunctis hoſtibus plus tibi formidandi ſunt hi, qui lateri tuo familiariter obverſantur. Qui interim tibi ſimulata fide blanda loquuntur, quamdiu eos, quibus ſe ſacramento obligaverit, prælio laceſſere non coguntur. Quod ſi claſſica inſonuerint, & preſſius poſito pede aut ferire aut ferire angustia loci coartabuntur, nimirum aut dicto citius diffugient, aut te deſerto ad partes hoſtiũ tranſibunt. Vnde ſatius fuerat Wormacia non excedere, quam in extremum diſcrimen progreſſum fidei principum tam iniquo tempore experimentum quærere. Vnum tamen patet inciſæ ſpei & undique impeditis rebus effugium, ſi facturum te quæ poſtularis incunctanter promittas. Ita & juveniliter exultantium hoſtium ferocitatem eludere, & periculum quod faucibus urget evadere, & regnum deinceps ſopitis in perpetuum cunctis ſimultatibus, poteris obtinere. *Procerès Imperatorem ad tranſactionem hortantur.*

Tum ille non tam ratione victus quam neceſſitate, cum omnia prius incaſſum pertentaſſet diverticula, tandem accitis ad concilium principibus permiſit, ut pro ſuo arbitratu tantos motus cõponerent: promittens ſe indubitata fide omnibus annuere, quæ ipſi conficiendis tantis rebus competere judicaſſent.

At illi reſponderunt, non aliam prorſus patere viam ſubterfugiendi, quod ſtricto jam mucrone communis intentaretur prælii, quam ut faceret, quæ Saxones poſtulaſſent. Quod cum ſub teſtificatione nominis Chriſti ſpopondiſſet, profecti ſunt ad eos XV. Epiſcopi, & quicquid principum in caſtris erat, referre illis regis voluntatem. Multi ibi dictæ ſententiæ, multa ſunt conquiſita argumẽta, cum propter ſuſpectam regis ferocitatem & ſæpenumero ſpectatam fidem, nulla Saxonibus viderentur ſatis tuta conſilia.

In longum protracta deliberatione, ad ultimum hoc pacto recuperandæ paci conſenſerunt. Vt ſi quando rex acceptæ læſionis memor, ſententiam revocare, aut aliquid eorum, quæ modò ſuprema neceſſitate compulſus ſtatuiſſet, in irritum ducere conaretur, omnes eodem quo nunc ſacramento obſtricti arma repeterent, injuriæ obviam irent, & tanquam evidentis perjurii reum, cunctis regni principibus ſuffragium ferentibus, de regno proturbarent. In hæc verba omnes, ut erant conglobato agmine ad videndam faciem regis proceſſerunt, ipſo die purificationis ſanctæ Mariæ: præeuntibus his, qui reparandę pacis mediatores fuerat epiſcopis & aliis principibus. Quos ille venientes honorifice ſuſcepit, oſculum præbuit, & pacis conditiones, quas per internuntios ſignificaverat, vivæ vocis authoritate roboravit. Ita compoſitis omnibus ex ſententia his qui partes ſuas impenſius curaverant, dona juxta magnificentiam regiam largitus eſt, dimiſiſq; ſingulis in locum ſuum, ipſe junctus Saxonibus Goslariam perrexit. Deſtinatis etiam circumquaq; nuntiis, mandavit ut ab oppugnatione caſtellorũ exercitus abduceretur, & hi qui in caſtellis erant, nihil deinceps hoſtile in provinciales facerent: ſed ubi primum cibaria quæ in diutinam belli adminiſtrationem affatim congeſta fuerant conſumpſiſſent, ipſa caſtella provincialibus traderent funditus diruenda. Nec Saxones magnopere curabant has inducias, quamvis non minimum haberent ſuſpectas, cum in poteſtatem ſuam redactum, ſcirent communi ſententiæ non poſſe refragari. *Saxonicum bellum ſopitum.*

Igitur cum veniſſet Goslariam, juvenes qui in Hartesburg fuerant, quique propter res bene geſtas in magna apud eum admiratione habebantur, vehementer improbabant conventionem pacis: & quia ſecundum prophetam, dolus directus fuerat in manibus eorum, multa & ſupra menſuram ſuam magnifica ei promittebant de viribus ſuis, ſi in procinctu perſtitiſſet. Oſtentabant etiam, ad experimentum virtutis ſuæ, titulos interfectorum Goslarienſium diſpoſitos, per omne illud ſpatium, quod à Goslaria uſq; in Hartesburg duobus ferme miliaribus interjacet.

Hæc audiendo malis aſſuetus animis, & per ætatem gloriæ militaris avidus, paulatim reformabatur ad ingenium ſuum atq; at rigorem priſtinum: factiq; jam non mediocriter pœnitebat. Cumque à Saxonibus promiſſa ſua repoſcerentur, cœpit rurſum callidis reſponſionibus tergiverſari, & petere, ut ad conventum principum regni communemq; audientiam res integra differretur, quatenus eorum judicio de ſingulis quod honori, quod utilitati reipublicæ conduceret ſtatueretur. Illis annuentibus præcepit, ut ſexto, Id. Martii Principes de toto regno Goslariam convenirent. *Imperator ad ſuos genium redit.*

Statuto die cæterorum principum nullus eò venit. Saxones & Turingi cum infinita multitudine de tota Saxonia & Turingia ſacramento evocati aderant, & haud procul à Goslaria caſtra metati, Legatos ad regem miſerunt, agere cũ eo de conditionibus quibus inter ſe & eũ pax convenſſet. Triduo integro & hi modo ſupplicando, modo terrorem bellicum intentando acriter inſtabant: & ille ſedulitatem inſtantium lubricis reſponſionibus eludere conabatur, & modo de abſentia principum cauſabatur, ad quorum judicium ea res potiſſimum ſpectaret, modo obnixe flagitabat, *Conventus Goslariæ.*

ut cæteris omnibus juxta condictum manentibus, sola castella, quæ summis impensis ad munimentum regni extruxisset, sibi condonarentur. His (scilicet) salvis, facilem ducebat cæterarum rerum jacturam: eò quòd speraret se in his utcumque res cecidissent, semper refugium habiturum & perpetuas à Saxonibus omnibus, quam nunc intulissent contumeliæ pœnas exacturum. Iamque spretis legatorum supplicationibus, reprobatis familiarium suorum consiliis, fixus obstinatusque persistebat in proposito: Cum subitò nuntiatur, quòd Saxones omissis internuntiis, per quos ante hac res agebatur, armati instructiq; ad palatium renderent, nec jam promissa reposcere, sed ei valefacto, regem quem deinceps belli ducem habeant constituere vellent.

Saxones arma resumunt.

Præterea archiepiscopus Premensis, episcopus Citicensis, episcopus Osenbruggensis, & cæteri, qui propter impensius studium partium ejus Saxonia effugati, possessionibus nudati, pluribus ignominiis deformati fuerant, unanimiter circumsteterunt eum, per Deum obsecrantes: ut si minus propriæ, saltem eorum calamitatis misereretur, qui propriis sedibus odio nominis ejus expulsi, anno jam fermè integro per omnes miserias vitam traxissent, fidem se ei in adversis inviolatam servasse, & quæcumque præter voluntatem accidissent, communicato labore toleravisse. Nunc quoniam Deus tantas rerum procellas benigna vice in sedem reduxisset, gauderet sorte sua, & ne deinceps tale naufragium incideret, tuta nunc statione locatus provideret. Quod si res tranquillas & propitia divinitate jam ad honorem eius ex sententia compositas, rursus interturbare atque implicare vellet, quos exitus habiturus esset ipse prospiceret, se superioribus malis jam usque ad extremam lassitudinem defatigatos, necessariò deinceps loco & tempori concessuros, & genti suæ ne denuo patria expellantur, obnoxios futuros.

Imperatoris postulata.

Inter hæc verba cum Saxones jam armata multitudine atrium palatii replesse, & ad vim faciendam paratos, inconditis motibus perstrepere cerneret, tandem ancipiti periculo permotus consensit, ut duci Otthoni ducatum Bajoariæ reposcenti, intra anni spatium, juxta principum jurisdictionem, satisfaceret. Castella vero sua omnia sine dilatione destrueret; sed ea conditione, ut Saxones & Thuringi sua quoque castella, quæ tempore regni ejus extructa fuissent pari modo diruerit, cætera etiam omnia quæ in Gerstengun pollicitus fuerat, fide integra exolverentur. Nec perficiendis quæ promiserat improbitas Saxonum ullas indulsit inducias. Vnde continuo missis circumquaque nuntiis Vokenrot & Sparenberg, & cætera castella de quibus quæstio promulgata fuerat, succendi ac penitus dirui fecit. In Hartesburg muri tantum sunt diruti, quantum ad firmandam munitionem difficultatemque loci adimendam sufficeret. Cæteris ædificiis status manet incolumis; eo quod ecclesia illic constructa & canonicorum congregationi instituendæ locus attitulatus fuisset.

Castella diruta.

Ita pacatis Saxonibus rex Goslaria decedens Wormaciam abiit, Ibique totam quadragesimam ab omni deinceps belli apparatu feriatus exegit.

Porrò vulgus Saxoniæ id potissimum quod contiguas castello Hartesburg villulas incolebat, vehementer offenderat, quòd in Hartesburg ullæ servatæ, essent reliquiæ, nec quicquam tantis laboribus actum putabant stante atque incolumi castello, quod omnium cladium quas acceperant, caput principiumque extitisset, & quod circumjacentis regionis opulentissimas quondam villas nunc in horrorem vastamque solitudinem redigisset: Non detulisse regem cultui divino, sed sub prætextu religionis crudelitatis suæ patrocinium quæsisse: ut, scilicet, instaurato post modicum bello, quum hæc ira Saxonibus deferbuisset, locum habeat, ubi milites suos rursus ad eversionem Saxoniæ tuto recipiat; & tunc tanto victis incumbat infestior, quanto nunc discedat Saxonum lætis successibus efferatior. Hæc vicissim intemperatis clamoribus ferendo, in magnam se ferocitatē inflammarunt. Igitur tertio die postquam rex abscesserat, insciis inconsultisque principibus, facto grege, in Hartesburg irruunt, quod residuum erat murorum à fundamento dejiciunt, lapides longè lateque dispergunt, cæteris ædificiis quæ indulgentia principum integra servaverat, idem faciunt, ecclesiam quæ accelerandi operis studio interim lignis elegantissimè constructa fuerat, incendunt, thesauros diruunt, altaria confringunt. Postremo, ne qua regi instaurandi castelli occasio reliqua esset, filium ejus & fratrem, quos ille, ad gratificandum popularibus locum, ibi tumulaverat effodiunt: aguntque omnia quantum possunt, ne administrando bello deinceps mons complanatus, ullam præstare possit opportunitatem. Reliquias sanctorum, quæ effractis altaribus erutæ fuerant, & effossa defunctorum corpora, abbas ex vicino cœnobio opportunè superveniens, furenti vulgo eripuit, atque in suum monasterium, cum honore transvexit.

Hartesburg funditus everitur.

Sacrilegia.

Perlatus ad principes Saxoniæ rumor admissi facinoris, grandi eos formidine perculit, ne rex tanta injuria exacerbatus causaretur ab ipsis fœdus esse violatum, & justam exinde occasionem instaurandi belli nactus, cunctas adversus eos regni vires concitaret. Id consulto prævenire cupientes, graviter in eos, qui tale flagitium admiserant, animadvertunt. Deinde legatos ad regem mittūt, obsecrantes per Deū, ut se habeat excusatos, nec conscios se tāti sceleris, nec auctores extitisse, patratumq; nō secus quā ipsum graviter & iniquo animo ferre, quod si minus fidei habeat, negantibus paratos se quovis genere satisfactionis dictis fidem facere, & violatæ pacis à se suspicionē amovere.

Legati Saxonum

Ille

Ille vehementer efferatus quod dolorem priſtinum, qui necdum in cicatricem cutem obduxiſſet, recentibus injuriis exulcerasſent. Quandoquidem, inquit, nec Forenſes leges contra violentiam Saxonum quicquam proficiunt, nec injurias meas deſertus à milite armis perſequi valeo, ad leges eccleſiaſticas jam neceſſitate coactus confugiam: & ubi humana ceſſant auxilia, divinam operam implorabo. Protinus legatos Romam miſit, ſedem Apoſtolicam contra eos interpellare, qui eccleſiam incendiſſent, altaria confregiſſent, ſepulchra violaſſent, & odio viventis in ſepultos cineres, barbara crudelitate debacchati fuiſſent.

Paſcha Babenberg celebravit. Erantq; cum eo archiepiſcopus Magontinus, dux Carentinorum Bertoldus, & alii quamplures ex his, qui bello Saxonico ab eo defecerant. Cum enim crimen rebellionis Saxonibus donaſſet, aliis regni principibus, qui conjurationis ſocii fuerant, quod juſtè ſuccenſeret non habebat.

Ipſo tempore Coloniæ res accidit, digna omnium bonorum miſeratione & lachrymis, incertum levitate vulgi an factione eorum, qui vicem regis in archiepiſcopum ulciſci cupiebant. Id magis venit in ſuſpicionem, quòd cum celebre apud omnes eſſet nomen Wormacienſium, pro eò quòd regi fidem in adverſis ſervaſſent, & epiſcopum rebellare tentantem civitate expuliſſent, Colonienſes peſſimum exemplum æmulati, ſuam quoque devotionem inſigni aliquo facinore regi gratificare vellent. Ad patrandum quod nefariè machinabantur, caſus idoneam attulit occaſionem. Archiepiſcopus Paſcha Coloniæ celebravit, eratque cum eo epiſcopus Mimigardevurdenſis, ad communicanda tantæ ſolennitatis gaudia, familiaris amicitiæ obtentu evocatus. Cumq; exactis ex parte feriis paſchalibus abſcedere pararet, hi qui archiepiſcopi domeſtica negocia curabant, jubentur ad evectionem ejus navem idoneam providere. Luſtratis perſpectiſque omnibus, unam mercatoris cujuſdam prædivitis navim, quia in eos uſus competens videbatur, occupant, eamque in miniſterium archiepiſcopi, ejectis mercibus quas habebat, ocyus expediri jubent. Negantibus famulis qui navim ſervandam ſuſceperant, vim niſi maturè juſſa capeſſant minitantur. Illi quantum poterant citato curſu ad dominum navis rem deferunt, & quid facto opus ſit conſulunt. *Seditio Coloniæ.*

Habebat ille filium adulta ætate, non minus audacia quàm viribus excellentem, & tum propter generis affinitatem, tum ob merita ſua primoribus civitatis maximè charũ & acceptum. Is aſſumptis famulis ſuis & juvenibus ex civitate, quantos in ea trepidatione in auxilium ſuum conſciſcere potuit, concitus ad navem evolat, & miniſtros archiepiſcopi acriter, ut navis exoccuparetur inſiſtentes, cum injuria proturbat. Dehinc advocatum urbis in idem opus ſuccedentem, tumultusque inſtaurantem ſimili conſtantia repellit, fundit & fugat. Iamq; & his & illi ſui ſingulis amici armati ſubſidio accurrunt, & ad magnum diſcrimen pugnamq; ancipitem res ſpectare videbatur. Perlato nuntio ad Archiepiſcopum quòd atrociſſima ſeditione confunderetur civitas, miſit feſtinanter ad ſedandos motus populi, iratumque plenus minabatur, ſe proxima feſtione ſeditioſos juvenes merita pœna coërciturum. Erat quippe vir omni genere virtutum florentiſſimus, & in cauſis tam Reipublicæ quàm eccleſiæ Dei ſpectatæ ſæpius probitatis. Sed unum in tantis virtutibus vitiũ, tamquã tenuis in pulcherrimo corpore nævus apparebat, quod dum ira incanduiſſet, linguæ non ſatis moderari poterat, ſed in omnes, ſine perſonarum acceptione, rixas, & convicia amariſſima rotabat. Hoc in ſe, quum iram paululum digeſſiſſet, vehementer & ipſe reprehendebat. Vix ad modicum dirempta eſt concertatio. Sed ferox animis & elatus primo ſucceſſu juvenis non ceſſabat interturbare omnia, percurrenſque civitatem varios ſermones per populum ferebat de inſolentia & auſteritate Archiepiſcopi, qui toties injuſta præciperet, toties innocentibus ſua adimeret, toties honeſtiſſimos cives procaciſſimis verbis inceſſeret. Nec difficile fuit id hominum genus in omne quod velles, tamquam folium quod vento rapitur, transformare. Quippe qui ab ineunte ætate inter urbanas delicias educati, nullam in bellicis rebus experientiam habebant, quiq; poſt vẽditas merces inter vina & epulas de re militari diſputare ſolẽti, omnia quæ animo occurriſſent, tam facilia factu quàm dictu putabant, exitus rerum metiri neſciebant. Præterea in mentem veniebat VVormaciẽſium inſignè præclarumq; facinus, quòd Epiſcopum ſuum inſolentius agere incipientem urbe expuliſſent, & cum ipſi multitudine, opibus, armiſq; inſtructiores ſint, dedignantur, quòd inferiores æſtimentur audacia, & archiepiſcopum tyrannico ſibi faſtu imperitantem tamdiu muliebriter patiantur. Conferunt primores inepta conſilia, ſævit vulgus intemperans novarum rerum ſtudio, & per totam civitatem ſpiritu diabolico raptatum ad arma conclamat. Nec jam Archiepiſcopum urbe expellere, ſicut Wormacienſes, ſed per omnes cruciatus trucidare ſi copia detur conſpirat. *Epiſcopi lingua procax.*

Natalis erat beati Georgii martyris, qui eo anno IV. feria hebdomadæ paſchalis obvenerat, & archiepiſcopus celebrata miſſarũ ſolennitate apud beatum Georgium, cum ſermonem faceret ad populum, præſagio quodam futurorum, neſcius ipſe mali quod imminebat, conteſtatus fuerat audientibus, quod civitas diabolo in poteſtatem tradita eſſet & propediem peritura, niſi jamiam impendentem iram Dei, per pœnitentiam inflectere maturarent. Igitur poſt meridiem, inclinata jam die in veſperum, cum igni oleum iracundiæ acceſſiſſet ebrietas, ex omnibus partibus urbis

ruunt

Colonienſes vim inferunt Archiepiſcopo.

ruunt ad Curtim archiepiſcopi, & eum celebri quodam loco, cum epiſcopo Mimigardevurdenſi cœnantem adorti, tela conturquent, ſaxa jaciunt, nonnullos ex aſſiſtentibus interficiunt, cæteros plagis & vulneribus confectos in fugam vertunt. Inter hæc conſpicantur quamplurimi, ipſum talium furiarum incentorem dæmonem præcurrere inſanienti populo galeatum, loricatũ, igneo mucrone terribiliter fulgurantem, nec ulli quàm ſibi ſimiliorem. Cumq; militari quodam claſſico cunctantes, ut ſe in pugnam ſequerentur, concitaret, in ipſo impetu quo portarum ſeras effracturus vociferando irruebat, repentè ex oculis ſequentium diſparuit. Archiepiſcopũ ſui, inter eunctos hoſtium nubemq; jaculorum vix & ægrè expeditum, in templum ſancti Petri arripiunt, foreſque non modo ſeris & vectibus, ſed admotis etiam magnis molibus obfirmant. Sæviunt foris, & inſtar inundantis aquæ rugiunt vaſa diaboli, plena vino furoris, Dei & per omnia epiſcopi penetralia diſcurrentes, fores infringunt, theſauros diripiunt, vaſa vinaria concidunt: & dum vina in diutinos uſus ſumma ope congeſta præcipitantius effundunt, repletum ſubito cellarium ipſos, quod dictu quoque ridiculum ſit inopinis fluctibus periclitatos penè ſuffocaverat. Alii capellam archiepiſcopi irrumpentes, altare ſpoliant, ſacra vaſa pollutis manibus contrectant, veſtimenta pontificalia diripiunt, dumque omnem ſupellectilem ſacri miniſterii curioſa, imò furioſa diligentia evertunt, reperientes illic quendam præ timore ſe in angulo occultantem, & putantes quod archiepiſcopus eſſet, interficiunt, non ſine gratulabunda exprobratione, quòd petulantiſſimæ linguæ tandem aliquando modum impoſuerint. Sed cognito quòd decepti ſimilitudine eſſent, & archiepiſcopus intra templum ſancti Petri, & loci religione & murorum firmitate ſe tutaretur, undique conglobati ipſum templum obſident, muros perfringere dedita opera moliuntur. Poſtremò, niſi ocyus ſibi tradatur archiepiſcopus, ignem quoq; ſe adhibituros minitantur.

Sacrilegia.

Tum hi qui intus erant videntes obſtinatos eſſe ad necem ejus animos populi, nec ebrietate ſola quæ tempore digeri ſolet, ſed pertinacibus etiam odiis & phrenetico quodam furore homines agitari, ſuadent ei, ut mutato habitu effugere conetur de eccleſia, & fallere obſidentes: hoc facto & ſacras ædes incendii, & ſe mortis periculo liberaturus. Opportunum fugæ patrocinium tempus pollicebatur. Seditione in mediam noctem protracta, horrebant omnia tenebris & caligine, ut haud facile cuiquam eſſet vultus occurſantium diſcernere. Anguſtus aditus patebat de templo in dormitorium: item de dormitorio in atrium domumque canonici cujuſdam adhærentem muro civitatis. Iſque ante paucos dies ortæ ſeditionis impetraverat ab Archiepiſcopo, Deo ad ſalutem Archiepiſcopi hoc ipſum miſericorditer providente, ut rupto muro civitatis parvulum ſibi poſticum facere fineretur, ibi eductus Archiepiſcopus appliatis propere in evectionem ejus & comitum ejus quatuor equis, abiit, opacæ noctis tenebris, ne ab obviantibus agnoſceretur, commodiſſimè uſus, repertoque poſt modicum Epiſcopo Mimigardevurdenſi, ſociis jam pulchre pro ea tum calamitate conſpiratis in locum, cui Nuſſen nomen eſt, pervenit.

Archiepiſcopi fuga.

Interim hi qui circa templum erant, crebris arietum ictibus muros quatiebant, eratq; confuſa vox tumultuantium, & fidem Dei omnipotentis teſtantium, quòd non evaſurus eſſet manus ſuas, non decepturus obſidentium diligentiam, etiam ſi in minima terræ reptibilia ſe transfiguraret.

Econtra hi qui obſidebantur nunc ſupplicando, nunc pollicendo, quod diligentiſſimè quæſitũ, ſi inveniretur ipſis tradituri eſſent, callidè ludebant operam perurgentium, uſquequo archiepiſcopum longius evectum, atque in tuta jam loca progreſſum eſſe arbitrarentur. Tum demum recluſis foribus ipſos ingredi, & pro libito ſuo quærere ſinunt, adjiciuntque fruſtra eum quæri intra ſepta templi, quem certo comperiſſent, primo incurſu concitatæ multitudinis clara adhuc die urbe egreſſum, jam in longinquas partes tranſire potuiſſe. Idque magis ſuſpicandum, quòd contractis undique per moram nocturni temporis copiis, primo mane ad occupandam armis civitatem ſit adventurus. Igitur ingreſſi cum omnia templi penetralia diligentius inveſtigando evertiſſent, vix tidem admiſſa fide quòd falli potuiſſent, deinceps ab inquiſitionis ſtudio ad tuendam urbem animos vertunt, armataq; multitudinem circumquaq; per propugnacula diſpertiunt.

Furor, civium Colonienſium.

Inter hæc arreptum quendam de turba ſuper portam urbis, ad ignominiam Archiepiſcopi, ſuſpendunt. Magis in hoc furori ſuo, quo præcipites raptabantur ſatisfacientes, quàm quòd crimen ullum, ſuſpendio dignum, miſero obtendere poſſent. Mulierem etiam quandam de ſummitate murorum præcipitant, fractiſq; cervicibus interficiunt: hoc ei crimini dantes, quòd homines plerumq; magicis artibus dementare infamata fuiſſet. Sed hoc ſcelus commodiori tempore & pacatiore animo vindicare debuerant. Induxerant etiam in animum, niſi Deus conſulens ſervis ſuis breviaſſet dies amentiæ eorum, ut monachos de ſancto Pantaleone omnes trucidarent, pro eo quòd expulſis ab archiepiſcopo priorib. monachis, novũ illic inuſitatumq; religionis genus inſtituiſſet.

Præterea juvenes impigros, citato quantum poſſent gradu, ad regem ire jubent, nuntiare ei quæ geſta fuerant & ſuggerere, ut quantotius veniat, vacantẽ expulſo archiepiſcopo civitatem occupare, in eo verti ſalutem civitatis, & ipſius utilitatem maximam, ut grandia molientem de vindicanda injuria ſua archiepiſcopum anticipare conetur. Talibus furiis toto triduo agitabantur.

Poſt-

Postquam auditum est per provinciam, & celebri rumore vulgatum, quòd Colonienses archiepiscopum probris & contumelijs affectum urbe fugassent, exhorruit omnis populus novitatem rei, atrocitatem sceleris, spectaculum humanarũ rerum, quòd vir tantarum in Christo virtutum tam indigna perpeti deo aspiciente potuisset. Magna eius in pauperes liberalitas, multa in divinis rebus devotio, in humanis moderatio, vehemens in corrigendis legibus studium, libera in corripiendis, qui male agerent severitas omnium ore celebrabantur, earumque rerum commemoratio non minimum ei gratiæ apud populares conciliabat. Exclamant omnes ad suam magnis injuriam pertinere violatam pontificalis nominis majestatem, & mori sibi satius esse, quàm ut tantum flagitium suorum temporum inultum patiantur. Igitur per quatuor vel quinque miliaria circumquaque ad arma conclamant, multa hominum milia dicto citius concurrunt, nullo qui per ętatem arma ferre posset, tam religiosam militiam detractante, conglobatique in unum, rogant archiepiscopum & cunctantẽ vi impellunt, ut ad recuperandam civitatem quam ocius festinet, se pro eo dimicaturos, & si ea necessitas incumbat, oves pro pastore, filios pro patre libenter mortem excepturos. Quod nisi Colonienses maturent venientem suscipere, & pro ipsius arbitratu satisfacere offenso: se aut ingesto igne populum cum civitate consumpturos aut diruto muro, eum supet congeriem occisorum in cathedram pontificalem reducturos. Ita archiepiscopus quarto die postquã exierat, magno vallatus agmine ad urbẽ accessit. Quod ubi Colonienſibus compertum est & se tãtæ tamq; efferatæ multitudinis impetũ nec muro nec acie sustinere posse animadvertunt, tũ primũ furor deflagrare, ebrietas vanescere cœpit, magnoque terrore concussi obviam Legatos de pace miserunt, se reos confitentes, & omnẽ, quam vita incolumi juberentur, pœnam pendere paratos.

Archiepiscopus dignè pœnitentibus se veniam non negaturum respondit. Tum celebrata missarum solemnitate apud sanctum Georgium, eos qui pontificem sede propria expulissent, qui ecclesiam homicidio polluissent, qui templum sancti Petri hostiliter impetissent, qui cætera religionis jura ausu barbaro temerassent, episcopali Banno ad satisfactionem vocavit. Protinus omnes nudis pedibus, laneis ad carnem induti processerunt, vix & ægrè impetrata pace multitudinis, quæ circa episcopum erat, ut hoc tuto facere sinerentur. Nam & vehementer ei succensebant, quòd dum immoderatius clementiam ostentando popularis fieri vellet, nefarios homines ad audenda nequiora hujus sceleris impunitate animaret. *Pœnitentia sollemnis reorum.*

Archiepiscopus eos postero die ad suscipiendam secundum canonum scita pœnitentiam tam immanis flagitii, ad sanctum Petrum præsto esse jubet. Ipse progressus ad sanctum Gereonem, ibi extra urbem pernoctare statuit: Veritusque quòd tradita civitate, vis concitatæ multitudinis inhiberi non posset, sed partim injuria partim prædæ cupidine accensi, acerbius sævirent in populum, obnixè rogat provinciales qui secum erant, ut singuli in sua cum pace recederent: satis se operæ eorum usum, & eviden, tulisse documentum, quid animi oves erga pastorem, filii erga patrem gererent: asperrimam partem negotii multa eorum virtute exactam esse, cætera quæ restent facile jam privata ac domestica manu posse confici. Proinde quod bonum, fœlix, faustumque esset, abirent in domos suas: hanc reportantes spem, quod hujus beneficii gratia apud eum, seu vivum, seu defunctũ perpetuo mansura foret. Hoc vix impetrato milites suos, quantos ad comprimendos urbanos motus, si qui forte levitate vulgi instaurarentur, sufficere putabat, præcedere in civitatẽ jubet, secuturus ipse proxima luce, quum eorum qui præcessissent diligentia ne quid forte insidiarum lateret in civitate præcavisset.

Ea nocte sexcenti aut eo amplius mercatores opulentissimi ex urbe profugi ad regem se contulerunt, intercessionem ejus opem adversus archiepiscopi sævitiam imploraturi. Cæteri ingresso archiepiscopo civitatem, & toto triduo juxta condictum expectanti, minime se præsentaverunt, ad proponendum aliquod satisfactionis genus. Vnde indignitatem rei non ferentes Episcopi milites, inscio, ut plurimi asserunt, atque inconsulto Archiepiscopo arma rapiunt, domos incursant, possessiones diripiunt, occurrantes partim sternunt, partim raptos in vincula conjiciunt, & prorsus ut veritati vel coacti assentiamur, multò ferocius quàm tanti pontificis existimationi cõpeteret justæ ultionis negotium exequuntur. Sed gravior morbus acriori indigebat antidoto. *Vltio in seditiosi civer.*

Filius supra memorati mercatoris, qui primus seditione inflammaverat populum, & pauci alii luminibus sunt orbati, nonnulli virgis cæsi ac detõsi, omnes gravissimo rei familiaris damno mulctati, atq; jusjurandum dare compulsi, quod deinceps archiepiscopo civitatem, contra omnium hominum violentiam, quantũ consilio & armis possent vindicaturi essent, & eos qui ex urbe profugerant, quo ad dignè Archiepiscopo satisfeciſſent, semper pro infestissimis hostibus habituri. Ita civitas paulo ante civibus frequentissima, & post Magontiam caput & princeps Gallicarum urbiũ, subito penè redacta est in solitudinem, & cujus plateæ vix capiebant stipata viantium examina, nunc tarum offendit hominem, silentio & horrore, omnia desiderii quondam ac delitiarum loca possidentibus.

Nec futurum hoc dubia significaverant præsagia. Peregrinus quidam ad celebrandam Palmarũ festivitatem illuc ipso anno advenerat. Is vidit per somnum, corvũ quendã horrẽdæ magnitudinis *Præsagia seditionis.*

per to-

per totam volitare Coloniam,& terribiliter crocitando,populum tali ſpectaculo attonitum, huc & illuc agitare,ſupervenire poſt hæc virum, tam veſte quàm forma præcellentem, qui & corvum horrifico ſonitu perſtrepentem urbe expelleret, & populum mente conſternatum, jamq; extrema omnia formidantem cauſſa formidine abſolveret. Cumq; à circumſtantibus interpretationẽ ſomnii horrore concuſſus quæreret,audivit:quòd civitas propter peccata populi, diabolo in poteſtatem tradita fuiſſet, ſed interventu Georgii martyris liberata inſtantis jam atq; à Deo prædeſtinati interitus neceſſitatem evaſiſſet.

Legati Apoſtolicæ

Rex celebrata in Babenberg paſchali ſolennitate,in Nurenberg perrexit obviam legatis Apoſtolicæ ſedis. Erant autem hi,Mater ejus imperatrix,epiſcopus Hoſtienſis,Epiſcopus Præneſtinus,epiſcopus Curienſis,epiſcopus Cumenſis,miſſi à Romano põtifice componere,ſi poſſent,multo jam tempore vacillantem ſtatum Galliarum. Nec tamen cum rege ſermonem communicare ſapius rogati conſenſerunt,donec ſecundum eccleſiaſticas leges pœnitentiam profeſſus per judiciũ eorum anathemate abſolveretur. Pro eo quòd propter venditas eccleſiaſticas dignitates ſimoniacæ hæreſeos inſimulatus fuiſſet apud ſedem apoſtolicam. Itaq; petierunt verbis Romani pontificis,ut ſynodum tenere intra Gallias pace epiſcoporum ſinerentur.

Vehementer hoc abnuerunt omnes epiſcopi,tamquam inuſitatum longeq; à ſuis rationibus alienum:Nec ſe hujus authoritatis privilegium ulli alii, præterquam ipſi Romano pontifici unquam delaturos affirmabant. Siquidem intenderat Romanus pontifex,ut omnes Epiſcopos & Abbates,qui ſacros gradus pretio redemiſſent,diſcuſſione habita deponeret. Iamque hac de cauſſa Babenbergenſem Epiſcopum,& alios nonnullos ab omni divino officio ſuſpenderat, donec coram venientes inuſtum ſibi crimen hæreſeos digna ſatisfactione purgarent. Et rex quidem cupidè hoc volebat,odio Wormacienſis Epiſcopi & quorundam aliorum,qui eum bello Saxonico offenderant,quos hac calumnia involvendos, & dignitatis ſuæ detrimenta paſſurus ſpe certiſſima præſumpſerat. Sed quia per Legatos res tanta confici poſſe deſperabatur, conſultò in audientiam ipſius Romani pontificis dilata eſt.

Salomon Vngariæ rex à Ioiade impetitur.

Rex dimiſſis Legatis,non ſolenni more indictam expeditionem,ſed repentino ac multitudinis collectum exercitum ducere parabat in Vngariam,comperto quòd Salomon Rex Vngariorũ à Ioiade Beli filio bello impetitus, & tribus jam prœliis victus, amiſſo exercitu, vix de regno effugiſſet. Vt ejus miſeriæ ſubveniret & affinitati, præſtabat, quam, tradita illi in conjugium ſorore ſua, contraxerat,& utilitatibus propriis: quia magnam ei partem regni ſui pollicitus fuerat, ſi ejus beneficio,expugnatis hoſtibus,in regnum reſtitueretur. Cumq; Ratiſponam veniſſet, inſecuta eſt cũ legatio familiarium ejus,nuntiantium quod Wilhelmus, cognomento Boſtar, rex Anglorum,ab archiepiſcopo Colonienſi vanâ pollicitatione illectus,cum magno exercitu adventaret, regni ſedem & quæſtum occupare paratus.

Territus rex tam atroci nuntio, ac privatæ rei curam externis negotiis antehabendam ratus,omiſſa in Ungariam expeditione, ad Rhenum concitus remeavit. Pentecoſtẽ Magonciæ celebravit:ſplendidè ac populariter ab Archiepiſcopo Magontiacenſi acceptus atque habitus. Inde cum Coloniam ire inſtituiſſet multum ſpirans irarum & comminationis in Archiepiſcopum Coloniẽſem:ille miſſis in occurſum ejus nuntiis mandavit, falſam omnino ac ſcenicis figmentis ſimilem eſſe fabulam, quam in eum æmuli ſui compoſuiſſent, hi nimirum qui eum paulo ante urbe expuliſſent, & nunc ad opprimendum eum, quoniam armis non poſſent,mendaciis graſſarentur. Sed non ita rationis expertem vel communis commodi negligentem eſſe, ut in ultionem privatæ iniuriæ patriam ſuam barbaris prodere velit,nec ea levitate à puero vitam inſtituiſſe, ut quiſquam ſinum aliquid ſapiens tam inepta de ſe ſuſpicari poſſit. Impetrata per Legatos coram veniendi copia, in Andernachen regi occurrit. Cumq; rex de his quæ compererat ſeveriſſimè quæſtionem promulgaret,proditæ quidem Reipublicæ crimen quod objiciebatur ſacramento purgavit. Cætera quæ delata fuerant,ait Rex ſe veteri amicitiæ ab pontificali nomini condonare, nec pro jure ſuo expoſtulare velle, tanon extincto ſed interim cohibito furore Coloniam proceſſit. Ibi poſtero ad judicandum populo aſſedit, ſperans per accuſationem eorum, quos Archiepiſcopus propter injurias ſuas pœna affecerat,occaſionem ſibi futuram,ut eum ſeditione concitata rurſus civitate exturbaret, vel propter oppreſſos per calumniam innocentes ſaltem reum majeſtatis faceret. Sed ille omnes acculationum ſtrophas reſponſi vetitate ac ſententiarum gravitate, tanquam araneatum telas dirupit.

Archiepiſcop. Colonienſ imperatoris reconciliari ſtudet.

Imperatoris poſtulatio.

Poſtquam Rex innocentiâ ejus ac vitæ integritate conſiliis quoq; omnia ſepta vidit,nec ullam patere locum calumniæ,ad aliud ſe vertit genus injuriarum. Exegit ab eo,non precibus quidem ut oportuit, ſed imperioſa quadam authoritate, ut Colonienſibus admiſſæ in ſe temeritatis veniam daret, excommunicatoſque eccleſiæ reconciliaret. Præterea, ut ad firmamentum conſervandæ ſe erga in perpetuum fidei, ſex ſibi ex militibus ſuis obſides daret. Vtrumque ille cum magna conſtantia negavit. Obſides quidem,quòd nullus regum priorum tale quid ab aliquo præceſſore ſuo poſtulaſſet, excommunicatorum autem reconciliationem, quòd ſine digna pœnitentiæ ſatisfa-

ſectatione excommunicatos in eccleſiam recipi leges eccleſiaſticæ vetarent. Imminebat ille vehementer, comminans omnia ſe incommoda illaturum, & cuncta, quę illius ſunt, ferro & igne demolitarum. Perſtabat his fixus in propoſito dicens, Se mori quidem paratum, ſi ipſe Colonienſib. conſpiraſſet ad eum interficiendum, ſed nunquam retinendæ vitæ ſtudio, ab jure ad injuriam declinaturum. Diu anceps erat pugna & utrorumq; milites magna concuſſerat ſollicitudo, expectatione tam triſtis ſpectaculi: Tandem evictus Rex ab his, quorum conſiliis plurimum tribuebat, flexit ſententiam, & ait: Malle ſe cum eo beneficiis certare quàm maleficiis, & ſi eum fidum ſibi devotumq; in cauſis Reipublicæ experiretur, primum deinceps inter amicos habiturum. Hoc modo reconciliatus Archiepiſcopo, Aquaſgrani perrexit, & adverſus ea, quæ de irruptione Barbarorum fama vulgaverat, eam regni partem quantum poterat communivit.

Ruthardus Abbas Herveldenſis Monaſterii. V. Idus Iunii deceſſit. Vir in Sacris Scripturis apprimè eruditus, & ſic ad loquendum expeditus, ut nemo illa ætate Verbum Dei copioſius, nemo ſubtilius, nemo elegantius tractaret. Alias in obſervatione ſanctæ regulæ paululum, quam mores & tempora expeterent, remiſſior erat. Is miro judicio Dei, qui quos diligit corripit, & flagellat omnẽ filium quem recipit, ante diem mortis ſuæ ſenſu defecit, & per continuos duos annos & ſex menſes phreneſi pariter & epilepſia graviſſimè vexabatur. Defunctus eſt autem, anno integro & ſex menſibus exactis, poſteaquam abbatia ſe abdicaverat. Quòd tamen factum adeò pœnitens deflebat, quoties à ſtupore atq; hebetudine mentis paululum reſpiraverat, ambiguum eſſet, morbo an mœrore gravius acerbiuſq; tabeſceret. *Ruthardi abbatis commendatio.*

Mediante Iulio, regreſſum regem de Lutheringia Wormaciam, iterum adierunt Legati regis Vngariorum, orantes obnixè. Vt memor affinitatis, memor actæ ſimul à puero ætatis, maturius ſubveniret expulſo. Et quia preces tardius movebant privatis occupationibus intentum, datis X. L. obſidibus fidem ei firmabant, quòd ſi ejus beneficio in regnum reſtitueretur, deinceps ei tributarius dictoq; obtemperans foret, & ſex ei munitiſſimas Vngariæ civitates in argumentum nunquam irrumpendæ fidei traderet. Hac mercede redemptus, illico miſſis circumquaq; nuntiis, principes in expeditionem ſolenni indictione evocavit. Sed alii temporis anguſtias, alii rei familiaris inopiã, pleriq; quod opes ſuæ bello Saxonico nimium attritæ fuiſſent, item alii aliud excuſationis genus obtendentes, omnes pariter militiam detrectabant. Ipſe tamen ne tantum reipublicæ commodum caſu oblatum ſua ignavia corrumperetur, gregario tantum ac privato milite contentus, infeſto exercitu ingreſſus eſt Vngariam, & nonnullas ejus regiones hoſtiliter peragravit. *Legati regis Vngariæ.*

Porrò Ioas qui Vngariam occupaverat, comperto ejus adventu ſumma induſtria id operam dedit, ut in locis, in quibus irruptio hoſtium timebatur nihil homines alimentorum, nihil animalia pabulorum reperirent: & ſic ipſe cum omnibus ſuis in quandam inſulam propter locorum difficultatem omnino hoſtibus inacceſſibilem ſe contulit.

Exercitus Regis qui ad tanti belli adminiſtrationem nihil ſumptuum præparaverat, graviſſima ſtatim laborabat inedia, adeò ut homines pleroſq; animalia penè omnia brevi peſtilentia & fames conſumerent. Qua neceſſitate compulſus Rex, nullo inſigni facinore perpetrato Vngaria exceſſit. Et poſt feſtum ſancti Michaelis Wormaciam reverſus, ordinatis ibi pro tempore & copia regni negotiis, Ratiſponam rediit, Diſpoſitum habens, id quod reliquum erat temporis uſq; ad natalem Domini, in peragrandis Bajoariæ, atque Alemanniæ civitatibus inſumere. *Infelix Imperatoris expeditio.*

Hildebrandus Papa cum Epiſcopis Italiæ conveniens, jam frequentibus ſynodis decreverat: Vt ſecundum inſtituta antiquorum canonum, presbyteri uxores non habeant: habentes aut dimittãt, aut deponantur. Nec quiſquam omnino ad ſacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam vitamque cælibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras literas ad Epiſcopos Galliarum tranſmittebat, præcipiens, ut ipſi quoque in ſuis eccleſiis ſimiliter facerent: atq; à contubernio ſacerdotum, omnes omnino fœminas perpetuo anathemate reſecarent. *Clericis matrimonia negantur.*

Adverſus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota factio clericorum, hominem plane hæreticum, & veſani dogmatis eſſe clamitans, qui oblitus ſermonis Domini, quo ait. Non omnes capiunt hoc verbum, qui poteſt capere capiat: Et Apoſtoli. Qui ſe non continet nubat: melius eſt enim nubere quam uri, violenta exactione, homines vivere cogeret ritu angelorum, & dum conſuetum curſum naturæ negaret fornicationi & immunditiæ frena laxaret: Quòd ſi pergeret ſententiam confirmare, malle ſe ſacerdotium quàm conjugium deſerere, & tũc viſurum eum cui homines ſorderent, unde gubernandis per eccleſiam Dei plebibus, angelos comparaturus eſſet. Nihilominus ille inſtabat, & aſſiduis legationibus Epiſcopos omnes ſocordiæ ac deſidiæ arguebat, & niſi ve jus injunctum ſibi negotium exequerentur, Apoſtolica ſe cenſura in eos animadverſurum comminabatur. *Rationes contra decretũ Pontificis.*

Archiepiſcopus Magontinus ſciens non parvo conſtare operãm hanc, ut tanto tempore inolitã conſuetudinem revelleret, atque ad rudimenta naſcentis eccleſiæ ſeneſcentem jam mundum reformaret, moderatius agebat cum eis. Et primo eis in dimidium annum inducias & deliberandi copiam dedit: hortans eos, ut quod neceſſario faciendum ſit, ſponte faciant, & tam ſibi quam Ro-

Synodus Erfordiæ habita.

mano pontifici neceſſitatem adimant aliquid in eos, quod ſecus ſit, decernendi. Ad ultimum congregata ſynodo in Erpesfurt menſe Octobri preſſius jam imminebat, ut relegata omni tergiverſatione, impræſentiarum aut conjugium abjurarent, aut ſacri altaris miniſterio ſe abdicarent. Multæ è contra illi rationes afferebant, quibus mutantis perurgentiſq; improbitatem eludere, ſententiamque caſſare niterentur. Cumque ad verſus Apoſtolicæ ſedis authoritatem, qua ſe ille ad hanc exactionem, præter voluntatem propriam, compulſum obtendebat, nihil argumenta, nihil ſupplicationes preceſq; proficerent, egreſſi tamquam ad conſultandum, conſilium ineunt, ut in ſynodum non redeant, ſed injuſſi omnes in domos ſuas diſcedant. Nonnulli etiam confuſis vocibus clamitabant: Melius ſibi videri, ut in ſynodum regreſſi ipſum epiſcopum, priuſquam execrabilem adverſum eos ſententiam promulgaret, cathedra epiſcopali deturbarent, & merita morte mulctato, inſigne monimentum ad poſteros tranſmitterent: ne quis deinceps ſucceſſorum ejus talem ſacerdotali nomini calumniam ſtruere tentaret.

Cum ad epiſcopum relatum eſſet hoc eos machinari, commonitus à ſuis, ut tumultum qui diebatur matura moderatione præverteret, miſit ad eos foràs, rogavitque ut ſedato pectore in ſynodum regrederentur, ſe cum primum opportunitas arriſiſſet, Romam miſſurum, & dominum Apoſtolicum, ſi qua poſſet ratione, ab hac ſententiæ auſteritate deducturum.

Decimarum retentatio.

Poſtero die admiſſis in adjutorium communiter laicis & clericis, veterem illam de reddendis decimis querelã replicat, & quaſi nihil bello Saxonico, nihil actum ſit conditionibus, quibus paulò ſuperius in Gerſtingun pax convenerat, de integrò Turingos omnes de injuſta decimarum retentatione reos addicere molitur: Nec recogitat hàc cauſam, originem ſeminariumq; exitiſſe omnium calamitatum, quibus per plures jam annos Reſp. incommodiſſimè vexabatur.

Indigne nimis tulerunt hoc Turingi: utpote, qui propter recentem belli ſucceſſum tumidos adhuc ſpiritus gerebant, ſibique vaniſſimè perſuaſerant, quod poſt triumphatum regem & acceptum guſtum audaciæ eorum, nullus deinceps futurus eſſet epiſcopus, qui eis aliquam ſuper hac re movere moleſtiam auderet. Primo tamen temperatis reſponſionibus ei ſuggerunt, non alia ſe ratione in Gerſtingun recuperandæ paci conſenſiſſe, quàm ut legitima ſua, à primis diebus ſtatuta, ratiſſi in perpetuum atque inconvulſa manerent. Cum hæc replicando, ſurdis auribus fabulam narrare viderentur, ſubitò efferata mente ſe foras proripiunt, ad arma conclamant; Et ad momentum, contracta ingenti multitudine in ſynodum prorumpunt: & niſi maturius milites epiſcopi interceſſiſſent, & blandiendo rationemque reddendo potius quam repugnando, quoniam viribus impares erant, ferocientis turbæ impetum inhibuiſſent, in ipſa cathedra epiſcopali epiſcopum oppreſſiſſent.

Synodus tumultu finita.

Ita ſoluta eſt ſynodus, tam epiſcopo quam cunctis qui aſſederant clericis ultima formidine conſternatis, & paſſim per omnes eccleſiæ angulos latebras ſibi quærentibus. Statim epiſcopus ab Erpesfurt diſcedens, reliquam partem anni uſque ad Epiphaniam in Helegenſtat exegit: & per omnes feſtos dies inter ſacra miſſarum ſolennia eos, qui ſanctam ſynodum turbaverant, ad pœnitentiam ſub Epiſcopali Banno vocavit.

Imperator bellum in Saxones molitur.

Anno 1075. Rex natalem Domini Argentorati celebravit. Cumque adeſſent quamplurimi ex Principibus quos ille dedita opera de toto regno ad diem feſtum euocaverat, habuit cum eis myſterium conſilii ſui, & eos modis omnibus ad inſtaurandum bellum Saxonicum ſollicitabat, multa in præſens largiebatur, plura in futurum pollicebatur, nullum poſtremò vel infimæ cõditionis, qui modò conficiendis tantis rebus commodus putaretur, relinquebat, quem non dato viciſſim & accepto jurejurando, fidum ſibi & obnoxium faceret. Cum ea potiſſimum pollicitatio omnes ad conſentiendum inflecteret, quod ſub teſtificatione juris jurandi ſingulis promittebat, ſi eorum auxilio Saxoniam Turingiamq; recuperaſſet, quod ipſis utramq; provinciã pro arbitratu ſuo inter ſe partiendam, & perpetuo jure poſſidendam traditurus eſſet. Ita ira æſtuans, nihil quam ſanguinem eorum, qui ſe offenderant malebat. Quod tamen anno jam integro quam maximè diſſimulaverat, adeò ut principes Saxoniæ quoties ad eum veniſſent, magnificè ſuſciperet, & ad abſentes pacifica ſæpenumero atq; honorifica mandata deſtinaret.

Demetrius Ruzenorum Rex.

Paucis poſt diebus Magontiam venit, ibique occurrit ei Ruzenorum rex Demetrius nomine, deferens ei inæſtimabiles divitias in vaſis aureis & argenteis & veſtibus valde pretioſis petiitq; ut auxilio ſibi eſſet contra fratrem ſuum, qui ſe per vim regno expuliſſet, & regnum tyrannica immanitate occupaſſet. Miſſus eſt protinus à rege Burchardus Treverenſis eccleſiæ præpoſitus, agere cum illo de injuriis quas fratri intulerat, & commonere ut regno, quòd injuſte invaſiſſet, ultro decederet: Alioqui authoritatem & arma Teuthonici regni propediem experturum fore. Is legationi huic propterea opportunus videbatur, quòd ille ad quem mittebatur ſororem ejus in conjugio habebat & ipſe hac de cauſa apud regem, ne quid in illum interim gravius decerneretur, ſummis precibus obtinuerat. Ruzenorum rex, Dedi Marchioni Saxonico, cujus ductu eo advenerat, à rege commiſſus eſt ſervandus, donec Legati reverterentur.

His diebus contigit gravi ſcandalo Babenbergenſis eccleſiæ ſtatum labefactari. Herimannus

Epiſco-

Episcopus ecclesiam, in honorem beati Iacobi, Babenberg foris murum propriis impensis extruxerat, ibiq; clericos XXV. scientia, moribus & canonicæ conversationis disciplinis haud obscuros congregaverat, & eis quæ ad victum vestitumq; sufficerent, affatim providerat. Cumq; is quem cõgregationi præfecerat, morbo præventus, diem clausisset extremum, nactus opportunitatem temporis, clericos expulit, & locum ipsum cum omnibus appendiciis suis Egberto Abbati de sancto Michaele tradidit, ad instituendum illic ordinem monasticum. Non offensus crimine aliquo clericorum, cum, ut dixi, honestissimè juxta ecclesiasticas leges vitam instituerent, sed monasticæ cõversationis munditia delectatus, in toto Episcopatu suo, si fieri posset, hanc solam esse vitam cupiebat, zelo quidem Dei, sed non secundum scientiam. Sic æmulatus Rachelis pulchritudinem, ut Lyæ fœcunditatem in thalamum cœlestis sponsi non crederet admittendam. *Hermanni Episc. Babenbergensis factum indignum.*

Clerici qui expulsi fuerant graviter ferebant, sine causa destitutos se esse stipe ecclesiastica qua alebantur. Clerici quoque majoris ecclesiæ Babenbergensis tam illorum quam suam vicem dolebant, quòd, scilicet, non sine magna sui ordinis injuria tantum Episcopus deferret ordini monastico. Igitur junctis precibus adorti sunt eum, obsecrantes per Deum, ne his quibus nullum crimen impingeret, sine legitima discussione & audientia eriperet canonicè susceptæ ecclesiasticæ sustentationis beneficia, nec sineret eos destitutos spiritualis militiæ stipendiis, quibus præterea nihil amplius esset reifamiliaris, probro & ostentui fieri secularibus. Episcopatum Babenbergensem paucas habere cõgregationes clericorum, & ideo non tam monachis sibi opus esse quam clericis quorum ipsi solatio diebus solennibus, in processionibus, in susceptione hospitum uterentur. Præterea ecclesiam quam noviter ipse extruxisset loco celebri, in mediis huc & illuc diversantium turbarum fluctibus sitam, nec à majore ecclesia Babenbergensi plus XXX. passibus disparatam, multò clericis opportuniorem esse quam monachis: Qui, scilicet, monachi cum abominationes Aegyptiorum immolare jubeantur Domino Deo suo, secerni à multitudine, & sicut scriptum est, viam trium dierum ire debeant in solitudinem, ne si ea, quæ colunt & prima ducunt, seculares immolent, coram oculis eorum scandalizati lapidibus irrisionum suarum obruant, & infament sanctam & apostolicam vitam. Si Deo familiarius adhæreant monachi, tamquam honestior & sublimior portio corporis Christi, non iccirco clericos, tanquam membra putrida, penitus abscidendos esse ab ecclesia. Quia licet stellæ ab stellis differant in claritate, unam tamen cœli faciem decentissime distinguant sua varietate. Et licet membra disparia sint, & suis singula functa officiis, concordi tamen licet dispari famulatu necessitatem expleant, unius ejusdemq; corporis.

Episcopus nec ratione movebatur nec supplicatione: asserens honorem quem deferret monachis in nullo præjudicare clericis. Bona autem quæ in usus pauperum proprio labore congessisset, sui juris, sui arbitratus esse utrum clericis attitularet an monachis. Clerici & inopia familiari, & indignitate rei vehementer exacerbati, regis & omnium principum regni aures quotidiana proclamatione obtundebant pro injuria sua. *Episcopi obstinatum propositum.*

Cumque nihil usquam opis, nihil spei esset, versi ad validissimum illud quod in sancta ecclesia ultimæ semper necessitatis unicum esse præsidium consuevit, Romam pergunt. Et recitata Romano pontifici per ordinem suæ calamitatis historia, Apostolicæ sedis patrocinium contra tanti calumniatoris violentiam suppliciter implorant. Adest simul totius cleri Babenbergensis legatio, querelam ingeminant, & Romani Pontificis patientiam vehementer incusant: Cur Ecclesiam Dei tam diu sinat hominis hæretici communione maculari, qui non ut pastor per ostium, sed ut fur & latro per simoniacam hæresim, & ingentium pecuniarum profusionem irrepserit in ovile ovium, qui apud prædecessorem ejus Nicolaum Papam (II) tanti criminis insimulatus, ut dici solet, ignem gladio, hoc est, hæresim perjurio purgaverit. Qui cathedram Episcopalem & sanctæ prædicationis ministerium, expers ipse omnino literarum, contra sacros canones impudenter occupasset. Qui ante episcopatum cunctis capitalibus criminibus atque omni probrorum genere Magontiæ civitati, in qua nutritus sit, celebrem se spectabilemq; fecerit, qui pecuniariam atque usurariam artem, qua à puero sit institutus, postquam cœlestium talentorum negotiator constitutus sit, multò sollicitius exerceat, ita ut abbatias & ecclesias intra diœcesim suam sitas, quas fœdè comparaverit, fœdissimè vendat, & familiam Babenbergensis ecclesiæ paulò ante opulentissimam ac bonis omnibus florentissimam ad summam redegerit paupertatem. Qui nunc super omnia mala sua, ut in vestimentis ovium, liberius lupinam exerceat feritatem, & facilius illudat simplicium innocentiæ transfiguratus in angelum lucis angelus Satanæ: clericos absq; ulla discussione de ecclesiis suis ejiciat, atq; omnibus in quibus possit locis vitam monasticam, non tam amator religionis, quàm subdolus simulator instituat. Postremò per Deum omni potentem exorant, ut tandem aliquando expergefactus Simon Petrus, baculum pastoralis Zeli exerat contra lupum, improbè rapientem & dispergentem oves Dei, & Simonem magum iterum in ecclesia Dei nummulariorum mensas & æra proponentem, cum pecunia sua mittat in perditionem. *Roma ultimum clericorum asylum.* *Episcopi Babenbergensis apud sedem Roman. accusati virtutes.* *Simon Petrus expergefaciendus.*

Romanus Pontifex jampridem eum, à sacri altaris ministerio, suspenderat: præsenti autem relatione efferatus, absq; dilatione excommunicavit eum: Ea, scilicet, ex causa, quòd de gravissimis

criminibus jam olim accusatus, & ut causam diceret crebrò per biennium Romæ evocatus venire cõtempsisset. Clericis quoq;, qui se per calumniam expulsos quærebantur, ecclesiam suam restitui præcepit, & destinatis ad clerum Babenbergensem literis, mandavit ut se à communione illius abstinerent: contestatus quàm sanctè, quòd si communionem aliquando ac pontificatum, quem contra ecclesiasticas leges invasisset, nunquam deinceps se vivo recepturos foret. Quod ubi clericis Babenbergensibus legati sui retulerunt, & iram veterem armavit tantæ pollicitationis fiducia.

Episcopo interdicitur Episcopatus.

Occultata interim Apostolicæ sedis legatione, mittunt ad Episcopum, qui tum temporis Babenberg consistebat, eique denuntiant, ut quamtocius de urbe discederet: non posse eum ultra sibi episcopum esse, quomodo & Episcopatum per Simoniacam hæresim, contra ecclesiasticas sanctiones coëmisset, & eum administrare, ignarus omnino literarum non posset. Atrocissimè per se legationi adjecta est gravis contumelia. Adolescens quidam ex numero clericorum, & animis ferox & ætate, versiculum brevem ex Psalterio proposuit. Hujus, inquit, capituli non mysticum sensum, non allegoricam significationem, sed verbum ex verbo fidus interpres, si mihi recte explicaveris, ego te omni quæstione liberatum, cunctis criminibus quibus te impetimus absolutum, dignissimum planè Episcopatu pronuntiabo.

Legati Pontificis Episcopum excommunicant.

Ille inlolita re attonitus, cum quid hoc esset, unde nova hæc & inusitata mitium ante hac clericorum asperitas procederet turbulentus scisciteretur, & dictis atrocibus responsa atrociora redderet: Repentè in medium procedunt Legati sedis Apostolicæ, & præter literas, quas manibus præferunt viva voce ei ex nomine Romani pontificis denuntiant, ut nullum deinceps pontificalis officii jus, potestatemque habeat, sciatq; se Apostolicæ excommunicationis gladio, de corpore universalis Ecclesiæ præcisum esse: Propterea quòd objectum sibi crimen simoniacæ hæreseos, totiès Apostolicis epistolis Romam evocatus, purgare distulisset. Præcipiunt etiam clericis Babenbergensibus, ut nullum ultra ei, tamquam Episcopo, honorem reverentiamq; deferant, sed ab ejus cõmunione omni modo se abstineant: ne deprehensi, tamquam ecclesiasticæ sanctionis transgressõres, similem cum eo sortiantur excommunicationis vindictam.

Ibi primum Episcopus circumventum se fraude clericorum suorum advertit: quibus acriter insistentibus, ut quamtocius Episcopatu abdicatus abscederet, cum nulla ratione satis facere posse, asserereẽtq; sub testificatione nominis divini, nullum se in Ecclesia opus Dei acturos fore, ipso in ea persistente. Incertus confususq; animi misit ad episcopum Magontinum, fidissimum sibi amicum, quem multis sæpe beneficiis privatim & publicè sibi devinxisset, quique omnium quæ in acquirendo vel administrando episcopatu gessisset, conscius sibi particepsq; extitisset: Rogavitq;, ut qui citissimè veniret, & tumultuantem intestinis simultatibus clerũ quoquo posset modo cõpesceret.

Magontinus Archiepiscopus.

Ille nihil moratus affuit, egitque ut rogabatur cum clericis, ne, oblita pudóris ac modestiæ suæ, in episcopum suum, quem propter Deum patris loco venerari debuissent, sine causa exardescerent, quum eos nec dicto nec facto, quod justè in querelam vocare possent, sciens provocasset; vel si quid quod eos læderet forte insciùs admisisset, se cognitore atq; arbitro paratus esset quo vis modo satisfacere offensis: parcerent, si minus ejus innocentiæ, at honori atq; existimationi propriæ, ne ad cõtemnendos episcopos suos, cæteri per orbem terrarum clerici hoc animarentur exemplo, & rebellionis atque contumaciæ pestilẽs hic morbus sumpto à Babenbergensibus initio, totum inficeret corpus gregis Dominici.

Nihil illi placationis, nihil laxamenti admittentes, gravissimis eũ conviciis confutarunt. Iustissimè dicẽtes, in eum quoq; Apostolicæ excommunicationis anathema procedere debuisse, qui hominem omnibus probris infamatum, & nihil in moribus, nihil in scientia dignum sacerdotio asserentem, per simoniacam hæresim Episcopum ordinasset. Nec ad excusandas excusationes in peccatis obtendere posse ignorantiam, cum actus ejus omnemq; vitæ institutionem, tanquam qui in laribus suis diu familiarissimè obversatus sit, optimè cognovisset, & omnibus quæ in coëmendo episcopatu acta sint medius ipse atq; intimus interfuisset.

Magontini studiũ in restituendo Babenbergensem, ipsi periculum creat.

Videns archiepiscopus obstinatos in contentione clericos nulla ratione mitigari posse, ne quid pro amico suo intactum intentatumq; relinqueret, assumpto eo Romam ire statuit: sperans Romanum pontificem vel pecunia, vel supplicatione expugnari posse, ut eum crimine atq; anathemate absolveret. Sed inter eundum reputans, haud satis tutum esse, ut eum, non prius explorato Romani pontificis animo, Romam perduceret, suasit ei in extrinsecis ecclesiæ Babenbergensis possessionibus reditum suum præstolari, & ipse cum paucis ut instituerat, concitus Romam contendit. Quò dum venisset, vix & ægre, utà Romano Pontifice in communionem susciperetur obtinuit, & qui in alienis criminibus patronum se paraverat, ipse de propriis insimulatus, quod Babenbergensem Episcopum per simoniacam hæresim sciens ordinasset, pene gradus sui periculum incurrerat. Ad ultimum discedendi jussum est, ut ab ejus communione omni modo abstineret, & promulgatam adversus eum Apostolicæ excommunicationis sententiam, omnibus Teutonici regni Principibus notam faceret: & cum primum cõficiendæ rei temporis opportunitas arrisisset, alium pro eo Babenbergensibus episcopum ordinaret.

Quod

Quod ubi Babenbergenſi epiſcopo compertum eſt, nullam deinceps ſpem ſibi reliquam, niſi in clementia Romani pontificis fore ratus, conductis qui cauſam ſuam apud ſedem Apoſtolicam dicendi arte tuerentur, Romam perrexit. Sed Romani pontificis conſtantia, & invictus adverſus avaritiam animus omnia excludebat argumenta humanæ fallaciæ. Multis lachrymis, multis ſupplicationibus, multis rhetorica arte compoſitis diſceptationibus vix hoc ſolum obtinuit, ut ea conditione anathemate abſolveretur, quatenus ubi primum in patriam rediiſſet, monaſterium ingrederetur, atque ibi deinceps à cunctis in perpetuum ſeculi actibus feriatus, ſcandalizatam ſua ambitione eccleſiam, digna ſatisfactione deflere.

Hermannus Epiſcopatum reimquaerit.

Ita regreſſus in patriam, cum juſſa Romani Pontificis retuliſſet ad milites ſuos, quibus ſe multa largitione nondum popularem acceptumque fecerat, vehementer reſtiterunt: Indigniſſimum fore, dicentes, & nulla retro majorum memoria in eccleſiis Galliarũ hoc acciditſſe, ut ſine publica audientia & canonica diſcuſſione, quod nec infimis quidem gradibus competeret, Epiſcopus deponeretur. Non hanc privatam illius eſſe injuriam, ad communem potius ſpectare contumeliam, omnium qui tuendæ Babenbergenſis eccleſiæ dignitati operam ſuam deberent, & ejus epiſcopo ſub jurejurando fidem dixiſſent: & ideo extrema omnia prius ſe experturos eſſe, quam ſervatum ad ſua tempora illius eccleſiæ honorem ſinerent fœdiſſimo hoc exemplo contaminari.

Epiſcopus redit audacter.

His ille promiſſis animatus, neglecto Romani Pontificis decreto, Babenberg rediit, ibique IV. vel V. hebdomadas commoratus, præter altaris officium in cæteris omnibus, quæ, ſcilicet, ad exteriorem epiſcopi adminiſtrationem pertinebant, nullo modo jure ſuo cedebat: Irritam reputans excommunicationem, quam non canonicè in ſe promulgatam cavillabatur. Quibus diebus in civitate Babenbergenſi nullum publicè actum eſt opus Dei, clericis refugientibus atque omnino execrantibus communionem ejus. Cæteram ejus anni partem in extrinſecis Babenbergenſis eccleſiæ poſſeſſionibus militum ſuorum præſidio fultus, exegit. Verum neque rex neque epiſcopus, neque alius quiſquam, qui ſanum ſaperet ei communicare volebat.

Imperator expeditionem in Saxones parat.

Rex paſcha Wormaciæ celebravit. Quò dum ad ſalutandum eum quidam ex principibus Saxoniæ pergere inſtituiſſent, miſſi obviam eis legati, denuntiaverunt, ut ocyus in ſua redirent, alioquin haud tutò viſuros eſſe faciem regis, quem poſt tam graves contumelias digna adhuc ſatisfactione non placaſſent. Ibi primo malum, quod cervicibus impendebat, adverterunt. Rex omnibus, quæ bello adminiſtrando neceſſaria erant, affatim proviſis jam & inſtructis, ſolenni edicto cunctis, qui in regno ſuo erant, expeditionem indixit in Saxoniam, diemque & locum ſtatuit coadunandi exercitus, videlicet, VI. Id. Junij in poſſeſſione Herveldenſis monaſterii, in loco qui dicitur Bredingen. Miſit etiam legatos ad Saxones, qui tunc ineundi conſilii gratia, frequentes Goslariam convenerant, dicere eis, memorem ſe gravium injuriarum, violatæ regiæ majeſtatis, & turpis fugæ, qua extremo in periculo vitæ conſulere coactus fuiſſet. Nec ſe cunctis generaliter Saxonibus crimen hoc intendere. Paucos fuiſſe principes, qui imperitam multitudinem, & naturali levitate ſemper novarum rerum avidam, hac rabie inflammaſſent. Ab his cõcitatæ ſeditionis & turbatæ Reip. pœnam ſe, quoniam legibus non potuerit, armata manu exacturum. Proinde rogare ſe cæteros, & ſub interminatione gratiæ ſuæ præcipere, ne hoſtes publicos armis aut opibus tueantur. Si obediant, veniam ſe eis dare veteris culpæ, quod tam inuſitati facinoris ſocii participeſque ante hac extitiſſent. Sin autem, excuſationem deinceps non habituros eſſe peccati, quod ſcientes prædmonitique admiſiſſent.

Saxonũ reſponſa.

Ad hæc Saxones graviſſimam, ajebant, habemus legationem, & niſi principes noſtri de omnibus quæ objiciuntur, juxta magnificentiam regiam ei ſatisfacere ſpondeant, eos ſine mora vel captos, & in vincula conjectos ejus examini reſervabimus, vel in favillam redactis omnibus, quæ ad eos pertinent, Saxonia procul effugabimus. Quod ſi juſtis & regio nomine dignis conditionibus parati ſunt, vel objecta purgare, vel quæ peccaverunt expiare, oramus & per Deum obteſtamur, ut honori potius ſuo quam iracundiæ conſulat. Nec ante publicam principum cæterorum audientiam & legitimam diſcuſſionem aliquid in eos, quod ſe non deceat, decernat. Diem potius ſtatuat, locum deſignet, copiam det tuto coràm veniendi, & tuto cauſam dicendi, ut ſecundum Palatinas leges juſta examinatione habita, vel puniat convictos, vel abſolvat innocentes. Quod ſi ira immoderatior nullam admittit ſatisfactionem, nec alio pacto quàm ſanguine principum noſtrorum reſtingui poterit, quid prodeſt ambiguis reſponſionibus ſententias involvere? Extremæ impietatis fore judicamus, ut principes noſtros deferamus, & eos pro nobis jugulandos objiciamus. Quos haud dubiè ſcimus nullo privato odio vel gratia, ſed ſola tuendæ ſalutis noſtræ, & vindicãdæ libertatis noſtræ cauſa contra regem arma ſumpſiſſe. Quapropter id ſupplices petimus, ut eadem nobis & illis venia concedatur admiſſæ præſumptionis. Aut ſi nulla ſupplicationum victima expiari poteſt quod fecimus, eodem in nos & in illos ſupplicio animadvertatur.

Bucconis & Wecelonis Epiſcopor. Magni & Ottonis ducum proteſtatio.

Tunc Bucco Halberſtatenſis epiſcopus, Wecel archiepiſcopus Magdaburgenſis, Magnus dux Saxoniæ, Ottho dux quondam Bajoariæ, & cæteri principes quos rex ſpecialiter tam truculenta comminatione impetebat, dixerunt, Nequaquam ſe ſibi conſcios eſſe, quod pacem, quæ anno

priore in Gerstingunn convenerat, facto aliquo vel dicto violassent. Nam si rex instinctu eorum consilio factum suspicaretur, ut ecclesia in Hartesburg incenderetur, thesauri diriperentur, corpora sepulchris ejicerentur, aut aliud aliquid contra statutum illius conventionis perpetraretur, paratos se esse, ut quavis conditione, quam modo cæteri principes regni æquam judicassent, crimen refellerent, & innocentiam suam assererent: insuper ipsam ecclesiam propriis impensis ambitiosius quàm fuerat instaurarent, amplioribus ornamentis excolerent, omnia etiam quæ ineptū volgus maligno spiritu suscitatum ausu nefario infr egisset, diripuisset, temerasset, multiplicius restituerent. Super hæc omnia auri & argenti & prædiorum suorum quantum salvo pudore suo & regni majestate accipere vellet, prompta mente darent, dummodo in gratiam reduret, & gladium quem in cervices eorum, & in eversionem totius Saxoniæ iratus extenderat, placatus remitteret in vaginam. Quod si obstinatum adversus omnes præces & supplicationes animum gereret, se deinceps contra eum nec arma laturos nec aciem instructuros, sed nudis pedibus venienti obviam processuros, & sententiam quamcūque vel iratus dictasset porrecto jugulo excepturos.

Imperatoris nimia inclementia.

In hæc verba nuntios regis dimiserunt, & ipsi protinus suos eadem ad eum responsa deferentes, destinarunt. Quos ubi rex advenire comperit, præcepit ut nulla ratione in conspectum suum admitterentur, mandavitq; eis per occultos indices, ut quantocyus recederent, nec se oculis ejus, qui contumeliam fecissent, sic temerè ingererent, alioquin regia censura coërciturum se hostes publicos & insidiatores regni, qui sub prætextu legationis, mendacia sua per populum sererent, ad sollicitandos animos principū, & expeditionē suam impediendam. Ita Legati sine effectu reversi sunt.

Legati Saxonum contempti.

Iterum alios atq; alios miserunt sed eodem omnes rigore obstirmatas contra se tam fores quàm aures regias invenerunt. Semel quum unus legatorum captata loci & temporis opportunitate se improvisus in conspectum regis proripuisset, & quæ in mandatis habebat proloqui cœpisset, vix ad primum sermonis exordium dato silentio, statim cum gravi indignatione rejectus est. Et cum ab Vdalrico quodam regio satellite in crastinum servandus abductus, vel potius abreptus fuisset, proximo mane elusis custodibus vix vita comite effugit.

Legatum violatum.

Dehinc crebris legationibus adorti ducem Rudolfum, ducem Bertholdum, ducem Gozelonem & cæteros principes, quos superiore bello conjurationis socios habuerant, fidem implorant, fœderis quod pepigissent admonent, obtestanturq; per Deum, per cujus nomen in unius ejusdemq; militiæ sacramenta juraſſent, ut assint pericli tantibus, & sicut prius gerendo bello favorem suum, in nunc reparandę paci, quoniam eos belli pœniteat, auxilium consilium q; suum non subtrahat. Sed

Imperatoris obstipata providentia.

regis prudentia, qua supra ætatem suam mirum in modum callebat, omnia sepserat, omnes vias, omnes aditus obstruxerat. Siquidem à cunctis principibus suis jusjurandum acceperat, quòd nullas eorum legationes se inconsulto susciperent, quod eos nec armis publicè, nec consiliis secretò tutarentur, nec sibi pro eis preces aliquando supplicationesq; deferrent, donec se acceptę ab eis ignominiæ maculam digna animadversione eluisse, ipse judex testisq; fateretur. Ita quodcumq; intendissent, quamcumq; viam pertentassent, omnia offirmata, implicata, impedita repererunt.

Saxonum & Turingorum ad Deum confugium.

Exin crebra per Saxoniam Turingiamq; conventicula faciunt, quid facto opus sit consulunt, discussis & eventilatis omnibus, quæ tanto malo remedium aliquod polliceri videbantur. Quum nulla usquam humani auxilii spes eluceret, statuunt unanimiter à Deo sibi deinceps quærendū esse subsidium, qui solus tam obstinatam regis ferocitatē emollire, & rem implicitam expedire queat. Iubent ergo, ut per totam Saxoniam & Turingiam, depositis cultioribus indumentis, sacco & lineis vestiantur, cibo & potu statutis diebus abstineant, sumptus in pauperes pro sua quisque re familiari conferant, & per Ecclesias nudis pedibus discurrentes, Deum communi lamentatione deprecentur, ut manum suam, quæ humano ubiq; cessante adjutorio, sola jam possit opitulari, undiq; conclusis, ad ereptionem eorum extendat. Præterea placet, ut die, quo regis exercitus juxta publicam indictionem in Bredingen coadunandus conveniret, ipsi in loco, qui dicitur Luparem, sex milibus ab eis disparati castra locarent, & iterum atq; iterum repetitis supplicationibus aures ejus & principum ejus obtundentes, si evincerent, gratias Deo, sin autem, in eodem loco venientem præstolati, collatis signis, æquissimo judici Deo rem committerent.

Supplicationes Saxonum.

Saxonum confœderata auxilia.

Superveniunt etiam hinc Luticiorum, hinc Polenorum nuntii, suam utrique operam, socias manus, & pares ad cuncta quæ belli artibus transigenda sint animos pollicentes. Et quòd parati sint die, quem Saxones designaverint, armatorum copias quàm maximas in Saxoniam mittere: Vel si hoc malint, contra Danos & alias gentes, quas vulgatum erat ad irruptionem Saxoniæ à rege sollicitatas esse, stationes jugesque excubias agant, ut hac parte sollicitudinis exonerent alias occupatos. Hoc nuntio paululum recreatis animis digressi, quantum temporis supererat usque ad diem coadunandi exercitus, in jejuniis & vigiliis exigunt, ecclesias indefessi obsident, in cinere volutantur & cilicio, noctes perinde ac dies precibus insumunt, nullum postremò religionis genus, quod ad placandum Deum ecclesiastica traditione comparatum sit prætermittunt. Sed ira Dei, quæ in eos exarserat, major erat quam ut lachrymis restringui, hostiis & muneribus mitigari posset,

Res

Rex Pentecoſten Wormaciæ cum paucis celebravit, principibus in præparationem militiæ ſingulis privata ſollicitudine occupatis. Statuta die venit in Bredingen cum infinita multitudin, planeque omnium unanimi conſenſu conſtitit, nulla unquam retro majorum memoria, tantum exercitum, tã fortem, tam militariter inſtructum in regno Teutonico, à quoquam rege contractum fuiſſe. Quicquid in regno epiſcoporum erat, quicquid ducũ, quicquid comitum, quicquid eccleſiaſticarũ aut ſecularium dignitatum omnes ſumma vi, ſumma ope in hoc bellum emiſi, convenerant. Nemo prorſus, niſi quem forte gravis admodum & omnino inexplicabilis neceſſitas excuſaſſet, aberat. *Imperatorũ in Saxoniam expeditio & ingens exercitus.*

Epiſcopus Colonienſis cauſatus impium fore, ſi calamitatis, quæ oppreſſura eſſet fratrem ſuum Magadaburgenſem epiſcopum, & conſobrinum ſuum Halberſtatenſem epiſcopum ſpectator adeſſet, vacationem impetraverat, haud gravatè hoc concedente rege, eo quod poſt primã defectionem inviſum ſemper eum ſuſpectúſq; habuiſſet. Leodienſis epiſcopus, vir præter decrepitam ætatem, longa et ægritudine exhauſtus, Reginam interim ſervandam ſuſceperat, & hac occaſione ipſe quoq; militia defungebatur. Vterq; tamen milites ſuos ampliſſimo numero tranſmiſit. *Epiſcopus Colon.* *Leodienſis Epiſc.*

Dux quoq; Boemorum adorat, tanto ſtipatus agmine, ut ſe ſolum bello Saxonico ſufficere poſſe vana ſpe elatus, arbitraretur. *Dux Bohemorum*

Wideradus abbas Fuldenſis, præter quòd ab ineunte ætate uno pede graviter claudicaverat, jam per biennium ita paralyſi diſſolutus erat, ut niſi baculo aũt minſtrorum humeris innixus, nuſquam progredi poſſet. Eum tamen nec tam moleſta valetudo excuſare poterat à militia, id potiſſimum curante rege, ut omnium principum ſuorum titulis ac faſcibus quam maxime inſignem faceret expeditionem. Cumq; ad locum coadunandi exercitus, ſerventiſſima æſtate, vehiculo ſedens pergeret, ſtrepitu circumfuſæ multitudinis, & vi concitati pulveris ſuffocatus, penè ſpiritum exhalaverat. Relatus in monaſterium à ſtupore quidem mentis poſt paululum reſpiravit, nullũ tamen ultra verbum proloqui potuit, atq; ita deinceps per 6. hebdomadas graviſſima corporis moleſtia decoctus, 17. kal. Aug. humanis rebus exemptus eſt. Vir planè ferventis in Deum fidei, ſuis tamen omnibus ad modum inviſus, propterea quod in diebus ejus Fuldenſe nomen multis calamitatibus vehementer attritum, & penè omnino obliteratum fuiſſet. Sed ad cœptum, unde digreſſi ſumus redeamus. *Abbas Fuldenſis, in expeditione lethaliter occumbit.*

Miſſi à rege exploratores ſpeculari exercitum Saxonum, retulerunt eos multitudine & armis haud impares, cæterò belli apparatu etiam ſuperiores eſſe, opes multas, & ſufficientes in longum quoque tempus ſumptus convexiſſe, nihil permotos tantorum hoſtium adventu, in proximo caſtra locaſſe, poſt laborem itineris otioſo jam animo fixis tentoriis recreando corpori indulgere: Hoc ſtatuiſſe, ut legatos ſupplices de pace mittant, ſi non impetrent, æquo certamine adoriantur venientes. *Exploratores Imperatoris.*

Facile & contemptim hoc auditum eſt ab his, qui cum rege erant, paſſim jactantibus nec ferreas vel adamantinas acies multitudini & virtuti ſuæ inexpugnabiles fore, ſecum eſſe militem lectiſſimum, qui in faciendis ſtipendiis ætatem exegiſſet, & quem ſinguli principes, diligenti delectu habito, de toto orbe exquiſiſſent, vulgus eſſe ineptum, agriculturæ potius quam militiæ aſſuetum, quod non animo militari, ſed principum terrore coactum contra mores & inſtituta ſua in aciem proceſſiſſet: Et ideo non expectaturum, ut commiſſo certamine comminus ſtricto enſe feriret & feriretur, ſed ante commiſſum prælium ſolo concurrentis exercitus ſtrepitu & clamore terrendum, fugandum, & fundendum eſſet.

Rex non tam metuebat ne prælio quam ne ſupplicatione vinceretur, neu Principes ſui, eis bellum inferre religioſum ducerent, qui ſe ad quaſcunque conditiones paratiſſimos præbererit, & ignominiæ ſuę vindicta, qua nihil ardentius cupiebat, è manibus ſibi raperetur. Hoc præcavens, quàm maxime ſatagebat, ut ante exercitus committerent, quam Legati Saxonum pacem poſtulatum venirent, plurimum in hoc ipſum annitente duce Suevorum Rudolfo: Propterea quod anno priore regnum affectaſſe infamatus, ſuſpicionem hanc novis erga regem ſtudiis abſtergere cupidiſſimè volebat. *Rudolfus dux Suevorum.*

Profectus Rex de Bredingen, die prima venit in Elenen. Sequenti die, præcipitato nimium gradu, duorum penè dierum iter confecit, atque in Beringe caſtra poſuit, haud multo à Saxonibus intervallo. Jam fixis tentoriis, ſinguli quæ exhauſtis laſſitudine corporibus neceſſaria foverent circumquaque diſperſi, providebant: Rex etiam refrigerandi gratia ſe in lectum reclinaverat, cum ſubito dux Rudolfus ingrediens nuntiat, Saxones breviſſimo ſpacio abeſſe, & incertum, negligentes an ignaros advenientium hoſtium, inter epulas & pocula ineptis laſcivire lusibus, qui ſi vel ad punctum temporis inultum habeant, quod ſumpta contra rempubl. & leges majorum arma, ſic improbe conſpectibus regis invexiſſent, ignominiam hanc Theutonici regni nullis deinceps ſeculis abolendam eſſe: Placere ſibi cum adhuc major pars ſuperſit diei, ut acies inſtruatur, prælium committatur, vel ſi prælium detrectantes intra caſtra ſe tutentur, ipſa caſtra admoto exercitu expugnentur,

Rex ei pronus in terram gratias agit, & hujus beneficii, quoad vivat, nunquam se immemorem futurum, Deo in testimonium ascito, pollicetur. Ita ambo se tentorio propipiunt, dato ad pugnam signo, ocyus omnes assunt, longè lateque patentes campos occupant, singuli duces suas seorsum legiones instruunt. Et quia nec situs loci, nec multitudo patiebatur, ut uno eodemque tempore omnibus una fieret manus conferendi copia, datum negotium est duci Rudolfo, ut ipse cum suis prima acie confligeret. Peculiari, scilicet, Suevorum privilegio, quibus ab antiquis jam diebus lege latum est, ut in omni expeditione regis Theutonici, ipsi exercitum præcedere, & primi committere debeant. Cæteris jussum, ut propter assistentes pugnantibus, prout res posceret, auxilio concurrerent. Rex in quinta erat legione, quam ex lectissimis & erga se admodum spectatæ fidei juvenibus stipatam ornatissimamque instituerat. Ita paulatim servatis ordinibus ad castra Saxonum procedunt.

Suevorum Privilegium in expeditionibus.

Saxones qui sibi stultissime persuaserant: spacium illud, quo à rege aberant, vix ab equite expedito, nedum ab exercitu sarcinis aliisq; impedimentis implicato, uno die transmitti posse, nihil minus quàm regem eo die ad se perventurum suspicabantur. Ideoque vana securitate resoluti, omne studium ab armis ad curam corporum verterant. Cum repentè conspicantur cœlum pulvere obtenebratum, exercitum super arenam maris innumerabilem, totam adjacentis campi latitudinem, instar locustarum occupasse, & ferè jam immenso, quod in medio erat, spacio, ad ipsa castra opprimendo, nisi maturent egredi, citato paululum gradu properare. Inopinata re trepidi, & se invicem inertiæ, quòd hostem non prævidissent incusantes, protinus sublatis in cœlum vocibus conclamant, arma rapiunt, portis prorumpunt. Pauci loricis corpora muniunt, cæteri dum morarum impatientes ruunt, nec vestes quibus se paulò ante largiori otio indulgentes exuerant, resumere meminerùt.

Saxonum imprudentia & secura.

Tumultus in castris Saxonicis.

Nullus alterum cunctantem operitur, sed singuli passim, prout ocyus, seriusvè arma expedierant accurrunt. Quamplurimi etiam trans fluvium Vultrut longius metati, prius infœliciter gestæ rei, quàm committendi certaminis nuntium acceperunt. Nec legiones ordinare angustia temporis sinebat, nec militem adhortari, nec castra consuetis stationibus munire, nec aliud quicquam facere quod militaris disciplinæ solennitas exigebat. Repentinus regis adventus omnia præverterat. Ut tandem ex illa trepidatione resumpto spiritu, cum in globum densissimum tumultuaria se statione stipassent, non expectato signo, ut consuetudo est pugnaturis, equis subdunt calcaria, & summonisu præcipites feruntur in adversarios. Haud procul ab Hohenburg. Nec impetum sustinere vel ad horam Suevi potuissent, nisi loco motis jamque pedem retro ferentibus Dux Welf cum exercitu Bajoarico, concurrisset.

Prima certaminis procella hastas & lanceas consumpsit. Reliquam partem gladiis, qua pugnandi arte plurimum excellit miles Saxonicus, peragunt, præcincti singuli duobus vel tribus gladiis, tantaque vi, tanta ferocitate, tanta feriendi calliditate grassantur, ut hostib, etiam non minus admirationi quàm terrori essent. Ibi Ernost Marchio Bajoariorum, vir in regno clarissimus, & multis sæpe adversum Vngarios victoriis insignis, graviter vulneratus est, & cum in castra semivivus relatus fuisset, postero die expiravit. Ibi Engilbertus comes, ibi duo filii Eberhardi comitis de Ellenburg, ibi quam plurimi nobiles ex Suevis, quamplurimi ex Bajoariis corruerunt, paucique admodum sine vulneribus prælio excesserunt. Rudolfus dux multis sæpe gladiis impetitus, quamquam tenacissimæ loricæ præsidio ictus omnes frustraretur, multis tamen ex assidua contusione membrorũ affectus est incõmodis.

Saxonum belli agitatio.

Ernst de Nellenburg.

Rudolfus dux.

In exercitu Saxonico præclarissimè enituit virtus Otthonis ducis quondam Bajoariæ. Is fortissimus juvenibus septus, modò in prima acie pugnam lacessere, ubicumq; acrior vis hostium incubuisset comminus adesse, insistentium vultus gladio ferire, per hostiles cuneos quaqua versum viam sibi ferro parare, modò in postremis cessantes adhortari, causæ quæ arma sumpserant admonere, & ut nunc, quod sæpe quàm sanctæ jurassent, libertatem suam manu vindicarent, omnes in commune per Deum obsecrare. Strenuè profecto & egregii militis, & optimi ducis officio fungebatur.

Otto dux Baioariæ

Protractum à media die usq; in horam nonam certamen, jam in eo erat, ut duo duorum regnorũ exercitus Sueviæ & Bajoariæ terga verterent, & regi frequentes nuntii salutem suorum in extremo sitam nuntiabant, cum repentè ex uno latere Hetimannus comes de Glizberg, ex alio latere Babenbergenses milites signa inferunt. Tum dux Boemorum, tum Gozelo dux Lutteringorum multis prius periclitantium in prælio legationibus & supplicationibus fatigatus, suas uterq; copias, incitatis ad cursum equis, immittit.

Imperatoris exercitus labascunt.

Non ultra Saxones vim multitudinis sustinere poterant, paulatimq; cedentes, cum inclinatas jam ad fugam acies dux Ottho restituere obsecrando, increpando, inertiam desidiamque exprobrando diu multumque conatus fuisset, tandem versis frenis omnes diversas in partes aufugerunt. Tum vero, ut semper in fuga hostium ignaviissimis & fortissimis par solet esse audacia, par gloria, omnes in exercitu regis legiones confusis ordinibus, omnes etiam plebei ac rustici, qui castrorum usibus servilem operam dependebant, ocyus se ad persequendos fugientes expediunt, equos calcaribus enecant, latissimos campos dicto citius transvolant, obstantia quęque conculcant.

Saxones secundo bello cæsi.

Fugientes, quum in castra, tamquam illic latibulum habituri, se recepissent captis castris & direptis exagitant, loca omnia per quæ fuga est, per miliaria duo vel tria circumquaque cædibus cruen-

Fuga Saxonum.

tant

vint, cadaverum acervis exaggerant. Et quia concitatus ungulis equorum pulvis, oculis prospectu rebus discrimen eripuerat, ut haud facile socios ab hostibus visu caligante secernere possent, quamplurimos ex sociis suis, dum hostes arbitrantur, interficiunt.

Principes Saxoniæ & nobiles præter duos mediocri loco natos, omnes vivi integrique evadunt, tum peritia locorum, tum obtenebrati aeris densitate, tum equorum velocitate commodissime usi.

Porrò in vulgus pedestre, quod congressis equitibus adhuc in castris resederat, ita ultra modum omnem, modestia atque debacchata est hostilis feritas, ut Christianæ verecundiæ obliti, pecudes sibi non homines singulare viderentur. Plurimam etiam partem fluvius Vustrut, dum metu gladii imminentis præcipitantius irruunt, absorbuit. Cædi nox finem fecit. Et quod ultra fluvium persequi fugientes haud fati, tutum putaretur, conversi milites ad spolia diripienda tantam in castris hostium invenerunt ciborum affluentiam, tantam auri & argenti vestiumque pretiosarum multitudinem, ut non ad bellum inferendum, sed ad epulum præbendum regis exercitui, & ostentandam opum suarum magnificentiam occurrisse viderentur.

Sævitiet in Saxonum vulgus.

Castra Saxonum spoliata.

Rex paulo post occasum solis inter faustas, ut solenne est militum, acclamationes, in castra revertitur, lætus, & æstuans gaudio, quòd hostes infestissimos insigni victoria subegisset; maximè jactantibus passim militibus, quod illos & illos de primis principibus Saxoniæ manu propria peremissent. Cumque ad lymphas congressionis reversi, alius dominum suum, alius patrem, alius fratrem, alius cognatum, aut alia quavis necessitudine sibi devinctum in acie corruisse reperissent, lætitia omnis in mœrorem, cantus versus est in vocem flentium. Planctu & ululatu castra universa perstrepebant. Sequentem diem in eisdem castris agentes, occisos terra obruunt. Qui clariores inter eos dignitatesq; extiterant, in patriam, unde quisq; oriundus erat, sepeliendos remittunt: vulneratis curam adhibent, quos milites in reliquum inutiles vulnera reddiderant, suis in patriam curandos destinant.

Victorum ovatio in planctum versa.

Nec facile æstimari poterat, quot hac, quot illa in acie cæsa essent millia, hoc tamen palàm constante, plus hic nobilium, plus illic cecidisse plebeiæ multitudinis, & propter amissionem clarissimorum virorum, majus victores quam victos tulisse dispendium.

Mœrore & luctu affectis omnibus, gravior accessit dolor & facti pœnitentia, comperto quod principes Saxoniæ, quos ad unum interfectos pridie vano rumore vulgaverant, omnes integro numero viverent atq; ad iterandum prælium novas denuo copias pleni animorum contraherent. Graviter nimis ferebant, & inter se haud obscuris murmurationibus tremebant, quòd maximo sui piaculo, minimo reipublicæ emolumento vanus suas innoxiè plebis sanguine polluissent.

Rumor fallax.

Rex ipse quam plurimum verebatur, ne miles in irritum fusi tanti sanguinis pœnitens, religionis obtentu deinceps militiam detrectaret, quam sine peccato & gravi offensa Dei administrare non posset. Pessimæ rei, pessimum Magontinus archiepiscopus remedium adhibuit. Collato cum paucis familiaribus regis consilio, repentè processit in publicum, & principes Turingiæ nec canonicè adhuc synodum evocatos, nec synodali audientia secundum ecclesiasticas leges discussos, præcipiti sententia excommunicavit: ea scilicet causa, quod eum anno priore Erpesfurt, quum ad exigendas decimas asse disset, dilectis gladiis intra ecclesiam impetissent. Et ne quis ei forte hoc crimini daret, quòd contra eandem ferta miseros homines, tam inexplicabilibus negotiis ad præsens implicitos, tam iniquo tempore adortus fuisset, quando tantis undique bellorum procellis jactati, non causis dicendis vacare, sed vitam tuam fuga vel armis servare necesse haberent, ait, à Romano pontifice sibi hoc permissum esse, ut absque legitimis induciis, absque legitima discussione, die quo sibi occurreret, eos justo anathemate ab ecclesia recideret. Nullum tamen sapientem latere potuit, quò potissimum spectaret hoc factum, eò, scilicet, ut exercitus regis promptior deinceps fidentiorque adversum eos bellum gereret, de quorum occisione, si post excommunicationem occisi fuissent, putaret se nec peccatis obnoxium fore, nec pœnis, quas leges ecclesiasticæ statuunt homicidis.

Principes Thuringiæ excommunicantur.

Licentia Romana.

Pelagien peccati egregium.

Igitur movit exercitus de loco certamînis, & transita Turingia ingressus est Saxoniam, omnia circum quaque ferro & igne depopulans, tantasque in villis singulis reperit opes, fœcundissima, scilicet, regio, & nulla ante hac bellis attacta, ut avidissimæ plebi castrorum, quæ sola spe rapinarum exercitum sequebatur, copia pareret fastidium.

Saxonia fœcunda regio.

Rex tamen assiduas ad principes Saxoniæ legationes, tum suo, tum principum suorum nomine destinabat, hortans eos, ut se dederent, atque in clementia ejus potius quàm in armis suis, quæ semel infœliciter tentassent, spem sibi deinceps ponerent. Sed illi haud dubiis indiciis compertum habentes, quanto in eos odio æstuaret, extremæ dementiæ esse judicabant, ut ei præcipitanter sanguinis sui jus, potestatemq; faceret, cujus iram tantis ante expeditionem supplicationibus mitigare nequivissent. Tamen mandaverunt ei verbis supplicibus, se pacem quàm bellum, clementiam ejus quàm indignitatem semper maluisse, & eam si alio pretio quàm proprio sanguine redimere potuissent, nunquam adhæc extrema audenda experiendaq; processuros fuisse: Quòd si vel nunc saltem post illatam cladem cor ejus tetigisset Deus, ut calamitatibus eorum condoleret, quos penè usque ad interneciionem prostravisset, se hoc gratanter amplecti, & obliteratis à corde suo omnibus malis, quibus

quibus in eos iram odiumque ſuum expleſſet, deinceps ei fidos devotosque futuros. Si autem hoc aliter quàm per deditionem fieri non poſſet, conſultius ſibi eſſe, ut ſalva exiſtimatione ſua, incolumi libertate ſua, in congreſſione publica morerentur, quam dediti, ritu pecudum jugularentur, vel diu in cuſtodia habiti, inſuper fame & ſiti, aliiſque cruciatibus macerati, omni morte triſtiorem vitam exigerent.

Ad ultimum juſſu regis profectus eſt Epiſcopus Magontinus & alii quidam ex principibus, & hæc eadem viva voce cum eis egerunt, obtecrantes eos per Deum, ut poſtquam malè auſpicato ſe certamini commiſiſſent, & cladem multis poſt hac ſeculis non abolendam accepiſſent, nunc ſaltem malo ſuo coacti, reſipiſcerent à ſtultitia, nec ſe, gentemque ſuam obſtinata deſperatione omnino perditum irent, ſe in conſpectu omnia cernentis Dei fidem ſuam interponere, quod ſi ſe ultrò dediſſent, aut eadem die, aut breviſſimo poſt tempore deditione abſolvendi eſſent, ſalvis ſibi dignitatibus, beneficiis, prædiis, & aliis facultatibus ſuis.

Econtra illi ſatis ſibi, ajebant, re ipſa cognitam & ſpectatam eſſe, & principum fidem, & Regis atrox atque implacabile ingenium, quum poſt illas conditiones pacis, quas priore anno in Gerſtungun Rex, Principibus ſuffragium ferentibus, quàm ſanctè firmaſſet, tam crudeliter in eos culpæ, quam tunc condonaverat, vindictam exercuiſſet, nec Principũ fides periclitantibus quicquamopis præſidiique contuliſſet. Proinde fruſtra eos rogare, ut fidem ſuam nunc experiantur, quaſi incognitam, quam in campis Turingiæ luce clarius, multo ſuo incommodo experti fuiſſent. Ita defixi in ſententia perſiſtentes, haud procul à Magadeburg locis munitiſſimis ſe continebant, quia licet multitudine abundarent, congreſſionibus tamen deinceps abſtinendum, niſi inevitabilis neceſſitas incidiſſet, decreverant.

Vdo Marchio Imperatori ſe ſubmittit.

Tamen Vdo Marchio, & epiſcopus Merſeburgenſis, & pauci alii nobiles Saxoniæ deditioni conſenſerunt. Ex quibus Vdo Marchio dato pro ſe obſide filio ſuo, ſtatim deditione abſolutus eſt. Epiſcopus in monaſterium Loreſſan miſſus, alii diverſis Principibus, ut ad tempus ſervarentur commendati ſunt.

Rex uſque Halberſtat cum exercitu venit, omnia ut cœperat circumquaq; ferro & igne depopulans. Goslariam quoq; cum paucis perrexit, parcens loco ditiſſimo, & ſibi ſemper gratiſſimo, ne quam, admiſſa multitudine, ſentiret deprædationis injuriam. Cumq; exercitus indies fame & ſiti deperiret, veteri frumento partim igne, partim tantæ multitudinis uſibus abſumpto, novo autem necdum maturo, cumque ſpes nulla eſſet ſine largioribus induciis, & majoribus impensis bellum hoc confici poſſe, exoratus rex à principibus Saxonia exceſſit, & tranſitis finibus Turingiæ, ubi Eſcheneuuege pervenit, exercitum dimiſit, accepta à Principibus firmiſſima ſponſione, quòd aditerandam expeditionem. 11. kal. Novembr. majores & ambitioſius inſtructas, ſibi in Gerſtungun copias adducturi eſſent.

Leodienſis Epiſcopus.

Quo in tempore nuntiatum eſt regi Dietuuinum Leodienſem epiſcopum, virum multis ornatũ virtutibus, & per plures jam annos ſacerdotio perfunctum, ab hac luce migraſſe. Cui protinus rex per interventum Gozelonis ducis, propter ejus excellens in militia meritum, ſucceſſorem conſtituit Heinricum quendam Vertunenſem Canonicum, ipſi duci conſanguinitate proximum. Quo ille beneficio, regi devinctus, operam ſuam futuræ expeditioni quàm maximam polliceebatur.

Legatio dives auri.

Rex dimiſſo exercitu, concitus Wormaciam venit. Nec multo poſt, Burchardus Præpoſitus Treverenſis Eccleſiæ, qui ad regem Ruzenorum legatione regia functus ierat, reverſus eſt: tantum regi deferens auri & argenti, & veſtium pretioſarum, ut nulla retro memoria tantum regno Theutonico, uno tempore illatum referatur. Qua regem mercede ad hoc tantum redimere volebat rex Ruzenorum, ut fratri ſuo, quem regno expulerat, adverſum ſe non præberet auxilium. Quod certe gratis etiam impetrare potuiſſet, quia inteſtinis ac domeſticis bellis occupatus, ad externa, tamque remotis gentibus inferenda bella, nullo modo vacabat. Per ſe magno muneri magnum addit pretium temporis opportunitas. Nam ingentibus recentis belli expenſis ærarium regis exhauſtum fuerat, & miles vehementer inſtabat, nuper exactæ militiæ præmium efflagitans: cui niſi ad votum regia largitione ſatisfeciſſet, haud dubiè conſtabat, quod eum ad reliquam negotii partem, quæ profecto major reſtare timebatur, minus devotum habiturus eſſet.

Simultas inter Magontinum & Halberſtatenſem epiſcopum.

Magontinus Archiepiſcopus efferatus in Halberſtatenſem epiſcopum, pro eo quod per eum potiſſimum ſtetiſſe videretur, ne Saxones deditioni conſentirent, ſpirituali armatura debellare parat, quem militari manu non potuerat. Legatum ei mittit, eumque ad ſynodum evocat, intentans ei crimen perjurii: Ea de cauſa, quod contra rempub. cui ſub jurejurando fidem ſpopondiſſet inſtructam aciem, dux ipſe belli, duxiſſet: Et hac occaſione epiſcopatu eum deturbare, ſi vota ſequatur effectus, machinatur: Parum recolens, ſeipſum eadem noxa teneri, quia & ipſe & cuncti Principes regni, qui nunc partium regis erant, in hæc eadem contra regem bella à principio conjuraverant. Sed nuntius metu hoſtium, per quorum terras tranſeundum erat, retardatus eſt, ne ad legitimas inducias, ſicut ſolenne eſt, ei diem diceret. Atque ita ineptum conſilium, eadem levitate evanuit, qua cœptum fuerat.

Synodum

Synodum tamen eodem anno menſe Octobri Magonciæ congregavit. Vbi inter alios epiſcopos, qui convenerant, aderat Curienſis epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis literas & mandata deferens, quibus ei ſub interminatione gradus & ordinis ſui præcipiebat, ſicut antea quoque multis legationibus præceperat, ut preſbyteros omnes qui intra ſuam diœceſim eſſent, cogeret, aut in præſentiarum conjugibus renuntiare, aut ſe in perpetuum ſacri altaris miniſterio abdicare. Quod dum facere vellet, exurgentes, qui undiq; affluebant clerici, ita eum verbis confutabant, ita manibus & totius corporis geſtu in eum debacchabantur, ut ſe vita comite ſynodo exceſſurum deſperaret. Sic tandem rei difficultate ſuperatus, ſtatuit ſibi deinceps tali quæſtione omnino ſuperſedendum, & Romano pontifici relinquendum, ut cauſam quam ipſe toties inutiliter propoſuiſſet, ille per ſemetipſum quando vellet, & quomodo vellet peroraret.

Clericis prohibetur matrimonia contrahere.

Heinricus Spirenſis epiſcopus, quum jam theſauros eccleſiæ Spirenſis penè omnes puerili levitate dilapidaſſet, & prædia militibus ſuis in beneficium erogaſſet, in tantum ut vix in dimidium annum ſumptus ei ex redditibus eccleſiæ miniſtrari poſſent, inopinata morte ſubtractus eſt. De cujus obitu dignam memoria viſionem vidit clericus quidam, qui ei defuncto protinus in epiſcopatum ſucceſſit, nomine Huzmannus. Putabat ſe in choro Spirenſi cum Epiſcopo & cæteris clericis ſtare: &, ecce, ingrediebantur chorum tres viri, unus exacta ætate canicie veneranda, duo juvenes tamquam in obſequium ſenioris deſtinati. Cumq; in medio chori aliquamdiu taciti conſtitiſſent, ait ſenioris his, qui circa ſe erant juvenibus. Quid tardatis quod vobis juſſum eſt explere. At illi, tuum, inquiunt, pater eſt primò adverſus eum dictare ſententiam. & nos ſine dilatione quicquid judicaveris exequemur. Et ille propter multa, inquit, mala, quæ in locum hunc, & in ſanctam Dei Genitricem operatus eſt, egreſſa eſt à Deo ſententia, ut interficiatur. Ad hanc vocem corripientes epiſcopum decollaverunt, & truncum in ligno crucis, quod in eadem eccleſia in ſublime elatum ſtabat, ſuſpenderunt. Cumque mane facto, clericus nimio horrore concuſſus epiſcopo ſomnium retuliſſet, viſus eſt ei quaſi deliramenta loqui, & propter ſoſpitatem corporis ſui, optimeque conſtantem omnibus membris vigorem ſuum, nullum tam è vicino imminentis exitii ſenſum admiſit. Et, ecce, ſeptimo dehinc die cum ad veſpertinalem ſynaxim cum fratribus in choro ſtaret, ſenſit repente parvulam ſibi, inſtar puncti, puſtulam in collo excreſcere, quæ paulatim in immenſum intumeſcente, ante mediam noctem defunctus eſt.

Heinrici epiſcop. Spirenſis mortis ominoſa præſagia.

Poſt abductum de Saxonia regis exercitum, iterum Saxones & Turingi crebra conventicula faciebant, in quibus plebs contra principes, & principes contra plebem graviſſima ſimultate tumultuabantur. Succenſebat plebs principibus, quòd eam ad ſumenda contra regem arma importunis ſuaſionibus impuliſſent, & nunc cum ad certamen ventum eſſet, ipſi fuga elapſi, plebem proſternendam, conculcandam, & ritu inertium pecudum jugulandam hoſtibus expoſuiſſent. Iraſcebantur principes plebi, quod ipſis in aciem progreſſis, & pro numero ſuo ſatis impigrè rem gerentibus, plebs intra caſtra inerti otio deſediſſet, & periclitantibus plurimum, irritæ ſpei nihil opis præſidiiq; diu expectata contuliſſet. Tum verò omnes in commune Saxones, omnes Turingos infeliſſime averſabantur, & cum his juſtius quam cum rege bellum ſibi fore dicebant, quod in fugam verſo Saxonico exercitu, Turingi per omnes vias & compita oppoſiti fugientes invaderent, raperent, lacerarent, & ignominioſa nuditate fœdatos, de ſuis finibus effugarent.

Bellum Saxonicum tertio repullulaſcens.

Saxones Thuringos deteſtantur.

Jam in eo erat, ut ad vim magnumque aliquod malum furgia ſpectare viderentur: Sed epiſcopus Halberſtadenſis, & Otto dux quondam Bajoariæ, quorum potiſſimum conſilio bellum Saxonicum adminiſtrabatur, efferatæ multitudinis animos ſalubri moderatione mitigabant: orantes eos per Deum, ne arma, quæ pro vindicanda libertate ſua concorditer ſumpſiſſent, nunc diabolico furore raptati, in propria viſcera retorquerent: Neu hoſtibus ſuis, qui luctuoſam à ſe victoriam reportaſſent, per inteſtinam hanc ſeditionem animos audaciamque repararent. Præterea cernentes, quod in fractam prima adverſitate plebem vehementer jam belli pœniteret pariter & tæderet, veriti etiam, ut ſemper varium & inteſtabile eſt plebis ingenium, ne ipſos principes captos regi traderent, & ſuam ſalutem eorum ſanguine redimerent, retulerunt ad eos de pace inſtauranda, ſuaſeruntq; ut quomodo ſemel accepta clades belli ejus tædium horroremq; incuſſiſſet, omnem nunc operam verterent ad placandam regis adverſum ſe indignationem.

Grataner nimis hoc auditum acceptumque eſt ab omni plebe, Statimq; epiſcopum Premenſem & Vdonem Marchionem collato conſilio ad regem miſerunt, orare per Deum, ut ſaltem nunc ſanguine eorum exſaturatus, iracundiæ ſuæ modum poneret, nec exiguum gentis Saxonicæ, quod atrociſſimæ cædi ſuperfuerat, uſque ad internecionem deleret, dieu locumque conſtitueret, quo tuto venire, tuto cauſam dicere liceret: Se juxta jurisdictionem omnium regni principum, de omni injuria, qua ſe læſum diceret, paratos ei ad votum ſatisfacere. Omnem poſtremo ſatisfactionem proponere, omnia, ſalva modo vita & libertate, libenter paſſuros fore, ſi tantum expeditionem quam adverſum ſe omnibus regni principibus indictam compeniſſent, ad tempus inhiberet.

Legati Saxonum ad Imperatorem.

Imperatoris reſponſum.

Ad hæc rex ait: ſe nec eis, nec cuiquã juſtam ſatisfactionẽ de culpa proponenti veniã negaturum:

De tanto autem tamque atroci negotio præcipitanter sententiam ferre nec velle, nec debere, doctos principes regni in unum convenirent, in quorum communem ignominiam læsæ majestatis injuria redundaret, & quorum tam virtute bellum transigendum, quàm consilio pax reparanda esset: præsertim quum jam sæpenumero bona & pacifica promittentes fefellissent, se principibus suis in expeditionem coadunandi exercitus diem 11. kal. Novemb. constituisse in Gerslingum. Si eos patrati facinoris revera pœniteret, eò venirent, accepturi illic, quamcumque regni principes æquam judicassent, pro admissa temeritate, sententiam.

Saxones Imperatori expeditionē declinare student.

Hoc ubi Saxonibus nuntiatum est, ingens eos metus invasit, omnesque certatim animi conatus intendunt ad placandam quoquo modo possint regis iracundiam: Ea præ omnibus cura habita, ut expeditionem, quæ tam atrociter indicta fuerat, prævertorent, recolentes quantum calamitatis superiore expeditione accepissent, & haud dubiè scientes, quod infestiorem nunc hostem, insuper ta post fugam bella sibi redditura essent. Itaq; supra memoratos nuntios, & cum his Hildinisheimensem episcopum mittunt, nec regi solum, sed cunctis etiam principibus, pro recuperatione pacis obnixius supplicare jubent, omnem admissi facinoris satisfactionem etiam supra leges & natales suos promittunt. Et ne verbis minus fidei sit, obsides ipsis Legatis, quantos accipere velint tradunt, quibus se obligent, nulla unquam levitate, nulla necessitate, nulla ingruentium casuum mutabilitate promissionibus suis defuturos fore.

Imperator implacabilis.

Sed rex comperto per occultos indices, quod id molirentur, omnibus modis satagebat, ne qua deinceps ante instructam expeditionem legatis Saxonum copia fieret colloquendi secum: prævens, scilicet, ne forte principes regni supplicationibus eorum & satisfactionis humilitate victi, clementiorem in eos animum acciperent. Quin immò, tam honori quàm iracundiæ suæ hoc consultius fore judicabat, ut si fieri posset, novis occasionibus veteres inimicitiæ instaurarentur, & vulnus quod præpropere in cicatricem obduci metuebat, recentibus plagis exulceraretur.

Imperator æstu tenatur Saxoniam subigere.

Ad hoc efficiendum novo & exquisito utitur artificio. Simulat se à Salomone viro sororis suæ, rege Vngariorum, in Vngariam evocatum, ut lites quæ inter ipsum erant & Jojadam, quæ eum regno expulerat, habito cum utriusq; familiari colloquio componeret. Hujus itineris prætextu elusis omnibus regni principibus, in Boemiam proficiscitur: nullum secum habens ex principibus, præter Herimannum comitem de Glizberg, equites autem expeditos, & tanto negotio allectissimos penè quingentos. Qui rejectis sarcinis & cæteris bellorum impedimentis, itineri tantum & certamini se expedierant. Assumpto in Boemia duce & exercitu Boemico, per occultos ac difficillimos tramites in Saxoniam contendit, sperans se eos, ut dici solet, inter oscitantes, cum inopinatus irrueret, facile oppressurum, aut si rebellare tentarent, justam deinceps adversum eos belli & satisfactionis non suscipiendæ causam habiturum.

Episcopum Misnen sis captus.

Igitur usq; Misenen pervenit urbem, sitam in confinio Boemiæ & Saxoniæ. Ibi à civibus pacificè in civitatem susceptus, episcopum civitatis ipsius comprehendit, omnia quæ ejus erant diripuit. Hoc solo reum majestatis eum adjudicans, quod toto tempore belli Saxonici nullos ad eum servatæ erga remp. fidei indices, nuntios, vel literas destinasset. Cæterum homo eccle si astice paupertatis & nihil aut parum habens pompæ militaris, vota forsitan contra remp. facere, arma ferre non poterat, nec magnum vel his vel illis partibus momentum, amicus sive inimicus extitisset.

Metum in castris Imperat.

Paulò ulterius progressus villas nonnullas incendit, homines pleroſq; ingenuos in deditionem accepit. Cum repentè præmissi exploratores retulerunt, jamdudum consilii hujus famam ad Saxones prævenisse, eos contractis plusquam 15. milibus armatorum, haud procul castra posuisse: Paratos cum eo proxima die, nisi satisfactionem eorum, pacisq; conditiones ultro susciperet, collatis signis confligere. Postremò de ejus, suorumque omnium salute actum esse, si vel ultra progredi vel in eisdem castris posteram diē operiri vellet: præsertim quum nullum undiq; conclusis effugium pateret: nec periculum manu propulsare, multitudine impares, possent. Ingens omnes qui cum rege erant metus perculit, vehementerq; ejus ineptiam incusabant, quod cum successus suos nimium ipse urgeret, & morarum impatiens multorum annorum bella uno impetu conficere immoderata præsumptione festinaret, se, suosque hostibus puerili levitate prodidisset. Eorum monitis obtemperans citato quantum poterat reditu in Boemiam, unde eruperat, se recepit. Quem abeuntem, quidam ex Saxonibus expediti equites, insciis principibus insecuti, priusquam Saxonia excederet oppressissent nisi Boto comes, qui ad Saxones à rege oratorierat, provocare eos ad deditionem, vel, quod verius est, vana pollicitatione veniæ implicare eos, ne persequerentur abeuntem, hac arte eos fefellisset.

Botonis comitis Stratagema.

Digrediens à castris Saxonum, cum eos paulatim vestigia sua insequi cerneret, iter unius diei, quo ad regem redire poterat, longos anfractos, & longa viarum dispendia legendo, vix triduo confecit: ut per hanc, scilicet, moram rex elusis hostibus in tutum evadere posset.

Ita periculo liberatus rex, militem suum labore ac vigiliis tum potissimum fame ac siti penè usque ad defectionem spiritus confectum, post paucos dies Ratisponam reduxit è vicino jam imminente die, quo in expeditionem exercitus adunandus erat. Invenitque ibi Legatos Saxonum, multo jam tempore reditus ejus præstolantes.

Quos

Quos responsum differendo diu suspensos tenuit, ut redire ad suos, nisi sub ipso imminentis jam expeditionis articulo, & penè incumbente jam cervicibus eorum hostili gladio, non possent.

Marchia Boemico duci concessa.

Cumque sub idem fere tempus Dedi Marchio longa ægritudine absumptus decessisset, Marchiam ejus Boemico duci, in præmium exactæ militiæ dedit: tametsi uxor Marchionis Adala filium suum, cui hæreditaria successione Marcha debebatur, ei paulò ante pro se obsidem misisset, & ipse Marchio post recuperatam pacem in Gerstingun, intemeratam semper erga regem, remque publicam fidem servasset.

Saxonum confabulationes bellicæ.

Interea Saxones & Turingi inter spem & metum, inter pacem & bellum, inter comminationes & supplicationes, vario curarum æstu fluctuabant, nec quid agerent, quo se verterent, quibus modis impeditam rem explicarent, crebra conventicula facientes, deliberare poterant. Censebant alii quomodo rex ad internecionem totius Saxonicæ gentis animum obstinasset: ut quicquid Saxoniæ vel Turingiæ hostilis exercitus reliquum feciſſet, id ipsi, injecto igne, absumerent, & sic cum omnibus suis ultra fluvium Albim commearent. Alii ut Luiticios infestissimam nomini Christiano gentem, finibus suis excirent, & barbaro milite adversus barbarum atque implacabilem hostem uterentur. Alii ut castella, quæ rex per Turingiam & Saxoniam dirui jusserat, instaurarent, & locorum difficultate, quoniam armis non possent salutem suam, quo ad indignatio domini deflagraret, tutarentur. Sed plebs omnem spem suam ab armis ad preces verterat, quæ si non proficerent, incunctanter animo fixerat, omnia fœda etiam atque crudelia potius tolerare, quàm se certamini committere, & ancipitem fortunæ aleam, quàm semel infausta congressione experta fuisset, denuo tentare. Econtra principes, quibus primum authoribus ea rabies inarserat, sedulò instabant, obsecrantes, ut pristinæ virtutis memores crimen non inferrent gloriæ suæ: nec optimè cœpta fœdissimè nunc desererent: quod prima congressione res secus cessisset, id causæ extitisse, quod nec regem nec principem habuissent, cujus ductu & auspicio bellum gerere, ad cujus imperium castra locare, in aciem procedere, manum cum hostibus conferre, & cætera militaris disciplinæ munia observare sacramenti militaris religione cogerentur. Si is scrupulus ademptus esset, nullum regem, nullum deinceps exercitum virtuti Saxonicæ insuperabilem fore. Proinde malæ rei, pessimæ spei, unicum hoc remedium, & adversus insolentiam hostium vehemens telum esse, si regem sibi crearent, & in ejus verba jurarent, se pro patria, pro conjugibus, pro liberis, pro legibus, pro libertate sua, usque ad mortem militaturos esse. In his & huiusce modi deliberationibus cum sæpe septem, sæpe 14. dies continua consultatione trivissent, incertiores semper quàm veterant domum revertebantur. Ita quum omnia deliberando pertentassent, omnia discussissent, propter acceptæ cladis recentem memoriam, nihil rationibus suis satis tutum, satis firmum putabant.

Expeditio in Saxoniam quarta.

Rex 11. kalend. Novembr. juxta conditum venit in Gerstingun, Venerunt omnes Teuthonici regni episcopi & comites. Aderat Diodericus dux Mosellæ regionis, aderat Gozzelo dux Lotharingiæ, rarus habens copias, ita militaribus armis instructas, ita de tota cui præerat regione severissimo delectu habito exquisitas, ut solæ cæterum Regis exercitum numero, & bellici apparatus gloria præcellere ac supergredi viderentur. Alii duces Rudolfus, scilicet, Dux Suevorum, Welf Dux Bajoariorum, Bertholdus dux Carentinorum regi auxilium suum petenti denegaverant, pœnitentes ut ajebant, superiore expeditione in irritum fusi tanti sanguinis, offensi etiam regis immiti atque implacabili ingenio, cujus iracundiæ incendium, nec lachrymæ Saxonum, nec inundantes campis Turingiæ rivi sanguinis restinguere potuissent. Cæteri tamen principes, qui frequentissimi convenerant, magnum satis ac validum exercitum fecerant, ei tamen longe ac longe imparem, quem prior illa expeditio contraxerat.

Saxonum castra & legati ad Imperatorem.

Saxones & Turingi ultima jam necessitate exciti, amplissimo numero convenere, & positis castris haud procul à curte regia Northusun, Archiepiscopum Premensem, episcopum Hildenesheimensem, Vdonem Marchionem a regi obviam in Gerstingun miserunt, obnixè postulantes, ut à latere suo principes, quos vellet ad eos transmitteret, paratos, se collato cum eis consilio, omnibus quæ justa sint, promptissime assensum præbere.

Abnuit rex, nec principes suos de tam remotis regni partibus ad sententias dicendas consuxisse, sed ut manu militari ab hostibus communes Reip. injurias expostularent. Sed cum ei hoc vix & ægre supplicatio legatorum extorsisset, nullus erat ex principibus, qui eo munere fungi consentiret singulis, videlicet, timētibus, ne vel apud regem perfidiæ notarentur, si quid in Saxones clementius agerent, vel apud Saxones mendacii crimine infamarentur, si veniam eis admissi pollicerentur, quam incunctanter scirent, nullam eos à rege consecuturos. Triduo in hac cunctatione cessatum est, Legatis assiduo euntibus ac redeuntibus, atque in eadem verba regis & omnium principum aures obtundentibus. Nec propterea rex profectionem distulit, sed instructo exercitu, prælatis militaribus signis lento cotidie gradu in ulteriora populabundus contendebat.

Legati Imperatoris ad Saxones.

Tandem placuit mitti ad eos Magontinum archiepiscopum, Salzburgensem Archiepiscopum, Augustensem episcopum, Wirzeburgensem episcopum, & cum his ducem Gozelonem, cujus po-

ſſimum in ea expeditione authoritas valebat,& in eo omnium quæ agenda erant, ſumma & cardo vertebatur,pro eo quod licet ſtatura puſillus,& Gibbo deformis eſſet,tamen opum gloria, & militum lectiſſimorum copia,tum ſapientiæ & eloquii maturitate cæteris Principibus quam plurimum eminebat. Hos quinque nominatim ad colloquium ſuum Saxones expetierant, quod hos conſtantiſſimæ fidei & veritatis eſſe compererant, & quicquid hi ſpopondiſſent, ratum fore haud dubio credebant.

Saxones ſupplices. Cumq; in caſtra Saxonum veniſſent,provoluti pedib.eorũ principes Saxoniæ, obteſtabantur per Deum,ut calamitatis eorum miſererentur,quos regis inclementia,& primo ad audendum hoc immane ſacinus coegiſſet,& nunc victos & penè uſq; ad internecionem deletos,ad exitiales cruciatus inſatiabili odio depoſceret. Quod ſi legibus, ſi judicijs,ſi more majorum innocentiam ſuam aſſerere permittantur, facile crimen refellant, & ſe acceptas in Gerſtingun pacis conditiones nullo deinceps auſu temerario violaſſe probent,vel ſi probare nequeant pœnas,quas leges & ſcita majorum in ſimilium criminum reos ſanxerint,perſolvere non abnuant. Nunc vero novo crudelitatis genere innocentib. refellendi criminis copiam non dari,placationem non recipi', ſatisfactionẽ non admitti ſed ſemel conceptæ indignationis virus,ita penitus imis inſediſſe viſceribus,ut non alio medicamine,quàm totius Saxonicæ gentis exterminio ſedari valeat. Proinde videant ipſi memores humanarum rerum,ne forte peſtilentis hujus exempli contagium ſumpto ab Saxonibus exordio,cæteros ét quandoq; regni principes inficiat,& ita nunc infœlicibus eventis Saxonum moderentur,ita calicem hunc fellis & Abſinthii miſceant & propinent Saxonibus, ut ſibi quoq; paulo poſt eundem meminerint eſſe bibendum. Se jam inciſa ſpe,omiſſa deinceps ſalutis propriæ cura, hoc firmiter animo ſtatuiſſet,ut quicquid illi agendum cenſeant,ſuadeant,jubeant,incunctanter agant, nec ſuarum partium ſtudio partiantur ulterius totius Reip.ſtatum periclitari.

Legatorum Imp. reſponſum. Adhæc illi reſponderunt, ſe cauſam qua primum adverſus regem arma ſumpſerint,non admodũ improbare, nec placere ſibi obſtinatum ad pernitiem eorum regis animum & pertinax odium,cõſenſiſſe tamen in hoc omnes regni principes,de uſurpato in Republica novo hoc & multis remoſculis inaudito facinore, nonaliter regi vel Reipublicæ poſſe ſatisfieri, quàm ut ſe abſque ulla exceptione dedant.Sibi autem quorum hoc conſilio agant curę futurum,ut nihil ex hac deditione quod ſaluti eorum,quod honori, quod rei familiari officiat experiantur.

Saxonum vulgus. Adverſus hanc vocem vehementer infremuit vulgus Saxonicum, durumque omnibus viſum eſt, & intolerabile, & ei ſanguinis ſui jus poteſtatemque facere, cujus crudelitatis tam clara cepiſſent experimenta, qui poſt depopulationes Turingiæ & Saxoniæ, poſt multa hominum milia cæſa, adhuc ſpirans minarum & cædis,omnia adverſum eos mundi regna concitaſſet, cujus iracundiæ in ſecundis rebus non pietas, non miſeratio,non Dei, non hominum reſpectus unquam modum feciſſent,ſatius ſibi fore,ut æquo certamine congreſſi,more virorum fortium moriantur in bello, quàm ut in exiliis & carceribus ritu pecudum iugulari, ridiculum hoſtibus ſuis ſpectaculum præbeant.

Econtra illi ſedulo inſtabant,deprecantes,ut ſalutatibus monitis adquieſcerent, neque exiguum Saxonici nominis,quod cædi ac depopulationi ſuperfuiſſet vana deſperatione perditum irent, ſe ſi minus ſalutis eorum,at propriæ exiſtimationis curam permaximam habere,qui profecto maculam ſibi & crimen nulla deinceps ætate, nulla virtute abolendum contraherent, ſi fidei ſuæ creditos adverſitatis cujuſquam vel levis aura perſtringeret. Proinde ituros ſe ad regem,& ſi tuto fidem ducere,tuto veniam polliceri poſſent compertu ros,&quæ comperta fuiſſent,die poſtera renuntiaturos.

Rex gratiſſime amplexus pacis conventionem, promiſit, & ſicut vulgata in plurimos fama loquebatur,etiamſi juſiurandum dedit,nihil ſe in eos ſi dediti fuiſſent, præter voluntatem & ſententiam acturum eorum,quorum opera & beneficio incruenta ſibi hac victoria obtigiſſet.

Sæpe itum ac reditum eſt,ſæpe Saxones refutato deditionis conſilio arma expediri, atq; in aciem ſigna efferri conclamaverant,dum omnia fide regis tutiora ſibi arbitrarentur.

Gozzelonis ſtudiũ in placandis Saxonib. Sed Gozzilo dux,& qui cum eo erant Epiſcopi ſatis impigros ſe exhibuerunt negotio, & ferocientis multitudinis tumultum nunc minis,nunc blandimentis comprimebant, pollicentes, & quia verbis parum fidei erat,etiam ſub jurejurando confirmantes,non ſalutis,non libertatis,non prædiorum, non beneficiorum, non cæteræ ſuppellectilis ſuæ ullam eos jacturam ſenſuros,ſed poſtquam faciem regis & regni majeſtatem momentanea ſatisfactione magnificaſſent,ſtatim de deditione abſolvendos, & patriæ libertatique in nullis imminuto ſibi conditionis ſuæ ſtatu reſtituendos eſſe.

Saxones ſe dedunt Imperatori. Non verba, non juramenta,non promiſſiones ullæ principibus Saxoniæ metum ademerant, ſed quia nec utiliter hoſtibus congredi numero ac virtute impares valebant, nec bellum diutius trahi, plebe jam olim tædio affecta, & pacis recuperandæ cupidiſſima poterat,poſt longas deliberationes poſt multas tergiverſationes lachrymantes, atque alta ſuſpiria ab imis trahentes viſceribus,tandem deditioni conſenſerunt, & fidem principum regiſque clementiam propriæ ſalutis periculo experiri ſtatuerunt.

Quod

Quod ubi protinus per exercitum regis celebris rumor vulgaverat, ingens gaudium, vehemens erat gratulatio, omnique triumpho illustriorem omnibus spoliis opimioreꝫ æstimabant victoriam, quod adempta sibi fuisset necessitas, cum his manum denuo conserendi, qui prima congressione extinctis penè omnibus Sueviæ ac Bajoariæ luminibus luctuosam victoribus victi cladem intulissent.

Saxoniæ Principum Catalogus.

Postera die rex ad suscipiendos eos in medio late patentis campi planitie in loco, qui dicitur Spiraha, assedit, toto exercitu ad hoc spectaculum solenniter evocato, latissimo inter constipatam multitudinem vacante spacio, ubi dum procederent totius exercitus oculis conspicui forent. Igitur introducuntur per ordinem Saxoniæ ac Turingiæ primo principes, Wezil archiepiscopus Magadaburgensis, Bucco episcopus Halberstatensis, Ottho dux quondam Bajoariæ, Magnus dux Saxoniæ, Herimannus comes patruus ejus, Fridericus Palatinus comes, Liedericus comes de Cadalenburg, Adelbertus comes de Turingia, Rudeger, Sizzo, Berenger, Bern, comites. Dehinde ingenui omnes, qui generis vel opum claritate aliquantulum eminebant in populo, & sicut convenerat absque ulla exceptione regis se dediderunt.

Imperator fœdus cum Saxonibus ini.

Rex eos principibus suis singulis singulos, donec de eis communi consilio deliberaretur, servandos commisit & paulò post rupto fœdere, contemptis omnibus, quibus se obligaverat jurisjurandi vinculis, eos per Galliam, Sueviam & Bajoariam, per Italiam & Burgundiam deportari fecit. Beneficia quoq; eorum militib. suis, quorum præcipue opera in bello Saxonico usus fuerat distribuit. Cõmoratus etiam paucis diebus in Turingia castellum in Asenberg instaurauit, præsidiumq; imposuit, præcavens nequid post digressum suum instabilis vulgi levitate novaretur. Præterea ingenuis omnibus, qui vel casu absfuerant, vel metu se subtraxerant diem statuit, ante quem si in deditionem nõ veniissent, tamquam hostes publici ab omnibus, quib. Respu. curæ esset, ferro & igne infestarentur, atque ita dimisso exercitu, victor rediens, natalem sancti Martini Wormaciæ celebravit.

Babenbergensis Diœcesis Episcopo vacua.

Interea Romanus pontifex crebris legationibus & Babenbergenses clerici assiduis supplicationibus vehementer regi imminebant, ut jam diu vacanti ecclesiæ Babenbergensi rectorem provideret. Siquidem prior episcopus, licet extrinsecis Ecclesiæ possessionibus, militum suorum, ut supradictum est, præsidio fultus, contra vetitum incubaret, nullam tamen pontificalis officii administrationem usurpabat, apostolici anathematis religione absterritus. Cumq; regi in pace & in bello tranquilla seu turbata republica semper commodissime affuisset, & schandalizatis in eo cæteris regni Principibus, solus ille nunquam schandalizatus fuisset, sed in cunctis quæ ei accidissent calamitatibus pondus diei & æstus cum eo inconcussa fide portasset, nunquam tamen rex vel levi verbo calumniatoribus ejus obstitit, quin immo haud gravate adversus eum accusationem reciperevidebatur, eo videlicet, ut pleriq; interpretabantur, intendens, ut per hujus dejectionem via sibi patefieret ad Wormacienſem episcopum, & alios nonnullos, quib. in ultionem pristinæ defectionis jam pridem summa ope calumniam struere sentiebatur.

Rupertum episcopum Bambergæ constitutum.

Igitur profectus Babenberg, Rupertum Goslarienſem præpositum in natale sancti Andreæ Apostoli, pro eo ordinari fecit episcopum, virum pessime existimationis in populo, eò quod regi familiarissimus & omnibus ejus secretis semper intimus fuisset, & omnium quæ rex perperam & præter regiam magnificentiam in repu. gessisset, potissimus incentor extitisse putaretur. Et milites quidem acerrime factum improbabant, quod scilicet, vivente priore episcopo nec canonice adjudicato alius ad adulterandam ecclesiæ Babenbergensis castitatem superordinatus fuisset episcopus. Clerici autem & si eos quàm maxime offenderet persona ordinati, haud sane bonum testimonium habens ab his qui foris erant, malebant tamen qualemcunq; habere, quam eum adversus quem sedem Apostolicam appellaverant, & cujus vitæ institutionisq; lugubrem tragœdiam, toto mundi hujus theatro decantandam vulgaverant, recipere.

Monachorum ambitio ob Abbatiam Fuldensem.

Postera die cum ad eligendum Fuldensem Abbatem Rex cum Principibus assedisset, grandis erat inter abbates & monachos, qui ex diversis locis frequentes confluxerant, concertatio. Tamquam solenniter indicto agone singuli pro virili portione currentes, alius aureos montes, alius ingentia beneficia ex agro Fuldensi, alius solito impensiora in rempublicam servitia promittebant. Nec prorsus in promittendo modum aut modestiam ullam servabant. Et ò mores, ò tempora, ò abominationem desolationis stantem in loco, ubi non debet, & mammonam nostris temporibus publice sedentem in templo Dei, & extollentem se supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Abbates & monachi ita ambitionis spiritu præcipites rapiebantur, ut eos à cupiditate sua non pudor nominis Christiani, non habitus arctioris propositi, non ipsum denique deterreret recens exemplum Babenbergensis Episcopi, quem pridie viderant non aliam ob causam & episcopatu privatum & communione, quàm quòd ad sacrum ordinem illicita largitione aditum sibi affectasset.

Ruz alio monachum ex improviſo fit Abbas Fuldenſis.

Horum impudentiam rex vehementissime ut dignum erat detestatus, cum hinc inde importune obtundentium precibus urgeretur, repente divino ut creditur spiritu actus, monachum quendam Herveldenſem Ruzelinum nomine, qui pro causa monasterii jussu abbatis sui ad curtem venerat

nerat, in medium evocat, & nihil minus suspicanti, etiam inopinatæ rei miraculo penè exanimi, baculum pastoralem offerens, primus ipse abbatem eligit, dein cæteros tam monachos quàm milites, ut in electionem ejus consentiant obnixe efflagitat. Ita cunctis qui aderant lætissima acclamatione suffragium ferentibus, abbatiam suscipere jubetur. Et cum diu nunc imperitiam suam, nunc malam valetudinem, nunc abbatis sui absentiam causatus restitisset, vix tandem aliquando præsentiam episcoporum obtestatione adjuratus, suscipere consensit.

Adalbertus Abbas de Loressan.

Similiter defuncto nuper Vdalrico abbate de Loressan, cum monachi & milites in electionem præpositi concorditer adunati ad Curtem venissent, neque rex aliter sensurus putaretur, propter multa servitia, quibus ille dum præpositus monasterii esset, gratiam dilectionemq; ejus officiosa ad modum sedulitate redemerat, Rex alium quendam ejusdem cœnobii monachum Adalbertum nomine, qui cum cæteris fratribus nihil tale opinatus advenerat, repente injecta manu in medium protrahit, & rei novitate attonito, baculum pastoralem cunctis stupentibus tradit.

Desperatio facit Monachum.

Hermannus Babenbergensis episcopus, comperto quòd alius in locum ejus subrogatus esset episcopus, cum omnis jam ei spes adempta esset, recuperandæ deinceps dignitatis suæ, nec ad eludendam Romani Pontificis sententiam ullũ ultra pateret diverticulum, in monasterium cui nomen est Suarza secessit, ibiq; sub Eggeberto abbate sanctæ conversationis habitum suscepit. Statimq; assumpto secum eodem abbate suo, Romam profectus est, cum de inobedientia sua humiliter apud sedẽ Apostolicam pœnitentiam egisset, & anathemate liberatus, & sacerdotalis ministerii præter pontificalem dignitatem denuo licentiam esset consecutus.

Vita Annonis episcopi Coloniensis.

Annum hunc multis cladibus insignem potissimum lugubrem fecit obitus Annonis Colonienſis Archiepiscopi, qui post longam ægrotationem, qua Dominus vas electionis suæ in camino tribulationis transitoriæ purius auro, purgatius mundo obrizo decoxerat, 2. Non Dec. beato fine perfunctus, ad angelos ex hominibus, ad immortalia ex mortalibus transmigravit.

Prodigia.

Testantur hoc signa & prodigia, quæ cotidie circa sepulchrum ejus dominus ostendere dignatur ad confutandam impudentiã eorum, qui paulò ante vitam ejus sanctissimã, atq; ab omni hujusmodi labe quantum ad hominem integerrimam, livido dente carpebant, & pretiosam margaritam jam olim cœlestis regis diademati destinatam falsis rumoribus obfuscare conabantur. Is in Babenbergensi Ecclesia, in ludo tam divinarum quam secularium literarum enutritus.

Puerilia sive iuventutis & studia.

Postquam adolevit, nulla commendatione majorum, erat quippe loco mediocri natus, sed sola sapientiæ ac virtutis suæ prærogativa imperatori Heinrico innotuit. A quo in palatium assumptus brevi apud eum præ omnibus clericis, qui in foribus palatii excubabant, primum gratiæ & familiaritatis gradum obtinuit, hoc præcipue diligentibus in eo omnibus bonis, quod justi ac recti admodũ tenax erat, atq; in omnib. causis pro suo tum statu, non adulando ut cæteri, sed cum magna libertate obloquendo, justitiæ patrocinabatur.

Corporis habitus.

Erat autem præter virtutes animi & morum gloriam, corporis quoq; bonis ornatissimus, statura procerus, vultu decorus, lingua promptus, vigiliarum & inediæ patientissimus, postremo ad omne boni operis exercitium, naturæ muneribus affatim instructus.

Dignitas.

Exactis in palatio haud multis annis, magna imperatoris, magna omnium qui eum noverant expectatione adeptus est Colonienſem episcopatum, atq; ita deinceps in omnibus tam ecclesiasticis quam reipublicæ negotiis, haud imperem se accepte dignitati gerebat, & sicut æditioris loci insignibus, ita cunctis virtutum generibus inter cæteros regni principes conspicuus incedebat. Reddebat sollicitus quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, quia Colonienſis nominis majestatem, & secularem pompam, ambitiosius penè quam aliquis ex præcessoribus ejus ostentabat ad populum. Nec propterea tamen invictum inter tantas occupationum procellas, spiritum unquam relaxabat à studio divinarum rerum.

Ieiunia & vigilia.

Crebris jejuniis corpus suum macerabat, & in servitutem redigebat. Pernoctabat plerumq; in orationibus, & per ecclesias uno tantum puero contentus comite, nudis pedibus discurrebat. Et diem quidem in disponendis privatis seu publicis negotiis, nocte vero totam in opere Dei expẽdebat. Multa illius in pauperes, in peregrinos, in clericos, in monachos benignitas, mira liberalitas erat.

Liberalitas.

Nullam intra diœcesim suam congregationem prętermisit, quam non prædiis, ædificiis, stipendiis, sua specialiter donatione auctam vita decedens relinqueret. Et planè apud omnes indubia fide constitit, ex quo Colonia fundata est, unius nunquam Episcopi studio tantum opes & gloriam crevisse Colonienſis ecclesiæ. In judicandis causis subditorum nec odio, nec gratia cujusquam à vero abducebatur, sed semper in omnibus propositam indeclinabiliter sequens æquitatis lineam, advertendum judicium, nec accipiebat personam pauperis, nec honorabat vultum potentis.

Iustitia administratio.

Doctrina & verbi prædicatio.

Tum vero verbum Dei ita luculentè, ita magnifice disserebat, ut saxeis etiam cordibus sermo ejus lachrymas excutere posse videretur: & semper ad exhortationem ejus planctu & ululatu compunctę multitudinis ecclesia tota resonaret.

Duas

Duas Coloniæ congregationes clericorum ex integro propriis impensis instituit, unam in loco qui dicitur Ad gradus, titulo sanctæ Mariæ, alteram foras murum titulo sancti Georgii martyris. Tres etiam congregationes monachorum diversis in locis ex suo construxit: unam in monte qui à præterfluente fluvio cognominatur Sigeberg, aliam in regione Sclavorum in loco qui dicitur Salefelt, tertiam in regione Westfaal, in loco qui dicitur Grascaf, quas omnes & augustissimis ædificiis excoluit, & exquisitissimis ecclesiæ ornamentis illustravit, & amplissimis atque in multorum fratrum usus sufficientibus prædiis locupletavit. Cumque in omnibus Teuthonici regni monasteriis cerneret antiquum illum regularis disciplinæ fervorem admodum refrixisse, & monachos à vita communi ad rem familiarem, curam omnem studiumq; convertisse, gravi tædio angebatur animus ejus, quod ingentibus expensis nihil Deo dignum confecturus putaretur. Interea contigit ut pro sua reip. Romam pergeret. Cumq; aliquas Italiæ regiones peragraret, principes ejus regni, ne à rege deficerent, suis exhortationibus confortaturus, ad monasterium quoddam cui Fructuaria nomen est, causa orationis divertit. Ibi admiratus monachorum arctissimam, & secundum regulæ instituta cõversationem, nonnullos eorum in opere Dei probatissimos secum rediens abduxit, & eos, ad tradẽdam Galliis ejusdem disciplinæ formulam in Sigeberg constituit, prioribus monachis, quos ex sancto Maximino asciverat, quoniam in horum instituta concedere noluerant, honorifice in locum suum remissis. Quod eius factum imitati cæteri Galliarum episcopi, alii ex Gorzia, alii ex Clonica, alii ex Sigeberg, alii ex aliis monasteriis monachos evocantes novam divini servitii scholam in suis singuli monasteriis instituerunt. Adepque brevi convaluit fœlicis hujus facti æmulatio, ut pauca intra Galliam monasteria videamus, quæ non jam novæ hujus institutionis jugum subacta receperunt. Ipse vero monachos suos juxta quod in Fructuaria cõperat cernens artissimis vivere disciplinis, & conversationis eorum opinione longe lateque vulgata, multos ad mundi contemtum inflammari & eorum magisterio se in via Dei erudiendos tradere, magnas Deo gratias referebat, quod non confudisset eum ab expectatione sua. Omnem quoque diligentiam adhibebat, ne quam earum rerum, quibus corporis imbecillitati consulendum sit, penuriam sustinerent. *Fundationes religiosæ.*

Honorabat ac venerabatur eos ut dominos suos, nec solum Abbati, sed Decanis etiam monasterii ita subditus dictoque obtemperans erat, ut ad primum eorum imperium, quantumlibet gravibus publicæ seu privatæ rei negotiis implicitus teneretur, ilico ex occupatis manibus surgeret, & omne quod jussissent, instar vilis mancipii exequeretur. Cibos summa industria cõfectos cotidie, dum adesse potuisset, ipse eis inferebat, ipse apponebat, ipse potum miscebat, ipse reficientibus ad omne obsequium, quolibet famulo promptior, paratiorq; assistebat. Silentium quoq; ac cæteras monasterii consuetudines, dum inter eos diversaretur, ita attentus sollicitusq; servabat, ac si pro excessibus suis ipse quoq; cotidie in Capitulo eorum causam dicturus, & sententiam accepturus foret. Hoc ejus in Sigeberg, hoc in Salefelt, hoc in Grascaf studium, hæc institutio erat. *Humilitas.*

Porro à rege gravissimis sæpenumero inimicitiis dissidebat, & cum acerrimis increpationibus objurgabat, propter multa, quæ præter æquum & bonũ ejus jussu vel permissu cotidie admittebantur in republica. Unde rex plerumque efferatus, omnia quæ illius erant ferro & igne demoliturum se comminabatur: plerumque autem supplex ei factus, amplissimis promissionibus iratum demulcebat, & tam sui quam totius regni jus potestatemq; ei se facturum pollicebatur, si modò fidum eũ sibi, nec adeò cunctis voluntatibus suis adversum experiretur. Adhæc ille, in cunctis, ajebat, quæ recte & juxta regiam magnificentiam conaretur, nusquam ei defuturam esse operam suam: Si quid vero perperam & contra leges ac scita majorum, nequam hominum suggestionibus depravatus, agere vellet, ut his consensum auctoritatemque suam accommodaret, nullo se vel pretio redimi vel terrore compelli posse. *Simultas cum Imperatore.*

Et nunc quidem in summam familiaritatem, & penè in regni consortium à rege assumebatur, nunc vero quomodo ea, quæ in regno perperam gerebantur, vehementer detestaretur & acerrime impugnaret, cum contumelia de Palatio ejiciebatur, & ad extinguendum omnino nomen ejus totum regni robur concitabatur. His vicissitudinibus per plures annos ejus concertatio cum Rege trahebatur. Neque enim lasciviæ regis vel ratio modum faciebat, vel ætatis accessus, vel amici cujusquam objurgatio, sed cotidie seipso deterior efficiebatur, & ruptis omnibus humani, ne dicam Christiani pudoris frenis, in omne quod animus suggessisset flagitium præcipitantior ruebat. Et oppressis jam terrore principibus, nullus erat, qui peccantem & divina atque humana omnia, absque discrimine permiscentem, vel levi verbo auderet redarguere. *Fortuna varia & anceps in aula.*

Ad ultimum consyderans Archiepiscopus completam esse malitiam ejus, & obstinatum in malis ingenium, nec tempore jam corrigi posse, nec ratione, anno penè ante exortum bellum Saxonicũ petiit vacationem deinceps sibi dari ab exterioribus Reipublicæ negotiis. Et sic impetrato commeatu, in Sigebergense monasterium secedens, illic in vigiliis & jejunis, in orationibus & eleemosynis quod supererat ætatis exigebat. Nec inde uspiam, nisi summa forte ac inevitabili necessitate extractus abscedebat. Cætera quæ circa Reip. administrationem vel egit vel passus est, si quis plenius scire voluerit, superiora libelli hujus revolvat, & singula eo, quo gesta sunt ordine, & tempore copiosè descripta inveniet. *Vita privata & monastica.* *Res gestæ.*

Calamitates & insidiæ.

Sed pius Dominus cui quos amat arguit & castigat, hanc quoque dilectam sibi animam ante diem vocationis suæ multis tentari permisit incommodis, ut, scilicet, ab eo omnem scoriam terrenæ conversationis, excoqueret caminus transitoriæ tribulationis. Primum moto bello Saxonico fratrem ejus Wecel Magadaburgensem archiepiscopum, & consobrinum ejus Buconem Halbestadensem episcopum, tempestas involvit gravissimæ persecutionis. Contra hos, cum non satis impigre regi totius Saxonicæ gentis exterminium anhelanti opem ferret, naturæ profecto legibus, & carnali affectione inhibitus, invisus ei suspectusque efficitur, perjurii ac perfidiæ insimulatur, cives Colonienses, quibus paulò ante unicè carus acceptusq; fuerat, ad interficiendum eum donis ac promissionibus sollicitantur. Sopito utcumq; hoc malo, duo ministri ejus, qui in laribus ejus familiarissime obversabantur, insidias ei tendunt, & nisi Dei misericordia malum hoc prævertisset, nihil malo suspicantem trucidassent.

Res à Deo facta ab ingratis.

Alii cuidam, quem beneficiis suis maximè fidum sibi obnoxiumque fecerat, familiares literas à seipso in tabulis, propter majorem secreti . . . . . .

Defectus.

. . . . . suum tantis undiq; adversitatum procellis jactatum, penè naufragantem consolaretur & instrueret. At ille ex ipsa tam operosa secreti commonitione cõijciens, aliquid regi reiq; publicæ adversum his literis contineri, Regi eas detulit. Quas ille deinceps in argumentum læsæ fidei Archiepiscopo impropertans, necem ei & omnibus quæ ejus essent ultimum, si copia fieret, exterminium machinabatur. Item alius quidam ex ministris ejus, quem Coloniẽsi ecclesiæ propria industria ipse acquisierat, quẽq; ob hoc indulgentissimo semper affectu coluerat, & bonis omnib. etiam supra natales suos locupletaverat, répentè insolẽtia servili elatus, jugũ ecclesiasticæ servitutis cœpit detrectare, seq; in libertatem violento quodam jure Fori cum magna archiepiscopi contumelia asseruit.

Luctus ex amicorum amissione.

Tum vero crebris mortib. charorum suorum ita amaricatus est, & vulnere concisus super vulnus, ut saxeum quoq; pectus, & supra petram fundatum ædificium concutere posset tam vehemens ille turbo tentationis.

Morbus & agritudo.

Ad ultimum data Satanæ in carnem quoq; ejus potestate, ulcere pessimo percussus est in utroque pede, ita ut putrescentes paulatim carnes defluerent, & hinc inde abducta cute, consumptis carnib. fœdo aspectu ossa nudarentur. Qui morbus primò pedes, dein crura & femora miserabili modo depastus est, ac sic post diuturnam macerationem penetrans ad vitalia, animam, super argentum igne examinatum, probatam & purgatam septuplum, de hac domo lutea transmisit ad domum nõ manufactam æternam in cœlis. De qua re dimidio ferè anno, priusquam vita excederet, certum eum fecerat manifesta revelatio.

Visio Annonis episcopi.

Visus est enim sibi domum quandam omni decore intus & foris resplendentem intrare. Et ecce in subselliis judicialibus, tam quam ad concilium solenniter evocari residebant. Heribertus Coloniensis archiepiscopus. Bardo Magontinus archiepiscopus. Boppo & Eberhardus Trevirenses Archiepiscopi, Arnolfus wormaciensis episcopus, & alii quàmplures Galliarum episcopi, quorum alios fama tantum vel lectione compererat, amicti omnes stolis Pontificalibus, & habentes vestem instar nivis candidam. Ipse quoq; cãdidis admodum ac pretiosis indutus sibi videbatur, sed partem candentis vestimenti, eam scilicet, qua pectus tegebatur, sordida quædam, ac fœda caligo obduxerat, ac cæterũ cultus ejus splendorem sua fœditate plurimum obfuscabat, quam tamen ipse nimio rubore perfusus, objecta manu tegere ac celare, ne inspicientium offenderet obtutum, conabatur. Vidit præterea inter eos sibi quoq; sedem miri decoris paratam. Quam cum occupare gaudio & exultatione æstuans properaret, surgens Arnolfus Wormaciensis episcopus, modesta voce eũ prohibuit, dicens. Reverendos patres qui assiderent, nolle eum in suum admittere consessum, propter ea quod vestem ejus turpis hæc macula fœdaret. Cumq; jussus loco cedere flens confectoq; nimiũ animo egrederetur, insecutus eum idem episcopus, æquo animo, ait, esto pater, maculam tantum hanc, quæ vestem tuam infecit maturius ablui præcipe, quia non post multos dies beatæ hujus mansionis consortium, & sanctorum quos patrum aspexisti consessum voti compos percipies. Manesta ẽcto, cum familiari cuidam suo visionem retulisset, ille sapienter rem conjiciens, macula, inquit, hæc vesti tuæ illita nihil aliud est pater, ut æstimo, quàm memoria injuriæ civium tuorũ, qui te anno superiore Colonia expulerunt, quibus te divinæ pietatis respectu jam olim oportuerat admissi hujus veniam dedisse. Hæc, quod bona venia dixerim, pectori tuo tenacius quàm æquum sit insidens, & amarissimo mœrore contra fas mentem tuam decoquens, cæteram sanctissimæ conversationis tuę claritatem molesta quadam caligine obducit & obscurat.

Pœnitentia & delicti confessio.

Archiepiscopus conscientiæ suæ testimonio convictus, ne inficiaretur quod audiebat, reatum suum humiliter agnovit, statimque destinatis circumquaque nuntiis, cives omnes Coloniæ, quos in ultionem injuriæ suæ excommunicatos urbe fugaverat, ad se evocavit, eisq; proxima festivitate Paschali (nam in quadragesima visionem viderat) nõ solum communionem ecclesiasticã, sed ẽt

bona

bona ſua omnia, quæ direpta fuerant, benigniſſimè reſtituit. Sic gravis illa tempeſtas, quæ ſpiritu diabolico ſuſcitata totam concuſſerat Coloniam conquievit: pater filios, filii patrem recognoverunt, Archiepiſcopus amaritudine, populus metu & ſollicitudine, civitas liberata eſt ſolitudine.

Sepultura provisa.

Archiepiſcopus jam à principio ſepulturam ſibi proviserat Coloniæ, in eccleſia beatæ Mariæ quæ dicitur, Ad gradus. Poſtmodum offenſus temeritate Colonienſium, qui in eum inaudita rabie debacchati fuerant, non modo animam ſed corpus quoque ſuum de Colonia in Sigeberg transferendum cenſuit, ibiq; ſepeliri ſe omni modo definivit. Cumq; appropinquãte die vocationis ſuæ, Coloniæ ægrotaret, jamq; in extremo ſpiritu conſtitutus, animadverteret populum Colonienſem graviter nimis ferre, quod tam deſiderabili theſauro defraudandus eſſet, paululum reſumpto ſpiritu in lecto conſedit, acceptaq; ſtola pontificali, ut videlicet verbis plus ineſſet authoritatis, familiares ſuos ſub teſtificatione nominis divini adjuravit, ne alibi eum quam in Sigeberg poni ſinerent. Factum eſt ergo quod juſſerat.

Obitus. ſepultura.

Defunctus enim poſt modicum gloria ingenti, magno cleri & plebis ſtudio, ſummo matronarũ Colonienſium luctu in Sigeberg delatus, atque in medio eccleſiæ ſepultus eſt, ubi cotidie, per ejus interventum, fideliter poſtulantibus multa præſtantur divinæ opitulationis beneficia.

Comitia Goslariæ.

Ann. 1076. Rex natalem Domini Goslariæ celebravit. Cumque cò omnes regni Principes evocaſſet, ut de Principibus Saxoniæ, qui in deditionem venerant, communi conſilio deliberaretur, præter ducem Boemicum pauci admodum venerunt. Ab ipſis tamen qui venerant, juſjurandum exegit & accepit, ut non alium poſt eum quàm filium ejus tenerum adhuc infantulum regem ſibi eligerent.

Ibi Ottho dux quondam Bajoariæ datis pro ſe duobus filiis ſuis obſidibus deditione abſolutus eſt, nec ſolum in gratiam, ſed in tantam quoq; familiaritatem receptus eſt à rege, ut omnia deinceps conſilia, tam de privata, quàm de rep. cæteris auricularius familiarius cum eo communicaret, Cæterorum qui ſe dediderant nec mentio habita eſt.

Hildolffum Epiſcopum electus ſed non receptus.

Colonienſis etiam clerus & populus ad eligendum ſibi antiſtitem frequens confluxerat. Quibus rex Hildolphum quendam Goslarienſem canonicum offerebat, atque ut eligerent, dedita opera inſiſtebat. Illi contra ſumma ope nitebantur, objicientes quòd homo ſtatura puſillus, vultu deſpicabilis, genere obſcurus, nec animi nec corporis virtutibus quicquam tanto ſacerdotio dignum prætenderet. Vnde indignitate rei tanta in eum concitata ſunt omnium qui in Curte regia erant odia, ut ſicubi in publico apparuiſſet, omnes eum tanquam aliquod antiquitatis monſtrum inconditis clamoribus & canticis perurgerent, lapideſque in eum & pulverem, vel quodcumq; aliud furentibus caſus obtuliſſet, jactarent. Sed rex recolens Annonis Archiepiſcopi conſtantiam, & invictum adverſum omnes nefarios ſuos conatus ſpiritum, cõſulto talem ei ſucceſſorem ordinari ſatagebat, cujus facilitate ad omnia quæ vellet pro libito ſuo abuti poſſet. Cumq; diu multumq; conatus nulla ratione ut eligeretur obtinere potuiſſet, Colonienſes infecto negotio in ſua remiſit. iterumq; media quadrageſima rectius, ſi fieri poſſet, conſultos præſto eſſe præcepit: conteſtatus quã ſancte, ſe vivo aut nullum eos, aut hunc habituros eſſe Pontificem.

Imperatori Romæ dies dicitur.

Aderant præterea Hildebrandi Papæ legati, denuntiantes regi, ut ſecunda feria ſecundæ hebdomadæ in Quadrageſima, ad ſynodum Romæ occurreret, de criminibus, quæ objicerentur cauſam dicturus: alioquin ſciret ſe abſque omni procraſtinatione eodem die de corpore ſanctæ Eccleſiæ Apoſtolico anathemate abſcindendum eſſe. Quæ legatio regem vehementer permovit, ſtatumq;

Legati Pontificis ab Imperatore ſpreti.

abjectis cum gravi contumelia legatis, omnes qui in regno ſuo eſſent Epiſcopos & abbates Wormaciæ dominica Septuageſimæ convenire præcepit, tractaturos cum eis volens ad deponendum Romanum Pontificem, ſi qua ſibi via ſi qua ratio pateret: in hoc cardine totam veti ratus ſalutẽ ſuam, & regni ſtabilitatem, ſi is non eſſet epiſcopus. Ipſo tempore contigit Papam per immiſſionem Satanæ graviſſima pulſari adverſitate.

Gregorium VII à Quintio Romano cive ſæva tractati violatur.

Quidam urbis præfectus Romanæ Quintius nomine, & generis claritate & opum gloria eminens valde in tota Italia, multa in poſſeſſionibus Romanæ eccleſiæ præter leges faciebat. Perlata ad Papam querimonia, cum eum ſæpius modeſtè corriperet, nec quicquam proficeret ſecreta correptio, tandem excommunicavit eum: arbitratus hoc ſaltem modo improbitatem ejus coërcendã fore. Hinc ille majori dementia efferatus, ipſa nocte natalis Domini, cum armatis inopinatò irruit in eccleſiam, in qua Papa, veſtimentis pontificalibus indutus, ſacro altari aſſabat, miſſarum ſolennia celebrans injectaq;, quod dictu quoq; nefas eſt, in capillos ejus manu, multis contumeliis affectum, de eccleſia protraxit, & priuſquam vulgato per civitatem rumore populus frequens auxilio concurreret, in domum quandam munitiſſimam abripuit. Fama tam atrocis facti totam ilicò replevit urbẽ. Vndiq; ad arma conclamatur. Divites & pauperes, nobiles & ignobiles uno omnes animo accurrere, atque in ipſo ſtatim orientis diei crepuſculo domum Quintii oppugnare ſumma vi aggrediuntur, & niſi ille mali quod imminebat haud improvidus, Papam dimittere maturaſſet, domum ipſam, peremptis omnibus qui in ea erant, à fundamento evertiſſent. Papa interveniente, concitatæ multitudinis furor vix & ægrè compreſſus eſt.

Romani quod factum fuerat graviter nimis & indignè ferentes, omnia quæ Quintij erant, tam intra muros quàm extra ferro & igne demoliti sunt, Nec minus ille multa militaris audaciæ facinora contra faciebat, succedens & evertens omnia quæ poterat de possessionibus Romanæ ecclesiæ. Ita per multos dies non sine magno & harum & illarum partium dispendi, simultas hæc trahebatur.

Conventus Wormatiæ.

Rex statuta die venit Wormaciam, venerunt etiam Episcopi & abbates amplissimo numero. Commodè quoq; conficiendis tantis rebus intervenit quidam ex Cardinalibus Romanis Hugo, cognomento Blancus, quem ante paucos dies, propter ineptiam ejus & mores inconditos, Papa de statione sua amoverat, deferens secum, de vita & institutione Papæ, scenicis figmentis consimilem tragœdiam: scilicet, unde oriundus, qualiter ab ineunte ætate conversatus, quàm perverso ordine sedem Apostolicam occupaverit, quæ ante episcopatum, quæ post acceptum episcopatum, memoratu quoque incredibilia, flagitia commiserit. Hujus authoritatem tanquam divinitus sibi destinatam gratissimè amplexati & promptissimè secuti sententiam promulgarunt: quòd Papa esse non possit, nec ullam, juxta privilegium Romanæ sedis, ligandi, aut solvendi potestatem habeat, vel aliquando habuerit, qui tantis vitam probris ac criminibus commaculaverit.

Papa indignus sede Apostolica.

Cumque cæteri omnes damnationi ejus nihil hæsitantes subscriberent, Adalbero Wirceburgensis Episcopus, & Herimanus Mettensis Episcopus aliquamdiu restiterunt, dicentes. Incongruum valde, & contra Canonum scita esse, ut Episcopus aliquis absens, absque generali Concilio, sine legitimis & idoneis accusatoribus & testibus, necdum probatis criminibus quæ objicerentur, condemnaretur, nedum Romanus Pontifex. Adversus quem nec episcopi cujusquam recipienda sit accusatio.

Sed Wilhelmus Trajectensis episcopus, qui causam regis pertinacius tuebatur, vehementer imminebat, ut aut cum cæteris in damnationem Papæ subscriberent, aut regi cui sub jurejurando fidem spopondissent, protinus renuntiaret. Is eo tempore regi admodum carus acceptusq; erat eiq; rex omnium, quæ privatim vel publicè agenda erant, post se ordinationem delegaverat, vir secularibus literis aporime eruditus, sed fastu nimio inflatus vix se ipse ferebat.

Igitur ex nomine omnium qui convenerant episcoporum & abbatum, plenæ contumeliarum literæ Romam destinantur quibus denuntietur Romano Pontifici: ut pontificatu, quem contra ecclesiasticas leges usurpasset, se abdicet, sciatq; post eam diem quicquid agat, jubeat, decernat, irritum haberi.

Papa depositus.

Legati ut jussum fuerat summo conatu iter accelerantes, pridie quàm synodus indicta celebraretur Romam ingressi, literas tradunt. Tunc cæteram legationem, sicut in mandatis habebant, verbo non minus contumelioso quàm scripto exequuntur.

Imperator Heinricus excommunicatus cum quibusdam Episcopis.

Papa nihil permotus atrocitate nuntij, postera die, cum clerus & populus ad synodum frequens confluxisset in auribus omnium literas recitari fecit. Et sic cunctis qui convenerant episcopis id fieri decernentibus, regem excommunicatum, & cum eo archiepiscopum Magotinum Sigifridum, episcopum Trajectensem Wilhelmum, episcopum Babenbergensem Rubertum. Cæteris qui cōspirationis hujus participes exiterant diem statuit, qua nisi Romæ præsentati causam dicerēt, novæ hujus & inusitate contra sedem Apostolicam rebellionis, similem cæteris excommunicationis sententiam sortirentur.

Porrò Otthonem Ratisponensem episcopum, & Otthonem Constantiensem Episcopum, & Burchardum Losannensem Episcopum, Eberhardum comitem, Vdalricum & alios nonnullos, quibus rex potissimum consiliariis utebatur, jam pridem excommunicaverat.

Gozilo dux Lotharingiæ occisus.

Gozilo Dux Lotheringorum, cum esset in confinio Lotheringiæ & Flandriæ, in civitate quæ dicitur Antuuerpia, occisus est per insidias, ut putabatur, Ruberti Flandrensis comitis. Cum enim quadam nocte quiescentibus omnibus ad necessitatem naturæ secessisset, appositus extra domum speculator confodit eum per secreta natium, relictoq; in vulnere ferro conscius aufugit. Vix decimo septimo VII. diebus accepto vulneri superstes, IV. KL. Martii vita decessit, atque Werdunis juxta patrem sepultus est. Magnum regni Teuthonici robur ac momentum: quom, ut sæpe jam dictum est, licet staturæ pusillitate atque gibbo despicabilis videretur, opum tamen gloria, & fortissimorum militum copia, prudentiæ quoque maturitate, postremò totius vitæ temperantia longe cæteris Principibus supereminebat.

Imperatoris ira in Saxones implacabilis redintegrata.

Rex finito in Wormacia colloquio, concitus Goslariam rediit. Ibiq; iram suam, qua multo jam tempore in Saxones anxie æstuaverat, omni crudelitate explebat. Principes Saxoniæ, qui in deditionem venerant, in ultimas regni partes relegabat, bona eorum suis fautoribus pro libito suo diripienda permittebat: eos qui necdum dediti fuerant, acerrimis indies edictis ad deditionem urgebat, & nisi quamtocyus dederentur, ferro & igne infestari, & longius natali solo effugari comminabatur. Tum omnia castella, quæ superiori anno dirui jusserat, summo nisu, summo provincialium labore & cruma instaurabat. Nova quoque in omnibus per Saxoniam montibus & collibus, qui modo ad arcendam vim paululum quid commoditatis habere videbantur, extruebat, illis etiam,

quæ

quæ deditis Saxonibus in jus ejus venerant, præsidium imponebat, & multiplicata sunt mala, calamitas & vastitas per universam Saxoniam & Turingiam supra omnem retro majorum memoriam.

Discessurus Goslaria pridie nonas Martii episcopatum Colonien sem, sicut à primis obstinatò intenderat Hildolfo dedit. Cleri Colonien sis tres tantum, militum etiam paucissimi, aderant. Cæteros, ne ad suffragia ferenda occurrerent, indignitas detinuerat. Ipsos qui occurrerant vix contẽptim & summis, ut dici solet, labiis super electione ejus consuluit, risui prorsus ac ludibrio habendos, si non protinus acclamassent. Et ne quis forte adversus cum tumultus seditione vulgi per dilationem consecrationis concitaretur, statim Coloniam profectus, consecrari eum fecit ab Wilhelmo Trajectensi Episcopo, cujus consobrino Episcopatum Paderbrunnensem, ne qua per eum mora ordinationi ejus fieret, promittebat. *Hildolff episcopus Colonien sis.*

Paschæ Trajecti celebravit. Ibique ducatum Lotheringiæ filio suo Cunrado, Marchiam vero, quæ dicitur Antuverpha, Gotefrido consobrino Gotzlonis Ducis, filio Eustachij comitis impigro & ad rem militarem acerrimo adolescenti tradidit.

Ipso tempore Ruodolfus Dux Sueuorum, Welf dux Baioariorum, Bertoldus Dux Carentinorũ, Adalbero episcopus Wirceburgensis, Herimannus Episcopus Mettensis, & alij pleriq; principes convenientes in unum, consilia conferebant, in tantis calamitatibus, quibus Respublica vexabatur, quid facto opus esset. Regem post bellum Saxonicum eundem permanere qui fuerat, nihil cũ de levitate, de crudelitate, de pessimorum convictu ac familiaritate mutasse. Ad hoc tantum tam insignem suam adversum Saxones victoriam profecisse, ut ille sui omnium sanguinis jus potestatemque acciperet, & ad perniciem bonorum omnium & ad omne quod animo cõcepisset flagitium, impunita libertate grassaretur, nihil sibi deinceps spei, nihil præsidij reliquum fore, si forte, ut sunt humana, eum offendissent, cum in dedititios contra jusiurandum, cõtra fidem principum tam fœda, tam crudelia, exercuisset. Hæc causa non solum ipsum, sed & cunctos regni principes vehementer permoverat, & eos potissimum, quorum consilio principes Saxoniæ se in periculum dederant. Facta est igitur conspiratio non modica, & magis ac magis indies roborabatur, ea re maximè omnibus ausum & fiduciam præbente, quod excommunicatum esse regem à Romano pontifice, frequentes ab Italia nuntij cotidie deferebant. *Conspiratio Principum in Imperatorem.*

His animatus Mettensis episcopus & alij plerique, nonnullos ex principibus Saxoniæ, quos à rege in custodia habendos susceperant, inscio rege in sua liberos redire permiserunt.

Wilhelmus Trajectensis Episcopus causam regis, ut supra dictum est, contra bonum & æquum obstinatè tuebatur, & studio partium regis, multa in injuriam Romani pontificis, omnibus pene diebus solennibus, inter missarum solennia, rabido ore declamabat, perjurum eum, adulterum, & pseudoapostolum appellans; & tam à se quam à cæteris Episcopis sæpenumero excommunicatum pronuntians. Is brevi posteaquam rex, exactis paschalibus feriis, Trajecto discesserat, repente gravissima ægritudine correptus est. Cumque per acerrimos cruciatus animæ ac corporis urgeretur, miserabili ejulatu coram omnibus qui aderant vociferabatur: Justo Dei judicio se & præsentem vitam amisisse & æternam, quod regi ad omnia quæ perperam intendisset operam suam summo annisu præbuisset, atque in spem gratiæ ejus Romano pontifici sanctissimo, & Apostolicarum virtutum viro graves contumelias sciens & prudens innocenti irrogasset. In hanc vocem ut asserunt, sine communione, sine ulla satisfactione expiravit. Successit ei in Episcopatum Cunradus Magontini Archiepiscopi Camerarius. Paderbrunnensem vero episcopatum Poppo Babenbergensis Præpositus obtinuit, cujus potissimum factione & studio Herimannus Babenbergensis episcopus, episcopatu dejectus fuerat. *Wilhelmi episcopi invectiva in Papam, & mors intestina.*

Rupertus abbas quondam Augiensis monasterium quoddam in Alsatiæ partibus, cui Gengebach nomen est, à Babenbergensi episcopo susceperat gubernandum. Vbi dum pro consuetudine sua lucris temporalibus immoderatius insudaret, paupertatem loci industria sua evincere satagens, occisus est cum alio haud desperatę indolis monacho adolescente, qui eum de Babenbergensi monasterio secutus fuerat, à servitoribus supradicti monasterii, contra quos possessiones monasterii, & jus suum, progressus ipse ad vim arcendam, defendere volebat. *Gezechiah.*

Saxones deportatis in exilium Principibus suis, tædio & mœrore tabescebant, nec calamitatis ullum usquam patebat effugium. Amici regis per montes & colles dispersi cervicibus imminebãt: nec eos ut antea conventus facere, consilia conferre, aut ullam recuperandæ salutis viam tentare sinebant. Insuper cotidie ex agris & villis prædas agebant, tributa regioni difficillima imponebant, castella sua summo provincialium labore & impensis communiebant, & graves prorsus atque inexplicabiles pristinæ rebellionis pœnas exigebant. *Saxones miseria oppressi.*

Erant duo cujusdam Geronis comitis filij, satis quidem æditò loco nati, sed propter inopiam rei familiaris inter Principes Saxoniæ nullius nominis vel momenti. Hi tempore deditionis ultra Albim fluvium refugerant, ibique rei eventum præstolabantur: facile à rege propter obscuritatem nominis vel ignorati vel contempti. Cumq; viderent mala quæ fiebant, non aliud, scilicet actum *Geronis comitis filij defensores patriæ.*

deditionę

deditione Principum, quam proditam planè esse libertatem patriæ, totamque gentem Saxonum, quod rex semper intenderat, in servitutem atque subjugum redactam, quamvis patriis finibus extorres, quamvis munitionibus amissis, perdito patrimonio, rerum omnium inopes remansissent; gaudebant tamen admodum, quod cum cæteris Saxoniæ principibus intempestuosum illud dedi-tionis naufragium non incidissent. Et cum urgeret penuria, contractis ex sui similium numero aliquantis copiis, rapto sibi victum quærere cœperunt. Plerumq; etiam, ubi opportunitas accidisset, Regis exactoribus resistere, & injurias manu propulsare tentabant. Cumq; eis semel & secundo res prospere cessissent, milites principum, qui relegati fuerant ingenui quoq; omnes, qui necdum dediti fuerant, quiq; extrema omnia quàm fidem Regis ultra experiri malebant, catervatim ad eos cõfluebant. Et facta est intra dies paucos permaxima multitudo, ita ut jam non ad insidias modo & clamdestinas latrocinantium more excursiones, sed ad apertam vim & publicas congressiones pares se hostibus arbitrarentur.

Saxones quintò libertatem bello vindicare studẽt.

Præterea provinciales, quibus inter vltimas desperationis tenebras lux aliqua salutis & consolationis cœlitus emicuerat, omnes promptissimo animo socias manus communemq; operam publicis negotiis pollicentur: latius judicantes pro patria, pro liberis, pro conjugibus, honesta morte perfungi, quam inter tantas tribulationes omni morte tristiorem vitam agere.

Inter hæc rediens Herimannus patruus Magni ducis & alii plerique ex principibus deditiis, quos, ut prædictum est, inconsulto rege indulgentia eorum à quibus tenebantur, deditione absolverat, inopinatum cunctis gaudium præstiterunt, atq; omnem, si quis adhuc mentibus resedarat, scrupulum ademerunt. Tanta siquidem tamque inopinata rerum prosperitas evidens cunctis erat documentum respicientis eos misericordiæ Dei.

Igitur armata juventute Saxoniam peragrantes, castella quibus rex præsidium imposuerat, alia deditione, alia militari manu brevi omnia receperunt. Eos qui interierant direptis spoliis incolumes dimiserunt, accepto ab eis sacramento, quòd ulterius in Saxoniam hostiliter non venirent. Amicos regis, omnes præterea quicumq; communibus negotiis operam suam spondere noluissent, dissipatis omnibus quæ habebant, procul Saxonia effugarunt: & directa est salus in manibus eorum, adipiscendam libertatis pristinæ.

Arx in mõte lapideo.

Solus adhuc Ottho dux quondam Bajoariæ, in castello Hartesburg residebat. Huic rex per totã Saxoniam vices suas & publicarum rerum procurationem delegaverat, dato insuper negotio, ut castellum in Hartesburg, & aliud in monte qui dicitur Lapideus, qui proximus Goslariæ imminet, summo ope extrueret. Ad hunc Legatos dirigunt mandantes, ut omisso opere quod ad eversionẽ gentis suæ, immemor patriæ, immemor libertatis extruere aggressus sit, consilium potius perquirat ad ereptionem principum, quibus ipse ut se dederent vehementissimus author fuerit. Iamdudum opinionem indubiam multorum mentibus insedisse, quod iccirco deditionem cæteris tantopere suaserit, ut eorum sanguine regis sibi animum deplacaret, & communi exitio suam ipse salutem mercaretur. Hoc nunc evidentibus indiciis elucere, cum illis in ultimas partes terrarum deportatis, ipse proditionis suæ mercedem à Rege totius Saxoniæ principatum acceperit, & regiæ crudelitatis carnifex, atque omnium quæ ferociter rex meditetur, ferocior administer existat. Bene igitur famæ & honori suo consulat, si tantę infamiæ maculam, claro aliquo erga patriam suam beneficio purgare conetur, & genti suæ patriam libertatemq; armis recuperare cupienti auxilio concurrat. Postremò si monitis ultro non assentiatur, se procul dubio vim adhibituros, & patriæ proditorem, communionum castrorum desertorem, ut dignus sit, eversis omnibus quæ ejus sunt, procul Saxonia expulsuros.

Ad hæc ille obnixè eos per Deum obtestabatur, ut mitius pacatiusq; agerent, quę pro communio commodo moliantur, ratione quàm temeritate melius procedere. Se protinus missurum & Regi modis omnibus suasurũ, ut principes deditione absolvat, castella quæ metu rebellionis pristinæ extruxerit diruat, genti Saxonum libertatem leges ac jura majorum, quæ per vim erepta toties armis repetiverint, restituat. Si consilio acquiescat, gravis atque ancipitis belli necessitate sine sanguine liberatam esse Saxoniam: Sin autem, se nec indulti honoris amore, nec mortis metu, nec jurisjurandi religione inhiberi posse, ne communem patriæ, parentumq; suorum causam usque ad extremum spiritum, quanta possit virtute defendat, juvet, tueatur. In hæc verba Legatos Saxonum dimisit, statimq; suos ad regem sicut pollicitus fuerat destinavit, præsidio quoq; ab utroq; monte quem occupaverat abducto, communem deinceps cum Saxonibus ac socialem vitam agebat.

Rex de his quæ acciderant in Saxonia gravi nuntio accepto, comperto etiam quod cæteri principes, collatis per crebra conventicula consiliis, defectionem meditarentur, hinc ira, hinc sollicitudine in diversa raptatus, cui primum morbo mederetur anxius ambigebat. Sed quo ira impellebat inclinatior, ad oppugnandam Mettensem urbem exercitũ admovere cogitabat, & ab Episcopo loci, quod creditos custodiæ suæ principes, se inconsulto dimisisset, vindictam expetere. Sed contrà reputans turbata Republica, dubia fide ptincipum, exhausto superioribus bellis milite, extremæ dementiæ esse, arduum aliquid præcipitanter attentare, impetum animi ab temeritate ad pacatiora consilia revocavit.

Missi

Missis igitur circumquaque nuntiis, omnes regni principes in Pentecosten Wormaciæ sibi occurrere jussit, quid facto opus esset cõmuni consilio ut prætendebat, deliberaturus. Statuta die cæteris amplo satis numero occurrentibus, nullus aderat supradictorum ducum, à quibus Reip. periculum timebatur, & quorum potissimum authoritate, si res tranquillæ essent, summam publicorum negotiorum disponi opportuerat. Ita conventus ille principum, cassata voluntate regis, nullum habuit effectum. *Conventus Wormatiæ*

Iterum in natale sancti Petri Apostoli Magonciæ eos adesse, addito jam edicto, obnixa supplicatione præcepit. Sed ne tunc quidem quisquam eorum vel supplicantem attendit vel præcipientem: omnibus plane ad rebellionis studium immobiliter obstinatis. Ipsi qui convenerant fœdia simultate à se invicem diffidebant. Iam enim solutus carcere suo Satanas non solum corporali, sed & spirituali armatura oppugnabat pacem Ecclesiasticam, & quorum corpora jugulabat, animas quoque, ne in æternum viverent, extinguere satagebat. *Cõventus Mogontiæ.* *Satanas oppugnat ecclesiam.*

Vto episcopus Trevirensis Roma nuper reversus communicare nolebat episcopo Magontino, episcopo Colonienſi, & aliis quam pluribus, qui apud regem præ cæteri assidui erant, & quorũ rex omnia faciebat consilio: obtendens & eos & ipsum regem excommunicatos esse à Romano Põtifice. Sibi tamen, quod ipsum vix summis precibus extorserit, indultam esse colloquendi tantum regis licentiam, nulla præter hæc in cibo, in potu, in oratione, vel in cæteris omnibus communione ejus permissa. *Episcoporũ dissidiũ.*

Hujus authoritate animati complures alii, quorum & in Deum fides purior, & ad dignitatẽ Reip. sententia potior, paulatim se palatio subtrahebant: ne videlicet supradictorum communione macularentur, & ad regem, licet crebris jussionibus euocati, redire nolebant. Satius judicantes regem quàm Deum offendere, corporis quam animæ dispendium incidere. *Defectus statuũ à rege.*

Illi è contra irasci, fremere, insanire, minas & convicia in omnes passim jaculari. Injustam, & iccirco nihil æstimandam esse Romani Pontificis sententiam, qui se non canonicè ad synodum evocatos discussos, nec objecti criminis, juxta scita Canonum convictos vel confessos, præcipiti furore potius quam ratione excommunicasset. Episcopum Trevirensem & cæteros, qui cum eo ad evertendum statum Reipublicæ jam pridem conspirassent, aliorsum intendere quàm loquerentur: nec tam Apostolicæ sedi authoritatem deferre, quam ut dignitatem regiam subruant occasionem quærere, & inveterata adversus Regem odia, novo religionis vocabulo palliare. Eum recte honori suo prospicere, si in hostes suos gladium, quem juxta Apostoli vocem ad vindictam malorum acceperit, maturius distringat, & contemptis inanium occasionum latibulis, manifestos regni insidiatores pœna quam mereantur afficiat. Nec difficile fuit ingenium regis per se atrox & implacabile in iram excitare: Sed cum videret sub obtentu religionis principes à se paulatim deficere, & destituto jam auxiliis imperio vanam esse comminationem, quæ vim facere non posset quibus cõminaretur, ratus id quod tempus exigebat, utilitati magis quàm iracundiæ consulendum: iterum atq; iterum aversos principum animos blandis legationibus mitigare tentabat. Nec tamen, quod dictu mirum sit, tanta hac rerum asperitate, tanta ingruentium periculorum mole evinci poterat, ut unde potissimum hæc flamma invidiæ & odii adversum eum exarserat, Principes Saxoniæ deditione absolveret. Quin immo conterritus recenti exemplo eorum, qui plerosq; ex ipsis se inconsulto dimiserant, residuis qui adhuc in custodia tenebantur, omnem adhiberi diligentiam jubebat, ne elaberentur. Ideoque sæpius his, quibus eos servandos crediderat mandabat, ut memores beneficiorũ suorum, memores jurisjurandi quo sibi fidem suam firmassent, traditos custodiæ suæ intemerata fide, donec reposcerentur servarent: Nec aliorum principum fœdissimo corrũperentur exemplo, qui dimissis suo injussu deditiis, dum privatas suas injurias in regem ulcisci vellent, cladem maximam & maculam multis seculis non abolendam Reip. intulissent. *Papa accusatur de nimio crimine iniquo.* *Gladii potestas.* *Imperator Principibus blanditur.* *Principes capiuũt.*

Et omnibus quidem infensus, omnium ut videbatur sanguinis avidus erat. Præcipue tamen Episcopi Halberstatensis, quem tamquam totius Saxonicæ rebellionis principem & omnium quæ secus acciderant fomitem atque incentivum, inexorabili odio insectabatur. Et nisi pontificalis nominis reverentia & fides Principum, quæ in deditione intercesserat, obstarent, vitam ejus per omnes cruciatus extorsisset. Hunc Ruperto Babenbergensi Episcopo servandum crediderat, velut præter cæteros familiares suos immitis ac ferocis ingenii viro, & erga se in adversis rebus spectatæ sæpe fidei. Sed postquam inclinatis ad defectionem principibus, iterum novis Remp. tempestatibus quati aspexit, quamvis custodis diligentiæ non diffideret, veritus tamen ne forte subrepente per hanc moram negligentia aliquid in eo vis vel fraus hostilis operaretur, ad Palatium eum evocavit, & ibi nunc inter Camerarios suos, nunc inter cocos & coquinarum spurcitias indignissimo loco habitum, sub omni diligentia custodiri fecit, donec tam feralibus odiis competens exilium excogitaret. *Episcopus Halberstatensis in captivitate detinetur.*

Erat ipso tempore apud regem soror ejus, uxor Salomonis regis Vngariorum, quam maritus regno expulsus, dum in armis & procinctu esset, nusquam tutius quàm apud fratrem manere judicaverat, donec recuperato, si fieri posset, regno in jocunditate perfrui conjugio liceret. Cumque *Regina Pugnat.*

post

post multum jam tempus ad maritum in finibus Vngariæ commorantem redire paratet, tex opportunam eam arbitratus, quæ crudelitatis hujus munere fungeretur, rogavit eam, ut episcopum Halberstadensem secũ abduceret, atq; in locũ, ex quo nulla ei deinceps in regnum Teuthonicum redeũdi copia fieret, deportari faceret. Annuit illa petenti, & navi impositũ cũ hominibus suis præmisit, ipsa paucis post diebus quum profectioni suæ necessaria ordinasset, insequuntura præcedentẽ.

Episcopus Halberstadensis deportatur.

Amici fidelis exemplum.

Habebat idem episcopus militem quendam Vdalricum nomine, multis in Bajoaria possessionibus prædivitem, regi quoq; apprime charum & acceptum. Is ubi advertit mala quæ Episcopo parabantur, motus miseratione atque ipsa humanarum rerum consideratione, quòd tantus ac talis vir, ingens columna & firmamentum Reipublicæ, nisi regis temeritas divina atque humana omnia confudisset, tam pessimo nunc exemplo periturus foret, accessit ad eum paulo ante quàm navigare inciperet, & quæ in eum rex decrevisset per ordinem exposuit, actum esse de salute ejus, nisi propitia divinitas, quæ sola jam posset, periclitanti succurreret. Edocet præterea possessiones suas, & castellum munitissimum haud procul ab littoribus Danubii fluminis abesse. Monetq; ut dum ad ea loca navigans perveniret, rogaret sæpius eos cum quibus navigaret, quatenus applicarent, & sibi paululum in terram progrediendi facultatem facerent, obtenta vel refrigerandi vel alius cujusvis necessitatis occasione, quę modo tali artificio idoneè patrocinaretur, se memorem fidei, qua ei obnoxius sit, omnia quæ posset, pro virili portione facturum: & si quam ereptionis ejus viam Deus ostendat tentaturum.

Fecit ille ut edoctus fuerat, atque ubi ad prædicta loca propinquare cœpit, simulata mala valetudine, quæ sibi ex assidua navigatione corpus affecisset insolitum, & nisi mature consuleretur, extremam pernitiem allatura foret languenti. Facile obtinuit apud nautas, qui pontificalis nominis intuitu magnam humanitatem ei præstabant, ut quoties vellet applicarent, & ei egrediendi atq; in terra, prout libitum erat, recreandi corporis copiam facerent. Longinqua regio, custodum multitudo, debilitas languentis omnem metum, omnem fugæ vel insidiarum suspicionem ademerant. Egrediebatur sæpius & regrediebatur, circumspiciens undique & omnia diligenti obtutu perlustrans, nullum usquam promissæ salutis indicium, nulla spes elucebat.

Episcopi stratagema.

Forte beati Ioannis Baptistæ nativitas occurrerat. Et mane dum præterlaberentur, conspicatus contiguam littori ecclesiam, rogavit ut appulsa navi ad celebranda tam sacratissimo die missarum solẽnia ad ecclesiã, procederent. Assentiẽtibus illis, ingressus ecclesiam, salutarem Deo hostiam offere sacerdotalibus, ut solenne est, infulis indutus cœpit. Cui rei intentis omnibus, supradictus Vdalricus, recte per exploratorum diligentiam captata loci opportunitate, repente armata multitudine ecclesiam circumdedit: Ingressusq; modestè interim dissimulato, propter quod venerat, negotio, consumationem sacri ministerii tacitus tranquillusq; præstolabatur. Quo expleto suos quantocyus ad navim convolare, & omnia quæ episcopi sunt effetre jubet. Ipse fortissimorum juvenum agmine stipatus, procedentem ab ecclesia episcopum salutat, osculum porrigit, equum, quem evectioni ejus optimum aptaverat, ocyus conscendere jubet.

Bucco episcopum liberatur.

Stupentibus qui episcopum adduxerant quid hoc rei esset, & post irritas ratiocinationes ad arma concurrentibus, jubet, ut si vitæ ac saluti suæ consultum velint, quieti maneant, arma ponant, naves pacatis animis repetant, gratum habentes, quod commissi in tantum pontificem pia culi pœnas non exigantur. Si verbis inanibus, si motibus incompositis lacessere pergant, facile gladios procacitati modum facturos. Episcopum episcopalis ministerii munia ecclesiæ Halberstadensi, cui ordinatus sit episcopus, rectius præstare quam ipsis. Illi quum numero & virtute impares essent, temerarium arbitrati rem certamini committere, tristi confectoq; animo ad naves redierunt.

Episcopus in castellum quòd haud longe aberat concessit: ibique paucis diebus commoratus, donec absumpta novitate, studia conquiescerent omnium, si qui forte rediturо insidiabantur. Tandem assumpto layco habitu, quo falleret occurrantes, in Saxoniam contẽdit, & desperantibus jam reditum ejus Saxonibus repentè, tamquam ab inferis vivus emergens, restitutus est.

Heinricus Imper. motus simultatibus Saxones aggreditur.

Rex ubi gestæ rei nuntium accepit, graviter & iniquo nimis animo ferebat, tantos conatus suos in irritum cessisse, præreptum sibi tantarum contumeliarum vindictam redditum cum impunitate hostibus virum, in quo totius Saxonici belli summa & cardo verteretur. Nec dubitare poterat, paululum jam sopitos ignes Saxonici furoris, hoc incentore ilico suscitandos, & propediem in immensum conflagraturos. Atq; eo infestius id acturum, quo se meminisset post deditionem nullam in rege clementiam, nullam expertum fuisse humanitatem. Verebatur præterea, ne simili modo cæteri quoq; elaberentur dedititii, & sibi tam insignis victoriæ, tam operosæ deditionis fructus deperiret, assecutis eis se invito libertatem.

Omnia consideranti placuit tandem alia deinceps grassari via, & Saxones quos extranei toties tentatos non vicerant, suis jam armis, suis parat expugnare viribus. Sapienti certe usus consilio, quoniam conflet omne regnum nulla vi, nulla clade citius, quam domestica atq; intestina simultate labefactatum, corruere, Episcopum Magdaburgensem, Episcopum Merseburgensem, Episcopum Mutenensem, Magnum ducem, Fridericum Palatinum comitem, præterea omnes Saxo-

Intestina simultate regna corruut.

niæ &

niæ & Turingiæ principes qui adhuc in deditione tenebantur, ab exilio revocari jubet, & clementer accersitis ait. Se cum juxta Palatinas leges extremo in eos supplicio animadvertere posse, & hoc jure faciat, gravibus sæpe ab eis contumeliis lacessitus; tamen memorem generis eorum, memorem virtutis, quæ reipublicæ & honori esse possit & munimento, tam atrocis facti veniam dare, & quod amplius sit, non aliud ab eis quærere redemptionis suæ pretium, quàm ut sibi deinceps in dubiis rebus fideles ac devoti maneant, auxiliumque præstent, ad componendum regni statum & compescendos homines factiosos, eos potissimum qui gentem Saxonicam simplicem & malarum artium nescium, intestinis cotidie dissensionibus inquietent. Si id faciant, nec ulla ut prius levitate fidem permutent, se primos in amicis habiturum, & cum se opportunitas præbuerit, beneficiis prout regiam munificentiam deceat honoraturum. *Saxoniæ Principes à custodia dimittuntur, & quibus conditionibus.*

Illi & si eum hæc ficta loqui scirent, & necessitate magis quam pietate genuinum animi rigorem laxasse, tamen impunitatis amore libenter amplexantur oblata, promittunt quicquid jubet, promissa repetito sæpius sacramento roborant, & accepto commeatu in sua singuli cum gaudio revertuntur.

Rex ut supra dictum est commonitus ab Otthone duce quondam Bajoariæ, ut turbatis rebus in Saxonia mature consuleret, mandaverat ei, ut sibi certa die in Salefelt occurreret, quatenus cõmuniter habita discussione quid facto opus esset deliberarent. Postmodum vero fretus his, quos deditione absolverat, quod eorum auxilio in Saxones qui se læserant iram suam idonee ulcisci posset, consilium mutavit, & statuta die nuntios pro se in Salefelt Duci Otthoni misit, qui ei dicerent, ut contractis quantas cumque posset copiis sibi in Marcha Misinensi concurreret, se per Boëmiam ducto exercitu adventurum, & filiis Geronis comitis, qui imperitam multitudinem male auspicato ad arma concitassent, si Deus vota prosperaret, redditurum quod mererentur. Principibus quoque Saxoniæ & Turingiæ, quos patriæ nuper remiserat, eadem mandat, obsecrans ut præstitæ sibi indulgentiæ gratiam referentes, cunctos quos valeant ab hominum perditorum societate dehortentur, & ipsi ad ferenda publicis negotiis auxilia, designato die & loco, armati instructique præsto assint. *Imperator novum molitur expeditionem.*

Ipse ut instituerat, paucissimos secum assumens Teuthonici exercitus milites, cæteris omnino quid moliretur ignorantibus, in Boëmiam contendit. Ibique juncto sibi duce ac milite Boëmico, repente plusquam tanto operi expediret fidens nescio an negligens, in Marchiam Misinensem se infudit, videlicet vana spe illusus, quod ducis Otthonis industria & cæterorum, quos beneficio suo devinctos sibi gloriabatur, omnem rebus moram, omnem conficiendo negotio difficultatem, ademptura foret. Sed dux Ottho sciens genti Saxonem justas esse causas rebellionis, id multo jam tempore apud regem crebris legationibus egerat, ut belli seminarium irarumque causas amoveret, leges ac jura sua Saxonibus rata manere sineret, æquitate potius armis tumultuantes compesceret, & tantos labores, tantum qui prælio fundẽdus esset sanguinem lucratus, sine difficultate in perpetuum opulentissimæ gentis servitio frueretur: Hanc regis ac Tyranni esse distantiam, quod hic via atque crudelitate obedientiam extorqueat ab invitis, ille legibus ac more majorum moderetur subjectis, præcipiatque facienda. *Imperator Misniam vastat.* *Regis ac Tyranni differentia.*

Verum ille homo imperio natus & nutritus, ut tantos natales, tantos prosapiæ fasces ac titulos decebat, in omnibus regium semper adversis animum gerebat, mori quam vinci malebat. Inexpiabilis ignominiæ maculam putabat, impune injuriam accepisse. Et è contra summum decus & vitæ præsenti comparandum æstimabat, nihil quod secus accidisset, inultum præteriisse. Ad hoc homines sibi asciverat talium rerum artifices, mediocri quidem loco natos, sed consilio ac manu promptissimos, qui secundum quod propheta dicit, Loquebantur ei placentia, & divinabant ei errores, & ægrotum animum & per se affinem iracundiæ ac temeritati, adulationibus suis tamquam supposita face, in omne quod libuerat inflammabant. Ideoque ut opera sua magis illi foret necessaria, perpetuis Remp. tempestatibus vexari quàm maximè satagebant. His pessimis usus consultoribus, principes regni recta suadentes plurimum avertebatur, nec eos ad consilium suum, nisi forte inexplicabilis necessitas inci disset, admittebat. Quin imo auctoritatem eorum, si copia fieret, opprimi ac penitus obliterari cupiebat: ut in omne quod animus suggessisset effrenata libertate grassanti nullus obsisteret, nemo obloqueretur. *Historici Imperatoris ingenium.* *Consiliarii Imperatoris quales.*

Igitur Dux Ottho vehementer efferatus, quod contra consilium suum rex Saxoniam bello rursus impeteret, ait ad Epponem Citicensem episcopum, qui ei, ut dictum est, in Salefelt functus legatione regis occurrerat: Se regi quod honori ejus, quod commodo Reip. competeret suggessisse: Sed quoniam plus apud eum fidei sit ineptis assentatoribus quàm sibi, plus spei ac fiduciæ ponatur in milite Boëmico, quàm in Theuthonici exercitus robore, ad eum pertinere, quem cœpta exitum sortiantur, se nec rebus bene gestis gloriam, nec si aliter cesserint, ignominiam habiturum. Præterea nulla jam sacramenti, quo ei fidem dixerit religione teneri, cum recta & utilia suadens non audiatur. Insuper contra leges Dei, contra decus imperii, contra salutem animæ suæ ad effundendum sanguinem innocentem gentili ritu arma sumere jubeatur. Proinde omni perjurio ab- *Otthonis ducis Baioariæ cur ab Imperatore defecerit.*

ſolutum, libere deinceps cauſam gentis ſuæ quæ juſta ſit quantum valeat armis & opibus aſſeruturum.

Saxonum noua in Imperatorem confœderatio.

Eadem proteſtabantur cæteri quoque principes, tam Saxoniæ quam Turingiæ. Qui etiam ſi cupidiſſime vellent, nullum petenti præſtare poſſent auxilium, unanimiter, ſcilicet, detrectantibus militibus eorum infauſtam contrà patriam parentesq; ſuos militiam. Iam enim non dubia fide, vacillantibus animis, ut prius cum inter ſpem & metum fluctuarent, ſed unanimi ſententia, obſtinata contentione ad rebellandum conſpiraverant. Neq; callidis principum exhortationibus, ut antea concitatum vulgus ad arma proſiluerant, ſed omnes ſimul provinciales non ductu auſpicioq; principum, ſed privatis ſtudiis, privatis impenſis bellum gerere propoſuerant, ſibi dimicare, ſibi ſi Deus annueret, vincere parati, nec aliud à quoquam militiæ ſuæ ſtipendium præſtolates, quàm conjugum liberorumq; ſuorum ſalutem, atque ut à cervicibus ſuis duriſſimæ ſervitutis jugum excuterent. Ipſos denique principes ſi obviam ſi contra hiſcere tentarent, diſſipatis vel incenſis omnibus quæ eorum eſſent, procul patriis finibus expellere minabantur. Ad ultimum ea mente rem gerendam ſuſceperant, ut vel vincerent obſtinate, vel morerentur. Vltima deſperatio ſic ſtudia inflammaverat, quoniam certa ſuperioribus annis documenta cœperant, nullam apud regem victis eſſe ſpem veniæ, cum ferocitatem pectoris ejus, & inexorabile Saxonici nominis odium, nec voluntaria deditio principum, nec tantus in Turingia ſuſus ſanguis reſtinxiſſet.

Vulgus ad arma pronum.

Igitur ubi per Saxoniam rumor percrebuit, quòd rex conterminam regi Saxonici Marchiam Miſenenſem ferro & igne depopularetur, & arma conclamaret, multa millia hominum brevi cõcurrunt, conſerendi certaminis intolerabili ſervent deſiderio, obviamq; hoſtibus unanimi alacritate contendunt.

Sed quoniam accelerando itineri turba frequentior armis atq; aliis impedimentis implicita, parum pro voto ſatagere valebat, filii Geronis comitis, aſſumptis ſecum VII. millib. expeditorũ equitum, ſummo niſu, ardentiſſima citius conficiendi negotii aviditate, in occurſum properant. Quod ſi regem conſequi, & ſic efferato milite, ſic ferventibus ſtudiis ſigna conferre contigiſſet, ut multorum ferebat opinio, tractum totannis bellum Saxonicum facili compendio confectum fuiſſet, & regem cunctumq; ejus comitatũ, vel mors certiſſima, vel ignominia difficile abolenda occupaſſet. Nam præter exercitum Boëmicum qui nec ipſe vel armis, vel numero, vel virtute tanto negotio ſe parem præſtiterat, pauciſſimos ſecum habebat. Quonium ſupervacaneum arbitratus fuerat, Teuthonicis militibus tam longinquæ expeditionis laborem indicere: cum ſperaret, ut dictum eſt, induſtria Otthonis Ducis & aliorum, quos deditione gratis abſolverat, omnes Saxonum vires facile enervandas & copias ſibi majoribus etiam bellis ſufficientes, ſtatuto die ac loco allaturas.

Forte tum temporis Deo miſericorditer ſaluti regis proſpiciente, fluvius Milda, qui utrumque exercitum medius dirimebat, effuſis nuper imbribus vehementer intumuerat, atque omnem tranſeundi facultatem ademerat. Cujus rex mandatione commodiſſimè pro ſe uſus, non expectata decreſcentium aquarum viciſſitudine, in Boëmiam ſe recepit, maturatoq; per Bajoariam reditu, mœſtus ac pœnitens, quod tantos labores in vacuum expendiſſet, Wormaciam repedavit.

Imperatoris fuga.

Marcha Miſnenſis recuperata.

Et quoniam digreſſum Duci Boëmico Marcham Miſinenſem, tam ſpectatæ in arduis rebus fidei, præmium dederat, Ecbertus Marchio, cujus eadem Marcha erat, filius Patruelis regis, puer ĩõge adhuc infra militares annos, ubi primum decreſcentibus aquis fluvius factus eſt tranſmeabilis, adjunctis ſibi Saxonibus Miſenen perrexit, omniaque caſtella, quibus dux Boëmicus præſidium impoſuerat, admota militari manu recepit, ſuoſq; milites, qui deinceps contra omnem hoſtium irruptionem indefeſſi excubarent impoſuit, mirantibus cunctis quod Regem nec ætatis ne c propinquitatis reſpectus ab hac injuria revocaſſet.

Conventus Vlmæ.

Interea Rudolfus dux Suevorum. Welf dux Bajoariorum, Bertholdus dux Carentinorum, Adelbero epiſcopus Wirceburgenſis. Adelbertus epiſcopus Wormacienſis & alii quos Reip. calamitas movebat in loco qui dicitur Vlma, conventu habito, ſtatuerunt ut omnes quicumq; Reipublicę conſultum vellent, XVII. KL. Novembris Triburiam convenirent, & variis cladibus, quibus per multos jam annos pax eccleſiaſtica turbabatur, tandem aliquando malorum pertęſi finem facerent. Hoc Sueviæ, hoc Bajoariæ, hoc Saxoniæ, hoc Lutheringiæ, hoc Franciæ Teuthonicæ Principibus denuntiarunt, univerſoſque in commune per Deum obteſtabantur, ut omni excuſatione relegata, cuncta privatæ rei ſollicitudine poſt habita, hanc ſinguli communibus commodis vel extremam operam dependerent.

Qua expectatione ſuſpenſis atque attonitis omnibus, epiſcopus Magontinus & alii quam plures, qui eatenus partes regis vehementius tuebantur, ab eo defecerunt, & adjuncti ſupra dictis Principibus ad meliorandum regni ſtatum ardentiſſimo zelo exarſerunt. Miro etiam atq; inopinato rerum ſucceſſu, ut quod moliebantur nullis jam retardaretur impedimentis, obſides quibus nonnulli ex Principibus ſuperiore anno fidem ſuam apud regem obligaverant, repente his qui eos dederant, ſunt reſtituti.

Juvenum Saxonicorum è cuſtodia ſe liberandi aſtutia.

Duos ducis Otthonis filios, alterum rex ipſe, alterum is, qui à rege ſervandum ſuſceperat, inſcio

inſcio rege, patri nec opinanti remiſit. Filius Vronis Marchionis, & filius Adelæ derelictæ Dedi Marchionis, ambo teneræ ætatis & longè adhuc infra pubertatis annos pueruli, quum in munitione cujuſdam Eberhardi miniſtri regis cuſtodirentur, magnum quoddam & poſteriorum memoria dignum nobiliſſimæ indolis documentum ædiderunt. Iuſſerat rex eidem Eberhardo, vel propter tanti generis claritatem, vel propter ætatis infirmæ compaſſionem, ut eos indulgentiſſime nutriret, & ne aut inertiotio aut jugis cuſtodiæ tædio tabeſcerent, ſineret eos interdum cum æqualibus ſuis ludicris puerilibus exerceri. Hoc ipſum parentes, crebra cuſtodibus munuſcula deſtinates, flagitabant. Fecit ille ut patebatur & modo intra munitionem, modo extra a illiberis cuſtodibus, prout libitum erat ludere patiebatur, nihil ſiniſtrum in ætate ſimplici & fraudis neſcia ſuſpicatus: interdum etiam in nemus, quod munitioni contiguum erat, venatũ pergens, impoſitos equis, cujus rei vix dum ætas patiens erat, ſecum ire permittebat, ut oppreſſas mœrore ac tædio mentes hoc advocamento recrearent. Cum hoc ſæpius faceret, conſuetudo fiduciam, fiducia cuſtodibus ſecuritatẽ pariebat, ut eis indulgentius indies diligentis cuſtodiæ ſcena laxarent & abſumpta jam omni ſuſpicione, quicquid voluiſſent, etiam abſq; arbitris, eos agere paterentur. Coeperunt igitur, ubicumq; tempus & locum ſecretiorem nacti fuerant, ſermones conferre, patriæ parentumq; recordari, peregrinationis moleſtias deplorare, & ut pro ſalute ſua aliquid Deo auſpice conarẽtur, mutuis ſe ſuaſionibus incitare. Quadam ergo die cum juxta ſolitũ prædictus Eberhardus ſecum aſſumptis eis, venatum exiſſet, & ad inſectandam quæ caſu occurrerat feram omnes, ut fieri aſſolet, inconditis clamoribus ferventiſſimis ſtudiis diſcurriſſent, pueruli ubi ſe ſolos adverterunt, cuſtodem nullum, eos qui ſimul venatum proceſſerant, aliarum rerum immemores, ſoli quæ agebatur venationi intentiſſimos, quantis poſſunt viribus equis ſubdunt calcaria, per conderta ſylvarũ, per abrupta montium, per concava vallium, periculi ſui, vel negligentes, vel contemptores dicto citius evolãt. Nec in certum aliquem locum regionis ignari curſum dirigunt, ſed laxatis temere habenis quocumque impetus equos ferebat præcipites ruunt. Celeri curſu tranſmiſſo nemore ad Moinem fluvium perveniunt, piſcatorem illic offendunt in ſcapha piſcatoria capturis piſcium incumbentem, evehi ſe Magontiam petunt, chlamides ſuas quibus veſtiebantur, quoniam aliud in promptu non erat, evectionis pretium offerunt. Ille vel pretio allectus, vel miſeratione periclitantiũ permotus, hoc enim ex trepidatione & cætero corporis geſtu facile conjiciebat, benignè in naviculam ſuſcepit, & utenſilibus quæ in navicula erant adopertos, ne ſcilicet, ab inſequentibus agnoſcerentur, Magontiam ut rogaverant evexit. Equi eorum tranſito amne in ulteriore ripa juxta naviculam mirum in modum moderato gradu decurrebant, ita ut cum eunte navicula pariter irent, cum ſubſiſtente pariter ſubſiſterent. Brutis pecoribus humanas ineſſe animas crederes. Vbi Magonciam ventum eſt, receptis equis ſuis in domum quandam ripæ contiguam clanculo ſe immergunt, dominumq; domus per Deum obteſtantur, ne eos cuiquam prodat, ſe Archiepiſcopo Magontino genere conjunctiſſimos eſſe, cui ſi incolumes intemerata fide reſtituat, tam ab ipſo quàm à cæteris parentibus ſuis, qui inter regni Principes & opum & dignitatis ſpecialis prærogativa emineant, digna meritis præmia relaturus ſit.

Philanthropia exemplum in equis.

Nec multo poſt aderat Eberhardus fremens & ſtridens dentibus præ doloris impatientia, compertoq; per veridicos indices, quo pueri divertiſſent, ſumma vi ſummo conamine domũ expugnare, foreſq; infringere parabat, & niſi obſides regis mature redderentur, ignem tectis injecturum ſe minabatur. Concurrit civitas ad ſpectaculum, & facta eſt pro ſtudiis partium confuſa ac diſſona, aliud atq; aliud clamantium turbarum, vociferatio. Perlato ad epiſcopum Magontinum tumultuantis civitatis nuntio, miſit confeſtim cum armatis Cunradum Comitem de caſtello, quod dicitur Luizelenburg, qui tum forte apud epiſcopum præſens erat. Qui veniens Eberhardum improbè ſævientem atque in omnes qui obſiſterent nunc vi, nunc comminatione graſſantem, ab oppugnatione ædium cum contumelia repulit, ſuſceptoſq; pueros epiſcopo præſentavit. Ille admodum gratulatus quòd cauſam Principum, qui pro communi commodo arma ſumere meditabantur, hac etiã parte impedimentorum liberaſſet, ſuis ſingulos parentibus cum omni diligentia, ne quis, ſcilicet, inſidiaretur abeuntibus, remiſit.

Tumultus Moguntiæ

Statuta die juxta condictum, Principes Sueviæ & Saxoniæ Triburiam convenerunt ampliſſimo numero, obſtinatis mentibus ad ſummovendum à negotiis regni regem Heinricum, & alium, in quem communis electio conſenſiſſet, creandum. Aderant una Legati Apoſtolicæ ſedis, Sigehardus Patriarcha Aquilejenſis, & Altmannus Patavienſis epiſcopus, vir Apoſtolicæ converſationis, & magnarum in Chriſto virtutum, cui Papa vices ſuas in diſpoſitione eccleſticarum cauſarum delegaverat: Et layci nonnulli, qui magnis opibus relictis, ultro ſe ad privatam tenuemque vitam, propter Deum, contulerant. Miſſi à Romano pontifice, ut palam omnibus per Gallias conteſtarentur, juſtis de cauſis excommunicatum eſſe regem: & ad eligendum alium regem Apoſtolici conſenſus & authoritatis ſuffragium pollicerentur. Hi nec Principi nec privato cuiquam, qui regi Heinrico dicto vel facto aliquatenus poſt excommunicationem communicaſſet, communicare volebant, donec publicè profeſſus pœnitentiam, per Altmannum Vicarium Romani Põti-

Cõventus Triburiæ.

ficis anathemate absolveretur. Pari cautela eorum quoq; communionem vitabant, qui presbyteris conjugatis, vel eis qui ecclesiasticas ordinationes pretio comparaverant, in oratione communicassent.

Presbyteri cõiugati excõmunicati.

Heinrici Imp. vita culpata.

Per septem itaq; continuos dies consilia conferentes, quid facto opus esset, qua ratione periclitanti, & jamiam naufragium minitanti reip. consulendum foret perquirebant. Replicabant ab tenero, ut ajunt ungue, omnem vitæ regis institutionem quibus probris, quibus flagitiis existimationem suam decusq; imperii vix tum adulta ætate maculasset: Quas injurias singulis, quas in cõmune omnibus, ubi primũ pubertatis annos attigit irrogasset: Quòd remotis à familiaritate sua principibus, infimos homines & nullis majoribus ortos, summis honoribus extulisset: Et cum eis noctes perinde ac dies in deliberationibus insumens, ultimum, si posset, nobilitati exterminium machinaretur. Quod barbaris gentibus vacatione data, in subditos sibi populos dedita opera ferrum distrinxisset, & in eorum nece hostili crudelitate grassaretur. Regnũ quod à parentibus suis pacatissimum, & bonis omnibus florentissimũ accepit, quam fœdũ, quam despicabile, quam intestinis cladibus inferum cruentumq; reddidisset. Ecclesias & monasteria destructa, victualia servorum dei versa esse in stipendia militũ, studium religionis & rerum ecclesiasticarum translisse ad arma militaria, & ad munitiones extruendas, non quibus vis & impetus barbarorũ arceatur, sed quibus patriæ tranquillitas eripiatur & liberæ genti cervicibus durissimæ servitutis jugum imponatur. Nullum usquam esse viduis & orphanis solatium, nullum oppressis & calumniam sustinentibus refugium, non legibus reverentiam, non moribus disciplinam, non ecclesiæ authoritatem suam, non Reipublicæ manere dignitatem suam: ita unius hominis temeritate sacra & prophana, divina & humana, fasq; nefasq; confusa esse & implicita. Proinde tantarum calamitatum unicum ac singulare superesse remedium, ut quantocyus amoto eo alius rex crearetur, qui tam diu terminos suos evaganti licentiæ frena injiceret, & mundi vacillantis ruinam subjectis humeris sustentaret.

Imperator vitæ correctionem promittit, modo titulum Imperatoris retineat.

Rex Heinricus contractis in unum suæ partis assertoribus, in villa quæ dicitur Oppenheim se continebat, Rheni fluvio utraque castra dirimente, frequentesque ad eos indies Legatos mittebat, pollicens omnium, quæ eos offenderant, in reliquum emendationem: Se veterum injuriarum memoriam sequentibus beneficiis, si vita comes foret, abolituram: nihilque deinceps circa rerum publicarum administrationem absque communi consulto acturum. Postremo ultro se jure successere, eisque gubernandi disponendique pro suo arbitratu totius regni jus potestatemque facere: dummodo æquo animo paterentur, sola regii nominis, regnique cultus rata sibi manere insignia, quæ semel legitimè accepta, sine summa omnium eorum ignominia amittere non posset, nec sinerent regni Teuthonici splendorem, omnibus retro seculis intactum incontaminatumque, sua ætate tam turpis exempli macula fordescere. Quod si verba sua difficilius admitterent magnificis promissionibus toties elusi, paratum se quibus sacramentis, quibus vellent obsidibus fidem facere, quòd nulla unquam dies, nulla rerum vel casuum mutabilitas hanc suam in eos benevolentiam corrupta foret.

Legati Imperatorii repudiantur.

Ad hæc illi. Nulla, inquiunt, jam supersunt argumenta, quibus toties recognita atque spectata fides ejus probari ultra vel obligari valeat, quum toties morum suorum emendationem coram oculis omnia cernentis Dei quam sanctè pollicitus, omnia quibus se obstrinxerat vincula, ubi primum calamitas, quæ ad præsens urgebat, præterit, tam quam arenarum telas ruperit, & semper sibi ipso deterior, cursum mali operis, sicut equus impetu vadens in prælium, effrenata libertate repetiverit. Neque nos præcipiti temeritate ad hæc extrema experienda prorupimus, omnes vias, omnia prius consilia pertentavimus, si qua ratione rigidum obstinatumque in malis desperati hominis ingenium emolliri posset. Sed inveteratus morbus atque imis penitus jam insidens visceribus nihil spei, nihil admittit remedii, omnem artem, omnem evincens industriam medicantium. Quin imo dum levitati ejus impensius morem gerere studemus, & cunctis quæ perperam molitur religionis obtentu, muliebrem præbemus patientiam, status Reip. eversus est, tranquillitas ecclesiarũ turbata, majestas imperii ablata, authoritas principum evacuata, mores inversi, leges abolitæ, & secũdum prophetę elogium, maledictum & mendacium & homicidium & furtum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit: Postremo omnis justitiæ & pietatis, religionis & honestatis disciplina situ atque inculto obsolevit. Hæc quidem dum sola vitæ temporalis detrimenta, dum solã famæ & existimationis labẽ minitarentur, tametsi viris ferenda non essent, tulimus tamẽ, ne contra jusiurandũ quo tenebamur, præcipitanter impudenterq; venire videremur: & dũ gloriæ nostræ cõsulere conaremur, animæ naufragiũ pateremur. Nunc vero cũ ab ecclesiæ corpore, propter flagitia sua, Apostolici anathematis mucrone præcisus sit, cum ei communicare sine communionis ecclesiasticæ dãno & fidei jactura nũ possimus, cum fidẽ nostrã multis apud eum sacramentis implicitã Romanus Põtifex Apostolica authoritate explicuerit, extremę, plecto demẽtiæ esset, divinitus oblatã salutis occasionẽ, non obviis, ut dici solet, manibus excipere & quod jam diu præmeditatum sit, ut agatur, tam opportuno tempore non agere: Quum leges humanæ & ecclesiasticę sinant, cum locus & tempus arrideant, quũ denique omnia, quæ paci vel bello usui esse solent, cõficienda

Excommunicationis vis.

ficiendæ tantæ rei favorem ſuum polliceantur. Quapropter contemptis inanium argumentorum cuniculis, quibus denuo in cervices jugulosque noſtros viam gladio ſuo affectat, immobiliter animo fixum tenemus, ut abſque ulla dilatione virum nobis provideamus, qui præcedat nos & præparet bellum Domini ad expugnandam & deſtruendam omnem cujuſcunque hominis altitudinem, elevantem & extollentem ſe adverſus juſtitiam & veritatem Dei, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ authoritatem. In hæc verba Legatos regis dimiſerunt.

Iterum alios atque alios miſit, nullum ſupplicationis genus, quod impediendæ tantæ rei proficuum putaretur, prætermittens. Sed illi in eadem ſententia fixi obſtinatiq; manebant. Iamque utraque ex parte ad magnum diſcrimen res ſpectare videbatur.

Denique & hi regem alium ſibi protinus conſtituere, & tranſmiſſo Rheni fluvio (navigium enim omne epiſcopus Magontinus in eam ripam coëgerat) proxima luce regi Heinrico arma inferre parabant, & ille inſciſa ſpe dilationis impetrandæ, ſuos qui per proximas villas diſperſi erant, in unum coire atque arma expedire jubebat, ut in ulteriorem ripam progreſſos, confeſtim prælio adoriretur.

Suevorum & Saxonum legati ad Imperatorem.

In hac tantarum expectatione rerum intentis ſollicitiſq; omnibus, ecce primo diluculo ſequentis diei, quæ ultimam cladem reip. allatura timebatur, Suevi & Saxones Legatos ad regem miſerũt qui ei dicerent: tametſi nec in bello nec in pace ulla unquam ei juſtitiæ vel legum cura fuerit, ſe tamen legibus cum eo agere velle, & quum crimina quæ ei objiciantur omnibus conſtent luce clariora, ſe tamen rem integram Romani Pontificis cognitioni reſervare, acturos ſe cum eo, ut in Purificatione ſanctæ Mariæ Auguſtam occurrat: Ibiq; celeberrimo conventu habito principum totius regni, diſcuſſis utrarumque partium allegationibus, ipſe ſuo judicio vel addicat vel abſolvat accuſatum. Quod ſi ante diem anniverſarium excommunicationis ſuæ, ſuo præſertim vitio excõmunicatione non abſolvatur, abſque retractatione in perpetuum cauſa cecidiſſe: Nec legibus deinceps regnum repetere poſſit, quòd legibus ultra adminiſtrare, annuam paſſus excommunicationem, non poſſit: Si oblatam conditionem gratanter amplexetur, & Romano Pontifici per omnia ſubditum ſe dictoq; obtemperantem fore polliceatur, hinc ſe experimentũ capturos, omnes quos ille excommunicavit ex templo à convictu contubernioq; ſuo amoveat, ipſe in urbem Spirenſium dimiſſo exercitu ſecedat, ibiq; ſolo Verdunenſi epiſcopo, pauciſq; miniſtris, quos tamen ſententia principum ab hac excommunicatione integros, incorruptoſq; probaverit, contentus privatam interim vitam agat, eccleſiam non ingrediens, nihil circa publica negotia ſuo jure diſponens, nullam regii apparatus pompam, nulla regiæ dignitatis inſignia ſibi juxta ſolitum adhibens, uſq; ad ſynodicam cauſæ ſuæ examinationem. Præterea civitatem Wormacienſem, quam expulſo epiſcopo, diſſipato cœleſtis militiæ ſanctuario, arcem belli ſpeluncamq; latronum fecerat abducto præſidio, epiſcopo Wormacienſi reſtituat. Datis inſuper ſacramentis & obſidibus, ne quid deinceps rebellionis vel inſidiarum ab civibus timere debeat. Porro ſi quid horum prævaricetur, tum ſe omni culpa, omni juriſiurandi religione, omni perfidiæ infamia liberatos, non expectato ulterius Romani pontificis judicio, quid Reip. expediat communi conſilio viſuros.

Wormatia ſpelunca dicta.

Heinricus Imp. conditiones ſædas cogitur ſuſcipere.

Rex cujus omnes ſpes omneſq; copiæ in artum coactæ fuerant, gratulatus admodum, quod aliqua quantumvis fœda conditione urgentem ad præſens calamitatem declinaſſet, promptiſſimè per omnia obedientiam pollicetur. Statimq; Colonienſem epiſcopum, Babenbergenſem epiſcopum, Straſburgenſem epiſcopum, Baſilienſem epiſcopum, Spirenſem epiſcopum, Loſannenſem epiſcopum, Citicenſem epiſcopum, Oſenbruggenſem epiſcopum, Vdalricum de Cosheim, Eberhardum, Hartmannum, cæteroſq; excommunicatos, quorum ante hac opera conſiliiſq; gratiſſimè utebatur, omnes caſtris egredi jubet. Miſſis quoq; Wormaciam nuntiis milites, quos illic præſidii cauſa conſtituerat, abſcedere, urbemq; epiſcopo patere præcipit. De hinc cæteris qui ad auxilia ſibi ferenda frequentes convenerant ſingulis in ſua dimiſſis, ipſe juxta conditum cum paucis Spiram contendit. Ibiq; intra terminos & leges, quas principes præſcripſerant, aliquanto tempore mediocriter vitam moreſq; cohibebat.

Imperator ſe Spiram ſiſtit.

Suevi & Saxones poſtquam deditis Wormacienſibus ſtatum civitatis Epiſcopo pacatiſſimum reddiderõt, læti ovanteſq; patriam repetebant: confeſtimq; Legatos Romam deſtinarunt, qui Papam rei geſtæ ordinem edocerent. Enixeq; flagitarent, ut ſedandis per Gallias tantis bellorum civilium tempeſtatibus, ipſe ſtatuta die ſuam non dedignaretur præſtare præſentiam.

Legati Suevorũ & Saxonum ad Papam.

Rex etiã certo ſciens omnẽ ſuam in eo verti ſalutem, ſi ante anniverſariam diem excommunicatione abſolveretur, nec ſatis tutũ ſuis rationibus exiſtimans, ut expectato intra Gallias Romani põtificis adventu, ſic infeſto judici, ſic obſtinatis accuſatoribus cauſam ſuam addiceret ventilandam. Optimum factu ſibi judicavit pro eorum ſtatu rerũm ſuarum, ut in Gallias proficiſcenti Romano Pontifici intra Italiã occurreret, & anathematis abſolutionem quoquo poſſet modo impetrare conaretur. Hac impetrata cæteram rebus difficultatem facile adimendam: eum colloqui principibus & conferre conſilia, & fidem amicorum in adverſis implorare, nulla deinceps vetaret religio.

Imperator profectionem in Italiã parat.

Pauci: igitur ante natalem Domini diebus, Spirenſi urbe diſcedens cum uxore & filio parvulo,

Imperator miſſos deſertos.

iter aggreſſus eſt, nec quiſquam ex omnibus Teuthonicis vir ingenuus comitatus eſt regno excedẽtem, præter unum & ipſum nec genere nec opibus conſpicuum. Cumq; impenſis tam longi itineris egeret, multisq; ſupplicaret, quibus incolumi Rep. ſæpenumero profuerat, pauci admodum erant, qui vel veterum beneficiorum memoria, vel præſenti humanarum rerum ſpectaculo permoti, neceſſitatẽ ejus aliquatenus relevarent: Eò miſeriarum & calamitatis ex ſumma gloria ſummiſque opibus repentè pervenerat. Similiter quoque cæteri excommunicati, obtinendæ citius abſolutionis ſtudio, ardentiſſimè iter accelerabant in Italiam, nec tamẽ in ſocietatem itineris regem admittere Principum, vel potius Romani Pontificis metu abſterriti, patiebantur.

Rhenus glacie conſtrictus.

Vis atque inclementia hyemis hoc anno adeò jugis ſolitoque aſperior inhorruerat, ut à feſtivitate ſancti Martini Rhenus fluvius glaciali frigore conſtrictus penè uſque KL. Aprilis pedeſtri itinere tranſmeabilis maneret. Et pleriſque in locis vineta, exiccatis frigore radicibus, omnino arereſcerent.

Polonorum dux ſibi ipſi imponit coronam.

Anno 1077. Dux Polenorum, qui permultos jam annos regibus Teuthonicis tributarius fuerat, cujuſq; regnum jam olim Teuthonicorum virtute ſubactum, atq; in provinciam redactum fuerat, repente in ſuperbiam elatus, propterea quod Principes Teuthonicos cerneret domeſticis ſeditionibus occupatos, nequaquam ad inferenda exteris gentibus arma vacare, regiam dignitatem, regiumq; nomen ſibi uſurpavit, diadema impoſuit, atque ipſo die natalis Domini à XV. epiſcopis in regem eſt conſecratus. Quæ brevi poſt comperta, Principes Teuthonicos, quibus reip. dignitas curæ fuit, graviter affecere, ſibique invicem ſuccenſebant, quòd dum inteſtinis in ſe atq; in ſua viſcera odiis ſævirent & digladiarentur, potentiam opeſq; barbarorum in tantum aluiſſent, ut jam tertio dux Boëmicus regnum Teuthonicum ferro & igne populabundus peragraſſet, & nunc dux Polenorum in ignominiam regni Teuthonici, contra leges ac jura majorum, regium nomen regiumq; diadema impudens affectaſſet.

Rex Heinricus in Italiam proficiſcens, intra Burgundiam, in loco qui dicitur Biſenzun, natalem Domini celebravit: Satis magnificè pro ſua tum calamitate ſuſceptus & habitus ab avunculo matris ſuæ Wilhelmo comite, cujus in illis locis ampliſſimæ & florentiſſimæ opes erant. Ea porro cauſa erat, ut relicto recto itinere in Burgundiam diverteret, quod certo compererat Duces Rudolfum, Welf & Bertholdum omnes vias, omneſq; aditus, qui ad Italiam mittunt, quos vulgato nomine Cluſas vocant, appoſitis cuſtodibus anticipaſſe, ut nulla illic ei copia tranſeundi fieret. Exacta ſolennitate natalis Domini profectus inde, quum in locum, qui Civis dicitur, veniſſet, obviam habuit ſocrum ſuam, filiumq; ejus Amedeum nomine, quorum in illis regionibus & authoritas clariſſima, & poſſeſſiones ampliſſimæ, & nomen celeberrimum erat. Hi venientem honorificè ſuſceperunt. Tranſitum tamen per terminos ſuos alias ei concedere nolebant, niſi quinq; Italiæ epiſcopatus poſſeſſionibus ſuis contiguos eis redimendi itineris pretium traderet. Durum hoc nimis atque intolerabile omnibus regis conſiliariis viſum eſt. Sed cum ei inevitabilis incumberet neceſſitas, quoquo poſſet pacto redimendi itineris, & illi nec jure propinquitatis, nec tantæ calamitatis miſeratione quicquam moverentur, multo labore & tempore in hac deliberatione inſumpto, vix & ægrè tandem impetratum eſt, ut provinciam quandam Burgundiæ bonis omnibus locupletiſſimam, concedendi tranſitus mercedem dignarentur accipere. Ita indignatio domini non ſolum ſacramentis & frequentibus beneficiis ſibi obnoxios, ſed etiam amicos & genere propinquos ab eo averterat.

Cluſa Alpina Imperatori interclusa.

Imperatorii Iter plenum difficultatis.

Hyems aſpera & iter periculoſum.

Difficulter aſſecuto tranſeundi licentiam, protinus alia ſucceſſit difficultas. Hyems erat aſperrima, & montes per quos tranſitus erat inimmenſum porrecti, & penè nubibus cacumen ingerentes, ita mole nivium & glaciali frigore obriguerant, ut per lubricum præcipitemque deceſſum, nec equitis nec peditis greſſum ſine periculo admitterẽt. Sed dies anniverſarius, quo rex in excommunicationem devenerat, è vicino imminens nullas acceleratidi itineris moras patiebatur. Quia niſi ante eam diem anathemate abſolveretur, decretum noverat communi principum ſententia, ut & cauſa in perpetuum cecidiſſet, & regnum ſine ullo deinceps reſtitutionis remedio amiſiſſet. Igitur quoſdam ex indigenis locorum peritos & præruptis alpium jugis aſſuetos mercede conduxit, qui comitatum ejus per abruptum montem & moles nivium præcederent, & ſubſequentib. quaqua poſſent arte itineris aſperitatem levigarent. His ductoribus cum in verticem montis magna difficultate evaſiſſent, nulla ulterius progrediendi copia erat, eò quòd præceps montis latus, & ut dictum eſt glaciali frigore lubricum omnem penitus deceſſum negare videretur. Ibi viri periculum omne viribus evincere conantes, nunc manibus & pedibus reptando, nunc ductorum ſuorũ humeris innitendo, interdum quoque titubante per lubricum greſſu cadendo & longius volutando vix tandem aliquando cum gravi ſalutis ſuæ periculo ad campeſtria pervenerunt. Reginam & alias quæ in obſequio ejus erant mulieres, bonum coriis impoſitas duces itineris conductu præeũtes deorſum trahebant. Equorum alios per machinas quaſdam ſummitebant, alios colligatis pedibus trahebant, ex quibus multi dum traherentur mortui, plures debilitati, pauci admodum integri incolumeſq; periculum evadere potuerunt.

Poſtquam

Poſt quam per Italiam fama percrebuit veniſſe regem & ſuperatis aſperrimis rupibus jam intra Italiæ fines conſiſtere, certatim ad eum omnes Italiæ Epiſcopi & comites confluebant, eumque, ut regia magnificentia dignum erat, ſummo cum honore ſuſcipiebant, atque intra paucos dies infinitæ multitudinis ad eum congregatus eſt exercitus. Erant enim jam ab exordio regni ejus ſemper deſiderantes adventum ejus in Italiam, eo quod regnum illud bellis, ſeditionibus & latrocinijs ac variis privatorum infeſtationibus aſſidue infeſtaretur, & omnia quæ præter leges & jura majorum ab improbis hominibus præſumebantur regiæ authoritatis cenſura corrigi ſperarent. Præterea quia fama vulgaverat ad deponendum Papam ferocibus eum animis properare, admodum gratulabantur oblatam ſibi occaſionem eſſe, qua in eum qui ſe jam pridem ab Eccleſiaſtica communione ſuſpenderat injuriam ſuam idoneè vindicarent. *Heinricus quomodo ab Italia exoptatus.*

Interea Papa rogatus per literas à principibus Teuthonicis, qui in Oppenheim cõvenerant, ut in purificatione ſanctæ Mariæ ad diſcutiendam cauſam regis Auguſtæ occurreret, invitis Romanis Principibus, & propter incertum rei eventum, iter illud diſſuadentibus Roma egreſſus eſt, & quantum poterat effectionem accelerans ſtatuto die præſto eſſe ſatagebat, ducatum ei præbente Mathilda; derelicta ducis Lutheringorum Gozelonis, filia Bonifacii Marchionis & Beatricis comitiſſæ. Hæc vivente adhuc viro ſuo quandam viduitatis ſpeciem longiſſimis ab eo ſpacijs excluſa prætendebat, cum nec ipſa maritum in Lutheringiam extra natale ſolum ſequi vellet, & ille ducatus quem in Lutheringia adminiſtrabat negotiis implicitus, vix poſt tertium vel quartum annum ſemel Marcham Italicam inviſeret. Poſt cujus mortem Romani pontificis lateri penè comes individua adhærebat, eumque miro colebat affectu. Cumque magna pars Italiæ ejus pareret imperio, & omnib. quæ prima mortales ducunt ſupra cæteros terræ illius principes abundaret, ubicumque opera ejus Papa indiguiſſet ocyus aderat, & tanquam patri vel domino ſedulum exhibebat officium. Vnde nec evadere potuit inceſti amoris ſuſpicionem, paſſim jactantibus regis fautoribus & præcipuè clericis, quibus illicita & contra ſcita canonum contracta conjugia prohibebat, quòd die ac nocte impudenter papa in ejus volutaretur amplexibus, & illa furtivis papæ amoribus præoccupata, poſt amiſſum conjugem ultra ſecundas contrahere nuptias detrectaret. Sed apud omnes ſanum aliquid ſapientes luce clarius conſtabat falſa eſſe quæ dicebantur. Nam & papa tam eximiè, tamq; Apoſtolicè vitam inſtituebat, ut nec minimam ſiniſtri rumoris maculam converſationis ejus ſublimitas admitteret, & illa in urbe celeberrima atque in tanta obſequentium frequentia obſcœnum aliquid perpetrans latere nequaquam potuiſſet. Signa etiam & prodigia, quæ per orationes Papæ frequentius fiebant, & zelus ejus ferventiſſimus pro Deo & pro eccleſiaſticis legibus ſatis eum contra venenatas detractorum linguas communiebant. *Papa Auguſtam proficiſci inſtituit.* *Mathilda Papæ comes individua.* *Papa cum Mathilda inceſti amoris ſuſpectus.*

Igitur papa dum in Gallias properaret, exinſperatò audiens regem jam eſſe intra Italiam, hortante Mathilda in caſtellum quoddam munitiſſimum, quod Canuſium dicitur, divertit: expectare volens, donec conſilium adventus ejus diligentius exploraret, utrum ſcilicet, veniam admiſſi poſtulare, an injuriam excommunicationis ſuæ militari manu perſequi plenus animorum adveniret. *Canuſium caſtellum.*

Diedericus epiſcopus Verdunenſis vir conſtantiſſimæ erga regem fidei, dum regem in Italiam proficiſcentem paulò poſt inſequi vellet, captus eſt ab Adalberto Comite de caſtello, quod dicitur Caleuuo, & ſpoliatus omnibus quas ſtudioſiſſime convexerat tam longi itineris impenſis. A quo diu habitus in cuſtodia tandem dato quodcumq; exigebatur redemptionis ſuæ pretio, addito etiam jurejurando, quod injuriæ hujus nec ſpiritualem nec corporalem vindictam aliquando expeteret, liber abire dimiſſus eſt. *Epiſcopus Verdunenſis captus.*

Rubertus quoque Babenbergenſis epiſcopus, dum in Italiam pergens per Bajoariam iter ageret, captus eſt ab Welf Duce Bajoariorum. Qui ſublatis omnibus quæ illius fuerant peculiaria, veſtes pontificales & cæterum eccleſiaſticum ornatum, quem in theſauris eius repperit, eccleſiæ Babenbergenſi cum omni integritate reconſignavit. Ipſum vero in caſtello munitiſſimo, à natale Domini uſque ad feſtivitatem ſancti Bartholomæi Apoſtoli, ſub diligenti cuſtodia tenuit, nec ullis amicorum eius precibus aut muneribus, ut dimitteret, evinci potuit. *Epiſcopus Babenbergenſis captus.*

Cæteri epiſcopi & laici, quos papa excommunicaverat, quoſque rex huius rei gratia à latere ſuo extrema neceſſitate compulſus amoverat, eluſis cuſtodibus, qui Cluſas obſidebant, in Italiam illæſi pervenerunt, repertoque papa in Canuſio, veniam præſumptæ rebellionis atque ut excommunicatione abſolverentur, nudis pedibus, & laneis ad carnem induti ſuppliciter poſtulabant. Ille his qui veraciter peccatum ſuum agnoſcerent, & deflerent, non eſſe ajebat miſericordiam denegandam, ſed longam inobedientiam & diu incertam peccati rubiginem diuturnioris pœnitentiæ igne exuri & excoqui oportere. Quapropter, ſi eos revera facti pœniteret, æquo animo paterentur quodcumque ſanandis vulneribus eorum adhiberet eccleſiaſticæ correptionis cauterium, ne ex facilitate indulgentiæ culpa quæ adverſus ſedem Apoſtolicam atrox & vehemens præſumpta fuiſſet, vel parva vel nulla videretur. Illis paratos ſe profitentibus ad omnia quæ impoſuiſſet ſufferenda, epiſcopos omnes à ſe invicem ſeparatos præcepit ſingulis cellis ſolitarios includi, nec ullum cum aliquo habere colloquium. *Epiſcopi Canuſij quarum peccatis ab ſolutionem.*

Ad veſperam autem cibi & potus mediocri menſura refici. Laycis quoque pro ætatis vel virium conſyderatione congruentem ſingulis pœnitentiam indixit. Ita per aliquot dies examinatos tandem ad ſe vocavit, & leniter pro admiſſis objurgatos, & ne deinceps ſimile quid admitterent commonitus excommunicatione abſolvit, abeuntibuſq; id ante omnia repetens iterum iterumq; præcepit, ne rege Heinrico donec ſedi Apoſtolicæ poſt factam injuriam ſatisfeciſſet aliquatenus communicarent, aut ei ad evertendũ ſtatum reipub. turbandamq; pacem eccleſiaſticam in aliquo operam ſuam accõmodarent. Ad hoc tamen omnib. indifferenter ejus permiſſo colloquio, ut ad pœnitentiam provocaretur, & à curſu mali operis quo præceps rapi videbatur retraheretur.

Abſolutionis papalis ratio.

Heinricus Imp excommunicationis veniam ſollicitat.

Interea rex Heinricus Mathildam comitiſſam ad colloquium evocavit, eamq; precibus ac promiſſionibus oneratam ad Papam tranſmiſit, & cum ea ſocrum ſuam filiumq; ejus Azzonem etiam Marchionem & Abbatem Cloniacenſem, & alios nonnullos ex primis Italiæ principibus, quorum authoritatem magni apud eum momenti eſſe non ambigebat, obſecrans, ut excommunicatione abſolveretur, nec Principibus Teuthonicis, qui ad accuſandum eum ſtimulo invidiæ magis quam zelo juſtitiæ exarſiſſent, temerè fides haberetur.

Papa reſponſum.

Quorum papa legatione audita ait. Incongruum valde eſſe, & ab eccleſiaſticis legibus omnino alienum, ut abſentibus accuſatoribus cauſa accuſati ventilaretur. Quin immo ſi innocentiæ ſuæ cõfideret, omni timoris ſcrupulo liberatus, ſtatuto die in Auguſtam, quo cæteri principes convenire ſtatuiſſent, fiducialiter occurreret: Se illic diſcuſſis utrarũq; partium allegationibus, nec odio nec gratia ab jure ad injuriam devolandum, ſed juxta leges eccleſiaſticas quàm rectiſſimam poſſit de ſingulis ſententiam laturum eſſe.

Intercederet pro imperatore.

Adhæc illi reſponderunt. Regem illius nuſquam terrarum ſubterfugere judicium, quem ſciat æquitatis & innocentiæ incorruptiſſimum vindicem & advocatum fore. Sed è vicino jam urgere diem anniverſarium, quo excõmunicatus fuiſſet, & principes regni hac expectatione ſuſpenſos attentoſq; anxiè rei eventũ præſtolari: ut ſi ante hanc diem excommunicatione non abſolvatur, deinceps juxta Palatinas leges, indignus regio honore habeatur, nec ultra pro aſſerenda innocentia ſua audientiam mereatur. Proinde obnixius petere, & hoc omni quo Papa jubeat ſatisfactionis genere piratum emereri, ut ſolo interim anathemate abſolvatur, & communionis eccleſiaſticę gratiam recipiat: reſpõſurus ex integro quacumq; die, quocumq; loco Papa præcipiat, tamquam nihil hac conventione actum ſit, omnibus, quæ accuſatores ejus objeciſſent, criminibus, & juxta ſententiam ejus regnum vel retenturus ſi objecta purgaſſet, vel æquo animo ſi cauſa cecidiſſet amiſſurus.

Diu Papa reſtitit, veritus in rege juvenilis animi inconſtantiam, & proclive quocumq; aſſentatores impulſſent ingenium. Sed ſuperatus tandem importunitate perurgentium, & gravitate ſententiarum, ſi veraciter, inquit, eum facti pœnitet, coronam & cætera regni inſignia in argumentum veræ & ex animo actæ pœnitudinis noſtræ poteſtati dedat, & ſe poſt tam contumax admiſſum regio nomine & honore deinceps indignum profiteatur.

Papa poſtulat coronam imperialem.

Dum nimis hoc viſum eſt Legatis. Cumq; vehementer inſiſterent, ut ſententiam temperaret, nec calamum conquaſſatum judicii auſteritate pœnitus contereret, vix & ægrè tandem exoratus, annuit ut conminus veniret, & ſi veram pro admiſſis pœnitudinem gereret, culpam quam ſedi Apoſtolicæ contumeliam irrogando contraxerat, ſedis Apoſtolicæ decretis nunc obediendo expiaret.

Imperator papæ ſe ſiſtit & quo habitu.

Venit ille ut juſſum fuerat, & cum caſtellum illud triplici muro ſeptum eſſet, intra ſecundũ murorum ambitum receptus, foris derelicto omni comitatu, ſuo depoſito cultu regio, nihil præferens regium, nihil oſtentans pompaticum, nudis pedibus, jejunus à mane uſq; ad veſperam perſtabat, Romani pontificis ſententiam præſtolando. Hoc ſecundo, hoc tertio die fecit. Quarto demum die in conſpectum ejus admiſſus, poſt multas hinc inde dictas ſententias, his poſtremò conditionibus excommunicatione abſolutus eſt, ut die & loco quemcumq; papa deſignaſſet evocatis ad generale concilii Teuthonicis principibus præſto eſſet, & accuſationibus quæ intenderentur, reſponderet, ipſo Papa finita expedire videretur, cognitore cauſarum aſſidente, & ad ejus ſententiam vel retineret regnum, ſi objecta purgaſſet, vel æquo animo amitteret, ſi probatis criminibus regio deinceps honore indignus juxta eccleſiaſticas leges decerneretur; nullam, ſive retento ſive amiſſo regno, hujus injuriæ vindictam à quopiam hominum in perpetuum exacturus. Vſque ad eam aũt diem, qua cauſa ejus legitimè diſcuſſa terminaretur, nulla regii cultus ornamenta, nulla regiæ dignitatis inſignia ſibi adhiberet, nihil circa rerum publicarum adminiſtrationem juxta conſuetudinem ſuo jure ageret, nihil quod ratum fore oporteat decerneret: Poſtremò præter regalium ſervitiorum exactionem, quib. neceſſariò ipſe & ſui ſuſtentandi eſſent, nihil regiũ, nihil publicũ uſurparet, omnes etiam qui ei ſub jurejurando fidem dixiſſent, ab hujus ſacramenti vinculo, & conſervandæ erga eum fidei debito apud Deum & apud homines interim liberi expeditiq; manerent. Rutbertum Babenbergẽſem Epiſcopum, & Vdalricum de Cosheim & cæteros quorum conſiliis ſereniq; publicam prodidiſſet, à ſua in perpetuum familiaritate amoveret. Quod ſi purgatis quæ objicerentur potens confortatusque in regno perſtitiſſet, ſubditus Romano Pontifici ſemper dictoq; obtemperans foret, & ad corrigenda quæcunque in regno ejus contra eccleſiaſticas leges prava conſuetudine inoleviſſent,

Abſolutionis papalis conditiones graves.

Imperator papæ ſit ſubiectus.

viſſent, conſentiens ei & pro virili portione cooperator exiſteret. Ad ultimum, ſi quid horum prævaricaretur, irritam fore hanc, quæ nunc tantopere expetita ſit, anathematis abſolutionem. Quin immo jam pro victo confeſſoque habendum eſſe, nec ultra pro aſſerenda innocentia ſua audientiam impetraturum, principeſque regni omni deinceps quæſtione, cuncta juriſiurandi religione liberatos, regem alium, in quem communis electio conſenſiſſet, creaturos eſſe.

Imperatoris ſubmiſſio.

Grataner Rex accepit conditiones, ſervaturum ſe omnia quàm ſanctiſſimis poterat aſſertionibus promittebat. Nec tamen promittenti temerè fides habita eſt. Sed Abbas Cloniacenſis, quoniam jurare monaſticæ religionis obtentu detractabat, fidem ſuam coram oculis omnia cernentis Dei interpoſuit. Epiſcopus quoque Citicenſis, & Epiſcopus Vercellenſis, & Azzo Marchio, & alij conventionis ejus principes allatis ſanctorum reliquiis ſub jurejurando confirmaverunt facturum eum eſſe quæ pollicebatur, nec aliqua rerum aſperitate vel caſuum variè ſuccedentium mutabilitate abſentia deducendum.

Abſolvendi ab excommunicatione modus & formula.

Ita abſoluto eo excommunicatione, Papa miſſarum ſolennia celebravit, confectaque ſacra oblatione regem cum cæteta, quæ frequens aderat, multitudine ad altare evocavit, præferenſque manu corpus dominicum, ego inquit, jampridem à te tuiſque fautoribus literas accepi, quibus me inſimulabas ſedem Apoſtolicam per ſymoniacam hæreſim occupaſſe, & aliis quibuſdam tam ante epiſcopatum quàm poſt acceptum epiſcopatum criminibus vitam maculaſſe, quæ mihi ſecundum ſcita canonum omnem ad ſacros ordines acceſſum obſtruxerint. Et licet multorum idoneorum certè teſtium aſtipulatione crimen refellere queam, eorum, ſcilicet, qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate inſtitutionem integerrimè noverunt, & eorum qui meæ ad epiſcopatum promotionis authores fuerunt: Ego tamen me humano potius quàm divino niti videar teſtimonio, ut ſatisfactionis compendio omnem omnibus ſcandali ſcrupulum de medio auferam, ecce corpus Dominicum quod ſumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, ut omnipotens Deus ſuo me hodie judicio vel abſolvat objecti criminis ſuſpitione, ſi innocens ſum, vel ſubitanea interimat morte, ſi reus. Hæc & alia, ut ſolenne eſt, præfatus verba terribilia, quibus Deum cauſæ ſuæ æquiſſimum judicem & innocentiæ aſſertorem adeſſe precabatur, partem Dominici corporis accepit & comedit. Qua libentiſſime abſumpta, cum populus in laudes Dei, innocentiæ ejus congratulatus, aliquandiu acclamaſſet, tandem impetrato ſilentio converſus ad Regem. Fac ergo, inquit, fili ſi placet quod me facere vidiſti. Principes Teuthonici regni ſuis indies accuſationibus aures noſtras obtundunt, magnam tibi molem capitalium criminum impingentes, pro quibus non modo ab omni rerũ publicarum adminiſtratione, ſed ab eccleſiaſtica etiam communione & ab omnimoda vitæ ſecularis converſatione uſq; ad extremum ſpiritum te ſuſpendi oportere exiſtimant. Petunt etiam magnopere diem & locum ſtatui audientiæ q; præſtari canonicè diſcutiendis, quas adverſum te afferant accuſationibus. Et noſti optime humana plerumq; vacillare judicia, & in publicis diſceptationibus nonnunquam falſa pro veris perſuaderi, dum pro diſertorum hominum ingeniis & dicendi copia & ſuavitate, falſitas verborum phaleris adornata libenter auditur, & veritas nullis eloquentiæ nixa adminiculis contemnitur. Cum ergo tibi bene conſultum cupiam, pro eo quòd in calamitatibus tuis ſupplex Apoſtolicæ ſedis patrocinium expetiſti, fac quod moneo. Si te innocentem noſti, & exiſtimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falſis criminationibus impeti, libera compendioſe & eccleſiam Dei ſcandalo, & teipſum longæ concertationis ambiguo, & ſume hanc reſiduam partem Dominici corporis, ut comprobata Deo teſte innocentia tua, obſtruatur omne os adverſum te iniqua garrientium: Et me deinceps cauſæ tuæ advocato, & innocentiæ tuæ vehementiſſimo aſſertore Principes tibi reconcilientur, regnum reſtituatur, omnes quib. jamdiu reſp. vexatur bellorum civilium tempeſtates in perpetuum ſopiantur.

Gregorium PP. innò contrariam ſumpta eò charistia probat.

Papa ſervet Imperatorem & reſiduam Sacramenti partem communicat.

Adhæc ille inopinata re attonitus æſtuare, tergiverſari, conſilia cum ſuis familiaribus ſegregatus à multitudine conferre, & quid facto opus eſſet, qualiter tam horrendi examinis neceſſitatem evaderet, trepidus conſulere. Reſumpto demum ſpiritu cauſari apud Papam cœpit de abſentia principum, qui ſibi in adverſis fidem adhuc integram ſervaſſent, quibus inconſultis & potiſſimum abſentibus accuſatoribus irritam fore, nec quicquam virium apud incredulos habituram eſſe, quamcunque pro experienda innocentia ſua ſatisfactionem paucis qui aderant propoſuiſſet. Proinde ſedulò Papam orare, ut rem integram generali concilio communiq; audientiæ differet. Vt ibi congregatis accuſatoribus & ſecundum leges eccleſiaſticas diſcuſſis tam accuſationibus quam accuſatorũ perſonis, conditionibus quaſcunq; principes regni æquas judicaſſent objecta refellerer.

Imperator abhorret verba Papæ.

Haud gravatè papa petenti acquievit, expletoq; ſacro miniſterio regem ad prandium vocavit, benigniſſimeq; refecto, & de omnibus quæ eum obſervare oporteret diligenter inſtructum, cum pace ad ſuos qui longius extra caſtellum remanſerant, dimiſit. Epponem quoq; Citicenſem Epiſcopum præmiſit ante eum, ut eos qui excõmunicato, priuſquam anathemate abſolveretur, indifferenter excommunicaverant, vice ſua excõmunicatione abſolveret: benignè præcavens, ne quam denuo receptæ cõmunionis maculã contraheret. Qui dũ veniſſet, & cauſam pro qua miſſus fuerat Italis expoſuiſſet, vehemẽs in eũ ira & indignatio coorta eſt, Fremere oẽs & ſœvire verbis ac manib. cœperũt.

Papa & Imperator reconciliati.

Apo-

Apostolicæ legationi irrisorijs excl umationibus obstrepere, convicia & maledicta, utcumque turpissima furor suggessisset, arrogare: Se excõmunicationem illius nihil æstimare, quem ipsum omnes Italiæ episcopi justis ex causis jam pridem excommunicassent: qui sedem Apostolicam per simoniacam hæresim occupasset, homicidiis cruenta sset, adulteriis aliisq; capitalibus criminibus polluisset: Regem secus ac deceat egisse, crimenq; gloriæ suæ intulisse nunquam abolendum, quòd homini hæretico & probris omnibus infamato, majestatem regiam summiserit, & quem justitiæ patronum, legumq; ecclesiasticarum vindicem sibi parassent, is fœdissima subjectione sua fidem planè catholicam, authoritatem ecclesiæ, dignitatem reip. prodiderit. Se inultionem ejus omnes quas potuerint Papæ injurias irrogasse, & nunc quod dictu turpe sit, se in mediis perturbationum fluctibus relictis, ipsum sibi consuluisse, & cum hoste publico privata necessitudine in gratiam redisse. Hæc potissimum Principes Italiæ jactando & passim per populum serendo, ingens Regi odium brevi conflaverant.

Papa laudes ab Italis data.

Tumultus Romæ.

Adulta postremò seditione una omnium voluntas, una sententia érat, ut abdicato patre, qui ultro regni fascibus indignum se effecisset, filiũ ejus, licet impubem adhuc & regni negotiis immaturũ regem sibi facerent, & cum eo Romam profecti Papam alium eligerent, per quem & ipse protinus Imperator consecraretur, & omnia Papæ hujus apostatici gesta cassarentur.

Perlato ad regem tam molestæ conspirationis nuntio, misit properè quicquid apud se Principũ erat, ut quaqua ratione, quaqua possent industria efferatæ multitudinis animos mitigarent: ne molestè acciperent, aut in contumeliam suam factum reputarent, quod extrema necessitate compulsus communis commodi ratione fecisset: Nec Teuthonicis principibus, qui sibi per calumniã regnum eripere dedita opera machinarentur, nec Romano Pontifici, qui ad evertendum statum sanctæ Ecclesiæ spirituali gladio circumquaq; fulguraret, aliter satisfieri potuisse, quàm ut ante statutam dẽ excommunicatione absolveretur. Nunc se omnibus anguitiis, quib. vias ejus concluisissent, inimici liberatum, omnem deinceps curam industriamq; ad vindicandas suas & illorum injurias translaturum.

Imperatoris excusatio.

Vix tandem compresso potius quàm extincto concitati tumultus incendio, pleriq; ex Principũ castris se per iram subtrahentes, injussi in sua rediere. Cæteri dissimulata interim iracundia, redeũtem Regem pacificè exceperunt, sed neque consuetam ei reverentiam deferebant, neque tam sumptuosa ut prius, utq; regiam magnificentiam decuerat, servitia ei exhibebant: sed aversis oculis, infestis mentibus passim per omnes angulos de levitate & inepria ejus mussitabant, socordiamq; accusabant quòd tamdiu expectatus, tam anxiè desideratus periclitantis Italiæ calamitatibus nihil postremò spei, nihil præsidii attulisset. Cumq; Italiam peragraret, ut his qui oppressi fuerant, calumniamve patiebantur regio more justa faceret: nec in civitates eum recipiebant, nec eum cum faculis & faustis acclamationibus, ut priorib. regib consueverant, obviam ei procedebant: sed foris in suburbanis locis castris positis commorari jubebatur, & illuc ei alimenta, quib. exercitus sustentaretur & ipia modica & vix necessitatem potius quàm regalium epularum solitum splendorem copiamve explentia: ne manifestæ defectionis immaturè argui possent, ministrabant: Appositio singulis in locis præsidio, ut prædas forte de agris vel villis agere volentes, armata manu coercerent.

Imperator sine majestate.

Territus rex insolita rerum facie, seroque pœnitens quòd incognitæ gentis expertæ prius fidei temerè se credidisset, & Teuthonicis finibus excedendo hostem mutasset non evasisset: gravi sollicitudine & metu perurgebatur, nec ullum usquam effugium inveniebat, nisi in reconciliandis forte si qua ratione posset, quos offenderat Italorum animis. Ratus itaq; hujus rei unicum hoc esse præsidium, ut initum cum Romano pontifice fœdus abrumperet, & inde reparandæ concordiæ initium faceret, unde fuerat orta discordia. Vdalricum de Cosheim, & cæteros quos ille severissimo anathemate à contubernio eius amoverat, in pristinum gratiæ & familiaritatis suæ gradum revocavit, & cum eis denuo de privatis, de publicis negotiis eadem qua consueverat singularitate ac privilegio consilia conferebat. Tum assiduè in conventu principum criminabatur, & detrahebat Romano Pontifici quòd ipse omnem hanc, qui Remp. concussisset, ventum turbinis & commotionis sævissimæ procellam suis machinationibus concitasset: ipse omnium quæ in ecclesia omni recenti memoria secus accidissent author incentorque extitisset. Hortabaturque om .s in commune, ut suo ductu suisque auspiciis tantarum ab eo injuriarum vindictam expeterent.

Imperator fœdus cũ Papa abrumpit.

Dein conditiones omnes & universa ecclesiasticarum legum vincula, quibus ille cum Apostolica authoritate in salutem obstrinxerat, contemptim tanquam aranearum telas dirupit, abjectisque omnibus timoris Dei habenis, in omne quod animus suggessisset effrenata libertate ferebatur. His paulatim rebus Italorum indignatio mitigari, furor deflagrare, studia denuo in eum incalescere cœperunt, ita ut frequentior indies ad eum multitudo confluaret, sumptus exercitui copiosiores ministrarent, & ad omne quod jussisset promptissime jam manus operamque suam pollicerentur.

Erant

Erat tunc temporis apud eum ex Teuthonicis, principiò Liemarus Premenſis Archiepiſcopus, Eppo Citicenſis epiſcopus, Benno Oſenbruggenſis epiſcopus, Burchardus Loſannenſis epiſcopus, Burchardus Baſilienſis epiſcopus: Layci. Vdalricus, Eberhardus Bertholdus & alii penè omnes, quos in Oppenheim legati Apoſtolicæ ſedis à contubernio ejus propter excommunicationem ſegregaverant, qui nunc poſt receptam communionem, cum eum quoq; Eccleſiæ reconciliatũ comperiſſent, unanimiter ad eum confluxerunt, & ei deinceps peregrinationis ejus individui comites adhærebant. *Principes à parte Imperatoris.*

Interea Magontinus, Werceburgenſis & Mettenſis epiſcopi, Rudolfus, Welf, Berdolfus duces & alii pleriq; ex principibus Teuthonicis convenientes, tractare de utilitatibus reipubl. ſtatuerunt: ut principes Saxoniæ & omnes quibuſcunq; reſpublica curæ foret, 5. Idus Martii in Forcheim occurrerent, & communi conſilio quid facto opus eſſet decernerent: Præſertim cum per abſentiam regis tranquillis rebus tempus opportunum deliberationib. ac conſultationibus nacti eſſent. Romano quoque pontifici ſcripſerunt, ut quoniam in purificatione ſanctæ Mariæ Auguſtam juxta cõdictũ, dolo regis præventus occurrere non potuerat, ſaltem in Forcheim ſtatuta die præſto eſſe ſatageret, & ſedandis bellorum civilium tempeſtatibus, quibus jamdiu periclitaretur reſpublica, Apoſtolici moderaminis gubernaculum adhiberet. *Principes Imperatori reſiſtentes.*

Adhuc ille in Canuſio & aliis circa firmiſſimis munitionib. ſe continebat, diſpoſitum habens nõ prius Romam regredi, quam confecto itinere quod inſtituerat, ſi Deo propitio conatum ſequeretur effectus, pacem eccleſiæ Dei reddidiſſet. Igitur acceptis literis, tamen ſi jampridem frequens ad eum fama detuliſſet, regem mutata mente hoſtiles adverſum ſe ſpiritus gerere, & contemptis conditionibus, quib. excommunicatione abſolutus fuerat, animo fixum tenere, ut leges eccleſiaſticas manu militari debellaret. Miſit tamen unum ex cardinalibus epiſcopis Romanæ eccleſiæ Gregorium nomine, & alios quos ei negotio idoneos arbitrabatur, qui ei dicerent. Tempus eſſe, ut promiſſa compleret, conventurosin Forcheim 3 idus Martii principes Teuthonici regni ad componendũ, ſi Deus votis annuat, ſtatum reip. Veniret ergo ut pollicitus ſit, & crimina quibus innocens, ut ipſe aſſerat à calumniatorib. ſuis impetitus ſit, ſe cognitore & judice præſidente reſponderet. Multum rebus ſuis ſalutiq;, & apud Deum & apud homines collaturus, ſi eccleſiam ſchandalis, rempublicam bellis civilibus, ſe ipſum fœdiſſimæ exiſtimationis macula liberaret. Præſertim cum ea die diſcuſſis ſynodicè quæ adverſum eum afferantur crimina, vel recepturus eſſet regnum, vel ſine omni deinceps retractatione amiſſurus. *Legatus papæ ad imperatorem.*

Legatis mandata perferentibus, ille diſſimulatis mediocriter his, quæ animo agitabat, reſpondit. Se poſt acceptum regnum hac primum vicè Italiam intraſſe, & ideo multis nunc & magnis reipub. negotiis implicatum, non poſſe tam citò infectis rebus provincia excedere. Quia ſi id faciat, Italos quos longo tempore anxia adventus ſui expectatione ſuſpendiſſet, graviſſime offendat. Præterea diem conventus habendo ſtatutum è vicino imminere, ſeque tam brevib. induciis, tanta terrarum ſpacia nulla equorum celeritate poſſe tranſcurrere, etiamſi nullis extrinſecus retardetur impedimentis. In hæc verba legatos dimiſit. *Reſponſum imperatoris.*

Papa certior jam factus de immutatione animi ejus & cæteris rebus, quas ad eum jampridem fama detulerat, miſit protinus Bernardum abbatem de Maſſilia, virum eximiæ cõverſationis & multarum in Chriſto virtutum: item alium Bernardum Cardinalem Diaconum ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ut principibus Teuthonici regni, qui, ut ſupradictum eſt, 3 idus Martii Forecheim conventuri erant, occurrerent, eoſque per ordinem ea quæ geſta erant, edocerent. Se juxta placitum dedita opera emiſſum fuiſſe, ut die & loco ſtatuto communibus ſanctæ Eccleſiæ utilitatibus tractandis præſto eſſet. Sed domini Heinrici diligentia ita circumventum, ita omnes per quas tranſitus eſſe potuiſſet itinerum anguſtias præoccupatas, ut nec tuto in Germaniam progredi, nec tuto Romam regredi valeat. Proinde monere eos, ut ſuis interim rebus & regno Francorum, quod diu jam unius hominis puerili levitate vexetur, quaqua poſſint ratione moderentur: donec, ſi Deus velit, adempta itineris difficultate ipſe venire, & collatis in medium conſiliis quid utilitati, quid honeſtati omnium, quid paci eccleſiaſticæ expediat, ſecundum eccleſiaſticas leges decernere poſſit. *Legati Papæ ad principes, Germ.*

Nos more inviti Poetæ, extremo jam in opere langueſcentes, ingentiſque materiæ molæ ſuperati, in longum ſeris, ut videtur, protracto volumini, hic tandem finem imponimus. Vt ſi cui forte poſt nos ad deſcribendam reliquam partem hujus hiſtoriæ manum mittere libuerit, ab electione Rudolfi Regis, congruum ſcribendi exordium faciat.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX NOMINVM ET VER-
BORVM RERVMQVE NOTABILIVM QVÆ IN
præcedentibus trium Hiſtoricorum Vrſpergenſis, Reginonis & Schaffnaburgenſis continentur libris.

Aaronis Perſarum regis latum imperium 128
Aaron primus Hebræorum pontifex 5
Abacuc prophetæ oſſa 89.383
Abbas Cluniacenſis Apocriſiarius 197. de Morimunt pacis ſtudioſiſſimus 239 Eberacenſis concilij Baſilienſis legatus 302. Morbacenſis 255. ſancti Galli 255
Abbas ſimeniacus 482
Abbatem eligendi mala conſuetudo 482
Abbatia S. Petri in Vuirzburg reſtauratur 144
Abbatis villa urbs Piccardiæ 331
Abdella Saracenus 136.403.
Abdio baptizatus 134
Ablavius ſcriptor Gothicus 72.75
Abodriti 148. oppugnant Vuiltzos 407. transalbianos pagos occupant 137
Aborigines 7
Abraham patriarcha 2. in terram Chanaan quando profectus 2. quando genitus 1.2.
Abſolvendi excommunicatos papalis ratio 274
Academia Baſilienſis 326. Colonienſis 283. Erphordenſis 283. Friburgenſis 326. Igolſtadienſis 326. Mogontina 319. Pragenſis 276.283. Tubingenſis 326. Viennenſis 276.
Accaron à Chriſtianis expugnata 185
Accipiter prælium redintegrat 147
Acclamatio populi Romani in coronatione Caroli Magni 137
Acenceres rex Aegyptiorum 5
Achaia terræmotu concuſſa 10
Achalin caſtrum 214
Achalmen caſtrum 210
Achenheim propè Argentoratum 269
Acherres rex Aegyptiorum 5
Achilles Penteſileam occidit 73
Achilleus Agyptum occupans 59.60
Achillis ſepulchrum 11
Achoris rex Aegyptiorum 5
Acon ab Imperatore Friderico primo obſeſſa 229. obſidetur ab Italis 228. olim Ptolemaida 228
Acta poſt Attica dicta 3.4
Actiaca Neapolis 55. pugna 34.36
Actiacum littus 34
Actia ſoror Julij Ceſaris Octavij Auguſti mater 35
Acurſius gloſſator juris 252
Adagarij 81
Adalbertus epiſcopus martyrizatur 459. Principes Tridenti congregatos ſpoliat & capit 189
Adalgarius 124
Adaloiſi ſtrategema 420
Adalgiſus Deſiderij filius 126, 132. Tridentinæ civitatis dux 390
Adamitarum ſecta 294
Adela marchioniſſa animoſior viro 489
Adelbero Marchio 165
Adelbertus epiſc. Mogunt. cuſtodia mandatur 33 & liberatur 169
Adelbertus rebellis Ludovico Imperatori 143
Adelgoz de Suabegge advocatus Auguſtæ 225
Adelheida Ottonis Magni uxor 162. 440. Imperatrix obyit 459. Lotharij vidua 160. Ruperti imperatoris uxor 284
Adelbero monachus monſtroſus 474
Adelinda Caroli magni conjunx 129
Adeltrud Caroli magni filia 129
Adherbal miſerias ſuas deplorans 193
Adificia varia à Theoderico conſtructa 83
Adila filia Marchionis de Hochberg, uxor Friderici primi Imperatoris 217
Admirates ſecundus à rege Babylonico 188
Adolandus filius Egilolfi 95
Adolphi Imperatoris vita & res geſtæ 260. in prælio occubitus ejuſq; ultima verba 261
Adolphus comes Clivienſis ſit dux Cliviæ 290. dux Geltriæ 271. de Naſſaun 318. 319. Archiepiſcopus Mogunt. 277. Ruſchius typographus 308
Adrianopolis 290
Adrianopolitanum imperium 310
Adriaticum mare unde dictum 51
Adulatorum mira perſuaſio 54
Adulterij pœna 95.264
Advocatia Auguſtæ 225
Aegades Inſula 18
Aegei maris inſula Turcis ſubjecta 265
Aegialea terra 1.2
Aegialeus rex Sicyoniorum 1
Aegidius rex Francorum 66
Aegidius rex Sicyoniorum 2
Aegidius ſanctus claruit 120
Aego comes Friburgum occupare nititur 277
Aegyptia gens idolatriæ dedita 18
Aegyptij patria ejecti Germaniæ regionus pervagantur 290. ſub Thebæorum imperio 1.2
Aegyptiorum Deus Serapis 3. dynaſtia 1. regnum inchoat 451
Aegyptus à Turcis occupata 265. 337. ſub Romanorum poteſtate 37. 453. ſit Romana provincia 39. prius Aeria dicta 5
Aemilia urbs 95. à Gothis devaſtata 78. ab Hunnis direpta 80
Aemilianus in Mœſia Imperator elevatus 57
Aemilij Probi conſulis infelix interitus 20
Aemilius Paulus vincit Perſeum 25
Aeneas quando in Italiam venerit 6.66
Aeneas Sylvius ſit papa 314. literatorum fautor 315

Æneæ Silvij in papatu conatus 324 epistola ad Casparum Schlik Cancellarium 315. elegantes sententiæ 315. vita 316
Æneidos libri Vergilij à quibus editi 39
Æria Ægyptus 5
Æs Corinthium 26
Æsculapius Epidaurius 12
Æstas maxima 223.459
Æstrorum natio 75
Æthiopia 89.265
Ætij & Bonifacij de Africæ dominatu contentio 91
Ætius patritius 137. à Valentiniano occisus 93.383
Ætius Attilam superat 93
Affels campus 91
Africana Ecclesia pace fruitur tempore Augustini 90 91.
Africa à Vandalis vastata 91. Romano imperio sub acta 87.118.453. Romano imperio restituta 384
Africanus historiographus 33.55
Agabus propheta 44
Agareni provincias Heraclij vastant 115
Agar genuit Ismahelem 2
Agia dux Winulorum 90. Egilolfus 94.95
Agnes Conradi imperatoris uxor 461. conjunx Friderici ducis Sueviæ 208. filia Leupoldi ducis Austriæ 247. Heinrici tertij Imperatoris uxor 166. Heinrici quarti Imperatoris mater 485. imperatrix regnum administrat 167. imperatrix solitariam vitam quærit 168. Heinrici quarti imperatoris mater privatam vitam elegit 467. Heinrici quarti Imperat. uxor excommunicationem mariti approbat 180. Heinrici quarti uxor obijt Romæ 170. Heinrici septimi Imperatoris uxor coronatur 247
Agnus Dei inter sacrificium ut cantetur institutum 118
Agricolarum seditio in Germania 352
Agrigentini sub corona venditi 16
Agrigentum urbs obsidione cincta 16
Agrippa Herodes in vincula conjicitur 41.43
Agrippa Augusti amicus 38. Bessiorum capit 39. cum Pompejo confligit 36. in Aquitania bellum conficiens 36
Agrippina mater Neronis 46
Agrippina urbs Galliæ 50.66
Agrippina uxor Claudij 44
Ajax 73
Αιγιδα πολιαμχον 48
Ajoth 6
Ανξιμων Caroli Magni delectamen 139
Alachis diaboli filius ejusq; machinamenta 98. duellum detrectat 98
Alamundarus Saracenorum dux baptizatus 95
Alani 79.120. Africam vastant 383. à Romanis victi 86. Galliam occupant 92. Hunnis subjugati 76. Vuandalis sociati 91
Alanus doctor universalis floret 262
Alaricus rex Gothorum 67. Romam invadit 91. 383
Alatheus dux Vusigotharum 77.78
Alba civitas 212
Alba Græca 311
Alba longa condita 7
Alba regalis civitas Hungariæ 305
Albania 323. olim pars Macedoniæ 325
Albanorum sive Epyrotarum origo 325
Albanus papæ legatus 181
Albasgia 120
Albatorum secta incipit 284
Albergothus Iurisperitus 276
Alberti primi Imperatoris vita & res gestæ 262. secundi Imperatoris vita. 304
Albertus Austriæ dux fratruelis Friderici secundi Imperatoris 309. adversatur Adolfo Imperatori 260. Imperator eligitur 260. per matrimonium regna Hungariæ & Bohemiæ consequitur 290
Albertus Brandenburgensis marchio 319. 327. adversus Polonos missus 305. bellum movet contra Norimberg 308
Albertus comes à Mansfeld 350. comes de Habsberg dux Austriæ & Styriæ factus 258
Albertus de Habspurg vexillifer urbis Argentoratensis 258. dominus in Meckelburg dux creatur 275. dux Bavariæ 326. Landgravius Thuringiæ 260
Albertus magnus floret 254
Albertus Marchio Pannoniæ 208
Albertus de Niunburg 249
Albertus pastor Norimbergæ 302
Albertus Patriarcha Hierosolymitanus 219
Albertus de Tagisburg & Laningen 135
Albertus Saxoniæ dux 327
Albhaidis Pippini conjunx 70
Albinus Alcuinus Caroli Magni præceptor 130
Albinus præses in Indea 47.380
Albis fluvius 37
Albuinus abbas Numburgensis 460
Albuinus errore occidit Carolum Caroli filium 419
Albsuinda filia Alboini regis 92
Alchimus alienigena Pontificatum impetrat 24
Aleidzuri 76
Alda Ostrofranca 152
Aldo 10. Longobardus 98
Aldus Manutius floret 333.367.
Alearum tabulæ combustæ 311
Alemannia 121.141. à Carolemanno vastata 122
Alemanni à Romanis cæsi & victi 58.86. ab Juliano cæsi 64. ad regnũ Francorum pertinentes 128. contra Francos 93. Gallias aggrediuntur 383. justitiam detestantur & bonis insidiantur 234. tributarij facti 384
Alemannorum gens à Clodoveo rege Frrncorum devicta 67
Alesium urbs Venetorum 325
Alethea Oecolampadij filia 365
Alexander à patre Herode interfectus 379
Alexander Benedictus medicus 335
Alexander de Hales Minorita 258
Alexander Gallus de villa Dei Grammaticus 252
Alexander Hegius Erasmi Roterodami præceptor 367

Alexander Macedo Alexandriam condidit 10. 11. cum Amazonibus pacem habet 73. Judæum Sacerd. Judæorum veneratur 12. quamdiu Indiam oppugnavit 53
Alexander rex Epirotarum 11
Alexandr. Salina Judæorum regina 29.30
Alexandria ab imperatore Friderico I. obsessa 226 *condita* 9.11. *dicta Palea* 226. *in honorem Papæ sic dicta* 226. *reparata* 51
Alexandri Epistola bellorum causa 13
Alexandri Iannæi sævities 29
Alexandri mortem quæ consecuta 13. *ortus, vita, & res gestæ* 10.11. *regnum quomodo divisum* 13
Alexandri sancti ossa 149
Alexandrinum bellum 34
Alexius imperator Constantinopol. 176.178 *eius perfidia* 18.182. *proditor Christianorum* 210. *Turcis & Francis suspectus* 182. *Turcis reddit Niceam* 180
Alfonsius rex captus 305
Algidus mons 9
Alicorumna mulieres magæ 76
Alpæ Juri 76
Alsa fluvius 73
Alkindus philosophus 250
Allia flumen 9
Allobroges Burgundi 95
Almericus rex 229
Almus frater regis Pannoniæ 193
Aloysius comes de Anogaris proditor dissectus 340
Alexius de Mylis 338
Alpes Apenninæ 122. *Carniolam à Styria dividentes* 320. *igne, ferro, & acetore scindere* 19
Alphonsius rex Castellæ in spem imperii adductus 253
Alsa fluvius 62
Alsatia vastatur 278. *ab Anglis* 276. 277. *à Gothofrido duce Lotharingiæ* 461. *ab Hungaris* 144. 137. *bis ab Armenacis* 308. *per Philippum imperatorem* 235
Alsatiæ Landgravius 287. *nobiles contra Suitenses* 307. *præfectus comes de Ferraria* 260
Altahensis abbas Gotehardus 459
Altare aureum Ratisbonæ ad sanctum Emmerum 262
Alta villa 272
Altfridus episcopus 439
Altinum Paravinum 80
Altovar sanctus 209
Altria urbs transpadana 253
Alvvater oppidum Hollandiæ 318
Alzeiacastellum 261
Amalaricus Alarici filius 67
Amalberga Arnalfredæ filia 83
Amalfreda Theodorici regis soror 83
Amalorum familia Gothica 74
Amalorum stirps 84
Amalsuenda Athalarici mater 87. *filia Theodorici regis* 83.96
Amaluinus 134
Amantius imperio inhians 96
Amasis rex Aegyptiorum 3
Amatus patricius contra Longobardos 93
Amazones 71. *Gothicæ* 72.73. *quamdiu regnarint* 73. *unde dictæ* 75
Ambianum urbs Piccardiæ 331
Ambonem conscendere 137
Ambri Vandalorum dux 90
Ambrosius Blaurerus 365
Ambrosius Camaldulensis abbas 304
Ambrosius Mediolanensis Episcopus 66. *baptizat Augustinum* 89. *cantum ecclesiasticum componit* 86. *Theodosium à sacris luminis ingressu prohibet* 88. *ejus constantia* 86. *obitus* 90
Amedæus Sabaudiæ dux fit Papa 300
Amenosis rex Aegyptiorum 3
Amenis fluvius 10
Amenopes rex Assyriorum 4
Amergouu villa 209
Americus Vesputius novi orbis inventor 335
Amesa nepos Scanderbegi ex fratre 324. *baptizatur ibidem*
Amicitiam Saxonum Franci non expetunt 146.147.
Amiternum oppidum 21.380.
Ammio 85
Ammius 76
Ammonis Iovis templum 11
Amor mundi Otto 154
Amphion musicus quando floruit 6.452
Amurates Turcarum Imperator 276. 209. 305. 325. *ab Ungaris victus* 264. *fit monachus* 306
Amurathi Imper. Turcici ira in Scanderbegum. 324
Amphitheatrum Romæ extructum 49
Amphitrion rex Athenienſium 3
Amyntes rex Assyriorum 5
Anabaptistarum secta & duces 354
Ananeles Judæorum pontifex 38
Anastasiæ ossa 94
Anastasiæ imperatrix coronatur 111. 112
Anastasij Imperatoris vita 120
Anastasij monachi caput 485
Anastasij ossa 115
Anastasius imperator impius 96. *fit clericus* 111. *in flumine perit* 384
Anastasius Silentiarius 94
Anasus fluvius Pannoniæ & Bavariæ limes 135
Anatholius Palius Patriarcha 93
Anatholius insignis Arithmeticus 58
Ancona 315
Ancoranus legum consultissimus floret 284
Andechsæ marchionatus 237
Andagavensium civitas 67. 120. 421
Andernacum 423
Andevora Hilperici uxor 68
Andes Virgilij patria 30
Andogit gens in Scanzia 72

Andreæ Apostoli ossa 88. translata 63
Andreas Adorius 359
Andreas Apuliæ rex ab uxore occiditur 273
Andreas Bodenstein archidiaconus Vuittenbergensis 343. 344
Andreas Constantinum Imperatorem in Balneis necat 116
Andreas Gittus 338. captus 340
Andreas Thophia dux 325
Angelina Castriotis filia 323
Angeli in specie adolescentum apparentes 87. tempore pestis urbes perambulantes 109. templum ab incendio defendentes 132. bonus & malus apparent tempore pestis 389. cum gladio evaginato visus 387. habitu pastoris apparens 91. Pertharium in patriam revocans 97. Heraclij castris plagam inferens 135
Angelus Jurisperitus floret 276
Angilbertus abbas monasterii S. Richardi 136
Angisius ab Anchisa ducens originem 70. filius sancti Arnolphi episcopus 69. 70. major domus 70
Anglia à Normannis afflicta 168
Angli ad fidem convertuntur 114. Alsatiam irruentes 276. 277. favent partibus Henrici quarti 191
Anglica pestis 362
Angli Franciam occupant 275
Anglici à confœderatis Helvetijs cæsi 281
Angli Saxones à Carolo Magno domiti 134
Angli Saxonum rex tres reges ad internitionem delet 475
Anglicus rex captus in Teutonia 230. 232
Angrarij 133
Aniciorum stirps 84
Animæ militum apparentes 205
Animal ex ore Gunthrammi 68
Animas in manibus habere 175
Anna Ludovici regis Vngariæ filia 348
Annata papalis 318
Annibal apud Cannas victus 353
Anni initium Latini à Januario, Hebræi à Martio incipiunt 379
Anniversaria Spiræ celebrata 195
Annonis Archiepiscopi Coloniensis vita 520. 521
Annulorum modij tres missi Carthaginem 20. 353
Annus Jubilæus urbis Romæ 56
Ansæ Gothorum procres quasi semidei 74
Ansgard 423
Anshelmus de Justingen 239
Anshelmus de Rapolstein 260
Antenor Francorum princeps 66. 87
Antes Venetorum natio 75
Anthemius à Retimero occisus 94
Anthemius Cæsar 93
Anthimus Scribo 87
Antiavi duodecim contra Gibellinos creati 253
Antichristi adventus quando futurus 268
Antiguardia 340
Antimacum 334
Antiochena Ecclesia 44
Antiochia à Banducar Ægyptij Soldano expugnata 254. condita 13. obsidetur 174. officina necromantica Juliani Imperatoris 65. terræmotu concussa 87
Antiochi magni bellum contra Romanos 23
Antiochus à Romano Legato circulo circumscriptus 24
Antiochus Cizicenus 27. cur epiphanes dictus 21. Gryphus 27. magnus 21. nobilis quis fuerit 21
Antipater Idumæus divus 31. incentor homicidij 379
Antipatris uxor & filij 33
Antisiodorum 135
Antonia avia Caligulæ 43
Antonij abbatis obitus 63
Antonij ossa 88
Antonij res gestæ & bella 35. 36
Antonina uxor Drusi 41
Antonini Apologia pro Christianis 52
Antonini Caracallæ Imperatoris vita 54
Antonini Pij vita & studia 51
Antonini Veri Imp. vita 52
Antonius ab Augusto victus 36. Artabanem regem argentea catena vincit 36. repudiata uxore Cleopatram sibi jungit 34. 36. in Actiaca pugna victus 34
Antonius Benius medicus floret 335
Antonius eremita 113. moritur 383
Antonius Justinianus Brixiæ prætor 340
Antonius Rosellus Legista 318
Antonius rusticus seditiosus 305
Anser capitolium defendit 9. in expeditione Hierosolymitana 178
Antunerpa marchio 525
Antunerpiæ grassatur pestis Anglica 362
Anus fluvius 71
Apamea civitas 381. condita 13
Apennini alpes 122
Aphich castrum confractum 255
Aphrica Romanis subjecta 70
Apis rex Sicyoniorum 2. rex Argivorum 3
Apis terra 2
Apis Serapis cur dictus 3
Apocalypsis Joannis ubi scripta 380
Apocrisiarius 197
Apocrisarij Romani 116
Apollinaris episcopus scriptor 71
Apollinis Delphici responsum 4
Apollodorus orator Græcus 30
Apollo medicinam invenit 452
Apollonius philosophus Pythagoreus 46. sceleus 52
Apologia Confessionis Augustanæ 363
Ἀποκλαξις morbus 52
Apostoli à Christo vocati 379
Apostoli in totum orbem missi 44
Apostolorum cultus supra Petrum 318

Appellatio à Papa ad Concilium 311
Appellatio Doctoris Georgij Heimburg, contra Pium papam 312. Ludovici Bavari Imperator. 270
Appellationis gradus 314
Appia via 12.26
Appius Claudius cæcus 296
Appollonia urbs 325
Apulia ab Imperat. Ottone invaditur 239. à Nortmannis occupata 462. Subijcitur Heinrico sexto 232
Apuliæ comites rebellant Imperatori Heinrico sexto 232
Aqua è Baptisterio evanescens 95. Claudia urbi Romæ inducta 12. in cribro sistens 25
Aqua in oleum versa 54
Aqua nigra fluvius 81
Aquæ pendentes 194
Aquam putare ubi frutices virides 90
Aqua frigida innocentiam probare 210
Aquila bicipites in area rubra, insignia Scanderbegi 325
Aquila Imperij deplumata 323. leoni atq; draconi supervolans in vexillo Saxonum 147
Aquila interpres oritur 453
Aquila Ponticus sacras scripturas de Hebræo in Græcum transfert 51
Aquileja 83.380
Aquileja ab Attila obsessa 80
Aquilejensis Patriarcha 222
Aquisgranum 125. obsidetur ab Ottone modò electo rege 235
Aquitania Carolo magno subjecta 127. 397
Aquitania Francis subacta 455. Rom. Imperio adjecta 37
Aquitanici regni termini 151
Aquitanorum Gallorum ingenia 122. natura superbia 182
Arabes à Christianis domiti 472. à Romanis superati 53. oppugnant Christianos in oppido Capernaum 472
Andreas philosophus Alexandrinus 55
Arca Decij 75
Aragisius dux Beneventorum 127.134
Araignoti Dei 46
Aralius rex Assyriorum 2
Aranearum morsu multi pereunt 417. tela in medio populi 118
Arangius princeps 359
Arasius rex Assyriorum 2
Arator fit Dictator 9
Arator poeta mirabilis 87.91.384.
Aratus Astrologus quando floruit 18
Arbogasti monasterium prope Argentoratum 276
Arbogastus seipsum necat 87. 89. Valentinianum occidit 86.87
Arburg familia 331
Arcades in Italia 7
Arcadia unde dicta 6
Arca lapidea cum vaticinio de imperio Constantini inventa 132
Arcas Pelasgorum rex 6
Arces sexaginta in Thuringia destruuntur 256
Archadius Theodosij Imp. filius 89
Archadij & Honorij Imp. vita & res gesta 90
Archadiopolis 81
Archelai disputatio contra Manichæos 58
Archelaus filius Herodis regnat 379. relegatur 40. 379
Archetæ regis Aethiopum cultus 89
Archicancellarius Imperii 280
Arculanus Manfredus medicus floret 333
Ardaburius prætor contra Joannem invasorem missus 91
Ardea oppugnata 8
Ardericus sacerdos magni nominis 217
Arelata civitas à Saracenis capta 128
Arelatensis Cardinalis in Alsatia spoliatur 306
Arelatensis episcopi astus in Concilio Basilensi 299
Arelatum civitas 383
Arethæ cum Herode inimicitia unde exorta 41
Argenteus nummus Romæ cusus 17
Argentina urbs 200
Argentina à Philippo Imperatore obsessa 235. Strasburg dicta 296
Argentinæ prædicaturæ officium institutum 332. suburbia ab imperatore Phil. ppo incensa 235
Argentinenses monachi cantare cessant 272. typographi 308. 309
Argentinensis episcopus 235. ager ab Anglis vastatur 276. urbis potentia cavenda 283. urbis vexillifer 258
Argentoratenses à secundis Anglicis premuntur 277
Argentinenses cum confœderatis ducis Burgundiæ exercitum apud Granse profligant 329. cum episcopo Friderico bellum gerunt 282. Imperatorem Sigismundum honorificè excipiunt 285. ob libertatem civitatis Imperatoris petitioni satisfacere nequeunt 326. pugnant cum Gualtero episcopo 255. quinque monasteria extra urbis mœnia sita demoliuntur 328. venditione frumenti sublevant famem Mediolanensium 362
Argenti vena in Saxonia 162
Argentoratensium bellum cum episcopo Gulielmo à Diesch 283. confessio fidei 363. cum Lotharingio controversia 327. Eleemosyna in pauperes 361. equitatus 260. fœdus cum Sigismundo duce 328. in studia literarum benignitas & liberalitas 566. Respubl. privilegia ab Imperatoribus accepit 269
Argentorati clauditur Rhenus 275. excipitur Carolus quartus auff den Gräten ante fores templi 274. rex Cypr. honorificè excipitur 276
Argentoratum recipit Ludovicum Imperatorem modo electum 268
Argentoratum tantum tres habet sacerdotes 255. veniunt flagellantes 224

Argentomagum caſtrum 125
Argentonium caſtrum 397
Argentuaria Galliæ oppidum 86
Argivorum regnum quando ceperit 2
Argi unde dicti Argivi 3
Argus rex Argivorum 3
Argypolus Philoſophus floret 318
Ariagne filia Zenonis 94
Ariammtes Tophia Golenus 325
Aricia 194
Aries nummo venditus 179
Aripertus oneratus auro ſuffocatur 110
Ariſtides Chriſtianus philoſophus 51
Ariſtoboli commentarii in libros Moyſis 26
Ariſtobulus à patre Herode interfectus 379
Ariſtobulus in aqua ſuffocatus 38
Ariſtoteles Alexandri M. præceptor 10
Ariſtoteles de Zeroaſtis magis 2
Arius rex Aſſyriorum 2
Armanitres rex Aſſyriorum 23
Arma Saxonum 146
Arme Gecken 208
Armenia ab Amazonibus occupata 73. *ab Banducar Ægypti Sultano occupata* 254. *à Romanis occupata* 39. *in provinciam redacta* 51
Armeniaci bis irrumpunt Alſatiam 308. *contra Suitenſes* 307
Armeni contra Græcos bellum gerunt 175. *fidem Chriſtianam ſuſcipiunt* 111
Armeus rex Ægyptiorum 5
Armericiani 79
Armygniacorum ignomen nominioſum apud Gallos 326
Arnberg comitatus 349
Arnoldi clerici oratio ad Chriſtianos 182
Arnoldus de villa nova Philoſophus 268. 262
Arnoldus dominus de Egimonda dux Gelriæ 271. *dux Bajoariæ* 144. 151. 156. *dux Gelriam vendit* 327. *dux Noricorum* 162. *epiſcopus ex laico factus* 110
Arnolphus Carolomanni filius 141
Arnolfus filius Ansberti 69
Arnolphus Imperator eius vita 143. 142
Arnolfi Imperatoris vita 143. *res geſtæ* 433. *obitus* 435
Arnolphus cepit Romam 433
Arnolfus pediculari morbo abſumptus 143
Arnolfus ſanctus 69
Arnſe in Thuringia 339
Arpenna vinea 386
Arpinas Ciceronis patria 29
Arſcoto marchio 349
Ariana hæreſis 71. 61. 77. 83. 86. 91. 93. 95. 198
Arriani abutuntur Conſtantio Imperatore 63
Arſacidæ Parthi 15
Artabanes aurea cathena vinctus 36
Artheſia regio 331
Articuli in quibus Bohemi diſſenſerunt à Concilio Baſilienſi. 303
Artis magicæ inventor 2
Arx per unius noctis tenebras extructa 284. *Saracenorum in monte Thabor* 210
Aſaſinbuch caſtrum reſtitutum 203
Aſcades rex Aſſyriorum 4
Aſcalona à Chriſtianis capta 213
Aſcalona Baldunino tributaria facta 188. *reedificata* 230
Aſcaloniti 182
Aſchafnaburgum unde dictum 203
Aſciburgum 203
Aſenberg caſtellum 492. *obſeſſum à Saxonibus* 496
Aſia minor 265
Aſiæ regnum finitum 13. *accedit Romanis per teſtamentum* 28. *deſtructum* 14.
Aſia depopulatur à Turcis 264. *Gothis facta vectigalis* 72. *per centum annos ab Amazonibus occupata* 73
Aſiatica Scythia 315
Aſinius Gallus miſerè interficitur 41
Aſinius Pollio moritur 40
Aſneggi mons 127
Aſpar Ardaburii filius ab Angelo ducitur 91
Aſperg caſtrum 267. *à Lantgravio Haſſiæ recuperatum* 566
Aſprandus vir ſapiens 110
Aßeburg expugnatur 457
Aſſeſſinus interficit Conradum Marchionem 249
Aſſi Vandalorum dux 90
Aſſur civitas maritima 181
Aſylum Romanum 7
Aſſyriorum regnum primum 1. *oritur* 451
Aſſyria in provinciam redacta 51
Aſtenſis civitas 97. 266. *ab Imperatore Fridrico capta* 219
Aſterius rex Cretenſium 5
Aſtergiæ & crudelitatis exemplum 90. 479
Aſtringi 75
Aſturia Rom. Imp. adjecta 37
Aſturi ferociſſima gens Hiſpaniæ 37
Athanaſius perſecutionem patitur 63
Athenæ condita & unde ſic dictæ 4. *Diade olim dictæ* 4. *mater artium liberalium* 4. *Turcarum imperio ſubjectæ* 265
Athenas condidit Cecrops 451
Athenienſes Attici dicti 4
Athenienſium regnum quando cœperit 4. *ſtudia* 51
Athenodorus Tharſeus 31
Atheſis fluvius 83
Atlanticum mare 313
Atlas cur cœlum humeris ſuſtinere fingatur 4
Athual 75
Atiniacum villa 124
Attellanarum ſcriptor 39
Attica à ſervis ſeditioſis devaſtata 355 *Græciæ Græcia dicta* 265 *olim Acta dicta* 3. 4

Attila

Attila rex Hunnorum flagellum Dei 483. Galliam, devaſtans 93 poſcit tributum à Theodoſio 92
Attilæ regis gladius 483 hiſtoria 79. 80 ingens exercitus & expeditio in Romanos 79
Attilius Regulus 17
Attrebatum à rege Galliæ obſeſſum 331
Avar Bogudis regis filius 225
Avares 89. 91 Hunni 91. 127 à Carolo magno victi 402 à fide deficiunt 136 cũ Turcis præliantur 125 invadunt Saxoniam 154 contra Heinricum ducem Saxoniæ 149
Avaricum 121
Avaritiæ horrenda pœna 475
Avaritia liquido auro ſatiata 32 unius duodecim legiones perdit 32
Avarorum gens à Carolo magno victa 455
Audoſleda regis Francorum filia 83
Audolphus præpoſitus menſæ regiæ 134
Avenionem transfertur ſedes Pontificia Romana 263
Aventinus mons 7. 8 28
Averni ſeditioſi 284
Angienſis abbas Alennicus 442 Ekkihardus 442 Hatto 431 Meginvvardus 477. 482 Rubertus 482. 476
Augurium de ſucceſſore Tiberii 43
Auguſta civitas 134 Vindelica 316 Vindelicia unde dicta 226 Alemanniæ metropolis 193 capta à VVelpho Bojariorum duce 172. 210 ejus deſcriptio 225
Auguſta prætoria 128
Auguſtana confeſſio Imperatori Carolo quinto oblata 363
Auguſtinus Anglorum apoſtolus 114
Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus claret 86. 383 an fuerit monachus quæſtio agitata 362 quando ad fidem converſus & baptizatus 89 moritur 91. 383
Auguſtini dictum de Catholicorum diſputationum authoritate 317 de peccatis compeſcendis 317 de ambitu Solis 71 de Herculis, Apollinis & Bacchi hiſtoria judicium 6 libri de civitate Dei 130 oſſa 121
Auguſtinus Niphus floret 336
Auguſtus & Cæſar quomodo differant 57
Auguſtus Imperator ubi & quando mortuus 40 alter Alexander Magnus 37 velut ſe dici Dominum 39 ejus res geſtæ & bella 35. 36. &c. ingenium pacificum 37. 38 mater 35 nomen gravatim accepit Carolus M. 130 Ovatio 36 præceptor 30 triplex triumphus 37 vitia 38
Auguſti & Antonii diſſenſionis initium 39
Auguſti Imperatores unde dicti 35
Auracum anci Wirtembergico recuperatur 566
Auraſienſis Principis domus ſpoliata 358
Aurea Bulla Caroli quarti 276
Aurea Bulla Epitome 277
Aurei à Tyberio Imperatori cuſi 112
Aurelia urbs Galliæ 66, 67, 109
Aurelii Alexandri Severi vita 55
Aurelii Imperatoris vita & geſtæ res 54. 58
Aureolus Mediolanenſium dux 57
Auricularii à Secretis 488
Aurifodinæ Bohemiæ 294
Auri grana in amne Luſinitio 294 mille centenaria inventi 112 mons 68
Auro & gemmis gutæ delitias explere 255
Autharus quomodo Theodelindam ſibi deſponſarit 93 veneno extinctus 94
Authentica 212 de ſumma trinitate 267
Auſca civitas 293
Auſpiciorum obſervatores apud Saxones 148
Auſtraſiæ ſedes apud Metenſem civitatem 146
Auſtria 121 feudum Imperiale 258
Auſtriæ duces unde originem trahant 259
Auſtriæ Princeps cum omni nobilitate ab Hungaris oppreſſus 249
Auſtrigoſa filia regis Gepidarum 91
Azo Marchio Italorum 479
Azzo ditiſſimus Italiæ Marchio 210

B.

Babenberg 162 curia 211
Babenbergenſis Diœceſis Epiſcopo vacua 519 Clerici S. Iacobi expelluntur 507 Epiſcopatus inſtitutus 163 pancas habet Clericorum congregationes 507
Babylon à quo condita 1. 451 nunc Baldach dicta 254 reſtaurata 2 ſedes regni Saracenorum 175
Babyloniæ regnum reſtauratum 12
Babylonici regis Legati ad Chriſtianos 179
Babylon quid ſignificat 1
Bacchæ fœminæ 6
Bachnya 275
Bacchus Dionyſius & Liber pater dictus 6
Badenſis Marchio 258
Badenſis Marchio adverſus Wirtembergiæ ducem bellum gerere renuit 275
Badizi præſidium 156
Badvilla ſive Totila rex Gothorum 84
Bagaridæ ruſticani 59 in Gallia tumultuantur 60
Baiæ Campaniæ 51
Bajazeth Turcar. Imperator filius 282. 332. à Tamberlano catenis aureis vinctus 284
Bajenſtein 208
Bajoaria ab Hunnis vaſtata 460
Bajoarii ad regnum Francorum pertinentes 128
Bajulus regni 228
Baldacha urbs vi capta 254
Baldegg arx capta 280
Balduc Turca infidus 181
Balduvvinus comes Flandriæ 210 comes in Rohas 181 rex Hieroſolymitanus moritur & ſepelitur 200 Aſcalonem tributariam reddit 188
Baldevvini cum Babylonib. conflictus 183 victoria à Saracenis reportata 181. 185
Baldus Iuriſperitus floret 276
Balearis Inſula à Mauris depredata 408

Balearicum mare 128
Baleus rex Assyriorum 23
Baltha id est audax 78
Balthorum familia apud Gothos 78
Banducar vel Bendegarus Ægypti Suldanus 254
Banna solvere Lombardis insuetum 218
Bannum, id est, pecuniaria pœna 218
Beppenheim Marscalcus 280
Baptismus bis in anno 206
Baptista Egnatius 270
Barba enea os ferreum 46
Barbara Sigismundi Imperatoris vidua captiva detenta 303
Barbatia Iurisconsultus floret 333
Barcelona Hispaniæ urbs 151
Bardo Episcop. obitum suum prædicit 462
Barnabas in Apostolum separatus 379 *ejus ossa* 95
Barones Alemanniæ prædones 239
Barrha urbs Saracenorum 179
Bartholus Legum illustrator floret 273
Barzizius medicus 318
Basilea ab Hungaris destruitur 144
Basilica Aquisgrani 129. 131 *beatæ Mariæ virginis à Saracenis spoliata* 215 *sanctæ sapientiæ Constantinopoli* 91
Basilicense Concilium 296 *ejus Decreta* 301
Basiliensis consulis masculum responsum 273
Basiliensis urbs regni Franciæ 307
Basiliensium Ecclesiarum reformatio 365 *fœdus cum Sigismundo Austriaco* 328 *prudentia durante Concilio in Civitate eorum* 298
Basiliscus Africæ magister Imperator acclamatus 93. 94
Basiliscus regis Asturiæ legatus 136
Basiliscus visu necat viventia 309
Basilius sapientissimus superbiæ vitio laborans 85
Bassarion Cardinalis 318
Bassianus imperator 54
Bassi apud Turcas 323
Bassina à Turcis occupata 264
Bastarnæ 74
Battava insula 427
Bavaria à Francis occupata 123 *vide Bajoaria.*
Bavius poeta 38
Beata Bavara Heinrici Welphonis uxor 209
Beatrix filia comitis Burgundiæ, Friderici primi Imp. uxor 217. 220 *Ludovici Bavari Imperatoris vidua* 273 *Marchisia Suinfurti sepulta* 184
Bebelius poëta floret 336
Bechtoldus de Deck 258
Beda historicus Anglic. 32
Bedæ venerabilis Chronicon 119
Beda excusatur 42 *de Insula Thule* 71 *obit* 121
Beggæ filia Pippini ducis 69. 70
Belgarum ingenia 122
Belgrado civitas Pomeraniæ 206
Belisarius cõtra Gothos missus 84 *Persas & Wandalos vincit* 87. 96. 384
Belisarii cognomina 87 *infortunium* 11
Belleparei rex Assyriorum 5
Belligardi oppidum comitis de Wirtemberg à Delphino obsessum 308
Bellum Ægyptiorum cum Gothis 72 *Africanum cum Iubæ rege* 34 *Alberti Imperatoris adversus Polonos* 205 *Alberti & Adolphi Imperatorum* 260. 261 *Alexandrinum* 34 *Anglorum cũ Gallis* 261 *Antiochi magni cum ducib. Ptolemæi pueri* 21 *Aquitanicum* 125. 126 *Argentoratense civitatis cum episcopo* 255. 456 *cum episcopo Friderico de Blanckenheim* 282 *cum episcopo Guilielmo à Dieseh* 283 *Attilæ contra Romanos* 79 *Avaricum contra Hunnos à Carolo M. susceptum* 127. 135 *Augusti contra Antonium* 35 *Augusti cum sexto Pompejo* 36 *Bajoaricũ* 117. 134 *sub Maximiliano primo Imperator.* 336 *Beneventanũ* 127. 134 *Britannicum* 32. 53 *inter Pasquetanũ & Vurfmanũ* 422 *Boemicum Caroli M.* 128 *cũ Boleslao sub Ottone primo* 155 *sub Heinrico tertio* 165 *Brittonũ inter Alanũ & Widichel regis* 430 *Bruti & Cassii* 36 *Cantabricũ* 37 *Caroli Burgundi apud Nanseium* 329 *in Leodienses* 326 *Caroli Hispanorũ regis contra Maranos* 342 *Caroli magni in Desiderium* 398 *Caroli quinti Imperat. adversus Frãciscum regẽ Galliæ* 352 *adversus Papã* 355 *cum Venetis & Gallis* 359 *Caroli regis Siciliæ adversus Metenses* 208 *Carthaginense* 25 *Celtibericum* 25 *civile* 33 *Antonii* 39 *Cleopatra urgente* 36 *filii contra patrem* 160 *inter Constantium & Constantem* 62 *inter Constantinum & Maxentium* 61 *in Germania propter electiones Imperatorum* 268 *inter Philippum & Ottonẽ Imperatores* 235 *Ottonis Imperat. cum fratre Heinrico* 156 *post mortem Cæsaris* 35 *Danicum Carol. M.* 128 *Episcopale Moguntinum* 319 *Francorum cum Alemannis* 93 *cum Hispanis* 93 *in Saxones* 394 *Friderici secundi Imperatoris cum cruce signatis* 250 *Gallicum apud Phãtinich* 151 *Gallorum cum Anglis* 261 *cum Hũgaris propter Neapolim* 282 *cum Pontificiis & Hispanis* 340 *cum Romanis* 18 *inter Gisilbertũ & Carolum* 152. 153 *Gepidarum cum Langobardis* 91 *Gibellinorum cum Guelphis* 251 *Gothicũ cum Ægyptiis* 72 *cum Romanis* 74 *Hannonis cum Romanis* 18 *Herulorum cum Langobardis* 90 *Heinrici regis Anglia contra Gallos* 341 *Hispanicum apud Mundam civitatem* 34 *Caroli magni* 127 *Hungaricum inter Andream regem & Belem invasorem* 466 *sub Heinrico tertio* 166 *sub Ottone primo* 155. 161 *tempore Heinrici primi* 154 *Italicum sociale* 30 *inter Armenos & Græcos* 175 *inter Romanos & Viterbienses* 248 *inter Ruthenos & Theutonicos dominos* 285 *Ingurtinum* 29 *Justinianæi Imperatoris cum variis gentibus* 384 *Langobardicũ* 126 *Leopoldi ducis Austriæ cum Suitensibus* 268 *cum Suitensibus apud Sempach* 280. 281 *Lolonicum Carol M.* 128 *Ludovici Imperatoris*

cum Friderico duci Austrie 269 Macedonicum 23.31.36 Marsicum 29 Maximiliani primi Imperator. 334 cum Helvetiis 335 cum Venetis 337 cum Gallis 332 Mediolanense contra Imperatorem Fridericum primum 217. 219. 226 cum Cremonensibus 212. 217 Mitridaticum 30. 31 Norimbergensium cum Alberto marchione 508 Numantinum 27 ob Flandrie ducatum inter fratres susceptum 481 Ottonis Imperatoris cõtra Landgravium Thuringie 243 Otthonis secundi cum Saracenis 459 Ottonis quarti Imperatoris contra Philippum regem Francie 243 Pannonicum sub Heinrico tertio 165. 166 Parricidale filii in patrem 160. 186. 187 Persicum 65 cum Romanis 114 cum Scytis 73 Picentinũ 29 Piraticum 31 Punicum 16. 17. 18 Punicum secundum 19 Regis Neapolitani cum Senensibus 332 Romanorum contra Wisigothas 78 cum Gothis 74 cum Lacedemoniis 23 cum Persis 89 cum Philippo rege Macedonum 23 Roberti Balduuini in fratrum ob Fresiam 481 Rusticanum in regno Hungarie 305 Samniticum 12 Saracenicum duce Gothofrido 179. 180 Saxonicum sub Heinrico quarto 166. 169. 170 tum 488. 489. & seqq. Heinrico quarto excitatur 506 509. 512 adversus Heinricum quartum tertio repullulascens 513 cum Suevis 93 sub Heinrico quinto 196 triginta annorum à Carolo magno confectum 126. 122. 133. 134. 148. 149 398 &c. Sclavicum Caroli magni 127. 135 Scytarum cũ Philippo rege Macedonico 74 cum Persis 73 Sigismundi Imperat. contra Boemos 295 contra Turcam 290 cum Pipone Venetorum duce 303 sociale 29 Suitensium cum Armeniacis 307 cum duce Austrie 271 Syriacum 23 Syllanum civile 30 Tarentinum 14 Teutonicum formidolosissimum 37 Theodosii adversus Maximum 87 Turingorum cum Ottone duce Bajoarie 479 inter Philippum Imper. & Landgr. 238 Theodorici Francorum & Irmenfridi Thuringorum ducis. 146 Trojanum 452 Turcarum cum Avaribus 125 Tygurinorum cum pagis Helveticis 364 Vandalicum cum Gothis 75 cum Winulis 90 Veneticum Pipino rege Italie instituente 138 Vngaricum inter Salomonem & Jojaden 504 Walfarii ducis Aquitanie cum Pipino 124
Belua marina Rotmeer dicta capta 347
Benacus lacus 58
Benedictus sanctus claret in monte Cassino 84. 87. 384 virtutibus emitet 91. 92 ejus ossa 109
Beneficiorum pluralitas pro mortali peccato reputata 250
Beneventani se dedunt Carolo M. 127
Beneventorum & Græcorum confinia 128
Benfelt oppidum q. Benevalet 301
Benno episcopus excæcatur 438
Berengarius Italie rex eligitur 428 ab Ottone primo captus 163 sevit in Italia 442 capitur 443 Italia expellitur 435 in exilio moritur 162
Berengarius comes de Salzbach 224
Bergarten in Lotharingia 328
Berger familia 256
Bergheim eques auratus 260
Berichardi episcopi scomma in Rudolphum Imperatorem 258
Beronice urbs Lybie 31
Berœa condita 13
Berna Rudolpho Imperatori subjecta 259
Bernates cum Austrie ducibus pugnant 271
Bernhardus Abbas de Massilia 539
Bernhardus Cardinalis Thomista adversatur, Reuchlino 358
Bernhardus Clarevallensis abbas 212 duces Bavarie Imperatori conciliat 211 instigator profectionis Hierosolymitane 214. 215
Bernhardus Caroli magni patruus 126
Bernhardus filius Pipini fit rex Italie 138
Bernhardus rex Italie de tyrannide suspectus 139
Bernhardus filius Pippini oculis & vita privatur 410
Bernhard Krechting Anabaptista 354
Bernhardus Rotman Anabaptismi defensor 354
Beroaldus vir doctus floret 335
Beroaldus de Germanie laude 309
Beronice Agrippe mater 42
Beronice filia Ptolomei 15
Bersanes Alexandri uxor 11
Bertha Caroli magni mater 400. 455 filia Caroli magni 129 Heinrici quarti uxor 168. 172. 475 Imperatrix moritur 173
Berthrada Caroli magni mater 129. 132
Berthrada Pipini uxor 70. 123. 124 moritur 134
Bertholdus Bajoariorum dux 158
Bertholdus dux de Zaringen 168 211. 219. 220. 224. 233 dux Carinthie 170. 530 Imperatori reconciliatur 489
Bertoldo duci Carnotensium ducatus aufertur 486
Bertholdus de Ochsenstein Decanus Argentinens. 255
Bertholdus Rorbach Spire combustus 276
Bertholdus Niger Alchimista invenit Bombardas 309
Bestia marina concumbit cum muliere 92
Bessus Darei interfector 11
Bethlehem 175
Betica olim Granata 263
Biberacum stipendia pro candidatis Theologie instituit 566
Bibere ter in mensa 130
Bibliorum Hebr. in Græcam linguam translatio 16 51. 53
Bibliotheca insignis Ptolomæi regis 16 exusta 34
Bichilingen arx destructum 168
Bigamia ab Imperatore Valentiniano concessa 66
Bilgerin Lanius Argentinensis 256
Bilibaldus Pirckheimerus Norimbergensis 334
Binga Rheno contermina 181
Bithynia condita 6

Bitterica à Pipino capta 124
Byzantium civitas condita 8
Bizantium Constantinopolis dicta 6. 265
Blanca Maria Maximiliano regi desponsata 330
Blanchinus astronomus 318
Blasphemia pœna 337
Blaurock anabaptista 354
Bobus vehebantur reges Francorum 123
Bodomarius Alemannorum rex 64
Bodonis prefecti strategema 496
Boetius Consul claruit 96
Boetius à Theoderico rege necatur 84. 96
Boetius Senator incarceratus 384 occisus 93
Bohemia ab Ottone secundo vastata 450 ab Ottone tertio Imperatore subacta 459 Imperatori Heinrico tributaria facta 154 tributaria facta per Conradum Imperatorem 460
Bohemiæ regi filius Heinrici septimi creatur 266
Bohemiæ regni tres sectæ 294
Bohemi ad Concilium Basilienſe vocantur 301 vocati petunt obsides 302 quo tinere ad Concilium Basilienſe venerint 301 cum Pannonis certant de finibus 254 seviunt ob doctores suos cõbustos 290 spreto Alberto, regem Poloniæ desiderant 305
Boemorum dux in regem creatur 217 Legati ad Concilium Basilienſe 302 vexillum 392
Boiaria ab Vngaris vastata 143
Boimundus dux Christianorum 185
Boimunt captivitate divinitus liberatus 188
Bolizlaus rex Bohemiæ Ottoni Imperatori subjicitur 160 ab Heinrico secundo subjugatus 163. 164
Bombardæ inventa 277. 309
Bombardæ ingens Argentinenſium 321. 329
Bonaventuræ Theologus rubeo galero donatus 250
Bonifacius Amerbachius heres Erasmi Roterodami 367
Bonifacius Episcopus ordinatus 120 in Frisia occiditur 396 martyrio coronatus 124. 455
Bonifacius marchio Italiæ ditissimus 210. 462
Bonifacius Pipinum regem unxit 123
Bonifacii contentio cum Ætio ob Africæ dominatum 91
Bonitus abbas Cassini monasterii 95
Bononienſes Fridericum secundum Imperatorem male tractant 245
Bonna coronatur Imperator 270
Borbonius æneo globo tactus perit 356
Bos pro sertone venditur 282 loquutus 28. 35 sicle venditus 179 sine corde 35
Bosonna collis ubi monasterium 205
Bosphorus captus 39
Bosphorus Hunnorum sedes 96
Bosphorani à Romanis subacti 37
Boto comes Gigas creditus 186
Boto comes cognomento fortis moritur 185. 186
Botonis comitis strategema 516
Brabantia diluvium passa 363
Brache munde clericorum 98
Brachium sancti Dionysii 89
Braga Bohemiæ urbs 154 Bohemis capta 194
Brandeburg obsessa 459
Bremenſis episcopus aula Imperiali ejectus 474
Brenno Gallorum dux Romam capit 9
Bresburg castrum obsessum 193
Bruno Hadriani contra Lutherum 351
Brisech castrum 243. 328. 438 ab Ottone magno obsessum 157 à Delphino petitur 307
Brisgovia 256 unde dicta 117
Britannica Insula 122 à Romanis subacta 44. 51. 54 à Francis subjugata 424
Britanni à Romanis victi 31
Britones à Carolo magno subacti 127 Francorum Castra spoliant 411 missilibus pugnant 431
Brixia expugnata 331 ab Attila vastata 80. 213 à Gothorum occupatione restituta 85
Brixiæ ducatus 98
Bruderholtz prope Basileam 281
Brumia monasterium à Normannis vastatur 425
Brumiensis Abbas Auspaldus 411 Egil 410 Marcunardus 410 Regino 432 Richarius 432. 434 Tancredus 410
Brundusium à Langobardis expugnatur 109
Brundusium olim sub Turcis 265
Brunihildis turpissima mors 69
Bruno Episcopus à Prucis mutilatus 164
Brunonis episcopi visio in somnis 164. 165
Bruno dux Saxon. belligerans contra Danos 149
Bruno dux cum exercitu perit inundatione aquarum 144
Bruno de Rapoltstein concivis Argentinenſis 284
Bruti duo occisores Cæsaris 35
Brutus interitus 38
Brutus Consul Rom. 9
Bruxella peste afflicta 333
Bruxellæ Suevæ oppidum 330
Bubalia in Pannonia 56
Bucco Episcopus Halberstatenſis Saxonis conſederatus contra Imperatorem Heinricum quartum 489 deportatur & astu liberatur 528 occiditur 173
Bucephalus equus Alexandri magni occisus 11
Bucula gladium Martis invenit 77
Budæ regum Hungariæ sedes 304
Bulgari ab Hunnis victi 390
Bulgaria à Turcis capta 264. 370
Bulgarorum gens baptismum recipit 417
Bulgarorum rex fit monachus 417
Bulla aurea Caroli quarti 276
Bullæ aureæ Caroli quarti Epitome 277
Bulla Innocentii pro reparanda terra sancta 240
Bustleri Stipendiarii 566
Bura civitas terremotu devorata 10
Burchardus episcopi Halberstatenſis horrendus obitus 466
Burchardus dux Allemanniæ 151. 155
Burchardus dux Suevia 144
Burcardus monachus terræ sanctæ peregrator 259

Burckhardus Munch insignis equus ejus, inopinatus casus 308
Burckhardus sanctus obiit 135
Burdinus antipapa 201 *Idolum* 200
Burggravius Norimbergensium quis primus 258
Burg stadel arx destruitur 277
Burgum sancti Angeli direptum 356 *veteris Romæ* 356
Burgundia Arnolpho Imperatori subjecta 124 *ab Anglis, Picardis, &c. vastata* 277 *à Normannis vastata* 429 *petitur bello à Conrado primo Imper.* 460 *Rudolpho Imperatori subjecta* 259
Burgundiam occupare nititur rex Galliæ 331
Burgundi à Francis cæsi 67 *olim Allobroges* 95
Burgundiones unde orti 72
Burgundionum nomen apud Gallos ignominiosum 326
Burgundionum fides 66
Bursa Bithyniæ caput 323
Buscoducenses inveniunt Mortarium tormenti bellici genus 336
Busyridis tyrannis 5
Byrsa arx Carthaginensium 26

C.

CAballus medicus claret 336
Caballaris Gallicis 180
Cabillona civitas 68.124.381
Caccus dux Augustæ Vindelicorum 225
Cadaverа è patibulo rapere tempore famis 268
Cadavera pseudoepiscoporum ab ecclesiis eliminantur 189
Cadiga uxor Mahumetis 115
Cadmus rex Thebis 5. 6 *literas græcas invenit* 452
Cadurcus morbus 115
Cadurcium oppidum 124
Cæcilius Rhetor 353
Cæcus à papa illuminatus 96 *Mantuæ sanguinem Domini revelat* 166
Cæsareæ civitates 37
Cæsarea condita 39 *civitas maritima* 181 *Palestinæ* 115.381 *Philippi condita* 41 *terræmotu concussa* 51
Cæsarea regis Persarum conjunx 388
Cæsar consulatū ambit sed frustra 33 *Gothos subigere non potuit* 74 *primus Romanorum Imperator* 34 *lacrymas fudit Pompeii caput intuens* 34 *se Dictatorem facit* 33. 34 *se vult occidere* 34 *quomodo ab Augusto differat* 57
Cæsaris Clementia 35 *insolentia* 35 *interfectores* 35 *vitæ insidiatur* 35 *miserrimus interitus* 35 *uxoris somnium* 35
Cæsares Romani unde dicti 34.453
Cæsarum in Italiam lata vestigia, ex Italia tristia 258
Caffa civitas Januensis à Turcis capta 328
Cajani regis Hungarorum regia 127 *thesaurus ingens* 128
Cajetana pugna 305
Calabria Romanis sit vectigalis 39 *minor* 128 *subditur Imperatori Heinrico sexto* 232
Calanus sese comburi jussit 11
Calcedonia 315
Caldius Biberius Mero 40
Calepinus floret 335
Caletum 341
Caligulæ Imp. vita & res gestæ 43
Caligula occisus 43
Caligula militare calceamentum 43
Calisthenes ab Alexand. necatus 11
Calisti Papa laus 206
Calix sacramenti dabatur laicis olim 88 *veneno infectus papæ porrigitur* 167.462
Callidius 30
Callidi tas Episcopalis 143
Calliopolis à Turcis capta 264
Callisthus historicus 64
Calphurnia Cæsaris uxor 35
Calphurniæ somnium de Cæsaris interitu 35
Calphus Mahometanæ legis summus magistratus 254
Calumniæ pœna 496.497
Camelis in militari expeditione 180
Cameracum urbs Galliæ 66.67.277
Cameraci pax constituitur inter Carolum quintū & Pontificem, Gallum & Anglum 360
Camillus secundus Romulus 9
Campania à Vandalis vastata 93 *ab Imperatore Heinrico quarto capta* 172
Campanæ ad Eucharistiæ confectionem pulsare 250
Campidona 316
Campi Mauritii 79 *Catalaunici* 79
Campus coronatus 98 *regnis* 262 *Sanctus* 356
Camusa potens regulus fidei inconstantis 325
Candia insula Turcis subjecta 265
Canes ad Venationem cœlestem 308 *corporis tutores* 25 *portare probri genus* 156
Canis rufus mirabilis 88
Cannensis clades 20
Canonici è Sklefelt pulsi 484
Cantabria Rom. Imperio adjecta 37
Cantabrigia in Anglia 367
Cantabri ferocissima gens 37
Cantationes Gothorum 74
Cantella castrum 397
Canteromachius floret 335
Cantilena de Erbone à bestia confosso 185 *mulierū in Fridericum primum Imperat.* 220
Canusium oppidum 170
Caparonia Vestalis virgo incesti rea 16
Capella villa prope Herveldiam 495
Capernaum expugnatio sit à Saracenis 472
Capillati Gothorum 74
Capistrani historia 318
Capita infantum sex millia in vivario inventa 317
Capito concionator Basiliensis 365

Capitol

Capitolium Romæ conditum & reædificatum 49
Capnio in linguis doctissimus 365
Cappa candida vestis 206
Cappadocia in provinciam redacta 41
Cappa Imperatoris laniata 239
Capremons 153
Capreæ palus 8
Capua urbs Campaniæ 127 condita 7 ab Imperat. Ottone quarto capta 239 ab Imperatore Ludovico obsidetur 420
Caput ardens quid portentet 8
Caransius occupat Britanniam 59. 60
Carbonacum villa 132
Carbonaria sylva 66
Carcanum castrum 222
Carceres instituti 8
Cardinales conspirant in Imperat. Fridericum primum 220
Cardinales equitantes galero rubente tecti 250
Cardinalis Germanus corvo albo vartus 311
Cardinalium in causa fidei timiditas 300
Carellus duello Reginæ innocentiam probat 95
Caris Imperatoris vita 59
Caris populi 75
Carini scelerosa vita 59
Carocia vexillum Venetorum 222. 223
Carmelitarum ordo cœpit 259
Carmenta literas latinas invenit 452
Carnes è cœlo lapsæ 418
Carnola 259 à Turcis vastata 326. 329
Carnis porcinæ usus apud Romanos introductus 58
Caro mortua incorrupta 737
Caroli Burgundiæ ducis physionomia 330
Caroli magni animi & corporis dotes 130 corona 266 in bello Saxonico perficiendo constantia 149 vita & res gestæ à 126. 133. 138. 398. 399. 455 obitus 409
Caroli Pipini filii dotes 111
Caroli quarti Imperatoris vita & acta 274
Caroli quinti Imperatoris Coronatio 363 electio 347 præceptor 352 victoria apud Papiam 352 vita & res gestæ 348. 349 &c.
Caroli tertii miseria & obitus 428
Carolomannus ab apro vulneratus interit 426
Carolomannus Caroli martelli filius 121
Carolomannus fit monachus 122. 123. 394 incognitus 394. 395
Carolomannus oculis privatur 419
Carolomannus primigenitus Ludovici Imperatoris 423
Carolomannus vastat Alemanniam 122
Carolomannus rex paralysi dissolutus 424
Carolorum regum Genealogia 144
Carolus Bovillus 336
Carolus dux Burgundiæ 319. 326 ambit vicariatum Imperii 327 dux Geldriæ 271 Geldriam obtinet 327 miserè perit 330 redivivus fingitur 330
Carolus Calvus natus 139
Carolus Caroli magni filius 129
Carolus Caroloni filius ab Albino trucidatur 419
Carolus Delphinus Galliæ regis filius 331
Carolus dux Borbonius 355. 356
Carolus ex familia Thopiarum 324
Carolus fortis 70
Carolus Geldriæ dux 337
Carolus Imperator & dux Geldriæ 271
Carolus magnus fit Imperator 137 fabulosè redivivus 178 moritur 138
Carolus Marchio Badensis 326
Carolus marchio Moraviæ eligitur Imperator 270 272
Carolus Philippi filius Brabantiæ principatum suscipit 341
Carolus quintus natus 311
Carolus rex Francorum electus 115
Carolus rex Franciæ repudiat uxorem 333
Carolus Savosius 285
Carolus simplex Ludovici filius 151
Carolstadii disputatio cum Eccio 344
Carta civitas 64
Carthaginensibus pax data à Romanis 21
Carthaginensium cum Romanis bellum 16. 17. 18
Carthaginis conflagratio 26 miseræ deditio 25 situs 26
Carthago condita 452 à Genserico spoliata 92 à Romanis capta 87 à Vandalis capta 383
Cartophylax Græci Imperatoris 304
Casparus Schlick Cancellarius Imperator 399
Casimirus marchio Brandeburgensis 355
Casinoglo villa 372
Caspiæ portæ 125
Caspium mare 115. 264
Cassandra 73
Cassianus collationes Patrum conscribit 92
Cassii interitus 38
Cassiodori in Psalmos Davidis commentar. 87 88
Cassinense monasterium restitutum 109
Cassinum castrum destructum 94
Cassinus mons 84. 87. 111. 394
Cassiodorus floret 91. 384
Cassius Cæsaris interfector 35
Cassula Hassiæ urbs 226
Castella in Saxoniæ exitium extructa 492 in Saxonia diruta 500
Castellum novum juxta Avernum 121
Castimoniæ expers nemo videbit Deum 518
Castor Argivorum Chronographus 3
Castoris locus Italiæ 43
Castrioti Scanderbegi Historia 323. 324
Castrum Trenortinum 382
Cataclysmus in Germania inferiori 364 mundi 451 Romæ 364
Catacuzenus certat cum Paleologis 264
Catalaunici campi 79
Cataphrygarum hæresis 413

Catalo-

Catalogus Imperatorum Romanorum & Germanorum 368
Catharina de Senis in Italia fulget 282
Catelfpurgum 302
Cato hæreticus appellatus 313
Cato Portius Stoicus floret 30
Cato Uticenſis veneno ſe necat 34
Cancaſius mons 73
Candida furculæ 12
Cantes Marpeſiæ 73
Cecropia regio 4
Cecrops rex Athenienſium 4. 5 Athenas condidit 451 unde Διφυὴς dictus 4
Celeadrogo legatus Wilzorum 140
Celeſtinus Papa excommunicat Philippum 223
Celia potus 27
Celius mons 8
Celtarum mores 122
Celtiberi à Romanis cæſi 25
Cemnenſe oppidum dirutum 8
Cenſus primitus ordinatus 8 in Iudæa ab Auguſto inſtitutus 39 Romæ 39. 40
Centum Romanus violentus in Papam 170
Cerauniorum montium accolæ in ſervitutẽ à Turcis redigũtur 265
Cerdonis hæreſis 52
Ceres quæ fuerit 3
Cereviſia Numantina 27
Certamen de regno ſtirpis Caroli 151
Cervus Hunnis viam oſtendit 76
Charentania ab Hungaris vaſtata 144
Chava pontica urbs expugnata 265
Cheruſci à Romanis ſubacti 37
Chilperici tres filii 385
Chlœlia virgo Tyberim tranſnatat 9
Chriſti accuſatores proſcripti 42 adventus fonte oleo prædictus 36 nativitas & vita 379
Chriſtiani à Saracenis obſeſſi 179 Galilæorum filii dicti 64 in Africa, Ægypto, Carthagine, &c. 130 In Indæa vexantur 183
Chriſtianorũ cũ Saracenis pugna navalis & terreſtris 180. 246 pax 248 Eccleſia ſub Trajano 50
Chriſtianorũ pſecutio ſub Antonino Vero 52 Athalarico rege Gothorum 70 Aureliano 58 Decio 56 Diocletiano & Maximiano 59. 60 Domitiano 49. 50 Licinio 57. 61 Maximino 55. 60 Severo 53 Trajano 50 Valete 76 ſub Wandalorũ regib. 384
Chriſtophorus Colũbanus novi orbis illuſtrator 335
Chriſtus verus Deus, verus homo naſcitur 40. 42. 453. 42. 463 à Senat. Rom. è numer. deor. ejectus 42
Chryſolaras Græcarum literarum reſtaurator 285
Chunberti robur 98
Chunbertus ſanctus 116
Chunigunda Heinrici Imperatoris conjunx virgo 163. 165
Chuno palatinus occiſus 172
Chunradi Imperatoris vita 144. 150. 213
Chunradus adoleſcens ſpretis literis, armis ſumptis periit 186
Chunradus Heinrici Imper. filius moritur non ſine ſuſpicione veneni 181
Chunradus Heinrici Welfonis filius doctus monachus 211
Chunradus Imperat. Saxoniæ infeſtus 150 obiit 437
Chunradus ſanctus epiſcopus 209
Ciborium pretioſum corpori Marcelli martyris impoſitum 68
Cicero proſcriptus 35 naſcitur 29. 453 occiſus 38
Ciconiæ denũciantes obſeſſæ urbis expugnationẽ 80
Cilicia ab Amazonibus occupata 73
Cimerotæ populi belliceſiſſimi 525
Cinius Juriſconſultus 170
Circulus Paſchæ ſedecennalis 55
Cirta oppugnata 20
Ciſtertienſium ordo 213 privilegium 237
Civilium bellorum præſagia 29
Civitates centũ quinquaginta in Delta Nili 245
Civitates in honorem Auguſti conditæ 37
Civium Romanorum numerus 40
Clacus ferruminis inventor 8
Clarenſis dux in dolio vini ſubmergitur 331
Claudiani verſus de victoria Theodoſii 87
Claudia virgo Veſtalis Zona navim trahit 8
Claudii Imper. vita & res geſtæ 44. 46. 58
Claves Chriſti crucifixi 153
Clauſuræ in Hungaria 142 Volerni 216
Clemẽs papa jubet occidi Conradinum & Fridericum Auſtriæ ducem 254
Clementiæ exemplum 221. 269. 305
Cleopatra Ptolomæi filia 26, 27 Ptolomæi uxor 28 cum Pompejo ſtupri conſuetudinem habet 34
Cleopatræ impudicitia & interitus 37 fuga 36 regnum 34
Clerici contra Cœlibatum 505 Babenbergæ expelluntur ab epiſcopo 507
Clerus evocatur ex Argentina 255
Clericis matrimonia negantur 505. 515
Clericorum teſticulis puteum implere 109
Clericus homicida 464
Clerus & ejus gradus inſtituti 52
Clitus ab Alexandro occiſus 18
Clivienſes duces creati 290
Clodius Crinitus Francorum rex 66
Clodoveus Gallorũ rex templũ Argẽtinæ erigit 257
Clodovens rex Francorum fit Chriſtianus 67. 122
Clodoveus Mathildæ filius 69
Clodoveus poſt ſomnium conceptus 94
Clotharii bellum contra Sigibertum 69
Cluſæ Italiæ præſidiis formatæ 139
Clypeus aureus in Capitolio Romæ 58
Coccii montes 95
Codanus ſinus maris 71
Codex juris 212 quando inſtitutus 87
Codrus Urceus floret 335
Cœleſyria 21
Cœlibatus Sacerdotum 315. 316 indicitur 505. 515 vide conjugium
Cœna Vitellii ſumptuoſiſſ. 48
Cœnobiorum divitiæ 484
Cœnobium vide Monaſterium
Colberg Pomeraniæ civitas 206

Collegium pauperum Lovanii institutum 324
Collina porta Romæ 15
Colmaria 276 ab Adolfo Imperatore occupata 260 per sculteтum prodita 255 Rudolpho Imperatori subjecta 259
Colmariensiũ fœdus cum Sigismũdo Austriaco 238
Colomannus rex Vngariæ 178. 211 ejus cum fratre dissidium 193
Colonia Agrippina ab Heinrico quinto obsessa 190 à Nortmannis vastata 425 Heinrico quarto favet 190 Imperatori rebellis 196
Colonienses seditiosi spoliantur à militibus Archiepiscopi & graviter puniuntur 503 Imperatori Heinrico sexto refragantur 232 in pugna contra Saracenos fortissimi 246 vim inferunt Archiepiscopo 502
Coloniensis episcopus à civibus ejicitur 501. 502 Imperatori Heinrico IV. reconciliatur 504. 505 eligit Ottonem in regem 235 Imperatoris Cancellarius 222 interfectus 245
Coloniẽsiũ civiũ furor 502 seditioſorũ pœnitẽtia 503
Colossus erectus 49 Rhodius collapsus 18
Columbanus Monachus 95.115
Columbani liber actuum 69
Columnabicus locus cede Sigismundi regis Burgund. famosus 67
Columna Trajani 50
Columnensium nobilis familia 265
Comes stabuli 406
Cometa 113. 162. 164. 168. 174. 177. 189. 254. 364. 436. 439. 475
Comitia vide Conventus
Comitis Palatini jus 279
Compendium villa 124
Comœdiarum scriptor, Statius Cecilius 26 Ennius 26 Plautus 23 Terentius 21
Comosicus pontifex Gothorum 72
Commater in uxorem non ducenda 206
Commenda Romanæ non habent locum in Germaniæ Ecclesiis 311
Commodi Imperatoris vita 52. 53
Concilia quinq; sub Carolo M. habita 409 universalia Apostolorũ successoris 312 convocãdi penes Imperatorẽ 222 generale quare cõvocandũ 242 quid 312 sacra anchora 313 supra papam 297. 343
Concilii Basilienſis decreta 301
Concilium vide Synodus.
Conciolegum, locus Augustæ 211. 233
Conclave Cardinalium zur Mücken 300
Concordia mons 255
Concordia controversiæ de Eucharistia 367
Concordia res fortissima 33 victoriam parit 28
Concordia ab Attila expugnata 80
Condistiani pons 78
Confessio coram sacerdote 206
Confessio Augustana exhibita 363
Confluentia Rheni 213
Conjugium Sacerdotum 315. 316. 317
Conjugium vide Matrimonium
Conjuratio in Iulium Cæsarem 35
Connubii ratio excogitata apud Atheniens. 4 apud Saxones 143
Conclusiones disputandæ in Concilio Basiliensi 297
Concubinarius publicus quis & ejus pœna ex decreto Concil. Basil. 301
Conradi de Berenfels Consulis Basiliensis masculi responsum 273
Conradinus Conradi filius 254 ob adulterium creditur decollatus 254
Conradi quarti Imperat. vita & res gestæ 253
Conradus à Bemmelberg Hessius centurio 357
Conradus à Liechtenavv abbas Urspergens. fit presbyter 238 fit abbas 244
Conradus à Weinsperg protector Concil. Basil. 296
Conradus Celtes Germanus poeta 336
Conradus comes de Friburg 245
Conradus de Marpurg magister 244
Conradus dux Franconiæ 208 dux Orientalis Franciæ constituitur 197
Conradus filius Heinrici quarti Imperat. 497 cur rebellis 175
Conradus Imperatoris Heinrici quinti consobrinus profectionem Hierosolymam instituit 245
Conradus filius Friderici primi Imperat. dux Suevorum 227
Conradus Friderici secundi Imperatoris filius bellũ movet contra Heinricum Landgravium 251
Conradus Imperator ejusq; vita 364
Conradus Winspergensis Imperialis protector 299. 300
Conradus Wormaciensium dux 208
Constantiæ exemplum 17
Consentiæ urbs 78. 90. 284. 336
Consiliarii regis quales esse soleant 519
Constantia in pœnã quantum pecuniæ solverit 275 stipendia constituit pro studiosis Theologiæ 566
Constantiæ urbis confessio fidei 363
Constantinus se Concilium 285. 286. &c.
Constãtia Imperatrix heredem Imperii tutelæ Romanæ Ecclesiæ committit 247
Constans in venatione occisus 62
Constans fit monachus 59
Constantis Imperatoris vita, & liberalitas in D. Petrum 116
Constantius belli dux contra Constantinum invasorẽ missus 90 Placidiam ab Gothis reducit 79
Constantii Imperatoris dotes & res gestæ 62. 63 obitus 82
Constantiniana Ecclesia Romæ 197
Constantini crudelitas 61
Constantini Copronymi vita 121
Constantini Heraclii filii Imp. vita 116
Constantinopolis condita operẽ Gothorũ 75 à Machomete expugnata 265 à Saracenis obsessa 121 à Turcis obsessa 264 expugnata 238 expugnata à Venetis 236 olim Bizantium 8. 265 fine Imperatore 236 terræmotu concussa 11
Constantinopolitanæ urbis expugnatio 319
Constantinopolitana prima Ecclesiarum 114
Constantinopolitanorum Imperatorum fœdus cum Carolo magno 128

Constan-

Conſtantinopolitanum Imperium diſtractum 310
Conſtantinopolitanum templum 384
Conſtantinus Abbas Caſſini monaſterii 95
Conſtantinus Cæſar 60
Conſtantinus Caroli magni gener 129
Conſtantinus Caſtrioti filius 323
Conſtantinus filius Leonis 120
Conſtantinus Herene filius excæcatus 136
Conſtantinus Imperator excæcatus 403
Conſtantinus novus 114
Conſtantinus Pipino regi munera mittit 124
Conſules Romæ regibus ſubſtituuntur 8
Conſul Iuvenis 25
Conventus Principum Andernachi *ob electionẽ Imperatoris* 234 Aquiſgrani *ob divortium Thietbergæ & Lotharii regis* 412 *ſub Heinrico primo* 152.138 *ſub Ludovico Imperatore* 139 *ubi coronatur Ferdinandus Imperator* 363 Atiniaci 124 Auguſtæ *ſub Carolo quinto cui Auguſtana cõfeſſio oblata* 363 *ſub Ottone primo* 160 Babenbergę *ſub Conrado Imperatore* 213 *tẽpore Heinrici quinti* 204.205 Berchachi *in Turingia ſub Heinrico quarto* 173 Bituricæ 125 Budæ *ubi Ferdinandus ſit rex Vngariæ* 355 Coloniæ *ob ſchiſma imminens tempore Maximiliani primi* 337 Confluentiæ *Rheni, ob electionem novi Imperatoris* 213 Conſtantiæ *ob bellum Lombardicum tẽpore Friderici primi* 227 Corbejæ *ubi de reconciliatione Saxonũ cum Heinrico quarto* 493.497 Cuſenſteinii 135 Egræ *ob Bohemos ad Concilium Baſilienſe vocatos* 322 Exphordiæ *tẽpore Rudolphi primi* 259 Francofurti *ſub Ludovico pio* 140 *tempore Sigismundi ob ſtatũ Imperii reformandũ* 302 *ob Papæ & Concilii diſſidium* 296 *ubi acta Ioannis papæ rejiciũtur* 271 Fridslariæ *ſub Ottone primo* 161 Gerſtungi *ob bellũ inter Saxones & Heinricum quartum* 494 Goslariæ *ſub Heinrico quarto, de bello Saxonico* 523 *ubi agitur de pace inter Saxones & Heinricũ quartũ conſtituenda* 499 Ingelheimii 135 Lippenheimii 136 Lyſii *à Scanderbego celebratus* 325 Milhuſii *ubi Philippus eligitur Imperator* 234 Mantuanus *ſub Pio PP.* 312 Mogũtiæ *ob Concilia & Papæ diſſidiũ* 296 *ob electionẽ Imperatoris* 190 *tempore Caroli quarti* 276 *tempore Friderici primi* 227 Norimbergæ *in quo Legatus Romanus Eccleſiæ corruptũ ſtatũ fatetur* 351 *ob expeditionem in Turcam* 313 *ob Papæ & Concilii diſcordiam* 296 *Statuũ Imperii tẽpore Caroli quinti* 350 *ſub Friderico tertio ubi de unione & pace tractatũ* 333 *ſub Imperatore Alberto* 261 *ſub Rudolpho Habſpurgenſi Imperat.* 258 Northuſii *ob pacem componendã inter Philippum & Ottonem Imperatores* 237 Oppenheimii *ſub Heinrico quarto* 170 Paderbrũnæ 133 Ratisbonę *ob expeditionẽ in Turcã* 323 *ſub Friderico tertio Imp.* 326 *ſub Carolo quinto in cauſa religionis & de reſiſtẽdo Turcæ* 366 Rens *ubi Carolus Moraviæ marchio ſit Imperat.* 271 Spiræ *pro cõponendis Carolo & Guntchero Impp.* 273 *ſub Imper. Ludovico Bavaro* 270 *tẽpore Caroli quinti ubi minus pecuniæ, multũ peccatorũ, plus inquietudinis* 360 *ubi rex Boemiæ creatur* 266 Treveris *Imp. Friderici tertii & Caroli ducis Burgũdiæ* 327 *ſub Maximiliano primo ob ſtatũ Imperii* 337 Triburii *ſub Heinrico quinto* 200 Vlmę *tẽpore Heinrici quarti de novo Imperatore eligẽdo* 530 Wehmare *ſub Ottone ſecũdo Imperat.* 458 Wirtzburgi *ſub Heinrico quinto* 202 Wormatię 124. 132. 134 *in quo Lutheri cauſa tractatur* 348. 349, *propter Lotharii ducis inſolentiã* 205 *ſub Heinrico quarto ubi Papa deponitur* 524 *ſub Maximiliano primo ubi de reſiſtẽdo Turcæ agitur &c.* 334 *ubi Heinricus quarti Repudiũ uxoris molitur* 475 *ubi Heinricus quintus Papæ reconciliatur* 204
Conventus Principum Germanorum in Italia ſuper cauſis Papæ & Friderici ſecundi 248
Coquinæ Magiſter de Norimberg 210
Corbejenſe monaſterium ab epiſcopo Premenſi occupatur 470
Corbejenſis abbas Drutmarus 461 *Ruthartus* 461. 466 *Saricho* 480 Werenher 480
Corcyra 325 *Corduba civitas* 382
Coreaceamoneta 251 *Corinthia vaſa* 26
Corinthium æs 26 *mare* 353
Corinthus condita 6 *everſa* 26 *totius orbis Emporium* 265
Cornelia majoris Africani filia 28
Cornelius Gallus Ægypti præfectus 37
Cornelius Nepos hiſtoricus 38
Cornificiæ epigrammata 38
Cornificius poeta 38 *Cornix loquens* 80
Coronæ Ariadnæ ſydus 245
Corona ad pedes, venit ad caput 226
Corona Caroli M. 266 *ferrea Imperii* 266.275 *Hũgariæ à regina clam ſubtracta* 305
Coronatio Caroli quinti 363
Coronatus campus 98
Corpora alpina qualia 18 *etiam ſanctiſſimorũ corruptioni ſubjiciuntur* 109
Corſica Inſula 420 *à Maurorũ impetu liberata* 406
Corvini Romani unde 90
Corvi ſanctum Benedictum comitantes 87
Corvus Gallum impugnans 10
Corybantes 4
Cracovia foſſato Bachnyæ conjuncta 275
Craſſi avaritia fuſo auro ſatiata 32
Cratitius paries 28
Cratonis Epiſcopi horrendus interitus 475
Crema à Germanis obſeſſa 220
Cremæ oppidi ſitus, cjuſq; obſidio & expugnatio 219
Cremera fluvius 9
Cremona 29. 355 *Imperatorem defendit contra Mediolanenſes* 217.218
Cremonæ curia condicitur 247
Cremonenſes bellum gerunt adverſus Mediolanenſes 212 *Friderico Imperatori inobedientes* 219 *reſtibus ad collũ ligatis Imperatori ſe ſubjiciũt* 268
Creſcens Cynicus 52
Creſcentis hæreſis 52

Crescentius Italiam turbat & decollatur 459
Creta urbs Cortinæ 381
Creta insula sub Turcarum Imperio 265 *in Romanam potestatem redacta* 31
Crispus Salustius historiographus 30
Crimiti reges 66
Croacia à Turcis vastata 326
Croja metropolis Epyri 324 *à quibus extructa* 324 *à Turcis occupata* 323 *è Turcarum tyrannide liberata* 324
Cruce signantur auditores Fulconis 236
Cruce signati ab Imperatore misere cruciantur 250 *Hierosolymitanum iter arripiunt* 231 *spoliantur à Veronensibus & Mediolanensibus* 248
Cruces in vestibus hominum 335
Crucifer exercitus adversus Saracenos 176
Crucis dominicæ lignum inventum 390 *à Syris ostensum* 183
Crucis sanctæ portio 118 *miraculum* 184 *prædicatio* 245 *contra Imperatorem* 250 *prædicator in Francia* 236 *verbum prædicare quid Papæ Romano* 241 *signaculum in vestibus* 176 *signũ fugiunt dæmones* 64 *signum in vestibus & cute hominum* 315 *liberat à nece* 178 *Thesaurum ostendit* 112 *assumptum ad expeditionem Hierosolymit.* 244
Crux Christi ab Helena inventa 61. 62. *Christianorum superstitium* 176
Crux domini à Iuda invenitur 383 *Domini à Salatino rege rapta* 228
Crux in cœlo à Constantino visa 61
Crutzberg in Thuringia 260
Crudelitatis exemplum 43. 61. 307. 308. 309
Cuffinstein 403
Cumæ 219
Cumarum civitas destructa 217
Cumacina Insula 110
Cumacinus lacus 98 *ejus munitio* 444
Cumanus Iudeæ Præses 46
Cuno Cardinalis Prenestensis Legatus ex latere 198
Cuno episcopus à Carnificibus de rupe præcipitatus 475
Cuno de Falckenstein Canonicus reprehenditur ab Imperatore Carolo quarto 276
Cuno ducis Ottonis filius illustris occiditur 185
Cuno dux factus Carentinorum 465 *obit.* ibid.
Cuno dux Noricorum rebellat 167
Cunradi Imperatoris res gestæ 460
Cunradus comes de Urach 235
Cunradus de Luzelinhart marchio Ancone factus 225
Cunradus de Tanne 245
Cunradus dux Bajoarii obit 464
Cunradus filius Friderici secundi Imperat. 249
Cunradus marchio de monte ferrato 228
Cunradus marchio terræ Hierosolymitanæ factus 230
Cunradus Marchio, Tyri Dominus 229
Curadus Palatinus Rheni 219
Curetes 4
Curia Imperialis ac sessio Principum 279
Curiensis episcopus in causa fidei transigendæ electus 189
Currus inventor 3
Curtes dominicales immunes à decimatione 483
Cusani procacitas 314
Cusfestein contra Moguntiam situm 135
Cuspius Fadus Præses in Iudea 44
Cuthna urbs juxta auri fodinas 294
Cyclades insulæ Turcis subjectæ 265
Cyclus paschalis Dionysii 87. 88. 384. *Hilarii* 384. *Theophyli* 86 *Victorini* 93
Cydnus fluvius 11
Cymbri à Romanis victi 29
Cyneas legatus Pyrrhi 15
Cyprianus doctor & Martyr 57
Cypri rex Argentorati excipitur 276
Cyprus insula 29. 210 *sub Turcis* 265 *terræmotum patitur* 39
Cyrene urbs Libyæ 31
Cyrenius Iudeæ Præfectus 39
Cyrillus episcopus indigne occiditur 59
Cyrus rex Persarũ Iudeos remittit Hierosolymã 8

D

Dabæ 74
Dacia 128 *alpibus coronata* 72 *antiquaque* 74
Daciæ portio Turcis subjecta 265
Daci 72 *bellicosa gens* 229 *Romanis subjecti* 49. 50
Dadastana prædium 65
Dæmoniaci liberatio 471
Dæmonium ejectum 69
Dagoberti crudelitas in Bulgaros 390 *in comitem Aquitaniæ facinus* 388
Dagobertus monarcha trium regnorum 69
Dagobertus Sigiberti filius 69
Dalmatæ Romanis subjecti 40
Dalmatia 128 *Imperio Romano adjecta* 37
Dalmatius Constantini agnatus 62
Damasceni 180
Damascus 379
Damasus episcopus 133
Damiata civitas à Christianis perdita 247 *cum portu in mari magno* 245
Danai unde dicti 5
Danbach 276
Dancharadus dux Christianorum 185
Danckmarus Ottonis primi frater 186
Dancredus Apuliam occupat 232
Danielis prophetia de Christi adventu 89
Dani ex stirpe Suetidorum 71. 72 *Heinrici quarti partibus favent* 191 *piraticam exercentes* 118 *regnum Lotharii vexant* 151 *Saxoniam vastantes* 116
Danorum rex contra Saxones & Thuringos incitatur 488 *Saxoniam vastare conatur* 407 *frustra expeditionem in Saxones suscepit* 494
Dantes poeta floret 262

Digitized by Google

Danubii pons Constantino authore 61
Danubium Rheno conjungere 135
Darei precatio ante mortem 11
Dareus ab Alexandro devictus 11 à Besso familiari occisus 11
Daventria 566
Davidis regis sepulchrum spoliatum 27
David Scotigena Schole Wirtzburg. Rector 194
Daynum urbs Epyri 325
Decentii interitus 62
Decii ara 75
Decii Imperatoris vita & res geste 56
Decime a Turingis ex guntur 467. 475. 486
Decimationum exactiones silent 496
Decimas Ecclesiarum in Germania sollicitat Papa 277
Decimarum lis 466 retentatio 506
Decius Imperator occisus una cum filio 75
Decius Senator Romanus adversus Gothos 75
Decreta Gratiani collecta 212
Decretalium compilator 233 glossator 253 illustratores 252
Decretum Paschalis ad Padum fluvium 192
Dedi Marchio Saxonicus bellum in Imperatorem movet 476 Ruzenorum regem asservat 606 Palatinus comes à clerico occisus 464
Dedutionis imago 218
Degenhard de Helinstein 238
Defensor pacis liber ad Ludovicum Imper. scriptus 270
Delos 353
Delphica Laurea 316
Delphici Apollinis responsum 4
Delphicum templum constructum 4
Delphinus regis Francie filius 306. 307
Delta Nili 245
Demetrius Despotes 304 Phalareus prefectus Bibliothece 15 Ruzenorum rex ingentes divitias Imperatori offert 506
Democritus magice artis propagator 2
Demosthenes floret 452
Dercos a civibus obsessa 138
Dertona civitas 93
Desiderii regis insolentia 132
Desperatio facit monachum 520
Despotes in Rascia oculos eruit Turce 311
Desiburgh castrum 399
Deucalionis regnum 5
Deuterius Arrianus Episcopus 95
Decreta Concilii Basiliensis 301
Diabolus in specie muscæ 110
Diaconus pugnat pro Chuniberto 109 veneno calicē Victori pape inficit 167
Diade Athene 4
Diadema regium quando Rome introductum 58
Dialogus Gregorii Pape 94. 387
Diane templum ab Amazonibus constructum incensum. 75
Dibra regiuncula Triballorum 324
Dicineus philosoph. Gothicus 72
Dictatura Rome quando cœperit 9
Dictator ab aratro vocatus 9
Dictatores Romani Furius Camillus 9 Marcus Valerius 9 Papyrius 12 Quintius Cincinnatus 9
Didimus Alexandrinus Scriptor 70 patrie defensor 90 Faventinus Luthers defensor 348
Didius Salvius Iulianus Imp. perit. necat pertinacem Imperatorem 53
Dieboldus Marchio Heinricum filium in patrem armat 486 marchio de Hochberg 217 marchio Trepoldi filius 212
Diederada uxor Romoaldi 109
Diem perdere 49
Dierstein comes 271. 300
Dies continue in estate 71
Dietho de Ravensburg 217
Dietherus à Dalberg 335 de Isenberg 318 à Thalburg 350 Thuringie Landgravius 260
Dietericus Sicensis episcopi zelus 205
Dietericus nobilissimus Saxo moritur 190
Dietmarus 85
Dietmari astutum Strategema 150
Dietmari & fratrum ejus consensus 77
Dii Saxonum 148
Diluvium in Achaja 3 in Ægypto 3 Rome 18 in Thessalia 4. 5
Dinos de Garbo medicus 273
Dinsburg oppidum 426
Diocleæ urbs 59
Diocletiani Imperatoris vita 59
Diodericus comes contra Luticios pugnans occūbit 463 dux Mosellæ regionis 517
Diogenes Cynicus quid ab Alexandro petierit 11
Dio historicus Gothorum 72
Dionis opus Geticum 73
Dionysii abbatis cyclus paschalis 87. 88
Dionysii martyris brachium abscissum 69 manus 153 miracula 396 reliquiæ 166
Dionysius Alexandrinus 57 Ariopagita episcopus Athenien sium 45. 50 Bacchus natus 6 sanctus sanat papam 123
Diopoldus de Rocca de arce 236
Diphyes rex Athenien sium 4
Διφυὴς unde dictus 4
Discе militare Galba venit 48
Disciplina militaris 58. 154
Discordiæ excidii causa 28 exercitum Christianorum in Palestina conturbat 229
Dispensatio Pape in conjugio contrahendo 237
Disputatio an Heinricus quartus recte depositus 173 Badensis 365 Bernensis 365 Lipsica Ioannis Eckii & Andreæ Carolstadii 344 Samosateni cum Malchione 58
Divisionis & discordie mala 277
Divortium inter Fridericum primum Imperat. & Adilam uxorem 213. 217
Dola precipua Burgundie urbs per Suiceros diripitur 331

Dominica dies quomodo celebranda 206
Dominica Valentis Imp. uxor 70. 71
Dominicus Busichi 339
Dominum sedici vetat Augustus 39
Domitiani Imperatoris vita & mores 49
Domitius Ænobarbus 46 *orator clarus* 46
Dona à rege Persarum Carolo magno missa 406
Donatistæ 102
Donatus Grammaticus 63
Dormitorium Suuimi templi Argentinens. 257
Dornacum apud Byrsam 281
Dotes Principis duæ 50
Draco, Leo, & aquila in Saxonum vexillo 147
Dracoles Walachus 306
Draco puerum complexus quid portendat 5
Dromedarii 251
Drogo Caroli magni filius 129 *Imperatoris Lotharii frater* 140
Drusi monumentum Moguntiæ 44 *res gestæ in Gallia & Germania* 37
Drusus Augustam Vindelicorum reparat 226 *veneno sublatus* 41
Ducatus moneta 251
Duces ex tribus Noæ filiis 1 *Hebræorum* 452
Duelli lex 227
Duello innocentia reginæ probatur 95
Duellum Dietmari comitis cũ Arnoldo milite 461 *Geronis & Waldonis comitum* 459 *inter Vlricũ de Cosheim & Regingerũ institutum* 496 *Marci Valeris cum Gallo quodam* 10 *Ottonis & Eginonis* 160 *Titi Manlii & Galli cujusdam* 10 *Scanderbegi cum Scytha* 323
Duitza castrum 419
Dulcinus Fratricellorũ hæresiarcha 170. 262
Duplabilis locus 87
Duplavilis 385
Durandus hæreticus 170
Dursa castrum Colonia contiguum 124. 399
Durlaich oppidum 233. 258
Δυναστὰι quid Græcis 2
Dynastiæ Ægyptiorum 1. 2
Dynesis dynastia 331
Dyrrachium 33. 325 *à Turcis vastatur* 265

E

Ecclesiæ authoritas 56 *corruptus status in quibus consistat* 291 *Ecclesia primitiva pauper* 198 *unde dives facta* 198
Ecclesiæ & prædia primum ob militum stipendia obligata 237
Ecclesiarum desolatarum luctus 176 *proventus in tres partes divisi* 284 *Xenodochia* 89
Ecelinus Patavinus 249
Echiretus rex Sicyoniorum 5
Eckboltzheim 255. 276
Eckii disputatio cum Carolstadio 344
Eckius impugnat Lutherum 343
Eckversheim nobiles 256
Eclipses Lunæ 109. 138. 174. 205. 406. 427. 428. *Solis* 109. 136 138. 165. 174. 213. 223. 227. 228. 238. 406. 408. 419. 423.
Eberhart comes de Ellenburg 512 *comes de Eleiburc* 492. 512 *comes de Nellenburg* 290 *comes Heinrici quarti cõsiliarius* 480 *comes Wirtenbergensis* 259. 326. *dux declaratur* 334 *expellitur* 267
Eberhards comitis Wirtembergensis bellũ contra Imperatorem Carolum quartum 275
Eberhardus Cõradi Imper. frater in Saxonia occidit 150 *de Mosbach nobilis Frãcus* 269 *Saxo capitur* 425 *de Tãne Insignia Imperii custodit* 243
Eboja insula à Turcis invaditur 326
Eboracensis Cardinalis magnificentia 310
Eboracum Britanniæ 13. 14
Eborejum 184
Ebrietas punienda 377
Edessa civitas 64 *condita* 13 *Fœnicis urbs* 15 *Rohas dicta* 215
Edictum Langobardorum 95
Edid uxor Ottonis magni 155 *moritur* 159. 439
Edildrudis regina & virgo Angliæ claret 390
Edom recessit à Juda 412
Edvardus dux Gelriæ 271 *rex Angliæ ad Imperiũ suscipiendum invitatur* 273. 274
Egbertus Marchio Thuringorum 471. 489
Egenen insidiose in interitũ Ottonis ducis Bajoariorũ subornant Principes 478 *oculis privatur* 496
Egesippus clarust 52
Eggebertus Scotos docet celebrare pascha 120 *Marchio insurgens contra Heinricum quartum* 173
Eggihardus Marchi subito moritur 461 *regni usurpator occiditur* 459
Egilolphus Agio dictus 94. 95 *Lõgobardorũ dux* 94
Eginhardus vitam Caroli M. describit 125
Egino audax calũniator 169 *comes de Vrach* 235
Egra urbs 302
Eichstetensis Episcopatus institutus 122
Elfridus rex 117
Eleazer Pontifex Iudæorum Legis libros Ptolomæo regi mittit. 16
Electio papæ in Concilio Basilien. 310
Electorum Principum officia sedente rege in throno 280 *juramentum* 277 *ordo in processione* 279 *Sessio* 277 *principum successio* 279
Electus canonicè à rege investiatur 195
Eleemosyna Argentoratensium 361
Eleemosynarum exemplum 112 *truncum* 241
Ele loci stagnantes 75
Elenen locus 511
Elephas Carolo magno missus 401
Elephantes in urbe Victoria 230
Elephanti quid in bello possint 18
Elephantinus morbus 203
Eleusina quando condita 3
Ellekert oppugnatur 321
Ellersbach præfectus 281
Elias rapitur in cœlum 452
Elizabeth Sigismundi Imperatoris filia 304
Elmeri civitas successa 156
Elygurt 281
Embri dynastia 349
Emehardus episcopus 185

Emicho

Proculus 92 *Pyrrhus* 116. 454 *Sergius* 214 Corinthiorum *Dionyſius* 52 Cremonenſis *Lanzo* 444 *Obertus* 217. 218 *Vuido* 221. 222 Cretenſium *Pyrrhus* 52 *Cumanus Vualdo* 442. 443 Curienſis *Hardbertus* 440 *Vualdo* 440 Eichſtatenſis *Eberhardus* 189 *Gebehardus* 462 *Gezman* 460 *Gunzo* 464 *Heinricus* 247 *Heriberdus* 469 *Vdalricus* 207 Engelismenſis *Gerhardus* 195 Florētinus *Gerardus* 465 Friſingenſis *Otto* 208 215 Genuenſis *Prochetus* 262 Gnezenſis *Januſſius* 273 Gothorum *Vlpias* 77. Halberſtadenſis *Branto* 460 *Burchardus* 465. 466. *Bucco* 466. 467 489. 509. 522 527. Herbipolenſis vide Wirtzburgenſis Hieroſolymitanus *Alexander* 54. 57. 58 *Antoninus* 53 *Azabanes* 58. 57 *Benjamin* 50 Capito 52. *Caſſianus Dulcianus* 53. *Effrem* 51 *Gajanus* 52 *Gajus* 52 *Germano* 53. 54 *Gordius* 53. 54. *Helius* 53. 54 *Hymenæus* 57 *Jacobus* 42 *Ioannes* 50 *Joſes vel Ioſeph* 51 *Judas* 51 *Julianus* 52 *Juſtus* 50. 51 *Labda* 60 *Levi* 51 *Macharius* 61. 62 *Marcus* 51 *Matthias* 50 379 *Maximus* 52. 53 *Narciſſus* 53. 54. 58 *Philippus* 50 *Publius* 52 *Seneca* 51. *Simon* 47. 380 *Symmachus* 52 *Thermon* 60 *Thomas* 114 *Tobias* 50 *Valens* 53. *Zacheus* 50 Hildenesheimenſis *Azelinus* 463 *Gotehardus* 460 *Hezelo* 463. 467. 487. 489 *Vto* 186 Hipponenſis *Auguſtinus* 86. 89. 91. 383 Hiſpalenſis *Leander* 112. 386 Hoſtienſis *Hugolinus* 237. 245. 247 *Nicolaus* 266 Laodiceæ *Anatolius* 58. 382 Apollinaris 71 *Euſebius* 58 Leodienſis *Baldaricus* 459 *Dietuuinus* 514 *Erhardus* 347 *Heinricus* 514 *Lambertus* 199 *Notbger* 459 *Burchardus* 173. 524. 539 Lugdunenſis *Amadeus* 298 *Irenæus* 52. 381 Lucenſis *Anſhelmus* 171. 471. Magdeburgenſis *Adalbertus* 459 *Adelgoz* 201 *Engelhardus* 462 *Gero* 460 *Hartuuigus* 184 *Heinricus* 189. 191 *Hiſillarius* 459 *Hunfridus* 460. 462 *Norbertus* 212 *Ruggerus* 201 *Wecil* 170 489. 509. 522. 527 Mediolanenſis *Ambroſius* 66 86. 88. 90. 383. *Auxentius* 66 *Dionyſius* 63. *Groſolanus* 197. 198 *Honoratus* 92 *Iordanus* 197. 198 *Thomas* 133 *Vualtbertus* 442 Mersburgenſis *Tetmarus* 226. Meſopotamię *Vuernher* 489 *Archelaus* 58 Metenſis *Adalbero* 438. 442. 444 *Adelbertus* 486 *Adventius* 418 *Angiſus* 69 *Arnoldus* 117 *Arnolfus* 388. 424 *Benno* 438 *Diegge vus* 201 *Drugo* 140 *Guido* 444 *Heermannus ſive Herimannus* 486. 524 *Ruopertus* 426 *Thiedericus* 444 Mimmegardefurdenſis *Friderich* 489 *Herimannus* 460 *Rudbertus* 460 Mindenſis *Eilbertus* 489 Miſnenſis *Benno* 475. 489 *Craffi* 475 *Reginherus* 475 Mogotinenſis *Adelbertus* 195. 196. 197. 202. 203 *Albertus* 347 566. *Adolphus* 277. 318. 319. 320 *Aribo* 164. 460. *Bartho* 166. 460. 522 *Bonifacius* 122. 123 *Brun* 458 *Carolus* 456 *Chriſtianus* 224. *Conradus* 227 232. 236. *Diethenus* 318. 319. 320 *Erchenbaldus* 460 *Fridericus* 157 158. 161. 439 457. 458 *Gebhardus* 261 *Gerlacus* 272. 273 *Haiſtolphus* 456 *Hatto* 142. 149. 150 431. 457. 458. *Heinricus* 187 270. 272. 273 *Heinricus* Gürtelmopff 257 *Heriger* 144. 150. 155. 457 *Hildebertus* 155. 457 *Lustbertus* 456 *Lustpertus* 142. 419 *Lustpoldus* 166. 168. 236. 462. 463. 465. 466. *Lullus* 455. *Oggarius* 456 *Otger* 456 *Rabanus* 456 *Rscholfus* 458 *Rutbertus* 458. 459 *Ruothard* 173. 186. 188. 198 *Sigefridus* 168. 169. 170. 471. 236. 466. 524 *Sunderhold* 142. 457 *Sunizo* 431. *Volcmarus* 458 *Vriel* 337 *Vuecil* 172. 173. *Vuilhelmus* 458 *Vuligis* 459 Monaſterienſis *Burchardus Rufus* 201 *Heinricus* 201. 327 Natnienſis *Ioannes* 444 Nicomediæ *Euſebius* 62 Niſibenus *Iacobus* 64 383 Nolæ *Paulinus* 93 Niceriæ *Laurentius* 95 Oſenbruggenſis *Benno* 475. 487. 489. 539 Paderbrunnenſis *Heinricus* 186 *Immed* 462. 489 *Rudolphus* 460. 462 Pariſienſis *Germanus* 68 *Gozzelinus* 427 *Haſchiricus* 427 Patavienſis *Altman* 474 *Eilbertus* 474 *Hilarius* 383 *Dionyſius* 383 Pictavienſis *Dagobertus* 69 *Dido* 69 *Fortunatus* 87 *Hylarius* 63. 70. 383 Piſtorienſis *Antonius Puccius* 557 Placētinus *Sigolfus* 444 Ponti *Anthenodorus* 56 *Theodorus Gregorius* 56. 58 Portuenſis *Conradus* 235. 245 *Ioannus* 117 Prænestinus *Cuno* 200 Pragenſis *Albicus* 294 *Adelbertus* 163 *Conradus* 294 *Daniel* 222 *Subinco* 282 Premenſis *Adelbertus* 166. 470. 474. 484 *Altbrandus* 461 *Liemarus* 485. 489. 539 Priſinienſis *Poppo* 461 Ratisbonenſis *Albertus magnus* 254 *Cunradus* 302 *Gebehardus* 164. 165. 166. 167. 173 459 466 *Hartuuig* 187 Heinricus 211. *Otto* 173 466. 471. 524 *Vuolffgangus* 166. 459 Ravennenſis *Ioannes* 459 *Vuigbertus* 171. 18 Reatinus *Dedo* 215. Remēnſis *Artaldus* 440 *Ebbo* 410 *Folco* 435 *Herivevs* 152 *Remigius* 67. 384. Rubilocenſis *Reginoldus* 444 *Starkandus* 444 Sabinenſis *Arnoldus* 266. Salonenſis *Lacerius* 94 Saltzburgenſis *Cunradus* 192. 215 227. *Gebehard* 169. 173. *Matthæus Langius* 337. *Thiemo martyr* 210 Sceſianus *Quirinus* 62 Sedunenſis *Vuilibarius* 132. Senonenſis *Eberhardus* 429 *Vualtharius* 429 Serovienſis *Brichardus* 258 Spirenſis *Arnoldus* 167. 463. 464 *Cunradus* 167 464. 466 *Ennhart* 466 475. *Everhardus* 437 *Gebehardus* 187 Heinricus 257. 238. 475. 515. *Ioannes* 186 *Otgerus* 444 *Reginboldus* 165 460 *Sybicho* 460. 462. 463 Smirnæorum *Polycarpus* 51. Strigonienſis *Georgius Palocius* 375 Tarviſiannus *Felix* 87 Ticinenſis *Damianus* 98 *Epiphanius* 83. 94 *Ennodius* 96. Toletanus *Guliel.* 349 Toloſæ *Bibo* 477 *Bruno* 262 Tornacenſis *Fridericus* 331 Trajectenſis *Adelbod.* 460 *Ansfrid* 460 *Chunradus* 180 *Koniochus* 69 *Odilbaldus* 434 *Radoldus* 434 *Remaclus* 118 *Vuilhelmus* 168. 471. 524. 525. Treſacenis *Lupus* 383. Treverorum *Aſulfus* 445 *Baldumnus* 272. 273 *Bertulfus* 418. 426 *Boppo* 460. 522 *Bruno* 189. *Chunradus* 168 *Cuno* 475 *Eberhardus* 474. 521. Heinricus 441. 444. 458 *Hetto* 410 *Maximinus*

nus 63.383. 453. *Megingoz* 460 *Paulinus* 63. 383 *Rabanus* 269 *Ratbodus* 426 *Reinhard* 352 *Richardus* 337.347 *Ruotber.* 439.441.458 *Thiedericus* 444 *Thietgandus* 410. 412. 417 *Thietfridus* 445 *Vito* 170,475 *Vualla* 425 Tridentinus *Agnellus* 94 *Gebehardus* 189. 192 Tungrenſis *Franco* 418 *Lambertus* 391 *Ogo* 439 *Richarius* 439 Turonenſis *Briarius* 92 *Martinus* 70. 86. 90. 383 *Euſtachius* 92 *Gregorius* 111. Vercel ẽſis *Euſebius* 67.70 *Ludmarus* 435 Verdenſis *Rucberdus* 466 *Sutto* 466 Veronenſis *Adelhardus* 435 *Ioannes Matthæus* 357 *Vualtarius* 166 Viennenſis *Alowicus* 442 *Avitus* 95 *Mammerius* 94. 384 *Milo* 200 Vtifrodorenſis *Germanus* 383 Wirtzburgenſis *Adelbero* 166. 168. 169. 170. 173. 461. 491. 530. 524. 173 *Arn* 142. 432 *Berennuardus* 163 *Bruno* 166. 461 *Burchard.* 123. 135. 162. 395. 454 *Cunradus* 235. 238 *Dieto* 155 *Emehardus* 173. 187 *Erlungus* 187. 193. 203 *Gebehardus* 203 *Heinricus* 164 *Hugo* 163 *Meginhardus* 165. 173 *Poppo* 163. 442 *Rudolfus* 144. 432 *Ruggerus* 203. 207 *Rupertus* 187. 193 *Salomon* 244 Wormatienſis *Adelbertus* 169. 170. 479. 530 *Adelgerus* 461 *Adelbero* 474 *Anno* 470 *Arnoldus* 461 *Arnolfus* 474. 522 *Hazecho* 461 *Ioannes Dalburgius* 335 *Luipoldus* 236 *Rihgonno* 440

Epiſtola Æneæ Sylvij ad Caſparum Schlick Cancellarium 315 *de concilio Baſilienſi* 300 *ad Rectorem & Univerſitatem Colonienſem* 315 *Alexandri bellorum cauſa* 13 *Alexij Imperat. Conſtantinopol. ad papam* 176 *Anshelmi epiſcopi de Hildebrando papa* 171 *Caliſti papæ ad Adalbertum Moguntinum* 200 *Electorum imperij ad papam* 319 *Eraſmi Roterodami ad epiſcopum Moguntinũ de cauſa Lutheri* 348 *de Iacobi Vuimphelingij vita* 362 *Friderici ſecundi Imperatoris ad principes Alemanniæ* 247 *Gregorij papæ ad Theodelindam reginam* 94 *Hildebrandi papæ de excommunicatione Heinrici Imp.* 170 *Hilderici Auguſtenſis epiſcopi* 316 *Innocentij papæ ad Bertholdum ducem de Zæringen* 233 *Ioannis Rochezan ad Ioannem Capiſtranum* 295 *Nobilium Moraviæ pro defenſione Ioannis Huß ad concilũ Conſtantienſe* 291 *Philippi Melanthonis ad Oecolampadium de Lipſica diſputatione* 344 *Pij ſecundi ad Franciſcum Decanum Toletanum* 320 *Rudolphi Agricolæ de Carolo Burgundico* 330 *Solymanni Turci. Imperat. ad Magiſtrum Rhodi* 351 *Stephani papæ de Dionyſij miraculis* 396 *Vdelonis Cymbri Caſani de exuſtione librorum Lutheri* 349

Epitaphium Caroli magni 133 *Gothfridi Lotharingiæ ducis in Paleſtina* 181 *Ioannis Ziſchæ Boemorum ducis* 296 *Lucij pontificis* 227 *quatuor Imperatorum Spiræ ſepultorum* 207. 208 *Roman. cladis per Pyrrhum* 14 *Scipionis Africani* 21 *Semiramidis* 2 *Virgilij* 39

Epitome Alexandri Magni vitæ 10

Epopeus rex Sicyoniorum 5

Epyrotarum origo 325

Epyrum occupant Turci 310

Epyrus 323

Equi eximij Thuringorum 71

Equitare Francorum exercitatio 129 *in ſanguine Saracenorum uſq; ad genua* 179

Equites aurei velleris 347 *Romani triginta proſcripti* 36

Equitum Magiſter Romæ 9

Equos velut tributum pendere 124

Equus Aiboini cadens immobilis 92 *cum tintinabulo in cauda* 308 *divo Martino donatus* 122 *phaleratus pignus amicitiæ Vladislao regi ad fugam donatus* 306

Eraclio patriarcha 228

Erardus dux de Marca 347

Eraſmus Roterodamus 342.347.350

Eraſmi Roterodami Annotationes in novum Teſtamentum 365 *epiſtola de cauſa Lutheri* 348 *epiſtola de vita Vuimphelingij* 362 *vita* 566

Eratus rex Sicyoniorum 3

Erbo comes cantilenis celebratus 185 *princeps Carinthiæ* 185

Erchenger dux decollatur 144

Erchinoaldus major domus 69

Erenburg 350

Eraburg caſtrum Saxonum 132. 150 *expugnatum* 455

Erichtonius rex Athenienſium 5 *cur draconeis ſingatur pedibus* 5 *quadrigam primus junxit*

Erina filia regis Græcorum 232

Ermelinda de genere Anglo Saxonum 98

Ermendingen vulgo im Schwaderloch 281

Ermengild filius regis Hiſpaniæ 93

Erneſti ducis Luneburgenſis confeſſio fidei 363

Erneſtus dux Alemannorum 165 *dux Auſtriæ* 306 *dux Saxoniæ* 327 *dux Sueborum* 208 *marchio Bajoariorum* 512

Erpheſſurt 196.259 *à Carolo obſeſſa* 277

Erphordenſis Academia fundata 283

Erꝛ Prieſter von Springe Hirtze *dux Anglorum* 276

Eruli unde dicti 75

Eſdras legem Iudæorum reſtituit 452

Eſchenvuege 514

Eſſelfeld civitas condita 408

Eslinga muro cincta 259 *à Friderico Auſtriæ duce obſeſſa* 269 *ſolvit pecuniariam pœnam* 275

Eslingenſis eccleſia Canonicis Sprenſibus data 237

Eſther hiſtoria quando acciderit 9

Ethespamara heros Gothicus 74

Ethicho Vuelphonum propagator 209

Etius patritius Roman. 79

Evadorum familia Gothica 74

Evangelia aurata gemmis ornata Cõſtans Romam miſit 116

Evangelium Ioannis quando ſcriptum 50 *Matthei inventum* 95 *Matthei quando ſcriptum* 50 *per civitates Iudææ prædicatur* 42

Eubolus Sophiſta 63

Euchariſtia olim Chriſtianis laicis in manus dabatur 88
Euchariſtia ſub utraq; ſpecie in Bohemia 294
Eucherius Chriſtianorum hoſtis 90
Eudoxa Auguſta obiit 90 *Genſericum in Italiam vocat* 93 *Heraclij imperatoris uxor* 114. 116 *Valentinians uxor* 92
Euermundus Gothorum dux 84
Euſemie S. villa 338
Eugenius invaſor imperij 78
Eugenius Grammaticus miles 86
Eunius Nummulus patricius 93
Eunuchos fieri prohibitum 49
Eunuchus Juliani Imperatoris pedagogus 63
Enodius Antiochiæ epiſcopus 44
Euphrates fluvius 31. 32. 265
Euricius Cordus medicus Marpurgenſis 362
Euriſtheus Mycenarum rex 2
Europa à Jove rapta 5
Euſebia Conſtantij uxor 63
Euſebij annales 1. ſcriptura corrupta 1
Euticetis hereſis 84. 115. 198
Eutropia Syrâ 59
Eutropius eunuchus 87. 90
Euxinum mare 264
Exactiones nimiæ ſeditiones movent 353
Exactionis Turcicæ impoſtura 313
Excidium Carthaginis 26 *Corinthi* 26 *Hieroſolymarum* 49. 380. 453 *Numantiæ* 28 *Trojæ* 452
Exdux Heinricus 191
Excommunicatio Heinrici quarti Imperatoris 170
Excommunicationis papalis effectus 508 *verbum ſcandala & bella peperit* 202
Exequiæ Attilæ 80 *Maximiliani primi imperatoris* 347
Exercitus glacie perit 295 *Chriſtum profitetur* 65
Exilium trecentorum triginta quatuor epiſcoporum 95
Eximperator Heinricus 191. 189
Expeditio in terram ſanctam 214. 215. 471. 472
Exundatio Tiberis 120

F

Faber ferrarius ex regis filio factus 25
Fabianus capitaneus 338. 340
Fabij trecenti ſex viri clariſſimi occiſi 9
Fabius bellum & pacem in ſinu ferens 19
Fabius Remi occiſor 8
Fabrica majoris Eccleſiæ Argentinenſis 257
Fabricij honeſta virtutis conſtantia 14 *integritas* 15
Fabricius de Columna 340
Fabri filius fit rex 254
Fabrorum collegium Norimbergæ Die Geißbärt 276
Faciem ferrie in acie 33
Falchenſtein 211
Falckenſtein ſub Camerarius 280
Falconis mons caſtrum 233
Faldulfus Carolo magno conſpirationem detegit 135 455
Faliſcorum oppidum 18
Fafara abbas ſit papa 189
Fames ingens 142. 163. 164. 180. 359. 459 *in Boemia* 468 *Chriſtianorum caſtris* 179 *in caſtris Friderici primi* 129 *in caſtris Saracenorum* 121 *in exercitu Romano* 17 *in Gallia* 252 *in Germania* 361 *in Italia* 93 *in Judea tempore Titi Veſpaſiani* 48 *in Syria* 44 *in oppido Nanſeio à Carolo Burgundiæ duce obſeſſo* 330 *Numantiæ* 27 *in Polonia* 268 *Romæ* 40. 46. 84 112
Fara mundus primus rex Francorum 66
Faſciæ albæ in cruribus Langobardorum 31
Faſcium conſularium dignitas 82 *uſus apud Romanos* 1
Faſtrada Caroli magni uxor 129. 400 *mortua & ſepulta* 135 *Ratolfi comitis de Orientali Francia* 114
Faſtradæ crudelitas in ſubditos 135
Fauni vicarij 76
Fauſtus Andrelinus 335
Fauſtulus paſtor Romulum & Remum ſuſcipiens 7
Feliciana Hereſis 402. 455
Felicitas ſanctæ 149
Felix Judææ præfectus 44 46. 380
Felix Manzius Anabaptiſta 354
Felt Langobardiâ lingua campus 90
Feneſtellæ portæ mors & ſepultura 41
Ferculum Attilæ 80
Ferdinandus dux Auſtriæ 351 *Annam regis Vngariæ filiam ducit uxorem* 348 *fit rex Bohemiæ* 355 *Imperator ejuſq; vita* 364 *regis Hiſpaniarum frater* 347
Fernandus ex damnato complexu Alfonſi genitus 313.
Ferruminis inventio 80
Ferrum quid regi ſignificet 80
Feſtus Judeæ Præſes 47
Feuda eccleſiaſtica 239
Feuda ne diſtrahentur cavetur ab Imperat. Friderico primo 218
Fide Concilij Baſilienſis mori 299
Fidelis ſervi exemplum 96. 97. 252
Fidon Argivus menſuras & pondera repperit 7
Filij bellum contra patrem 160
Filij impietas in patrem 440 *ejuſq; interitus* 476
Filij quinquaginta una nocte occiſi 5
Filimer rex Gothorum 72
Fiſtula primus uſus Romæ in theatro 39
Fladebeim 171
Flagellantes ex Thuſcia Argentoratum veniunt 257
Flaminia à Gothis vaſtata 78
Flammersheim regia villa 419
Flandrica à duce Ruberto occupata 41
Flandria lex de ſucceſſione magnatum 480
Flandriæ comes conſtituitur rex Græciæ 256
Flandriæ loca litorali à inundatione vexata 363

Flagellantium ſecta 273.274
Flavia Domicilla in Pontianum inſulam exilio atur 380
Flavica lingua 280
Flavij dicti reges Longobardorum 93
Flaerdingen urbs Freſia 461
Flegeus templum Delphis incendit 5
Flochberg caſtrum 214
Florentie 356 urbs Tuſcia 134
Florentini debellantur à Germanis 259 Guelphos ejectos reducunt 253
Floriani Imperatoris mors ſpontanea 38
Florus Alexandrie urbis procurator 93
Florus Judee præſes 380
Fluvius Adarna 399 Æantes 325 Æmathus 324. Albia 133. 135. 140. 402. 406 Albis 37. 126. 226 Alis 73. Alſa 62. 282 Altmona 135 Ambra 401 Amiſia 226 Anaſus 135 Anderna 133 Anienis 10 Aniſa 402 Anus 71 Aqua nigra 81 Araris 122 Arnus 290 Aroadi 387 Arula 262 Aſcava 203 Athefis 83 Bagrada 17 Berliad 328 Blavita 430 Boryſthenes 265 Bruſcha 255. 269 Camp. 402 Cydnus 31 Danubius 73. 74. 75. 77. 78. 81. 82. 128. 134. 135. 172. 211. 258. 265. 280. 326. 401. 566 Dranus 305 Dordonia 357 Drinus 325 Euphratis 31. 32. 265 Elleſtra 172 Enus 211. 212 Garunna 122. 125 Granius 11 Gulid 431 Gulla 133 Habola 404 Haſa 127 Hiberus 12. 407 Hiſter 329 Hora 133 Idaſpus 11 Ine 144. 437 Jordanus 379 Iſara 211 Iſter 72. 73. 156 Inſtrout 169 Iſtula 275 Kar 159 Kinzſche 251 Lemanus 335 Lacus 127. 134. 143 161. 212. 213. 441 Liger 86 121. 128. 411. 416 421 Lippia 134. 399. 400. Luppia 226 Luſinitius 293 Maſa 151 Matrona 122. 434. Medana 421 Milda 530 Mincius 80 Miſſaha 122 Mænus 122. 135 Mogonus 402 Moſa 153. 190. 336. 419. 424. 425. 434 Moſella 238. 330. Morava 324 Muſſaha 395 Neccarus 203. 269 Neoda 81. Nilus 245. 246. Obaccrum 395. 399. Odora 151 Oneſtrod 146 Orexartes 11 Ovacra 122 Padus 80. 109. 192. 194. 197. 217. 338. 355. 444 Raba 335. 402. 460 Radantia 135 Radniza 402 Rha 11 Rhenus 32. 37 66 91. 122. 128. 133. 151. 156. 187. 226. 243. 256. 262. 275. 282. 327. 331. 427. 459 Rhodanus 32. 66. 122. 335. Ryſa 262 Sala 128. 133. 137. 406 Sarnus 20 Sans 82. 326. 329 Scaldis 66 Sequana 121. 411. 428. 429. Serra 229. Sigo 459 Somna 331 Sonnus 83. 426. 427 Sunna 66. Thermodoon 73 Thilia 431 Ticinus 110 Tiſaha 136 Trebia 29. Tygris 31. 59 Tybris 364. 391 Vahal 129 Vaſenſis 78 Vaniſſa 325 Viſtula 71. 72. 128 Vnſtrode 148 392. 513 Vnala 425. Vnerna 202 Wirraha 203. 497 Vniſara 123. 132. 134. 136. 226. 398. 399. 401 Vuechara 387 Xadruna 325.
Fœdericus Conterinus Venetus 339
Fœmine Athenienſes triplici ſupplicio affecte 41 Gothice bellatrices 72. 73 in Bacchi exercitu 6 publicis conſultationibus adhibite 4
Fœmoralia clericorum 58
Folemar presbyter dux expeditionis Hieroſolymitane 174. 178
Folradus Capellanus 395. 396 398 presbyter 123. 132. transferens ſancti Viti corpus 153
Fons contra peſtem 352 olei tempore Auguſti 36
Fontanetb pagus inſigni prælio clarus 141
Forcheim 170. 539
Formoſus epiſcopus 133
Formula Anathematizationis hereſis 184
Forojulienſium ager à Turcis depopulatur 265
Fortune mutabilitatis exemplum 428 templum 65
Fortuna proſpera & adverſa uno die 59
Fortunatus poeta 385 ſanctus 87
Foſſatum à Cracovia verſus Bachiam 275
Fotiniana hereſis 198
Franci 79. 229. ab Hungaris victi 437 à Gothis caſi 84 à Romanis victi 66 92 à Saxonibus caſi 150. baptizati 384 bello ditati 127 Caſſinenſe monaſterium reſtituunt 109. fundunt Romanos 66 Germani 91. ob ligatis regem ex ſua progenie eligere 123 Orientales 128 pagani 66 pro dijs habiti 179 Sicambri 66
Francia rex occulte multas occupat urbes 331
Francigenæ qui dicti 68
Franckenberg arx 301
Franckenſtein 260
Francofordia à duobus Imperatoribus ſimul obſeſſa 268 ab Imperatore Gunthero obſeſſum 273
Francorum duces 87 equitandi ſtudium 129 leges diverſæ 130 origo 66 potentia Romanis & Græcis ſuſpecta 128 reges Merovingi 123 ſtrages ad Sueſſionis civitatem 454
Francos occidentales populos nominarunt Babylonici 179
Francus qualis amicus 128
Franciſci ducis Luneburgenſis confeſſio fidei 363
Franciſcus à Sickingen perit in obſidione 352
Franciſcus Petrarcha poeta floret 270 Picolomineus Cardinalis 324 rex Gallie à Carolo quinto victus 352
Frangentes panem, familia Romæ 247
Fraterne concordiæ exemplum 77
Frater converſus epiſcopum cultro perfodit 205
Fratislaus dux Bohemiæ 165 Lanceam Rudolphi regis adipiſcitur 171 Bohemiæ rex occumbit 174
Fratres minores 243
Fratricellorum hereſis 262
Fratricidium 29. 77
Freſia ab Heinrico tertio ſubacta 461 à Gotefrido Daniæ rege oppugnata 138 à Ruberto duce occupata 481. 682. confinis Flandriæ 481 provincia 128
Freſones Imperatori rebellant 196 in pugna contra Saracenos fortiſſimi 246
Friburgi vixit Eraſmus Roterodamus 367
Friburgum à Gunthero Imp. obſeſſum & expugnatum 273 obſeſſum ab Adolfo Imperatore 260 Delphinus petit 307
Fridancus hortatus venenum Gunthero Imperatori propinat 278
Friedebrieff 230

Fridegundis Hilperici concubina necat reginam 68 adultera 68
Friderici primi Imperatoris vita & res gestæ 215 secundi Imperator. vita & res gestæ 245. usq; 253. epistola ad principes Alemanniæ 247 obitus 252 tertij Imperatoris vita & res gestæ 306 obitus 333
Fridericus Austriæ dux Imperator eligitur 268 interemptus 251 juvit Papam è concilio Constantiensi fugientem 287 capitur 269
Fridericus Archiepiscopus à Moguntia excluditur 158 Burggravius Norimbergensis fit Marchio Brandeburgensis 290 Comes de Zolern Norimbergensium Burggravius 288 cum morso genu Landgrav. Thuring. 260 dux Brunsuicensis 317 dux Conradi regis filius 217. 219. 224 dux Saxoniæ elector 347 dux Suevorum 208. 229 dux Suevie Hierosolymam proficiscitur 214 Elector Saxoniæ 342. 343 Imperator servum se simulat 226 Imp. Vienne obsessus 315 Palatinus elector 318 Palatinus comes obijt 201 primus imperator excommunicatus 208 primus Imperator amne suffocatur 229 secundus Imperator fingitur redivivus 259 secundus Imperator pro causis frivolis & falsis excommunicatus 247 tertius Imperator cunctator 310. 327 Heinrici quarti filius in cunis vagiens eligitur in regem 233 Holstuch se dicit esse Fridericum secundum Imperatorem 259 Marchio Brandeburgensis in Concilio Constantiensi 290 marchio cognomento pinguis 308 marchio Misnensis ad imperium suscipiendum sollicitatur 273. 275 monoculus 208 rex Siciliæ in Imperatorem electus 239 senior dux Suevorum 188 Thuringiæ Landgravius 260
Fridigernus dux Wisigothorum 77. 78 heros apud Gothos 74
Frigus insolitum 223 intensissimum 497
Frisingensis civitas à Vuelphone destructa 210
Fritslar in Hassiæ confinibus 132
Frojaregis Galitiæ legatus 136
Fronto insignis orator 52
Fruges in arboribus 25
Frumenti quartale libra Argentoratense venditur 276 quatuor solidis empta 255
Frutices aquas putare 90
Fuldensis monasterij initium 454
Fulgentius episcopus claret 454
Fulco Andegavensis rex Hierosolymæ 228
Fulco predicator crucis 236
Fuldensis abbas Branto 460 Ecbertus 461. 465 Eppo 465 Ganguolfus 456 Godefridus 193 Hademarus 159. 441. 458 Haicho 437 Hatto 441. 458 Hilbertus 437 Rabanus 456 Richardus 460 Rohingus 461 Sigehardus 477 Sigeunart 460 Sigisfridus 465. 466 Sturm 455 Thiedo 457 Vualdo 456 Vuernher 458. 459 Vuideradus 466. 467. 511 Vuolffhelmus 193
Fuldense cœnobium deperit 339 templum S. Bonifacij fundatum 455
Fuldensem abbatiam multi monachi ambitiosè ambiunt 519
Fuldensium monachorum seditio 468 è monasterio discessus 469
Fuldensis Abbatiæ clades 468
Fuldensis abbas in decimationes consentire cogitur 487 in expeditione occumbit 511 cum Hildesheimensi episcopo ob sessionem concertatio 467. 468
Fuldensis monasterij initium 122
Fulgentius episcopus claret 55
Fulginos medicus 373
Fulmen ante Aurelianum cadens 58 ante Neronis mensam cadens 47
Fulmine multi exusti 460
Fulvia Romæ regnat 36
Fumonis Campaniæ arx 262
Funus Heinrici tertij splendidissimum 464 Heinrici septimi Imp. 387
Fuscus dux Romanus à Gothis victus 74

G

Gabinius præses Indeæ 32
Gajus nepos Augusti Hierosolymis adorare contemnit unde dira fames 40
Gajus Thoranius interfectus 55
Galatia ab Amazonibus possessa 73. à Romanis in provinciam redacta 37
Galbæ imperatoris vita & res gestæ 48
Galeacius vice comes Mediolanensis 334 Ludovicum in Italiam vocat 269
Galeri Cardinalitij 250
Galerus Armentarius 59
Galla Valentiniani filia 66
Galliæ calamitas 177
Galliæ regis in Imperatorem Ludovicum Bavarum improbitas 270
Galliæ rex in Hispaniam ducitur 239
Gallia Aquitanica 122 Belgica 122 Celtica 122. 152 Cisalpina & transalpina 32 Comata 39 Romana 438 ab Anglis occupata 275 à Romanis restituta 58 Romanis subjecta 37
Galli liber actuum 69
Gallicæ nationis mores & ingenia 122
Galli è Græcia pulsi 253 favent Heinrico quarto 191 Hannoniam irrunt 350 Romanis fiunt vectigales 39 Senones Romam occupant 9
Gallina aurea Carolo quinto ex India missa 351
Gallina duobus nummis venditur 258 marsupium evacuans 229
Gallinici Patriarchæ pium responsum 118
Gallograeci 324
Gallorum prælia cum Romanis 32 virtus in bello qualis 18
Gallus Hostilius Imperat. 57
Gallus sanctam cellam suam construxit 125 puellam liberat à dæmonio 69
Gambara mulier sagax 90
Gandavenses iniqui in Maximilianum ducem 333
Garda castrum 212. 129
Gardarich Gothorum rex 72

Garibaldus dux Taurinensis 95 occisus 96 seminator malitiæ & cædis author 96
Gattis tormenta bellica 220
Gaza vir doctus floret 333
Gebehardus episcopus profligit Hungaros 166
Gebehardus Imperatoris frater fit monachus 460
Geboardus Burggravius Magdeburgensis 236
Gegginen pagus unde 225
Gelasius damnat Imperatorem cum suo Idolo 200
Gelriæ duces 271
Gelriam Carolus Burgundiæ dux ab Arnoldo duce emit 327
Genas infantium ferro secare 76
Genealogia Christi iniquosetiam habet 233
Gegenbach monasterium 525 oppignoratum 283
Genofeva sancta 67 virgo Parisiensis 96
Genserichus a Leone Papa perterritus 93 persecutor Christianorum 91
Gentium ossa 72
Georgiani sub Turcis 314
Georgii Marchionis Brandeburgensis Electoris cõfessio fidei 362 Castriotis Scanderbegi Historia 323.324 Sancti caput repertum 123
Georgius Abrenberg dux militiæ insignis 355. 356 Benignus Archiepiscopus Nazarenus 358 Despota Serviæ 303 Hemburg Legatus Imperatoris ad papam 312 Patriarcha hæreticus 109 Strifius nepos Scanderbegi ex sorore 324 Vella fluvius 333 comes de Velentz Præses Spiræ 268 dux Bavariæ 336 dux Palatinus 359 dux Saxoniæ 366 Marchio Brandeburgensis magister Ordinis Teutonici 362
Gepanta ad Theiß pugna 72
Gepidia regio 74
Gepidorum gens 72 à Gothis victa 76 Hunos vincit & servitutem exuit 81 possidet Daciam 74
Gerhardus Elten de Colonia Magister noster 321. 322
Gerlacus comes de Nassau Pontificius Capellanus 273
Germania à Bohemis vastata 324 onerata à Papa 317 rei frugi inventrix 309
Germaniæ ecclesiæ non cadunt in commendas Cardinalium Romanorum 311
Germania laus a religione 234
Germaniæ nationi gravamina 349
Germaniæ pars a Gothis occupata 74 res inquietissimæ 251
Germani ad fidem versi 388
Germani à Romanis pressi & victi 37. 49. 53. 55 Franci dicti 91 juxta Rhenum 66 Papæ suspecti 193 unde sic dicti 66
Germanorum feritas 57
Germanorum in Palæstina dispersio 182
Germanorum prælia cum Romanis 32
Germanorum roboris vis Romanis probata 228
Germanus episcopus excommunicat regem ob duas sorores ductas 68
Geroaldus Bavariorum præfectus 136
Germersheim habitatio præsidis Spirensis 268
Gero comes tot victoriis quot pugnis clarus 160 Vandonem in Duello occidit 459
Geroldus Bajoariæ præfectus 128
Gerolzeck in Vogaso 255
Geronis comitis filij defensores patriæ 525.130
Gerontus comes 90
Gerson Theologus floret 284
Gersunda Caroli magni Concubina 129
Gerstengun villa in confinio Hassiæ & Thuringiæ 493
Gertrudis præpotens viduam Saxonia 196
Gertrudis sancta virgo 69.70. obyt 117
Gervasij ossa 89
Gessius Florus præses Judeæ 47
Geta populi 76. laudati 72
Getulorum latrocinia 48
Gibelini Imperatori adhærentes 249.266
Gibichenstein castellum 166.468
Gildo Africæ comes cum provinciam occupat 90
Gisela Caroli magni filia 129 baptizata 133 soror Caroli magni 129 imperatrix 165. obit 461 Vngariæ regina 164
Giselbertus dux Belgarum 153. 158 dux Lotharingus 144.152.154.177 contra Ottonem Imperatorem 158.438
Glaciesmiræ magnitudinis in episcopatu Trevirensi 201
Gladys quam linguis incipere melius 161
Gladios accingere juvenes 227
Gladius Attilæ regis 483 Gedeonis seditiosorum 353 Martis 77 sine capulo 158
Glapion Franciscanus adversatur Oecolãpadio 365
Glanzenberg arx vastata 280
Gluchein Thuringia absidetur 173
Gloggenburg arx destructa 280
Gloriam excelsis cantandam institutum 58
Gloisuinda regis Francorum filia 91.92
Gneus Pompeius fugiens 34
Gnosus condita 4
Guido Imperator moritur 433
Goar sanctus claret 114
Godolanda provincia 90
Golgotha ecclesia 188
Gordia sit Christianus 87
Gordiani Imperatores creati 55
Gordiani martyrium 132
Gordianus pater & filius occisus 58
Gorgonis ossa 128
Goslaria 474 regni & imperatorum domicilium 479
Goslarienses vexantur à præsidio in Hartesburg 496
Gotebertus filius regis Longobardorum 95

Gots-

Gotefridi ducis Lotharingij expeditio in terram ſanctam 174.175.&c. ſortia 148
Godefridus comes Freſiæ 461 dux de Bulion capit Hieroſolymam 228 dux cum multis alij Hieroſolymæ peſte conſumitur 180 dux Lotharingiorum rebellis 166 Heinrico quinto rebellis 196 Italiam turbat 463. obit 477 gibboſus dux Lotharingiorum 477 nobiliſſimæ indolis juvenis dux Lotharingiæ 461 Nortmannorum rex rebellat 426 baptizatus 425 moritur 427 rex Daniæ cum Carolo Magno congredi præſumit 138 interficitur 128 408
Gotehild regina 67
Gotehildæ regis Burgundionum neptis 67 & Chriſtiana variaq; ejus fortuna 67
Goteſchalck presbyter dux Hieroſolymitanæ expeditionis 174.178
Gothia Dacia 74
Gothi 128 ab Hunnis expulſi 85 ab Illyrico expulſi 453 ad fidem verſi 386 Africam vaſtant 383 Arriani 91 à Romanis victi 56.58.85.90 bellandi cupidi 82 contra Satagas 81 ſacti Arriani 71. 453 Francorum terras depopulantur 74 gens bellicoſa 229 Italiam vaſtant 90. 383 Illyricum devaſtant 81 martem venerabantur 72 occupant Pannoniam 91 omnibus Barbaris ſapientiores 72 Pannoniam occupant 81 Romanis fœderati 75 Scythæ dicti 72 ſub Hunnorum imperio 76 Tiraciam depopulantur 383. occupant 71 Transpadani 84 ubi habitarint 66 vincunt Spalorum gentem 72 urbes Epyri ſolo æquarunt 324 ut pecora venundati. 90
Gothiſcanzia inſula 72
Gothorum cooperatio in Conſtantinopoli condenda 75 gẽs ex Italia pulſa 89 Heroes, vide Heroes 74 origo 89 philoſophi 72 ſcriptor Albavius 72
Gozelo Lutheringorum dux 165. 494. 512 517. comitẽ Udonem occidit 460 obit 461 fœde occiditur 524
Gozuuin comes tyrannidem exercens 168
Græcæ literæ inventis 452
Græcè ſcire hæreticus eſt 348
Græcia quando frugibus uti cœperit. 2. 4. ſegetes habere cœpit 451 ſub Turcarum Imperio. 265 tota ab Imperatore Turcarum occupata 282 uncendi ſta. 3
Græci cum Latinis de proceſſione Spiritu ſancti concordant 254 gulæ dediti 122
Græcorum gens doctiſſima & ſapientiſſima 250 & Beneventorum confinia 128 Legati ad Heinricum quartum Imper. 172
Gracchorum ſeditiones Romæ 28
Gracchus occiſus 28
Gragias ſtatutis apponere 238
Grammatica Germania 131
Granata olim Betica 263
Granatæ civitates & arces abſorptæ 352 regni incolæ ad fidem Chriſti compelluntur 336
Grando dira in Epiſcopatu Halberſtadenſi 318
Granſe Lotharingiæ occupatur à Carolo Burgundo 329
Graſcaf in Weſtphal. 521
Gratiani Imperatoris vita & res geſtæ 86 Decreta 212
Grebelius anabaptiſta 354
Gregorii Papæ libri Dialogorum 387
Gregorii presbyteri viſio 177
Gregorius ex prætore monachus 88 Heymberg Doctor 319 libertatis amator 313 Nazanzenus claret 86 Papa correctionem inſtituit morum Cleri & populi 230 papa excommunicat Leonem Imperatorem 208 moralia ſcribit 512 Nyſſenus 86 Turonenſis claret 111
Grimoaldi regis obitus ex rupta vena 97
Grimoaldus dux Beneventanus 95 occidit Gotebertum 96
Grimon præpoſitus Vrſpergenſis 237
Gripho Caroli Martelli filius 121 Bavariam occupat 123 in cuſtodia detinetur 121
Griſea ſecta 297
Groſſani Arabes vaſtant Hieroſolymam 251
Grysler tyrannus in Helvetia 238
Gualterus de Gerolzeck bellum gerit contra Argentinenſes 215
Guido Bonatus Aſtrologus 211
Guntrammo regi theſaurus in ſomno oſtenditur 68 ejus obitus 68
Guilielmus Cerverius Princeps de Servia 349
Guilielmus Landgravius Haſſiæ 336 Occam Papæ conatum improbat 269 Pictavienſis Hieroſolymam proficiſcentium dux 181
Gunthari epiſcopi Babenbergenſis dotes animi & corporis 413
Guntherus comes Schvvarzburgenſis eligitur in Imperatorem 273
Gunterus Eremita 466
Gutenberg domus in qua inventa ars typographica 309
Gygantes nati 451
Gymnoſophiſtæ Indi 11

H

HAalon Tartarus Perſidem ſubegit 254
Habinoberg monticulus 225
Habino dux Auguſtanorum in Vindelicia 225
Habſpurgenſium duo Imperatores electi 258
Hademarus Epiſcopus generalis cruciferi exercitus præfectus 176
Hadoloha locus Saxoniæ 136
Hadrianopolis 71 à Turcis capta 264
Hadriani Imperatoris vita 51 moles 316
Hadrianus papa muſca cruciatur 221
Hæmon rex Theſſaliæ 4

Hereſis Acephalorum 454 Adamitarum 294 Albatorum 284 Anthropomorphitarum 453 Arriana 198 Cataphrygarum 453 de Chriſti humanitate & divinitate 109 Enticiana 198. 383 Feliciana 402. 455 Fotini 198
Hereſis Fratricellorum 262
Hereſis Henriciana 189. 190 Manichæorum 453
Hereſis Neſtoriana 454 Novatiana 453 Pelagiana 454 Sabelliana 193. 453 Wetzilonis Archiepiſcopi Moguntini 173 Vuigbertina 189
Hereſis quando in papa eſſe dicatur 198
Hæretici militare prohibentur 88. qui ſint Romano judicio 348
Haga comitis Holandiæ mulieres ſeditioſæ 352
Haganoja 255. 259
Haganoja caſtrum 233
Haga Teutonice circuli regionum 127. 128
Hagenbach tyrannus decollatur 328
Halberſtadenſis Epiſcopus contra Heinricum quintum dux belli 196 pallium conſequitur 463
Haleces octo uno venduntur nummo Argentinæ 258
Haldinburg caſtrum prope Argentinam 235 ſolo æquatur 255
Hallou juxta Moſam 425
Hammerſtein caſtellum 207. 478 reſtauratum 480
Hamilcar dux Carthaginenſ. occiſus 18
Hamo aureo piſcari 38
Hammanus Offenburgius conſul Baſilienſis 301
Hanala heros 74
Hanebaldi nobiliſſ. Romani 266
Hannibal pro Carthaginenſibus Romanos oppugnans 16. 17. 19 20 &c. oculum amittit frigore 20 ſepteſia emollitus & victus 21.
Hanno dux Carthaginenſis 16 in locum Hannibalis ſubrogatus 17
Hannonia à Gallis vaſtata 350
Hanſtein arx 284
Harelungi 157
Hariſtallum caſtrum 212 urbs 153
Haripertus Pergamum expugnat 110
Hartesburg 485 &c. funditus evertitur 500
Hartungus comes occumbit 187
Haudrubales Carthaginenſium duces 17. 25
Haudrubal capite damnatus 17 Romanis ſe ſubjicit 26 ejus uxor ſeipſam cremat 26
Hatugato Saxo miles pater patrum 147
Hatto Archiepiſcopus Moguntinenſis aſtutus proditor 143
Hattonis Archiepiſcopi dolus cum torque aurea 149. 150
Hebionei hæretici 53
Hebubar ſucceſſor Mahometi 115
Hechinga ſub arco Hohenzorn ſita 253
Heidelberga 365 arx 319
Heilbrunna libertate municipali donata 259
Heimenburg caſtellum 492. 493
Heimenburg urbs Marchiæ 168
Heinriciana hæreſis 189. 190
Heinrici Bullingeri teſtimonium de Ulrico Zuinglio 364
Heinrici epiſcopi mirabilis obitus 555
Heinricorum de Guebelinga familia 249
Heinricus Anceps à quibuſdam non annumeratur Imperatoribus 232
Heinricus de Haſſia floret 276
Heinricus Gürtelnopff Gardianus 258
Heinricus Heinrici primi Imperat. filius 155. 156
Heinricus Heinrici tertij filius rex coronatur 463
Heinricus dapifer de Walpurg 235 comes Beringenſis 202 comes dominus Hieroſolymitanæ de feneſtra cadit & moritur 232 comes Luzelburgicus Imperator 265 266
Heinricus comes de Toingen 224
Heinricus comes de Veringen 224 de Auſtria frater Luipoldi 215
Heinrici Craſſi comitis miſer interitus 185
Heinrici ducis Vuelphonis fratris res geſtæ 212. 213
Heinricus dux Bajoariorum 458 dux Bavariæ Welphonis filius 210 dux Bajoariæ imperij invaſor 459. obijt 458 de Auſtria dux & Marchio 216 do Saxonia dux Bavariæ 216 dux Brunſuicenſis 259. 347 dux Forojulianus 128. 136 dux Lotharingicæ partibus Heinrici quarti favet 190
Heinricus Saxoniæ dux 144. 223. 232. 273 rex eligitur 437 à Conrado declaratur Imperator 150 Illuſtriſſimus 149 perfidè agit cum Friderico Imperatore 226. 227
Heinricus junior dux Saxoniæ 273 filius Friderici primi Imperatoris dux Suevorum 227 Landgravius Thuringiæ 253 cognomento Raſpen 258 Marchio in Saxonia potentiſſimus obijt 185 marchio de Andechſe 237 Palatinus comes 174 dux Lotharingiæ uxorem occidit 467 ſuadente diabolo fit monachus 465 primus Imperator cur anceps dictus 150 vita & res geſtæ 150 ſecundus imperator ejuſq; vita 163 ſecundus obijt 460 tertius imperator 460 ejus vita 156 quartus imperator à filio captus 188 quartus ad tranſactionem belli Saxonici perſuaſus 499 à Paſchali PP. excommunicatur 184 à tribus Pontificibus excommunicatus 184. 524 Archipirata & hæreſiarcha dictus 192 aſtu conatur Saxoniam ſubigere 516 ex imprudentia in ſummo periculo 516 implacabilis 516 in vitæ diſcrimine 467 nuptias celebrat 475 omnibus invisus 495 primum armis accingitur 471 Principibus ſit ſupplex 495
Heinricus quartus Principum auxilia implorat contra Saxones 491. 492 Sepulchrum Domini viſitare inſtituit 185 ſollicitat Luitrios in Saxonia 493 matri ſubtrahitur 167 repudiat uxorem 475. 476. 477 &c.
Heinrici quarti cadaver ſeviſſiam patitur 192

Heinrici conſiliarij quales 529 Exequiæ & ſepultura 195 fuga 530 fuga ex arce Hartzburg 491 ingenium 529 iræ in Saxones implacabiles redintegratæ 524 literæ ad Imperij ſtatus 190 nimia inclementia 510 obitus 191 pœnitentia 170 vita, bella & res geſtæ 167. 468 uſq; ad finem libri

Heinrico quarto adhærentes 192 à Rutenorum rege ingentes diuitiæ offeruntur 506 dies dicitur Romæ 323 obiecta crimina 485 principes denegant auxilia 497

Heinricus V. Imp. contra patrem bellum machinatur 186 in Auguſtum conſecratus & coronatus 194 patre degradato deſignatur 189 Iacobo Patriarchæ comparatus 194

Heinrici quinti Imper. lugubris clamor ſuper patre 187 profeſſio fidei 195 vita & res geſtæ 175. 176. 186 187 obitus 207

Heinrici ſexti Imp. vita & res geſtæ 232

Heinr. VII. Imp. uxorẽ duxit 247 veneno perit 310

Heinrici ſeptimi Imp. vita & res geſtæ 265

Heinricus rex Clericorum 251

Helarianus patricius Romanæ 87

Helbericus regis Francorum filius 92

Helena 59. invenit crucem Chriſti 61. 62 Adiabenorum regina 44 concubina Conſtantij 383 Conſtantini concubina 60

Helena quo anno rapta 6

Helia Hieroſolyma 51

Helice urbs terræmotu abſorpta 10

Heliodorus Hieroſolymæ templi theſaurum ſpoliare præſumit 23. 24

Heliogabalus imperator 54

Heliopolis 24

Heliſæi prophetæ oſſa 94

Hella Attilæ filius 81

Helleſponticum fretum 75

Helmichus occidit Alboinum regem 92

Helt prunna 365

Helvetiorum bellum cum Auſtriæ domo 335 fœdus cum Sigiſmundo duce Auſtriæ 328 inſignes aliquot victoriæ 281

Helvia mater Ciceronis 29

Hemeradi miracula in Haſengun 486

Hemma Ludovici Imperatoris uxor 422

Heraclianus Africæ comes Romam depredandum venit 90

Heraclij imperatoris vita 114

Heraclonas naſo truncatus 116 regni invaſor 95

Heraldus ducis Lotharingiæ bellum denuncians 327

Herberhardus comes potentiſſimus Franciæ 144

Herbipolenſis epiſcopus occiſus 238 vide Vuirtzburgenſis 238

Hercules Alexandri filius 13 cognomento Definans 6 contra Amazones 73. flammis ſe injecit 452

Herculis filius Telephus 73

Herculius Maximianus 60

Heregiſus dux Beneventorum 403

Heremitarum interceſſio pro peccatore 113

Heresburg caſtrum 398. 399

Herfeldenſe monaſterium ſub Iuriſdictione Roman. pontif. 465 extruitur 454 incenſum 460

Herfeldenſis Abbas Arnoldus 460 Bardo 460 Balthart 455 Bernhardus 459 Brunnuart 456 Bun 456 Drugo 456 Egilolph 458 Hagano 451 Hagatio 442 Harderat 456 Godehardus 459 460 Gozbertus 458. 459 Guntherus 458 Henricus 486 Megingoz 417. 458 Meginherus 460 465 Toiethardus 457 Rudolphus 466 Ruthardus 466. 486. 505

Herfeldenſis Abbas conſentit in decimationis ſui certis conditionibus 467

Herimannus comes de Glitzberg 516

Herimannus dux Alemannorum 165

Herimannus dux Saxoniæ contra Imp. Heinricum quartum 489 Luneburg obſedit 492 dux Suevorum ditiſſimus 159 presbyter in monte Oliveti 184

Heriſtal apud Vuiſaram 118

Hermannus comes de Glitzberg 512 contra Henricum monachus doctiſſimus 167 dux Germanorum 226 dux Suevorum 156 à Saxonibus rex conſtitutus 172. 173 moritur 173

Hermannus Landgravius Thuringiæ 232. 238 Landgravius Haſſiæ 327 marchio Badenſis 229

Hermanni epiſcopi Babenbergenſis indignum factum 507

Hermanſaul 398

Hermantia Stiliconis filia Honorio copulata 70

Hermaphrodita monachus 338

Hermenricus an apud Attilam exul fuerit 85 quando Gothorum rex 85

Herminigildus ob fidem occiſus à patre 113

Hermetis Liber Paſtoralis 380

Hermolaus ab Alexandro occiſus 11

Hermolaus Barbarus floret 333

Herodes ab Angelo percutitur 44. 379 Idumeus ſit rex Iudæorum 38 Lugdunum relegatur 43 magno cruciatu moritur 40. 46 occidit infantes 40. 379

Herodiades Ioannem Baptiſtam necat 379 Arethæ regis filia 41

Herodiadis amor conjugalis 43

Herodis & Aretæ ſimultas unde 41 filij 40 res geſtæ 38. 39. 40 tyrannis in conſanguineos & domeſticos 379

Heroum Gothorum genealogia 74. 75

Heruli 79. 89. 94 à Gothis victi 75 nudi pugnabant 90 ſedibus pulſi 71. 72

Heſſo Scholaſticus 210

Hevelli Sclavi 254

Hexameron Concilij 199

Hiemeleuna caſtellum 155

Hiems dura & nivoſa 166 duriſſima 455 lenis & peſtilens 174 molliſſima 407

Hieroglyphicum ſilentij 3
Hirene Conſtantini filia 120 *Imperatrix Conſtantinopolitana* 132 *ejus legatio ad Carolum Magnum* 137
Hieronymus apud Bethlehem claret 861.383.453 *librum de viris illuſtribus ſcribit* 89 *presbyter obijt* 91383
Hieronymi expoſitio in dictum Hieremiæ Nolite confidere &c. 317
Hieronymi de Praga encomium 292
Hieronymus de Praga condemnatur & comburitur 289 *Alexander contra Lutherum* 343 *Savonarola & ejus doctrina* 334
Hieroſolyma Helia dicta 51. *capta ab Antiocho* 23 *à Chriſtianis capta* 178 *à Coſdroe Perſa capta* 114 *à Großanis Arabis vaſtata* 251 *à Nabuchodonoſor everſa* 8 *expugnata à Pompejo* 32 *à Ptolomæo Lagi filio occupata* 12 *à Saladino Perſarum rege* 228. *obſeſſa* 27 *duplici jugo gravata* 176 *expugnata* 49 *uno anno bis capta* 179 *deſtructa* 380 *reſtaurata* 71 *reſtituitur Chriſtianis* 248 *quomodo in poteſtatem Latinorum venerit* 228
Hieroſolymitanæ civitatis claves Carolo miſſæ 404 *Hieroſolymitana profectio* 247. 471 *ejuſque cauſa & ſucceſſus* 175. 176. *&c. Bernhardo divo inſtigante ſuſcepta* 214 215 *Cruce ſignatorum* 231 *Epiſcoporum* 168 *Petro Monacho duce* 174 *ſub Guilelmo Pictavienſi* 181. 182. *&c. tempore Philippi imperatoris* 236
Hieroſolymitanum regnum à Saracenis occupatum 228
Higinus polyhiſtor claret 39
Hilarius doctiſſimus epiſcopus moritur 383
Hildibertus rex Francorum ordinat Taſſilonem regem in Bavaria 94
Hildebrandi Papæ ita & virtutes egregiæ 171
Hildebrandus papa deponitur 172
Hiltibrandus dux Spoletanus 133.400
Hildigart Caroli magni uxor 129. 400. 455. *obijt* 434.400
Hildericus rex epiſcopos ab exilio revocat 96
Hildericus tonſus in monaſterium ex rege fit monachus 455.70.124
Hildericus ultimus ex antiquo Francorum regno 70
Hildesheimenſis concertatio cum abbate Fuldenſi 467.468 *epiſcopatus inſtituitur* 456
Hildibertus Archiepiſcopus propheta 155
Hilnachiæ naves rotundæ 229
Hippolyte à Theſeo capta 73
Hirmingarda Hugonis comitis filia 139
Hiſpalis urbs Beticæ Hiſpaniæ 352
Hiſpania à Carolo magno devicta 127. 133 *à Francis debellata* 403 *à Romanis ſubjecta* 452
Hiſtriones rejecti 166
Hitta Pipini uxor 117
Hochſtratus contra Reuchlinum 358
Hochſeoburg caſtrum 122
Hoenburg in Thuringia 493
Hæſt oppidum ad Mænum 319
Hogiar comes Mansfeldenſis 198
Hoeburi caſtellum à Vuilcis captum 138
Hohenburg contra Danos extrahitur 456
Hohenzorn arx apud Hechingen 283
Hollandi ab Imperatore Henrico ſubacti 205
Holandiæ loca litoralia inundatione vaſtantur 363
Hollenden caſtellum Giſonis comitis 496
Holofernes à Judith decollatus 8
Homeritæ Indi 89
Homerus quando fuerit 7.452
Homines unde & ubi ſeniores 89 *ſylveſtres ex nova terra allata* 337
Hominium 209
Honfridus de Moreal 230
Honoria Valentiniani Imperat. ſoror ambit connubia Attilæ 80
Honorij Papæ vaticinium de recuperanda Hieroſolyma 244
Horatius Flaccus poeta natus 30 *moritur* 39
Hordei inventio 3
Hornburg caſtellum deletum 296
Horologium artificioſe fabrefactum 138.406
Hortenſius quando floruit 58
Hoſpitalarij 229 *de domo ſanctæ Mariæ Teuthonicorum* 248 *divitijs Templariorum aucti* 263 *Hieroſolymitani* 245
Hoſpitale ſanctæ Jacobi apud Baſileam 307
Hoſpitij ſancti proviſio 386
Hoſtfali 400
Huch primus abbas Premonſtratenſium 213
Hugelinus de Arania 247
Hugo abbas Cluniacenſis 190
Hugo Blancus Papã accuſat coram Imperatore 524
Hugo Caroli magni filius 129
Hugo comes Arelatenſis 152 *comes Palatinus de Toingen* 224 *Lotharij filius regnum invadit* 426 *ei oculi eruuntur* 427
Hugonis ſcommata in Saxones milites 159
Huldinus Hunorum dux 90
Huldrichus Zuuinglius 350
Humilitas Nobilitatis ſoror 298
Humiliati fratres 243
Hunericus abbas legatus Taſſilonis 134
Humbertus diaconus lectionem non Romano more cantans 166
Hunoldus dux Aquitaniæ 126 *ſeditioſus* 132
Hungaria à Turcis vaſtata 355
Hungariæ urbes occupat Conradus Imperator 460
Hungariam cum exercitu intrat Conradus primus Imperator 460
Hungari ab Alemannis & Bajoarijs cæſi 144. 460 *à Carentanis cæſi* 439 *à Conrado imperatore victi* 461 *ab epiſcopo Gebehardo cæſi* 166 *ab Henrico primo cæſi* 154 *ab Ottone primo cæſi* 155. 156. 161. 162. 441. 458 *in Alemanniam irruunt* 437 *Alſatiam vaſtant* 437 *Germaniam vaſtant* 143 144. 438 *vaſtant Franciam* 437. 457 *Longobardorum fines vaſtant* 435

Hungari Rome agunt magnâ tyrannide 282 vastant Saxonum 457 in Pannoniam veniunt 430 quantam cladem Germaniæ dederint 149 Scytharum progenies 429 suum regem Teutonibus imperare difficulter admittunt 304
Hungarorum irruptio 429 in Bavariam 161
Hungarorum sævitia in Gallia 441
Hungarorum sævitia tempore Arnolphi Imperatoris 142
Hungaros inter & Brittones quid confligendo interfit 430
Huniades & Janeus victor Turcarum 324
Hunni 89 à Pipino fugati 136 Bajoarijs contermini 127 Bulgaros superant 390 fiunt Christiani 141 Gothos propriis sedibus pellunt 383 juxta Bosphorum 96 vincunt Gothos 76
Hunorũ clades maxima 127 gens ferox ejusq; origo 76 impetus in Gothos 70 Legati Vuormatiæ 135
Hunnorum terræ descriptio 127
Huttenus eques Francus 347
Hyberi Georgiani 314
Hydruns expugnatur à Turcis 265. 332 à Christianis recuperatus 332
Hyems magna 438 asperrima 497
Hymen vox nuptialis 3
Hypapante festum purificationis 88
Hyperborei loci 91
Hypogothi 91
Hippoliti episcopi circulus Paschæ sedecennalis 55
Hypolitum S. urbs 308
Hyrcani factum memorabile 22
Hyrcanus Dux, Pontifex & Propheta 26. 27

I

Iaca Persa 323
Jacobus Apostolus Hierosolymitanus episcopus 42. occiditur 43. 379. 380 patronus Hispaniarum 347
Jacob descendens in Ægyptum 3 mortuus 3
Jacobus de Emps 338. 339. 340 Marchianus ordinis minorum professor 304 Salviatus consobrinus Pontificis 357 Spiegellius Imperatorib. à consilijs 363 Spenger de ordine prædicatorum 321 Sturmius de Argentinensibus optime meritus 328 Trivultius 338
Jacobi Vuimphelingij vita 348. 362
Jaddus pontifex Judæorum 12
Janiculus mons 8
Jani portæ gemine Romæ clausæ 18. 19. 37. 39 apertæ 37. 40
Ianua civitas 239. 266
Januarius incipit annum apud Romanos 379
Ianuenses à Gallo ad Cæsarem deficiunt 350 fidi in Imperatorem 248 tumultuantur contra Venetos 453
Ianus primus rex Italiæ 6
Iason Mainus eques Romanus IC. 334
Iason Pontifex Judæorum seditiosus 24
Iber dux Vuinnilorum 90
Iconium urbs 239
Iconomachia 120
Idaspes fluvius 11
Idolum in cathedra Petri 290
Idumea unde dicta 2
Idus Martij Cæsari fatales 35
Ihesuatorum secta 276
Iecinora Scarorum 48
Iejunium in castris 165
Iejunium quando Romano more celebrandum 186
Iella Castrioti filia 323
Iesaiæ vaticinium de novo templo 34 de virginis partu 7
Iesus quidam magicus regna quædam sua ditioni subjecit 253
Iesu Syrach quando librum conscripsit 11. 452
Igni cœlesti viginti tres villæ consumtæ 140
Ilia virgo vestalis viva defossa 7
Illigneis foliis conscriptus liber 250
Ilium à Gothis devastatum 75
Illyricum à Turcis tentatur 326. occupant Gothi 81
Imagines corpus Formosi detruncati salutant 143 Sanctorum Constantinopoli concrematæ 129. 492 truncatæ 176
Imberbes Hunni unde 76
Imiza de castro Glizberck 209. 210
Immid Historia 185. 186
Immindingorum tribus de Saxonia 185
Imminitas Electorum principum 279
Imperatores Adolfus 260 Albertus primus 262 Albertus secundus 304 Alexander 142 Anastasius 83. 384. 454 Anastasius Anthonius 120 Anastasius Arthemicus 110 Antoninus Caracalla 54 281. 453 Antoninus Pius 51. 380. 453 Antoninus verus 52. 380 Arcadius 90. 454 Arnolphus 142. 143. 457. 434. Augustus Octavius 35. 379 453 Augustulus 94. 95 Aurelianus 58. 382. 453 Aurelius 54. 381. 453 Caligula 43. 379. 453. Carolus Crassus 141. 457 Carolus magnus 137. 455 Carolus quartus 271. 272. 274 Carolus quintus 347 Carus 59. 382. Claudius 58. 381. 453 Claudius 44. 379 453 Commodus 52. 380 381 453 Conradus primus 144. 457. Conradus 164. 253. 253. 460 Constantinus 60. 75. 97. 110. 382. 453 Constantinus Copronymus 121. 124 Constantinus Heraclij filius 116. Constantinus Palæologus 310 Constantinus Pogonatus 117 Constantius 62. 382. 453 Constans filius Constantini 116 Decius 561. 381 Domitianus 49 380. 453 Dioletianus 59. 60. 382. 453 Emanuel 228 Ferdinandus 364 Florianus 58. 382 Fridericus primus 215 Fridericus secundus 245 Fridericus tertius 306 Galba 48 Galerius 60. 453 Gallienus 75. 383 Gallus 57. 75. 381. 453 Gratianus 70. 86. 383 Gordianus 55 381. 453 Guntherus 273 Hadrianus 51. 380. 453 Heinricus Clandus 163. 459. 460 Heinricus primus 150. 457 Heinricus tertius 167. 460. Heinricus quartus 165 463 Heinricus quintus

Heinricus Sextus 232 *Heinricus Septimus* 265 *Heliogabalus* 54. 381 *Hermannus* 172 *Heraclonas* 95. 454 *Heraclius* 95. 114. 454 *Honorius* 87. 89. 90. 78. 383 *Ioannes* 303. 304 *Iovianus* 65. 453. *Iulianus* 63. 383. 453 *Iulius Cæsar* 34. 453 *Iustinianus* 84. 384. 454 *Iustinianus* 96 91. 110 *Iustinianus filius Constantini* 118. 119 *Iustinus* 83. 96. 384. 454 *Iustinus minor* 88. 92. 93. 111. 385 *Leo* 111. 119. 138. 142 *Leo sive Leontius* 118 *Leo Bessicanus* 93 *Leo Constantini filius* 133 *Leo Isaurius* 120 *Licinius* 57 *Licinius Galerius* 60. 382 *Lotharius* 140. 209 *Ludovicus Bavarus* 268 *Ludovicus Pius* 138. 139. 256 *Ludovicus secũdus* 141. 457 *Ludovicus tertius* 143. 457 *Macrinus* 54. 381. 453 *Marcianus* 92. 80. 383. 454 *Mauritius* 53. 95. 112. 454 *Maximianus* 59. 60. 75. 382. 453 *Maximilianus primus* 333 *Maximinus* 55. 381. 453 *Michael* 138. 141 *Michael Palæologus* 253 *Mitius sive Mezentius* 116 *Nepos* 94 *Nero* 46. 380. 453 *Nerva* 50 380. 453 *Nicephorus* 138 *Otho* 48 *Otto primus* 155. 457 *Otto secũdus* 163. 458 *Otto tertius* 163 *Otto quartus* 231. 238. 245 *Pertinax* 53. 381. 453 *Philippicus* 110. 119. 237 *Philippus* 56 75. 381. 453 *Phocas* 95. 113. 114. 454 *Probus* 58. 382. 453 *Rudolfus* 257 *Ruperius* 284 *Severus* 53 381. 453 *Severus Alexander* 55 *Sigismundus* 285 *Tacitus* 58. 382. 453 *Tyberius* 40. 110. 111. 379. 453 454 *Tyberius Apsimarus* 118 *Tiberius Constantinus* 93. 454 *Theophilus* 141 *Theodorus* 253 *Theodosius* 87. 88. 89. 78 110 383. 454 *Theodosius Atramytenus* 120 *Theodosius Iunior* 91 *Trajanus* 50. 380. 453 *Valens* 70. 77 85. 383 *Valentinianus* 65 91. 92. 383. 453 *Vespasianus* 48. 380. 453 *Vitellius* 48 *Volusianus* 57. 75. 381. 453 *Wenceslaus* 281 *Zeno* 82. 384 454

Imperator Romanus non eget Papæ assensu 271 *electionem Papalem confirmat* 487 *Principibus sit supplex* 495 *vapa vescitur* 258 *terrenus Deus* 78

Imperatore ambulante qualis ordo in processione Principum 279

Imperatores duo de Diademate certant 235 *quatuor Spiræ sepulti* 207. 208

Imperatoris authoritás in confirmando Papa 136 *Ludovici pii* 139 *Lotharii primi* 140 *Heinrici tertii* 166. *Heinrici quarti* 169 *Friderici primi* 222. 225 *Heinrici quarti* 488 465 *Heinrici tertii* 461. 462 *Ottonis primi* 444

Imperatoris & sacerdotis differentia 89

Imperatori Romano Roma interdicitur 275

Imperatorum Germanorum Catalogus 126

Imperatrix à Pisanis in Lupanar ducitur 275

Imperatricis sessio & ornatus 280

Imperialis mons castrum 267

Imperialia oppida obligata 277

Imperii divisio 423 *Romani initia* 34

Imperium ab episcopis tribus administratur male 470 *direptum* 429 *in tres partes divisum* 406 *in tetrarchias divisum* 131 *Orientale dividitur* 310

Impietatis extremæ exemplum 43. 47. 49

Inachus primus Argivorum rex 2 *Græcis leges scripsit* 3

Incendiariorum pœna 230

Incendium Alexandriæ 213 *Augustæ* 213 *Basilicæ Monasterienſis* 201 *Carthaginis* 26 *Cathedralis Moguntinæ* 460 *Cathedralis in civitate Veridonensi* 461 *Constantinopoli* 71 *Corinthi* 26 *in castris Roman.* 20 *domus regiæ Neumagi* 461 *Bambergensis* 172 *Herveldensis* 460 *sancti Bonifacii* 438 *sancti Galli* 438 *Numantiæ* 28 *Papiæ* 459 *Pompei theatri* 41 *Ratisbonæ* 142. 161 *Romæ horrendum* 18. 33. 40. 47 49 *templi Dianæ* 75 *templi in Quedelenburg* 458 *templi S. Bonifacii in Fulda* 457 *Treveris* 66. 67

Incestus 29. 68. 69. 114

Indiæ regis Legatorum ornatus 351

Indicheil partem Britanniæ possidet 422

Indi Homerita 89

Indorum legati ad Augustum 37

Indulgentiæ non à Papa sed à Deo 252

Indulgentiæ contra Imperatorem proclamantur à Papa 250

Inducia cum Turcis temerè soluta 306

Infantes occiduntur ab Herode 40

Infantum sex millia capita in piscinario inventa 317

Ingelheim 166 *prope Moguntiam in Francia* 444 *Palatium Caroli magni* 129

Ingoberta Heriberti uxor 385

Inguinaria Pestis 386

Ingundis filia regis Francorum 93

Inimicis benefaciendum 48

Innocentiæ vestis 206

Innocentiam probare aqua frigida 210

Innocentius Papa adversatur Philippo Barbarossæ filio 233

Innocentii Papæ ossa 149 *tertii PP. Bulla ad Christianos proreparanda terra sancta* 240

Insula Ægei maris 265 *Baleares* 403 *Battava* 427 *Britannica* 122 *Candia* 265 *Chalcis* 265 *Corsica* 406. 420 *Corsica* 420 *Creta* 265 *Cumacina* 110 *Cumacula* 407 *Cyclades* 265 *Cyprus* 265 *Eboja* 326 *Fresonum* 196 *Gothischanzia* 72 *Laci Cumani* 219 *nova emergens* 46 *Patalaria* 406 *Pathmos* 380. 453 *Pötsama* 380 *Rheni* 209 *Rhodus* 265. 332. 351 *Sardinia* 428 *Scanzia* 71 *Schalarum* 338 *Scodra* 265 *St. Suitberti* 467 *Sperades* 265 *Stein* 124 *Thule* 78

Insignia Imperii vide Regalia

Interregnum Imperii Germanici 255

Incestuosæ nuptiæ 228

Investitura Ecclesiarum ab Imperatore Heinrico quinto Papæ concessa 204 *è Lacorum nummo excusa* 194. 198

Investituras petit Lotharius Imperator 212

Investiturę Privilegium 195

Invidia discordiæ filia 224

Inundatio 139. 226 *in Italia* 93 *in Germania inferiori* 363 *in caſtris Chriſtianor.* 246 *Rome* 213 *Tybris* 364. 488
Interpretes ſacrarum literarum honorati 16
Interregnum imperii 304
Ioachimus Marchio Brandeburgenſis electior 347
Io Ægyptiis literarum cognitionem tradidit 3
Ioannes Apoſtolus apud Epheſum ſcribit Evangelium 380.453 *in dolium olei ferventis mittitur* 380 *in Inſulam Pathmos relegatur* 49.380.453
Ioannis Alberti Imperatoris interfector ſit monachus 262 *Anachorita claret* 454 *Apoſt. ab Exilio revocatus* 50. *obit.* 50. 380. 453. *apparet* 87. 95 *Baptiſta floret & capite truncatur* 41. 42. 379 *Baptiſta de Macerata* 352 *Baptiſtæ caput revelatum* 93 *Baptiſtæ oſſa translata* 65 *Brentius Eccleſiaſtes Hallenſis* 254 *Britãniæ dux ruinam muri oppreſſus* 263 *Capiſtranus de minorum obſervantia monachus* 295. 311 *Caſtriotus dux* 323 *Chryſoſtomus claret* 454 *Obit* 90 *comes de Eberſtein Arelatenſem Cardinalẽ ſpoliat* 300 301 *Cornelius nauta inſignis* 350 *Crutzer Parochus & profeſſor Argentinenſis* 312 *de Argentina vehemẽs prædicator* 245 *de Habſperg dux Sueviæ factus* 258 *de Leyden Anabaptiſta* 354 *de Regio monte mathematicus floret* 333 *de Roccizano* 302 *dux Bavariæ* 301. 302 *dux Luſatiæ Wẽceslaum Imperatorem è cuſtodia liberat* 282 *dux Saxoniæ Elector Imperatori confeſſionem exhibet* 363 *Eremita celebratur* 87. 383. *obit* 90 *exconſul Mauros vincit* 384 *Fauſtinus typographiæ inventor* 309 *Fridericus dux Saxoniæ* 566 *ejus confeſſio fidei* 363 *Geiler de Keyſersberg Doctor primus prædicator in templo Argentinenſi* 332 *Gensfleiſch inventor typographiæ* 309 *Guttenberg Typographiæ* 308. 309 *Hiltz. Colonienſis Architector turris Argentoratenſ.* 257 *Huniad Vngarorum dux* 311. 306 *Huß condemnatur & comburitur* 285. 286. *&c. invaſor Imperii occiden.* 91 *Keyſersberg concionator Argentinenſis* 566 *Meckelburgi dominus dux creatur* 275 *Medices peditorum manipulorum dux* 355 *Mentel typographus* 308 *monachus præſcientiæ clarus* 87 *Oecolampadius ejusq; vita* 365 *papa cæcum illuminat* 96 *pſeudopapa cæcatur* 459 *Ioanne Renchlinus doctiſſimus vir* 358 *Rochezan* 295 *Simler Canonicus Petri Iunioris Argentinæ ejusq; liberalitas* 566 *Standonc collegiũ pauperum inſtituit Lovanii* 334 *Stupitius doctor qualis in cauſa Lutheri* 343 *Virotus præſes Metenſium inhumanus* 308 *Wayvoda bellum gerit adverſus Ferdinandum regem* 360 *Weſſalus lux mundi dictus* 332 *Wicleff memoria cõdemnatur* 285. 286 *Ziſcka* 293
Iohannis de Weſalia paradoxa 32. 322 *Franciſci Pici Mirandulæ oratio ad Leonem decimum PP* 341 *Huſſi encomium* 292 *Ludovici Vives libri* 354 *Wicleui libri concremati* 282 *Wiclef oſſa exhumanda condemnantur* 287
Ioas rex Hungariæ filius 470 *Vngariam, pulſo rege Salomone, occupat* 504. 505
Ionicum mare 265
Ioppe portus 182 *& urbs obſeſſa* 184 *readificata* 230 *reſtituitur Chriſtianis* 180. 248
Ioppenſis comes 218
Iordani officialis argute dictum 226
Ioſepho ab Ægyptiis ſimulachrum erectum 3
Ioſephus hiſtoricus clarvit 49 *ab Hiſtoria Machabeorum diſcrepat* 24 *Legatus fidelis pro patria* 21. 22 *ejus teſtimonium de Chriſto* 42 *de Ioanne Baptiſta* 42
Ioſippus prædicit Veſpaſiano imperium 47
Iouiani Imperatoris vita 65
Iovianus tyrannus in Gallia 90
Iovis templum 8 *Ammonis* 11 *Dodonei* 15
Iovis mons 126. 194. 226. 398
Iovi quando immolari cœptum apud Athenienſes 4
Iringus Avarorum Princeps 403 *audax miles regis* 146. 147 *perfidus proprium dominum interficit* 147
Iringis Straza 148
Irminfrid dux Thuringorum 145
Irminſul idolum Saxonum 132 *quale Idolum* 149 *quomodo interpretetur* 148. 149 *deſtructum* 455
Iſaac quando mortuus 3
Iſabek Boſniæ Satrapa 326
Iſabella Luſitanorum regis filia nubit Carolo quinto Imperatori 352 *regis Danorum uxor* 350
Iſne civitatis liberalitas in ſtudioſos Theologiæ 566
Iſydorus Hiſpalenſis floret 388
Italia ab Hannibalis infeſtatione liberata 20 *à Gothis liberata* 88. 89 *à Saracenis vaſtata* 121 *à Turcis vexata* 265 *Arnolpho Imperatori ſubjecta* 142 *in Welphos & Gibelinos diviſa* 249 *ſine ferro Lothario Imperatori ſubacta* 212
Italiæ regnum ad Oedoacrum devolutum 94
Itali mutant mores ratione fortunæ 356 *terrã ſanctam recuperare præſumunt* 228
Italicum ingenium callidum 420 *regnum* 6
Itha de Wingin Rudolphi Welphonis uxor 209
Iteramne civitas deſtructa 226
Iter Bohemorum ad Concilium Baſilienſe 301
Iter Heinrici quinti in Italiam 194
Iubilæus annus Iudaico more celebratur 262 *annus ad quinquaginta annos reductus* 272
Iudæi Alexandria pulſi 43 *ad remittendum uſuras compelli vult Papa* 241 *ad fidem ſuſcipiendam coacti* 178 *ad Baptiſmum compulſi* 174 *aut baptizandi* 121 *aut pellendi* 389 *& Epicurei in Bohemia & Moravia* 294 *ex Franciæ regno pulſi* 264 *Hieruſalem reverſi* 8 *in Germania combuſti* 264. 273 *in Ægyptum ad novum templum confugiunt* 24 *in Ægyptum captivi deducti* 12 *infamati de peſte* 273 *Lacedæmonii cognati* 23 *per Aſiam, Syriam civitate donati* 16 *Romæ captivi* 357 *Româ expulſi* 46. 380 *ſimiles navi turbatæ* 19

Iudæis Hieroſolymis interdicitur 51 *quomodo Evangelium prædicandum ex decreto Concil. Baſilienſis* 301
Iudæorum centum & viginti quatuor millia evecta Hiſpania 333 *fœdus cum Romanis* 24 *gens in quinq; conventus diviſa* 32 *Regnum deficiens* 31 *regnum dividitur* 379. 452 *triginta millia in ſervitutem redacta* 33
Iudæus librum in rupe de triplici mundo conſcriptum invenit 756
Iudas Machabæus 24 *Galilæus ſeductor* 40
Iudices Hebræorum 452 *vide Duces*
Iudith hiſtoria 452
Iugurtha dux belli 27
Iuliacum 190
Iulia Auguſti filia adultera 39 *Caracalla noverca & uxor* 54
Iulia familia 35
Iuliani Imperatoris Apoſtatæ vita & res geſtæ 63. 64
Iulianus Cardinalis inducias cum Turca ſolvit 306 *Pelagianiſta damnatus* 92 *Italiam occupans* 59 *legatus ad regem Indiæ* 89
Iulianus Maximus Galliam occupat 55
Iulii Cæſaris in Galliam miſſio 32 *res geſtæ & bella* 33.34.35
Iulius Cæſar vid. Cæſar 34
Iuliorum familia 7
Iunonis monetæ ſimulacrum 9
Iupiter quando Europam rapuit 5
Iuramons 335
Iuramenta non curantur 235 *Electorum Principũ* 277 *Imperatoris erga Papam quale* 271 *ſuprà divorum corpora datum* 124
Iurandi mos apud Tartaros 351
Iuſtina mater Valentiniani Arriana St. Ambroſio infeſta 86
Iuſtini apologia pro Chriſtianis 52
Iuſtiniani Conſtantini filii Imper. vita 118 119 *Imperatoris varia bella* 384 *vita* 96 *obitus* 68
Iuſtinianus contra hæreticos 96 *ob Eutichi hæreſin Diocletianus factus* 84
Iuſtinus Pelagiana hæreſi infectus 111
Iuſtinianus naſo truncatus 110
Iuſtini Imperatoris vita 96
Iuſtini minoris Imperat. vita & res geſta 88
Iuvenilis induſtriæ exemplum 22
Iuvavia Salizburgum 215
Iuvenum Saxonicorum è cuſtodia ſe liberandi aſtutia 530

K

Katzenælenbogen comitatus 319
Kelmünitz caſtrum 224
Keyſerbergius Doctor primus prædicator templi Argentoratenſis 322.328.332.366.
Kochisburck 401
Kieverment caſtellum 157.158
Kilianus epiſcopus 118 *ejus translatio* 123
Kinzicha vallis 251
Kirchberg villa monaſterio Hirſfeldenſi ſubdita 471 *reddita* 474
Knipperdolling Anabaptiſtarum rex 314
Koniochus epiſcopus Trajectenſis 69
Kolbesheim 255
Konigsheim 455
Kochersberg 255
Kribo diaconus Ottonis Marchionis frater occiditur 479
Kunigunda Henrici ſecundi uxor 450 *obit ibid.*
Kutilinberg 237
Kyburg 258
Kyburg comes 271
Kyrieeleiſon teſſera militaris Chriſtianorum 154
Kyrie quid 8

L.

Labarum vexilli nomen 61
Lacedemon a ſe ſignebat maſculos 265
Lacedemonii ab Abrahæ ſemine deſcendentes 123
Lacedemoniorum regnum oritur 452
Lacus larius 98 *Lemanus* 224 335 *Pollois* 81 *Vernſee* 226
Lacteus cœli circulus Iringis Straza cur dictus 148
Ladislaus Ungariæ rex ad Varvam à Turcis victus 290
Latiniæ 92 *tridianæ inſtitutæ* 384
Lagidæ Ægyptios imperant 39
Lama aqua Longobardorum lingua 90
Lamberti Schaffnaburgenſis peregrinatio in terram ſanctam 465
Lambertus Schaffnaburgenſis fit monachus 465
Lamiſſio infans ex aqua haſtam arripiens tractus 90
Lampades duæ divinitus accenſæ 184
Lampertus Epiſcopus occiſus 119
Lancea Chriſti 179 *Conſtantini Imperat.* 153. 154 *Ottonis primi adorata* 156 *Rudolphi regis* 171
Landavv ſedes Spirenſis præſidis 268
Landenberg arx 281
Landericus adulter 68
Landgravius Thuringiæ oppugnat ducem Saxoniæ 227
Landſtall arx 352
Langobardi in Pannonia 85 *quamdiu in Pannonia habitarint* 92 *Romanorum adjutores* 85 *vide Longobardi* 87
Laodicea condita 13
Laodice regina Syriæ 10
Lapis miræ magnitudinis 160
Largitatis exemplum 49
Laſcivia exemplum 54
Lateranenſe Palatium 266
Laterculus Theophili 86
Latinæ literæ repertæ 452
Latina lingua exculta 6

Latinorum Imperii in Gracia finis 253
Latium unde dictum 6
Latrunculus Germania 199
Lauda nova urbs 218.219.223 *exterminata* 217
Lavinium extructum 6
Laupen prope Bernam obsidetur 271 *locus victoria clarus* 281
Laurea Delphica 316
Laurense cœnobium ab episcopo Premensi occupatur 470
Laurentius à Cete Ursinus Pontificiorum dux 356
Laureshemense monasterium petit quidam comes ab Imperatore 157
Lazarus Servie Princeps 264
Leader Episcopus 93
Lecho dux Bohemie occisus 137
Legati Concilii Basiliensis ad Delphinum 307 *Dalmatie ad Carolum magnum* 406 *ex Africa ad Carolum quintum missi* 351 *ex India* 351 *Gracorum ad Carolum magnum missi* 403 *Grecorum Imperatoris ad Cōcilium Basiliense missi* 303. 304 *Heinrici quinti ad patrē* 191 *quarti ad Saxones* 489. 490. 509. 513 517 *quarti ad Thuringos* 492 *Hirene Imperatricis Constantinopolit. ad Carolum magnum* 405 *Hungariorum pacem petentes* 461 *Imperatoris Friderici secundi ad Delphinum* 307 *nobilium Alsatie ad Delphinum* 307 *Pape ab Imperatore spreti* 523 *Pape ad Heinricum quartum Imperatorem* 504 *Pape ad Principes Germanie* 539 *Pape Babenbergensem Episcopum excommunicant* 508 *Persarum regis ad Carolum magnum* 405 *regis Vngarie ad Heinricum quartum Imp.* 504 505 *Romanor. pro reconciliatione Philippi Imperat.* 236 *Ruscie gentis ad Ottonem primū* 458 *Ruscorum repudium regis sui filie reportant* 460 *Saxonum ab Heinrico quarto contempti* 510 *Saxonum ad Imperator. Heinricum quartum* 489. 490. 500. 515. 517 *Turcarum Basilee* 303 *variarum gentium ad Ottonem primum missi* 458 *violati* 328
Legatus Apostolorum excitans Wandalos in Turcas 315 *ex latere Pape* 198 *Pape ad Heinricum quartum Imper.* 539 *Romanus circulo terret Antiochum* 24
Leges Friderici primi Imperatoris 218 *pii pape* 313 *Minoe Romanis legibus permutate* 31 *quando Grecis primum tradite* 3
Legio Martia divina 225
Legionum Ottonis magni ordo 161
Lemonicenses rustici seditionem movent 284
Leo, aquila & Draco in Saxonum vexillo 147
Leo Imperator Constantinopol. 128 *papa ab Attila optata obtinet* 80 *papa excecatus* 136 *pontifex de homicidiis suspectus* 139 *Spatharius* 120
Leodegarius episcopus Augustudumi 69
Leodienses à Carolo Burgundie bello petiti 326
Leodiensis episcopus partibus Heinrici quarti favet 190
Leodium Lotharingie civitas 199
Leonem mulier peperit 268
Leonides Alexandri precepter 10
Leonides pater Origenis 381
Leonina civitas Rome 286
Leonis Constantini filii vita 133 *Imperatoris vita res geste* 93.94 *Pape innocentia* 137
Leonora Lusitanie regis filia, Friderici Imperatoris uxor 309
Leopoldi ducis pugna cum Suitensibus 268
Leopoldus dux Austrie Argentina moritur 272 *cadit in pugna apud Sempach* 280 *vastat Spirensem agrum* 268
Lepidus sit Cesari Augusto supplex 36
Lepores galeati 38
Leprosi inficientes fontes 273
Lesbos Insula à Turcis occupata 310
Lesbus urbs condita 4
Letanie ante Ascensionem Domini quando instituta 94
Letania Septiformis contra pestem 93
Letzo dux Boemorum occisus 406
Levam manum ut degat Diaconus quando institutum 91
Leucarum Gallicarum ratio 79
Lex de Bigamia introducenda 66 *de Incendiarus* 230 *de Pace constituenda* 230 *de sententia necis & proscriptionis triginta diebus perpendenda* 88 *de summa Trinitate & fide Catholica* 267 *de vinearum cultoribus* 386 *Duellionum* 227 *Fannia* 300 *Flandrica de successione magnatū* 480 *Friderici tertii de pace tuenda* 333 *Gracchi de pecunia Attali dividenda* 28 *Longobardorum* 95 *Orchia* 300 *Salica Francorum* 66
Libanius Sophista Syrus 63. 64
Liber actuum Sancti Columbani 69 *passionis Alexandri* 45 *de triplici mundo in rupe inventus* 250
Libri CCCC. millia igne exusti 34 *Wiclevi concremati* 282
Liberalitas maxima Principis virtus 313
Liberos instituendi ratio 129
Libertas in Concilio 298
Libidinis exemplum 47 *regnandi exemplum* 14
Libertatis insigne 21
Libya per testamentum accedit Romanis 31
Licerius Imperator Ravenne 54
Licinii Crassi Sacrilegium 32
Licinii Imperatoris vita 57 *bella* 61
Liechtenbergensium terra depopulata 255
Liel arx destructa 280
Liepertus in balneo suffocatus 110
Liga sancta 355 *Sotularia in agro Bruxellensi orta* 336
Liguria à Burgundionum rege vastata 83 *à Gothis vastata* 78 *à Longobardis occupata* 92
Lilybeum Sicilie oppidum 17
Limburg vicepincerna 280
Lindauu oppidū 334 *solvit pœnam pecuniariā* 275 *studiosis Theologie stipendia ordinat* 586

Lindavienſis Reipubl. fidei confeſſio 363
Lingua Hebræa, Chaldaica &c. ad quid diſcenda 301
Linguarum cognitio electoribus Principibus neceſſaria 280
Linus muſicus quando floruit 6. 452
Lippia prope Rhenum 133
Lippiæ fons 134
Lipſana apoſtolorum 88
Lipſicæ diſputationis Epitome 344
Liſaniæ regnum 44
Literæ Caroli quinti ad Papam quo excuſat expugnationem Romanam 358 *de morte Michaelis Archangeli* 95 *Heinrici quarti ad Status imperii* 190 *Martini Lutheri ad Leonem decimũ PP.* 342 *pacis* 230 *Papæ Leonis contra Lutherum* 344 *Pii ſecundi Papæ ad ducem Burgundiæ* 320
Literarum Gothicarum inventor 77
Lithuani Moſcovitas Ruthenoſque ſuperant 338
Litingorum ſtirps 91
Livii Hiſtorici mors 41
Locuſtarum ordo militaris 420 *turma* 329 *Galliam vaſtant* 420
Lombardi ab Imperatore Friderico primo impugnati 227
Lombardorum leges in vindicandis injuriis 218. 219
Lombardica ſtatuta 227
Longinus præfectus Italiæ 89
Longinus imperium invadere tentans 94
Longobardi 72. 91 *Pannoniam occupant* 87. 91 *de Pannonia egreſſi in Italiam ingrediuntur* 385 *deſtruunt monaſteriũ in Caſtro Caſſino* 94 *Winoli* 90
Longobardorum adventus in Italiam eorum q; hiſtoria 89. 90. *&c juſtitia & ſecuritas* 93 *regio ſtatus* 65
Lotharingia Germania 172 *Germanorum regnata* 437 *Ottoni primo ſubjugata* 162 *jurat Carolo Burgundiæ duci* 329 *unde nominata* 410
Lotharingiam Hungari invadunt 144
Lotharingiæ dux contra Argentinenſes 327
Lotharingi gens varia ad rerum novitates prona 152
Lotharius Dagoberti nepos 69 *dux Heinricum epiſcopum Monaſterienſem expulſum reſtituit* 201 *dux Saxoniæ* 193. 196 *rex Thietbergam repudiat* 412 *ob concubinam excommunicatus* 141 *cum Papa communicat & moritur* 418 *monachus efficitur* 411
Lotharii primi Imperat. vita & res geſtæ 140. 208 *uſq.* 212 *ducis inſolentia* 208
Loreſſæ Abbas Adalbertus 520 *Udalricus* 520
Lovanii collegium pauperum 334
Lovanium in regno Lotharingiæ 426 *peſte afflictum* 333
Lucania Italiæ abſciſſa fit Sicilia 353
Lucæ Evangeliſtæ oſſa translata 83. 88
Lucelburgenſis comitatus juſtitiæ & Æquitatis ſedes 265
Lucenſes debellantur à Germanis 259
Lucenſis epiſcopus cum Piſanis de jurisdictione cõtendit 197
Lucernates in bello Tigurino neutrales 364
Lucii Papæ Epitaphium 227
Lucius Pomponius Bononienſ. Attellanarum ſcriptor 30 *rex Britanniæ baptizatur* 52
Lucretiæ caſtitas 8
Ludi Romani inſtituti 8 *theatrales in campo Martio* 56
Ludolphus Ottonis primi filius in patrem arma ſumit 440
Ludovica Franciſci regis Galliarum mater 360. 364
Ludovici Bavari Imperatoris vita & acta 208 *primores geſtæ* 456 *tertii Imp. vita* 143 *Imperatoria regimina deſcribuntur* 423
Ludovicus Aquitaniæ rex, Caroli Magni filius Auguſtus 131 *Archiepiſcopus Ardacenſis judex fidei* 297 *Arnolphi filius fit rex* 475 *Caroli Balbi filius* 423 *Carolomanni filius moritur* 425 *Delphinus primogenitus regis Franciæ* 306. 307 *divus à Soldino in vincula conjectus* 203 *Drigenbergius Scholæ Scleſtadienſis rector* 362 *dux Bavariæ curator regis eſficitur* 247 *Imperator excommunicatus* 269 *Hungariæ rex occumbit* 355 *Imperator privatur imperio* 410 *Pius Imperator ſit Germanus* 138 *ejus vita & res geſtæ* 138. 139. *&c. rex caſu dirus franget cujus* 419 *Romanus Marchio Brandeburgenſis* 269
Ludvvigſtein arx Haſſiæ 254
Lugdunum condita 39
Lupoldus dux Auſtriæ, Dalmatiæ & Hiſtriæ 248 *dux Bavariæ à Welfone duce vincitur* 215
Lutherus Imperii invaſor 459
Lutheranæ regio ad Evangelium Chriſti converſa 296
Lutetiæ contra Miſnenſes 463 *filios necabant* 206 *in Chriſtianos ſæviunt* 167 *inter ſe tumultuantur ob Saxones* 493 *nomini Chriſtiano infeſtiſſima gens* 517 *Romano Imperio tributaria facta* 165 *Saxonibus auxilium offerunt* 510 *Saxonum hoſtes infenſiſſimi* 489. 493 *tributaria facta* 167
Luitolphi Ottonis primi filii parricidium 161
Luitolfus Ottonis primi filius ab Heriamanno Suevorum duce adoptatus 159 *Saxo religioſus* 149
Marchio Vngariorum clades 166
Luitprandus condit Papiam 121
Lullius Alchimiſta floret 269
Lunæ curſus inventus 39 *templum* 28 *obſervatio in agendis rebus Saxonibus uſitata* 148
Lunæ tres apparentes 18
Luneburg in confinio Saxonum & Luitticrum 492
Lupa meretrix 7
Lupoldus Auſtriæ dux ſibi manus ex deſperatione inferre conatur 269

Lupoldus de Meriburg caballo lapsus mucrone perfoditur 483
Lupicinus ductor Romanorum tyrannus 77
Lupi luminibus privantur gelu 71
Luporum sævities 268
Lusores inter milites 357
Lutherani Germani 356
Lutheri Antagonistæ 348 *cum Oecolampadio colloquium* 361 *cum Zuvinglio de controversia Eucharistiæ concordia* 360 *Historia* 342. 343. *&c. libri combusti* 349 *Libri typis evulgantur* 347. 348. 349. 350 *nomen Romæ à militibus proclamatum* 357 *parens* 348
Lutherus Wormatiam venit 348
Luteringia ab Anglis, Picardis, &c. vastata 277
Luxoviense Cœnobium
Lycia in finibus Saracenorum 471
Lysimachus Halicarnassæus Alexandri M. Præceptor 10
Lyssium urbs Venetorum 325

M

Machabæorum liber inchoat 452
Macedonia à Romanis devicta 31 *à Turcis vexata* 323 *depopulatur* 384 *divisa* 13 *Turcis subjecta* 265
Macedoniana hæresis 26
Macedonum regnum deficiens 26
Macharius hæreticus 109
Magdeburg Parthenopolis 212
Magdeburgi prædicat Iohannes Capistranus 311
Magia reperta 451
Magistri scholæ officium tempore Caroli M. 131
Magnentia virtutibus clara 70
Magnentii interitus 62
Magnentius regni invasor 62
Magontia obsessa 458
Mahumetis origo & progressus 115
Mahumetes Turcarum Imperator 285. 323. 328. 332. 360 *Hadrianopoli regiam constituit* 262 *tyrannus insignis* 265
Mahumetis Imper. Turcarum filius ad Christianos confugit 332
Maja mater mercurii 4
Majoranus imperium invadit 93
Majores domus Francorum ac potestas illorum 123
Malchion. presbyter refutat dogma Samosateni 58
Malvatico vino vivum extinguere 331
Malmendrense monasterium fratribus restituitur 482
Mammea mater Severi fit Christiana 55
Manes unde Manichæi 58
Manfredus Fridericum secundum suffocat 253
Manga tormenta bellica 220
Manichæorum hæresis oritur 58. 453
Manlius unde Torquatus 10
Mansuetudinis exemplum 30
Mansus rusticorum 238
Mantua sanguine Domini clara 137
Mantuanus Marchio primus creatus 290
Mantum insigne Pontifici electi 221
Manus Rudolphi fœdifraga 178
Manuum oscula signum subjectionis 94
Marani ab Hispanis victi 342
Marcelli martyris corpus 61
Marcellini ossa in Germaniam translata 140
Marchia Boemico duci concessa 517
Marcomanni à Romanis subacti 37
Marcus Curtius in foveam se præcipitans 10 *Evangelista passus* 47 *Pompilius Lenas legatus Romanus egregius* 24 *Valerius primus Dictator Romanus* 9
Mardonius Iuliani præceptor 63
Margaretha Heinrici septimi uxor 266
Mare Ægeum 265 *Atlanticum* 353 *Balearicum* 128 *brachium S. Georgi* 182 *Britannicum* 122. 251 *Caspium* 115. 264 *Corinthium* 353 *Cyrenaum* 31 *Euxinum* 264 *Hellesponticum* 75 *Ionicum* 265 *Lybicum* 31 *Mediterraneum* 122. 265 *Ponticum* 72. 74. 81 *Russiæ* 179 *Sardoum* 31 *Siculum* 31 *Tyrrhenum* 31
Mare diffusum per Thraciam 81
Marescalli coccina veste donati 309
Maria filia Caroli ducis Burgundiæ ducatum præoccupat 331 *Maximiliani ducis Austriæ uxor in venatione cadit & moritur inde* 332. 333
Marinus comes Heraclionum sed. tiosum vincit 90
Marius civilis belli causa 29 *sexies consul* 29
Marpesiæ saxum 73
Marquardus dux Carnotensium factus 436
Marrani, id est, Hispani 356
Marsianum stagnum 72
Mars belli deus ubi natus 72
Marsilii Batavum Liber defensor pacis 270
Marciani Imperatoris vita & acta 92
Martesiæ provincia 219
Martia Commodum veneno tollit 53
Martia Legio 225
Martina noverca Constantinũ Imp. venenonecat 116
Martinus episc. floret 383 *moritur* 90. 383. *ejus*
Martini S. corpus levatur è tumulo 141 *episcopi sepulchrum* 87
Martino divo equus donatus 122
Martinus Lutherus scribit contra Indulgẽtias 342
Martinus rusticus seditiosus 305
Martis gladius absconsus à pastore inventus 77. 483
Martius initium anni apud Hebræos 370
Masseriæ obsessæ 349
Massilia condita & oppugnata 33
Masinissæ regis Numidarũ robur & ætas vegeta 25
Mater septẽ filios uno partu editos necare studet 90
Mathematici ex urbe Roma pulsi 49
Matthæus Hebraicè scribit Evangelium 43. 453
Mathildes comitissa altera Debora 119
Mathilda comitissa libros legum Wernheri procurat 212 *nobilissima Italiæ fœmina* 38 *regis Angliæ*

Angliæ filia Heinrico quinto Imp. copulatur 196
regina prudentiæ ſingularis 185
Matricidium 27
Matriculatii Eccleſiæ 122
Matrimonio interdicto quæ mala eveniant 316
Matrona Imperatori rebellat 204
Mauri Africam infeſtant 384 Corſicam inſulam vaſtant 408
Mauritania Romanis ſubacta 70
Mauritii campi 79
Mauritii Imperatoris vita & res geſtæ 113
Mauritius Imper. occiſus 95
dux Perſas vincit 112
Mauſoleorum Imperatorum Spiræ ſuperſcriptiones 207.208
Mauſoleum regum Hieroſolymitanum 200 regium 37
Maxentii interitus 61
Maximianus Imperator & ejus vita 59
Maximum Imperatoris vita 55
Maximiani interitus 60
Maximilianus Friderici tertii filius 326. 327
Maximiliani ducis Auſtriæ prima & inſignis victoria 332 ducis Auſtriæ liberalitas 333 auſtriæ ducis cum Maria Burgundiaca nuptiæ 327.331 primi Imperatoris vita & res geſtæ 333.334 &c. obitus 345
Maximianus Herculeus 59
Maximus ab exercitu invitus Imperator factus 6.87
Maximus à Vermibus conſumptus 60. 61
Maximus in Britannia creatur Imperator 383 imperii invaſor 93
Maximus membratim diſcerptus 93
Mazabana judex Perſicus 115
Mazaca urbs Cæſarea dicta 41
Mechlinia 364
Meckelburgenſis ducatus 275
Mecænas Auguſti intimus 38
Medicus Pyrrho venenum parans 15
Medardus epiſcopus 67 moritur 88.385
Medicinæ ars inventa 452
Medicus magica arte peſtem pellere præſumens 352
Mediolanenſes 216 Imperatori Friderico primo reſiſtunt 217 cæſi ab Imp. Friderico primo 220 tertio rebellant Imperatori Friderico primo 226 cõtra Imperatorem Fridericum ſecundum 248 ab Imperatore Friderico ſecundo cæſi 249 Imperatori Friderico ſupplices 222 Sueviis Imperatorib. invident 217 ſuperbiſſimi 217
Mediolanum 83.380 ab Attila obſeſſum 80 ab Imp. Friderico primo obſeſſum 220 à Carolo quinto captum 349 ab Imperatore Friderico primo obſeſſum & captum 218 captum & dirutum 222. 223. 224 à Gallia rege invaditur 335 à Langobardis occupatũ 92 à Roman. Pontif. captũ 350
Mediolanenſium bellum contra Cremonenſes 212
Mediterraneum mare 265
Medopa Gudilæ regis Gothorum filia Philippo reg. Macedonico nupta 74
Meginguadus comes fundator Monaſterii Schwartzach 139
Meginradus eremita occiditur 141
Melchiſedech quis fuerit 3
Melitonis apologia pro Chriſtianis 52
Mellitus Anglorum apoſtolus 114
Memmingen incendio vaſtatum 211
Memmingenſis Reipubl. confeſſio fidei 363
Memphis in Ægypto condita 3.451
Menandri hæreſis orta 49
Mendicantium Religiones ex Diabolo 303
Menelaus pontifex Iudæus 24
Menhardus comes Tyrolis dux Carinthiæ factus 258
Menſium nomina Germanica à Carolo magno impoſita 131
Menſurarum inventio 7
Menſura Muſti duobus nummis 277 vini pro quatuor ſolidis Argentinenſibus 277
Mercurius Saxonum deus 148 regis Ægypti conſiliarius 3 quando claruerit 4
Merdingen villa Welphoni conceſſa 214
Merefech 92
Meretrices unde Lupæ vocentur 7
Meroſingi Francorum reges 92
Merovens filius Hilperici 68 rex Francorum 66 quomodo à belua marina genitus 92
Merovingi reges 66.123
Meresburg caſtrum ab Hungaris depredatum 154 epiſcopatus deſtructus 459
Meſopotamia in provinciam redacta 51
Meſſala Corvinus memoriam amittit 40 theatrũ lapideum Romæ extruit 25
Meſſalina à Claudio marito interemta 46
Metelli triumphus 32
Metellus Creticus dictus 31 deos ſeminſtulato brachio eripit incendio 18
Methon à Turcis occupatur 265
Methuma filius Maſiniſſæ octogeſimo ſexto anno genitus 25
Metenſes à Carolo Siciliæ rege obſeſſi 308
Metenſis civitas ab Heinrico ſecundo obſeſſa 164. 437 civitas Auſtraſiæ regia ſedes 146 ſedes regni 68
Michael Archangelus in prælio apparens contra Alachin 109 mortuus 95 Imperator Conſtantinopol. fit monachus 138 Paleologus imperium ſumit 253.254
Micheæ prophetæ oſſa 89.383
Miletus Heros Germaniæ 226
Miles Hieroſolymis ingentem tumultũ excitat 46
Militaris diſciplina 48.55.78 diſciplina 154 diſciplinæ exemplum 27
Milites evaneſcentes 181 unde dicti 7
Mimeleba obiit Otto primus Imperator 458
Minerva apud lacum Tritonidem apparens 3 Athena dicta 4 Neptuno præfertur 4
Minervæ clypeus Patina 48 templum 528
Minorum & Prædicatorum religio 248
Minturnæ Colonia Romanorum 30
Minturnenſium Paludes 30

Minutii cum Elephante puenà 14
Minutia vestalis viva defossa 10
Miracula circa sepulchrum Annonis episcopi 520 *Heimeradi* 486 *in Fritzlar* 398 *S. Dionysii* 396 *S. Sebaldi* 486 *Sepulchri Stephani Papæ* 465 *Remacli* 482
Mirandula capta 337
Misene urbs in confinio Boëmiæ & Saxon. sita 516
Misnensis episcopus captus 516 *Marchia Ecberto recuperata* 530 *terra ab Adolfo Imperatore subacta* 261 *ab Heinrico quarto vastata* 529
Missa coacte celebrata 197 *Syrorum* 184
Missæ martyrum institutæ 58 *nativitatis Dominicæ nocte celebrandæ institutæ* 51
Missorium aurum 390
Mitius Imperator Constantinopolitanus 116
Mithridates diademate abjecto fugit 31 *invasor Asiæ & Achajæ* 29 *obsessus filios proprios necat* 31 *viginti duarum linguarum peritus* 31
Modestiæ & humanitatis exemplum 175
Modii tres annulorum Romanis detractorum 20
Mœsia à Gothis vastata 75 *regnum Telephi* 73 *ripensis* 77. 78
Mœsiam occupant Wisigothæ 77
Meotides paludes 66 72. 75. 85
Moguntiacum 55
Moguntina urbs in servitute 319 *obsessa* 160 *ab Heinrico quinto* 202 *ab Ottone primo* 441 *regia civitas & metropolis Franciæ* 441
Moguntiæ fit seditio 170 *tumultus* 196 *monumentum Drusi* 44 *sedis primatus* 463
Moguntinensium duorum Episcoporum dissidium 518
Moguntini episcopi machinamenta in Imperatorem 199 *studium in restituendo Babenbergensi ipsi periculum creat* 508
Moguntinus episcopus Halberstatensem excommunicat 514 *Ottoni primo semper infestus* 441 *secedit in monasterium Clusiacense* 486
Monachi calumnia in sextam synodum 119 *Argentoratenses cantare cessant* 272 *Clericis præferuntur* 507 *Coloniæ in periculo* 502 *Fuldenses seditiosi* 468 *à Fuldensi monasterio discedentes puniuntur* 469. 470 *ex Gallia in Germaniam ut sanctiores vocantur* 521 *infames* 484 *male audiunt* 482 *ob interdictum pulsi* 271 *persequuntur* 158
Monachorum ambitio ob Fuldensem abbatiam 519 *in Germania negligentia* 521 *probitas vulgi opinione* 484
Monachos ad militiam compellit Valens Imper. 70
Monasterienses Anabaptistæ 354
Monasterienses ob Anabaptistas 54
Monachus Episcopum cultro perfodit 205 *gravidus factus* 331 *Mahumeticus* 306 *monstrosus* 474
Monasteria Absternatum 420 *Agathæ ab Perthari conditum* 95 *Agnetis S. Argentin.* 328 *Altahense* 454. 470 *Altenmünster* 209 *Altorfense* 210. 211 *Amalimundarias* 425 *Anastasii martyris* 111 *Arbogasti prope Argentoratum* 276 *Arganensium* 284 *Augea* 428 *Barcetum* 311 *Bobium in montibus Coccius* 95 *Bonifacii S.* 162 *Bosonne collis* 205 *Bovium* 387 *Brunis* 425. 427 *Campus regius* 262 *Cassini montis divi Benedicti* 87. 94. 109. 122 *Cassinū* 463. 464 *Chubach* 209 *Cluniacense* 163. 200 *Cloniacense* 486. 518 *Corbeja* 456. 470 *Dionysii sancti* 135. 456 *Ebersberck* 209 *Efdernach* 467 *Endanense* 470 *Erasmi S.* 136 *Ettenheim* 121 *Floriacum* 190 *Fons Mariæ* 277 *Fructuaria* 521 *Fruteria* 167 *Fuldense* 109. 122 *Galli S.* 162 255 *Gisenfeld* 209 *Gegenbach* 251. 525 *Gortzia* 521. 465 *Hoveldense* 454. 465 *Hirsavia* 456 *Iacobi S. Moguntiæ* 466 *Isforiense* 331 *Kaisheim* 268 *Kasbeten* 470 *Konigsfeld* 280 *Lambach* 174 *Laurense* 470 *Laureshemense* 157 *Limburg* 165 *Loracense* 214. 233 *Lorashaim* 422 *Luther* 212. 214 *Luxomnium* 387 *Luzirach* 235 *Malmendrense* 470. 482 *Marci S. Argentinæ* 328 *Martini sancti* 211 *Medardi sancti* 411 *Milani episcopi* 421 *Michaelis archangeli Bambergæ* 163 *Morbacense* 255 *Nicasii sancti* 284 *Nivalis* 117 *Petri Apostoli ad cœlū aureum* 111 *Petri Apostoli ante muros Beneventanæ urbis* 109 *Petri S. Babenberg* 164 *Pauli Apostoli ad aquas Salvias* 115 *Richardi S.* 136 *Schwabacense* 139. 169. 202. 520 *Selschinstat* 470 *Siegberg* 169. 484 521 *Soracti montis* 122. 409 *Stirla* 432 *Stabilius* 425 *Staine* 209 *Steingadense* 214 *Stephani S. Bambergæ* 163 *Summisheim* 186 *Tharisiense* 185 *Treverense* 382 *Visperg.* 237 *Zartesburg* 169 *Zumsiltun* 310
Moneta coreacea 351
Monothelitarum disputatio 117
Monstrum vide Prodigia
Monumentum in Bajenstein 201
Mons loco motus 57
Mons Adromarici 406 *Algidus* 9 *Asneggi* 127 *Aventinus* 8. 28. *auri* 68 *Cassinus* 84. 87 111. 394 *Caucasus* 73 *Celius* 8 *Ceraunius* 265 *Clarus* 338 *Concordiæ* 255 *Cinisius* 126 *Guezonum* 118 *Habinoberg* 225 *Hemi* 75 *Haldenburg* 256 *Husengun* 480 *Ianiculus* 8 *Imperialis Florentiæ* 167 *Iovis* 126. 194. 226. 398 *Iura* 335 *Lapideus* 526 *Palatinus* 172 *Pardonis* 194 *Peculanus* 90 *Pyreneus* 19. 128 *Radicophinus* 225 *Sanctis Adjutoris* 127 *Sarapte* 394 *Speciosus* 466 *Stella* 364 *Suntdal* 480 *Taurus* 72. *Thabor* 183 *Viburg* 113
Montes Coccii 95 *Riphei* 429 *Sarmatici* 71
Montium corona 74
Montanus hæreticus 453
Montani hæretici baptizantur 131
Morbus Curialis 334 *Elephantinus* 203 *Gallicus invectus* 334 *ignis invisibilis* 177 *Pediculatis* 177 142 *S. Sementi* 334 *sudatorius* 361. 362

Moravi ad Concilium Baſilienſe vocantur 301
Mordnacht 280
Mordo pro Latrocinio 237
Morgarten locus celebris ob victoriam inſignem 281
Morientium exhortatio tempore Concilii Baſilienſis 299
Morini expugnati 341
Morinum à Maximiliano duce Auſtriæ obſidetur 332
Mortarium tormenti bellici genus inventum 336
Mortheim à Carolo Burgundo obſidetur 329
Moſellæ regionis ducatus 517
Moyſis quando Ægyptium occiderit 5 quando mortuus 5 quo tempore natus 4
Moyſes Turcarum Imperator 284
Mülheim familia nobilis Argentinæ 269
Mülhuſenſis civitas Thuringiæ 353
Mülhuſen ſub epiſcopatu Argentinenſi 255
Mulebris animoſitatis exemplum 26
Mulieres magnæ Alrunæ dictæ 76
Mulieris ſalacis exemplum 44
Mulieres ſeditioſæ 352
Mummius Conſul Rom. Corinthum evertit 26
Munacius Plancus inſignis orator 39
Munda oppidum Hiſpaniæ 34
Mundi creatio & ætates 451
Mundus Gepida Romanis aſſociatus 88
Munoltzheim turris demolitur 256
Muſachius dominus Angelinæ 324
Muſca diabolica 110 in cerebro quidam nominatus 225
Muſca ſuffocatus Papa 221
Muſcas configere & captare Imperatoris 49
Muſica apud regem Æthiopum 89
Muſici clari 6
Mutii Scevolæ audacia 9
Mutina capta 337
Mutus in Monaſterio Schwartzach lingua uſũ miraculoſè recipit 202
Myſia 324 Thracia 72 Chriſtianis redditur 325 duplex in Europa 265
Myſteria divina non licet videre pollutis 59
Mytilene à Turcis occupata 310

N

NAbuchodonoſor Iudeam capit 452
Nehenfels locus famoſus ex victoria 281
Nanſejum ab Argentinenſib. & confœderatis captum 330 deditur 329
Nationes Carolo M. tributariæ 128
Nationum officina 72
Narciſſi epiſcopi ſanctimonia 54
Narciſſus Libertus 44
Narſetes Eunuchus in Italia 85. 88 Carthularius 89 Longobardo in Italiam vocat 92. 385 Totilam vicit 88 necat 111
Narſeus rex Perſarum occupat Orientem 59
Naſis & pollicibus abſciſſis pulmentum mittitur Alexio Imper. 188
Naves Hilnachiæ dictæ 229
Naupactum à Turcis vaſtatur 265
Navigatio à Rheno in Danubium 135 ex India, Perſide & Arabia in Paleſtinam 245
Navis zona virginali attracta 8
Nazareth reſtituitur Chriſtianis 248
Neapolis ars typographica inſtituta 309 docuit Thomas Aquinates 250 horrenda tempeſtas 352
Neapolis ab Imperatore Heinrico ſexto obſeſſa 232 à rege Gallorum expugnata 334 à Venetis petita armis 359 Actiaca 55
Neapolitana civitas invitat Heinricum ſeptimum 267
Neapolitanum regnum ad Gallos devolutum 254
Necromantia Valentis Imperatoris 70
Necromantica Simulacra 65
Nemrot gigas 1
Nepos patricius imperium Ravennæ aſſumit 94
Neptunus cur Athenienſium terras populatus ſit 4
Nero ſibi infert manus 47
Neronis Imperatoris vita & res geſtæ 46 interitus 47
Nervæ Imperatoris vita 50
Neſtoriana Hereſis 454
Nicea urbs Bithyniæ 61. 62 expugnata 176. 178 Turcis reddita 188
Nicenæ Concilii decretum de cœlibatu Sacerdotum 316
Nicephorus Conſtantinopol. Imp. occiditur 138
Nicephorus Imperii invaſor 137
Nicetas Siciliæ præfectus 136
Nicodemi oſſa 98
Nicolaitarum fornicatio 188
Nicolai Pontificis laudes 417
Nicolaus Cuſanus Engeniorum Hercules 297. 311 Eremita Helvetius abſtinentia claret 334 Florentinus medicus 284 Frei Anabaptiſta Argẽtorati ſubmerſus 354 de Lyra floret 269 Scriba Romanus ſeipſum nominat Auguſtum 272 Tollentinates reſiſtit Imp. Sigismundo 290 Zorn ſenior nobilis Argentoratenſ. 256
Nicopolis antea Emmaus condita 55 terræmotu corruens 51
Nicoſtrata latinarum literarum inventrix 6
Niſſa arx Wirtembergico duci recuperatur 566
Niger Peſcennius 53
Nigropontum à Turcis expugnatum 326
Nili brachia ad Deltæ literæ figuram 245 paludes 72
Nini regnandi prurigo 2
Ninive condita 2
Nix magna 223
Nobiles Alemanniæ prædones 239
Nobilitatis ſoror Humilitas 297
Noctes continuæ tempore brumali 71
Nomen maternum cur nullius Athenæ accipiat 4

Nomina quidam juramento negant tempore Valentis 70
Nordiveli rebellant 403
Nordlindi victi 403
Norbertus institutor ordinis Premonstratensis 200. 212
Noricus ducatus divisus 216 *conceditur Luipoldo Marchioni* 213. 214 *Ottoni Palatino* 227
Norimberge Iudes combusti 264
Norimberga ab Heinrico quinto capta 187
Norimburgensium bellum cum Marchione 308 *confessio fidei* 363 *Politia correcta* 276 *primus Burggravius* 258
Nortmanni ab Arnolfo Imperatore delecti 142 *ad Sonum fluvium considunt* 426 *Andegavensem oppidum occupant & muniunt* 421 *Apuliam occupant* 462 *Galliam vastant* 416 *gens bellicosa* 229 *gens ferocissima* 148 *inauditam rem conficientes Burgundiam rapinis vastant* 429 *in Hybernia cesi* 409 *in exercitu Imp. Constantinopolitani* 481 *invasores possessionum Apostolicarum* 167 *Parisios iterum obsident* 430 *Rheni tractum vastant* 425
Nortmannorum classis 425 *maxima clades in Gallos* 410 *perfidia* 430 *stratagema* 427
Novatiana Heresis 192. 453
Novelle institutiones quando conscripte 87
Novesia à Carolo Burgundo obsessa 327
Noviomagi Palatium Caroli M. 129
Nortuegia 347
Novus orbis inventus 335
Nubere in Domino 317
Nubes Christianos refrigerantes 180
Nubes sanguinei coloris 252
Nudis pedibus circinare civitatem 179
Numantini à Romanis victi 28
Numerianus quare Cyrillum episcopum occiderit 59
Numi erei primum inventi 6
Nummus argenteus primum Roma figuratus 17
Nuis castrum 425
Nussia obsessa 327

O

OBodriti à Danis subacti 128 *Britannicus* 122 *Germanicus* 75 *Septentrionalis* 71
Octavianus Cæsar Augustus 35
Octavius Augustus Antoninum prælio vincit 34
Octavianus vide Augustus
Ochsenstein curia Argentina 272 *præses Spirensis* 268
Ode de columna fit Papa 290
Odoacer adversus Theodericum 83 *à Theoderico occisus* 83 *Italiam invadit armata manu* 94 *rex Gothorum Romam obtinet* 82. 384
Oecolampadii cum Luthero colloquium 361
Ofen regia Vngariæ 348
Offa informis 76
Offenburg urbs oppignerata 263
Ogyges Eleusinam condidit 3
Oleï fons tempore Augusti exundans 36
Oleum oculos ex beneficio Ioannis & Pauli senis 87
Olibrius regiam dignitatem adeptus 96
Oliva arbor repente apparens 4
Olympias Alexandri mater interfecta 13
Olympias prima à Græcis constituitur 452
Olympius Arrianus igneo gladio divinitus perussus 58
Oma vini quatuor nummis Argentinensibus vendita 255
Onias pontifex Iudæus 24 *avarus* 21
Oppenheimensis Scultetus urbem Argentinam cū Episcopo conciliat 282
Oppius Sabinus ab Gothis victus & decollatus 74
Oraculum Apollinis Delphici ambiguum 14 *dubium Valenti datum* 70
Oratores sacri concilii Basilienſis 392
Orcades Insulæ 44
Orchanes Turcarum Imperator 264. 270
Orebitæ Græci 407
Orebitarum secta 294
Organa primum ex Græcia missa 455
Orientale Imperium in Adrianopolitan. Constantinopol. & Trapezuntinum divisum 310
Origenes nascitur 53 *& claret* 54. 381. 453
Origenes moritur & sepelitur 57. 311
Origenis hæresis 90
Orphanotrophium Argentinensium 361
Orpheus musicus claret 452
Osculum pacis in Missa institutum 90
Os ferreum, barba ænea 46
Osfridis regis uxor hordeum invenit 3
Ossa Hyrcano proposita 21
Ostfalai populi 133
Ostiensis Episcopus Legatus Apostolicus ob reconciliationem regni & sacerdotii 203
Ostrofrancia 141
Ostia oppidum conditum 1
Ostrogothæ 74. 75. 76. 91 *cum Leone Imp. pacem ineunt* 94 *pacis impatientes bellum otiosi movent* 82
Oswvaldus rex interficitur 116
Othmarus sanctus relegatus 124. 209 *ejus corpus incorruptum inventum* 132
Otto Bambergensis episcopus Pomeranis fidem Christi prædicat 205. 216
Otto eligitur in regem ab Episcopis Argentinensi & Colonienſi 235
Otto filius Friderici primi Imperatoris 227
Otto Heinrici Imperatoris pater 149
Otto primus eligitur ejusq; bella 438 *vita & res gestæ* 155. 156. &c. 457. 458 *Heroicus animus* 157 *filii* 160
Otto secundus in regem ungitur 162. 458 *mors pallida dictus* 163
Otto tertius Imperator mirabilia mundi dictus 163

Otto quartus Imperator bellum movet in Landgravium Thuringiæ 243 à regno pellitur 235 moritur 235 ejus vita & res gestæ 235. 238
Otto de Saxonia ad imperiale fastigium sublimatus 247
Otto de Suinfurt dux Sueverum 166. 168. 465
Otto dux Bajoariorum 469. 470. 512 ducatum Bajoariæ ab Imperatrice accipit 467 belli Saxonici principalis administrator 515 Saxonibus conforderatus 489 cur ab Heinrico quarto defecerit 529 vastat Thuringiam 479 falsè accusatus ducatum amittit 169 læsæ majestatis sit reus 478 dejicitur 168 in gratiam recipitur 485 receptus à rege in familiaritatem 522
Ottho Lotharingiorum præses 159
Otto marchio Brandeburgensis 253
Otto Marchio affectat regnum 464
Otto mundi amor 154
Otto Palatinus de Wittelsbach occidit Philippum Imperatorem 237. 238
Otto princeps Carolingorum 165
Ottonis Sylvii Imperatoris Rom. vita 48
Ottomanica Turcarum familia 264
Ottomannus Turcarum fit Imperator 262. 264
Ova quatuordecim pro uno nummo 258
Oves trecentæ pro tribus Marcis usualibus venduntur 282
Ovim Scythia terra 72
Ovidius nascitur 38 mittitur in exilium 34 moritur 41
Ox syllaba responsum Lacedemoniorum ad epistolam Philippi regis 358

P

PAcis leges Friderici primi Imperatoris 218 Litteræ Friderici primi Imperatoris 230 osculum in Missa institutum 90
Pagani à militia remoti 88
Paganorum conversatio periculosa 206
Palatia Caroli magni 129
Palatium Modicianum 95
Palatium comitis jus 279
Palatinorum Rheni propago ex Ludovico Bavaro Imp. 270
Paleologorum Imperii principium 253
Paleologus adducit Turcas 264
Palestina à Turcis subacta 265
Pallii redimendi exactio 350
Pallium Halberstatensi episcopo datur 468 sancti Petri 116
Palmati de Hierosolyma redeuntes 185
Paludes bracchii S. Georgii 176. 182 Minturnenſiũ 30 Mœotides 66. 72. 75. 76. 85. Nili 72 Rakovitz 528
Pandectarum libri 212
Panis fragmenta pro lapidibus jaciunt Romani 9
Panormitani adulatoris Papæ rhetorica oratio 297 298
Pannoniæ & Bavariæ limites 135
Pannonia à Gothis occupata 91. 81 ab Hunnis possessa 127 à Langobardis possessa 87 à Wandalis occupata 75 Rom. Imperio adjecta 37
Pannonis cum Boemis de finibus certant 254
Pantheon Romanum 389 in Omnium sanctorum templum mutatum 114
Panum fragminibus Imperator petitus à populo 46
Papa ab Episcopis reprehensus 171 ab Episcopis Germaniæ depositus 524 aliquando non secundum æquitatem indicat 233 Annatam extorquet 318 an furtivas requies & rapinam possit justificare 236 an hæreticus? disputatur 297 an per concilium deponi possit 297 à Romanis indigne tractatus 403 arma sumens mœrore obiit 462 avarissimus 323 aufert Imperatori terras 248 bestia orta à mari 270 cedit Papatui 285 confitetur se errasse 197 consanguineus Imperatoris 204 crucem & indulgentias contra Imperatorem proclamat 250 cum omni clero obvius Heinrico 194 cur Imperatorem Ludovicum Bavarum excommunicarit 272 de perjuria accusatus 169 de Simonia accusatur 252 diadema regium rapere præsumit 234 dimidiam Ecclesiarum Galliarum partem petit 284 à concilio Constantiensi fugit 287 ex quibus causis Diethero archiepis. Mogontino adversatus fuerit 319 falsè divulgat mortuum Imperatorem ut civitates occupet 248 fautor bastardorum 513 Fridericum Imperat. hæreticum nominat 249 frivolis insistit objectionibus 233 Galliam & Germaniam bello implicat 261 germanorum divitias inhiat 312 incestuosus 314 indignus sede Apostolica 524 in Germaniam venire cur abhorruerit 193 in judicando aberrat 233 respuit literas Imperatoris 248 retinet Episcopatum Einstatensem 464 Româ aufugit 443 Româ pulsus 248 sacra tractans à cive Romano indigne tractatur 523 sollicitat decimas 277 sudorem Germanorum in deliciis habet 313 superiorem habet 271 suum & suorum errorem profitetur in comitiis per legatum 351 tenetur obedire Decretis Concilii 285 tria ardua negotia sustinet 240 veneno perit 335 violatur ante altare 170 utriusq; gladii potestatem sibi arrogat 262
Papæ acta in Ludovicum Imperatorem non probantur 269 ambitio reprimenda 299 Articuli in destructionem imperii 271 astutia 237 conspiratio in Imperatorem Fridericum primum 221 & Concilii dissensio 305 error patientia nominanda 198 impostura ad Papatũ consequendũ 261 judicium ambiguum 358 judiciũ

derege Francorum eligendo 395 Legatus ob avaritiam ab imperatore taxatur 276 liberalitas Christiana 384 mandatum de Luthero incarcerando 343 minarum effectus 462 paratur toxicum 462 pedes olim non deosculabantur 404 perfidia in Ottonem primum Imperat. 443 potestas an latior imperii potestate 312 procuratorium turpissimum 271 Thesaurus 270
Papæ tres non dignè constituti 166 Schismatici 222. 461 se mutuo persequuntur 269
Papale prandium 380
Papalis sedes Lugdunis 251
Papam musca jugulat 221
Paparum contentio 212 digladiatio ambitiosa 471 dissidium 142. 143 Catalogus 392
Paphnutii zelus pro matrimonio sacerdotum 317
Paphus condita 6
Papia à Carolo M. obsessa 126 à Pipino obsessa 124 à Mediolanensibus infestata 217 recipit Henricum septimum Imperatorem 266 Ticinum olim dicta 92. 83
Papienses Imper. Friderico primo favent 217
Paris Histrio 49
Parisiensis Schola authoritas supra Papam 285
Parlamentum in civitate Spirea 266
Parma ab Imperat. Friderico secundo capta 251
Parmenio ab Alexandro peremptus 11
Parochiæ presbyteris divisæ 57
Parricidium 29. 478
Parricidis cur nulla lex constituta 313
Parrisia Caroli quarti erga Legatum Papæ 276 Episcopi in Papam 166. 198
Parsimoniæ exemplum 55
Parthi Africam infestant 93 à Romanis victi 55 cum Augusto amicitiam faciunt 40 Romanos opprimunt 32 unde Arsacidæ dicti 15
Paschæ circulus sedecennalis 55
Paschæ quomodo & quando celebrandum disputatur 53
Paschalis papa non fidit se Germanis 193 PP. Decretum ad Padum fluvium 192
Paspuitanus Britonum regnum invadit 421
Passagium Episcoporum in terram sanctam 168
Pater Apostolicus custoditur 194
Pater oculos filio effodit 418
Pathmus Lutheri 348
Patina clypeus Minervæ 48
Patriarcha Aquilejensis contra Turcam missus 311 Antiochenus in Concilio Constantiensi 289
Patriarchium 123
Patrimonium Petri ab Imperatore Ottone quarto occupatum 239
Patrum authoritas qua 342
Paulinus Nolæ episcopus pro filio viduæ se tradit hosti 93
Paulinus Episcopus regem Angliæ baptizat 115
Paulini Ecclesia Treveris multis martyrum reliquiis claret 485
Paulus in Apostolum vocatus 379 aram ignoto deo consecratam invenit 46 vinctus Romam mittitur 380 occiditur 47. 453
Pauli profectio versus Hierosolymam 380
Paulus Hæreticus 109
Pauli Samosateni Hæresis 58
Pavonum cerebella 48
Pauperes de Lugduno 243 minores 243
Pauperum causæ primo determinandæ 218
Pax & bellum in sinu Fabii 19 inter Christianos & Saracenos 248 inaudita 165
Pazaites Turca 264 à Tamberlane captus 262
Peccata coercenda ut supersint quos peccasse pœniteat 337
Peccati velamen exgregium 511
Pelles Saphirinæ 71
Pergamum expugnatur ab Hariperto 110
Peredeus reginam adulterat 92
Perlaich quasi perdita legio 225
Perona libertatis insigne civitatis Leodiensium 326
Perpetua sancta virgo cujus caro mortua incorrupta 177
Perse à Belisario victi 38 à Mauritio duce victi 111 à Romanis victi 36. 55. 96 Neronis amantes 47
Persarum legati ad Carolum magnum 138 regia munera Carolo magno transmissa 138. 406 regnum translatum 12
Perseverantiæ utilis exemplum 146
Pertharitus Vnulphi astutia mortem evadit 96
Pertinacis Imperatoris imperium 53
Pestis 109. 139. 174. 180. 207. 273. 406. 441 Anglica 362 Basilea tempore Concilii 299 bona 408 in Brabantia 333 in castris Saracenorum 121 in Concilio Basiliensi 304 in exercitu Ottonis primi Imp. 443 gravissima 389 Inguinaria 386 ingens 206 in Hispania 364 inter Iudæos 333 in tota Italia 89. 93 in Germania 335 grassatur in castris Imperatoris Friderici primi 214. 215 Hierosolymis ingens 383 Fuldæ 456 pecudum 166 Romæ 10. 12. 16. 49. 352 in exercitu Cæsaris 357
Petrus Apostolus Romæ sedit annos viginti quinque 392 apparet in forma grandævi viri 244 expergefaciendus 507 in carcerem conjectus 43 quam diu Romæ episcopatum tenuerit 380 quando passus 44. 47. 453 Romam venit 44. 453
Petri colloquium cum Philone 43 ossa in Germaniam translata 140 patrimonii thesaurus 270
Petri Buffleri sanctum institutum 835
Petrus Episcopus ignem pertransit illæsus 271
Petrus de Hagenbach 327 ejusque Tyrannis 328
Petrus Leo Papa septem annis apud Germanos 213
Petrus Monachus expeditionem Hierosolymam instituit 174

Petrus rex Hungarie regno expulsus 480. 463 in regnum restitutus 166 excecatur 461
Phaetontis fabulosum incendium 4
Phalereus Graecus orator & philosophus 16
Pharaones pastores dicti 2
Pharnax Mithridatis filius à Cesare devictus 34
Philippici imperatoris vitacti 119
Philippicus occidit Iustinianum sibi insidiantem 110.119
Philippi Landgravij Hessorem confessio fidei 363 regis Macedonie bellum cum Amazonibus 74
Philippum imperatorem quidam Romani expunxerunt è Catalogo imperatorum 237
Philippus Apostolus apparet Theodosio 87 Barbarosse filius ejusq; res gestæ 233 comes de Wittelsbach regem interficit 227 comes Palatinus defendit Viennam contra Turcarum impetum 360 dux Burgundiæ militat contra Turcas 311
Philippus Hessus contra Philippum Bavarum 566 Imperator Christianus 75. 381. 453 Imperator German. occiditur 237.238
Philippus inter pœnitentes collocatus 208
Philippus Landgravius Anabaptistis resistit 754 Landgravius Hessiæ Vlricum Wirtembergicum restituit 568 Maximiliani primi filius dux Brabantiæ inauguratur 334 Melanthon Wittembergæ floret 347 Melanthon & Zuinglius colloquuntur 361 Palatinus contra Imp. Maximilianum primum 336 rex Macedoniæ vinolentus 314
Philo cum Petro Apostolo Romæ collocutus 43
Philonis liber quæstionum super Geneſin 1
Philosophi apud Gothos 72 ex Roma pulsi 49
Phitonis Spiritus in cane 88
Phocæ Imperatoris vita 114
Phocas Mauritium decollat 113
Phocas strator occidit Mauritium imperat 95
Phœnix apud Aegyptum visus 46
Photinus Ecclesiarum pacificator 89
Phthinus morbus 170
Phryges in Italia 7
Physici libri Aristotelis editi tanquam non editi 10
Picardia à rege Franciæ occupata 331
Picinati milites Alexij Imp. 181.182
Picti Slavi seditionem movent 284
Pictoris manus arefacta divinitus 44
Picus in avem mutatus 6
Pij magistratus exemplum 275
Pilatus Judeæ procurator 379 imaginem Cesaris cõplo Hierosolymæ infert 42 manũ sibi infert 43
Pileati Gothorum sapientes 72.74
Pilei straminei in exercitu 159
Pileum honorare jubentur Helvetij 281
Pileus libertatis insigne 21.47
Pipini Caroli magni impietas in patrem 129
Pipini regis Francorum vita & res gestæ 123.455
Pippinus Aquitaniæ rex monachus 410 attonsus in monasterium traditur 455
Pipinus fil. Caroli Magni contra patrem conspirat 135
Pipinus sit ex Majore domus rex Francorum 123
Pipinus rex Italiæ Venetos bello premit 138
Pippinus pater sanctæ Gertrudis 69
Pirate à Pompejo compressi 31
Pisani cum episcopo Lucensi de jurisdictione contendunt 197 debellantur à Germanis 259
Pisa civitas delectabilis & florida 266
Pisces de regni Vngariæ finibus Vlmam usq; Danubium ascendunt 304
Piscis sexaginta octo pedes longus 364
Pisidia Amazonum sedes 73
Piso in regnum à Galba adoptatus 48
Placentinorum urbs destructa 223
Placidia filia Theodosij 66 Athaulfo regi Gothorum nupta 78 Honorij soror à Gothis rapta 90 rapta restituta 91
Plaga ignis invisibilis 177
Plato philosophus quando floruerit 9.454
Plautus comicus ad molas mannarias fabulas scribit 23
Plinius de insula Thule 71
Plinius & Scolopetius Gothorum dux 73
Plinius secundus pro Christianis intercedit 50
Plotina uxor Trajani 50
Plotius Gallus Romæ Rhetoricam docet 30
Pluvia tempestuosissima Imperatorem liberat è mortis periculo 222
Pœna à Deo immissa sanari nequit 60 incendiariorum 231
Pœnitentiæ exemplum 113. 161. 461 Flagellantium tempus 274
Pœnitentia octo mensium 88 seditiosorum civium Colonia 503
Poeta Arator 87. 384 Bavius 38. Bebelius 336 Cecilius 26. Claudianus 90 Conradus Celtes 336 Cornificius 38 Dantes 262 Ennius 26 Fenestella 41 Fortunatus 385 Franciscus Petrarcha 270 Horatius Flaccus 30. 38 Iuvencus 62 Lavius 23 Lucretius 30 Lucilius 26 Mantuanus 336 Marcus Furius 29 Ovidius 38 Persius 42 Prudentius 90 Plautus 23 Statius Surculus 47 Tucca 39 Terentius 21 Varrus 39. Virgilius 31 38
Polizlaus Poloniæ dux prædicationem Evangelij petit 205
Poloni victoria contra Valachos 364
Polonia à Tartaris vastata 250
Poleni ab Henrico primo bello petiti 460 auxilia offerunt Saxonibus contra Henricum quartum 510 Bohemiam invadunt 305 Moscovitas & Ruthenos superant 338
Polenorum & Bohemorum ducum dissensio 484
Pollex è dextro pede Pyrrhi contra renum dolorem 15
Polycarpus Smirnensium episcopus 51 Sancti Iohannis discipulus 381
Polygamiæ periculum 68
Pomerani ad Christum conversi 205.206
Pompeij res gestæ & bella cum Cesare 31.33.34
Pompeij triumphus 32
Pompejus à rege Aegypti occisus 34 Cesari adversarius 33 cum Cleopatra stupri consuetudinem ha-

bet 34 templum Hieroſolym. intrat atque violatione 32
Pompilia veſtalis viva defoſſa 9
Ponderum inventio 7
Pons Albiæ 407 Condiniani 78 in Danubij à Conſtantino extructa 61 Mediolanenſium & Brixenſium 222 Milvius 53. 61 Moſæ 190 Placentinorũ 222 Rheni apud Argentoratum exuſtus 282 Rheni incenſus 456 Rheni apud Magentiam 129 cum incendio perit 138
Pontes Albiæ à Carolo magno extructi 402
Pontifices Romani ſchiſmatici 471
Pontificum Romanorum ſucceſſio 44. 45. 46. digladiatio 142. 143
Poplitibus flexis Cardinali miniſtrare 310
Porcina caro apud Romanos 58
Portentum aquæ è Baptiſterio evaneſcentis 95 aciei igneæ in cœlo 163 ceſpitis translati in Thuringia 139 coloris igneι in cœlo 163 Cometæ gladij more caudam protendentem 177 crucis veſtigij in veſtibus 163 crucis in brachio corporis exanimi 181 equi Albonι cadentis 92 Equitum in aere conurrẽtium 177 frumenti ex cruce pueris loco panis effluentis 207 facularum per aerem volitantium 177 frigoris & pruinæ in hebdomada Pentecoſtes 207 fulguris in ſereno 140. fulminis percutientis lignũ in cluſura regis 94 gladij vertigineventi agitati 177 glaciei poſt æſtivale ſolſtitium de cœlo decidentis 140 igneι gladij 95 ignis in cœlo ſpecie lanceæ 88 Ignis volantis ab oriente in occidentem 181 imaginis Mariæ claritate effulgentis 140 imbrium diluvium minitantium 207 Lampadum divinitus flammas concipientium 184 mortui incendium ſufflare geſtientis 132 Nebulæ ſegetes uredine depravantis 207 nubium ſanguinearum concurrentium 177 Papilionum turmatum volantium 181 puellæ biennium ſine cibo viventis 140 ſcutorum ſanguineo colore ſupra Baſilicam apparentium 399 ſignorum in ſole, lunæ & ſtellis 207 ſtellæ locum ſaltibus mutantis 177. ſtellæ ſyderis coronæ Ariadnæ 245 terræ inſtar valli intumeſcentis 139 villarum viginti trium igne cœleſti conſumtarum 140 plura vide in prodigijs
Potio contra famem 27 ex tritici ſucco 27
Præcepta digna Cæſare Chriſtiano 111
Præda Hunorum in Monaſteria diviſa 128
Prædicatores Monachi oppugnant Reuchlinum 358
Suevici contra Papam 252
Prædicatorum cœnobium Argentinæ in Academiam vertitur 566
Prædones ſub nomine equitum latentes 204
Premonſtratenſium ordo inſtitutus 200. 212. 213 privilegium 237
Præſagia ſeditionis Colonienſis 503
Praga à Sigiſmundo Imperatore capta 294
Prandium imperiale juxta auream Bullæ præſcriptum 275
Premenſis Archiepiſcopus dæmoniacum liberat 671
Presbyteri pauperes in concilio audiendi 298
Principes Heinrico quarto imperat. reſiſtentes 539
Priminius ſanctus epiſcopus ſerpentes fugat 118
Probi Imperatoris vita 51
Procopij Bohemi vox riſu excepta 303
Prodigium aciei igneæ in cœlo 92. 406 Aedium ſalutis fulmine diſſolutarum 16. agnelli bicipitis 177 ante obitum Caroli magni 406 aquæ in cribro 25 aranearum telarum 389 arcus cœleſtis nullo ſereniſſimo cœlo 497 Athenis 4 Bovis loquentis 18. 35 Brutorum animalium in ſylvas fugientium 24 calicis in altari immobilis 167 cæcum nlulatus & oberratio 29 capitis ardentis 8 carnis è cœlo lapſæ 18 cineris de cœlo cadentis 117 circa ſepulchrum Annonis epiſcopi Colonienſ. 520 civitatis figuræ in aere apparentis 177 cœli aperti coruſcantis 200 cœli ardentis 18 columnarum auri coloris in cœlo apparentium 497 cordis in mactato bove non inventi 35 cornicis loquentis 50 crucis ſigni in veſtibus 335. 455. 458 crucis in corporibus humanis impreſſæ 177 crucis in nubibus apparẽtis 200 cruoris ex panibus fluentis 29. equi divo Martino donati 122 equitum è monte quodam enuntium & redeuntium 204. 205 Faculæ ab oriente ad occidentem volantis 174 flammæ ex hiatu terræ 29 fluminis è monte ſubito erumpentis 109. fontis olei 36 fragoris cœli 29 frugum in arboribus 26. frumenti de cœlo deſcendentis 140 fulgurum 199 fulminis ante Aurelianum cadentis 58 fulminum mœnia diſſolventium 16 glaciei miræ magnitudinis circa æſtivale ſolſtitium de cœlo cadentis 186 globi igneι 29 grandinis lapidum 29 Halonis circuli circa ſolem à decima uſque ad primam horam 359 hiatus terræ 10 hominis monachico habitu cum gladio diſcurrentis 113 ignis ab oriente in occidentem volantis 52 ignis de Rheno aſcendentis & villas abſumentis 459. infantis bimembris 177 infantis bino capite 177 lactis cum ſanguine ex corpore humano fluentis 113 lactis è cœlo defluentis 16 lanæ pluviis permixtæ 70 lapidis apud Enſisheim de cœlo lapſi 335. laureæ coronæ in caput Iuliani cadentis 64 Leonis ex muliere prognati 268 lunæ triplicis 18 luporum ſemeſum cadaver trahentium 16 monſtri cornu in capite, alas, unum pedem multa brachia, &c. habentis 337 mulieris biennio gravidæ 177 noctis clarè lucentis 18 nubium ſanguine coruſcantium 199 orbis ſolem ambientis 35 oſſis ſanguinem fundentis 485 pluviæ teſtarum 29 pueri in partu loquentis 177 pueri quatuor pedũ & totidem manuum 26 pulli equæ dentes majores in partu proferentis 177 ſanguinis fluentis 18 ſanguinis de cœlo profluentis 455 ſanguinis expanibus fluentis 186. 252 ſanguinis è terra manantis 16 ſigni in ſole apparentis 174 ſimulachri loquentis 5 ſtellarum de cœlo cadentium 205 telarũ aranearum in medio populi cadentium 109. 118 terræ hiatus peſtilentiſſimum aerem exhalantis 364 terræmotus 18 viri grandævi Centio Romano appa-

no apparentis evaneſcentis 244 viri ignei à caſtello ad caſtellum ambulantis 201 Vermiculorũ catervatim volantium 174 vide Portentum.
Proditionis callidæ exemplum 143
Prometheus quis & quo tempore clarnit 3.4
Pruſia à Turcis capta 264
Pruſſi promittunt fidem Chriſtianam 333
Pſalmos canendi conſuetudo introducta 70.91
Pſyllorum ſaliva contra ictus ſerpentum 37
Ptolomæi Evergetis miſerabilis vitæ exitus 29
Pudicitia corporis quando proſit 317
Puer à draconе involutus quid ſignificet 5 quadripes 26 vaticinans 94
Puella biennium ſine cibo vivens 140
Puellæ pauperes fiunt regina 68
Puerum mortuum flagellantes reſuſcitare fruſtra præſumunt 274
Pulmentum ex naſis & pollicibus abſciſſis 188
Purificationis feſtum inſtitutum 88
Pyghardarum ſecta 294
Pylades Cylix Pantominus primus fiſtulâ uſus 39
Pyra ex equitatoryis ſellis 80
Pyrrhi pollex è dextro pede 15
Pyrrhus ab ambiguo oraculo deceptus 14 ictu ſaxi occumbens 15 Tarentinis præſidium præbet 14
Pythagoras Samius quo tempore claruit 8

Q

Quadi 79
Quadorum princeps Gothis ſubjectus 75
Quadrageſima obſervanda 206
Quadratus Chriſtianus Adrianum docet de religione 51
Quadriga inventa 451
Quadrimanus puer 26
Quadripes puer 26
Quæſtio de Paſchate celebrando 53 de Trinitate & ſanctorum imaginibus 185
Quartale frumenti pro libra Argentinenſi venditum 276 frumenti quatuor ſolidis empta 255 Siliginis pro ſedecim nummis 258 tritici pro viginti duobus nummis 258
Quatuor Imperatores Spiræ ſepulti 207
Querela Friderici ſecundi Imperat. in ſedem Apoſtolicam 245
Quiburc comitatus 234
Quidelenburgi templum igne conſumtum 478
Quindecim Hebræi Epiſcopi Hieroſolymis 50
Quidlingaburgi ſepultus Heinricus primus 155
Quinquaginta filij & fratres una nocte occiſi 5
Quinquegentiani Africam occupant 59.60
Quinquennalis trenga inter Chriſtianos & Saracenos 230
Quinquennium Neronis 47.48
Quinta legio maxima 161
Quintilianus Rhetor 49
Quintilius Claudij Imperatoris frater 58
Quintilius Cremonenſis 39
Quintilius Varus à Germanis cum tribus legionibus deletus 37
Quintius Cincinnatus Romanos obſidione liberat 9
Quintius Romanus Pontificem ſacra ir. ſtantem violat 523
Quintus Fabius Maximus victus 12
Quintilius Varus cum legionibus à Germanis deletus 226
Quiriacus invenit crucem Chriſti 383
Quirinus manuali molu ſubmerſus 62
Quirus, id eſt Haſta 8
Quirites unde dicti 8

R

Raban abbas 456
Radagaiſus Scytha crudeliſſimus 90
Radegundis ſancta regina 88
Radoaldus rex adulter occiditur 95
Rainerus juriſperitus floret 269
Rame Chriſtiani obſeſſi 185
Ramuli præfectus liberat Chriſtianos 473
Rapa Imperatori pro cibo grata 258
Raſcia à Turcis occupata 404.430
Raſo capite pileum ſumere quid 47
Rattinbuchenſis eccleſia conſtructa 210
Ratisbona capta 160 exuſta 361
Ratiſpona tumultus exortus 185
Ratiſponenſes excludunt Epiſcopum 252
Ratiſponenſis epiſcopus adoleſcens 187
Ravenna à Longobardorum vi liberata 124 regia Longobardorum 78.92. Papæ reddita 445
Ravennates Imperatores 94
Raymundus comes Tripolitanus 228
Reatina civitas à Rogerio rege Siciliæ deſtructa 215
Reatum civitas condita 223
Regalia imperij 207 apud Mediolanum 239 Heinrico quarto adimuntur 189 ſub poteſtate Eberhardi de Tanne 245 ſub poteſtate epiſcopi Spirenſis 238
Regensberg arx deſtructa 280
Reges criniti 66 Merovingi 66 paſtores 2 Romani urbe ejecti 8 Teutonici 204 rogati ad Auguſti currum 37
Reginger Imperatori crimen nefandum impingit 494 à Dæmone abreptus 497
Regino abbas Brunienſis deponitur 432 cuſtos monaſterii Brumienſis 427
Regionum Hagæ circuli diſterminati 127.128
Regis ac Tyranni differentia 529
Regis filius ſit Faber 25
Regni & Sacerdotij diſſidium ob inveſtituras 200. 201. &c.
Regni Gothorum finis 85
Regnum Aſiæ minoris terminatum 13 Romano imperio accedit per teſtamentum 28 Judæorum deficiens 31.38
Regnum Judæorum ſubvertitur 380 Liſaniæ 44 Macedonum deficiens 26
Regula beati Benedicti 111

Reguli cum Serpente pugna 17 *miser interitus* 17 *mira & animosa constantia* 17
Regum animi inexplebiles 416
Reinhardus comes de Wedemunt Lotharingiam consequitur 327
Religionis reformatæ Idea 368
Religio veterum Saxonum 148.149
Remacli ossa & miracula 482
Remigius baptizat Gallos 122
Remus & Romulus unde à Lupa nutriti dicantur 7
Reinholdus comes fit dux Gelriæ 271
Reuchlinianum dictum 342
Restibus ad collum ligatis se submittere 266
Reutlinga in Vlrici ducis Vvirtembergici potestatem redacta 366 *municipali libertate donata* 259 *obsessa* 251
Reutlingæ pecuniariam pœnam solvit 275
Reutlingæ monachi ejiciuntur 271
Reutlingensis Reipubl. confessio fidei 363
Rex in cunis vagiens 233
Rex quis merito vocetur 123
Rheni pons apud Magontiam conflagrat 129. 138 *pons Argentinensis crematur* 282
Rheni stagnum capit Pippinus 397
Rhenum & Danubium conjungere nititur Carolus magnus sed frustra 135
Rhenus claudi tur Argentorati 275
Rhodi milites S. Ioannis Baptistæ initium habent 264
Rhodus Insula à Turcis oppugnata 265 *à Turcarum impetu divinitus defensa* 263.332 *Turcis deditur* 265.351
Richardus Angliæ rex in Austria captus 232
Roboris membrorum exemplum 65.98
Rodolphus Sueviæ dux Imperatori Heinrico quarto reconciliatur 435
Rogerius rex Siciliæ Welfonem contra Imperatorem provocat 214
Roma altera Babylon 1. *condita* 7. 452 *capta à Gothis obsessa* 84 *à Gothis capta* 78. 384 *ab Arnulpho Imp. capta* 433 *à Genserico Vandalo capta* 93 *ab Odoacro occupata* 82 *à Totila capta* 85 *capta per Heinricum quartum Imper.* 172. *Carolo magno semper grata* 130 *clericorum ultimum asylum* 507 *caput omnium Ecclesiarum constituta* 114 *corona coronarum* 267 *igne & aqua infestatur* 18 *ingrata Scipioni Africano* 21 *patria regum* 15 *muro cincta* 8 *terræmotu concussa* 92 *turbata per pontifices schismaticos* 471 *vicit orbem non religione, sed malitia* 235
Romæ duæ, duo papæ 281
Romæ ars typographica instituta 309 *discordia propter Symmachum & Laurentium* 95 *urbis expugnatio per exercitum Caroli quinti* 355 *tumultus & impetus in Heinricum quintum* 194
Romæ vincunt Alanos 66 *Alemannos* 58 *Alemannos* 86 *Aphros* 70 *Arabes* 53 *Bosphoranos* 37 *Cattos* 37 *Celtiberos in Hispania* 25 *Cheruscos* 37 *Cimbros* 29 *Dacos* 49 *Dalmatos sibi subjiciunt* 40 *Francos* 66 *Galatos* 37 *Gallos* 32 *Germanos* 58 49 *Gothos* 56.58.90 *Græcos* 453 *Jugurtham regem Numidarum* 29. 34 *Macedones tributarios q; faciunt* 26 *Mauritanos* 70 *Mithridatem* 31 *Numantinos* 27 *Pannonios* 37 *Parthos* 55 *Persas* 36 55 *Piratas opprimunt* 31 *Quinquegentianos* 59 *Rhetiam* 37 *Sarmatas* 40 *Saxones* 70 *Sicambros* 37 *Suevos* 37 *Tencteros* 37 *Teutonos* 29 *Vandalos* 87 *Vindelicos* 37 *Vsipetos* 37
Romani occupant Aegyptum 37. *Aquitaniam* 37. *Armeniam* 39 *Asturiam* 37 *Britanniam* 44. 53. 54 *Cantabriam* 37 *Carthaginem* 25 *Cretam* 31 *Dalmatiam* 37 *Galliam* 37 *Orcades Insulas* 44. *Pannoniam* 37 *Seleucam Syriæ* 52 *per testamentum accipiunt Asiæ regnum* 21
Romani Lybiam per testamentum accipiunt 31
Romani ad Augustam Vindelicorum cæsi 225 *victi apud Trebiam fluvium* 19 *ab Imperatore Friderico primo perdomiti* 225 *à Francis cæsi* 68. 74 *à Gotis victi* 74 *à Longobardis victi* 93 *maximum dedecus passi* 12
Romani Cardinales nullo jure ecclesias Germaniæ in commendis habent 310
Romana & Græca ecclesia dissentiunt de imagin. 125
Romanæ gentis origo à proditore
Romana Ecclesia capit Ecclesiarum facta 387
Romana licentia 512
Romana sedes in Gallias translata 263
Romania occupatur à Gotefrido duce Lotharingio 174
Romano more Lectio non cantabatur Wormatiæ 166
Romanorum bellum contra Antiochum magnum 23 *cum Carthaginensibus* 19 *cum Gallis* 18 *civili numerus* 39 *clades* 17 *clades Cannensis fœdus cum Judæis* 24 *imperium ab Augustulo translatum* 94 *insignis victoria* 17 *res desperatæ* 20 *victor. de Armenia* 51. *Assyria* 51. *Mesopotamia* 51 *victoria de Scythis* 50
Romanorum nemo abs q; prænomine 8
Romanum Imperium ex minimis initijs & turbatum 59
Romanus est, licet optime commendatus 301
Romanus patricius imperium invadere tentat 93 *populus ex quibus constatus* 7
Romulus nascitur 452 *fulmine ictus* 8 *& Remus unde à Lupa nutriti dicantur* 7
Rongalia Lombardiæ justitiæ locus 218.219
Rorabi terra Sclavorum 406
Roßmer *belua marina* 347
Rosemundæ reginæ interitus 92
Rosolanorum gens infida 76
Rossen urbs Alsatiæ 328
Rota media Roma 194
Rotenburgæ Iudei combusti 264
Rubeacum oppidum episcopi Argentoratensis 260
Rubertus abbas nummularius Simoniacus 482
Rudolphus Agricola, Ioannis Dalburgij Episcopi Wormatiensis præceptor 335

gitized by Google

Rudolfi duo ex Habſpurgenſium familia Imperatores 258
Rudolphi imperatoris appoſite reſponſum Epiſcopo Serovienſi datum 258
Rudolphi primi imperatoris vita & res geſtæ 257
Rudolphus comes Habſpurgenſis fit Imperator 257 *comes de Kyburg premit* Helvetios 281 *dux Suevorum de regno affectato ſuſpectus fit in expeditione Imperatoris contra Saxones* 491 *tumultum machinatur* 486 *eligitur in regem* 170 *dux ſeipſum accuſat de infidelitate* 172. *Richards filius rex conſtituitur* 152
Rufach caſtrum expugnatum 235
Rufinus ante portas Conſtãtinopoli trucidatus 89. 90
Rugi Ticinum occupant 83
Ruggerus dux Siciliæ famoſiſſimus 175
Ruotgandus Longobardus ſeditioſus 133
Ruſcia gens appetit religionem Chriſtianam 458
Ruſſia a Tartaris infeſtata 250
Ruſtici ſeditioſi 352
Ruſtici ſeditioſi im Brürein 336
Ruſtici ſeditioſi in Hungaria 305
Ruſticorum ſeditio 284
Ruſticorum nonum quenq; militiæ deſtinare 154
Ruſticus martyr 50
Rumor falſus 512
Ruperti Imperatoris vita & acta 284
Ruthbertus dux Flandriam armis repetit 480
Ruthardi abbatis Herveldenſis laus 505
Ruzelin monachus ex improviſo fit abbas 519
Ruzenorum rex Imperatori Heinrico quarto theſaurum offert 506. 514

S

SAcerdotum filij non aſſumant cingulum militare 231 *matrimonium* 315. 316. 317
Sacrilegia 500. 502
Sacrilegium Licinij Craſſi 32
Sævitia in cadaver imperatoris Heinrici quarti 192
Saladinus rex Perſarum Hieroſolymam *capit* 228
Salegaſt Francorum legislator 66
Salica lex unde nominata 66
Saltatio armata excogitata 4
Sapores Perſarum rex Licinium capit 57
Saxij libertatem ab Auguſto accipiunt 39
Sanguinem humanum bibere 142
Sanguinis vivus cadavera ferens 79
Sanguis Domini Mantuæ per cœcum manifeſtatur 137. 166 *ſacramenti dabatur laicis* 88
Sanctæ dignitas apud Turcas 323
Saraceni ab imperatore Friderico ſecundo ſubjugati 245 *ad Carolum magnum venientes* 399 *Conſtantinopolim obſident* 121 *cum Romanis pacem ineunt* 118 *Italiam vaſtant* 121 *occupant regnum Hieroſolymitanum* 228
Saracenorum arx in monte Thabor 240
Sardinia a Saracenis depopulata 121
Sarmatæ à Gothis victi 82 *Romanis ſubjecti* 40
Sartoris cujuſdam fidelitas 97
Saxo humum aurea torque emit 145
Saxones amici Langobardorum 92 *à Pipino rege Francorum oppugnati* 123 *à Francis victi* 399 *à Luticijs cæſi* 463 *baptizati* 133. 399 *Carolo magno rebellant* 136 *Chriſtiani facti* 126. 399 455 *contra Thuringos expeditionem ſuſcipiunt* 146 *è patria in alias regiones translati* 149 *ex Italia in patriam redeunt* 93 *Heinrico quarto Imperatori rebellant* 169 464. 490. 500 *in deſtruendo Canonicorum clauſtro Zartesburg ſacrilegium committunt* 169 *in Franciam translati* 137. 405. 455 *in Heinricum quintum irritantur* 169 *Imp. Heinrici quarti expeditionem declinare ſtudent* 516 *Italiam petunt* 92 *Luiticios tributarios faciunt* 167 *opponunt ſe Chunrado Imperatori noviter electo* 213 *perdomiti à Valentiniano* 70 *ſecundo ab Heinrico quarto cæſi* 512 *ſocij Francorũ facti* 148 *Thuringos deteſtantur* 515 *tributarij facti* 396. 455 *victi à Carolo Magno* 408
Saxonici belli contra Heinricum quartum cauſa impulſiva 487
Saxonum agilitas bellandi 512 *bella cum Carolo magno* 126 *conjuratio & fœdus contra Imperatorem Heinricum quartum* 489 530 *conſultationes bellicæ contra Heinricum quartum* 517 *origo* 145 *quatuor ſtatuum differentiæ* 148 *relig.o.* 149 *veſtitus & arma* 146 *vexillum* 147
Saxonum & Thuringorum in extremo periculo ad Deum confugium 510
Saxonia ab Hungaris depopulata 144 *deficit ab Heinrico quinto Imperatore* 196 *fœcunda regio* 512 *inter epiſcopos diviſa* 455
Saxoniæ ducatus Bernhardo de Anhalt datus 227 *latitudo* 128 *principes è cuſtodia mittuntur & quibus conditionibus* 529
Saxum de cœlo lapſum 335
Scandanavia inſula 89
Scandinavia officina gentium 72
Scanderbegi hiſtoria 323
Scanzia inſula 71. 76. 89
Scara pro multitudine 398
Sceno diaconus contra Alachin in prælio pugnans 109
Sceva miles fortiſſimus 33
Schacorum tabulæ combuſtæ 318
Schala Longobardorum lingua poculum 92
Schiſma papale 200. 212 221. 222. 223 281. 285. 461. 471 *diſſolutum* 227
Schiſma inter regnum & ſacerdotium 177
Schiſmata in Eccleſia Romana pullulantia 169
Schola à Carolo magno inſtituta 130
Scipio conſul victor Carthaginenſium 17 *fugat Hannibalem* 23 *vincit Africam* 453 *examinis manè repertus* 28
Scipionis virile factum 25
Sclavi à Francis victi 455
Sclavi Hevelli 154
Sclavi Luſinzani coercentur 443
Sclavi ſubacti à Ludovico rege 411

Sclavi

Sclavi vastant Saxoniam 457 Venetorum natio 75 Wilci 127.407 Vultzi à Carolo Magno subacti 402
Sclavorum castella expugnata 138
Sclavorum gens Henrico secundo subjugata 163
Scomma in divum Martinum 122
Scotorum reges Carolo magno se submittunt 128
Scortorum duo millia castris ejecta 27
Scriptum Heinrici quinti in quo resignat jus investiturae 204
Scutiferorum officium 350
Scutum centum viginti talibus petitum 33
Scythae Romanis subjecti 50
Scythae Vuelphones 209
Scytharum bellum cum Philippo rege Macedonia 74 legati ad Augustum 37 origo 429 regnum inchoat 451 res gestae 429
Scythia Asiatica 325. Germaniae confinis 72
Scythiae gentes à Theodosio vincuntur 86
Scythica terra ab Hunnis ingressa 76
Sebastianus martyr contra pestem 109 ejus ossa & miracula 140
Secta regni Bohemiae tres 294
Secta Flagellantium 273.274
Seditio Alexandriae 49 in Africa à servis excitata 353 Gracchorum Romae 28 Moguntiae 170 seditionis praesagia 503 Ratisponae 185 rusticorum 336.352 servorum in Sicilia 353 Veronae in Heinricum quintum 193 vide Tumultus.
Seditiosae mulieres in Hollandia 352
Seditiosi luminibus privantur 139
Seditionis civilis ultio 503
Segetes in Graecia esse incipiunt 451
Sejanus praefectus cur à Tiberio occisus 41
Selandiam ingens aquarum alluvio obruit 363
Selenci bella varia 13
Selimus Turcarum Imperator 265
Semiramidis Epitaphium 2
Senatus Musicus 89
Senecae occisus 47
September Commodus dicendus 52
Septentrionalis plaga mundi qualis 89
Septuaginta interpretes legis Mosaicae & Bibliorum 16
Septuaginta interpretes florent 452
Sepulchrum Balduuini regis Hierosolymitani 200 Caroli magni 131 Conradi imperatoris 207.208 Davidis regis 27 divi Martini 87 Domini 210 Domini sub potestate Sultani 176 ducum Scholasticorum Parisiis suspensorum 285 Erasmi Roterodami 367 Godefridi ducis ante montem Calvariae 181.200 Heinrici tertij imperatoris 107.108 Heinrici quarti Imperatoris 192.207.208 Heinrici quinti 207.208 Ioannis Baptistae 65 regis Alarici in fluvio vasente 78 Ruotheri regis Longobardorum 95 Scipionis Africani 23 Serapis 56
Sepulturae ratio 206
Serapis simulachrum 3
Sergij Papae pietas 142
Serpens liberat Romanos peste 12
Serpens milites devorans 17
Serpentes à Priminio episcopo abiguntur 122
Servia à Turcis occupata 264.310
Servi ingeniosi consilium 446
Servorum seditio in Attica 353 in Sicilia 353
Servorum sex millia in crucem acta 36
Servius Plautus in judicio se interficit 41
Severi imperatoris vita & regimen 53
Severinus Oedoacri vaticinatur 54
Severitatis nimiae exemplum 56
Sextilia vestalis virgo viva defossa 15
Sfetigradum civitas unica Triballorum 324
Sibyllae Erithreae prophetia de Antichristo 268
Sibylla Samia claret 452
Sibyllini libri 16
Sicambria civitas 66
Siccitas magna 398
Sicilia à Romanis in fidem recepta 36 à Vandalis vastatur 383 Henrico sexto subditur 232
Siculi vincunt Turcas 328
Sicyoniorum regnum exoritur 451
Sigebergensium Monachorum probitas divulgata 484
Sigefridus Saxonum comes illustris 156
Sigehardus comes tumultum excitat Ratisponae 185
Sigismundi imperatoris vita & res gestae 285
Sigismundus Austriae dux cum confoederatis contra Petrum Hagenbach 281 cum Helvetijs foedus icit 328
Sigismundus imperator appellat à Papa ad concilium 316
Silentij simulacrum 3
Siliginis quartale pro sedecim nummis 258
Simon magus 46
Simonis magi nummulariorum mensae in Ecclesia 507
Simon de monte Syna claruit 164
Simulacra Necromantica Juliani Imperatoris 65
Simulacrum Junonis monetae loquitur 9 Veneris Hierosolymis 61 Templariorum horrendum 263
Sinaxis vespertinalis 199
Stilico Vandalos in Galliam vocat 75
Soldanus circundat Christianis in aquis 246 quibus conditionibus cum Christianis pacem facere voluerit 246
Solymannus Imperat. Turcarum occupat Rhodum insulam 351
Solon cur in parricidas non legem tulerit 312.313
Sol quid in parte Australi & aquilonari efficat nobis 78
Solstitium aestivale & brumale 71
Somnium Barronij patris Joviani imperator 65. Brunonis episcopi Augustani 164 Calphurniae de Caesaris morte 35 Constantini de cruce in coelo 61 Guntrammi 387 Justi patris Justinae 65 Martiani Imper. de arcu Attila fracto 80 Mauritij Imperatoris 213 peregrinantis de Colonienſium seditione

Digitized by Google

ſeditione 503 *regina Thuringorum de Leone in atrio ambulante* 94 *Theodoſij de corona ſibi impoſita* 86 *Theodoſij de victoria contra Eugenium* 87 *vulgi de cruce in veſtibus & cute* 315
Sophia Auguſta remittit debita 111
Sophis Perſa collibet Turcarum impetum 265
Sophiſtæ Canonum 486
Spalorum gens à Gothis devicta 72
Sparta condita 3
Spatha armorum genus 18
Spoletum ab Imperatore Friderico primo funditus evertitur 216
Spelunca hoſtium 125
Spina de corona Chriſti 153
Spira ab Imperatore Lothario obſeſſa 211 *à Leopoldo duce Auſtr. obſeſſa* 272
Spiræ comburitur Bertholdus Rorbach 276 *quatuor Imperatores ſepulti* 207
Spiræa Parlamentum Imperij 266
Spirenſis epiſcopus ſua ſede pulſus 202
Spirenſis epiſcopi obitus per viſionem predicitur 515
Sporades Inſulæ Turcis ſubjectæ 265
Stagnum precibus exiccare 57
Statua aurea Claudio Imperat. poſita 58. *Chlelia virgini erecta* 9 *conſulibus poſita* 90 *equeſtris* 82 *horrenda templariorum* 263
Σταυροφόροι *Græcorum* 304
Stephanus Palatinus Moldaviæ magnum Turcarum exercitum fudit 328
Stephanus Hungariorum rex religioſus 165
Sterilitas fructuum 477
Stilico Vandalus Romanis bellum infert 90
Stoch de Ochſenfurt fabri filius fit rex 254
Straminei pilei in exercitu 159
Stratagemata 420. 427. 516. 490
Stratagema Amaſæ juvenis 324
Stratagema Attilæ 79
Stratagema Dietmari ducis 150 *Ziſchæ Bohemorum ducis* 295
Straßburg Argentina dicta 206
Strigonium arx Vngariæ 305
Stutgardia obſeſſa 259
Stylus Romanæ curiæ 344
Succeſſio electorum Principum 279
Sudatorius morbus 361
Suethans gens Septentrionalis 71
Suetidi gens ſeptentrionalis 71
Sueviæ comites in Imperatorem conjurant 259
Sueviæ Ducatus Philippo Heinrici quarti fratri collatus 233
Sueviæ ducum finis 253. 254
Sueviæ oppida muris cincta 259
Sueviæ urbes ſedecim vendit Imper. Carolus quartus 277
Suevi 79
Suevi Avarorum caſtra irrumpunt 225
Suevi contra Gothos 81
Suevi occupant Saxoniam 95
Suevorum gens fortiſſima 30
Suevorum gens Heinrico quarto Imperatori gratiſſima 488 *privilegium in expeditionibus* 512
Suiggeri presbyteris viſio 177
Suitenſes contra Luipoldum ducem 268 *contra Thuricenſes* 308
Suitenſium crudelitas 308 *in Armenicos ſevitia & crudelitas* 307 *origo & nominis Etymologia* 280
Sulpitij Severi de Gallis & Græcis judicium 122
Sultanus Aegypti cum Turcis pacem init 265
Sunderhold Archiepiſcopus occiditur 142
Supplicationis genus per oſſa ſanctorum 482
Supplicij genus horrendum 115
Synodus Alexandriæ *propter doctrinam Origenis* 90 Aquilejæ *contra hæreticos* 119. 590. Aquisgrani *tempore Ludovici primi ubi vita Monachorum ordinatur* 456 Arelato *tempore Caroli magni* 138 Auguſtâ *urbe ſub Damaſo Papa* 388 Baſileæ *ob diſſidium Papæ & concilij* 286 Bonnæ *ſub Ottone primo Imperat.* 429. 457 Brixiæ *contra Gregorium ſive Hiltebrandum Papam* 171 Cabillone *tempore Caroli magni* 138 Calcedonenſis *contra Eutichen* 93. 117. 453 Coloniæ *ad confirmandam excommunicationem Imperatoris* 200 Conſtantienſis *ſub Heinrico tertio* 165 *tempore Sigiſmundi ubi combuſtus Iohannes* Huß 285 *tempore Friderici primi* 217 Conſtantinopolitana *adverſus Macedonium* 86 *contra Monothelitas* 117. 118 *contra Theodorum & omnes hæreticos* 88. 170 *ob hæreſin de duabus in Chriſto naturis* 109. 454 *ubi de Primatu contenditur* 462 Epheſina *contra Neſtorium* 92 117. 453 Erfordienſis *de cœlibatu ſacerdotum* 506 *ſub Heinrico primo* 438. 457 *ob decimationum exactionem* 486 Francofordi *ob electionem imperatoris* 268 *ob hæreſin* Felicis 135 Friteslariæ *ad confirmandam excommunicationem Imperatoris Heinrici quinti* 200 Hieroſolymæ *ſub Godefrido duce* 180 Ingelhemii *tempore Ottonis primi* 440 *præſidente Maximo legato Apoſtolico* 458 *Lubeci ſuper decimas ad bellum Turcicum* 323 *Lugduni Hieroſolymæ recuperandæ gratiâ* 254 Lugduni *in qua de proceſſione ſpiritus ſancti diſputatum* 250 *ubi Fridericus ſecundus Imper. excommunicatur* 251 Mantuæ *ſub Pio papa* 312. 314 Moguntiæ *ob Simoniacam hæreſim* 483 *præſidente* Heinrico *tertio imperator* 462 *ſub Heinrico tertio* 166 *ſub* Heinrico *quarto* 172 *tempore Caroli magni* 138 *totius regni Teutonici* 188 *ubi Goteſchalc hæreticus damnatur* 456 Nicena 61 62. 117. 383. 453 Northuſij *ſub* Heinrico *quinto* 186 Pariſius *ob Chriſtianorum ſub Saracenis miſeriam* 176 Pippini *ubi de imaginibus ſanctorum tractatum* 590 Piſæ *ob ſchiſma papale* 382 Placentiæ *in qua* Heinricus *quartus excommunicatur* 180 Quitiliburgi *ſub Heinrico quarto* 173 Ravennæ *ubi papæ terræ Ravennatium reſtituuntur* 445 Remis *ob ſchiſma papale* 213 *ſub Ottone tertio* 163 *tempore Caroli magni* 138 *in Conſtanti-*

ſtantiniana eccleſia ob diſſidium quorundam epiſcorum 147 Romæ *magna ſub Innocentio tertio* 244 *præſidente Ottone primo Imperator. ubi dejectus Benedictus Papa* 458 *propter ſchiſma tempore Heinrici quarti* 184 *ob diſſordiam Symmachi & Laurentij* 95 *ob eccleſiæ quædam neceſſaria* 114 *ob Pyrrhi hæreſim* 116 Rotomagi *tempore Caroli magni* 138 Salmoniaca 125 Spiræ *ſub Philippo Imperatore* 237 Trecenſis, *de libera paſtorum electione* 193 Tiburni *ob inveſituras Eccleſiarum* 201 Viennæ *in Allobrigibus ubi procuratoribus Eccleſiæ decima impoſita* 268 *ob Schiſma Paparum ſub Heinrico quinto* 200 Vuarſtallis *in Longobardia tempore Heinrici quinti* 192 Vuormatiæ *ſub Heinrico tertio* 166. 169 *tempore Caroli magni* 598

T

Tamberlanes *Scytarum princeps Turcarum terras invadit* 264
Tamberlani *Tartarorum imperatoris hiſtoria* 284
Talares Caracallæ 54
Taleſſus carmen nuptiale 7
Tanaquil uxor Tarquinij 8
Taraboſtes Gothorum ſapientes 72
Tarentinorum cum Romanis bellum 14
Tarentum à quibus conditum 14
Tarentum à Longobardis expugnatur 109
Tarquini Sexti nefandum factum 8
Tarquinius Collatinus Lucretiæ maritus 9
Tarſus condita 6
Tartari infeſtant Chriſtianos 250 Perfidem ſubigunt 254 populus paſtoralis 250
Tartarorum mos jurandi 351
Taſſilo dux Bavariæ 123. 124 *fit ſupplex Carolo magno* 134 *majeſtatis reus* 135
Taurinus *in Oriente ſibi imperium ſumit* 55
Tela Narſetis 89
Tecla Romanis virtutibus claret 70
Telephus Herculis filius 73
Telonia Imperij ære obligata 277 Rheni nova exorta 275
Tempeſtas horrenda Neapoli 352
Templa Romæ inſtituta 8
Templarij Damiatam civitatem recuperare ſtudent 245
Templarij Januenſes 229
Templariorum ordo, flagitia & interitus 263 perfidia 248
Templum ἀγιοσοφία 384 Albani apud Moguntinum 135 Aquisgrani ſummum 131 Bonifacy Fuldæ fundatum 455 Cathedrale Argentoratenſium ejus 19. extructio 257 Fuldenſe igne conſumtum 159 Hadriani martyris 111 Hieroſolymis ædificatur 452 incenditur. ibid. expoliatum 32 renovatum & purgatum 24 divi Johannis 65 Ioan. Baptiſtæ in Ticinenſi civitate 95 Kiliani in Vuirtzburg fulmine tactus 141 Laurentij ad craticulã 136 Medardi Sueſſionum 140 Mariæ Dei genitricis ad Perticas 98. Aquisgrani 129. 140 omnium Sanctorum 114 Petronij Bononiæ 363 Quidelenburc exuſtum 478 Salvatoris 111 S. Salvatoris Conſtantiniana Eccleſia dictum 118. 197. in Ticino 95 Sepulchri Domini 176 Sophiæ Conſtantinopoli 91 236 Stephani S. Babenberge dedicatur 164
Templum Delphis incenſum 5
Templum Dianæ ab Amazonibus extructum 73 Epheſinum ſuccenſum 75 fortunæ 65
Templum Heliopolitanum 24 Jovis 8 Jovis Dodonæi 15 Lunæ 28. Minervæ 5. 28 Panion 39. Veſtæ 18 Vulcani 5 Zizæ Dea 225
Tentoria ex triplici colore quid notent 285
Terdona villa Lombardiæ 216 reædificata 217
Terdonenſes Friderico primo imperatori rebellant 21
Terentius comicus in Triumpho ductus 21
Terentius Varro quando floruit 30
Terræ hiatus Pompejopoli 88
Terræmotus 164. 226 Antiochiæ 87. 88 *in Achaja* 140 Aquisgrani 140 Aquispalatio 140. 405 *in Aſia* 50. *in Bajoaria* 469 Cæſareæ 51 *in Creta & Rhodo inſula* 18 Conſtantinopoli 88. 92. 337 *in Cypro* 39 49 *in Galatia* 50 *in Luſitania* 364 Nicopoli 51 Romæ 47. 92 *ſubvertens civitates* 199 *univerſalis* 88
Teſtamentum Caroli magni 158
Teſtamentum Friderici ſecundi Imperatoris 272
Teſtes perjuri divinitus puniti 56
Teti Thuringiæ ducis 157
Teti Marchio tyrannus 168
Tetrarchiæ Imperij 148
Tertullianus floret 54
Tertullianus de Cleopatræ regno 34
Teſſander dux Græcorum 73
Teutoburgienſis ſaltus 226
Tentones à Romanis victi 29
Teutonici cum Armeniacis 307
Teutonici exteras gentes non facile impugnant 206
Teutonici fratres è regno Boemiæ ejecti 282
Teutonici regni ſciſſio 199
Teutonici voluntatem pro jure ſtatuunt 227
Teutonicorum inſolentia in Italos 226
Teutonicorum protervia 198
Teutonicus furor 199
Thabor arx Saracenorum 240
Thaborítæ fratres 293
Thais iniquum ab Alexandro petit 11
Thales phyſicus claret 452
Thaleſtres Amazonum regina 11
Thaſſilo dux Bajoariæ perjurus 133. 134
Thaſſilo dux fit monachus 402
Theatrum lapideum Romæ extructum 25
Thebæa Legionis reliquiæ 485
Thebæ quando Ægyptijs imperarint 12
Theodatus Gothorum rex à Beliſario occiſus 84
Theodeberti crudelitas 68
Theodectes poeta cur excæcatus 16
Theodelinda quomodo Egilolfo nupſerit 94

V. i. e. 3. literarum causa multi occisi 70
Theoderici Gothorum regis res gestæ 81.82.83
Theoderici incestus 69 palatium 95 obitus 384
Theodericus igne divino crematus 69
Thedericus Walager Macedoniam depopulatur 384
Theodorus Imper. Constantinopol. 253
Theodosius à beato Ambrosio à liminibus Ecclesiæ sequestratus 208
Theodosius baptizatus 86
Theodosius excommunicatur 88
Theodosius septem millia hominum occidere jubet Thessalonicæ 87.88
Theodosius solvit tributum Attilæ 82
Theodosij imperatoris vita & res gestæ 87
Theodosij junioris Imp. vita & res gestæ 91
Theodosius idiota vincit Anastasium 120
Theodotius sacram scripturam Græcè vertit 53
Theologia Gothorum 74
Theopompi ausus in lege sacra vertenda 16
Therme montis Hemi 75
Thesaurus Avarorum regi Carolo oblatus 403
Thesaurus Bapæ 270
Thesaurus per animal parvum detectus 88
Thesaurus per somnium repertus 387
Thesaurus sub cruce inventus 112
Theseus Hippolyten capit 73
Thessalia unde dicta unde Hemonia dicta 4 à Turcis occupatur 282
Thessalia diluvium passa 45
Thessalonica civitas populosa 87
Thessalonica à Turcis invaditur 305
Thietbergam maritus Lotharius repudiat 412
Thomæ Apostoli corpus 215
Thomæ diaconi fœmoralia 58
Thomas Aquinas floret 254 moritur 250
Thomas Cajetanus Cardinalis ejusq; acta cum Luthero 343.344
Thomas Morus vir doctissimus 350.367
Thomas Munzer seditiosorum rusticorum Coriphæus 353.354
Thomas Placentinus Lutheri Antagonista 348
Thomistica Theologia 348
Thomistæ contra Johannem de Wesalia 321.322
Thuricenses à Suitensibus cæsi 308
Thuringia depopulata 384
Thuringia ab Hungaris vastata 144 per Imperatorem Philippum 288
Thuringia ab Ottone duce Bajoariorum vastata 478
Thuringiæ Principes excommunicantur 512
Thuringiæ sexaginta arces destruuntur 259
Thuringis Landgravius Imperator designatur 251
Thuringiæ Landgravij Friderico primo Imperatori cognati 216
Thuringi à Sorabis disterminati 128
Thuringi de decimis sollicitantur 506
Thuringi Decimationes Moguntino denegant 487
Thuringi primum decimas dare coguntur 467.475
Thuringi Imperat. Heinrico bellum movent 476
Thuringi Heimenburg obsident 493 item Asenberg 493
Thuringi Saxones advenientes repellere tentant 145
Thuringorum cum Saxonib. conjuratio 492 prelium 147
Thuringorum equi eximij 71
Thraces Romanis subjecti 453
Thraciæ villæ ab Ostrogothis occupatæ 91 à Wisigothis 77.78
Thyemo Archiepiscopus Idola in frusta comminuens sit martyr 210
Tiberij Drusi fratris res gestæ 37
Tiberis exundatio 120
Tiberius veneno perit 43
Tibiæ albæ Longobardorum 91
Ticinensis urbs Papia dicta 92.94
Ticinum à Carolo M. obsessa 132
Ticinensis civitas à Longobardis obsessa 92
Ticinum à Rugis occupata 85
Ticini ossa Augustini condita 128
Tile kolup se Fridericum secundum dicit 259
Timidus homicida 113
Tintinabulum in cauda equi 308
Titus Annius prætor Augustam Vindelicorum obsedit 225
Titus Manlius cur Torquatus dictus 10
Titi Vespasiani Imp. vita & res gesta 49
Titus inter Deos relatus 49
Tiresius Celticus 28
Tirus condita ab Hyrcano 22
Toingen forte Tubingen 224 castrum obsessum 224
Tormenta bellica veterum 220
Torquati Romani unde dicti 10
Tortuosa civitas Hispaniæ obsessa 407
Tondere cæsariem 121
Tondere pecus non deglubere 41
Tonsura clericorum instituta 52
Tonsura monastica vitæ signum 63
Totila occupat Romam 85
Totila à Narsete victus 88
Toxicator à Dæmone arripitur 462
Toxicato sacramento interimitur Heinricus septimus 267
Trajani imperatoris vita & laudes 50
Trajanus magister militiæ 70
Trajectensis Episcopi in Imperatorem conjuratio 204
Trangolipix Mucaletus primus Turcarum dux 264
Transsylvania à Turcis tentata 326
Trapezuntinum Imperium 310
Trapezuntinus princeps 314
Trapezuntum à Machometo subversa 265
Trasemundus rex Gothorum episcopos in exilium pellit 96
Trebeta privignus Semiramidis regno pulsus 2

Treveris urbs Galliæ 66 67 *condita* 2 *à Nortmannis depopulatur* 425
Trevgæ regni Hierosolymitani cum Sarracenis 228
Trevga quinquennalis inter Christianos & Sarracenos 230
Tribus Norimbergæ abolevit Carolus quartus 276
Tridentina vallis 134.189.243
Tryphon regnum Syriæ vi occupat 27
Tripolitanus comes regni procurator & Bajulus 228
Trithemius abbas floret 336
Tritici quartale viginti duobus nummis Argentinæ venditum 258
Triumphus Asinij Pollionis 40
Triumphus Augusti 37.39
Triumphus Belisarij 88
Triumphus Claudij Imperatoris 44 *Commodi* 53 *Domitiani* 49 *Friderici primi Imperatoris* 218 223 *Germanici* 41 *Heinrici primi depictus* 154 *Metelli* 26.32 *Mummij* 26 *Ottonis magni* 162. *Pauli Æmilij* 25 *Pompei vigesimo quarto ætatis anno* 30.32 *Scipionis* 21 *Scipionis Africani* 26. *Scipionis Nasicæ Asiani* 23 *Theodosij* 86 *Titi* 48 *Titi Flaminij* 23 *Trajani* 50 *tres simul Romæ* 26 *Vespasiani* 48
Troja diruta 452
Troja à Gothis deleta 75
Troja à Græcis capta 6
Troja nova capta ab Heinrico secundo 164
Trucis Eleemosynarum 241
Tuccia vestalis aquam in cribro aufert 25
Tuitium urbs 133
Tullius fulmine ictus 8
Tumultus Augustæ 239 *Budæ in Hungaria inter Teutones & Vngaros* 304 *in castris Saxonum* 497 *Coloniæ inter senatum & cives* 283 *Coloniæ civium adversus episcopum* 501
Tumultus in concilio Basilienſi 299 *Erphordiæ* 259 *Erphordiæ Clericorum ob cœlibatum* 506 *Goslariæ ob sessionem Prælatorum* 468 *Moguntiæ* 196 *Norimbergæ à capribarbis collegij Fabrorum excitatum* 276 *Parisijs propter scholasticum luto inquinatum* 285 *Pisæ contra Imperatorem Carolum quartum* 275 *Ratisponæ* 252 *Romæ ob papam sacra tractantem à Quintio violatum* 523 *rusticorum in Gallia* 284 *in Saxonum castris* 512 *Trajectis contra Imperatorem* 204 *Viennæ à civibus contra Imperatorem excitatus* 315
Tunica Christi inventa 114
Tuogendorff villa in ripa Danubij 211
Turcæ aversantur Baptismum 324
Turcæ baptizati 324 *Constantinopolim expugnant* 310 *è Caspijs portis egressi* 125 *Græciam universam invadunt* 310 *Hungariam vastant* 355 *Sarracenis Palæstinam abstulerunt* 179
Turcæ Viennam Austriæ bellico terrore tentant 364
Turcarum imperium quam latè pateat 265
Turcarum legati Basileam missi 393
Turcarum origo 264
Turcarum regia 265
Turcarum tyrannis in Austria 360
Turregum liberatur è potestate Alberti ducis 281
Turris Argentoratensis extructio 257
Turris hieroglyphicis ornata 22
Turris Zwing Vri vnder die Stegen 281
Tuscia à Gothis petita 78
Tusculanum firma civitas 232
Tyberij vita & res gestæ 40. 41. 42.
Tyberius Christum tanquam Deum veneratur 42
Tyberius Gothos non subigere potuit 74
Tyberij Apsimari Imperatoris vita 118.119
Tyberij, Constantini vita, eleemosyna & res gestæ 112
Tyberinus fluvius antea Albula dictus 7
Tygurinorum bellum cum Helvetijs pagis 364
Typographia inventa 308.309
Tyrannidis exemplum 47
Tyranni & regis differentia 529
Tyrus in medio cordis maris sita 228

V

Vaginà nationum 72
Valens Imperator crematus in casa quadam 71.78.85
Valens occisus à Licinio 61
Valens cur à Gothis victus 71
Valentinianus Cæsar 91 92
Valentinianus fraude Arbogasti suffocatur 87
Valentinianus Saxones perdomuit 70
Valentiniani Imperatoris vita 65. 66 *res gestæ* 70. *obitus* 70.89
Valentinianus junior 65
Valentis Imperatoris vita 70
Valentini hæresis 52
Valerianus 57
Valerius quæ Corvinus 10
Vallum 132 *passuum in Britannia* 53
Vandalorum principes fiunt duces Meckelburgenſes 275
Varadini tumulatur Sigismundi Imperat. corpus 303
Variola grossa 334
Varvana clades 306
Varus à Germanis deletus 226
Vasa Corinthia 26
Vasconiæ regni termini 551
Vascones fraudulenti 133
Vasinabrencæ populi 75
Vaticinium de Maria Caroli ducis Burgundiæ filia 331
Vaticinium S. Benedicti de regno & vita Totilæ regis 84
Vban Hungarorum dux à Conrado Imper. vincitur 461 *cum Hungaris Bajoariam vastat* 460

Digitized by Google

Vdalricus pro Imperatore duellum ſubire promittit 495
Vdalricus comes dives dictus 180
Vdalricus dux VVirtembergenſis 319
Vdalricus Marchio Carentinorum 477
Vdalricus Saxonum Princeps moritur 196
Vdo Marchio Imperatori ſe ſubmittit 514
Vgo templariorum clariſſimus 263
Vena poſt novem dies rupta 97
Venetiarum natio 72
Veneti à Pipino victi 138 *à Gothis victi* 75 *è Graecia pulſi* 253
Veneti Eugenium Papam ut deum venerantur 300
Veneti & Januenſes tumultuantur Ptolomaidae 253
Veneti honorificè ſuſcipiunt Imperat. Fridericum ſecundum 309
Veneti expugnant civitatem Chriſtianam 236
Venetos Imper. Frideric. ſecund premit 249
Ventis nomina à Carolo M. impoſita 131
Ventorum violentia 223
Ventris deſiderium auro & gemmis explctum 255
Verbum crucis predicare quid Romano Pontifici 241
Verona à Romanis è manibus Gothorum liberata 85 *à Theodorico occupata* 83
Verona favet partibus Heinrici quarti 190
Veronenſes contra Imperatorem Fridericum ſecundum 248
Veronenſium inſidiae in Imperatorem Fridericum primum 217
Verres tribunus militum in paludibus ſe occultans 226
Verſus de Hieroſolymitanis profectionibus 231.232
Veſpaſianus magiſter militiae in Iudea 380
Veſpaſianus bellum gerit adverſus Iudeos 47
Veſpaſianus in obſidione Hieroſolymitana Imperator creatus 48
Veſpaſiani Imperatoris vita & laudes 48
Veſpaſiano Imperium predictum 47
Veſtalio quid 49
Veſtalis virgo viva defoſſa 15 *Caparonia* 16 *Minutia* 10 *Pompilia* 9
Veſtiarius fidelis 97
Veſtigia Imperatorum Germanorum verſus Italiã lata, retro triſtia 258
Veteris Aqua oppidum Hollandiae 318
Vexilliferi Argentoratenſium 258
Vexillum Bohemorum 302 *Ottonis magni* 161 *S. Ambroſii* 222 *Saxonum* 147
Vexillum quot milites contineat. 355
Victoria Ottonis magni ab Hungaris deportata 162
Victoria Theodoſii miranda 87
Victoria urbs nova loco Parmae condita 251
Victorini cyclus paſchalis 93
Victorini moneta 251
Victoris Capuani epiſcopi liber de paſchate 88
Victor PP. ſtatuit quando Paſcha celebrandum 59
Victorum ovatio in planctum verſa 512
Vidua cum centum mill. Hunnorum 96
Vienna Auſtriae 355
Vienna ab Imper. Friderico ſecundo occupata 249
Vienna Auſtriae à Rudolpho Imperatore obſeſſa 258 *à Turcis obſeſſa* 360
Vienna urbs Imperii facta 249
Viennae univerſitas inſtituitur 276
Vienna urbs Galliae 90.379
Vilhar dux egregius 325
Vincentii Sancti tunica 385
Vincentius Predicatorum hiſtoricus 259
Vincula excogitata 8
Vindelici à Romanis ſubacti 37
Vinea domini quomodo à beſtiis demoliatur 242
Vinearum violatores quomodo puniendi 235
Vini fons arte factus 275
Vini novi menſura pro duobus nummis 277
Vini menſura quatuor ſolidis Argentinenſib. venditа 277
Vini oma quatuor nummis vendita 255
Vini proventus uberrimus 479
Vino aliquem ſuffocare ſupplicii genus 331
Virgilius Maro ubi natus 30
Virgilii mors & ſepultura 39
Viridianus ſervus coactus patriam tuetur 90
Viſio Annonis epiſcopi 522 *Arnolds ducis Bajoariae* 151 *Attilae facta* 80 *Centii de recuperanda Hieroſolyma* 244 *de peſte pellenda* 109 *de Theoderici anima damnanda* 84 *Gregorii preſbyteri* 177 *Guntheri Cancellarii* 402 *Hutzmanni clerici de Spirenſi epiſcopi obitu* 515 *Numenei regis Britonum* 412 *Suiggeri preſbyte.* 177 *Theodoſii de corona ſibi impoſita* 86 *Theodoſii de victoria futura* 87 *tempore terraemotus* 87
Vites inventa 6
Vites ſeri prohibitum 50
Vitellii Imperatoris vita & res geſtae 48
Vitoldus Lituaniae dux rex creatus 303
Vitri inventor & fabricator occiſus 42
Vlatislaus Poloniae rex in regem Bohemiae eligitur 306
Vladislao regi equus ad fugam donatur 306
Vlma pecuniariam poenam ſolvit 275
Vlmam novum piſcium genus venit per Danubii fluenta 304
Vlmenſis Eccleſia reformatur 365
Vlphia epiſcopus Gothorum 77
Vlrici ab Hutten Dialogi 348
Vlrici Zuvinglii interitus 364.365
Vlrich de Auguſta vocat Papam beſtiam ortam à mari 270
Vlricus dux VVirtembergicus à fratre Suevico pulſus 366
Vlricus Han typographiam Romam fert 309
Vlricus Roſenſis regulus Bohemus 294
Vlixis exemplum 119

Vlyſſipona terræmotu concuſſa 364
Vnctio Pontificis ab Imperatore neglecta 150. 151
Vnderwalden pagus contra Tigurinos 364
Vngaria à Turcis deuaſtata 326
Vngari in Maravianos & Bavaros graſſantur 142
Vngari vaſtant Germaniam 153
Vngari vide Hungari
Vnio Græcorum cum Latinis 304. 305
Buckenbremer 309
Vnulphi amici aſtutia 96
Vokenrot caſtellum 492 obſidetur 497 deſtruitur 500
Voluntas pro jure 227. 232
Volcrni clauſuræ 216
Voluſianus Imperator 57
Voſagus ſylva 137. 236
Votum contra Chriſtianos ſolvendum 92
Vox à littore audita 389
Vratislaviæ inter clerum & populum diſſenſus 282
Vrbes in Granata abſorptæ 352
Vri contra Tigurinos 364
Vrſpergenſes Canonici idoneum eligunt rectorem 238
Vrſpergenſis Chronographus 250
Vrſpergenſis Eccleſia obligata redimitur 247
Vrſpergenſis eccleſia pignoris titulo obligata 237
Vrſpergenſis Eccleſia privilegiata 213
Vrſinorum rebellio Romæ contra Henricum ſeptimum Imperatorem 266
Vrſos albos vidit victoria urbs nova 251
Vulcani templum 3
Vulgi furoris exemplum 502
Vulgus ad arma pronum, exemplum 530
Vurfandi laus 421
Vizenberg caſtellum deſtructum 280

W

Wabilingenſium familia 208
Waiblingenſium ſtirps Friderici primi gloria 216
Walachia à Turcis occupata 310 à Turcis vaſtata 328
Walachi à Polonis cæſi 364
Walamir rex Gothorum occiditur 82
Walbertus filius Witikindi religioſus 149
Waldrada pellex Lotharii regis 412
Waletabi Sclavi 127
Warinus ex Welphonum familia 209
Waſconia Carolo M. ſubjecta 127
Wandali 89. 91. 128 à Beliſario victi 87 à Gothis expulſi 79 à Gothis victi 75 Africam vaſtant 383 in Africa victi 84 Galliam aggrediuntur 383 Pannoniam occupant 75
Waſſenburg caſtrum in Turingia 201
Weiblingi Welphi dicti 249
Weiſſenburg Pannoniæ urbs 174. 178
Welpho avunculus Friderici primi Imperatoris 213
Welff Azonis filius Bajoaria ducatũ ſuſcepit 479
Welphi militia in Buſcia 228
Welpho primus ſic dictus 209
VVelpho primus Bavariæ dux 210
VVelpho dux Noricus rebelles donat 189
VVelpho Bajoariorũ dux Auguſtam occupat 172
VVelfo dux Carinthiorum 167. 210
Vvelpho dux ducatum recipit 174
Vvelpho quos ducatus poſſederit 216
Vvelfo comilito Chunradi Imperatoris 214
Vvelphus comes Ludovici Pii ſocer 139
Vvelpho comes oppugnat Epiſcopum Auguſtanum 165
Vvelpho Suevia dux 169
Vvelpho junior dux Bavariæ 210
Vvelfo junior offendit Imperatorem 221
Vvelfonis bellum adverſus Imperatorem Conradum 214
Vvelfonis junioris bellum contra Hugonem palatinum 224
Vvelfonis oſſa translata 210
Vvelphi ab Heinrico ſeptimo fugati 266
Vvelphi Papæ adhærentes 249
Vvelphonum generatio 209
Vvelphorum de Alterſio familia 249
Vvenceſlaus Bohemiæ rex captus 393
Vvenceſlaus rex Bohemiæ oppida villas & monaſteria ſpoliat 281
Vvenceſlaus Caroli quarti filius rex creatur 277
Vvenceſlai Imperatoris vita 281
Vverenher comes Heinrico Imperatori familiaris 470
Vvernherus Marchæ in partibus Aquinæ tumultum movet 189
Vvettinus monachus ſpiritu raptus 149
Vverra pro bello 201
Vvezel Archiepiſcopus defendit Imperatorem contra Papam 173
Vviclephus in Anglia floret 282
Vvidicheil Britonum rex 430
Vvigaltingohuſen locus Saxoniæ 149
Vvigbertina hæreſis 189
Vvigberti oſſa projiciuntur 189
Vvigbertus apud Sorabes vir illuſtris 187
Vvigbertus Vvitikindi Saxonis filius religioſus 149
Vvilci ſclavi 127
Vvilla Berengarii uxor capta 163
Vvilhelmus Bavariæ dux protector Concilii Baſilienſis 301
Vvilhelmus cognomento Boſtar rex Angliæ 504
Vvilhelmus comes Hollãdiæ electus Imperator 252
Vvilhelmus comes Juliacenſis fit dux 271
Vvilhelmus Conſtantienſis Juriſconſultus 297
Vvilhelmus de longa ſpe 228
Vvilhelmus Landgravius Thuringiæ 253
Vvilhelmus marchio Miſniæ occumbit 463
Vvilhelmus marchio Thuringorum 466 ſponſus obit 457
Vvilhelmus Nortmannus Angliam affligit 168
Vvilhelmus Occam floret 269
Vvilhelmus Tell filio pomũ è capite ſagitta decuſſit 281

Digitized by Google

Willibrordus gentium Apoſtolus 118
Winoli Longobardi 90
Vuiltzi Sclavi à Carolo M. ſubacti 135
Vuiltzorum gens ſubacta 455
Vuiltzorum legati ad Ludovicum pium 140
Vinſperg Cheruſcorum oppidulum 365
Vuinesberg obſeſſum 214
Vuirbina caſtellũ à Luiticis Sclavis occupatur 165
Vuirtemberg caſtrum deſtructum 267
Vuirtzburgum obſeſſum à Saxonibus 170. 173
Vuirtzeburgenſis epiſcopatus inſtitutus 122 Ducatus Conrado conceditur 197
Vuiſigothæ 74. 75
Vuiſigotharum origo & hiſtoria 77
Vuitikind magnus dux 186
Vuitikint incentor belli Saxonici 149
Vuitikindus Princeps Vueſphaliæ 133. 134
Vuitikind Saxonum dux baptizatus 134
Vuitikindi ducis ſtirps 154
Vuitichindus monachus Corbejenſis hiſtoricus 152
Vuitigis Gothorum rex 84
Vuitmari cum fratribus concordia 77
Vuolfgangi Principis ab Anhalt confeſſio fidei 363
Vuolfterus Patriarcha Aquilejenſis 236
Vuolfridus abbas claret 396
Vuormatia capta ab Imper. Heinrico quinto 206
Vuormatienſes Heinricum quartum ſplendide recipiunt 495
Vuormatienſis epiſcopus urbe ejectus 202. 495
Vuulffhildis Rudolphi Bregantini comitis uxor 211
Vuulffhildis Maginonis ducis Saxoniæ filia 211

Y

Ymina comitis Meginguadi uxor 139
Yſabella Baldevvini filia 228
Yſabella filia regis Almerici 229
Yſabella Honfridi domini de Moreal uxor 230

Z

Zabernia 255. 257
Zacharias Protoſpatarius 118
Zagabria urbs Vngariæ 326
Zamolxes Gothorum rex 72
Zampſa Perſa 323
Zamſoskeutz oppidum 305
Zaphat oppidum 114
Zelimus Turcarum Imperator 265. 337
Zenobia Baſiliſci uxor 94
Zeno Iſaurus Imperator in Oriente 94
Zeno Orientis magiſter 93
Zenonis ſancti reliquiæ 166
Zolrenſes comites 224. 227
Znoymen Moraviæ civitas 304
Zorn familia Argentinæ favet Friderico duci Auſtriæ contra Ludovicum Imperatorem 269
Zoroaſtes magiam reperit 451
Zizadea 225
Zizamus Turca Bazaitis frater 265
Zizemberg Auguſtæ 225
Ziſcha Adamitas gladio delet 294 dux Boemorum ſavientium 290. 293 nobilis Bohemorum dux 293
Ziſchæ Epitaphium 296 mors 295 victoria 295
Zventebaldus Maravanorum dux 142 & rex 149
Zeutes philoſophus apud Gothos 72
Zug Helvetiorum pagus contra Tigurinos 364
Zunfftbauß tribunum Norimbergenſium 276
Zuneibruk comites 260
Zuinglii cum Luthero colloquium 361
Zuinglii cum Luthero in doctrina de Euchariſtia controverſia 367
Zvvinglii interitus 354. 365
Zwing Vri turris 281

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Girard 84

Digitized by Google